13
22 I
21

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

38'.1.10.
38
8
16
38
f
16
13-21. G. 21

Digitized by Google

Digitized by Google

DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
CORAM
R. P. D. CAROLO CERRO
OLIM DIGNISSIMO DECANO
NVNC
S.R.E. PRAESBYTERO CARDINALI
TIT. S. ADRIANI.
EPISCOPO FERRARIENSI
IN TRES PARTES DISTINCTAE

Cum ſuis Argumentis, Summariis, ac Indice locupletiſſimo materiarum, quæ in dictis tribus partibus continentur.

TOMVS SECVNDVS.

SOC·IESV·BIBL·COLL·ROM·
IHS

ROMAE, Superiorum permiſſu M.DC.LXXXII.

Suntibus Ioſephi Corui Bibliopola.

DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
CORAM REVERENDISSIMO P. D.
CAROLO CERRO DECANO
NVNC
S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI
TIT. S. ADRIANI,
EPISCOPO FERRARIENSI.

INTERAMNEN. VSVFRVCTVS.

Lunæ 6. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Statutum licet ab hæreditate Patris excludat, filiam dotatam propter fratrem, hoc tamen intelligitur ſi frater velit vti huiuſmodi beneficio cui poteſt renunciare adeundo hæreditatem paternam, vna cum Sorore, & an requiratur in Fratre ſpecifica ſcientia ſtatuti, ad hoc vt renunciatio operetur, & quæ ſint verba renunciationem importantia?

SVMMARIVM.

1 *Filij in bonis, & hæreditate Patris ſublata differentia ſexus æqualiter ſuccedunt ab inteſtato.*

2 *Hæreditas Patris per aditionem filiorum mutuo conſenſu factam in Patrimonium vniuſcuiuſque prò rata ſua tranſiuit.*

3 *Teſtari nemo præſumitur de bonis alienis.*

4 *Statuta omnia fœminarum excluſiua locum habent maſculis illas excludere volentibus, ſecus ſi eas in ſimul ad parentum ſucceſſiones velint admittere.*

5 *Statuto fœminarum excluſiuo, ad eorum fauorem, & commodum introducto maſculi validè renunciare poſſunt.*

6 *Frater adeundo hæreditatem Patris, & admittendo Sorores ad ſucceſſionem paternam pro ſua portione, cum declaratione, quod intendebat omnes eſſe hæredes ſignum eſt, quod noluit vti beneficio ſtatuti fœminarum excluſiuo, ſed ei penitus renunciare.*

7 *Amplia etiam ſi non haberet ſpecificam ſcientiã ſtatuti.*

8 *Ius ſuum nemo præſumitur ignorare.*

9 *Ignorantia ſtatuti propriæ Patriæ tamquàm craſſa, & ſupina neminem excuſat.*

10 *Verba indefinitè concipiendo hæreditatem vniuerſa bona defuncti vbicumque exiſtentia comprehendunt.*

11 *Verbum* (Hæreditas) *eſt adeò patens, vt non ſolum comprehendat bona ſita intra, ſed etiam extra Territorium.*

12 *Statutum non porrigit vires ſuas in bonis ſitis extrà Territorium ob defectum poteſtatis ſtatuentium.*

13 *Verba, quæ ex ſtylo Notariorum ſolent apponi, non immutant ſubſtantiam actus, ſed cenſentur appoſita ad maiorem illius validitatem, & prò maiori cauthela.*

14 *Interpretatio incongrua omninò venit reijcienda.*

15 *Interpretatio qualibet, per quam res ad iuris Communis diſpoſitionem reducitur eſt amplectenda.*

DECISIO CCCL.

COram Reuerendiſſimo Terracinen. 27. Ian. 1648. Reſolutum fuerat dandam eſſe manutentionem Doralici, & Luciæ de Pacionibus in duabus, ex tribus partibus bonorum hæreditariorum Fuluij Pacioni
Pars II.
earum Patris, Catharinæ verò Campiæ in remanenti
tertia parte quoad vſumfructum tantum, ac dedu-
cto ære alieno Io: Alexandri eius Viri, & cum onere
illud communicandi cum ijſdem de Pacionibus ex
fundamentis latè comprobatis in deciſione deſuper
emanata. Hodiè autem ſuſcepta coram me diſpu-
tatione ſuper petitorio dubitaui an, & in quibus bo-
nis dicti Fuluij conſtet de bono Iure eiuſdem Catha-
rinæ, & pariter pro tertia parte tantum quoad vſum-
fructum, & cum oneribus expreſſis in Teſtamento,
& firmatis, tàm in dicta deciſione, quàm in alijs
coram me emanatis ſuper hæreditate Alcidæ Ma-
tris 18. Iunij 1649. & 14. Martij 1650. Domi-
ni reſoluerunt. Cum enim ille deceſſerit Iure-
ſtatus ſuperſtitibus tribus filijs, nempè præfa-
tis Doralice, Lucia, & Io: Alexandro, ſinguli
ſublata differentia ſexus in eius bonis, & hæredi-
tate æqualiter ſucceſſerunt *l. maximum vitium C. de*
1 *liber. præter. l. ſi matre, & Auth. in ſucceſſione C. de ſuis,*
& legit. l. penult. ac l. fin. C. de legit. hæred. Rota dec. 177.
num. 1. par. 5. recent. coram bo: me: Buratto dec. 796. num. 4.
& in Aſcalana Hæreditatis 19. Iunij 1648. 31. Maij
1649. & 4. Aprilis 1650. coram R.P.D. meo Celſo. Quæ
2 propterea mediante aditione ab ipſis mutuo conſen-
ſu ſolemnitèr facta 24. Decembris 1626. in proprium
Patrimonium vnius cuiuſque pro rata ſua tranſiuit
l. ſi plures §. filio ff. de vulg. l. cum hæredes in princ. ff. de
acquir. poſſ. gloſ. in l. 1. §. Veteris verb. per vnum verſ. at
poſt aditam ff. eod. Dec. conſ. 69. num. 3. circa med. verſ.
& pro fundamento Rol. à Valle conſ. 43. nu. 40. lib. 4. Me-
noch. de adipiſc. remed. 4. num. 190. Rot. dec. 259. num. 9.
part. 5. rec. Atque ideò cum dictus Io: Alexander re-
liquerit præfatam Catharinam eius Vxorem hære-
dem Vſufructuariam omnium ipſius bonorum vtri-
que reſpectu præfatæ hæreditatis Paternæ tertia
tantummodò pars quæ ad illum ſpectabat, non au-
tem aliæ duæ portiones dd. Sororum illius cohære-
dum ſub huiuſmodi relicto compræhenſa cenſetur,
3 cum de alienis nemo teſtari præſumatur, *vt poſt gloſ.*
in l. conficiuntur §. ſi poſt factam verb. teſtatur in fin. ff.
de Iur. Codicill. probant in terminis Ceſal. conſ. 516. n. 11.
cum ſeqq. Peregr. conſ. 37. nu. 12. lib. 1. & de fideic. art. 6.
num. 11. cum ſeqq. & ſignantèr *num. 13. Fuſar. conſ. 147.*
num. 3. 4. & per tot. aliique allegati per Cyriac. contr. 283.
num. 24. & 35. & contr. 284.

Idque etiàm ſi ex ſtatuto Ciuitatis Interamnæ *lib. 1. fol. 40. ſub rubr. quod Mulier dotat. non ſucced.* comprobat in dictis Deciſionibus factis coram me, filiæque fœminæ ob ſuper exiſtentiam fratris maſculi

Digitized by Google

à Parentum ſucceſſione excludantur. Quoniam tàm
4 præſatum, quàm omnia alia ſtatuta fœminarum ex-
cluſiua locum habent maſculis eas excludere volen-
tibus, non autem quando ipſi (prout hic) illas no-
lunt excludere, ſed ſimul admitti ad Parentum ſuc-
5 ceſſiones ea ratione, quia illorum fauori ad ipſorum
commodum introducto, validè renunciare poſſunt
*ex Theoric. Bald in d. l. Maximum vitium num. 21. C.
de liber. præter.* quam ſequitur *Caſtr. in l. Titio Centum
§. Tertio genere ſub num. 10. verſ. item quid ſi maſculus
ff. de condit. & demonſtr. Alex. in l. In ſubſtitutione
num. 10. ff. de vulg. & pupill. & conſ. 20. num. 2. lib. 1.
Hond. conſ. 1. num. 85. lib. 2. Affl. in Conſt. Regn. lib. 3.
rubr. 23. de ſucceſ. fil. Corn. & Baron. num. 8. & 9. Mart.
de ſucceſſ. leg. part. 1. quæſt. 5 art. 4 num. 7. Brun in tract.
quod ſtantib. maſcul. fam. non ſucced. art. 10. num 14. &
ſeq. & art. 12. num. 10. & ſeq.* & in hac eadem cauſa
benè reſpondit *Rota coram Reuerendiſſimo Terracinen.
in ſupradicta deciſione ſub §. Non obſtat alterum ſtatutum.*
Vndè cum in propoſito, ſequuto obitu Patris Io:
Alexander in ætate perfecta conſtitutus dictas Soro-
res ad illius hæreditatem, & ſucceſſionem ſecum ad-
miſerit, illam actualitèr adeundo vnà ſimul cum ip-
ſis coniunctim, diuiſim, & inſolidum, omnique me-
liori modo præuio decreto, & Interuentu Iudicis,
ſeruatiſque ſolemnitatibus requiſitis, & cum expreſ-
ſa declaratione, quod Intendebat omnes eſſe hæredes
dicti eorum communis Patris, & vti tales continua-
re in poſſeſſione eius bonorum hæreditariorum vigo-
re ſtatuti illius Ciuitatis de continuanda poſſeſſione
defuncti in hæredem, vt ex Inſtrumento aditionis ce-
lebrato dicta die 24. Decembris 1626. Vtique ſatis
6 clarè dignoſcitur, quod ipſe noluit vti beneficio di-
cti ſtatuti, nec illas iuxta eius formam excludere,
ſed ei penitus renunciare, & ſecundum Iuris diſpoſi-
tionem ipſas æqualitèr, & pro virili ad ſuccedendum
admittere, vt egregiè fuit conſideratum *in dicta deci-
ſione ſub eodem §. Non obſtat alterum ſtatutum.*

Non obſtat, quod non probata in ipſo explicita
7 ſcientia dicti ſtatuti eius renunciatio nihil penitus
operetur.

Quia præter quod nemo præſumitur ignorare Ius
ſuum *Bart. in l. ſed & ſi lege § ſcire num 3. ff de petit.
8 hæred. Rot. deciſ. 152. num. 16. part. 4. tom. 2. rec.* Cum
præſatum ſtatutum ſolemniter publicatum in pro-
pria eius Patria Ius municipale Conſtituat, eius
9 ignorantia tanquàm craſſa, & ſupina ſuffragari non
poteſt *l. 2. & l. regula in princ. & §. ſed & Imperatores
ff. de Iur. & fact. ignor. l. ſi non tranſactionis, & l. cum
quis C. eod. Marc. Ant. de Amat. deciſ. Merib. 21. n. 45.
& 46. cum cæteris adductis in d. deciſ. §. minus facit in fine.*

Minuſuè ſubſiſtit, quod præfata aditio intelligi
debeat pro Io: Alexandro in bonis ſitis in Territorio
Interamnæ, & pro ſororibus in bonis extra illud exi-
ſtentibus videlicet in locis montium Vrbis.

Quandequidem huiuſmodi Interpretatio repu-
gnat penitus tàm propriæ verborum ſignificationi,
10 quæ indiffinitè concipiendo fuluij hæreditatem vni-
uerſa eius bona vbicumque exiſtentia comprehen-
dunt *l. hæreditas ff. de regul. Iur. l. nihil eſt aliud ff. de verb.
11 ſignif. Surd. conſ. 535. num. 19.* ſubdens verbum hære-
ditas eſſe adeò patens, vt ſub eo non ſolùm veniant
ſita intra, ſed etiam poſita extra Territorium, *& conſ.
553. num. 11. Rota deciſ. 182. ſub num. 2. part. 2. rec. &
coram bo: me: Pæn. deciſ. 355. num. 13. & 14.* Quàm
etiam ſupradictæ expreſſæ declarationi ab ipſis par-
tibus coniunctim factæ, quod intendebant vti bene-
ficio dicti ſtatuti de continuando poſſeſſionem bo-
12 norum defuncti in hæredem, quod cum ex defectu
poteſtatis ſtatuentium non porrigat vires ſuas in
bonis ſitis extra Territorium, vt præter adductos in
dicta deciſione copioſè firmauit *Rota in Narnien. ſuc-
ceſſionis 22. Maij 1628. 7. Febr. & 26. Nouembris 1629.
coram bo: me: Merlino in rec. deciſ. 177. dec. 247. & deciſ.
321. per tot. part. 5. & in Romana ſupplementi legitimæ
18. Maij 1640. coram me §. ſed etiam quatenus cum ſeqq.*
Vtique præfata declaratio verificari non poteſt in
alijs quam in exiſtentibus intra d. Territorium, &
conſequenter exindè manifeſtè detegitur Partes non
intellexiſſe differentiam conſtituere inter bona Vr-
bis, & Interamnæ, ſed omnia pariformiter ad vniuſ-
cuiuſque fauorē ſub dicta aditione comprehendere,
vt optimè cōprobatur *in eadē deciſ. dicto §. minus facit.*

Idque etiam ſi additum fuerit ipſos adire coniun-
ctim, diuiſim, & inſolidum, quia huiuſmodi verba
non alterant ſubſtantiam ipſius aditionis vniuerſam
13 hæreditatem complectentis, ſed appoſitę, & à nota-
rio Inculcatę cenſentur pro abbundantiori cautela
ad maiorem illius actus corroborationem, & vali-
diorem efficaciam ex not. *in clem. 1. vbi gloſ. & DD.
de Præbend. Decian. conſ. 52. ſub num. 27. lib. 1. Surd.
conſ. 523. ſub num. 31. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 9.
num. 3. & 4. cum ſeqq.*

Præterea non turbat, quod verba Inſtrumenti prę-
fatę aditionis ſint ambigua, aliaſque recipere poſſint
Interpretationes, & ideò referri non deberent ad re-
pudiationem, & remiſſionem Iuris vigore dicti ſta-
tuti eidem Io: Alexandro delati.

Quoniam illorum propria, & germana ſignifica-
tio clara penitus & perſpicua Dominis viſa fuit, nec
in alio ſenſu efficaciter detorqueri ex adductis Inter-
14 prętationibus pro Catharina, quas tanquàm incon-
gruas omninò reijciendas eſſe dixerunt *ad text. in l.
item veniunt §. Præter hæc in fine verſ. aptanda igitur ff.
de petit. hæred.* quem alijs plenè adductis exornat
*Card. Mantic. vbi ſupra lib 1. tit. 17. num. 1. cum ſeqq.
& dixit Rota coram Penia deciſ. 499. n. 2 3. & 4.* Pon-
derando præſertim quod prædicta verba propriè
non præſeferunt repudiationem, & remiſſionem ali-
cuius Iuris, ſimpliciter, & abſolutè ex dicto ſta-
tuto acquiſiti, ſed potiùs quamdam declarationem
eius animi intendentis ſorores ad Paternam hæredi-
15 tatem admittere, & ſic rem ad Iuris communis di-
ſpoſitionem reducere, pro cuius firmitate omnis
prorſus fauorabilis, & benigna Interprętatio ſumi
debet, & pulchrè reſpondit *I. C. in l. ſi vnus §. Pactus
ne peteret in fine verſ. quoties enim ff. de pact. & optimè
ad propoſitum notat Bald. in dicta l. maximum vitium di-
cto n. 21. verſ. In contrarium videtur C. de liber. præter.*

Et ità vtraque &c.

TREVEREN. SEV COLONIEN.

Nullitatis Profeſſionis.

Lunæ 13. Februarij 1651.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria data probabili releuantia articulorum,
etiam ſuper ijſdem articulis poſt didicitas, & publi-
catas Teſtium depoſitiones conceditur, & quando.
Metus ad inualidandam profeſſionem quomodo, &
qualiter ſufficienter probetur?

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria vt concedatur ſufficit releuantia probabilis;
melius diſcutienda in definitione cauſæ.*

2 *Metus illatus excludit liberum conſenſum, qui omninò
requiritur ad validitatem profeſſionis.*

3 *Metus illatus à perſonis nobilibus, minaſque exequi ſo-
litis ſufficit ad inualidandam Profeſſionem.*

4 *Metus incuſſio reſultat ex querelis, & declarationibus
per monialem factis tàm tempore ingreſſus, quàm Pro-
feſſionis, & ante, & poſtea repetitis, & continuatis.*

5 *Remiſſoria concedi non debet ſuper ijſdem articulis, ſu-*

DECL.

Digitized by Google

per quibus fuerunt Teſtes examinati, & eorum depoſitiones tam publicatæ, & diſcuſſæ.

6 *Limita hoc non procedere, quando ſecundi cōtinent materias magis diſtinctas, & ſpecificatas, & qui non conſiſtunt in ſolo cortice verborū, ſed etiam in ſubſtantia.*

DECISIO CCCLI.

PRætendente Anna Ioauna Lenteu vi, & metu à Parentibus ſibi illatis profeſſionem emiſiſſe ad eius Inſtantiam ſub die 14. Decembris 1648. Dubitaui an couſtaret de valida profeſſione, & contra eam fuit affirmatiuè reſolutum, quia ex depoſitionibus Teſtium pro eius parte examinatorum, non videbatur deſumi poſſe plena, & concludens probatio talis metus, qualis neceſſario requiritur ad Inualidandam profeſſionem; Vndè ad coadiuuandam probationem factam in partibus exhibitis in actis articulis petijt Remiſſoriam, quam hodie Domini concedendā eſſe Cenſuerunt, quia materia in illis deducta releuans viſa fuit pro admittendis probationibus cū ad iſtum
1 effectum ſufficiat releuantia probabilis melius deindè diſcutien. indiſſinitione cauſæ, *vt in Hiſpalen. Decimarū 26. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Corrado §. finali.*

Deducitur enim metus mortis ipſi à Parentibus illatus, vt eam inducerent ad ingrediendum Mona-
2 ſterium, ibique profitendum, qui proindè excludit liberum eius conſenſum, qualis omninò requiritur ad validitatem profeſſionis, vt notant communiter *DD. in cap. 1. de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt, & in cap. cum locum de Sponſal. & matrim. Butr. in cap. cum locum de ſponſal. Virum num. 6. ibique Io: de Anan. n. 5. de Regular. Pariſ. conſ. 65. num. 13. vol. 4. Butr. dec. 205. num. 22. cum ſeqq. alijſque allegatis in Vlixbonen. nullitatis profeſſionis 17. Maij 1641. & 16. Iunij 1642. coram Reuerendiſſimo D. Salamantino, ac 29. Ianuarij 1646. coram bo: me: Arguelles.*

Additur inſuper cauſa præcedens, ob quam illatus fuit, quæ apud perſonas nobiles, & potentes valdè vrgens exiſtimatur, ac probabilem, & veriſimilem inducere potuit credulitatem executionis minarum,
3 niſi ipſa iuſſibus obtemperaſſet; Vndè attenta præſertim qualitate perſonæ mulieris, articulatus metus ad hunc effectum dicitur iuſtificatus, vt probat *Hond. conſ. 29. num. 28. cum ſeqq. lib. 1. S. me. Greg. deciſ. 326. num. 10. 11. & 12. Buratt. d. deciſ. 205. num. 12. & 19. Rota in rec. deciſ. 315. num. 7. & 8. part. 5. in d. Vlixbonen. nullitatis Profeſſionis 17. Maij 1641. coram Reuerendiſſimo D. Salamantino §. Pro cuius affirmatiua.*

Poſtremò deducuntur querelæ, declarationes, &
4 proteſtationes per ipsā factę tàm tempore ingreſſus, quàm profeſſionis antea, & poſtea repetitæ, & continuatæ, ex quibus propterea illius diſſenſus, & contradictio reſultat, vt notat *Innoc. in dicto cap. 1. ſub num. 1. in fin. de his, quæ vi metuſuè cauſ. fiunt Nauar. tit. de regular. lib. 3. conſ. 34. num. 3. Decian. reſponſ. 18. ſub num. 5. & 6. lib. 3. Card. Seraphin. deciſ. 859. n. 4. Greg. dicta deciſ. 326. num. 30. & 43. Buratt. d. deciſ. 205. n. 15. Rota in rec. deciſ. 579. n. 4. part. 1. deciſ. 179. ſub n. 2. & 3. dec. 397. pariter ſub n. 2. & 3. & deciſ. 733. n. 5. par. 4. cum alijs in dicta Vlixbonen. nullitatis Profeſſionis plenè relatis.*

Non obſtat quod ſuper hac eadem materia plures
5 Teſtes in partibus examinati fuerint, quorum depoſitiones iam publicatæ, & diſcuſſę fuerunt, & præſertim coram me *in deciſione edita dicta die 14. Decembris 1648.* atque ideò noua remiſſoria concedi non debeat, vt in his terminis reſponſum fuit *in dicta Vlixbonen. nullitatis profeſſionis 27. Iunij 1646. coram bo: me: Arguelles §. 1. quia cum ſeq.* Quia cum præſentes arti-
6 culi contineant materias magis diſtinctas, & ſpecificatas, quod non conſiſtit in ſolo cortice verborum, ſed etiam in ſubſtantia, hoc ſolum ſufficit, vt non attentis prædictis Depoſitionibus, illarumque publicatione, & diſcuſſione petita remiſſoria veniat concedenda, vt poſt *Abbatem ità diſtinguentem in cap. fraternitatis num. 8. de teſtib. dixit Rota coram bo: me: Cocc. deciſ. 23. num. 2. & in rec. deciſ. 266. num. 13. part. 6. in Camerinen. penſionis 4. Maij 1640. coram R.P.D. meo Bichio, & in Fauentina Beneficij 27. Iunij 1644. coram me §. Præterea verſ. imò eum negari.* DD. exiſtimarunt ex tunc deductis hodie præberi ſaltèm fumus veritatis materiæ articulatę ad tollendam omnem ſiniſtram ſuſpicionem, & calumniam.

Et ita &c.

BONONIEN. SVCCESSIONIS.

Veneris 3. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Nepotibus ex Filia præmortua in Teſtamento Aui præteritis debetur legitima in bonis ipſius Aui, vna cum filijs diuidenda tam reſpectu Nepotum in ſtirpes, reſpectu filiorum in capita, & an Nepotes teneantur dotem eorum matri traditam imputare in legitimam? Legatum factum ab Auo Nouercæ, æqualiter inter filios primi Matrimonij, & ipſam Nouercam diuiditur ex diſp. l. Hac Aedictali, quod procedit etiam fauore Nepotum vtriuſque ſexus ex filio primi matrimonij, inter quos æqualiter; & in capita diuiditur, & hoc habet locum tam in legato proprietatis, quàm vſus fructus, & quando procedat etiam in legato alimentorum, & quando legatum Vſusfructus Vxori factum extantibus filijs communis matrimonij reſtringatur ad alimenta ſecundum Bulgari conſuetudinem?

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur Nepotibus ex filia præmortua ex omnibus bonis Aui vna cū filijs, tam in proprietate, quam in vſufructu liberè, & reiecto quouis onere, & dilatione.*

2 *Legitima eſt tertia pars totius aſſis hæreditarij detracto ære alieno extantibus tribus filijs, & alijs Nepotibus in ſtirpes ſuccedentibus.*

3 *Filij ad legitimam in bonis Patris ſuccedunt in capita, Nepotes autem in ſtirpes.*

4 *Actus ſub conditione factus, deficiente conditione nullum operatur effectum, & prò non facto habetur.*

5 *Nepotes non tenentur dotem eorum matri ab Auo traditam, imputare in eius legitimam.*

6 *Filia, Nepotis, vel aliquis alter deſcendens, qui dotem immediatè habuit à Patre, Auo, vel alio aſcendente, tenetur illam imputare in eius legitimam.*

7 *Secus autem in Nepote, vel alio deſcendente, qui dotem immediatè ab Auo non habuit, ſed mediante perſona matris ex eius hæreditate, hic enim imputare non tenetur.*

8 *Nepotes ſi cum materteris concurrant in bonis Aui, dotē earū matri ſolutam tenentur imputare in legitimam.*

9 *Limita hoc non procedere ſtante diſpoſitione ſtatuti, quod dos cedat lucro, & liberæ diſpoſitioni eiuſdemmet mulieris dotatæ.*

10 *Nepotes petentes legitimam ex bonis Aui extantibus etiam materteris non tenentur in illam imputare id, quod aduentitie Iure, & aliundè, quam ex bonis ipſius Aui habuerunt.*

11 *Legatum factum ab Auo Secundæ Vxori æqualiter inter eam diuiditur, & Nepotes ex primo matrimonio iuxtà diſp. l. Hac Aedictali C. de Secund. Nupt.*

12 *Diſpoſitio l. Hac ædictali, capit. non ſolum relicta proprietatum, ſed etiam relicta vſus fructus, facta illius æſtimatione.*

13 *Et procedit non ſolum fauore filiorum primi matrimonij, ſed etiam genitoribus prædefunctis ad fauorem Nepotum, & pronepotum vtriuſque ſexus.*

14 *Nepotes, & pronepotes ex filijs præmortuis l. Hac ædictali veniunt*

Digitized by Google

veniunt ex proprijs perſonis, & ſinguli in capita conſiderantur.

15 *Diuiſio fienda inter Vitricum, ſeù Nouercam, & Priuignos vigore l. Hac adictali eſt, quod prius detrahatur legitima pro filijs primi matrimonij, reſiduum verò inter ſingulos eorum, & Vitricum, ſeu Nouercam æqualiter in capita diuidatur.*

16 *Onus legitimæ adiectum tamquam expreſsè repugnans legis diſpoſitioni perindè reijcitur, ac ſi neque ſcriptum, neque appoſitum fuiſſet.*

17 *Filij ſecundi matrimonij non participant de eo, quod ex diſpoſitione l. Hac adictali, aaſertur Vitrico, ſeu Nouercæ, ſed totum defertur Filijs, ſeu Nepotibus ex præcedenti coniugio ſuſceptis.*

18 *Legatum Vſufructus Vxori relictum extantibus filijs communis matrimonij reſtringitur ad alimenta ex ſententia Bulgari conſuetudine vniuerſali recepta.*

19 *Limita hoc non procedere, quando ex amplis verbis Teſtamenti colligitur plenum, & liberum vſufructum omnium bonorum fuiſſe relictum.*

20 *Diſpoſitio l. Hac adictali locum habet etiam in legatis titulo alimentorum Nouercæ relictis.*

21 *Limita dummodò ſuperſtes coniux, cui alimenta legata fuerunt, non ſit adeò pauper, vt aliundè ſubſtentari non valeant.*

22 *Statutum extendi non debet, ſed in caſu ommiſſo, ſeruanda eſt Iuris communis diſpoſitio.*

DECISIO CCCLII.

IOſeph de Sauijs in Teſtamento ſub quo deceſſit Catharinam, Barbaram, & Annam Mariam de Lucatellis neptes ex Siluia præmortua præterijt relictis ſolùm Cęſari eiuſdem Siluię Viro, ac Procuratori dd. Sororum libris mille infra triennium ſoluendis pro omni, & toto eo quod ipſe etiam vti Procurator, & legitimus adminiſtrator eius filiarum prætendere, vel conſequi poſſet vllo vnquàm tempore in bonis, & hæreditate ipſius Teſtatoris quauis ratione, vel cauſa, etiam occaſione prætenſæ legitimæ, vti Maritus dictæ Siluiæ, & niſi huic legato acquieſceret illud reuocauit, libras 14. mil. Elenę ſecundæ Vxori Iure legati reliquit vna cum vſufructu totius hæreditatis diuiden. cum tribus alijs tribus filiabus ex eodem ſecundo matrimonio ſuſceptis, ac hæredibus in reliquo aſſe inſtitutis, vt legitur in Teſtamento relato *in Summaria dd. Sororum de Lucatellis num. 1.* Vndè huiuſmodi inæqualis diſpoſitio cauſam præbuit, vt introducta lite priùs coram Auditore generali Bononię, & deindè coram me diſceptrandum proponetem an, & quæ portiones debeantur Sororibus de Lucatellis in bonis dicti Ioſephi, & Domini cenſuerunt.

Primò ipſis deberi legitimam ex omnibus bonis
1 eiuſdem Teſtatoris, tam in proprietate, quam in vſufructu liberè eis aſſignandam reiecto quouis onere, ac dilatione *l. Papinianus §. quoniam in fine ff. de inoffic. Teſtam. l. quoniam in prioribus l. ſcimus in principio §. cum autem l. omnimodo ibique gloſ. verb. alijs perſonis, & auth. nouiſſima C. eod. cum cæteris allegatis in Romana ſucceſſionis 18. Maij 1646. §. 1. deberi coram R. P. D. meo Corradò in Bonon. ſucceſſionis 15. Martij 1647. coram R. P. D. meo Bichio, §. & antequam, & in Romana dotis 18. Iunij 1649. coram me §. ſed re bene perpenſa:* quæ habita
2 tarione dd. trium aliarum filiarum ſuper extantium ex ſecundis nuptijs ſuſceptarum, eſt tertia pars totius aſſis hæreditarij detracto ære alieno *d. auth. nouiſſima C. de inoff. Teſtam. §. 1. auth. de trient. & ſemiſs.* æqualiter
3 diuidenda inter dd. filias in capita, & præfatas Sorores vnicum ſtipitem conſtituentes, ita quod vnicadumtaxat vncia ipſius aſſis illis quoad eam in ſtirpes ſuccedentibus debeatur *§. 1. Inſtit. de hæred. ab inteſt. venien. Salyc. in d. auth. nouiſſima num. 5. verſ. ſecus ſi veniren ibique Iaſ. num. 51. verſ. ſi autem iſti C. de inoffic. Teſtam. Alex. conſ. 63. ſub n. 1. lib. 2. conſ. 201. ſub num. 2. lib. 6. conſ. 36. n. 3. lib. 7. Corn. conſ. 48. n. 27. lib. 2. Coſt. de port. rat. quæſt. 181. num. 5. cum alijs relatis per Merlin. de legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 10. num. 8. & 9.*

Non obſtat illius renunciatio facta per dictam Siluiam in executionem pacti conuenti in eius Inſtrumento dotali.

Quia non fuit ſimplex, & abſoluta, ſed qualificata, & conditionalis quatenus ſcilicet prædictus Ioſeph eius Pater decederet ſuperſtitibus filijs maſculis ibi, *che mancando detto Signor Gioſeppe ſenza figliuoli maſchi, come ſopra legitimi, e naturali la preſente renuntia, quanto è riſpetto alla legitima, e ſupplemento di eſſa, eſſe parti dichiarorno, & eſpreſſamente proteſtano non haner luogo, e ſia, e s'habbi per non fatta, rimanendo in tal caſo à detta Signora Siluia, e ſuoi figliuoli le loro ragioni tali, quali erano auanti la preſente rinuncia, ſi come eſſa*
4 *non foſſe fatta &c.* Vndè cum ille deceſſerit nullis relictis maſculis, ſed ſolùm filiabus fœminis renuneiario euanuit, & conſequenter, nec renuncianti, nec eius hæredibus obeſſe poteſt *vulg. Iur.*

Neque in præfatam legitimam dotem maternam imputare tenentur, quia cum ex ſpeciali diſpoſitione ſtatutorum Bononię *lib. 4. ſub rubr. de dot. reſtit. §. Item dicimus, quod mulier fol. 245. & ſeq.* præfata dos ſtatim exierit de patrimonio dotantis, ac liberè acquiſita fuerit ceſſerit eidem Siluię, quæ de illa pro libito ſuæ voluntatis diſponere poterat etiam ad fauorem cuiuſcumque extranei, vt ibi cauetur, eius filiæ non tanquam ab Auo profectam, ſed vti illius proprium patrimonium eam conſequutæ fuerunt, tanquam eius hæredes, & conſequenter ceſſat imputandi neceſſitas tam ex ſpeciali declaratione eorumdem ſtatutorum facta paulò infra *in §. inſuper etiam ſtatuimus*
5 *fol. 272.* quam ex Iuris communis diſpoſitione *in l. quoniam nouella, ibi ſi ex ſubſtantia eius profecta ſit de cuius hæreditate agitur C. de inoffic. Teſtam. & in terminis declarant Rip. in l. in quartam num. 194. verſ. & idem ff. ad l. Falcid. Caſtr. conſ. 145. num. 1. lib. 1. & conſ. 108. ſub num. 2. lib. 2. Alex. conſ. 117. num. 9. & 10. lib. 6. Ancar. conſ. 50. num. 2. vſque in fin. & conſ. 313. in fin.* vbi ità tenet pro veritate, & in puncto huius ſtatuti *Ruin. conſ. 148. num. 7. & 8. cum ſeqq. lib. 5. Giouagn. conſ. 92. num. 14. & per tot. lib. 1. Rot. Bonon. penes eumdem ibidem num. 22. repetit. inter diuerſ. deciſ. 1. ſub num. 1. cum ſeqq.* idemque notauit *Monterent. in annotat. ad ead. ſtatut. dicto §. inſuper etiam ſtatuimus litt. B. verb. dubium.*

Nec aduerſatur diſpoſitio eorundem ſtatutorum *lib. 4. ſub rubr. de ſucceſſ. lib. aſcend. de fic. cond. Teſtam. §. in qua legitima.*

Procedit enim, & determinat caſum, in quo legitima petitur ab eamdemmet filia nepte, vel alijs deſcendentibus, quæ ab earum Patre, Auo, vel alio
6 aſcendente dotem immediatè habuerunt, tunc enim voluerunt ſtatuentes, quod dotem ab ipſis habitam in illam imputare teneantur, prout iuſtitiæ, & æquitatis poſtulat ratio iuxta *d. l. quoniam nouella C. de inoffic. Teſtam.* In altero autem prædicto ſubſequenei *§. inſuper etiam ſtatuimus*, determinatur caſus, in quo prout hic, legitimam petentes, nihil penitus immediatè habuerunt ab eo ex cuius bonis illam detrahere prætendunt, idcòque in hoc caſu, quia tractatur de imputando dotem non per ipſas, ſed habitam ab earum matre ſtatuentes noluerunt huiuſmodi imputationem fieri, quia cum paulò ſupra decreuerint huiuſmodi dotem ipſius mulieris dotatæ lucro cedere, ac liberæ eius diſpoſitioni ſubiacere, incongruum penitus exiſtimarũt eorumdem dotem in legitimam

alteri

alteri de Iure debitam imputari, vt clarè prorſus ap-
paret ex verbis vtriuſque ſtatuti diligenter conſide-
ratis, & benè declarant *Alex. dicto, conſil. 117. ſub
num. 4. & 8. lib. 6. Giouagnon. dicto conſil. 92. num. 20.
Rota Bononien. ibid. num 28. & deciſ. 1. num. 14. Mon-
trent. in dicto §. in qua legitima litt. F. verb. Teſtatore,
& dicto §. inſuper etiam ſtatuimus litt. D. verb. filiabus.*

Et hinc nihil refert, quod dd. neptes concurrant cum
8 materteris, quo caſu, vt ſeruetur æqualitas dotem
eorum matri ſolutam imputandam eſſe decidit *text.
in l. illam C. de collation.*

Quoniam diſpoſitio *d. Text.* non procedit ſtante gene-
9 rali cenſura ſupradictorum ſtaturorum in dicto §. Itē
dicimus, quod mulier cum enim dicta dos ceſſerit
lucro, & liberæ diſpoſitioni eiuſdemmet mulieris
dotatæ, neptes illam non conſequuntur Iure ſan-
guinis ex bonis, vel beneficio Aui, ſed ſimpliciter,
vt dictum eſt tanquam hæredes Matris, prout qui-
libet extranens aſſequi potuiſſet, & ideò dùm pe-
10 tunt legitimam extantibus, etiàm materteris fruſtra
ipſis obijcitur exceptio imputationis illius, quod
aduentitio iure aliundè habuerunt, vt optimè re-
ſpondent *Alex. dicto conſil. 117. ſub num. 9. & ſeq.
lib. 6. Anchar. dicto conſil. 50. ſub num. 2. verſ. nam ſi
filia verſ. nullo ergo, Surd. dicto conſil. 206. num. 37.
Giouagn. dicto conſil. 92. num. 15. & Rota Bonon. ibid.
num. 32. cum ſeqq. & dicta dec. 1. num. 11. & 20.*

Secundo præmiſſa detractione prædicta dixerunt Do-
mini reſiduum legatorum, quæ à præſato Ioſeph
Elenæ ſecundæ Vxori facta fuerunt compræhenſo
etiam vſufructu, æqualiter diuidendum eſſe inter
11 eam, & præfatas Sorores in capita, itavt vnicuique
earum æqualis portio aſſignetur iuxta claram diſpo-
ſitionē *Text. in l. hac edictali C. de ſecund. nupt.* quæ
12 capit non ſolùm relicta proprietatum, ſed etiam re-
licta vſus fructus facta illius æſtimatione, vt poſt
*Bald. in l. hæreditatum ſub num. 19. ff. ad l. falcid. ibique
Alberic. num. 2. alioſque innumeros alleg. firmatum fuit
in dicta Romana Succeſſionis coram R. P. D. meo Corrado*
13 *§. receptum eſt enim*, & procedit, tàm ad fauorem
filiorum primi matrimonij, quàm etiam genitori-
bus, vt hic præ defunctis ad fauorem Nepotum, &
14 Pronepotum vtriuſque ſexus, qui vtpotè illius vigo-
re agentes ex proprijs perſonis ſinguli in capita
conſiderantur, vt ad litteram decidit *text. in d. l. hac
edictali verſ. quam obſeruationem, & in auth. de nupt.
§. optimè verſ. hoc idem obſeruando*, ac ſequuntur *DD.
congeſti in dicta Bonon. Succeſſionis Coram R. P. D. meo
Bichio § pro cuius dubij reſolutione, & in dicta Romana
dotis coram me §. & ceſſat difficultas*, & licet diuerſæ
15 fuerint DD. ſententiæ circa modum huiuſmodi di-
uiſionis inter victricum, ſeù nouercam, & Priui-
gnos fiendæ, illa tamen rationi legis magis conſo-
na, & æquior in hoc Sacro Tribunali frequentius
recepta fuit quod detrahatur prius legitima pro fi-
lijs prioris matrimonij, reſiduum vero, vt dictum
eſt inter ſingulos, eorum, ac Victricum, ſeù nouer-
cam in capita æqualiter diuidatur, vt plenè firma-
tum fuit *in dicta Romana Succeſſionis coram R. P. D. meo
Corrado dicto §. receptum eſt enim verſ. & licet non con-
ueniant, & §. hac tamen ſententia.*

Neque huiuſmodi diuiſioni repugnat ſupradictum le-
gatum librarum mille à dicto Teſtatore Cæſari ea-
rum genitori relictum.

Tùm quia non fuit factum ipſis Sororibus, quę omni-
nò præteritæ fuerunt; Tùm quia ipſemet Teſtator in
eo explicitè declarauit, quod nolente Cæſare illud
acceptare prout euenit, nullius eſſet momenti, ac ſi
16 factum non fuiſſet: Tùm denique quia onus illi
adiectum prorſus reijcitur tanquàm expreſsè repu-
gnans legis diſpoſitioni perindè, ac ſi neque ſcriptū
neque appoſitum fuiſſet *d. l. quoniam in prioribus, &
l. ſcimus in princ. §. cum autem C. de inoff. Teſtam. Gabr.
conſ. 13. num. 18. lib. 2. cum concordantibus plenè rela-
tis in dicta Romana ſucceſſionis d. §. 1.*

Minuſuè repugnat ſuper exiſtentia filiarum ex ſecundo
17 matrimonio ſuſceptarum, quoniam in eo, quod
aufertur à Victrico, ſeù Nouerca ex diſpoſitione
dictæ legis non participant filij ſecundi matrimo-
nij, ſed totum defertur filijs, ſeù nepotibus ex præ-
cedenti coniugio ſuſceptis, vt habetur in eadem
*l. hac edictali §. ſin verò plus ibique gloſ. verb. liberorum,
& in auth. ad eos ſolos eod. tit. ſumpta ex d. auth. de nupt
dictō §. optimè, & benè explicant DD. relati per Hodiern.
in Coment. ad eamdem l. quæſt. 39. num. 2. vſque ad fin.*

Et hinc non obſtat quod legatum vſusfructus exiſten-
18 tibus filijs communis matrimonij reſtringatur ad
alimenta ex ſententia Bulgari, conſuetudine vniuer-
ſali recepta, & proindè non compræhendatur ſub
diſpoſitione *dictæ l. hac edictali*, quia præter quod ex
19 amplis verbis Teſtamenti depræhenditur plenum,
& liberum vſumfructum omnium bonorum cum
dd. filiabus diuiden. relictum fuiſſe, quod propterea
non eſſe reſtringen. ad alimenta pluribus relatis au-
ctoritatibus firmatum fuit in *Firmana Codicillorum*
15. *Nouembris 1649. coram me* verius eſt quod diſpo-
20 ſitio illius legis locum habeat etiam in legatis titu-
21 lo alimentorum relictis, dummodo ſuperſtes con-
iux cui facta fuerunt non ſit adeò pauper, vt aliun-
dè ſubſtentari non valeat, vt declarant *Aym. conſil.
149. ſub nu. 3. cum ſeq. Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 9.
num. 13. 16. & per tot. Hodiern. vbi ſupra quæſt. 31.
num. 17. & 18. cum ſeqq.*

Poſtremo non obſtat, quod diſpoſitio d. l. correcta
videatur per alterum Statutum eiuſdem Ciuitatis
*d. lib. 4. ſub dicta rubr. de dot. reſtit. §. ſi verò ex ea li-
beri, & §. ſi verò ex vltimo matrimonio*, quia præfa-
tum ſtatutum loquitur de ſucceſſione mulieris con-
ſtante matrimonio defunctæ ſuperſtitibus etiam fi-
lijs prioris matrimonij, & ibi præſcribit modum
diuidendi dotem inter dd. filios, & Victricum ac
filios poſterioris matrimonij, non autem compræ-
hendit caſum, in quo agitur, prout hic, de ſucceſ-
ſione, atque hæreditate Viri inter Nouercam, & fi-
lios prioris matrimonij, ac de legatis eidem No-
uercæ factis contra expreſſam diſpoſitionē dictæ le-
22 gis, ideòque extendi non debet, ſed in caſibus
omiſſis ſeruanda eſt iuris communis diſpoſitio ad
l. ſi verò ff. de ſol. matrim. & in fortioribus terminis
dictum fuit *in dicta Bononien. Succeſſionis* 15. *Martij
1647. coram R. P. D. meo Bichio §. an autem d. ſtatutum:*

Atque ità reſolutum fuit vtraque &c.

CALAGVRITANA QVARTI BENEFICII S. IO. de Molinar.

Veneris 3. Martij 1651.

A R G V M E N T V M.

Recurrens ad Iudices Laycos obtenta etiam abſolu-
tione ab incurſu excommunicationis audiri non de-
bet; niſi refectis parti colligitanti omnibus expenſis
tam iudicialibus, quam etiam extraiudicialibus,
loco damnorum, & intereſſe, neque ſufficit oblatio
reficiendi cum depoſito vnius Iulij, ſed cum effectu
ſunt reficiendæ, etiam ſi in breue obtentæ abſolu-
tionis non adſit clauſula, *refectis expenſis*, & quali-
ter ad hunc effectum expenſæ dicantur ſufficienter
iuſtificatæ vbi, quod ſufficit eas eſſe veriſimiles.

S V M M A R I V M.

1 *Recurrens ad Iudices Laycos vltra incurſum excom-
municationis, tenetur reficere colligitanti omnes ex-
penſas*

Digitized by Google

penſas ea occaſione factas.
2 *Ampla tam Iudiciales, quam extra iudiciales tanquam damna, & intereſſe, ob iniuſtum huiuſmodi attentatum paſſa.*
3 *Recurrens ad Iudices Laycos non ſufficit quod ſe offerat paratum ad reficiendas expenſas parti colligitanti cum depoſito vnius Iulij ſed integra, & actualis refectio requiritur, ad compeſcendam eius audaciam, & temeritatem.*
4 *Expenſa, & damna paſſa per collitigantem ſi ſiat veriſimilia, & non ſolum in genere, ſed in ſpecie iuſtificentur actualis, & integra refectio requiritur nec ſuffiett oblatio de illis reficiendis.*
5 *Expenſarum actualis refectio parti collitiganti de Iure fieri debet per recurrentem ad Iudices Laycos, neque ſufficit oblatio de illis reficiendis cum depoſito vnius Iulij.*
6 *Clauſula*, ſine litis, & collitigantium præiudicio *in litteris Apoſtolicis appoſita indicat Summum Pontificem præſeruare voluiſſe quodcumque intereſſe colligantis licet modicum.*
7 *Agens ad expenſarum, & damnorum reſtitutionem contra recurrentes ad Iudices Laysos non ſuffiet ſi de recurſu opponat per modum exceptionis, & prouiſionis.*
8 *Sed debet agere via extraordinaria, & priuilegiata, & ſuper hoc principaliter officium Iudicis implorare.*
9 *Expenſa quæ probantur ex quietantijs in actis medio iuramento exhibitis, alia probatione non egent.*
10 *Expenſarum in materia data veriſimilitudine ſufficiunt probationes quales haberi poſſunt.*

DECISIO CCCLIII.

FIrmatum fuit coram me die 2. Maij anni præſentis obſtare recurſos habitos per Bartholomeum de Coſtanira ad Iudices Laycos, cui reſolutioni cum ipſe paruerit, & abſolutionem obtinuerit, & deindè pluries inſteterit pro propoſitione cauſę ſuper negocio principali.

Ioſeph Vrtalaſteain ſe oppoſuit allegando adhuc non eſſe perfectam purgationem dictorum recurſuum per actualem refectionem expenſarum, & damnorum, quæ paſſus fuit illorum occaſione; Vndè propoſito particulari dubio Domini reſponderunt expenſas, & damna deberi pro ſumma inferius declaranda ſcut. 102, 52. ea ratione, quià recurrens ad Iudices Laicos, vltra incurſum excommunica-
1 tionis tenetur reficere collitiganti omnes expenſas
ea occaſione factas, ſiuè Iudiciales, ſiuè extraiudi-
2 ciales, tanquam damna, & intereſſe ob iniuſtum
huiuſmodi attentatum paſſa *cap. quoniam §. ſi quis vero ibique gloſ. verb. ſatisfactum de immun. Eccleſ. in 6. Archid. in cap. quamquam ad fin. verb. reſtituat de cenſur. in 6. cum alijs in puncto allegatis per Rotam in rec. deciſ. 704. num. 12. par. 8. Pampilonen. electionis Canonicorum 11. Maij 1640. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Calaritana Damnorum, & intereſſe 25. Iunij 1649. coram R.p.d. meo Bichio.*

Nec admittenda viſa fuit oblatio de illis reficiendis cum depoſito vnius iulij, quia ad compeſcen-
3 dam audaciam, & temeritatem talium recurrentium, ac collitigantes iniuſtis medijs deſatigantium actualis, & integra reſtitutio requiritur vt notat *gloſ. in d. cap. quoniam d. §. ſi quis verò d. verb. ſatisfactum*, quam ſequuta fuit *Rota in d. deciſ. 744. num. 13.*
4 Præſertim cum expenſæ, & damna paſſa per Ioſephum ſint veriſimilia, & non ſolùm in genere, ſed in ſpecie iuſtificentur ex deductis *per Add. ad Greg. deciſ. 503. ſub num. 6. circa finem.*

Nec refert quod in breue per Bartholomæum pro abſolutione obtentum à S. D. N. non legatur ſolita clauſula refectis expenſis, quia cum integralis illa-
5 rum reſtitutio debeatur de Iure, vt expreſsè ſtatuit
ſan. me. Bonifatius VIII. in d. cap. quoniam, & declarauit *gloſ. ibiq. d. verb. ſatisfactum*, ſatis ſufficienter prouiſum fuit huic intereſſe Ioſephi ex clauſula
6 *ſine litis, & collitigantium præiudicio* in iiſdem litteris appoſita, cuius vigore cenſetur Summum Pontificem præſeruare voluiſſe quodcumque intereſſe collitigantis, licet modicum, vt animaduertit *Rot. coram Buratt. dec. 442. num. 2.* & prius coram *Put. deciſ. 6. num. 2. lib. 3. in correct.*

Minuſuè ſubſiſtit, quod ipſe oppoſuit de dictis recurſibus per modum prouiſionis proteſtando Bartholomęum audiri non poſſe, & ideò neglecta
7 via extraordinaria petitam expenſarum, & damnorum refectionem obtinere non valeat ex relatis. *In Verulana bonorum 5. Iulij 1649. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano §. Non autem*, quia de illis non ſolum oppoſuit per modum exceptionis, ſed ſuper eis
8 ſemper, & acriter inſtetit implorando officium Iudicis, & principaliter in vim commiſſionis mihi directæ, quæ propriè eſt via extraordinaria, & priuilegiata complectens integram expenſarum, & damnorum reſtitutionem, & in ſimili *Lancell. de attent. tit. quib. & quot mod. attent. reuoc. par. 3. cap. 3. cap. 21. num. 11. in fine allegatus in eadem Verulana bonor. §. qui verò ad expenſas.*

Quantitatem verò Domini confirmant in ſcutis 102. 52. ʒ videlicet pro regeſtro confecto ſuperdictis recurſibus ſcuta 4.95.

Pro examine quatuor Teſtium ſuper recognitione Iurium ſcuta 2. 25.

Pro ſummario, & ſcriptura eiuſdem examinis ſcut. 3.

Pro ſummario, & ſcriptura trium Teſtium pro parte Bartholomæi examinatorum ſuper recognitione mandati procuræ ad renunciandum dictis recurſibus ſcuta 2. 62. ʒ

Pro interprete tam primi, quam ſecundi examinis ſcut. 11.

Pro interpretatione, & traditione ſcripturarum ſcut. 4.

Pro Procuratore, & Aduocato in informationibus in voce, & in ſcriptis tam ſub die 2. Maij 1650. quam in hodierna poſitione ſcut. 12.

Pro originalibus informationum ſcuta duo.

Pro copijs copiſtæ earumdem poſitionum ſcuta 12. 50.

Pro Sollicitatore ſpatio decem, & octo menſium ad rationem vnius ſcuti pro quolibet menſe ſcut. 18.

Pro expenſis factis coram Iudicibus Laycis Valliſoletanis ſcut. 20.

Pro expenſis factis Matriti occaſione aliorum recurſuum ſcut. decem.

Quæ inſimul calculata dictam ſummam ſcutor. 102. 52. ʒ & cum ſint veriſimiles, & paſſim proben-
9 tur ex quietantijs in actis medio Iuramento exhibitis, alia probatione non egent cum in hac materia
10 data veriſimilitudine ſufficiunt probationes quales haberi poſſunt, vt alijs relatis firmauit *Rota in d. deciſ. 744. num. 14. par. 8. rec.*

Et ita vtraque &c.

LEODIEN. PRÆPOSITVRÆ DE NANSINNES.

Luna 6. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Declaratoria relaxatur contra non docentem ſe paruiſſe mandato Rotali poſt ſeruatos terminos de ſtylo ſeruari ſolitos, etiam ſi mandatum Rotale ei perſo-

Digitized by Google

perſonaliter intimatum non fuerit, ſed tantumodò
executa citatio domi dimiſſa copia, & ad valuas
Eccleſiæ Cathedralis, quæ æquipollet perſonali ci-
tationi, quando non patet tutus acceſſus circa
quem Notario creditur.

S V M M A R I V M.

1 *Declaratoria danda eſt contra non docentem ſe paruiſ-*
ſe mandato Rotali.

2 *Notarij fidibus creditur quod citatio perſonaliter exe-*
qui non potuit ob non tutum acceſſum.

3 *Citatio executa domi dimiſſa copia, & ad valuas Ca-*
thedralis æquiualet perſonali citationi, quando non
patet tutus acceſſus.

4 *Declaratoria eo libentius contra inobedientem manda-*
tis Rotalibus relaxatur ſi ſe tueatur in poſſeſſione ar-
mata militum manu, & Laycorum auxilio.

DECISIO CCCLIV.

REproducto in actis Notarij cauſæ poſt illius pu-
blicationem, & intimationem mandato Rotali
de manutenendo ſub comminatione cenſurarum
contra Matthiam relaxato ſeruatiſque quatuor ter-
minis iuxta ſtylum ſeruari ſolitis, cum ille non do-
1 cuerit de paritione, vt par eſſet reſponſum fuit con-
tra eum dandam eſſe declaratoriam prout in his
terminis alijs relatis reſpondit *Rota in Iuuenaten. ſeu*
Melfiten. bonorum 1. Iulij 1647. coram R. p. d. meo
Corrado.

Nec obſtat quod dictum mandatum præfato Mat-
thiæ principali intimatum non fuerit. Quia cum
id fieri non potuerit ob non tutum acceſſum, vt te-
2 ſtantur duo Notarij in eorum ſeparatis relationibus
Summ. num. 2. & 3. quibus deferendum eſſe in pro-
ximis terminis dixit *Rota coram Buratto deciſ. 146.*
num. 4. & deciſ. 950. num. 2. coram bon. mem. Coccino
deciſ. 404. num. 3. ſufficiens Dominis viſa fuit dimi-
ſio copiæ in manibus matris, illiuſque publicatio in
Eccleſijs Cathedralis Leodien. Præpoſituræ contro-
uerſæ, & Oppidi Gouenenſis poſiti ad confinia
cum affixione aliarum copiarum ad valuas tam dd.
Eccleſiarum, quam Domicilij Caroli de Brinas eius
Procuratoris *d. Summ. num. 1. 2. & 3.* Quæ propte-
3 rea æquiualent perſonali intimationi *Clem. cauſam*
§. quod ſi forſan. de elect. Clem. prima de Iudic. Card.
Seraph. deciſ. 1196. num. 3. Rota deciſ. 48. numer. 21.
par. 8. recent.

Eoq; magis dùm ipſe vna cum eius Patre armata
4 militum manu, & auxilio Laycorum Præpoſituram,
de qua agitur eiuſque bona violenter occupat *Sum.*
num. 4. quod proinde euidenter oſtendit illius in-
obedientiam, ita vt eo libentius petita declaratoria
concedi debeat, vt reſponſum fuit in *Toletana Ma-*
trimonij 1. Iulij. 1647 coram R.p.d. meo Corrado §. fina-
li, & in Romana, ſeu Albinganen. bonorum 1. Iulij 1648.
coram me pariter §. finali.

Et ità &c. per contradictas &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Veneris 10. Martij 1651.

A R G V M E N T V M.

Dotis creditum ſolutum dicitur mediante venditione
facta pro iuribus hæreditarijs maternis, quorum in
locum bona vendita ſucceſſiuè dicuntur quantum-
vis pretium fuerit in aliam cauſam erogatum.

S V M M A R I V M.

1 *Solutionem dupliciter conſequi creditor minimè poteſt*
& num. 2. vbi amplia.

3 *Ceſſionario plus iuris quam cedenti competere non po-*
teſt.

4 *Venditio facta pro iuribus hæreditarijs pro ſatisfactio-*
ne crediti dotalis ipſum creditum extinguit quamuis
pretium fuerit in aliam cauſam conuerſum.

5 *Aſſertioni grauatorum ſuper expenſis hæreditarijs non*
ſtatur, ſed illæ aliunde probari debent.

6 *Retentio concedi non poteſt ex cauſa detractionum quæ*
mediantibus alienationibus redduntur illiquida.

Fideicommiſſarijs non retardat immiſſionem retentio de-
tractionum, quæ minus liquidæ iudicantur num. 6.

DECISIO CCCLV.

PRæuijs quinq; deciſionibus fuit lata ſententia per
R. p. d. meum Meltium, in qua pronunciatum
fuit Octauium, & fratres de Mutis eſſe immitten-
dos in poſſeſſionem medietatis ſextæ partis Caſalis
Polidori, excepta quinta parte dictæ ſextæ partis
aſſignata in dotem Lucretiæ, & quarta parte reſidui
eiuſdem ſextæ partis pro dote Liuiæ, ſolutiſque
nonnullis pecuniarum quantitatibus occaſione cer-
tarum detractionum in eadem ſententia ſiggillatim
expreſſis: Verùm interpoſita hinc indè appellatione
in parte, & partibus præiudicialibus, cauſaque mihi
deuoluta vtraque pars reſpectu detractionum tan-
tum eam reformandam eſſe contendebat, quia exi-
ſtentia, & purificatio fideicommiſſi, ac identitas
Caſalis controuerſi amplius non impugnabantur.

Informantes enim pro fratribus de Mutis ad eui-
tandum vlteriorem cauſæ progreſſum cæteris omni-
bus acquieſcentes, ſolum allegabant reſiduum dotis
Philippæ Caffarellæ Vxoris Cæſaris Muti ſcut. 2207.
non eſſe integrè detrahendum ex ſola portione Ca-
ſalis delata ad Alexandrum, & ad ipſos deuoluta
propter extinctionem eius lineæ maſculinæ, ſed pro
medietate detrahendum eſſe ex altera portione
Laurentij eiuſdem Alexandri fratris à Flamminia,
& colitigantibus, ſiue ab alijs ab eis cauſam ha-
bentibus retenta, ac in præſenti Iudicio non com-
præhenſa.

Cui quidem petitioni Domini annuerunt, quia,
cum dicti Laurentius, & Alexander fratres credito-
res dictæ dotis pro virili, adepti fuerint poſſeſſionem
dictæ ſextæ partis dicti Caſalis, illiuſque medieta-
tem quilibet expreſſe receperit pro ſatisfactione me-
dietatis dotis ſibi debitæ nulla æquitatis ratio pati-
tur, quod præfatæ mulieres vti hæredes Alexandri
poſſint hodie petere integram dotem ſuper ſola por-
tione Caſalis eidem Alexandro obuenta cum ex per-
ſona ipſis eis non competat actio niſi pro illius me-
dietate ex quo altera medietas ſpectabat ad Lauren-
tium qui de ea plenè ſatisfactus fuit ex altera por-
tione eiuſdem Caſalis ſibi obuenta, & ab iiſdem
mulieribus, vt ſupra retenta, cuius propterea no-
1 uam ſolutionem prætendere nō poſſunt, ne illam bis
conſequantur contra text. *in l. bona ff. de regul. Iur.*

Nec ſuffragatur reſponſio præcedentium deciſio-
num quod ſcilicet altera medietas dictæ dotis ſpe-
ctaret ad Alexandrum iure proprio, altera verò iure
ei conceſſo ab eodem Laurentio.

Quia ſubſiſteret ſi dicti fratres de Mutis peterent
immiſſionem ſuper integra ſexta parte dicti Caſalis,
& ſic ſuper vtraque portione ad Alexandrum, &
Laurentium ſpectante. Verùm quia petunt tantum-
modo portionem Alexandri, altera verò Laurentij
ab ipſis mulieribus, ſeu ab eis cauſam habentibus
retinetur; vtique ſicut ipſe Laurentius ſi viueret re-
tinendo ſuam partem Caſalis, nil aliud occaſione
2 d. dotis prætendere potuiſſet, ex quo de ea iam fue-
rat ſatisfactus per aſſecutionem dictæ ſuæ partis *gloſ.*
in l. 1. verb. competente verſ. nam pro ea parte C. de hæ-
red. action. Ità etiam ex Iuribus ab eo ceſſis dictæ
mulieres parimodo nihil ampliùs prætendere poſ-
3 ſunt, cum ceſſionario plus iuris non competat, quā
cedenti competeret, *l. nemo plus ff. de reg iur. & l. emptor*

vbi

vbi Bald. C. de hared. action. Rota in recent. deciſ. 117.
num. 12. *par.* 8. Tunc enim dicti fratres alteram me-
dietatem ad Laurentium ſpectantem ſoluere tene-
rentur, quando immiſſionem peterent etiam ſuper
portione ad illum delata, & (vti dictum eſt) à præ-
fatis mulieribus retenta

Informantes verò pro Flamminia, & collitigan-
tibus vltra detractiones in dicta ſententia expreſſas
plura alia prætendebant, & Primo detrahendam
eſſe ſummam ſcut. 250. ex pretio ſcut. 1100. Do-
mus hæreditariæ fideicommittentis venditæ Fuluiæ
Tuſchæ, quod fuit illis imputatum in cauſam dictæ
Dotis Philippæ ex quo præfata ſcuta 250. aſſeruntur
erogata per d. Alexandrum, & Laurentium in extin-
ctionem eiuſdem Cenſus paterni.

Secundo, ſcuta 175. quæ impendiſſe ſupponitur
pro Monacandis Sororibus.

Tertio, Dotem Cherubinæ Vxoris Valeriani fidei-
committentis Florenorum 200. vna cum alijs Flore-
nis 1383. pro acconcio, & Lucro dotali.

Quarto, reſiduum dotis Remigiæ ducat. 500. ac
reſiduum dotis, & acconcij Mutiæ illius filiarum
aliorum ducat. 500.

Quinto, ducatos aureos 700. vna cum fructibus
perſolutos à Cæſare, & Britio de anno 1533. in ex-
tinctionem cuiuſdam Societatis officij contractæ per
eumdem Valerianum.

Sexto denique inpenſam funeris, & legatorum
piorum ab ipſo relictorum, quæ inſimul aſcendere
poſſunt ad alia ſcuta Centum.

Verum omnibus perpenſis Domini exiſtimarunt
nulla ex præfatis deberi. Prima ſi quidem prætenſio
detractionis dd. ſcutorum 250. ſufficienter ſublata
viſa fuit in vltima deciſione R.P.D.mei Meltij §. in-
diminutionem tamen ea ratione quia cum ſupradi-
cta Domus apptæhenſa, & vendita fuerit à dictis
4 Alexandro, & Laurentio pro iure, ac titulo hære-
ditatis maternæ eo ipſo proportionabiliter ceſſit in
extinctionem crediti dotalis eiuſdem hæreditatis,
licet ipſi totam. vel partem erogaſſent in cauſam
æris alieni à patre contracti §. 1. *inſtit quib, mod. oblig.
toll. l. ſoluenda ff. de negoc. geſt. l. ſolutianem ff. de ſolu-
tion: l. tale pactum §. poſt diuiſionem ibiqae, Caſtr ff: ſi
cert. pet.* eſt quod pro ſumma ſic erogata effecti fuiſ-
ſent creditores paternę hæreditatis Scuta 175. ſecun-
do loco prætenſa nullo pacto impenſa probantur
pro collocandis dictis Sororibus in Monaſterium,
& ideò non veniunt detrahenda, cum ad iſtum ef-
fectum non ſtetur ſimplici aſſertioni grauatorum,
5 ſed alijs iuſtificationibus, & quidem concludenti-
bus verificari debeat pecunias prætenſas in dictam
cauſam verſas fuiſſe, vt reſpondetur *in dicta deciſione
§: detractioni ſcut.* 300.

Cætera verò omnia pratèr quod nec minus con-
cludenter iuſtificantur vnica reſponſione penitus eli-
duntur, vel ſaltem dubia, & illiquida omninò red-
duntur ex pluribus alienationibus, & detractioni-
bus bonorum Valeriani per dd. Cæſarem, & Britium
eius filios, ac prætatos Alexandrum, & Laurentium
nepotes reſpectiuè factis tam de bonis ſtabilibus, &
ſignanter de quadam Vinea vendita præcio ſc. 1700.
quam de mobilibus, & ſemouentibus ad eos delatis
6 de quibus nulla ſufficiens ratio ex hactenus deductis
reddita fuit, itavt proindè, nec pro illis dictis mu-
lieribus concedi poſſit retentio, nec fideicommiſſa-
rij actoribus impediri immiſſio, vt reſpondit *Rota
deciſ. 77. num: 4. & per tot. par. 5. recent. & alijs pluri-
bus allegatis in Romana Fideicommiſſi de Capiteferreo
30: Martij 1645. coram R.P.D. meo Corrado §. final.*

Fuit itaque reſolutum ſententiam Rotalem eſſe
confirmandam præterquam in detractione medieta-
tis reſidui dotis Philippæ, cuius reſpectu reforman-
dam eſſe Domini reſponderunt.

Vtraque &c.

INTERAMNEN. VSVSFRVCTVS.

Luna 20. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Legatum vſusfructus cum onere illud communicandi
cũ hæredibus proprietarijs Vxoris factum diſtinctè,
& ſeparatim à proprietate, & cum verbis importan-
tibus præheminentiam, & adminiſtrationem opera-
tur vt Vxor licet legataria poſſit propria Auctorita-
te legatum vſusfructus capere, neque teneatur reci-
pere de manu hæredum, & quod hæredes ab ipſa
legataria, legati portionem conſequantur, & quan-
do legato vſufructu Vxori, & Hæredibus nomine
collectiuo vocatis cenſeatur factum legatum pro-
portionabiliter Vxori, & cuilibet Hæredi in capita,
& quando in ſtirpes?

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus legatus pro ea rata diminuitur, pro quo æs
alienum Teſtatoris fuit ſolutum.*

2 *Hæres qui bona hæreditatis adminiſtrauit, & de illis
ad libitam diſpoſuit, nulla reddita ratione cohæredi-
bus, præſumitur ſatisfactus integrè de credito, quod
contra cohæredes habebat.*

3 *Compenſatio non fit de liquida ad liquidum.*

4 *Legatarius tenetur recipere vſumfructum legatum de
manu hæredis proprietarij.*

5 *Hæres proprietarius cui inſimul cum alio fuit legatus
vſusfructus, illum cauſaliter retinere poteſt pro rata
ſibi tangente tamquam Dominus proprietatis.*

6 *Legatarius poſſidens bona Teſtatoris Iure familiaritatis,
poteſt continuando poſſeſſionem mutato titulo familia-
ritatis vſumfructum ſibi legatum propria Aucthori-
tate percipere.*

7 *Legatum factum cum onere illud communicandi cum hæ-
redibus Teſtatoris nominatim legatario iniuncto ope-
ratur, vt hæres à legatario ſuam portionem capere
teneatur.*

8 *Legatum Vſusfructus Vxori, & hæredibus proprieta-
rijs collectiuo nomine factum, ad eam pro dimidia,
& ad hæredes pro altera dimidia ſpectare debet.*

9 *Vocati ſub collectiua denominatione, licet ſint plures,
pro vno ſolo regulariter habentur.*

10 *Declara hoc non procedere, quando ex verbis adiunctis,
& ex toto contextu diſpoſitionis contraria dignoſcitur
Teſtatoris intentio.*

11 *Verbum* communicare, *totalem æqualitatem præſefert.*

12 *Legato vſusfructu Vxori, cum onere communicandi cum
hæredibus proprietarijs, cenſetur Teſtatorẽ intellexiſ-
ſe, omnes æqualiter, & pro virili vſusfructus com-
modo frui.*

13 *Verba æqualitatem denotantia, quando ſunt poſita in
ſeparata oratione collectiue cenſeantur æqualiter, &
pro virili vocati in concurſu aliorum vocatorum.*

14 *Contrariam ſententiam probant allegati ad num. 14.*

15 *Verba aliquid operari debent, nec eſſe ſuperflua.*

16 *Dictio, ſeù copula, Et regulariter coniungit præcedentia
ſubſequentibus non autem conſtituit orationem ſepa-
ratam.*

DECISIO CCCLVI.

CVM fuiſſet bis reſolutum conſtare de bono Iure
tam Doralicis, & Luciæ Sororum de Pacioni-
bus, quàm Catharinæ Campiæ, prout ex duabus
deciſionibus 18. Iunij 1649. & 14. Martij 1650. co-
ram me factis cauſa ſuper ijſdem denuò propoſita
placuerunt Dominis illarum fundamenta.

Siquidem quoad dictas Sorores non poteſt in du-
bium

bium renoeari, quod ipſæ de proprio perſoluerint
Catharinæ ſcuta 850. pro reſtitutione ſuæ dotis, vt
inſtificatum fuit ex Inſtrumento quietantiæ, & Iu-
rium ceſſionis; Atque ideò cùm huiuſmodi debitum
ſpectaret ad Io: Alexandrum eius Virum deducen-
dum eſt ex ſubſtantia eius bonorum hæreditariorũ,
ex quibus Catharina vſum fructum ab eo ſibi reli-
1 ctum conſequi debet, qui proindè pro ea rata rema-
nec diminurus iuxra *text. in l. final: ff. de vſufr. legat.
& in l. vſufructu bonorum ff. ad l. falcid. cum alijs in vtra-
que deciſ. allegatis*.

Nec præfatam deductionẽ impedire valet obiecta
exceptio compenſationis pro ſcutis 168. & baioc. 66.
debitis per dictas Sorores eidem Io: Alexandro tan-
quam cohæredes Fuluij communis Patris, quia cum
Io: Alexander donec vixit omnia bona paternæ
2 hæreditaris ad miniſtrauerit, & de illis ad eius libi-
tum diſpoſuerit nulla reddita ratione præfatis eius
Sororibus cohæredibus, vel integrè de eis ſibi ſatis-
feciſſe præſumitur *l. peculium la 2. §. preterea vbi gloſſ.
& DD. ff. de pecul. Angel. in l. ſed ſi damnum §. peculium
numi 3. ff. eod. Afflict. deciſ. 13. ſub num. 16. Rota in
Romana hæreditatis de Beuilacqua 13. Maij 1591. coram
bo: mem. Orano penes Pacif. de Saluian. deciſ. 87. nu. 2.
& coram Buratto deciſ. 410. num. 2.* Vel ſaltem huiuſ-
3 modi creditum redditur adeò turbidum incertum,
& illiquidum, vt propterea allegata compenſatio
cum dicto credito Sororum totaliter liquido, & cla-
ro admitti non poſſit iuxta *text. in l. final. C. de com-
penſat. Card. Maut. deciſ. 221. num. 8. Buratt. deciſ. 717.
num. 2. & deciſ. 380. num. 4.*

Quo verò ad Catharinam inconcuſſum redditur
ad ipſam ſpectare vſumfructum omnium bonorum
hæreditariorum dictæ Alcidæ (cum oneribus prout
in deciſionibus) reiecta prætenſione dictarum Soro-
rum tam coæqualis ſucceſſionis cum Io; Alexandro
earum fratre, quã detractionis legitimæ ex auctori-
tatibus in vtraque deciſione plenè congeſtis.

Non obſtat quod ipſa reputetur ſimplex legata-
4 ria, & ideò tanquam talis teneatur recipere d. vſum-
fructum de manibus earumdem Sororum hæredum
proprietariarum iuxta *text. in l. non eſt dubium C. de
5 legat.* Vel ſaltem illæ pro rata eiuſdem vſusfructus
ad ipſas tangente illum cauſaliter retinere poſſint,
tanquam Dominæ Proprietatis ex Theoric. *Bart. in
l. huiuſmodi §. ſi Titio ſub num. 1. verſ. ex hoc appellat
intellectus ff. de legat. 1. Surd. de aliment. tit. 2. quæſt. 15.
ſub num. 216. verſ. ſed in contrarium*.

Quia cum Catharina viuente eius Viro omnia
ipſius bona poſſideret iure familiaritatis, & ipſe il-
lorum vſumfructum à proprietate ſeparatum, & di-
ſtinctum illi reliquerit cum verbis importantibus
præheminentiam, & adminiſtrationem, ibi, *Item
reliquit D. Catharinam Dominam, Patronam, & vſu-
fructuariam omnium ipſius D. Teſtatoris bonorum &c.*
6 vtrique Iure optimo continuando præfatam poſſeſ-
ſionem murato in hanc cauſam dicto titulo familia-
ritatis eumdem vſumfructum propria auctoritate
percipere poteſt *Bart. in l. 1. §. ſi quis ex mortis; ſub
num. 1. ff. quor. legat. Alciat. conſ. 27. num. 6. lib. 9.
Socc. Sen. conſil. 131. num. 4. lib. 1. Surd. conſil. 253.
num. 21. Menoch. de adipiſc. remed. 2. num. 57. Rota
7 deciſ. 315. num. 6. par. 3. recent.* Et ab ea non autem
à ſemet ipſis hæredes Proprietariæ illius communi-
cationem recipere debent propter onus communi-
candi eidem Catharinæ à Teſtatore nominatim in-
iunctum, quod apertè oſtendit ipſas Iure proprio il-
lum conſequi non poſſe, *vt firmatur in vtraque deciſio-
ne circa finem*.

Huiuſmodi vſusfructus communicationem æquis
portionibus faciendã eſſe Domini cenſuerunt, quia
8 licet legatum vſus fructus Vxori. & hæredibus pro-
prietarijs collectiuo nomine factum ad eam pro di-
midia, & ad hæredes pro altera dimidia ſpectare
9 debeat, ex quo plures ſub collectiua denominatione
comprehenſi pro vno ſolo regulariter habentur *l. ſi
quis actio ff. de vſufr. accreſc. l. liber homo §. ſi titius il 1.
& l. Interdum ff. de hæred. Inſtit. & l. fin. C. de impu-
ber. & alijs ſubſtitut. cum concordantibus allegatis per
10 Surd. conſ. 178. ſub num. 7.* Nihilominus hoc non
procedit quando, provt hic, ex verbis adiunctis, &
ex toto contextu diſpoſitionis contraria dignoſcitur
Teſtatoris intentio, qui voluit quidem Vxorem eſſe
vſuſfructuariam, ſed cum onere his verbis iniuncto,
ibi, *& quod d. vſumfructum communicet cum Infraſcri-
11 ptis Sororibus ipſius Teſtatoris &c.* Hoc enim caſu
quia d. verbum *communicet* totalem æqualitatem ſe
12 præfert intellexiſſe omnes æqualiter, & pro virili
huiuſmodi vſusfructus commodo frui, vt probat
*text. in l. ſi mulieri ff. de vſufruct. accreſc. in d. l. interdum
ff. de hæred. Inſtit. in l. Lucius Titius 90. §. Lucius Titius
teſtamento ibique gloſ in verb. ad viriles, & in l. final.
§. Lucius Titius ff. de legat. 2. Bart. in l. Lucius Titius in
princ. ff. ad S.C. Trebell. & conſ. 168. ſub num. 1. lib. 1.
optimè Soccin. Sen. conſ. 108. ſub num. 1. cum ſeqq. lib. 3.
Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 18. ſub num. 17.
verſ. & idem eſt*.

Etiamſi prędicta procedere non videantur quãdo
13 de verba æqualitatẽ denotantia appoſita fuerunt in
ſeparata oratione ex traditis *per Caſtr. in d. l. Interdum
ſub nu. 3. verſ. ex hoc ſequitur ff. de hæred. Inſtit. Dec.
conſ. 597. ſub num. 9. Surd. dicto conſil. 179. num. 9.
Menoch. dicta præſumpt. 18. ſub num. 17.*

Quia præter quod contrariam ſententiam pro-
14 bant *Imol. in eadem l. Interdum ſub nu. 1. Alex. conſ. 55
num. 3. lib. 4. Ruin. conſ. 164. ſub num. 3. lib. 2. Menoch
15 dicta præſumpt. 18. num. 18.* reddentes rationem,
quia alias dicta verba nihil operarentur: Huiuſmo-
di obiectio poteſt euitari in caſu noſtro, dùm in
vnica tantum oratione verſamur, Teſtator enim
per dictionem, *Et*, præcedentem vocationem Ca-
tharinæ copulauit, eidemque dictam communica-
tionem præcepit, ibi, *Item reliquit D. Catharinam &c.
Vſufructuariam &c. donec vixerit &c. & quod d. vſum-
fructum communicet cum Infraſcriptis Sororibus &c.* Vn-
dè dici non poteſt in diuerſa oratione dictam com-
16 municationem ordinaſſe, quia regulariter præfata
copula, *Et*, coniungit præcedentia ſubſequentibus,
non autèm conſtituit orationem ſeparatam *Bald. in
l. 1. in princ. ff. de Inſtit. & Iun. Pariſ. conſ. 38. n. 26.
lib. 2. Buratt. deciſ. 161. num. 11.*

Et ità DD. ſteterunt in deciſis vtraque &c.

ROMANA VINEÆ

Veneris 24. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Inueſtitura conditionaliter conceſſa cum pacto reſolu-
tionis, non verificata conditione, remanet ipſo Iu-
re, & abſque alia declaratione reſoluta; extingui-
tur verò, & terminatur ob Canones non ſolutos per
integrum biennium nedum ex pacto adiecto in In-
ſtrumento, verum etiam ex diſpoſitione Iuris, &
quando Emphyteutæ cenſeatur remiſſa Caducitas à
Domino directo per receptionem Canonum, cum
clauſula ſine præiudicio caducitatis iam incurſæ?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*
2 *Inueſtitura ob pactum reſolutionis in ea appoſitum in
caſu non impletæ conditionis, remanet ipſo Iure re-
ſoluta abſque alia declaratione.*

Digitized by Google

3 *Cenſus præſumitur de iure valide impoſitus.*

4 *Inſtrumentum Cenſus præſumitur validum, dum pluries citatis citandis fuit in Iudicio productum; nec illis reclamantibus fuit executioni demandatum.*

5 *Dominus directus non poteſt vti pacto reſolutiuo reſpiciente fauorem ſolius Emphyteutæ ipſo Emphyteuta nolente.*

6 *Fallit ſi pactum reſpicit fauorem ipſius Domini.*

7 *Dominus directus, etiam poſt reſolutam Inueſtituram poteſt retinere pecuniam Emphyteutæ pro integra ſatisfactione Canonum decurſorum.*

8 *Dominus directus dum ex quocumque capite ſibi magis profuturo caducitatem bonorum acceptauit, non cenſetur illam acceptaſſe ſolummodò ob Canones non ſolutos.*

9 *Emphyteuta ob Canones non ſolutos Eccleſiæ Dominæ directæ per integrum biennium de iure incurrit pœnam caducitatis.*

10 *Pactum caducitatis ob non ſolutos Canones per biennium in Inueſtitura appoſitum cum Obligatione Camerali, & Iuramento firmatum punctualiter ſeruari debet.*

11 *Caducitas non cenſetur remiſſa Emphyteutæ ex receptione Canonum pro antecedenti tempore decurſorum.*

12 *Dominus directus, recipiens Canones temporis præteriti cum Clauſula* ſine præiudicio Iurium ſuorum, *tunc huiuſmodi proteſtatio illi ſuffragatur, nec cenſetur remiſiſſe Emphyteutæ incurſam caducitatem.*

13 *Secus tamen ſi reciperet Canones etiam pro tempore futuro.*

14 *Dominus directus recipiens Cannnes ab Emphyteuta, non cenſetur ei remiſiſſe incurſum caducitatem, quando Empbiteuta adhuc remanet debitor Canonum decurſorum pro integro biennio.*

15 *Emphyteuta ſoluens Canones ei qui non habebat facultatem exigendi non liberatur, nec excuſatur à pæna caducitatis ob Canones non ſolutos.*

16 *Relatum vbi deficit, referens pariter euaneſcit.*

17 *Fructus regulariter non dicuntur niſi deductis expenſis.*

18 *Decoctus, qui Creditoribus ceſſit omnia eius bona, Iura, & actiones non eſt amplius audiendus in Iudicio Ciuili, tamquam deſtitutus omni actione.*

DECISIO CCCLVII.

CApitulum, & Canonici S. Mariæ in Vialata proprietarij Vineæ controuerſæ adepta illius poſſeſſione per aſſociationem ſet. ſer. eis conceſſam ab A.C. aduerſus Antonium Gianum *die 24. Septembris* 1639 illam conceſſerunt in emphyteuſim perpetuam Vincentiæ, & alijs de Critijs, qui per plures annos in eius poſſeſſionem pacificè continuarunt, donec Gianus (reiectus tamen prius ab eodem A.C.) cauſam introduxit in Rota vbi *coram R. P. D. Royas*, & deindè *coram bon.me. Arguelles* obtinuit mandatum de manutenendo, ſed cauſa mihi commiſſa cum facultate manutenendi, quem de Iure in propoſitione habita ſuper manutentione 24. *Ianuarij preteriti* Domini ordinarunt, vt videretur de bono Iure ſuper quo ſuſcepta diſputatione ad fauorem eorumdem de Critijs reſponderunt, quia bonum Ius ipſorum
2 *clarè detegitur* ex Inſtrumento præfatæ conceſſionis faciente probationem probatam iuxta *vulg. doctrin. Bald. in l. intereſt num. 2 C. de ſolution.*

Idq; etiamſi dictus Gianus præcedentē habeat Inueſtituram ab ijſdem Canonicis ſibi factam *2. Ianuarij* 1632. quià, vel fuit reſoluta, vel extincta, & terminata remanſit ob caducitatem ab ipſo deindè incurſam, & ab illis acceptatam.

Reſoluta ſiquidem fuit ob pactum in ea ſtipulatū, quod quatenus vltra Cenſū in ſorte principali ſcut. 182. impoſitum ſuper dicta Vinea de anno 1611. ad fauorem Io: Baptiſtæ Giani, alius Cenſus ſuper ea pariter reperiretur impoſitus vigore facultatis conceſſæ ab ijſdem Proprietarijs 9. *Decembris* 1605. dicta Inueſtitura haberetur pro reſoluta, & facta.

Vndè cū ex Inſtrumento celebrato 18. *Septembris* 1607. doctum fuerit de impoſitione alterius Cenſus ſortis principalis ſcut. 200. facta ſuper eadem Vinea vigore eiuſdem facultatis ad fauorem Marcelli,
2 & Io: Baptiſtæ de Mutis euidentèr profectò iuſtificatur illius reſolutio, quæ ob dictum pactum ipſo Iure abſque alia declaratione inducta fuit *Caſtr. in l. qui abſenti §. 1. ff. de acquir. poſſ. Iaſ. conſ. 128. n. 16. lib. 4. Rota deciſ. 1. num. 5. par. 2. deciſ. 378. n. 3. par. 3. & deciſ. 199. num. 11: & 12. par. 6. recent.* cum alijs plenè allegatis in *Pampiloucn. Iuris nominandi Vicarium 14. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Ottobono §. penultimo.*

Non obſtat, quod huiuſmodi pactū conceptū fuerit in caſu quo alius Cenſus per Iudicem, vti legitimè impoſitus declaratus fuerit tenere, & valere, ideòque hac declaratione non ſecuta excludatur penitus in *ſecunda deciſione R.P.D. mei Royas 24. Martij 1646. §. nec etiam obſtat.*

Quia præter Iuris præſumptionē, quæ regulariter
3 viget pro illius validitate, *Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi num. 19. ff. ſi cert. pet. Alex. conſ. 202. num. 4. lib. 2. Socein. Iun. conſil. 83. num. 3. lib. 2. Rota deciſ. 117. num. 1. & 2. penes Cenc. de cenſib.* Cum dictum Inſtru-
4 mentū in Iudicio coram A. C. productum fuerit, & citato, ac non reclamante eodemmet Giano pluries ſet. ſer. executioni demandatum, vtique exindè reſultat illius approbatio, ac implicita eius validitatis declaratio, nàm ſi nulliter impoſitus eſſet, ipſe non tacuiſſet, nec conceſſa ſed denegata fuiſſet illius executio per ea, quæ tradunt *Aym. conſil. 79. num. 4. Gratian. diſcept. foren. cap. 40. num. 15.* Et hæc ſanè prorſus ſufficere videntur, dùm ex illius lectura ocu lariter patet impoſitum eſſe de conſenſu, & licentia proprietariorum, ac in eo ſeruata fuiſſe omnia requiſita per *Conſtitutionem Sa. Mem. Pij V.* ſuper forma creandi Cenſus, nec contra ipſum aliquid vnquam oppoſitum fuit, quod illius validitatē infringeret.

Nec ſubſiſtit, quod d. pactū reſpiciat fauorē ſolius
5 Giani, & ideò Canonici ipſo nolente eo vti non potuerint *Card. Canal. deciſ. 70. num. 4. Buratt. deciſ. 100. num. 13.*

Quia Capitulū ex eo cōuenire voluit, quod reperto alio Cenſu antecedenter impoſito vigore dictæ facultatis conceſſio haberetur pro non facta, & Vinea ad ipſum reuerteretur, ex quo tali caſu dictus Cenſus Giani vtpotè impoſitus ſine licentia reddebatur inualidus, & ſic ex illius extinctione per eum oblata ipſum nullam vtilitatem conſequebatur cum Vinea in eius præiudicium adhùc remaneret grauata, vndè exindè ſatis apertè dignoſcitur dictum pactū
6 reſolutiuum ad eius dumtaxat fauorem, non autem Giani emphyteutæ appoſitum fuiſſe, & conſequenter Canonici validè prorſus eo vti potuerunt *ad text. in l. 2. C. de leg. commiſſor.*

Minuſue obſtat, quod in caſu reſolutionis ipſi tenerentur reſtituere eidem Giano ſc. 146. ab eo tunc perſoluta. Tùm quia non ideò impediebatur reſolutio contractus, ſed Gianus pro illorum conſecu-
7 tione agere debebat. Tùm etiam quia legitimè illa retinere potuerunt pro integra ſatisfactione Canonum decurſorum iuxta tradita *per Rotam deciſ. 111. num. 4. par. 1. d. verſ, coram Card. Seraphino deciſ. 922. num. 8. & in recent. deciſ. 539. ſub num. 6. par. 1.*

Quod autē Capitulū acceptauerit caducitatē ſo-

lummo-

Digitized by Google

ſummodò ob Canones non ſolutos tollitur ex ipſo declarationis, & acceptationis Inſtrumenti, ibi, *quam reuerſionem, ſeu deuolutionem accepturunt, & acceptant non ſolùm ex ipſo capite, ſed etiam ex alio quocumque capite, & ratione dicta Eccleſia magis proficua &c.* ex quo propterea conuincitur acceptationem, non fuiſſe reſtrictam ad cauſam omiſſæ ſolutionis Canonum in verbis expreſſam, ſed omnem, & quamcumque aliam Capitulo profuturam complecti, vt firmauit *Rota deciſ.* 107. *num.* 5. *par.* 1. *diuerſ.* & pluribus auctoritatibus comprobatur in *Feſuluna Beneficij, ſeu Oratorij* 14. *Martij* 1650. *coram R.P.D. meo Corrado ſub §. nam præter quod.*

Extincta pariter, & terminata fuit ob canones nõ ſolutos per integrum biennium, ex calculis enim vtriuſque partis, & ex partitis librorum Capituli conſtat, quod de tempore acceptatæ caducitatis erat Debitor ſcut. 129. bon. 68. & computata etiam ad eius creditum vltima partita ſcut. 27. bon. 30. occatione certæ quantitatis vini traditi anno 1639. Sancti Battaglino Fabroliguario de mandato Canonici Camerarij remanebat debitor in ſcutis 102. bon. 38. quæ excedunt quantitatem Canonum debitam per biennium iam elapſum, cum iſti ad rationem ſcut. 50. bon. 50. pro quolibet anno non exce-

9 dant ſummam ſcut. 101. Atque ideò fuit factus locus caducitati non ſolùm attenta iuris diſpoſitione iuxta *text. in cap. potuit §. emphyteuta quodque de locat. Auth. qui rem C. de Sacroſ. Eccleſ. Rota deciſ.* 470. *n.* 11.

10 *par.* 1. *recent.* ſed etiam ex pacto expreſſo adiecto in ſupradicto Inſtrumento conceſſionis, quod ipſo deficiente in duobus continuis terminis cadem Vinea, vna cum omnibus melioramentis ad Capitulum deuolueretur, quod tanquam obligatione Camerali munitum, & iuramento firmatum punctualiter ſeruari debet *l.* 2. *C. de iur. emphyt. Card. Mant. de tacit. lib.* 22. *tit.* 26. *ſub num.* 2. *& per tot.* cum alijs ad propoſitum congeſtis per *Surd. deciſ.* 180. *num.* 1.

Nec ſubſiſtit, quod præfata caducitas remiſſa fuerit ex dicta vltima receptione præfatorum ſcutorum 27. & bon. 30.

Quia non repugnat caducitati iã incurſæ receptio

11 Canonum pro antecedenti tempore decurſorum, vt pluribus adductis probat *Surd. deciſ.* 317. *num.* 28. *cum ſeqq.* & firmauit *Rota deciſ.* 808 *num.* 2. *par.* 4. *diuerſ.* cum concordantibus allegatis in *Tiburtina Aſſiſtus* 19. *Iunij* 1618. *coram R.P.D. meo Corrado §. neque ſubſiſtit;* Idque certius in propoſito ſtante expreſſa proteſtatione, ibi, *ſenza preiuditio dell'atti fat-*

12 *ti &c. e ſenza innouatione alcuna &c.* Vbicumque enim (prout hic) Dominus directus recipie Canones temporis præteriti huiuſmodi proteſtatio ipſi omninò ſuffragatur, vt non cenſeatur remiſiſſe incurſam caducitatem, licèt ſecus eſſet ſi reciperet

13 Canones etiam pro tempore futuro, vt diſtinguendo probant *Inſ. in l. ſi poſt moram ſub num.* 4. *ff. de eo, quod cert. loc. Corbul. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. limit.* 21. *num.* 2. *&* 3. *Clar. in §. emphyteuſis quaſt.* 10. *num.* 1 *Fulgin. de Iur. emphyt. de vur. caducit. quæſt.* 4, *num.* 9. *Surd. dicta deciſ.* 317. *num.* 25. *aliyque relati per Add. ad Buratt. deciſ.* 617. *ſub num.* 8. firmantes

14 hoc indubitanter procedere quando (prout hic) adhuc emphyteuta remanet Debitor Canonum decurſorum pro integro biennio.

Neq; calculari debet ad creditũ Giani aſſ. partita cadorum 21. vini, vt prætenditur traditorum Reuerendiſſimo Epiſcopo Maceraten. tunc Canonico eiuſdem Eccleſiæ pro ſcutis 34. bon. 6t. vt deduci tur in vltima *deciſ. R. P. D. mei Royas ſub die* 4. *Iunij* 1616. *§. prædictis accedit.*

Quia pręter quod enũciatus vſus ſoluendi ſingulis Canonicis abſque ordine Capituli, vel eius Came-

15 rarij nullibi videbatur iuſtificatus, & ſic ille non habebat facultatem exigendi Canones ad propriam vtilitatem, & liberandi debitorem, vt in fortioribus terminis probat *Corb. de limit.* 21. *nu.* 5. Cum eius atteſtatio explicitam habeat relationem ad libros Capituli, ibi, *come coſtu nella mia partita del dare, & hauere delli Signori Canonici &c.* quibus compulſatis nihil penitus pro illius verificatione in eis

16 repertum fuit, vtique ceſſante relata iuſtificatione allegatam traditionem non probat *Felin. in cap. quoniam Abb. num.* 11. *de offic. legat. Dec. in l. edita nu.* 86. *C. de eden. & conſil.* 118. *num.* 5. *Aym. conſ.* 120. *n.* 15. *Cephal. conſil.* 156. *num.* 42. *lib.* 2. *Buratt. deciſ.* 282. *nu.* 4. *Duran. deciſ.* 285. *num.* 118.

Denique non obſtat quod Capitulum anno 1634. vindemiari fecerit Vineam controuerſam, & vinum tunc recollectum perceperit, atque ideò integrum pretium illius recipere teneretur in computum Canonum decurſorum tanquam cauſam duriorem, nec potuerit eius partem pro expenſis deducere, vt firmatur in omnibus præcedentibus deciſionibus:

17 quia cum regulariter fructus non dicantur niſi deductis expenſis *l. fructus ff. ſolut. matrim. l. fundus in fine C. de famil. erciſcun. Surd. deciſ.* 282. *num.* 31. *Rota poſt* 2. *vol. conſ. Farinde ciſ.* 227. *nu.* 4. Vtique proprijs ſumptibus vindemiando dictam Vineam, vt ſibi ſatiſfieret de Canonibus decurſis, & non ſolutis, licitè potuit primo loco omnem impenſam deducere, & deinde apponere ad creditum Giani in computum dd. Canonum (prout ingenuè fecit) illam quantitatem, quæ ex recollecto vino ſupererat detractis expenſis.

Cœterum Domini pro faciliori reſolutione pon-

18 derarunt, quod cũm Gianus 7. *Auguſti* 1634. omnia eius bona iura, & actiones, ac ſignanter Vineã controuerſam ſolemniter ceſſerit eius Creditoribus non eſt amplius audiendus tanquam deſtitutus omni actione *l. Item ſi vnus in princ. ff. de arbitr. Stracc. in tract. de Decoctor. par.* 3. *num.* 14.

Et ità vtraque &c.

RAVENNATEN. BONORVM EMPHYTEOTICorum.

Luna 27. *Martij* 1651.

ARGVMENTVM.

Eccleſia, quæ finita Inueſtitura non declarauit velle bona pro ſe retinere tenetur illam renouare ad fauorem proximioris ſuperſtitis, tam maſculo, quam fæminæ, non ſolum ex æquitate legis verum etiam ex concordia inita in Ciuitate Rauennæ ad quam partes explicitam habuerunt relationem, & quænã ſit diſpoſitio illius concordiæ? Fœminæ an comprehendantur in emphyteuſi Eccleſiaſtica recepta pro Filijs, & Nepotibus, & an deficientibus maſculis, renouatio Inueſtituræ debeatur Fæminis proximioribus licet in Inueſtitura non comprehenſis? & quãdo Statutum Laycale diſponens de bonis Emphyteoticis reſtringitur ad bona priuatorum, neque comprehendit bona emphyteotica Eccleſiæ, ſiue agatur cum ipſa Eccleſia de directo dominio, ſiuè iuuet Laycos ſuper ſolo dominio vtili, & quare?

In Emphyteuſi Eccleſiaſtica ſucceſſorum appellatione, veniunt tantummodò ſucceſſores ſanguinis, deſcendentes ſcilicet ab ipſis inueſtitis, etiamſi non habeãt qualitatem hæreditariam, quando fuit facta mentio de ſucceſſoribus non autem de hæredibus.

Renunciatio facta à filia fauore Patris, quænam Iura comprehendat, & ad quænam bona extendatur?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia proprietaria, quæ finita inueſtitura non declarauit velle bona prò ſe retinere tenetur illam renouare ad fauorem proximioris ſuperſtitis.*

2 *Amplia vt hoc procedat non ſolum fauore proximioris maſculi, ſed etiam fœminæ.*

3 *Concordia inita inter Eccleſiam, & Ciuitatem, & ad quam contrahentes in Inueſtitura, explicitam habuerunt relationem eſt ad vnguem ſeruanda.*

4 *Inſtantia per defunctum incepta tranſit, & continuatur in hæredem.*

5 *Fæmina non comprehenduntur in emphyteuſi Eccleſiaſtica recepta pro filiis, & Nepotibus.*

6 *Renouatio Inueſtituræ deficientibus maſculis deſcendentibus fieri debet ab Eccleſia fœminis proximioribus, licet non comprahenſis in inueſtitura, dummodo eius pacta non alterantur.*

7 *Concordia, quæ in renouatione inueſtituræ maſculis deſcendentibus prælationem concedit, fœminas omninò comprahendit, illaſque habilitat ad petendam, & obtinendam huiuſmodi renouationem.*

8 *Bona emphiteotica conceſſa in Ciuitate Rauennæ ſunt redacta ad inſtar allodialium cum facultate de illis diſponendi in extraneos.*

9 *Fæminæ de familia comprahenduntur ſub conceſſionibus, & inueſtituris etiam ad extraneos tranſitorijs, ne ipſæ ſint peioris conditionis extraneorum.*

10 *Statutum Ciuitatis Rauennæ excludit Sorores ab hæreditate fratris ab inteſtato defuncti etiam quo ad bona emphiteotica, ſeu liuellaria ſuperſtitibus agnatis maſculis vſque ad quartum gradum vſque ad Iuris Canonici diſpoſitionem.*

11 *Statutum Laicale, diſponens de bonis emphiteoticis reſtringitur ad bona priuatorum neque comprahendit bona emphiteotica Eccleſiæ.*

12 *Amplia, ſiue agatur cum ipſis Eccleſijs ſuper dominio directo, ſiuè inter Laycos ſuper ſolo dominio vtili.*

13 *Dictio*, ſalua, *de ſui natura modificat, & reſtringit in ſtatuto diſpoſita.*

14 *Contrahentes in inueſtitura veriſimilius eſt quod ſe voluerint conformare cum concordia in ſtatuto præſeruata quam cum ipſius ſtatuti diſpoſitione.*

15 *Contrahentes qui habuerunt in inueſtitura explicitam relationem ad concordiam exinde apparet eorum intentio regulandi ſe ab ipſa concordia non autem à ſtatuto.*

16 *Renouatio inueſtituræ, quæ debet fieri ab Eccleſia proximioribus procedit in caſu, quo per mortem vltimi poſſeſſoris ſit finita linea comprehenſorum in inueſtitura.*

17 *In emphiteuſi Eccleſiaſtica ſucceſſorum appellatione veniunt tantummodò ſucceſſores ſanguinis deſcendentes ſcilicet ab ipſi inueſtitis.*

18 *Succeſſoris appellatio intelligitur de illo ſucceſſore, qui ſecundum ſubiectam materiam ſit deliberis, & deſcendentibus.*

19 *Succeſſor ſanguinis deſcendens ſcilicet ab ipſo inueſtito in emphiteuſi Eccleſiaſtica comprahenditur, licet non habeat qualitatem hæreditariam, quando in inueſtitura de ſucceſſoribus fuit facta mentio, & non de hæredibus.*

20 *Terminus ad renouandam inueſtituram ad 29. Annos conceſſus intuitu perſonarum in inueſtitura comprehenſarum illis extinctis, & deficientibus, cum ipſis quoque finiuit, & terminatur.*

21 *Renunciatio non comprahendit Iura de quibus nulla mentio fuit facta in inſtrumento.*

22 *Renuntiatio non trahitur ad excluſionem Iuris, quod oritur ex cauſa de futuro.*

DECISIO CCCLVIII.

FRanciſcus Donatus, dum vixit, inter cœtera poſ-
ſedit tria corpora bonorum Emphiteoticorum,
nempè domum ſub directo dominio Mauſionario-
rum Eccleſiæ Cathedralis Rauennæ ſibi conceſſam
10. Iunij 1621. pro ſe ſuiſque filijs Nepotibus, &
vno Succeſſore, nec non duo petia Terræ ſub dire-
cto dominio, alterum Abbatis, & Monacorum
Portuenſium alterum Abbatis S. Petri in Vinculis
per modum renouationis illi conceſſa ſub die 4.
eiuſdem menſis Iunij 1621. & 10. Maij 1629. pari-
ter pro ſuiſque filijs nepotibus, & Succeſſore, ve-
rum quia nuper ab inteſtato deceſſit nullis relictis
filijs, vel Nepotibus, Lucia Donata eius ſoror ſu-
per præfatis bonis particulare iudicium in partibus
introduxit, & contra Antonium Donatum præten-
dentem integram hæreditatem illius, tanquam ipſi
agnato conformiter pronunciatum fuit, ipſam de
dictis bonis eſſe inueſtiendum; vndè in tertia In-
ſtantia cauſa mihi deuoluta, & eadem Lucia me-
dio tempore deducta, relicto hærede Io: Baptiſta
Gordio eius filio, dubitaui, cui d. bona eſſent ad-
iudicanda, & ad fauorem eiuſdem Io: Baptiſtæ
prodijt reſolutio, quia cum Eccleſiæ proprietariæ,
1 defuncto d. Franciſco acquirente ſine filijs, & Ne-
potibus, non declarauerint (vt opus erat) prædi-
cta bona velle pro ſe retinere tenebantur illorum
conceſſiones, & inueſtituras renouare ad fauorem
d. Luciæ illius ſororis, & proximioris ſuperſtitis,
tam ex æquitate legis compobata per *Bart. in l.1. §.
permittitur ſub num. 1. verſ. & hoc nota pro Emphiteuſi
ff. de aqua quot. & eſt in l. 1. num. 1. ff de priuil. cred.*
2 quod procedit ad fauorem proximioris, non ſolum
maſculi, ſed etiam fœminæ, vt reſpondit *Rota dec.
198. num.2. part. 2. diuerſ. in Brixien. feudi 16. Maij
1583. coram Bubalo penes Fenzon. ad ſtat Vrb. dec. 67.
ſub §. 1. coram Card. Seraph. dec. 610. num. 1. & 6.
in Rauennaten. Emphiteuſis 22. Maij 1628. coram bon.
me. Coccino in rec. dec. 176. num 30. num.30. part.5.
in Callien. bonorum 8. Aprilis 1647. & 24. Ianuarij
1648. coram R. p. d. meo Meltio, & in Ariminen. emphiteuſis 10 Ianuarij 1650. coram in R. p. d. Veroſpin.*
Quam ex tenore concordiæ nouæ, initæ anno 1614.
mandantis ſub §. *item ſi quis deceſſerit inteſtatus*
huiuſmodi renouationem fieri etiam collateralibus
alijſque propinquis vſque ad quintum gradum, quæ
3 ad vnguem ſeruari debet, cum contrahentes ad
eam in prædictis conceſſione, & renouationibus ex-
plicitam relationem habuerint, vt in puncto pro-
bat *Pariſ. conſ.103. num 47. lib.1.* idemque admittit
*Rota in Rauennaten. Concurſus 18. Nouembris 1613.
coram bo. me. Merlino penes Modern. Foroliuien. de legitima dec. 94. ſub num 13. verſ quibus non contradicere*, atque ideo cum ipſa lite pendente deceſſerit,
præfatæ renouationes fieri debent d. Io: Baptiſtæ
4 eius filio, & hæredi, in quem eadem continuatur
inſtantia, vt in terminis articulo plenè diſcuſſo,
firmatum fuit in *Mutinen. Emphiteuſis 7. Maij 1634.
coram D. meo Decano.*

Ideoque non obſtat, quod in emphiteuſi Eccle-
5 ſiaſtica recepta pro filijs, & Nepotibus non com-
præhendantur fœminæ, vt fuit dictum in *Mantuana
emphiteuſis 7. Iunij 1678. coram eodem Reuerendiſſimo
D. meo Decano.*

Quia præter quamquod deficientibus maſculis
6 deſcendentibus huiuſmodi renouationes debentur
fœminis proximioribus etiam ſi compræhenſæ non
fuerint in inueſtitura, dummodo eius pacta non
alterantur, *Bero conſ. 92. nu.99. lib. 1.* quem ſequu-
ta fuit *Rota in d. Rauennaten. emphiteuſis coram bo.me.*

Coccino

Coceino num. 30. in d. Callien. bonorum coram R. p. d.
meo Melzio,& in d. Ariminen. emphiteuſis coram R.p.d.
7 *meo Veroſpin.* Dum præfata concordia, ad quam
pſirtes expreſsè ſe retulcrunt, maſculis deſcen-
dentibus prælationem concedit, fœminas omninò
compræhendit, illaſque habilitat ad petendum, &
obtinendum huiuſmodi renouationes per ea, quæ
in puncto tradit *Menoch. conſ. 738. ſub num. 12. verſ.*
8 *non obſtat tertium vſque in fine.* Cumque huiuſmodi
bona emphiteotica redacta fuerint ad inſtar allo-
dialium cum facultate de illis diſponendi in extra-
neos, vt in terminis conſuluerunt *Ancar. conſ. 125.*
num. 4. Marcabr. conſ. 26. nu. 258. vſque ad num. 264.
& admittit Rota in d. Rauennaten. Concurſus coram bo.
me. Merlino num. 8. vtique ne ſequatur abſurdum,
9 quod fœminæ de familia ſint peioris conditionis
extraneorum ipſæ etiam ſub præfatis conceſſioni-
bus indubitanter compræhenduntur, vt doctè reſ-
pondit *Rota dec. 125. num. 45. vſque in fin. part. 2. di-*
uerſ. & in Romana Domus 28. May 1608. coram Man-
zanedo penes Fenzon. vbi ſupra dec. 110. per tot.
10 Nec obſtat ſtatutum Ciuitatis Rauennę *lib. 3. rub.*
11. tit. quod poſſeſſiones &c. excludens ſorores ab hę-
reditate fratris ab inteſtato defuncti, etiam quoad
bona emphiteotica, ſeu liuellaria ſuperſtitibus
agnatis maſculis, vſque ad quartum gradum ſe-
cundum Iuris Canonici diſpoſitionem.

Quia, vt potè laicale non comprehendit bona
11 emphiteotica Eccleſiæ, ſiue agatur cum ipſis Ec-
cleſiis ſuper dominio directo, ſiue inter Laicos ſu-
12 per ſolo dominio vtili; ſed reſtringitur ad bona
emphiteotica priuatorum, non ſolum ex defectu
poteſtatis &c. *c. Eccleſia S. Mariæ ibique Dec. num.*
218. de conſtit. Imol. in c. quod Clericis num. 4. de foro
competen. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius ver-
bo duas habens filias num. 145. de teſtam. Salicet. in au-
th. caſſa num. 14. C. de Sacroſ. Eccleſ. cum cæteris alle-
gatis per Rotam in Romano Domus de Scapuccys 19. Ia-
nuary 1651. coram bon. me. Coccino penes Marcheſ. de
Commiſſ. par. 1. fol. mihi 1020. num. 6. cum ſeqq. & re-
probatis Ancar. aliiſque contrarium ſentientibus in Ra-
uennaten. emphiteuſis 28. Martij 1631. coram bon. me.
Merlino in recent. dec. 42. nu. 4. & 8. par. 6. in Rauen-
naten. hæreditatis 5. Iunij 1648. coram R.p.d. meo Ot-
tobono §. tamen cum ſeqq. in Beneuentana manutentionis
9. Aprilis 1649. coram R.p.d. meo Peutingerio §. nulli-
tas verò, & in Romana Domorum 25. Decembris eiuſ-
dem anni coram R.p.d. meo Bichio §. finali; ſed etiam
ob defectum voluntatis, cum ipſimet ſtatuentes ex-
plicite ibidem præfatam concordiam præſeruaue-
rint ibi, *ſalua ſemper concordia noua infra poſita* ſignum
euidens quod metiendo voluntatem à poteſtate
nullatenus intellexerunt ſuper bonis emphiteoticis
Eccleſiæ in d. ſtatuto aliquid penitus diſponere, di-
13 ctio enim illa *ſalua*, de ſui natura modificat, & re-
ſtrinxit in ſtatuto diſpoſita *per gloſ. in l. Item labeo*
verb. ſi pure ff. ſi famil. erciſc. Dec. conſ. 656. num.
6. Ponſ. conſ. 70. num 15. lib. 3. Aym. conſ. 13. ſub nu.
17. & conſ. 50. nu. 6. Ruin. conſ. 33. num. 7. lib. 1. Surd.
conſ. 572. num. 20.
14 Et hinc non ſubſiſtit, quod contrahentes volue-
rint ſe conformare cum diſpoſitione d. ſtatuti;
quia veriſimilius dicendum eſt eos ſe voluiſſe con-
formare cum præfata concordia per d. ſtatutum
explicite præſeruata, vt in puncto reſpondit *Soccin.*
Iun. conſ. 71. ſub num 42. verſ. demum & tertio lib. 1.
& hoc ſatis expreſsè ipſi declarauerunt, dum in
prædictis conceſſione, & renouationibus ad illam
15 vt dictum eſt, explicitam relationem habuerunt,
exinde enim clara penitus, & aperta deſumitur eo-
rumdem contrahentium intentio regulandi ipſo-
rum voluntatem ab ipſa concordia, non autem à
ſtatuto, vt in ſimilibus terminis pluribus adductis
auctoritatibus dixit *Rota in Firmana lucri dotalis 16.*
Decembris 1633. coram bo. me. Merlino in recent. dec.
250. num. 9. par. 6.
16 Nec releuat, quod concordia procedat in caſu,
quo per mortem vltimi poſſeſſoris, ſit finita linea
comprehenſorum in inueſtitura, quod in propoſito
contigiſſe negatur ob ſuperexiſtentiam d. Antonij
Collateralis in tertio gradu Franciſco coniuncti, &
vigore d. ſtatuti eius hæredis vniuerſalis ab inte-
ſtato declarati per *Rotam in Rauennaten. ſucceſſionis*
25. Iuny 1649. coram R. p. d. meo Peutingerio, qui
propterea in dictis vltimis conceſſionibus compræ-
hendi prætenditur ſub illis verbis, *& pro vno Suc-*
ceſſore.
17 Quia cum in emphiteuſi Eccleſiaſtica ſucceſſo-
rum appellatione veniant tantummodo ſucceſſores
ſanguinis deſcendentes ſcilicet ab ipſis inueſtitis
Imol. in l. quod dicitur ff. de verb. oblig. Caſtr. in l. etiam
num. 4. ff. ſolut. matrim. Bero. conſ. 107. num. 3. lib. 1.
Card. Seraph. dec. 898. num. 1. & 2. & in recent. dec.
211. num. 3. & 4. cum ſeqq. par. 6. in Nouarien. bono-
rum 13. Ianuary 1642. coram bo. me. Merlino & 1. Iu-
ly coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Catello-
na bonorum 3. Decembris 1646. & 10. Iunij 1648. co-
ram me. Antonius qui à d. Franciſco non deſcendit
ſub dictis verbis comprehendi non poteſt, cum ipſa
18 intelligatur de illo ſucceſſore, qui ſecundum ſu-
biectam materiam ſit de liberis, & deſcendentibus
ad text. in l. ſtipulatio ff. de vſur. Bart. in l. Iuſiurandum
§. ſi liberi ff. de oper. liber. Bero d. conſ. 107. d. num. 7.
lib 1. atque ideò cum d. Franciſcus deceſſerit nullis
ſuperſtitibus filijs Nepotibus, vel vlterioribus de-
ſcendentibus eius linea penitus extincta fuit, nul-
luſque extat ſucceſſor, qui iuxta diſpoſitionem Iu-
ris validè ſuccedere poſſit, & conſequenter, viro
optimo, Luciæ, eiuſque hæredi ſupradictæ renoua-
tiones competere debent, vt probant omnes aucto-
19 ritates ſupra allegatæ, idque etiam ſi in ipſa
non concurrat qualitas hæreditaria, quia cum in
præfatis inueſtituris non fuerit facta mentio hære-
dum, ius petendi huiuſmodi renouationes, tàm ex
æquitate legis, quam ex dicta concordia Iure ſan-
guinis, non autem hæreditario ipſi competiiſſe
cenſetur *Rip. in l. 1. num. 8. ff. de priuil. Cred. Bero.*
conſ. 103. num. 1. & 2. cum ſeqq. eod. lib. 1. Volaſc.
conſult. 157. num. 4. & 5. tom. 2. Rota in Foroſempro-
nien. Emphiteuſis 5. May 1627. coram Vbaldo in recen.
dec. 60. num. 7. par. 5.

Nec refert quod tempore mortis eiuſdem Fran-
ciſci adhuc penderet terminus in dictis inueſtituris
conceſſus ad 29. annos, quia cum conceſſus fuerit
20 intuitu perſonarum ibidem compræhenſarum illis
extinctis, & deficientibus cum ipſis, quoque fini-
uit, & terminauit *Io: Andr. in add. ad ſpecul. lib. 4.*
tit. de emphit. §. nunc aliqua ſub num. 171. littera D.
Rimin. Sen. conſ. 485. num. 2. Corbul. de iur. emphit.
tit. de cauſ. priuat. ob temp. ſuit. num. 10.

Poſtremò non obſtat renunciatio per Luciam
facta in Inſtumento dotali ad fauorem Dioniſij
eius Patris illiuſque hæredum, & ſucceſſorum, tum
21 quia non comprænhendit iura illi competentia ſuper
bonis Franciſci fratris de quibus ibi nulla mentio
facta fuit *Summ. num. 6. Greg. 15. dec. 15. num. 3.* Tum
etiam quia non extenditur ad bona, quæ deindè
22 per obitum renunciatarij eiuſque hæredis, ſiue fi-
lijs ad ipſam iure proprio ex diſpoſitione legis, ac
præfatarum inueſtiturarum deuoluta fuerunt ad tra-
dita

Digitized by Google

dicta per *Bero. conſ. 104. nam. 14. cum ſeqq. lib. 1. Roſ-
ſental. defend. cap. 7, concluſ. 22. num. 11. Rota coram
Buratt. dec. 281. num. 4. & in Romana Domus 30. Apri-
lis 1650. coram bo. me. Manzanedo.*

Et ita vtraque &c.

AVELLINA CANONICATVS.

Lunæ 27. Martij 1651.

ARGVMENTVM.

Beneficij vacationem probat, qui eandem vacationis
aſſertionem in proprijs litteris expreſſit, ſicque
dum litigatur inter parem titulum habentes non
executiue, ſed ordinariè proceditur, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ ſi ſunt iuſtificatæ ſunt exequendæ.*

2 *Vacatio beneficij per reſignationem ſecuta probatur
ex litteris Apoſtolicis illud reſignatam fuiſſe aſſe-
rentibus.*

3 *Clericatus, & habilitas probatur ex collatione ordi-
narij.*

4 *Probatio non exceſſus ſatis dicitur iuſtificata ex con-
ſimili partis narratione.*

5 *Prouiſus apoſtolicas contra habentem parem titulum
non executiuè, ſed ordinariè procedere debet, lim
vt num. ſeq.*

6 *Titulum habens æqualem, vt dicatur legitimus con-
tradictor quid probare tenentur?*

7 *Beneficium primum vt vacet per incompatibilitatem
ſecundi quid requiratur?*

8 *Incompatibilitas beneficij non obſtat in aſſequendo
aliud, ſed in retinendo.*

9 *Via executiua non retardatur per conſimilem proui-
ſionem nullam, & inualidam.*

10 *Beneficium primum dimittere non tenetur, qui ſecun-
dum litigioſum, & controuerſum fuit aſſecutus.*

DECISIO CCCLIX.

Litteras Ioſephi de Viuo, vt potè in omnibus iu-
ſtificatas reſponderunt Domini eſſe exequendas
iuxta diſpoſitionem *cap. ſi capitulo ibique gloſſ. in*
1 *verb. exequatur de conceſ. præben. in 6.* quotidie in
ſimilibus approbaram, vt latè firmatur in *Bononien.
Archipreſbiteratus 28. Martij 1648. & 15. Ian. 1649.
coram R.p.d. Corrado.*

Siquidem modus vocationis perdimiſſionem Ca-
nonicatus controuerſi factam ab Horatio facilato
in manibus Sanctiſſimi optimè iuſtificatur ex aſſer-
tione eiuſdem Pontificis in præfatis litteris emiſſa,
ibi, *prædictus verò Horatius 2. dictos Canonica-
tum, & præbendam reſignauerit in manibus noſtris
&c. Summ. Informationis numer.* 1. quæ plenè pro-
2 bat, nec vlteriorem deſiderat inſtificationem *Clem.
litteris de probat. Pariſ. de reſignat. lib. 8. quæſt. 11.
num. 2. cum ſeqq. Creſcent deciſ. 3. de reſignat. Buratt.
deciſ. 496. num. 1.*

Clericatum verò Ioſephi, eiuſque habilitatem
ſatis verificant præcedentes litteræ Ordinarij, in
quibus illi facta fuerat collatio alterius Canonica-
tus Eccleſiæ Cathedralis tanquã Præsbitero Auel-
lino, Idoneo, & in omnibus approbato eodem
3 *Summ. num.* 2. Cum enim Ordinarius præſumatur
optimè informatus de qualitatibus ſubditorum ex
inde præfata ſatis inſtificata probantur *Innocent. in
cap inaotuit in principio de eo qui ſurt. ordin. ſuſcep.
Gabr. conſ. 181. num. 55. lib. 2. Pariſ. vbi ſupra lib. 4.
quæſt. 2. ſub num. 68. cum alijs in puncta allegatis in
Peruſina penſionum 20. Ianij 1636. coram bo. me. Buc-
cabel. in recent. dec. 162. nu. 2. & 3. par. 7.*

Valor denique narratus per non exceſſum in
ſumma ducatorum 24. auri de Camera vlteriori
probatione non indiget, cum abundè verificetur
ex conſimili narratiua alterius partis emiſſa in lit-
4 teris ſuæ prouiſionis poſtmodum obtentæ *d. Summ.
num. 3. ad text. in l. cum præcum C. de liberal. cauſ.* quem
millies ad hũc effectum ſecuta fuit Rota, & ſignan-
ter *in recent. dec. 92. num. 10. part. 6. coram Buratt.
dec. 431. num. 9. cum cæteris adductis in Bonen. Abba-
tiæ 3. Iulij 1645. coram bo. me. Arguelles §. valor ex-
preſſas.*

Non obſtat quod Franciſcus Iannulus pariter ha-
5 bebat prouiſionem Apoſtolicam, & ideò via ordi-
naria, non autem executiuè procedit debeat, vt
probat *Zaccard. in l. fin. num. 1384. C. de edict. Diui
Adrian. Tollen. Mohedan. dec. 1. num. 2. & dec. 13. vt
lit. pend.*

Quia vt prædicta procedant, & ille dicatur legi-
timus contradictor ad impediendam paratam exe-
cutionem dictarum litterarum duo copulatiuè re-
quiruntur, videlicet quod poſſideat ſine vitio, quod-
que habeat parem titulum conſimilis prouiſionis
Apoſtolicæ omninò valide, alias autem ſiuitiosè
poſſideat, vel non habeat conſimilem titulum, aut
ille ſit nullus, & inualidus nunquam dicitur legi-
6 timus contradictor ad impediendam viam execu-
tiuam dictis litteris competentem, vt in ſimili plu-
ribus adductis reſponſum fuit *in Romana Vinea 2.
Iunij 1649. coram R. p. d. meo Ottobano §. nec. hanc
immiſſionem vt in puncto copiosè firmatur in Compoſtel-
lana Parocchialis 1. Iulij 1648. & 25. Iunij 1649. ac in
Calagurritana Præſtimonij 10. Maij eiuſdem anni coram
eodem.*

In propoſito autem quicquid ſit de conſimilitu-
dine titulorum, & de vitioſa poſſeſſione, prouiſio
Franciſci, Dominis viſa fuit laborare aperto vitio
nullitatis, etenim impetrata fuit certo modo ſub
expreſsione quod primus Canonicatus vacauerit per
aſſecutionem ſecundi obtenti per Horatium omn i-
nò incompatibilis *d. Summ. num. 3.* Et tamen, vt
primus vacet propter incompatibilitatem ſecundi
7 non ſufficit ſolum iuſtificare illius impetrationẽ, &
aſſecutionem, ſed vlterius concludenter probari
debet, quod impetrans per duos menſes pacificè
non ſolum de facto, ſed etiam de Iure ſecundum
poſſederit cum retentione primi iuxta diſpoſitio-
nem *cap. de multa vbi gloſ. verb. poſt receptionem An-
char. num. 3. & Abb. num. 18. de præben. Garz. de
benef. part. 11. cap. 5. num. 100. cum ſeqq.* Rota *in
recent. dec. 101. num. 5. part. 4.* vbi reddit optimam
8 rationem, quia ſcilicet incompatibilitas non obeſt
in aſſequendo, ſed in retinendo, & *dec. 337. num.
10. par. 8. ac coram Buratt. deciſ.* 102. *num. 1. & 2.
cum alijs allegatis per add. ad eandem dec. 19. num. 18.*
Vndè cum Franciſcus id non iuſtificauerit non in-
trat ſuppoſita vacatio, & conſequenter eius proui-
ſio redditur nulla, & inualida, quæ propterea non
eſt apta retardare dictam viam executiuam, vt re-
9 ſponſum fuit in dicta *Bononien. Archipresbyteratus
22. Martij 1648. §. quia ex promiſſæ, & 15. Ianuarij
1649. §. penultimo, & final. coram* R. p. d. *meo Cor-
rado in d. Compoſtellana Parocchialis 1. Iulij 1648. §.
verum eo magis, & in dicta Calagurritana Præſtimonij
§. neque ad immiſſionem coram* R. p. d. *meo Ottobono.*
Quinimo tantum abeſt, quod dicta pacifica poſſeſ-
ſio iuſtificari poſſit, vt in continenti doceatur de
contrario ex lite, & iudicialibus moleſtijs præce-
denter illi illatis dicto *Summ. num. 5.* & 6. Quæ ope-
10 ratur, vt etiam ſi ſecundum Canonicatum aſſecu-
tus fuiſſet, primum tamen dimittere non teneretur,
vt firmauit *Rota coram Card. Seraphino dec. 997. nu.
2. & dec. 1254. num. 1. & 2.* vbi quod ad hunc effe-
ctum ſufficiunt moleſtiæ etiam extraiudiciales, &

de

de facto cum cœteris adductis *per Add. ad Buratt. dicta deciſ. 19. num. 19. & 20.*

Et ità altera tantum &c.

ROMANA FRVCTVVM DOTIS.

Veneris 21. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Fructus dotis, quæ in pecunia erat ſoluenda, licet fuerint in Inſtrumento promiſſi, non poſſunt tamen exigi à marito poſt mortem Vxoris abſque labe Vſurarum extantibus etiam filijs communibus, & etiam ſi dos fuiſſet alias inueſtienda, ſi onus Inueſtiendi fuit iniunctum ipſimet Viro Creditori, non autem debitori, prout neque exigi poſſunt ratione, vel lucri ceſſantis, vel damni emergentis, niſi concurrentibus Requiſitis Caſtr. & niſi maritus debitores interpellauerit, & an ad hunc effectum ſufficiat interpellatio præſumpta reſultans ex multiplicitatis ſolutionibus, & ad cuius fauorem admittatur, & an in materia interpellationis ad euitandam vſurariam prauitatem ſtetur partium aſſertioni?

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotales poſt mortem Vxoris non poſſunt à marito exigi abſque labe vſurarum.*

2 *Fructus dotales debentur marito propter onera matrimonij.*

3 *Onera Matrimonij conſiſtunt in alendo Vxore ſecundam dignitatem gradus, & quantitatem dotis.*

4 *Fructus dotales mortua Vxore ceſſare debent, ſicuti ceſſant onera matrimonij.*

5 *Amplia, etiam ſi ex matrimonio ſuperſint communes filij.*

6 *Filij ab eorum patre, non autem ab Auis maternis, illorumque patrno alimentari debent.*

7 *Pecunia ad inueſtiendum deſtinata, perindè habetur, ac ſi realiter inueſtita fuiſſet.*

8 *Fructus pecuniæ inueſtiendæ, tamquam ſuccedentes loco fructuū ipſius inueſtimenti licitè percipi poſſunt.*

9 *Fructus dotales etiam poſt mortem Vxoris licitè percipiuntur à marito, quando debitores non promiſerunt ſoluere dotem in pecunia, ſed in ſpecie fructifera.*

10 *Fructus dotis in pecunia promiſſa poteſt maritus etiam mortua Vxore licitè percipere, ſi onus illam inueſtiendi fuerit iniunctum ipſimet debitoribus.*

11 *Secus autem in caſu, quo debitores promiſerunt tantummodò exburſare pecuniam, & onus illam inueſtiendi fuit ipſimet Viro Creditori iniunctum.*

12 *Onus Inueſtiendi dotem in pecunia conſiſtentem, quando fuit iniunctum Viro Creditori, debitores ipſius non tenentur inueſtire, nec eſſe ſoliciti de Inueſtimento.*

13 *Maritus diſſoluto matrimonio non poteſt fructus dotales licitè exigere antequam debitores ab ipſo interpellati fuerunt pro promiſſæ quantitatis conſignatione.*

14 *Obligatus quod quis ſit ſimpliciter ad dandum ſub onere inueſtimenti per ipſum creditorem explendi aliud eſt, & aliud, quod ſit obligatus ad faciendum, & ſuſcipiat in ſe onus inueſtiendi.*

15 *Conuentio, quæ in fauorem alicuius fuit ſtipulata, non debet in eius odium retorqueri.*

16 *Exactio dicitur facta ex cauſa in quietantijs expreſſa, atque ab ea eſt recedendum.*

17 *Intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis abſque vitio vſurarum percipi non poteſt, niſi concurrentibus requiſitis Caſtren.*

18 *Interpellatio præſumitur præceſſiſſe ex multiplicatis ſolutionibus fructuum per debitorem factis, ad euitandas vſuras.*

19 *Declara hoc tantum procedere fauore mulieris Viduæ, quæ licitè fructus dotales exigere poteſt, ex eo ſolum quod debitor interpellatus fuerit, vel pro interpellato habuerit iuxta diſpoſitionem* Statut. Vrb. lib. 1. cap. 137.

20 *Limita vt hæc præſumpta interpellatio ſit reſtricta ad commodum ſolius mulieris, nec extendatur ad Virum.*

21 *Marito diſſoluto matrimonio per mortem Vxoris, eſt penitus interdictum fructus dotales recipere, niſi concludenter oſtendat debitorem interpellaſſe, & probet concurſum aliorum requiſitorum Caſtr.*

22 *Aſſertioni partium non ſtatur in materia ſuſpecta Vſurarum, ne alias aperiatur via vſurariæ prauitati.*

23 *Deciſ. 38. part. 3. rec. in quibus terminis loquatur?*

24 *Fructuum dotalium promiſſio non ſuſtinetur, niſi conſtante matrimonio illo autem diſſoluto, ſicuti nulli amplius debentur fructus, ita etiam dicta promiſſio corruit.*

25 *Fructus dotales ſi fuerint promiſſi etiam diſſoluto matrimonio huiuſmodi promiſſio eſt nulla.*

26 *Vſuram alias illicitam, non pendet à poteſtate partium licitam reddere.*

27 *Vſuræ illicitæ repeti poſſunt quamuis ſcienter, & ſpontè ſolutæ fuerint.*

28 *In iudicio repetitionis indebiti, tenentur actores concludenter indebitum probare.*

29 *Solutio indebiti dicitur probata ex ſolutionibus fructuum marito factis poſt ſolutum matrimonium per mortem Vxoris.*

DECISIO CCCLX.

NVpſit olim Hortenſia de Maximis anno 1618.
D. Marcello Creſcentio cum dote ſcutor. 12000.
quorum 10000. DD. Valerius, & Fuluia coniuges,
& ſponſæ genitores, & D. Marius eius frater eidem
Marcello exburſare promiſerunt poſt decem annos
ab indè proximè venturos, addita obligatione interim
ſoluendi fructus ad rationem ſcutorum quinque
pro quolibet centenario, & anno. Verùm quia
hac dilatione pendente matrimonium diſſolutum
fuit per obitum eiuſdem Hortenſiæ Vxoris, & nihilominus
Marcellus pro prætenſis fructibus dotalibus
omnibus decurſis exegit ſcuta 842. 50. Ideò
introducta cauſa coram me. Diſcutiendum propoſui,
an illorum exactio ſuſtineatur, vel potius ſit
locus repetitioni, quo dubio ter poſito, tandem
negatiuè quoad primam partem affirmatiuè verò
1 quoad ſecundam Domini reſponderunt, quia fructus
dotales poſt mortem Vxoris exigi non poſſunt
abſque labe vſurarum, vt notant communiter
*DD. in cap. ſalubriter de vſur. & ſignanter Innoc. n. 1.
& 2. Hoſtien. num. 5. & 6. Io: Andr. & Abb. num. 4.
coram Card. Caualer. deciſ. 292. num. 1. & deciſ. 337. n. 4.
In Anconitana Intereſſe 28. Iunij 1600. coram bo: me:
Coccino inter eius impreſſ. deciſ. 6. num. 1. in Romana fructuum
Dotis 12. Maij 1615. coram eodem penès Fenzon.
ad Stat. Vrbis deciſ. 91. repetit. in recent. deciſ. 607. n. 13.
cum ſeqq. part. 8. in Romana Saluiani 4. Decembris 1643.
& 20. Aprilis 1644 in Romana crediti dotalis 13. Maij
1645. & in Romana fructuum Cenſus 16. Nouembris
1648. & 11. Febr. 1649. coram R.P.D. meo Veroſpio.*
2 Cum enim huiuſmodi fructus debeantur marito
propter onera matrimonij iuxta diſpoſitionem *dicti
cap. ſalubritèr vbi Abb. in primo notab. & l. ſi marito ff.
fam. erciſc. ſeſſ. deciſ. Aragon. 68 num. 10. cum ſeqq. Greg.
3 deciſ. 80. num. 4.* quæ principaliter conſiſtunt in Alenda
Vxore ſecundum dignitatem gradus, & quantitatem
dotis, vt aduertit *Lupus in cap. per veſtras §. 8.
incipien. octauo inſertur num. 4. verſ. ceſſat enim de do-
4 nat. inter Virum, & Vxorem*, vtique ſicuti ipſa mor-

tua

tua dicta onera ceſſarunt, ità etiam dictorum fru-
ctuum præſtatio ceſſare debet, vt notat *Hoſtien. in d.
cap. ſalubritèr num.7. verſ. ſupportandu ibique Anchar.
num.1. in 4. notab. & Innocent. in princ.ſeſſ.d.deciſ.68.
num. 22.cum alijs allegatis in dicta Romana fructuum do-*
5 *tis coram bo: me: Cerrino num. 14. cum ſeqq.* Idque
etiam ſi ex dicto matrimonio ſuperſint communes
filij, quia prætextus alimentorum illis præſtando-
rum non ſuffragatur pro ſubſtinenda illorum illici-
6 ta perceptione, cum ipſi ab eorum Patre, non au-
tem ab Auis maternis, illorumque Patruo alimen-
tari debeant *l. ſi quis à liberis ff. de liber. agnoſc. l. qui
liberos §.vlt. ff. de rit.nupt. Ioan. de Anan. in dicto cap.
ſalubritèr Rota in Romana fructuum dotis num. 18. cum
ſeqq. in dicta Romana Saluiani, & in dicta Romana cre-
diti Dotalis coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Non obſtat quod exceptis ſcutis bis mille liberis
ſoluendis, reliqua ex pacto in Inſtrumento dotali
inter partes conuento inueſtiri deberent in tot
bonis ſtabilibus Cenſibus, vel locis montium non
7 vacabilium; ideoque veputè ad Inueſtiendum deſti-
nata haberi debeant perindè, ac ſi realiter Inueſtita
fuiſſent *Alex. in l.1. §. fuit quæſitum num.5. ff. ad Tre-*
8 *bell.* & per conſequens dicti fructus ſucceſſerint lo-
co fructuum ipſius Inueſtimenti, & tanquàm tales
percipi licitè potuerint ex allegatis *per Gratian. di-
ſcept. for. cap. 920. num. 26. & 27.* quem approbauit
*Rota in Bonon. fructuum dotis 23. Martij 1629. & 4.
Martij 1630. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. in
Romana dotis 14. Maij 1635. coram Reuerendiſſimo D.
Cardinali Panzirolo, & in Viterbien. dotis 26. Ianij 1641.
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

Quoniam prædicta procederent ſi Debitores non
9 promiſiſſent ſoluere dotem in pecunia, ſed in ſpecie
fructifera ſcilicet; in ſtabilibus, locis montium, vel
Cenſibus, in quibus terminis loquuntur *dictæ Deci-
ſiones Bonon. fructuum dotis, & Romana dotis.* Vel ſi
10 onus inueſtiendi ipſis iniunctum fuiſſet, prout lo-
quitur *dicta deciſio Viterbien. dotis*, & optimè decla-
rauit *Rota in Romana Saluiani interdicti 10. Nouem-
bris 1591. coram Ottobono penès Pariſ. de Salutun. de-
ciſ.159.num.1. cum ſeqq. & ſignanter num.5.& 6. & in
Romana multiplici 25. Febr. 1629. coram bo:me: Cardi-
nali Vbaldo in rec. deciſ.35. num.13.14. & 15. part.8.
in Bonon. pecuniaria de Lambertinis 3. Iunij 1647. co-
ram R. P. D. meo Bichio penès Zacch. de oblig. Camer.
deciſ.275. num.1. cum plur. ſeqq. ſecundum vltimam im-
preſſ. & in Romana quatuor Domorum 21. Ianij 1649.
coram R.P.D. meo Peutingerio §. non obſtat; quod pecu-*
11 *nia;* ſecus autem in propoſito, quod dicti Debito-
res promiſerunt tantummodo enumerare pecuniâ,
& onus inueſtiendi fuit iniunctum ipſimet Viro
creditori, cuius arbitrio commiſſa fuerat electio in-
ueſtimenti reſeruato tantum conſenſu eorumdem
Debitorum ibi, *Remunentia verò ſcuta 8. mil. conue-
nerunt quod &c. inueſtiri debeant &c. ad electionem D.
Marcelli cum conſenſu tamen dd. DD. Fuluiæ, & Marij*
12 *&c.* Hoc enim caſu Debitores dotis non teneren-
tur inueſtire, nec eſſe ſolliciti de Inueſtimento *Surd.
deciſ.156. per tot. Greg. deciſ.511. num.9. Rota in Spo-
letana fideicommiſſi 4. Decembris 1634. coram bo: me:*
13 *Merlino in rec. deciſ.312. num.4. part.6.* vtique diſſo-
luto matrimonio Marcelius non potuit prædictos
fructus exigere antequam Debitores ab ipſo inter-
pellati fuiſſent pro promiſſæ quantitatis conſigna-
tione, vt poſt *Mohed. deciſ.3 num.1. & 2. de vſur.* in
puncto reſpondit *Rota in dicta Romana crediti dotalis
13. Martij 1645. coram R.P.D. meo Veroſpio ſub §. hæc
quoque verſ. enim in Inſtrumento;* Aliud enim eſt,
14 quod quis ſit obligatus ad faciendum, & ſuſcipiat
in ſe onus Inueſtiendi, in quibus terminis proce-
dunt Iura in contrarium adducta, aliud verò quod
ſimplicitèr ſit obligatus ad dandum ſub onere In-
ueſtimenti per ipſum creditorem explendi, vt egre-
giè diſtinguendo firmatum fuit *in dicta Bononien. pe-
cuniaria de Lambertinis coram R.P.D. meo Bichio nu. 4.
5. & 6.* alias autem conuentio illa inueſtiendi, quæ
15 ad illorum fauorem appoſita cenſetur, vt conſule-
rent, tam Indemnitati filiæ, & ſororis, quàm pro-
priæ ad effectum, vt dos ſemel ſoluta conſeruaretur,
retorqueretur in eorum odium, quod non eſſe ſeten-
dum reſpondit *Rota in dicta Spoletana fideicommiſſi 30.
Maij 1633. coram Reuerendiſſimo D. Ferracinen. & 4.
Decembris 1634. coram bo: me: Merlino in rec. deciſ.210.
num.15. & dicta deciſ.312. num.41. part.6.*

Nec ſubſiſtit, quod dictos fructus percipe potue-
rit, vel ratione lucri ceſſantis ob non factum In-
ueſtimentum, vel damni emergentis ob plures cen-
ſus, quibus Marcellus reperiebatur obnoxius.

Quia præter quod non fuit facta ex actio vti in-
16 tereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis, ſed
tanquàm fructuum dotalium, & ideò ab hac cauſa
inquietantijs expreſſa recedere non debemus *gloſ. &
DD. in l.1. ff. de ſolut. cum alijs ad propoſitum relatis in
Bonon. dotis 19. Decembris 1644. coram R. P. D. meo
Bichio §. ſuppoſita circa med.* Ceſſat obiectum, quia
17 non concurrunt requiſita *Caſtr. in l.3. §. fin. ff. de eo
quod cert. loc.* quibus non concurrentibus huiuſmodi
intereſſe abſque incurſu vſurarum percipi non va-
let, vt probant *Rimin. Iun. conſ.218. num.9. & ſeqq.
lib.2. Gratian. diſcept. for. cap.240. nu.5. Franc. Marc.
deciſ.167. num.7. & 8. part.2. Sperell. dicto for. Eccleſ.
40. num. 1. cum ſeqq. Pat. deciſ. 231. per tot. lib. 1. in
correct. Mohed. dicta deciſ. 3. per tot. de vſur. Card. Se-
raph. deciſ.1240. num. 1. & deciſ. 1427. num. 5.* Rota
*deciſ.660. num.3. verſ. & tandem Domini part,3. recent.
in Anconitana. pecuniaria 10. Febr.1640. coram* R.P.D.
*meo Bichio, §. nam iuſtitiam cum ſeqq. & in Spoletana
manutentionis 12. Maij 1641. coram eodem eod.§. penult.
verſ, quod propterea.*

Et hinc etiam non refert, quod ex multiplicatis
18 ſolutionibus dd. fructuum factis poſt diſſolutum
matrimonium interpellationem præceſſiſſe præſu-
matur, vt reſpondit *Rota in Bonon. dotis 9. Decembris
1619. coram Remboldo in recent. deciſ.153. nu.28. par.8.*

Quia hæc præſumptio ſolùm admittitur fauore
19 mulieris Viduæ, quæ licitè fructus dotales exigere
poteſt ex eo ſolùm, quod Debitor interpellatus fue-
rit, vel pro interpellato ſe habuerit iuxta diſpoſi-
tionem *Statuti Vrbis lib.1. cap.137.* quam eſſe reſtri-
20 ctam ad commodum ſolius mulieris, nec extendi
ad virum notat *Fenzon. ibidem num. 47.* & firmauit
Rota *in dicta Romana fructuum dotis coram bo:me: Coc-
cino penès eumdem deciſ.91. & in rec. deciſ. 607. n.24.
cum ſeqq. part.8.* ac in his terminis loquitur *dicta de-
ciſ. Bonon. dotis coram* Remboldo. Non autem reci-
21 pitur ad fauorem mariti Vxore præmortua, cum
illi ſit pœnitus interdictum dictos fructus exigere,
niſi concludentèr oſtendat Debitorem actualitèr in-
terpellaſſe, & probet concurſum aliorum requiſito-
rum, *Caſtr.* de quibus nedùm non creditur tacitæ
confeſſioni reſultanti ex ſolutione fructuum; ſed
22 imò, nec ſtatur expreſſæ, cum in hac materia non
admittantur partium aſſertiones, ne aliàs aperia-
tur via vſurariæ prauitati *ex notat. per Bart. in l. ſi
fortè num.4. & 5. ff. Caſtr. pecul.* quem probauit Ro-
ta in Romana *Camby 17. Febr. 1642. ſub §. quod ad-
mittebant, & in Litten. pecuniaria 29. Maij 1643. §.*
23 *quia ſolutio coram* R.*P.D. meo Bichio.* Nec applican-
tur deducta *in deciſ.38. part.5. rec.* Quia ibi iuſtitia
ſolu-

Digitized by Google

ſolutionis fructuum non ſundatur in aſſertione, ſeù facto partium, ſed in ſententia Arbitrorum, qui habebant facultatem ſe extraindicialiter informandi, & ità ſe informaſſe præſumabatur.

Minuſue dicta exactio ſubſtineri poterit ex promiſſione ſoluendi dd. fructus in præfato Instrumento expreſsè conuenta.

Quia huiuſmodi promiſſio non ſuſtinetur, niſi
24 conſtante matrimonio, illo autem diſſoluto per mortem Vxoris, ſicuti nulli ampliùs debentur fructus ex Iuribus in principio allegatis, ità etiam dicta promiſſio corruit *Auguiſc. conſ. 16. num. 2, & 5. lib. 5, Molin. de rit. nupt. lib. 3. quaſt. 39. num. 14. & ſeqq.* Imò ſi alitèr fuiſſet expreſsè conuentum, nul-
25 la fuiſſet conuentio *Augniſc. dicto conſ. 16. per tot. Gabr. conſ. 152. à num. 3. vſque ad 6. lib. 2. Surd. conſ. 149. num. 14. Molin. dicta quaſt. 39. dicto num. 14. allegati per* Rotam in Romana *fructuum dotis coram bo: me:*
26 *Coccino à num. 55. vſque ad 63.* Cum non dependeat à poteſtate partium licitam reddere vſuram alias illicitam *Bald. in l. rogaſti §. ſi tibi num. 7. ff. de reb. credit. cum alijs in puncto congeſtis in dicta* Romana *crediti dotalis 13. Martij 1645. coram* R.P.D. *meo Veroſpio,*
27 *§. neque vrget replicatio*, vbi in fine firmatur, quod propterea vſuræ repeti poſſunt quãuis ſcientèr, & ſponte ſolutæ fuerint.

Denique non obſtat, quod in Iudicio repetitio-
28 nis indebiti actores præcisè, & concludentèr indebitum probare teneantur *l. cum de indebito, ibique Bart. num. 4. ff. de probat.* Quia hoc ſatis clarè pro-
29 batur ex ſolutionibus dictorum ſcutorum 842. 50. factis D. Marcello poſt ſolutum matrimonium per mortem Vxoris in expreſſam cauſam fructuum dotis per ea, quæ ad propoſitum dixit Rota *in dicta Liceu. pecuniaria 29. Maij 1643. coram* R. *P. D. meo Bichio §. vel in omnem euentum.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE NICOLINIS.

Veneris 28. Aprilis 1651.

ARGVMENTVM.

Dos licet in ſubſidium conſtitui poſſit de bonis fideicommiſſarijs, tamen ſi fructus ſufficerant ad bonorum alienationem deueniri non debet, quatenus verò non ſufficerent, ea tantum bona ſunt alienanda, quorum diſtractio ſit minus nociua vocatis: quid autem dicendum ſit, quando mulier, ſtante quod bona ſui viri erant fideicommiſſo obnoxia, ſpecialiter conuenit de inueſtiendis pecunijs dotalibus pro eius cautione?

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fideicommiſſi anterioris in continenti probata impedit immiſſionem ex poſteriori fideicommiſſo.*
2 *Inuentarium habens ſolitam proteſtationem, quod ſi quæ bona in eo deſcribenda non erant, haberentur pro non deſcriptis, illorum deſcriptio tamquam erronea non poteſt præiudicare.*
3 *Fideicommiſſarius validè poteſt alienare commoditatem fructuum, ipſius vita durante percipiendorum.*
4 *Dos repeti non poteſt ex bonis fideicommiſſarijs, quando mulier, ſtante quod bona ſui Viri erant fideicommiſſo obnoxia ſpecialiter conuenit de inueſtiendis pecunijs pro eius cautione.*
5 *Fideicommiſſarius, qui aſſignauit bona fideicommiſſo ſuppoſita pro reſtitutione dotis, quando cenſeatur aſſignaſſe ſolum commoditatem percipiendi fructus, & non proprietatem?*
6 *Voluntas contrahentium non poteſt diuerſimodè interpretari quoad vnum, & alterum, ſub eodem contractu, & diſpoſitione contenta.*

7 *Teſtator quando validè poſſit prohibere, ne eius bona fideicommiſſo ſuppoſita pro reſtitutione dotis alienari poſſint?*
8 *De Bonis fideicommiſſarijs illa alienari debent pro conſtitutione dotis, quorum diſtractio ſit minus nociua vocatis.*
9 *Hæres quando poſſit retractare, & impugnare factum defuncti?*
10 *Exceptio rei quando eſt clara, & replicatio Actoris requirit altiorem indaginem, ſufficit ad repellendam illius intentionem.*

DECISIO CCCLXI.

PEtebãt Domini Marchio Maximilianus, & Camillus fratres de Palumbaria immitti in poſſeſſionem Caſalis vulgo Spezzamazza, cenſus ſcutorum duorum millium cum Sereniſſimo Duce Parmæ, & locorum ſex ſupra triginta montis fidei vigore fideicommiſſi q. Lucretiæ Nicolinæ eorum Auiæ Maternæ ad ipſorum fauorem purificari, quod non controuertitur, vt ex Teſtamento *in Summario eorumdem relato num. 1.* Verum quia D. Tiberius Ceulus illorum poſſeſſor opponebat de antiquo fideicommiſſo ſpecialiter conſtituto ſuperdictis bonis à q. Hieronymo Ceulo in eius Teſtamento ordinato ſub die 27. Maij 1574. vt patet ex illo, & ex breui S. me: Pauli V. ac alijs iuribus relatis in eius *Summario num. 4. & 13.* Ideò propoſito particulari dubio ſuper immiſſione cenſuerunt Domini illam eſſe denegandam, quia obſtat Dominis fratribus de Palumbaria exceptio antiquioris fideicommiſſi conſtituti ſuper dictis bonis hoc titulo poſſeſſis per Dominum Tiberium reum conuentum, quæ cum ſint in-
1 continenti probata ipſe dicitur legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem ex poſteriori fideicommiſſo petitam, vt reſpondit Rota *in Bonon. fideicommiſſi de Manzolis 15. Martij 1630. & 26. Ianuarij 1652. coram bo: me: Coccino in recent. deciſ. 360. num. 1. & 2. part. 5. & deciſ. 88. num. 3. part. 6. ac in* Romana *hæreditatis de Capizucchis 20. Aprilis 1635. coram bo: me: Motmanno paritèr in rec. deciſ. 34. num. 1. part. 7. & prius admiſit in* Romana *de Naris 4. Martij 1596. coram Penia inter eius impreſſ. deciſ. 394. num. 3. & 4.*

Non obſtat quod dicta bona deſcripta fuerint in Inuentario hæreditatis Lucretiæ confecto nomine Fabij, & Angeli eius filiorum. Quia cum ibidem adiecta fuerit ſolita proteſtatio, quod ſi quæ bona in eo deſcribenda non erant haberentur pro non
2 deſcriptis *dicto Summario num. 9.* Dum conſtat, quod eadem verè ſpectant ad Hæreditatem Hieronymi, illorum deſcriptio tanquam erronea præiudicare non poteſt *Angel. in l. 1. §. hac ſtipulatio num. 25. ff. ſi cui pluſquam per l. Falcid. & in l. in fin. num. 21. C. de de iur. deliber. Valaſcb. conſult. 52. num. 16. & 17.* Rota *deciſ. 587. num. 9. part. 3. rec. in* Romana *ſeparationis Bonorum 20. Aprilis, & 25. Iunij 1646. coram* R. *P. D. meo Veroſpio, & in Peruſina bonorum 14. Iunij 1647. coram me §. quoniam dum huiuſmodi.*

Nec releuat, quod die 24. Auguſti 1625. dicti Fa-
3 bius, & Angelus aſſignauerint eidem Lucretiæ omnia præfata bona pro aſſerta ſatisfactione dotis quarti dotalis, & ſortis principalis, ac fructuum duorum Cenſuum capitalis ſcutorum mille ducentorum quinquaginta.

Quia huiuſmodi aſſignatio intelligi debet pro eo tantùm Iure, quod ipſi Fabio, & Angelo in dictis bonis comprehenſis, ſcilicet fructuum durante ipſorum vita ex eis præcipiendorum, quorum commoditatem validè poterant alienare *Iaſ. in l. filius famil. §. Diui num. 11. ff. de legat. 1. Molin. de primog.*

lib.1.cap.20.num.12.& cap.21. ſub num.25.verſ.in tertia, & vltima Peregr. de fideic. art.40. n.100. & 117. cum alijs allegatis in Peruſina bonorum 18. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Corrado ſub §. poſtremum denique verſ. & ratione. Quod ſanè ex pluribus conijci videbatur, nempè ex quo ipſamet Lucretia in eius Inſtrumento dotali antecedenter confecto explicitè declarauerat, quod bona Adriani eius Mariti, ac filij dicti Hieronymi erant dicto fideicommiſſo obnoxia, nec alienari, ſeu hypothecari poterant pro reſtitutione ſuæ dotis, pro cuius cautione specialiter conuenit de Inueſtiendis pecunijs dotalibus *dicto Summario Tiberij num.3.* Ex hoc enim manifeſtè eruitur eius voluntas, quod iuxta Teſtatoris prohi-
4 bitionem pro ea cauſa dicta bona non cenſerentur hipothecata per ea, quæ tradit *Petr. de fideic.quæſt.8. num.369. verſ.quo fit,quem refert, & ſequitur Fuſar.de ſubſtit. quaſt.532. num. 37.* Et conſequenter multò minus quoad proprietatem aſſignata Ex ingenti valore bonorum aſſignatorum; nam pro creditis in totum non aſcendentibus ad ſcuta decem millia aſſignata fuerunt bona excedentia, vt aſſeritur ſcuta 19. mil. ex quo facilè dignoſcitur quid fuerit in aſſignatione comprehenſum, *ex Theoric. Bartol. in*
5 *l.1.num.45.ff.de ſuperficiebus quam probauit Rota in recent.deciſ.229.num.22.part.7.*

Et denique tàm ex qualitate creditorum, pro quibus dicta aſſignatio facta fuerat, omiſſa enim dote, quæ licet à principio conſtituta in ſcutis 11. mil.reducitur tamen ad 4.mil. cum ad effectum, de quo agitur non ſint calculanda ſcuta mille ex pacto in dicto Inſtrumento ſpecialiter inito confeſſata non autem habita, minuſuè ſcuta quinque millia, quæ non fuerunt Adriano Viro ſoluta, ſed ab ipſa Lucretia poſt illius mortem pro parte exacta ab heredibus patris, & pro parte remiſſa *dicto Summario num.7.& 8.* ac inſuper detrahenda veniant alia ſcuta mille per eam percepta ex venditione lineç Margaritarum *eod. Summ.num.4.* Certum vtique eſt, quod ſiuè pro quarto dotali ex diſpoſitione *Statuti Vrbis lib.2.cap.131.* ad illam ſpectante ratione ſolius vſus fructus ob exiſtentiam filiorum communis matrimonij, ſiuè pro Cenſibus, ac eorum fructibus extra cauſam dotis nullitèr, & ſine ſolemnitatibus ab ea impoſitis, ac ſibimet acquiſitis tempore, quo agebat filiorum tutelam dicta bonorum proprietas alienari non potuit, quam ex obſeruantia ſubſequuta nam Lucretia dicta loca ſex ſupra 30. montis fidei ſibi in prætatam cauſam aſſignata, deindè vigore eiuſdem aſſignationis in eius perſonam cum vinculo præfati fideicommiſſi transferri curauit *dicto Summario num. 13.* Vndè ſicut pro dictis quarto dotali, & Cenſibus, aſſignatio intelligi non poteſt, niſi quoad vſum fructum tantùm, & Lucretia recipiendo dicta loca Montium explicitè faſſa ſuit illa recipere ſub vinculo fideicommiſſi, ità etiam quoad reliqua eodem modo aſſignationem factam fuiſſe, illamque recepiſſe cenſetur ob indiuiduitatem vo-
6 luntatis Aſſignantium, & recipientis, quæ non poteſt diuerſimodè interpretari quoad vnum, & alterum ſub eodem contractu, & diſpoſitione contraria *l.iam hoc Iure ff.de vulgar. Surd. conſ.150.num.17. Rota in Romana Salarij 18. Febr. 1622. coram bo:me: Pirouano in recent.deciſ.148.num.2.& ſeqq. part.4.tom.2.* Quinimò vna pars declarat alteram, vt in ſimilibus terminis dictum fuit *in Romana dotis 2. Decembris 1644. coram me §. final.*

Si autem dicta aſſignatio alitèr eſſet intelligenda non ſuſtineretur tanquàm facta contra expreſſam voluntatem Teſtatoris, qui ſpecialiter prohibuit quamcumque alienationem proprietatis eius bonorum etiam ex cauſa dotis, quàm ex fructibus conſtitui, vel reſtitui maudauit *dicto Summario nu.2.* quæ quidem prohibitio validè in hoc caſu fieri potuit, ex quo dicti fructus congruè ſufficiebant *Iaſ. in dicta l. filius famil. dicto §.Diui n.96. & in auth. res*
7 *qua num.24. C. commun. de legat. Couarr. variar. reſol. lib.3.cap.6. num.8. Molin. vbi ſupra lib.4. cap.6. n.11. Card.Seraphin. deciſ.447.nu.1. & deciſ 1453. ſub n.5. Rota in rec. deciſ.47. num.10.part 5. Add. ad Greg. deciſ. 543. num 4. cum cæteris allegatis in Bonon. fideicommiſſi de Rubeis 30. Maij 1636. coram R.P.D. meo Corrado §. Dotis verò.* Et quatenus non ſufficerent aderant tunc temporis alij effectus hæreditarij, & ſignantèr Inueſtimenta multiplici per eumdem Teſtatorem ordinati in dicto eius Teſtamento *num. 2.* quorum diſtractio, vtpotè minus nociua vocatis fieri debebat relicta proprietate dictorum bonorum fideicommiſſariorum, quæ ſine pœna caducitatis alienari non poterat *ad Text. in l. quæ Tutores C. de adminiſtr. Tutor. & in l. magis puto, §. ne tamen ff. de reb. eor. Gabr. conſ.118. ſub num. 6. verſ. 3. quia lib.1. Gratian. diſcept. for. cap.570. num.12.* cum alijs in ſimilibus terminis congeſtis *in Romana fideicommiſſi de Zuccaris 4. Febr.1650. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Altera verò circa finem.*

Parum obſtante, quod Tiberius ſit hæres dictorum Aſſignantium, quia præter quod illorum hæreditatem adiuit cum beneficio legis, & Inuentarij, ac ſine præiudicio fideicommiſſi dicti Hieronymi *eodem Summario actorum num.3.* Etiam circumſcripto
9 beneficio Inuentarij ex propria perſona illorum factum impugnare, & retractare poterit tanquàm nullum, & illicitum contra expreſſam Teſtatoris, ac legis prohibitionem, vt latè probauit *Rota deciſ. 100. per tot. part.2. diuerſ. Coram Card.Seraphin. deciſ. 477.num.1.in recent.deciſ.176.num.43.part.5. & in dicta Bonon. fideicommiſſi de Rubeis §. quia id non probatur verſ. quod eo magis.*

Quare cum exceptio antiquioris fideicommiſſi per Reum conuentum deducta ſit clara, & incontinenti iuſtificata turbiditas verò, & altior indago proueniat ex replicatione actorum prætendentium dicta bona ſoluta fuiſſe à vinculo fideicommiſſi per aſſignationem factam Lucretiæ, quod ex deductis, vel penitus eliditur, vel ſaltem redditur adeò turbi-
10 dum, vt hoc ſufficiat ad impediendam petitam immiſſionem, & repellendos Actores, vt in ſimilibus terminis ratiocinatur *Rota deciſ.57.nu.5.& 6.part.2. diuerſ. deciſ.526.num.12.part.1.& deciſ.597.num.3.& 4.part.2.rec.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA RENVNCIATIONIS.

Lunæ 22. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Renuncians licèt Renunciationem acriter impugnet, tamen pendente lite ſuper eius inualiditate poteſt petere executionem promiſſorum in ea, & quare? Filius, quicquid ſit, an cenſeatur in dubio præſtitiſſe matri Alimenta Animo repetendi, vel potiùs donandi, certum eſt illa non donaſſe, quando præcedit cauſa obligatoria illam alendi, & quomodò alimenta taxari debeant?

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio quando ſuſtinetur debent etiam ſuſtineri omnia illius reſpectu promiſſa.*

2 *Legitima debetur parentibus in bonis filiorum prædefunctorum vna cum fructibus à die obitus.*

3 *Renuncians poteſt Renunciationem impugnare, & pendente*

Digitized by Google

dente lite ſuper illius inualiditate petere executionem ibidem promiſſorum.

4 *Alimenta præſtita à matre filiæ regulariter præſumuntur illi donata.*

5 *Secus autem ſi fuerint præſtita Matri à Filio.*

6 *Animus, & votum liberorum erga parentes, ac Parentum erga liberos regulariter non eſt idem.*

7 *Alimenta præſtita Filio à Matre regulariter præſumuntur donata, & è contra.*

8 *Alimenta præſtita Matri à Filia quoties præcedit cauſa obligatoria alendi, cenſentur præſtita ad implendam præcedentem obligationem, non autem animo donandi.*

9 *Alendi obligatio, quando præcedit ceſſant omnes coniecturæ pro donatione Alimentorum.*

10 *Alimenta præſtita Matri à Filio, quando præcedit obligatio alendi non præſumuntur illi donata licet non fuerit filius proteſtatus ſe habere Animum illa repetendi.*

11 *Alimentorum taxatio relinquitur prudentis Iudicantis arbitrio.*

12 *Alimenta præſtita Matri à Filio veniunt compenſanda cum operibus maternis præſtitis circa ſuppellectiles, aliaque muliebria donec in eius domo permanſit.*

DECISIO CCCLXII.

INter alia ex quibus D. Valentia de Valentibus mota fuit ad renunciandum legitimæ ſibi debitæ in bonis filij expreſſum fuit ſcire, quod Philippus renunciatarius volebat, vt Matri renuncianti perſoluerentur ſcuta 25. monetæ quolibet menſe anticipatè, donec ipſa vixerit modis, & formis eidem exponéti communicatis, & in Teſtamento ipſius exprimendis, prout actualiter in Teſtamento deindè condito relicta fuerunt. Vndè cum defuncto renunciatario de menſe Iulij 1648. Valentia per manſerit in illius Domo hæreditaria vſque ad diem 20. Ianuarij proximi præteriti, & poterit etiam per modum prouiſionis menſtrua iſta ſcuta 25. medio tempore decurſa ad Inſtantiam Andreę Angeli filij ſoluere recuſantis, propoſui dubium an præteritæ menſtruæ præſtationes pro nunc ſint ſubminiſtrandæ, & an inter compenſatio cum alimentis ſibi interim præſtitis. Cui per DD. quoad primam partem fuit
1 affirmatiuè reſponſum. Siquidem ſi ſubſiſtit renunciatio præſtationes debentur iure actionis, iuxta promiſſionẽ renunciationi correſpectiuè factam ſi verò non ſubſiſteret debentur ex obligatione le-
2 gali, & Iure naturæ pro fructibus legitimę parentibus debitæ in bonis filiorum prædefunctorum *l. nam, & ſi parentibus ff de inoffic. Teſtam. l. ſcripto ff. vnd. liber. Craſſ. de ſucceſſ § legitima quæſt. 5. per tot. Card. Seraphin. deciſ. 963 num. 5.* Et quidem vnà cum fructibus à die obitus *l. mulier § hæres ff. ad Trebellian. Rip. in l. in fideicommiſſariam num. 24 ff. eod. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 73. num. 1. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 1. num. 3. Rota in Romana Vſufructus 14. Ianuarij 1635. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Panzirolo.*

Non obſtante, quod Valentia acritèr renuncia-
3 tionem impugnauerit; quoniam pendente lite ſuper illius inualiditate, non prohibetur petere executionem ibidem promiſſorum, ne interim careat bonis renunciatis, & præſtationibus correſpicuè promiſſis iuxta *doctr. Felin. in cap. capitulum num. 9. 13. & 14. de reſcript. Franch. deciſ. 373. num. 2. & per tot. Cartar. deciſ. Iannen. 2. nu. 8. Giurb. deciſ. 55. nu. 11. & dec. 100. num. 24. cum aliis in Romana Domus 25. Febr. 1649. coram me verſ. nec refragatur.*

Maior tamen fuit difficultas circa compenſationem, propter controuerſiam Doctorum, quoad præſtationem alimentorum à filio factam matri, an ſcilicet præſumatur donata, vel potius præſtita animo repetendi, in qua pro repetitione conſuluit *Corn. conſ. 199. ſub num. 4. verſ. in dubio autem lib. 3.*
4 ponderans multum differre ſi alimenta à matre præſtentur filio, vel è contra; in matre enim regulariter præſumitur donandi animus *per text. in leg. ex duobus § Titium, & in l. Neſennius, vbi ſcribentes com-*
5 *muniter ff. de negoc. geſt.* ſecus autem in filio cum naturaliter non ſit idem animus, & votum libero-
6 rum erga parentes, ac parentum erga liberos, cuius dictum ſequitur *Maſcard. de probat. concluſ. 75. num. 2. verſ. è contra autem lib. 1.* Pro donatione autem contra *Corn. & Maſcard.* tenet *Surd. de aliment. tit. 6. q. 9.*
7 *num. 6. cum ſeqq.* concludens eumdem præſumi animum matris erga filios, & è contra.

In propoſito autem DD. cenſuerunt non eſſe locum huic quæſtioni, quæ à DD. diſputatur in caſu dubio, & ſimplici, ſecus vbi, prout hic, præcedit
8 cauſa obligatoria ex conuentione, & legato, ac præcepto Philippi Teſtatoris, tunc enim alimenta cenſentur præſtita ad adimplendam præcedentem obligationem, non autem animo donandi, vt declarat *Bald. in dicta l. Neſennius ſub num. 4. ibique Bart. pariter num. 5. Dec. conſ. 616. num. 4. verſ. & iſta concluſio Surd. conſ. 119. num. 25. & 26. & conſ. 534. num. 30. Menoch. conſ. 321. num. 26. & 27. & conſ. 771. num. 16. & de arbitr. caſ. 85. num. 23. idem Surd. de alim. tit. 6. q. 8. num. 46. & 47.*

Indeque nihil releuat, quod agatur inter perſonas diuites de quantitate alimentorum admodum modica, quodque Andreas Angelus nunquam fuerit proteſtatus, quod illa præſtaret animo repetendi, nec ad ſui libitum in Codice rationum retulerit, ſed imò Philippus viuens eidem illa præſtiterit abſ-
9 que vlla repetitionis Inſtantia. Vrgerent enim iſtæ coniecturæ ſi nulla præcederet cauſa obligatoria, in quibus terminis illas expendunt DD. *in dicta l. Neſennius, Marcbabrun. conſ. 110. nu. 44. vſque ad 78. Cyriac. contr. for. cap. 489. num. 1. & ſeqq. cum alijs per Rotam coram Card. Caualer. deciſ. 636. num. 1. cum tribus ſeqq.* ſecus vbi præcedit obligatio, hæc enim
10 præſumptio tanquàm præpotens, & violenta vincit omnes alias, & tollit neceſſitatem proteſtandi, vt magiſtraliter admonet *Bartol. in dicta l. Neſennius § & alij comprobat Surd. vbi ſupra dicta quæſt. 8. num. 7.*

Perpenſis tamen facti circumſtantijs alimenta Valentiæ præſtita Domini taxarunt in ſcutis ſex pro quolibet menſe vltimo pro tempore, quo ipſa permanſit in Domo Philippi, & pro hac tata dumtaxat minuendas eſſe menſtruas præſtationes ſcutorum 25. à Philippo relictas, cum in maiori quantitate non probentur præſtita, & taxatio relinquatur
11 prudentis iudicantis arbitrio, vt dictum fuit *in Anconitana Alimentorum 14. Iunij 1649. coram R. P. D. meo*
12 *Celſo*, imò ſi quid plus fuiſſet præſtitum, compenſandum foret cum operibus, & laboribus maternis ab eadem Valentia præſtitis circa ſuppellectiles, aliaque muliebria quouſque in dicta Domo permanſit, vt monuit *Alex. in l. ſi paterno num. 2. C. de negoc. geſt. Aret. conſ. 48. num. 7. Cuman. conſ. 87. ſub n. 5. verſ. ac etiam, quia ipſa Puella Marcabrun. d. conſ. 110. n. 69. & 70. Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 16. n. 35.*

Et ità vtraque &c.

ASCVLANA RENVNCIATIONIS.

Lunæ 22. Maij 1651.

ARGVMENTVM.

Maritus, qui acceptata, & conſequuta dote promiſit dotan-

dotanti renunciationem Vxoris cum Iuramento obligatione Camerali, alijſque Clauſulis ampliſſimis, & præſertim cum clauſula *alias de proprio*, tenetur eius promiſſionem cum effectu implere alias tenetur ad omnia damna, & intereſſe, neque excuſatur faciendo poſſibilia, niſi tamen Vxor renunciando enormiſſimè læderetur, quæ læſio etiam marito ſuffragaretur, & quando in Renunciatione facta ab Vxore fauore dotantis poſſit læſio conſiderari. Promiſſio autem facti alieni quomodo exequatur vide in Summario?

S V M M A R I V M.

1 *Mandatum pro damnis, & intereſſe relaxatum nulla præcedente liquidatione excuſari non poteſt ab euidenti nullitate.*

2 *Clauſula* ſi quid exequendum *conſtito de bono iure agentis præſeruat viam executiuam pro noua mandati relaxatione, quatenus præcedens patiatur aliquas difficultates circa validitatem.*

3 *Promiſſio mariti de faciendo renunciare Vxorem, vbi eſt munita Iuramento, & obligatione Camerali habet paratam executionem.*

4 *Obligatus ad factum ſi illud non adimpleat, contra eum relaxatur mandatum ad factum, & præuia Carceratione, & pignorum captione promiſſum factum cogitur adimplere.*

5 *Maritus faciendo quicquid poteſt pro obtinenda renunciatione Vxoris pro qua ſe obligauit, ſi illam obtinere non valet, regulariter excuſatur, nec tenetur ad aliquod Intereſſe.*

6 *Declara hoc tantum procedere dummodò maritus non fictè, nec ſimulatè, ſed bona fide fecerit diligentias.*

7 *Amplia etiam ſi promiſſio eſſet ampliſſima, nempè quod cum effectu curaret promiſſam renunciationem, & cum Iuramento firmata.*

8 *Item amplia etiam ſi fuiſſet promiſſum, quod faciendo poſſibilia non excuſaretur.*

9 *Item amplia hoc potiſſimum procedere, & ſeruari in Terris Eccleſiæ, vbi proceditur de æquitate.*

10 *Limita, quando ex mente Contrahentium conſtare poteſt, quod promittenti non ſufficiat quantumuis maximam diligentiam adhibere, niſi ſequatur effectus.*

11 *Promittens factum alienum eo non impleto, ſine dubio ad intereſſe obligatur, quando ex mente contrahentium conſtare poteſt, quod promittenti non ſufficiat quantumuis maximam diligentiam adhibere, niſi ſequatur effectus.*

12 *Contrahentium voluntas in ſtipulationibus in primis ſeruari debet.*

13 *Promittens factum alienum, cum hoc quod poſſibilia, & impoſſibilia feciſſe, factum alienum promiſiſſe excuſari non poſſit etiam factis maximis diligentijs non excuſatur, ſed tenetur ad intereſſe.*

14 *Promittens factum alienum cum Clauſula* alias de proprio *cenſetur in omni caſu non ſequuti implementi de ſuo teneri voluiſſe.*

15 *Maritus, qui correſpectiuè ad dotis Conſtitutionem promiſit renunciationem Vxoris, poſtquam dotem fuit conſequutus, tenetur ex parte ſua adimplere propriam obligationem, aliàs conueniri poteſt ad intereſſe.*

16 *Maritus, qui promiſit renunciationem Vxoris excuſatur ab implemento, vbi Vxor renunciando enormiſſimè læderetur.*

17 *Læſio conſiderari non poteſt in renunciatione facta à filia de bonis maternis, nondum quæſitis, ſed quærendis, ac de ſola ſpe ſuccedendi incerta, & euentuali.*

18 *Mulier congruè dotata non læditur renunciando etiam pingui hæreditati dotantis.*

19 *Bona, & Hæreditas confunduntur, & promiſcuè accipiuntur.*

20 *Determinatio vnica inæqualiter determinari non debet.*

21 *Verborum dubietas tollitur etiam ex tacita declaratione contrahentium poſt contractum, & ſtipulationem ſequutam.*

D E C I S I O CCCLXIII.

PRomiſerat Laurentius Petruccius in Inſtrumento
dotali ſub Iuramento, & obligatione Camerali,
quod Anna Maria eius Vxor ſolemnitèr renunciaſ-
ſet ad fauorem Phebi de nouis eius fratris omnibus
bonis, paternis, maternis, Auitis, & fraternis addi-
tis his verbis ibi, *& denique &c. promiſit ità, & tali-
tèr agere, & curare, quod poſſibilia, & impoſſibilia fe-
ciſſe, factumque alienum promiſiſſe nullo modo excuſari
poſſit aliàs de proprio, & ad omnia damna &c.* Verùm
quia huiuſmodi renunciatio actualiter facta non
fuit, ideò Phæbus iudicialiter illum conuenit co-
ram A.C. qui 11. Maij 1649. contra ipſum relaxauit
mandatum executiuum ad factum, & deindè 3. Au-
guſti ſequentis prænio decreto expeditionis dicti
mandati aliud relaxauit pro ſumma florenorum
5000. loco damnorum, & intereſſe, ſed interpoſita
appellatione cauſa mihi commiſſa fuit cum clau-
ſula *ſi quid exequendum*, vndè propoſito dubio ad
formam commiſſionis informantes pro Laurentio
1 principaliter oppoſuerunt, mandatum ad intereſſe
excuſari non poſſe ab euidenti nullitate, vtpotè re-
laxatum nulla præcedente illius liquidatione, quo
per DD. perpenſo ad tollendum omnes ambages
placuit ipſis reſpondere ex integro relaxandum eſſe
2 nouum mandatum ad factum, quia dicta clauſula
ſi quid exequendum conſtito de bono iure agètis præ-
ſeruat viam executiuam pro noua mandati relaxa-
tione quatenus præcedens patiatur aliquas difficul-
tates circa validitatem, vt reſpondit *Rota coram
Card. Mellino deciſ.362. num 3. & in Eugubina penſio-
nis 25. Maij 1618. coram bo:me: Manzanedo, ac nuper-
rimè in Romana pecuniaria 27. Maij 1650. coram R.P.D.
meo Celſa § verum DD. & §. finali.* Dum igitur
3 promiſſio Laurentij de faciendo renunciare Vxo-
rem munita fuit Iuramento, & obligatione Came-
rali paratam habet exequutionem, vt probat *Zacch.
ad Galleſ. de oblig. Camer. quæſt.2. num.1. & 14. cum
4 ſeqq.* Atque ideo non docto de actuali renunciatio-
ne relaxari debet mandatum ad factum, vt obliga-
tus præuia carceratione, & pignorum captione pro-
miſſum factum adimpleat, vt reſponſum fuit *in Ful-
ginaten. Liberationis à moleſtijs 27. Iunij 1646. coram
R.P.D. meo Bichio penes eumdem Zacch. deciſ.262. n.9.
cum alijs ſeqq.*

Non obſtat, quod Laurentius omnes adhibuerit
diligentias, vt eius Vxor renunciaret, ideòque ex-
cuſari debeat.

Licèt enim maritus faciendo quidquid poteſt pro
5 habenda renunciatione; ſi illam obtinere non valet
regulariter ſit excuſandus, nec proindè teneatur ad
aliquid intereſſe, ſecundum communem ſententiam
de qua *per Iaſ. in l. ſtipulatio iſta ſub n. 10. ff. de verb.
oblig. Crot. in l.4. §. Cato in ſecunda lectura num.30. ibi-
que Galian. num.52. & Alciat. nu.130. ff. eod. Ludouic.
Alfer. conſ.5. nu.12. cum duobus ſeqq. Ruin. conſ.67. n.1.
& per tot. lib.4. Pariſ. conſ.110. num.7. lib.1. Card. Man-
tic. de tacit. lib.c4. tit.34. num.11. & tit.35. num.1. cum
ſeqq. Marant. in praxi part.6. diſput.7. num.20.* referens
6 in puncto hanc opinionem eſſe veram dummodò
ſine fraude fecerit totum conatum cum alijs *per Ro-
tam coram bo:me: Buratto deciſ.64. num.1. cum ſeqq. ibi-
que Add. num.15.* qui hoc defendit, conſtito, quod

non

non fictè, nec ſimulatè, ſed bona fide diligentias fe-
7 cerit; Idque etiam ſi promiſſio eſſet ampliſſima,
nempè quod cum effectu curaret promiſſam re-
nunciationem *Couar. in cap. quamuis part. 2. §. 4. n. 6.*
ad fin. de pact. in 6. Ferret. conſ. 128. num. 9. Pariſ.
conſ. 110. num. 42. & ſequentis, ac num. 52. & 84. vbi
reſpondet omnibus obiectis, & Iuramento vallata
Surd. deciſ. 234. num. 12. cum ſeqq. vbi plures cumulat
8 auctoritates *Buratt. dicta deciſ. 64. num. 2.* Imò etiam
ſi fuiſſet promiſſum, prout in caſu noſtro, quod fa-
ciendo poſſibilia non excuſaretur *Pariſ. dicto conſ.*
110. ſub num. 58. Gabr. conſ. 131. num. 5. 6. & 7. lib. 2.
9 vbi quod hoc potiſſimè ſeruari debet in Terris Ec-
cleſiæ, vbi proceditur de æquitate.

Nihilominus præfata non procedunt quando,
10 prout hic, ex mente contrahentium conſtare po-
teſt, quod promittenti non ſufficeret quantumuis
maximam diligentiam adhibere, niſi effectus ſe-
11 queretur. Hoc enim caſu promiſſor, ſine dubio
ad intereſſe obligatur cum voluntas contrahentium
12 etiam in ſtipulationibus in primis ſeruari debeat,
vt limitando præfatam concluſionem probant *Dec.*
conſ. 124. num 1. Pancirol. conſ. 45. num. 33. Ferrett. di-
cto conſ. 128. num. 10. Card. Mant. vbi ſupra dicto tit 35.
num. 29. vbi dicit hunc articulum eſſe valdè ambi-
guum, & controuerſum *Gabr. de pact. concluſ 2. n. 9.*
Seraph. de priuil. iuram. priuil. 74. num. 31. Ciriac.
contr. Forenſ cap. 102. num. 13. & 69. Vincent. de
Franch. deciſ. 624 num. 12. Ioſeph Ludouic. deciſ. Pe-
ruſ. 27. num. 8. Rota deciſ. 67. num. 3. part. 4. rec. cum
alys adductis per Adden. ad Buratt. dicta deciſ. 64. n. 18.
& 19. Præfata autem contrahentium voluntas in
propoſito ſatis clara deſumitur. Tum ex illis ver-
13 bis, quod poſſibilia, & impoſſibilia feciſſe, factum
alienum promiſiſſe nullo modo excuſari poſſit &c.
vt in puncto per bellè firmat *Marant. dicta diſput. 7.*
num. 23. vbi ponderat hæc præciſa verba; Tum
14 quia addita fuit clauſula *alias de proprio*, per quam
datur intelligi promittentem in omni caſu non ſe-
quutæ renunciationis de ſuo teneri voluiſſe, vt ad-
mittit *Pariſ. dicto conſ. 110. num. 10.* & pluribus ad-
ductis probat *Mantic. vbi ſupra dicto tit. 35. num. 32.*
cum cæteris allegatis *per Adden. ad Buratt. dicta de-*
ciſ. 64. num. 19.

Præterea ponderatum fuit, quod prædicta pro-
15 miſſio emanauit correſpectiuè ad conſtitutionem
dotis, vndè cum Laurentius præfatam dotis conſti-
tutionem acceptauerit, & conſequutus fuerit, te-
netur proindè ex parte ſua adimplere propriam ob-
ligationem, alias Iure optimo conueniri poteſt ad
intereſſe, vt in puncto firmauit *Rota coram Card. Ca-*
ualer. deciſ. 64. num. 1. & per tot. quam refert, & ſe-
quitur *Add. ad S. me. Greg. deciſ. 241. ſub litera B.*
verſ. hoc certum eſt.

Nec refert, quod Vxor noluerit renunciare ſub
16 prætextu, quod enormiſſimè læderetur, vt proin-
dè ob hanc cauſam ipſe quoque Laurentius excu-
ſari debeat, vt probat *Ioſeph. Ludouic. dicta deciſ. 27.*
num. 11. & dixit Rota coram Buratto dicta deciſ. 64.
num. 10.

Quia cum de tempore promiſſæ renunciationis
17 illius mater viueret, & ſic quoad ipſam non age-
retur de Iure iam quæſito, ſed de iure quærendo, ac
de ſola ſpe ſuccedendi omnino incerta, & euentua-
li, vtpote pendente, tam à futura eius bonorum
acquiſitione, & conſeruatione, quàm ab illius di-
ſpoſitione, nulla penitus quoad eam probabilis læ-
ſio conſiderari valet *l. 1. §. ſi impuberi ff. de collat. Bo-*
nor. Aldobran. conſ. 26. num. 119. lib. 1. Fontanell. de
pact. nupt. clauſ. 9. gloſ. vnic. part. 1. num. 22. & 23.
cum cæteris allegatis in Romana renunciationis 14. Iunij
1649. coram R.P.D. meo Ottobono, & 23. Martij 1650.
coram me vtrobique ſub §. fin. Eoque minus cum An-
na Maria congruè etiam dotata non ſolum de bo-
nis Paternis, ſed etiam pro ſumma florenorum 500.
de maternis, vt eſt in confeſſo apud Partes, quo
proindè faciliùs excluditur allegatæ læſionis exce-
18 ptio, nam mulier dotata non læditur renunciando
etiam pingui hæreditati Dotantis *Carol. Ant. Put.*
inter conſ. Odd. conſ. vnic. ſub num. 27. verſ. renuncia-
tio autem, quem refert, & ſequitur *Fontanell. vbi ſu-*
pra dicta part. 1. num. 35. cum ſeqq.

Minimè obſtat, quod Laurentius promiſerit
Vxorem renunciaturam bonis, non autem hære-
ditatibus.

Quia bona cum hæreditate confunduntur, ac
19 promiſcuè accipiuntur *l. hæreditas 5. de pact. conuent.*
Alciat. conſ. 14. num. 8. & 12. lib. 5. Cyriac. contr. 88.
num. 9. Præſertim in propoſito. Tum quia ſub vni-
co periodo, & ſtructura verborum, etiam promiſſa
fuit renunciatio bonorum Paternorum, ideoque
ſicut iſta non poſſunt intelligi, niſi de hæreditate,
cum Pater iam eſſet mortuus, ità etiam idem di-
20 cendum eſt reſpectu Maternorum, ne vnica deter-
minatio inæqualiter determinet *contra text. in l. iam*
21 *hoc Iure ff. de vulg.* Tum etiam quia dum Lauren-
tius ſequuto obitu Matris Vxorem requiſiuit, vt
illius bonis renunciaret, non niſi de illius hæredi-
tate intellexiſſe cenſetur, quod proindè omnem
remouet verborum dubietatem aliàs fortaſſe con-
tingentem argumento *text. in l. ex facto de vulg. &*
in cap. ſi Papa de priuil. in 6.

Et ità vtraque parte Informante &c.

MELEVITANA PARROCHIALIS.

Veneris 26. Maij 1651.

A R G V M E N T V M.

Beneficium ſuper quo lis pendebat in Rota, ſi ab alio ex collitigantibus per nouam gratiam fuit à Pontifice impetratum facta tamen litis mentione, licet impetratio attentata dici non debeat, illius tamen verificatio coram executore facta à vitio attentatorum ſaluari non poteſt.

S V M M A R I V M.

1 *Prouiſus ab Ordinario de Parochiali in menſe reſeruato vacata tenetur infra quatrimeſtre expedire à Sede Apoſtolica litteras ſuæ prouiſionis.*

2 *Attentata dicuntur omnia geſta poſt inhibitionem Rotalem, & ideò reuocanda.*

3 *Verificatio nouæ gratiæ ſuper eodem beneficio ſub lite in Rota pendente fieri debet in eadem Rota non autem coram executore.*

Executor nouæ gratiæ beneficij de quo pendet lis in Rota ad illius executionem procedere non poteſt citra vitium attentatorum num. 3.

4 *Litis mentio facta Pontifici in impetratione eiuſdem beneficii tollit obſtaculum nè lite pendente liceat principi ſupplicare.*

Lite pendente non licet ſupplicare Principi num. 4.

5 *Pontifex non cenſetur cauſæ cognitionem coram Rota pendentis ab ea auocare voluiſſe, & quando procedat?*

6 *Prouiſio Pontificis numquam dicitur attentata Executor Apoſtolicus procedens in ſpretum inhibitionis rotalis attentare dicitur num. 6.*

7 *Mandatum ſpeciale requiritur pro allegando ſuſpectum Iudicem.*

8 *A recuſatione iudicis cenſetur receſſum per comparitionem deindè coram eo ſimpliciter factam.*

9 *Exceptio non iuris in beneficio non admittitur niſi pro-*

betur,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

betur, vel per confeſſionem partis, vel per rem iudicatam.

10 *Attentatorum reuocatio ex officio iudicis cuius maieſtas fuit contempta vnmquam, impeditur.*

DECISIO CCCLXIV.

Dominicus Magrus præuio concurſu ab Ordinario prouiſus fuit de Parochiali Eccleſia S. Laurentij Inſulæ Melitæ. Verum quia vacatio dictæ Parochialis contingerat menſe Februar. 1648. Sedi
1 Apoſtolicæ reſeruato, & proindè teneretur infra quatrimeſtre à die vacationis adire Sedem Apoſtolicam pro expeditione litterarum ſuæ prouiſionis *iuxta formam Conſtitutionis San mem. Py. V. 33. in bullario ſub §. 4. Ac illarum etiam tom. 2.* ideò ex quo illius formam non adimpleuit Ioannes Matthæus Habela 23. Iulij eiuſdem anni à Sanctiſſimo D. N. de ea gratioſè prouiſus fuit, & vigore huius prouiſionis expedito breui de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ, illoque exhibito coram A.C. altero ex executoribus ibidem inſolidum deputato ſer. ſer. ac citato dicto Dominico ſententiam immiſſionis obtinuit à quo ipſo appellante, Signatura pluries adita vltimo loco cauſam mihi commiſit cum clauſula Parito Breui, qua commiſſione præuia citatione ad dicen. contra in actis producta Ioannes Matthæus illius vigore expediuit ſolitam Inhibitionem, quam ſeptima Ianuarij 1650. perſonaliter eidem Dominico præſentari curauit.

Poſt hæc ipſe Dominicus Sanctiſſimum adiuit, & ſub narratiua quod Ioannes Matthæus in concurſu examinatus, & approbatus non fuerit de eadem Parochiali certo modo ſibi prouideri impetrauit; Vndè Io: Matthæus ne ipſe vigore huius nouæ prouiſionis aliquid innouaret alteram Inhibitionem expediuit, quæ perſonaliter præſentata fuit, tam in hac Curia eidem Dominico principali 14. Februarij, quàm in partibus 4. Aprilis eiuſdem anni 1650. eius Procuratori, notario, & executori in dicta noua prouiſione deputato; Verum quia dictus executor inſpretum præfatæ Inhibitionis, ac pendentiæ litis in Rota coram ipſo ſpecialiter allegatæ mandatũ de immittendo relaxauit, illumq; actualiter in poſſeſſionem immiſit, & ad alia præ-
2 iudicialia deuenit; Ideò propoſito Dubio DD. Cenſuerunt omnia ſupradicta eſſe notoriò attentata, & ſic omninò reuocanda *iuxta diſpoſitionem cap. non ſolum de appell. in 6.* cum concordantibus, & fuit reſolutum *in Ianuen. attentatorum 2. Decembris 1650. coram me.*

Non obſtat quod lis introducta eſſet ſuper executione dicti Breuis de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ, in partibus verò actum fuerit vigore alterius Prouiſionis ab illo penitus diſtinctæ, & ſeparatæ.

Quia huiuſmodi prouiſio exhibenda erat in hoc Sacro Tribunali, cum ad ipſum ſpectet verificatio nouæ gratiæ lite coram eo pendente ſuper eodem
3 Beneficio ab altero ex Colitigantibus impetratæ, ac propterea dictus Executor ad illius executionem procedere non potuit abſque incurſu attentatorum, vt in puncto reſpondit *Rota coram bon. mem. Cocein. deciſ. 443. num. 2. & 3. in Terdonen. Iuriſpatronatus 13. Maij 1616. & 13. Iunij 1618. coram Sanctiſſimo D.N. in Aſculana Iuriſpatronatus 1. Iuly 1620. coram bon. me. Cardinali Sacrato in rec. deciſ. 242. per totam par. 4. to. 2. in Lunen. Sarzanen. Iuriſpatronatus 4. Decembris eiuſdem anni coram bon. mem. Remboldo, & in Aquilana Iuriſpatronatus 18. Iuny 1649. coram R.P.D. meo Melito ſub §. Pendentiam autem.*

Nec ſuffragatur mentio litis in ipſa per Dominicum facta; Quia præſeruat quidem à vitio ſubre-
4 ceptionis, & tollit obſtaculum, nec lite pendente liceat Principi ſupplicare *iuxta deciſ. Caſſad. 18. n. 6. de Preben. ſed non efficit*, quod executio, coram alio quam coram Rota peti potuerit, vt reſponſum fuit *coram bon. mem. Coceino dicta deciſ. 443. num. 14. in dicta Aſculana Iuriſpatronatus num. 4. & 5. & in dicta Aquilana Iuriſpatronatus dicto §. pendentiam autem verſ. nam talis mentio*: Ea ſcilicet ratione, quia
5 Summus Pontifex ab ipſa huiuſmodi cognitione auocare voluiſſe, non cenſetur niſi ex certa ſcientia idfecerit, & hoc ſanè nunquam feciſſe exiſtimari poteſt niſi de Proceſſu coram eo fabricato expreſſa mentio facta fuerit, *Egid. deciſ. 46. num. 1.*

Indeque non releuat, quo præfata prouiſio non poſſit dici attentata licet enim verum ſit, quod Pa-
6 pa non attentet prouidendo, Attentat tamèn Executor procedendo ad illius executionem in ſpretum litis pendentiæ, & præfatæ Inhibitionis, vt reſpondit *Rota coram San. mem. Gregor. deciſ. 10. circa med. cum alys allegatis in Mediolanen. Beneficy 17. Iunij 1644. coram R.P.D. meo Bichio, & in Gerunden. Beneficy 1. Febr. 1645. coram me §. finali.*

Nec obſtat allegata nullitas proceſſus compulſorialis, ex quo Procurator Dominici Iudicem, & Notarium, vti ſuſpectos recuſauerit.

Quia præter quod non conſtat de illius ſpeciali
7 mandato prout requiritur ad iſtum effectum *Alex. conſ. 78. num. 14. lib. 5. Rolan. à Valle conſil. 19. n. 2. vol. 3. Caputaq. in puncto deciſ. 168. n. 1. & 2. par. 1. ſan. me. Greg. deciſ. 368. num. 1.* Cùm deindè idem Procurator citatus coram eis comparuerit, ac præſens fuerit collationi eiuſdem proceſſus, & Iurium in eo contentorum, ac non contradixerit, nec reclamauerit, vt conſtat ex illius lectura fol. 31. à tergo in fine ibi, *Prædictoque R. D. Carolo Magro Procuratore R. D. Dominici Magri exaduerſo principalis, citato, comparente, præſente, audiente,*
8 *& intelligente &c.* à præcedenti recuſatione receſſiſſe præſumitur *Card. Seraphin. deciſ. 532. num. 2. deciſ 971. num. 2. & deciſ. 1057. num. 1. San. mem. Greg dicta deciſ. 368. num. 2. Card. Caual. deciſ. 348. num. 5.*

Poſtremò nec ſubſiſtit obiectio non Iuris Ioannis Matthei, ex eo deducta quod reprobatus fuerit ab Examinatoribus Sinodalibus.

Quia vltra quod non iuſtificatur, & exceptio non Iuris in hoc Iudicio non admittitur niſi probetur
9 per confeſſionem Patris, vel rem Iudicatam, *Greg. deciſ. 465. num. 9. Andr. deciſ. 37. num. 5. & dec. 82. num. 13.* Impediri ſaltem non poteſt attentatorum reuocatio ex officio Iudicis ob ſpretum Iuriſdictio-
10 nis, & contemptam Rotæ Inhibitionem, cuius maieſtas læſa fuit *Greg. d. deciſ. 465. num. 10. Rota in Meſſanen. Decanatus 13. Febr. 1645. & in Colonien. optionis 3. Iuly eiuſdem anni coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. & in Luceorien. Attentatorum 26. Iunij 1648. coram me.*

Et ità vtraque &c.

FARFEN. BONORVM.

2. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur finito vſufructu per mortem Hæredis vſufructuarij hæredi proprietario vniuerſaliter in Teſtamento inſtituto cõtra hæredem ipſius vſufructuarij, maximè ſi conſtat de apprehenſione poſſeſſionis, & quando ad hunc effectum ſufficiat Inſtrumentalis poſſeſſio?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio Inſtrumentalis, alio tunc temporis non poſſidente eſt manutenibilis.*

2 *Teſtes deponentes concorditer de perceptione fructuũ efficaciſſimè, & concludentiſſimè probant poſſeſſionem.*

3 *Poſſeſſio probata eo magis eſt manutenibilis ſi appareat munita titulo legitimo.*

4 *Hæres proprietarius poteſt ſtatim mortuo Vſufructuario poſſeſſionem bonorum apprehendere, dum ab alio actualiter occupata non fuerat.*

5 *Poſſeſſio Ciuilis quæ exiſtit penès hæredem proprietarium, in inſtanti mortis vſufructuarij, trahit ad ſe miniſterio legis poſſeſſionem naturalem.*

6 *Poſſeſſio hæredis proprietarij contra hæredem Vſufructuarij eſt omninò manutenibilis.*

DECISIO CCCLXV.

FRanciſcæ Felici cenſuerunt Domini dandum eſſe
mandatum de manutenendo, quia probat ſuam
poſſeſſionem non ſolum ex publico Inſtrumento
apprehenſionis poſt obitum Clitiæ hæredis vſufru-
ctuariæ ſub die 10. Maij 1647. eius Summ. num. 1.
1 quæ propterea alio tunc temporis non poſſidente
eſt manutenibilis vulg. *l. Prædia vbi communiter DD.
ff. de acquir. poſſ.* ſed etiam ex depoſitionibus Teſtium
2 relatis in eodem *Summar. num. 2.* concorditer de-
ponentium de actuali fructuum perceptione, quæ
omnino efficaciſſima, & concludentiſſima eſt poſ-
ſeſſionis probatio *l. Titia de ſolut. Greg. deciſ. 549.
num. 3. Duran. deciſ. 34. num. 20. deciſ. 118. num. 4.
deciſ. 139. num. 2. & deciſ. 159. pariter num. 2. cum
3 alijs relatis per Giurb. deciſ. 64. num. 29.* Idque præ-
ſertim cum appareat munita titulo vniuerſalis In-
ſtitutionis, *dicto Summar. num. 3.* ex plenè congeſtis
*in Bononien. manutentionis 19. Iunij 1647. coram R. P. D.
meo Bichio, in Regien. Parochialis 5. Martij 1649. co-
ram R. P. D. meo Ottubono in Toletana Archidiaconatus
de Talauera 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Al-
bergato, & in Leodien. Perſonatus 16. Maij einſdem
anni coram me.*

Nec poteſt Antonius Peſcitellus vti aſſ. hæres
Clitiæ hanc manutentionem impedire, quia cum
ipſa relicta fuerit tãtum hæres vſufructuaria bono-
4 rum de quibus agitur, Proprietaria verò Vniuer-
ſalis Franciſca inſtituta legatur, vt in Teſtamento
relatis ſub *d. num. 3.* legitimè potuit ſtatim, ac per
obitum eiuſdem Clitię dictus vſufructus finitus fuit
poſſeſſionem eorumdem bonorum apprehendere,
dum ab Antonio, vel alio adhuc actualiter occu-
pata non fuerat, vt probat *Menocch. conſ. 139. n. 15.
Grat. diſcept. for. cap. 779. num. 4. & 5. & firmauit
Rota in Romana Spolij 16. Ianuarij 1642. coram bo. me.
Coccino poſt Poſth. de manut. deciſ. 538. num. 2.* Ex In-
5 ſtanti enim mortis ipſius Vſufructuariæ poſſeſſio
ciuilis, quæ exiſtebat penès hæredem Proprieta-
rium miniſterio legis traxit ad ſe naturalem *§. fin.
Inſtit. de vſufr. Natt. conſil. 419. num. 3. verſ. Quia
finito vſufructu, Menocch. dicto conſil. 139. num. 16.
6 Gratian. d. cap. 779. num. 5.* Quæ proindè contra
hæredem eiuſdem Vſufructuarię omninò eſt manu-
tenibilis, vt probauit *Rota in Romana de Incoronatis
29. Aprilis 1616. coram bon. mem. Vbaldo, & in dicta
Romana Spolij coram bon. mem. Coccino poſt Poſth. vbi
ſupra deciſ. 299. num. 5. & d. deciſ. 538. num. 7.*

Et ità per contradictas &c.

LEODIEN. PRÆPOSITVRÆ DE NANSINNES.

Lunæ 5. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Declaratoria contra eum relaxari debet qui mediante doloſa reſignatione, lite pendente, & in præiudicium collitigantis ab anteceſſore facta in poſſeſſionem Beneficij ſe intruſit, donec pareat mandato contra eius Anteceſſorem relaxato, licet ipſe in Sententia aut in mandato ſpecialiter nominatus non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria contra eum relaxatur qui continuat poſt exequutionem mandati Rotulis in eius intruſione, & pertinaci renitentia.*

2 *Reſignatio lite pendente facta in præiudicium collitigantis, animo illum vexandi, & difficiliorem reddendi executionem, tamquam doloſè facta non ſuſtinetur.*

3 *Executio poteſt fieri contra tertium in quem fuit facta alienatio rei litigioſæ.*

4 *Declaratoria relaxatur contra tertium in quem fuit facta alienatio rei litigioſæ donec pareat mandato contra eius anteceſſorem legitimè relaxato, recedendo ab intruſione.*

DECISIO CCCLXVI.

EGidius Viuarius prouiſus Apoſtolicus ex cauſa
reſignationis per plures annos pacificè poſſedit
Præpoſituram cõtrouerſam donec Matthias Pinoy
vigore aſſ. prouiſionis habitæ ab Abbate, & Com-
mendatario Sancti Marci propè muros Sueſſionen-
ſes illius poſſeſſionem de facto occupauit; Vndè
introducta cauſa per contradictas in Rota poſt re-
ſolutionem coram me factam 4. Maij 1650. Egidio
ſuffragari poſſeſſionem triennalem, & eum eſſe
manutenendum, & poſt latam à me ſententiam,
relaxatumque, ac expeditum mandatum de manu-
tenendo, vt tenebatur, reuerenter non paruit die
6. Martij proximè præteriti deciſum fuit cõtra eum-
dem Matthiam dãdam eſſe declaratoriam; Verùm,
vt hæc omnia eludere liberè dimiſit in manibus
eiuſdem Abbatis dictam Præpoſituram, qui eam
poſtea contulit Iacobo Theodoro cum ſubſequuta
illius poſſeſſione ideò eodem mandato de manute-
nendo ſub cõminatione Cenſurarum dicto Iacobo
perſonaliter præſentato, & in actis reproducto, ac
ſeruatis quatuor terminis, cum non ſolum non
1 probauerit ſe paruiſſe, ſed in eius intruſione, ac
pertinaci renitentia continuet, hodie concluſum
fuit etiam contra eum ferendam eſſe declaratoriã,
prout paſſim his peractis datur *Caſſad. deciſ. 6. n. 10.
de cauſ. poſſ. & propr. cum alijs allegatis in dicta deciſ.
6. Martij in princ.*

Idque etiamſi nec in ſententia, nec in mandato
Iacobus ſpecialiter nominatus fuerit, quia cum ſe
intruſerit in poſſeſſione mediante doloſa reſigna-
2 tione ab eodem Matthia facta lite pendente in præ-
iudicium Egidij Collitigantis, prout conſtat ex
litteris Inhibitorijs per ipsũ ab alijs Iudicibus ex-
tortis, & in Summ. relatis num. 1. vt illum magis
vexaret, & difficiliorem redderet executionem
contra expreſſam diſpoſitionem, *Text. in cap. 2.
vbi gloſ. in verb. malitioſè, vt lit. pend. quam refert,
& ſequitur Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 3. num. 2.*
3 Ideò ſicuti contra eum validè potuit fieri exequu-
tio, *iuxta Theoric. Bald. in l. Executorem n. 26. C. de
execut. rei Iudic. Ruin. conſil. 34. num. 12. lib. 5. Rot.
deciſ. 14. circa med. verſ. fallit ſecundum quoſdem de
probat. in nou. Mohed. deciſ. 1. num. 1. de ſent. & re
4 iud. Creſcent. deciſ. 16. per tot. eodem tit.* Ità etiam
concedi debet Declaratoria donec eidem mandato
contra eius Anteceſſorem legitimè relaxato pareat
recedendo ab huiuſmodi intruſione, vt in his ter-
minis reſpondit *Rota deciſ. 441. num. 1. par. 3. diuerſ.
coram Card. Mantic. deciſ. 310. num. 1. cum ſeqq. in*

Bracca-

Braccaren. Archidiaconatus 31. Martij 1628. coram bon. mem. Coccino apud Poſth. de manut. deciſ. 234. num. 4. & 5. & deciſ. 664. per tot.

Et ità per contradictas &c.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI DE TIBALDINIS

Luna 5. Iulij 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum nomine collectiuo factum ad fauorem Stirpis, Agnationis, Familiæ &c. non concurrentibus verbis, vel alijs legitimis coniecturis tractum temporis, & perpetuitatem importantibus regulatur ad ſimilitudinem ſucceſſionis ab inteſtato, ideoque vltra decimum gradum regulariter non extenditur: vndè qui ad illud ſuccedere prætendit, non ſimpliciter conſanguinitatem, ſed illius certum gradum iuſtificare tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicomiſſum relictum familiæ agnationi &c. quando non concurrunt verba perpetuitatem denotantia non protrahitur vltra decimum gradum.*

2 *Ad Fideicommiſſum relictum agnationi familiæ &c. ſuccedere volens, non debet probare nullum alium proximiorem extare, qui ipſum præcedat.*

3 *Sed quid iuſtificare teneatur?*

4 *Fideicommiſſarius agens ad fideicommiſſum agnationi, vel familiæ relictum, ſimplex probatio conſanguinitatis non ſufficit, & quæ nam ſit neceſſaria?*

5 *Conſanguinitatis probatio intra decimum gradum nō reſultat ex eo quod quis auctoritatem tamquam cōſanguineum præſtitit in contractu minoris, etiamſi eiuſdem familiæ agnomine vtatur.*

6 *Conſanguinitatis probatio intra decimum gradum excluditur ex eo, quod aliquis proximior per antea remanſerit excluſus.*

7 *Fideicommiſſum an, & quandò dicatur perpetuum, & ſucceſſiuum ex eo, quod facrint ſubſtituti ſtirpi, & proximiores de Domo, & familia?*

8 *Vocati nomine collectiuo, quando per vulgarem tantumodo ſubſtituti dicuntur ita vt fideicommiſſum in primo adeunte expiraſſe cenſeatur?*

9 *Ceſſio, ſeù renunciatio hæreditatis importat illius aditionem.*

10 *Ceſſio hæreditatis incontinenti facta, non facit cedentem hæredem, vt ad onera hæreditaria teneatur.*

11 *Ceſſio hæreditatis conſtituit in cedente ſufficientem agnitionem d. hæreditatis pro validitate ceſſionis.*

DECISIO CCCLXVII.

IOannes de Tibaldinis quatuor habens filios, duos ſcilicet maſculos, Bartholomæum, & Coſmum, ac duas fœminas Catharinam, & Margheritam nuncupatas, condidit Teſtamentum, in quo relicta eiſdem certa pecuniarum quātitate pro earum dotibus ſub prohibitione nihil aliud petendi, maſculos inſtituit hæredes Vniuerſales ſub fideicommiſſo per hæc verba litteraliter conſtituto ibi, *In omnibus autem alijs, & ſingulis ſuis bonis &c. ſuos hæredes generales, & vniuerſales fecit, & nominauit Coſmum, & Bartholomæum eius filios &c. æquis portionibus &c.* cum hac tamen conditione, quod decedente aliquo ex dictis ſuis filijs, & hæredibus quomodocunque ſine filijs, vel filiabus legitimis, & naturalibus in pupillari ætate, vel poſtea vnus ſuccedat alteri, & decedentibus ambobus ſubſtituit ſtirpem, & Proximiores de Domo. & Familia de Tibaldinis vulgariter, & pupillariter, & per fideicommiſſum &c.

Defuncto Teſtatore vterque ex præfatis hæredibus ſine filijs deceſſit ſuperſtitibus Catharina altera ex ſupradictis filiabus, & Io: Baptiſta filio Hippoliti de Tibaldinis germani fratris eiuſdem Teſtatoris, qui ſub die 4. Septembris 1625. ſolemniter renunciauit ad fauorem eiuſdem Catharinæ omnibus occaſione præfati Fideicommiſſi ſuper bonis hæreditarijs ſibi competentibus; Verum quia defuncta vltimo loco eadem Catharina Inſtitutis hæredibus Dominis Iulio, & Octauio fratribus de Tinibaldis alter Io: Baptiſta de Tibaldinis filius q. Hortentij prætenderet ſe comprehenſum ſub dicta vocatione ſtirpis, & proximiorum Domus, & Familiæ de Tibaldinis; Ideò propoſui dubium An cōſtet de fideicommiſſo, & ad cuius fauorem, ac non conſtare de fideicommiſſo ad fauorem dicti D. Io: Baptiſtæ q. Hortentij Domini reſponderunt.

Ratio reſolutionis fuit, quia concludenter non iuſtificauit, vt tenebatur ſe infra decimum gradum Teſtatori eſſe coniunctum: Cum enim huiuſmodi diſpoſitiones ad fauorem Stirpis Agnationis Domus, & familiæ collectiuo nomine factæ regulentur
1 ad ſimilitudinem ſucceſſionis ab Inteſtato, & ſic non concurrentibus, prout hic, verbis perpetuitatem denotantibus vlterius regulariter non protrahantur, adnotata *in §. penultimo Inſtit. de ſucceſſ. cognat. gloſ. & DD. in l.fin. C. vnd legit. Pariſ. conſ. 51. num. 8. lib. 2. Soccin. Ian. conſil. 140. num. 14 lib. 3. Decian. conſ. 1. num. 340. lib. 1. Peregr. conſ 44. n. 5. lib. 4. & conſ. 42. num. 6. lib. 5. ac in tract. de fideic. art. 30. n. 3 Tiraquell. de retract. lignag. §. pro gloſ. 9. n. 23. & 24. Craſſ. de ſucceſ. §. fideicommiſſum qu. 19. n. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 35. Petr. de fideic. quæſt. 8. num 33. & 34. Fuſar. conſil. 107. num. 11. & de ſubſtit. quæſt. 331. num. 5.*
2 licet ipse probare non debeat ſe eſſe proximiorem, ità quod nullus alius ſuperſit, qui ipſum præcedat *Peregr. vt ſupradicto art. 43. ſub num. 63. Card. Seraph. deciſ. 1219. num. 1.* Attamen non ſufficit generalis
3 probatio Agnationis, & Conſanguinitatis, ſed certū quoque gradum iuſtificare tenetur, vt in puncto alijs allegatis probant *Dec. conſil. 320. num. 1. ſub verſ. ſed his non obſtan. & ſub num. 9 verſic. vlt. non obſtat Peregrin. dicto articulo 43. dicto numer. 63. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 12 num. 27. & 28.* Cum enim includi, & non excludi poſſit intra prædictos
4 gradus ſimplex probatio Conſanguinitatis remanet dubia, & incerta, ac propterea non excludit *Pacian. dicto cap. 12. num. 29.* & conferunt tradita *per Gent. conſ. 68. num. 8. lib. 1. Natt. conſ. 200. n. 8. lib. 1. Hond. conſil. 72. num. 12. lib. 1. & conſil. 51. num. 59. lib. 2. Menocch conſil. 522. num. 3. Ceſal. conſil. 430. num. 17. cum ſeqq. alijque congeſti per Fuſar vbi ſupra quæſt. 615. num. 5.*

Ideóque irreleuantia ad huiuſmodi effectum viſa fuerunt duo Inſtrumenta relata in eius *Summ. nu. 3.* in quibus legitur Hortentium eius Patrem interueniſſe in contractibus celebratis inter prædictos
5 Coſmum, & Bartholomæum tunc minores ad præſtan. illius auctoritatem tanquam ipſorum Conſanguineum. Quia cum nec ſtatutum *Auximanum lib. 3. rubr. 42.* relatum in *Summario illorum de Sinibaldis num. 7.* nec conſtitutio *Aegidiana lib. 5. cap. 25.* in huiuſmodi contractibus certum requirant conſanguinitatis gradum nulla ex eis deduci poteſt legitima gradus probatio, quæ intra decimum eum eſſe concludat, prout requiritur etiamſi eiuſdem familiæ, ac ſtirpis agnomine vtatur, vt probat *Peregr. dicto art. 43. ſub dicto num. 63.* cum cæteris ſupra adductis.

Præterea conſiderabant Domini, quod cum de tempore mortis Coſmi alterius ex Cohæredibus Inſtitutis vltimo loco defuncti ſupereſſet dictus Io:

Baptiſta filius Hippoliti qui ex eodem Teſtatoris
6 Columnello, & illi, atque grauato longè proxi-
mior erat, ipſe remanſit excluſus ex regula *l. cum*
Prætor ff. de Iudic. quem procedere etiam in hac ma-
teria per *Text. in l. cum ità §. in fideicommiſſo ff. de le-
gat. 2. tradit. Rip. in l. 1. ſub num. 61. ff. de vulg. &
pupill. Decian. conſil. 10. num. 28. & 29. lib. 3.*

Nec obſtat quod ſupradicta ſubſtitutio ſtirpis, &
Proximiorum perpetuum fideicommiſſum præſe-
ferat ſucceſſiuis temporibus duraturum inter om-
nes de Domo, & familia de Tibaldinis.

Quia contraria Sententia eſt verior, & recep-
tior quam ex verbis vel alijs legitimis coniecturis,
quæ in propoſito deſiderantur non apparet Teſta-
torem voluiſſe ſucceſſiuum inter eos ordinare fi-
deicommiſſum, hoc enim caſu extinguitur in per-
7 ſona illius, qui ſucceſſit tempore extantis condi-
ditionis niſi ſpecialiter defunctus extenderit ad vl-
teriores voluntatem ſuam, quia ceſſantibus verbis,
vel coniecturis tractum futuri, & ſucceſſiui tempo-
ris importantibus vocati nomine collectiuo per
vulgarem tantummodò ſubſtitui dicuntur, quæ in
primo adeunte expirat, & euaneſcit iuxta diſtin-
8 ctionem *Cuman. communiter receptam in dicta l. cum
ità dicto §. in fideicommiſſo num. 4. ff. de legat. 2. & in
l. gallus §. quidem ante num. 8. verſ. Item cum Teſta-
tor ff. de liber. & poſth. Socc. Sen. in l. ſi cognatis ſub
num. 35. ff. de reb. dub. & conſil. 104. num. 10. lib. 3.
Caſtr. conſil. 434. in fin. par. 2. Alex. conſil. 24. num. 5.
circa med. verſ. & idem voluit lib. 3. Ruin. conſil. 19.
num. 10. lib. 3. Sim. de Pret. de Interpret. vltim. vol.
lib. 3. ſolut. 9. num. 4. fol. mihi* 280. alijque pleno ca-
lamo adducti per *Fuſar. vbi ſupra quæſt. 382. num. 1.
cum ſeqq. vbi num.* 19. firmat hanc eſſe veriorem,
& ſequendam, eamque probauit *Rota coram S. M.
Gregor. deciſ. 207. num. 1. & 8. ibique Add. num. 9.*
vbi reſtatur quod Rota paſſim ſequitur dictam
*doctr. Cumani, in rec. deciſ. 357. num. 2. & deciſ. 486.
num. 5. par. 1. in Ferrarien. Fideicommiſſi 15. Decembris
1628. coram Card. Virili, & in Florentina de Guidac-
cijs 5. Decembris 1629. coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano pariter in rec. deciſ. 221. num. 6. & deciſ. 326.
num. 5. & 6. par. 5.*

Quod autem dictus Io: Baptiſta filius Hippoliti
huiuſmodi fideicommiſſum agnouerit in dubium
reuocari non poteſt, dum actualiter illius iura ceſ-
9 ſit, & renunciauit eidem Catharinæ iuxta diſpoſi-
tionem *Text. in Auia C. de Iur. deliber. Bart. in l. ge-
rit num. 20. cum ſeqq. ff. de acquir. hæred. Surd. conſil.
244. num. 19. & conſil. 523. num. 8. Put. deciſ. 437.
per tot. lib. 1. incorrect.* licet enim actus præfatæ ceſ-
ſionis tanquam momentaneus non fecerit illum
10 hæredem quoad effectus hæreditarios paſſiuos, vt
ſcilicet non teneretur ad onera hæreditaria, *Surd.
dicto conſil. 244. ſub d. num. 19.* ſufficientem tamen
agnitionem conſtituit pro validitate præfatæ ceſ-
11 ſionis, vt reſpondit *Rota deciſ. 649. num. 3. & 4.
par. 3. rec. cum alijs allegatis in Romana Fideicommiſſi
de Mutis 2. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio
ſub §. primo.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE CORONIS.

Lunæ 12. Iunij 1651.

A R G V M E N T V M.

Teſtator ſi inſtituerit hæredes ſuos Nepotes, ex fratre natos, & in caſu deficientiæ lineæ maſculinæ ſubſtituerit, filias inſtitutorum, magis proximiores, dubitatur, an in caſu deficientiæ dictæ lineæ maſculinæ dicta ſubſtitutio comprædendat fœminas ſorores germanas dictorum hæredum inſtitutorum, & reſolutio eſt negatiua, ex rationibus in deciſione deductis.

S V M M A R I V M.

1 *Sub deſcendentium appellatione non veniunt Sorores.*

2 *Deſcendentium appellatione non veniunt Sorores, etiam ſi omnes fœminæ proximiores de gradu in gradu fuerint vocatæ, & num. 3.*

4 *Verba continuata, referri debent ad ea, quæ ſuperius dicta ſunt, & non ad diuerſa.*

6 *Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita, ex prohibitione alienationis expreſſa, ſtante amplitudine verborum.*

7 *Quod tamen intellige, ſi præfata ratio ad certas perſonas non ſit reſtricta.*

8 *Agnationis conſeruandæ ratio, quando ad certas perſonas dicatur reſtricta? & num. 12.*

9 *Verba ſæpius geminata, appoſita in principio in medio, & in fine, qualificant totam diſpoſitionem.*

10 *Verba geminata debent referri ad ſpecialiter expreſſa, & impediunt extenſionem ad non expreſſa.*

11 *Agnationis conſeruandæ ratio, licet alias ſit apta extendere fideicommiſſum, tamen ceſſat, quando certæ perſonæ ſunt tantum expreſſæ, & tantum conſideratæ.*

13 *Alienationis prohibitio, quando fuit reſtricta ad certas perſonas, & in caſu alienationis ipſi ſoli priuantur, quid inde ſequatur.*

14 *Priuatio ſupponit habitum.*

15 *Relaxatio ſupponit vinculum.*

16 *Teſtator eos tantum honorare præſumitur, quibus alienationem prohibuit.*

17 *Nepotum, & deſcendentium ſpecificatio facta poſt generalem nominationem familiæ importat vocationem aliorum.*

18 *Quod tamen non procedit, quando familia in parte diſpoſitiua vocata non fuit, ſed ad certas ſolum perſonas, reſtricta fuit vocatio.*

19 *Reſtrictio facienda eſt ad perſonas ſpecificatas.*

20 *Dictio, Et poſita inter denominationem familiæ, & expreſſionem hæredum inſtitutorum, illorumque deſcendentium, non valet importare ampliorem vocationem, & num. 21.*

22 *Dictio, Et, poſita inter genus ſpeciem ſtat expoſitiuè.*

23 *Familiæ generalis denominatio quando ſtet declaratiuè, & ſic reſtringatur ad perſonas expreſſas?*

24 Bart. & gloſ. in leg. cum ita 33. §. in fideicommiſſis ff. de legat. 2. *quando eorum doctrina non intret?*

25 *Pater non poteſt transferre in filios Ius, quod non habet nec directè, nec indirectè.*

26 *Vocatus non poteſt dici ille, qui ex clara mente Teſtatoris eſt excluſus.*

27 *Fideicommiſſum, quando viuente fideicommiſſario non fuit purificatum, nec ab eo cognitum non poteſt tranſmitti ad hæredes.*

28 *Inſtitutio facta filio, ſub mentione quod deſcendat à patre illi cenſetur hæreditas relicta contemplatione patris.*

29 *Filio relictum, cenſetur proprio, non autem patris contemplatione relictum.*

Quod procedit, etiam ſi adiectum ſit nomen Patris.

30 *Filius alicuius, quando denominatur ſub mentione patris, demonſtrationis, & identitatis ratione cenſetur facta talis mentio.*

31 *Idque ſine dubio procedit ſi aliquid fuit relictum filio, quod ei relinqui potuit amplia num. 32.*

33 *Legatum factum à conſanguineo, filio ſui conſangui-*

Digitized by Google

nei, cenſetur factum contemplatione patris.

34 *Quod tamen intellige verum dum fuit relictum, id ad quod Pater tenebatur, vel in cauſam in quam ipſe erat obligatus, ſecus e contra num. 35.*

35 *Filio relictum, cenſetur ipſius, & non patris contemplatione relictum ſi ad ipſius tantum filij commoditatem tendat.*

DECISIO CCCLXVIII.

FVit etiam reſolutum prout aliàs deciſum fuerat
ſub die 28. Ianuarij 1645. coram me, non conſtare de fideicommiſſo, ad quod Angelica ſit vocata, quia cum Simon de Coronis Teſtator deficiente linea maſculina Martini Melchioris, Pauli, &
Franciſci eius ex Anaſtaſio fratre nepotum, & hæredum Inſtitutorum ſubſtituerit filias fœminas magis proximiores, huiuſmodi fœminarum ſubſtitutio non comprehendit Angelicam, quæ non eſt filia, ſed germana Soror hæredum inſtitutorum, vt
1 firmatum fuit in hac eadem cauſa 18. *Iunij* 1631.
*coram bo. me. Merlino & in rec. dec. 519. num. 7. 8.
& 24. par. 5. & in dec. edita coram me 5. his tamen non*
2 *obſtantibus*. Idque etiam ſi omnes fœminas proximiores vocauerit de gradu in gradum, vſque in
infinitum, quia huiuſmodi vocatio eſt intelligen-
3 genda de omnibus fœminis, quæ à præfatis inſtitutis deſcendant cum enim in præcedenti diſpoſi-
4 tione nulla penitus mentio facta fuerit filiorum,
nec deſcendentium lineæ maſculinæ alterius, quam
5 dictorum quatuor Nepotum, vtrique ſequentia verba continuatiua fœminas comprehendentia ad eoſdem pariter neceſſariò referri debent, vt probant
Soccin. Iun. conſ. 69. num. 30. cum ſeqq. lib. 3. Ruin. conſ. 102. num. 11. lib. 5. Pariſ. conſ. 18. num. 21. cum ſeqq. lib. 2. & conſ. 72. ſub numer. 34. lib. 4. Burſatt. conſ. 228. ſub num. 59. Decian. conſ. 7. num. 48. 49. & 74. cum ſeqq. lib. 1. Gibr. conſ. 116. ſub num. 26. cum ſeqq. lib. 2. Surd. conſ. 21. num. 10. & conſ. 564. ſub num. 7. Molin. de Primog. lib. 3. cap. 5. num. 60. Peregr. de fideicom. art. 25. ſub n. 3. cum alijs alleg. in Bononien. fideicom. de Barberijs 5. Decembris proximè præteriti coram R. p. d. meo Corrada 5. aduertendum eſt tamen.

6 Nec repugnat ratio conſeruandæ agnationis,
quam licet in prohibitione alienationis expreſſam
ex intentione Teſtatoris fideicommiſſum extendere ob amplitudinem verborum maximè contendebant
ſcribentes pro Angelica.

Placuit enim reſponſio deciſionis quod hoc pro-
7 cederet ſi præfata ratio ad certas perſonas reſtricta
non fuiſſet *iuxta doctr. Bart. in l. Pater filium 36. §. fundū ſub n. 3 ff. de legat 3. comprobatum in Bunon. fideicom. de Pancaldis 18. Febr. 1640. coram Card. Panz. & 18. Iunij 1642. cor. me.* Secus autem in propoſito, quo ex toto contextu diſpoſitionis attentè cōſiderato, & ſignanter ex infraſcriptis verbis clare dignoſcitur ad illas
8 fuiſſe reſtrictam ibi,, & etiam quia mediantibus fa-
,, cultatibus conſeruantur familiæ, & agnationes,
,, ac memoriæ defunctorum, propterea d. D. Teſta-
,, tor pro ipſa familia, & agnatione conſeruanda
,, &c. voluit, atque mandauit, vt bona præfata &c.
,, ſemper, & perpetuò in infinitum de gradu, in
,, gradum ſint, permaneant, & conſeruentur in ipſa
,, familia, & agnatione de Coronis, & penes ſupra-
,, dictos eius Nepotes hæredes inſtitutos, vt ſupra,
,, & ipſorum Nepotum, & hæredum filios Nepotes,
,, & alios deſcendentes maſculos per maſculos &c.
,, ac ibi, & hoc pro honore, honeſtate, & dignitate
,, domus, & familiæ de Coronis, dictorumque eius
,, Nepotum, & deſcendentium, vt ſupra &c. Hoc
enim caſu, quia dicta verba, & penes ſupradictos
eius Nepotes hæredes Inſtitutos, vt ſupra dictorumque eius Nepotum, & deſcendentium, vt ſupra
9 ſæpiùs geminata, & appoſita inprincipio, medio,
& fine totam diſpoſitionem qualificant *l. 3. §. filius inter medias ff. de liber. & poſth. Angel. conſ. 28. num. 2. Ancar. conſ. 65. num. 5. Decian. conſ. 70. num. 19. lib. 3. Grat. deciſ. March. 135. num. 14.* illamque
10 reſtringunt ad perſonas ſpecialiter expreſſas, ac
impediunt comprehenſionem aliarum præter nominatas *ad text. in l. qui liberis §. hac verba ff. de vulg. & pupill. Aym. conſ. 98. nu. 8. Menoch. conſ. 86 nu. 43. cum ſeq. & conſ. 610. num. 2. & ſeqq. Fuſar. conſ. 49. nu. 4. Surd. conſ. 123. num. 13. & dec. 85. num. 3. Rota dec. 272. num. 6. ac dec. 283. num. 9. part. 6. rec.*
11 Præfata ratio alias apta fideicommiſſum extendere,
& lineam, tam effectiuam, quam contentiuam
comprehendere, illud non ampliat, vltra perſonas expreſsè conſideratas, nec egreditur deſcendentes lineæ effectiuæ hæredum inſtitutorum, ad
quos propterea refertur iuxta celebre *conſ. Dec. 636. num. 7. & 12. à DD. ità Rota comprobatum ex auctoritatibus plenè allegatis in d. dec. 5. fuit enim reſponſum, & præter eas Rota in Vrbenetana fideicommiſſi 9. Febr. 1608. coram Ottembergo 5. in prohemio autem, & nuperrimè in Bonon. fide com. de Rugerijs 14. Iunij 3047. & 1. Aprilis 16.0. coram Reuerendiſſ. meo Decano.*

Quæ clariora redduntur ex ſequentibus verbis
alienationis prohibitionem, & pœnam alienantium
12 concernentibus ibi,, & prohibuit bona prædicta
,, vendi, & alias transferri ad alias quaſuis perſonas,
,, ſed ſemper, & perpetuò, ac in infinitum vt ſupra
,, permaneant, & permanere debeant, ac ſint penes
,, ſupradictos hæredes eius Nepotes, & alias ex ijſ-
,, dem reſpectiuè vſq; in infinitum deſcendentes &c.
,, & ſi contigerit eoſdem ſuos deſcendentes, & alios,
,, vt ſupra nominatos contrafacere &c. voluit contra-
,, facere volentem ſtatim priuatum eſſe &c. & in tan-
,, tum bona ipſa ad omnes ſupradictos integraliter
,, deueniant &c. quod nec momento remaneant, &
,, ſint penes alios &c. & taliter quod bona præfata
,, nunquam vendantur &c. ab aliquo ſuorum Nepo-
,, tum, & hæredum, ac deſcendentium maſculorum
&c. Hinc enim dum ſolis inſtitutis eorumque deſcendentibus ſuperius explicitè nominatis aliena-
13 tio prohibita fuit, & in caſu contrauentionis ipſi
ſolum priuantur pernecelle infertur eodem tantummodo vocationis titulo honoratos ad *text. in l. ab eo C. de fideicom. quem communiter ſequuntur DD. in l. Centurio ff. de vulg. & pupill. ac comprobant Iaſ. conſ. 228. num. 10. lib. 5. & Ceſal. conſ. 17. num. 15.*
14 Sicut enim regulariter priuatio ſupponit habitum
l. decem ff. de verb. oblig. DD. in l. non videtur rem amittere ff. de reg. Iur. & relaxatio vinculum *cap. ad*
15 *diſſoluendum de ſponſal.* Ità etiam in caſu noſtro ſuperius ponderata verba manifeſtè oſtendunt Teſtatorem eos dumtaxat honorare voluiſſe quibus alie-
16 nationem prohibuit, & pœnam priuationis adſcripſit.

Minuſuè refragatur repetita reſponſio quod ſpecificatio Nepotum, & deſcendentium poſt genera-
17 lem mentionem familiæ de Coronis importet ſolum illorum prælationem, non autem excluſionem
aliarum perſonarum ſub illius generica denominatione comprehenſarum, *ex gloſ. & Bart. in l. cum ità 33. §. in fideicom ff. de legat. 2. cum alijs ab informantibus latè congeſtis.*

Quia præter quod non procedit inpropoſito quo
18 familia in parte diſpoſitiua vocata non fuit, ſed ad
certas dumtaxat perſonas vocatio reſtricta legitur,
19 ad quas propterea eaſdem pariter ſpecificatio reſtrictionem recipere debet, vt notant *Bart. Molin. & Fuſar.*

Digitized by Google

& Fuſar. alleg. in d. dec. §. obiectum enim. Exiſtimarunt hodiè Domini eam penitus ceſſare animaduertentes, quod attenta ſubiecta materia dictoque teſtamenti contextu dictio illa, Et poſita inter de-
20 nominationem familiæ, & expreſſionem hæredum inſtitutorum, illorumque deſcendentium, ibi ſint permaneant, & conſeruentur in ipſa familia, & agnatione de Coronis, & penes ſupradictos eius Nepotes hæredes inſtitutos, vt ſupra &c. & ibi, & hoc pro honore honeſtate, & dignitate domus, & familiæ de Coronis, dictorumque eius Nepotum, & deſcendentium vt ſupra &c. importare non po-
21 teſt ampliorem vocationem, ſed ſolum deſignat declarationem, & explicationem perinde, ac ſi Teſtator dixiſſet, permaneant, & conſeruentur in ipſa familia, & agnatione de Coronis, ideſt penes ſupradictos eius Nepotes hæredes inſtitutos, vt ſu-
22 pra &c. Cum præfata dictio poſita prout hic, inter genus, & ſpeciem ſtet expoſitiuè, ac declaratiue, & exponatur pro ideſt, vt declarant Odd. conſ. 45. nu. 45. P. Cened. ſingul. 50. ſub num. 12. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. gloſ. 3. num. 9. & alijs relatis optimè reſpondit Rota in Regien. Penſionis 5. Maij 1631. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano in rec. dec. 38. num. 12. par. 6. & deciſ. 173. num. 35. part 7. Atque ideò exindè neceſſario ſequitur quod cum generalis illa
23 denominatio familiæ declaratiue reſtringatur ad perſonas expreſſas non ſumus in terminis allegatæ
24 Prælationis, & conſequenter non applicantur gloſ. Bart. aliique DD. ab altera parte adducti.

Excluſa igitur Angelica tam ex defectu propriæ vocationis quam ob reſtrictam rationem conſeruandæ agnationis, multò minus admitti poteſt ex perſona Anaſtaſij Patris, quia nullum Ius ſucce-
25 dendi illi competebat, quod legitime potuerit ad eius hæredes tranſmittere; non enim directè, ex quo vocatus non fuit, quinimò ex clara Teſtato-
26 ris voluntate cenſetur excluſus, dum ipſo adhuc viuente eius ſoli filij ab eo inſtituti fuerunt, vt præter adductos in d. dec. §. quantum enim facit text. in l. cum. Prætor ff. de Iudic. & in l. cum ità §. fideicom. ff. de legat. 2. Rip. in l. 2. ſub num. 61. ff. de vulg. & pupill. Decian. conſ. 10. num. 27. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 11. num. 11. lib. 11. tit. 15. ſub nu. 1. Neque per fideicommiſſum, dùm eſt reſtrictum ad hæredes inſtitutos, illorumque deſcendentes ex ſuperius probatis; vltra quod cum præfatum fidei-
27 commiſſum ipſo viuente purificatum non fuerit, nec ab eo agnitum, ad eius hæredes tranſmitti non potuit Peregr. de fideicom. art. 43. ſub num. 45. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. qu. 490. num. 1. cum ſeqq. cum concordantibus congeſtis in Romana de Mellinis 15. Ianuarij 1644. coram me §. & hinc eſt, & in Romana fideic. de Marianis 1. Martij 1649. coram R. p. d. meo Royas §. nec dici poteſt.

Nec ſubſiſtit quod inſtitutio dictorum hæredum
28 facta ſub expreſſione quod ab Anaſtaſio deſcenderent eius contemplatione facta videatur, eique hæreditas vti profectitia acquiſita dicatur.

Quoniam regula eſt pro filijs, quod eis relictum
29 propria, non autem Patris contemplatione relictum cenſeatur l. final. in fine C. de vſufruct. Idque etiam ſi vocati fuerint adiecto nomine Patris, quia
30 cum non fuerit facta mentio Patriæ poteſtatis, eius denominatio demonſtrationis cauſa tantummodò facta videtur Bart. in l. filio familias la 2. num. 1. ff. de donat. cauſ. mort. firmans pro indubitato hoc proce-
31 dere ſi agatur de relicto, quod filio quæri poſſit: Imol. in l. filiofam. num. 2. ff. de condit. & demonſtr. Bero conſ. 155. num. 9. lib. 3. Ruin. conſ. 194. num. 3. Port II. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 16. num. 4. Simon de Pret. de Interpret. vlt. vol. lib. 1. ſolut. 6. num. 14. & 15. fol. mihi 66. Caſar. de Craſſ. dec. 2.
32 num. 3. de Donat. Præſertim quando, prout hic, filij iam nati erant, & proprio ipſorum nomine vocati leguntur, vt notat Afflict. in cap. 1. num. 21. de alien. feud. Patern. Et licet præfata limitentur in relicto facto per conſanguineum, ex quo ratione con-
33 ſanguinitatis Teſtator motus videatur ad relinquendum filio beneficio, & contemplatione Patris, & tradit alijs allegatis Sim. de Pret. d. fol. 6. num. 17. Huiuſmodi tamen limitatio recipitur quia relinquitur id, ad quod Pater tenebatur, vel in
34 cauſam ad quam ipſe erat obligatus, vt declarant. Surd. conſ. 488. num. 20. & Card. Mant. d. tit. 16. nu. 8. Secus autem vbi relictum fuit, prout hic, quod à Patre non erat delictum, hoc enim caſu, quia ex ta-
35 li relicto ipſe non ſubleuatur, niſi aliter conſtet de contraria voluntate, quę tamen in propoſito potius eſt contra Patrem, dùm nullibi in Teſtamento fuit
36 vocatus, vt dictum eſt, relictum cenſetur contemplatione filij, in cuius ſolam vtilitatem, & commodum tendit ex adductis per Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 16. num. 16. Hodiern. in annot. ad Surd. deciſ. 322. num. 20. & 26.

Et ità vtraque &c.

AVELLINA CANONICATVS.

Lunæ 12. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Impetratio Canonicatus non dicitur ſubreptitia, licet Canonicatus non fuerit impetratus vti vacans per incompatibilitatem, ſi lis adhuc cum antiquo poſſeſſore tunc temporis pendebat, & quid ſi lis iam erat extincta ob non interpoſitam appellationem intra legitima tempora, & quando verè lis extincta ex hoc capite dicatur, & quando prouiſus de nouo Canonicatu, teneatur primum Canonicatum dimittere, & quandiu priorè poſſeſſionem poſſit continuare? prout neque ſubreptio inducitur non facta mentione de prouiſione ab altero obtenta, & de ſubſequuta poſſeſſione, ſi prouiſio erat nulla, & poſſeſſio vitioſa, licet in litteris impetrationis ad eſſet clauſula, dummodò Ius alteri &c. quæ clauſula, quæ nam Iura pręſeruet, & compræhendat?

SVMMARIVM.

1 Vacatio ob incompatibilitatem prorſus excluditur pendente lite ſuper vno ex duobus Canonicatibus.
2 Prouiſus de duobus Canonicatibus non tenetur primum Canonicatum dimittere, antequam alterius poſſeſſionem de iure, & de facto pacificè aſſecutus fuerit, & per duos menſes continuauerit, vel per ipſum ſteterit quo minus eam fuerit aſſecutus.
3 Lis licet regulariter extinguatur per rem Iudicatam, hoc tamen intelligitur ſecuta prius eiuſdem rei iudicatæ, ſeu deſertionis declaratione per ſententiam diffinitiuam.
4 Prouiſio obtenta ſub prætextu vacationis non veræ, neque exiſtentis eſt nulla, & inualida.
5 Poſſeſſio capta non citato poſſeſſore proteſtante, ac ſe opponente, eſt mera intruſio.
6 Gratia non fit ſubreptitia ob taciturnitatem alterius gratiæ nullæ, & poſſeſſionis inualidæ.
7 Amplia, etiam ſi in gratia ad eſſet Clauſula dummodo Ius alteri &c.
8 Clauſula, dummodò Ius alteri non ſit quæſitum, intelligitur de iure valido, & efficaci non autem de inualido, & inefficaci.
9 Narratiuam Santiſſimi in litteris emiſſam nefas eſt in dubium reuocare.

DECISIO CCCLXIX.

COnfirmarunt Domini reſolutionem factam co-
ram me 27. Martij proximipreteriti pro execu-
tione litterarum Apoſtolicarum Ioſeph de viuo,
quia ipſarum iuſtificatio ſatis comprobatur in de-
ciſione, & ab altera parte non controuertitur.

Nec ſubſiſtit obiecta ſubreptionis exceptio, ex
quo Ioſeph debuiſſet Canonicatum impetrare vti
vacantem ob incompatibilitatem, quia huiuſmodi
1 vacatio prorſus excluditur ex lite inter ipſum, Ho-
ratium facilatum antiquum poſſeſſorem tunc tem-
poris vertente, quæ illam impediebat, cum non
2 teneretur Horatius primum Canonicatum dimit-
tere antequam alterius poſſeſſionem de Iure, ac de
facto pacificè aſſecutus eſſet, & per duos menſes il-
lam continuaret, vel per ipſum ſtaret quominus eam
aſſequeretur iuxta diſpoſitionem *cap. de multa de
præb. in deciſ. pluribus auctoritatibus comprobata* §. *in
propoſito autem* quod vero lis in dd. litteris narrara
iam eſſet extincta ob non interpoſitam appellatio-
nem infra legitima tempora omninò corruit quia
3 præter quod licet regulariter lis extinguatur per
rem iudicatam, hoc tamen intelligitur ſecuta prius
eiuſdem rei iudicatæ, ſeu deſertionis declaratione
per ſententiam diffinitiuam ex *Theor. Bart. in l. eos n.
8. C. de appell. Mohed. dec. 7. num. 2. de cauſ. poſſ. &
propriet. Card. Seraphin. dec. 565. num 9. Card. Caual.
dec. 353. num. 6. repetita in rec. dec. 624. num. 4. &
dec. 746. ſub numer. 2. verſ. Preterea addebat. part. 2.*
Rota *in Placent. Parochialis de Malpartida* 1. *Iulij*
1602. *coram Litta penes Marcheſ. de Commiſſ. part. 3.
fol. mihi 24. num. 7. verſ. & ad illud vbi atteſtatur de
ſtilo* Rotæ *idemque firmatum fuit in Fanea. Cappellania*
22. *Iunij* 1645. *coram* R. p. d. *meo* Royas §. *nec dicatur*
contrarium in facto conuincitur ex commiſſione
directa eidem R. p. d. meo Royas relata in antece-
denti *Summ. Ioſeph num. 6.*

Minuſuè obſtat quod in dictis litteris non fuerit
facta mentio prouiſionis per Franciſcum Iannulum
antea impetratæ, nec poſſeſſionis, illius vigore an-
tecedenter appræhenſæ, & ideò videantur ſubre-
ptitiæ.

Quia cum huiuſmodi prouiſio eſſet nulla, & in-
4 ualida tanquàm obtenta ſub prætextu vacationis,
non veræ nec exiſtentis, vt dictum fuit in dicta
deciſione; poſſeſſio vero vt potè capta non citato
5 dicto Horatio poſſeſſore in dicta prouiſione explici-
tè nominato, ac proteſtante, & ſe opponente ſit
mera intruſio *Innoc. in cap. nihil eſt num. 4. de elect.*
Rota *diu. dec. 21. num. 5. cum ſeqq. par. 2.* Non fuit
opus de eis aliquam mentionem facere, & conſe-
6 quenter illarum taciturnitas nullam cauſar ſubre-
ptionem, vt de gratia, & litteris nullis optimè pro-
bat *gloſ. in cap. ſugeſtum verb. quamuis poſterius de In-
repati. & in cap ex tenore verb. negocia in fine verſ. &
generaliter ibiq; Felin. num. 2. & Dec. num. 15. & 19.
de raſcript. idem Dec. in cap. oblata num. 11. & ſeqq.
de appell. Alex. conſ. 42 num. 6. lib. 4.* Rota *dec. 105.
num. 3. in fine verſ. aut. eſt inualida par. 2. rec.* ac de
intruſione, & poſſeſſione nulla *Bald. cauſ. 375. num.
1. circa med. lib. 5. Card. Seraph. dec. 1160. num. 3.
Buratt. dec. 209. num. 7.*

Non obſtante clauſula *Dummodo non ſit alteri Ius
7 quæſitum* in iiſdem litteris appoſita, quia intelligi-
tur de iure valido, efficaci, non autem de Inualido,
8 & inefficaci *Garz. de beneſic. part. 4. cap. 3. num. 64.
in fine* Rota *dec. 572. num. 7. part. 1. dec. 504. num. 3.
& d. dec. 634. ſub num. 1. part. 2. rec. Card. Caual. dec.
280. num. 2. & d. dec. 333. pariter num. 2. cum alijs
allegatis per add. ad Buratt. dec. 55. num. 8. & in Be-
neuentana Canonicatus* 8. *Febr.* 1647. *coram R. p. d. meo
Bichio* §. *vltimo in fine.*

Cœterum ſuppoſitum quod Ioſeph prouiſus fuit
de Canonicatu controuerſo per reſignationem ad
eius fauorem factam ab Horatio, & ſic teneatur iu-
ſtificare Ius reſignantis non ſubſiſtit in facto, quia
Horatius ſtatim terminata lite per concordiam il-
lum libere dimiſit in manibus Sanctiſſimi à quo Io-
ſeph gratioſè prouiſus fuit, vt clarè probatur ex
9 narratiua ſanctitatis ſuæ in dictis litteris emiſſa di-
cto præcedenti *Sum. nu. 1.* quam nefas eſt in dubium
reuocare *cap. litteris de renunciat. Creſc. deciſ. 3. eod.
titul.*

Et ita vtraque &c.

LVCANA BENEFICII.

Veneris 16. Iunij 1651.

ARGVMENTVM.

Arbitrium licet ſolum operetur ſuſpenſionem exequu-
tionis faciendæ, non autem reuocationem iam fa-
ctæ, hoc tamen non procedit, quando executio non
eſt perfecta, & Iudex nulliter, & iniuſte proceſſit.
Prouiſus ab Orbinario tamquam poſſeſſor cum ti-
tulo, eſt legitimus contradictor ad impediendam
executiuam immiſſionem prouiſio Apoſtolico etiã
ſi cum eo parem titulum non habeat, & quando ad
hunc effectum requiratur paritas Tituli? Sententia,
quæ reſpicit executionem litterarum Apoſtolicarum
non eſt appellabilis ad effectum ſuſpenſiuum, ſed
deuolutiuum tantum, & quando etiam ab huiuſ-
modi ſententia detur appellatio ad vtrumque effe-
ctum? Ordinarius ex collationibus à ſe factis de
Iure patronatus tamquam de libero, & effectum
ſortitis, quaſi poſſeſſionem acquirit, & quando? &
quid ſi collationes fuerint factæ ab Ordinario in
menſe reſeruato?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* arbitrio *in commiſſione, operatur ſuſpen-
ſionem executionis facienda, non autem reuocatio-
nem iam factæ.*

2 *Limita hoc non procedere, quando executio non eſt
perfecta, & Iudex nulliter, vel iniuſte proceſſit,
tunc enim eſt locus ſuſpenſiui, ſeù retardationi vl-
terioris illius conſumationis.*

3 *Prouiſus ab Ordinario, tamquam poſſeſſor cum titulo,
eſt legitimus contradictor ad impediendam ſumma-
riam, & executiuam immiſſionem poſterioris prouiſi
Apoſtolici, donec eam ipſa fuerit ordinariè actum.*

4 *Amplia etiam ſi non habeat parem titulum conſimilis
prouiſionis Apoſtolicæ.*

5 *Limita hoc non procedere, vel quando prouiſus ab
Ordinario non eſt in poſſeſſione, vel quando Ponti-
fex prouidit tamquam de reſeruato, vel quando con-
cedit gratioſam ſubrogationem.*

6 *Clauſula,* verificato prius coram Ordinario Iu-
repatronatus &c. *reddit litteras conditionales.*

7 *Litteræ conditionales executioni demandari non poſ-
ſunt, antequam concludenter fuerint conditiones iu-
ſtificatæ.*

8 *Appellatio commiſſa ſuſpendit executionem ſententiæ
donec ſuper eiſdem iterum fuerit pronunciatum.*

9 *Appellatio operatur vt omnia remaneant in eo ſtatu,
quo erant tempore latæ ſententiæ.*

10 *Appellatio non datur à ſententia, quæ reſpicit execu-
tionem litterarum Apoſtolicarum ſaltem ad effectum
ſuſpenſiuum.*

11 *Declara hoc non procedere, quando contradictor ha-
bet Titulum, & poſſeſſionem, tunc enim quoad
vtrumque effectum deuolutiuum ſcilicet, & ſuſpen-
ſiuum*

Digitized by Google

ſiuum competit appellatio.

12 *Clauſula* amoto, *& exiſtentia legitimi contradictoris efficit exequutorem mixtum, qui tenetur iudicialiter procedere.*

13 *Appellatio ſuſpenſiua datur à ſententia executoris mixti.*

14 *Ius Patronatus, opus eſt quod fuerit reſeruatum auctoritate Epiſcopi.*

15 *Vicarius non habet Auctoritatem reſeruandi Iuſpatronatus.*

16 *Collatio facta ab Ordinaria Iuriſpatronatus tamquam de libero ſuſtineri debet per viam manutentionis ſi alia praceſſerint huiuſmodi collationes ab ipſo Ordinario facta, & ſuum effectum ſortita licet in Iudicio ordinario ſuccumberet.*

17 *Maximè ſi de iure patronatus non conſtat per confeſſionem partis, aut rem iudicatam, aut per publicum Inſtrumentum certum, & indubitatum, nullas requirens extrinſecas probationes.*

18 *Collatio Beneficij Iuriſpatronatus tamquam libera collationis facta per Ordinarium ex cauſa vacationis ſecuta per liberam reſignationem in menſe reſeruata ei non tribuit aliquam poſſeſſionem taliter conferendi.*

19 *Beneficia de Iurepatronatus Laycorum, non comprahenduntur ſub diſpoſitione reg. 8. hodie nona, nec cadit ſub illius, alijſque generalibus reſeruationibus.*

20 *Menſis Auguſti alias reſeruatus, ſtante alternatiua per Epiſcopum acceptata efficitur ordinarius, ſaltem qua ad vſumfructum.*

21 *Epiſcopus dicitur in quaſi poſſeſſione conferendi Beneficium ſtante collatione ſuum effectum ſortita per actualem adeptionem poſſeſſionis prouiſi.*

DECISIO CCCLXX.

INtrare arbitrium ad effectum retardandi vlteriorē
executionem Litterarum Apoſtolicarum Prouiſio-
nis obtentæ à Franciſco Sbarra fuit hodie reſolutū,
licet enim reſcriptum in Commiſſione appoſitum
1 cum clauſula Arbitrio operetur ſuſpenſionem exe-
cutionis faciendæ, non autem reuocationem iam
factæ, vt tenuit *Rota deciſ. 491. num. 3. par. 5. deciſ.
264. num. 1. cum ſeqq. & deciſ. 255. num. 1. par. 7.
rec. coram Buratto deciſ. 138. num. 1. deciſ. 247. n. 1.*
2 *& deciſ. 769. eodem num. 1.* Attamen quando, pro-
vt hic, executio non eſt perfecta, & Iudex nulliter
vel Iniuſtè proceſſit, eſt locus ſuſpenſioni, ſeù
retardationi vlterioris illius conſumationis, vt re-
ſponſum fuit *in rec. deciſ. 415. nu. 15. & 16. par. 8.
coram bon. mem. Coccino deciſ. 177. num. 2. coram Bu-
ratto dicta deciſ. 247. num. 3. & dicta deciſ. 769. ſub
num. 1. cum alijs allegatis in Celſonen. Praceptoria 17.
Ianuarii 1649. coram me in princ.*

Quod autem in caſu noſtro Iudex nempè execu-
tor dictarum Litterarum Apoſtolicarum nulliter
proceſſerit in dubium reuocari non poteſt, quia
cum Stefanus Locatus vigore collationis habitæ ab
Ordinario Lucenſi reperiatur in poſſeſſione Benefi-
cij controuerſi tanquàm poſſeſſor cum titulo erat
3 legitimus contradictor ad effectum impediendi Sū-
mariam, & executiuam Immiſſionem Poſterioris
Prouiſi Apoſtolici, donec cum ipſo fuerit ordina-
riè actum *Bart. in l. fin. num. 21. verſ. Aut comparet
aliquis, qui dicit poſſidere C. de edict. Diu. Adr. toll.
quem ſequuta fuit Rota coram Buratto deciſ. 171. ſub
num. 5. & deciſ. 242. num 5. & 6. coram bon. mem.
Coccino deciſ. 431. num. 4. & in rec. dec. 585. num. 30.*
4 *cum duobus ſeqq. par. 5.* etiamſi non habeat parem
5 titulum conſimilis prouiſionis Apoſtolicæ, quia
iſta requiritur quando prouiſus ab Ordinario non
eſt in poſſeſſione, vel quando Pontifex prouidit
tanquam de reſeruato, aut concedit gratioſam
ſubrogationem, quæ in caſu noſtro deficiunt, vt in
his terminis procedunt *deciſiones in Vintimilien. Cap-
pellania 30. Maii 1635. coram bon. mem. Motmanno,*
aliæque ab informantibus allegatæ.

Concurrit etiam iniuſtitia, quia dictus executor
proceſſit ad executionem dd. litterarum adhuc le-
gitimè non iuſtificata conditione ſub qua conceſſæ
leguntur nempè *Verificata prius coram Ordinario Vi-
ciniore dicta Iurepatronatus ex fundatione, vel Dotatio-*
6 *ne &c.* Cum enim per huiuſmodi clauſulam dictæ
7 litteræ reddantur conditionales executioni deman-
dari non poterant antequam plenè, & concluden-
ter fieret huiuſmodi iuſtificatio, vt in puncto firma-
tum fuit in *Piſtorien. ſeù nullius Beneficij 13. Decem-
bris 1634. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano apud
Poſtb. de manut. dec. 634. num 28. cum ſeqq.*

Neque ad iſtum effectum ſuffragantur probatio-
nes factæ coram Ordinario Piſano, & ſententia ſu-
per huiuſmodi verificatione ab eo prolata.

Quia cum ab illa pro parte Stephani Locati, &
Menſæ Epiſcopalis appellatum fuiſſet, & cauſa di-
ctę appellationis adhuc pendeat indeciſa, vigor
8 ipſius ſententiæ ſuſpenſus fuit, donec præuia co-
gnitione ſuper eis iterum fuerit pronunciatum
l. Appellatione C. de appell. ac proindè interim dici
non poteſt fuiſſe factam ſufficientem præfatæ con-
9 ditionis Iuſtificationem, cum ſtante appellatione
omnia remaneant in eodem ſtatu, quo erant de
tempore latæ ſententiæ, vt in his terminis reſpon-
ſum fuit in dicta *Piſtorien. ſeù nullius Beneficij, coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano num. 34. verſic. Cum à
dicta ſententia.*

Nec obſtat, quod dicta ſententia reſpiciat exe-
10 cutionem Litterarum Apoſtolicarum nec fuerit ap-
pellabilis, ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum, quia
præter quod executio dd. litterarum non fuit de
mandata dicto Ordinario Piſano, ſed alteri nempè
11 Archipræsbytero Lucano, quando, prout hic, con-
tradictor habet titulum, & poſſeſſionem, quoad
vtrumque effectum deuolutiuum ſcilicet, & ſuſpen-
12 ſiuum competit appellatio, & per exiſtentiam le-
gitimi contradictoris, & clauſulam *Amota* in ijſdem
litteris adiectam, executor efficitur mixtus, & ſic
tenetur Iudicialiter procedere, atque ideò ab eius
13 ſententia datur appellatio ſuſpenſiua, *Abb. in cap.
de cætero num. 8. ibique Felin. num. 9. de re Iud. Mo-
bed. dec. 6. num. 5. ſuper reg. de Trien. San. Me. Greg.
dec. 413. ſub num. 4. cum alijs allegatis in Beneuentana
Canonicatus 29. Ianuarii 1646. coram R. P. D. meo
Peutingerio, & in Alexandrina 9. Decembris 1648. co-
ram me ſub 5. ſed etiam quia;* idemque admiſit *Rota
coram R. P. D. meo Royas in Lucana Canonicatus
1. Iulii 1647.* ab altera parte alleg. & prius lariſſimè
in *Leodien. Abbatia 14. Ianuarii 1622. coram bo. mem.
Franciſco Vbaldo in rec. dec. 333. nu. 1. 2. par. 8.*

Hæc etiam fortiùs procedere ponderabant DD.
in propoſito caſu in quo Iuſpatronatus ab Opera-
rijs prętenſum, non eſt adhuc certum, atque indu-
14 bitatum, ſed reuocatur in dubium; Tum quia
non conſtat quod Epiſcopi auctoritate fuerit reſer-
uatum, vt opus eſt, *cap. nemo de conſecr. diſtinct. 1.
cap. nobis de Iurepatr. Lambertin. hoc tract. lib. 1. par. 1.
quaſt. 2. art. 4. ſub num. 16. verſic. non obſtat iſta pon-
deratio, & art. 5. num. 2. fol. mihi 13.* tum quia In-
15 ſtrumentum exhibitum in Summar. Franciſci n. 6.
factum, & celebratum fuit coram Vicario, qui
huiuſmodi facultatem non habet *Ferret. conſ. 327.
num. 4. & 5. cum ſeqq. & conſil. 343. num. 10. cum
alijs*

Digitized by Google

aliis relatis in Pampilonen. Cappellania 25. Maii 1646. coram R. P. D. meo Corrado 5. Tum quia neque potuiſſet verſ. eoque minus. Tum quia non ſatis conſtat, quod euenerit caſus, quo fuit illis conditionaliter reſeruatum nempè deficientiæ omnium Conſortiu Patrimonij fundatoris, vt legitur in eius Teſtamento relato in dicto *Summ. num.* 5. ac denique quia tempore quo vltimo loco vacauit hoc beneficium, & facta fuit collatio ad fauorem Locati quiuimò à pluribus annis antea, nempè ab anno 1577. citrà, vſque ad tempus dictæ collationis incluſiuè, nullus extabat Operarius, qui præſentare potuiſſet *Summ. Locati num.* 1. & in omnem caſum cum ex alijs præcedentibus collationibus ab eodem Ordinario factis tanquam de libero nempè de anno 1580. in perſonam, Alexandri Santuccij, & de anno 1602. in perſonam Antonij Fortini effectum ſortitis *dicto*
16 *Summ num.* 6. *&* 7. Appareat de quaſi poſſeſſione ordinarij, ipſa ſufficit, *vt* præſens quoque collatio ſuum effectum ſortita ſubſtineri debeat eſto quod in Iudicio ordinario ſuccumberet, iuxta tenorem *in cap. conſultationibus de Iurepatr. Rota dec.* 154. *ſub num.* 3. *circa fin. & num.* 4. *par.* 1. *& dec.* 435. *nu.* 1.
17 *cum ſeqq. par.* 2. *rec.* Præſertim quando, provt hic, de Iure patronatus non conſtat per confeſſionem partis, aut rem Iudicatam, ſeù per Inſtrumentum publicū certū, & indubitatum nullas requirens extrinſecas probationes, in quibus terminis procedunt Iura in contrarium allegata.

Nec refert quod collatio facta per Ordinarium
18 de anno 1580. proceſſerit ob cauſam vacationis ſequutę per liberam reſignationem factā de menſe Auguſti, qui eſt reſeruatus atque ideò ex ea aliqua poſſeſſio educi non valeat ex congeſtis in *Lucana Cappellania* 1. *Iulii* 1650. *coram R. P. D. meo Bichio ſub* 5. *Doctum verò verſ. ſi quidem collationes*.

Quoniam non ſubſiſtit obiectio ſiuè hoc Beneficium ſit, vt prætenditur, de Iure patronatus Laicorum, ſiuè liberæ collationis. Primo enim caſu
19 non comprehenditur ſub diſpoſitione regulæ 8. hodie nonæ, nec cadit ſub illius alijſque generalibus reſeruationibus *gloſ. in cap.* 1. *verb. collatio de Praeben. in* 6. *Gonzal. ad d. reg.* 8. *gloſ.* 18. *num.* 2. *Put. dec.* 311. *num.* 1. *lib.* 1. *& dec.* 307. *num.* 3. *lib.* 3. *in correct. Acchil. dec.* 3. *de Iurepatronatus*; ſecundo ve-
20 rò caſu ſtante alternatiua per Epiſcopum acceptata dictus menſis Auguſti non erat reſeruatus, ſed effectus fuerat ordinarius *Gonzal. vbi ſupra gloſ.* 43. *num.* 159. ſaltem quoad vſumfructum, vt reſpondit *Rota coram Andr. dec.* 110. *num.* 7. *&* 8. Ac per con-
21 ſequens negari non poteſt quin ille per dictam collationem acquiſiuerit quaſi poſſeſſionem, dum ſuum effectum ſortita fuit per actualem adeptionem poſſeſſionis prouiſi.

Et ità vtraque &c.

ROMANA RENVNCIATIONIS.

Ven. 23. *Iunii* 1651.

ARGVMENTVM.

Renunciatio facta à matre filio ſimpliciter ad fauorem familiæ comprehendit omnes de familia, nec poteſt filius de bonis renunciatis diſponere niſi ad fauorem omnium, ſecus autem ſi renunciatio ſibi facta vt filius ad ſui libitum hæredem ſibi institueret pro conſeruandis bonis in agnatione, & familia tunc enim poteſt filius vnum tantum de familia ſibi benè viſum inſtituere, in cuius tamen, eiuſque deſcendentium perſonis conſeruetur Agnatio, quæ optimè dicitur conſeruata, ſi filius diſponendo inter aliquos de familia Primogenituram inſtituerit.

SVMMARIVM.

1 *Primogenituræ introductæ, ac inſtitutæ dicuntur pro maiori conſeruationa Agnationis.*

2 *Familiarum decor, & dignitas magis augetur ex vnita bonorum conſeruatione in Primogenitis, quam per illorum diſtributionem inter plures.*

3 *Renunciatio facta ad fauorem familia omnes æqualiter comprahendit.*

4 *Renunciatia, dum fuit nominatim facta fauore certarum perſonarum non poteſt grauatus vnum tantum eligere in aliorum præiudicium.*

5 *Hæres grauatus hæredem ſibi inſtituere ad eius libitum pro conſeruandis bonis in agnatione, & familia, non adſtringitur omnes de familia inſtituere, ſed vnum tantum poteſt eligere in eius tamen, eiuſque deſcendentium perſonis conſeruetur Agnatio.*

6 *Renunciatio, dum fuit facta alicui ad fauorem familia, ſtatim quæritur Ius omnibus de familia, nec poteſt renunciatarius diſponere niſi ad fauorem omnium.*

7 *Secus dum fuit facta ad fauorem eius, qui poſtea ad eius libitum debet diſponere pro conſeruandis bonis in familia, tunc enim poteſt renunciatarius, quem malit de familia eligere.*

8 *Conſanguineorum intereſſe ſufficit non adeſſe de tempore celebrati Inſtrumenti, ſeù auctorizati contractus mulierum.*

9 *Filius poteſt diſponere de tota, & integra hæreditate, poſt quam mater renunciauit legitimæ ſibi debita.*

10 *Citatio ad ſententiam facta ab ipſomet principali cum repetitione, & reiteratione omnium actorum tollit defectum legitimationis perſona Procuratoris, & ſanat omnes illius comparitiones.*

DECISIO CCCLXXI.

INformantes pro D. Valentia de Valentibus renunciationem iterum impugnabant ex defectu implementi Cauſæ finalis, ex quo Philippus, non omnes eius fratres ſuper extantes, & tanquam capita integram familiam conſtituentes, ſed ſolum Deſcendentes duorum ex eis inſtituit, & pluribus legatis magnam pecuniarum Summam Conſtituentibus hæreditatem extenuauit, ſed nihilominus placuerunt Dominis fundamenta Deciſionis æditæ coram me 23. Martij 1650. & ſic ſteterunt in Deciſis.

Præſata ſi quidem Cauſa in eo conſtituta legitur, vt Philippus de tota, & integra hæreditate ad eius libitum diſponere poſſet, inſtituendo hæredem pro conſeruatione bonorum in augumentum decoris Familiæ, & Agnationis, ibi, *Ipſaque exponens certior facta de ipſius voluntate circa Inſtitutionem hæredis, & de cauſa, ex quo mouetur pro bonorum conſeruatione in augumentum Decoris Familiæ, & Agnationis &c. Huiuſmodi voluntati adhærens &c. Hanc fecit &c. ad effectum, vt dictus Philippus de tota, & integra eius hæreditate ad eius libitum diſponere valeat ad fauorem ſupradictarum perſonarum &c.* Vndè cum ille hæredem Vniuerſalem Inſtituerit Primogenitum maſculum legitimum, & naturalem q. Andrea Augelo eius fratre naſciturum cum perpetuo ordine Primogenituræ, eiuſque linea deficiente Ioannem Baptiſtam, & ſucceſſiuè Iacobum filios Quintiliani alterius fratris eorumque Deſcendentes maſculos in infinitum eiuſdem legibus ſubſtituerit, manifeſtè dignoſcitur, pinguius adimpletam fuiſſe, non autem defeciſſe cauſam finalem prefatę renun-
1 ciationis, quià Primogenituræ introductæ, ac inſtitutæ dicuntur pro maiori agnationis conſerua-
2 tione, ex quo familiarum decor, & dignitas magis augetur ex vnita bonorum Conſeruationem in

perſo-

perſonis Primogenitorum, quam per illorum di-
ſtributionem iuter plures, vt præter allegatos in
dicta deciſ. §. ſecundum penitus tollitur reſpondit *Rota*
in Ariminen. Caſtrorum 19. *Aprilis* 1641. *coram. bo. me.*
Pironano §. *finali*.

Indèque non ſubſiſtit, quod ex Intentione Re-
nunciantis Philippus teneretur omnes eius fratres
æqualiter Inſtituere.

Obiectum enim procederet ſi renuncians ſimpli-
3 citer, & abſolutè ad fauorem familiæ renunciaſſet,
quo caſu cum exindè omnibus de familia æqualiter
fuiſſet Ius quæſitum, omnes paritèr in æquali gra-
du exiſtentes, ac cœteri ab eis Deſcendentes cenſe-
rentur vocati iuxta *Text. in l. cum ità* §. *in fideicom-*
miſſo ff. de legat. 1. *& in l. fin. C. de verb ſignif.* in qui-
bus terminis loquitur *Surd.* ab altera parte allega-
libus *conſ.* 247. *per tot.* & ſignantèr *num.* 12. *&* 15.
4 Vel ſi nominatim Renunciatio facta fuiſſet ad fauo-
rem certarum perſonarum, tunc enim non licuiſſet
grauato vnum tantùm in aliorum præiudicium eli-
gere cum illi dumtaxat relinquendo non eſſet ſa-
tisfactum voluntati renunciantis iuxta *Theor. Bart.*
in l. 1. *n.* 1. *ff. de opt. legat.* quam ſequitur *Card. Seraph.*
paritèr ab altera parte allegatus *deciſ.* 874. *ſub nu.* 2.
5 *verſ. aliud verò*. Secus autem in propoſito, quo re-
nunciatio facta fuit, vt filius renunciatarius ad ſui
libitum hæredem ſibi inſtitueret pro conſeruandis
bonis in familia, & agnatione, hoc enim caſu non
adſtringitur omnes de familia inſtituere, ſed vnum
ex eis ſibi magis benè viſum eligere, & inſtituere
poteſt, in cuius propterea, eiuſque Deſcendentium
perſonis optimè conſeruatur agnatio ex clara di-
ſpoſitione *Textus in l. filius familias in* §. *Cum Prætor*
ff. de legat. 1. *& in l. vnum ex familia* §. *ſi Falcidia ibi-*
que gloſ. verb. vni ff. de legat. 2. quam ſequuti fuerunt
Caſt. Aleiat. Crot. & Ruin. in dicta deciſ. allegati §. *In*
Iure verò, ac ſpecificè admittunt *Surd. dicto conſ.* 247.
ſub num. 14. *verſ. aliquando Teſtator, & Card. Seraph.*
dicta deciſ 784. *num.* 2. *verſ. vel grauatus relinquere*;
6 Aliud enim eſt, quod quis ſimpliciter renunciet ad
fauorem familiæ aliud verò quod renunciet, prout
hic, ad fauorem certæ perſonæ, quæ deindè ad eius
libitum diſponere debeat pro conſeruandis bonis
in familia; Primò enim caſu ſtatim quæritur Ius
omnibus de familia; Secundò autem præter Re-
7 nunciatarium, in cuius fauorem ſimilis renuncia-
tio principaliter facta cenſetur nemini dicitur Ius
quæſitum antequam ipſe ad actualem diſpoſitio-
nem deueniat, atque ideò, quem malit de familia
eligere poteſt, vt hac ratione concludit *Ruin. conſ.*
114. *ſub num.* 10. *& conſ.* 116. *num.* 12. *verſ. Ratio ergo*
lib. 2.

Nec obſtat, quod Andreas Angelus, & Quinti-
lianus, qui iuxta diſpoſitionem *Statuti Vrbis lib.* 1.
cap. 151. interfuerunt celebrationi dictæ Renuncia-
tionis illi auctoritatem præſtantes, cum Iuramento
affirmauerint nullum in eo negocio habere pro-
prium, vel particulare intereſſe, & ideò cum Phi-
lippus deindè inſtituerit illorum filios, & Deſcen-
dentes, vel renunciatio ſit nulla tanquàm authori-
zata ab habentibus intereſſe, vel ſaltem veriſimili-
tèr argui poſſit Philippum ante renunciationem
nullatenus Matri ex poſuiſſe eius intentionem illos
inſtituendi, & conſequenter per ſubſequntam illo-
rum Inſtitutionem mutata fuerit eius voluntas, &
ſic defecerit eiuſdem renunciationis cauſa.

Quoniam manifeſtauit quidè eius voluntatis eſſe
Inſtituere hæredem, quo mediante bona, ac decus
familiæ, & agnationis conſeruaretur, (& hoc eſt,
quod ſibi à filio expoſitum fuiſſe in principio dicti
Inſtrumenti Valentia declarauit), ſed perſonam
non nominauit, quia ipſo viuente nulli cognitam
eſſe voluit, vt clarè expoſuit in principio eius Te-
ſtamenti, decendio poſtea conditi; Vndè Andreas
8 Angelus, & Quintilianus verè affirmare potuerunt
tunc temporis in eo negocio nullum habuiſſe inte-
reſſe, atque ideò exindè deduci non poteſt aſſerta
nullitas renunciationis, vt reſponſum fuit *in deci-*
ſione R.P.D. mei Ottoboni 14. *Iunij* 1649. *verſ. quia li-*
cèt, nec voluntatis mutatio, ſeu præfatæ cauſæ de-
fectus, dum in perſonis inſtitutis, & ſubſtitutis
pleniùs conſeruatur agnatio ex Iuribus ſupra alle-
gatis.

Prout minus obſtat, quod Philipppus pluribus
legatis magnæ quantitatis hæreditatem extenua-
uerit.

Quia præter quod ipſa quoque legata tendunt in
honorem, & conſeruationem familiæ, vt benè con-
ſiderabant Informantes pro Andrea Angelo; Ver-
ba illa in Inſtrumento dictæ renunciationis appoſi-
ta ibi, *vt d. D. Philippus de tota, & integra hæredita-*
te ad eius libitum diſponere valeat ad fauorem ſupradi-
ctarum perſonarum &c. non excludunt legata, quæ
ipſis etiam perſonis de familia, & agnatione nem-
pè proprijs fratribus, ac eorum filijs pro maiori par-
te facta fuerunt, ſed reſpiciunt, ac referuntur ad de-
tractionem legitimæ ipſi Valentiæ debitæ, de qua
paulò ſupra fuerat facta mentio, cum enim hæc ſo-
la ipſum impediret à libera diſpoſitione totius in-
tegræ hæreditatis, ideò intendens Valentia huiuſ-
9 modi impedimentum tollere, illi renunciauit, vt
filius de tota, & integra hæreditate, ideſt abſque
detractione legitimæ diſponere poſſet *ad text. in l. de-*
cem vbi gloſ. verb. tota decem, & verb. præſtarentur ff.
de fideicommiſſar. libert.

Nullitatem denique hodiè deductam contra ſen-
10 tentiam Rotalem ex defectu legitimationis perſo-
næ Procuratoris DD. non habuerunt in conſidera-
tione, quia tollitur per comparitionem, & repro-
ductionem citationis ad ſententiam factam ab ip-
ſomet Andrea Angelo, quæ cum contineat reitera-
tionem omnium terminorum malè, nulliter, & in-
culcatè ſeruatorum omnem defectum anteceden-
tium comparitionum ſanauit, vt reſpondit *Rota co-*
ram Card. Seraph. deciſ. 858. *num.* 1.

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA TERRITORII.

Luna 26. *Iunij* 1651.

ARGVMENTVM.

Spoliator in ſua petitione audiri non debet, niſi actua-
liter reintegrauerit ſpoliatum, nedum ad poſſeſſio-
nem, ſed etiam ad integros fructus, adeò quod
vnus nummus non deficiat, etiam ſi ſpolium fuerit
Iudiciale, quando Iudex nulliter proceſſit, vbi
quod ſi ſpoliator ad vlteriora intendit procedere
ipſe fructuum liquidationem curare tenetur, & im-
petrare commiſſionem in qua præfigatur terminus
alteri parti ad liquidandum, & hoc de ſtylo Rotæ.

SVMMARIVM.

1 *Spoliator audiri non poteſt antequam actualiter ſpo-*
liato reſtituat omnes fructus, quos percepit à die
mota litis.

2 *Spoliatus ante omnia eſt reſtituendus nedum ad poſſeſ-*
ſionem, ſed etiam ad integros fructus vſque ad vl-
timum quadrantem, adeò quod ſi vnus nummus de-
ficiat, ſpoliatori reſpondere non cogitur.

3 *Spolium non poteſt dici purgatum antequam reſtituan-*
tur fructus percepti.

4 *Amplia etiam ſi agatur de ſpolio iudiciali, quod com-*
miſſum

miſſum fuerit ex quo Index nulliter proceſſit, ſine citatione partis.

5 *Spolium Iudiciale commiſſum à Iudice nulliter procedente, non differt à violento, vel attentato, & prius integraliter in omnibus eſt purgandum.*

6 *Spoliatio facta à Iudice nulliter, vel minus legitimè procedente, æquiparatur ſpoliationi factæ à priuato.*

7 *Spoliare dicitur pars ad cuius inſtantiam Iudex nulliter, & iniuſtè procedit.*

8 *Spoliator qui ad vlteriora procedere intendit, ipſe liquidationem fructuum curare tenetur.*

9 *Spoliatus petens ad vlteriora procedi ipſe liquidare debet, vel impetrare commiſſionem, in qua præfigatur terminus alteri parti ad liquidandum.*

10 *Et hoc de plano procedit de Stylo Rotæ reſpectu purgationis, & reſtitutionis fructuum.*

DECISIO CCCLXXII.

TErminato per rem Iudicatam ad fauorem Cumuli Charitatis Melitæ Iudicio reintegrationis ad
poſſeſſionem medietatis Territorij Diarezzan, de
qua agitur Fabritius Teſtaferrata vigore fideicommiſſi conſtituti per Franciſcum Zerrum ſuper ea
immiſſionem in hac diſputatione petebat, ſed conceden. non eſſe DD. cenſuerunt cum ipſi obſtet ex-
1 ceptio in præcedentibus deciſionibus; ac ſententijs
canonizata, dum enim actualiter Cumulo non reſtituit omnes fructus, quos percepit à die motæ litis,
2 audiri non poteſt, quia ſpoliatus ante omnia eſt reſtituen. nedum ad poſſeſſionem, ſed etiam ad integros fructus vſque ad vltimum quadrantem, adeò
quod ſi vnus nummus deficiat, ſpoliatori reſpondere non cogitur *l. ſi quis ad ſe fundum C. ad l. Iul. de vi publ. Bald. in cap. conquerente num. 1. de reſt. ſpol. Rip. in l. naturaliter §. nihil commune num. 50. ff. de acq. poſſ. Abb. in cap. accedens il 2. num. 5. vt lit. conteſt. Pariſ. conſ. 162. num. 7. lib. 4. Aym. conſ. 124. num. 4. & conſ. 140. num. 3. Rota conſ. 53. num. 25. lib. 1. & conſ. 6. num. 42. & 49 Surd. conſ. 28. num. 29. cum ſeqq. Gabr. de reſt ſpol. concl. 1. num. 11. Rota deciſ. 15. in princ. eod. tit. in nou. deciſ. 473. num. 1. part. 3. & deciſ. 885. num 1. part. 4.*
3 *diu.* vbi quod ſpolium non poteſt dici purgatum
antequàm reſtituantur fructus percepti *coram S. me: Greg. deciſ. 545. num. 11. coram bo: me: Penia deciſ. 692. num. 5. & 6 & in rec. deciſ. 433. num. 1. part. 2. & deciſ. 117. nu. 1. part. 4. tom. 2. coram bo: me: Burat. deciſ. 449. num. 6. & 7. ibique Add. littera C. & in Meleuitana bonorum 1. Iulij 1622. coram bo: me. Nauarro confirmata 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Idque etiam ſi agatur de ſpolio Iudiciali, quia
4 cum commiſſum fuerit ex quo Iudex nulliter proceſſit ſine citatione partis, vt firmatum fuit in dictis
5 Deciſionibus factis ſuper reintegratione, non differt
à violento, vel attentato, & conſequenter ipſum
pariter prius integraliter in omnibus eſt purgandum, vt optimè diſtinguendo probat *Felin. in cap. dilectus il primo, ſub n. 1. de reſcript & in cap. cum cauſa num. 2. & 3. de offic. deleg. Rip. in d. l. naturaliter dicto §. nihil commune 59. ff. de acquir. poſſ. Afflict. in Conſt. Neapolit. tit. de violen. circa poſſeſſ. num. 59 verſ. ergo ſecus Aym. dicto conſ. 124. ſub num. 4. & dicto conſ. 140. ſub num. 2. verſ. amplius iſtud Gabr. dicto concluſ. 1. num. 109. Rota coram Card. Caualer. deciſ. 529. num. 1. & deciſ. 524. num. 5. verſ. & ideò quantumuis part. 2. cum alijs allegatis in dicta deciſ. 117. num. 2. & 3. cum ſeqq. part. 4 tom. 2. rec.* Iudex enim nulliter, vel minus le-
6 gitimè procedens eius ſpoliatio æquiparatur ſpoliationi factæ à priuato *gloſ. in cap. in ſum. 3. quæſt. 1. quam refert, & ſequitur Aym. conſ. 18. num. 8. verſ. nec*
7 *dicatur,* & ſtante Inſtantia partis non ille, ſed ipſa
pars ſpoliaſſe dicitur *Benintend. deciſ. 93. num. 8. Rot. deciſ. 157. num 4. Card. Caual. d. deciſ. 539. n. 9.*

Nec releuat, quod Agentes pro cumulo aſſumpſerint in ſe onus liquidandi dd. fructus curando
ſubdelegari Iudicem in partibus pro habenda illorum liquiditatione, quam tamen perficere neglexerunt.

Quia dum Fabritius ad vlteriora procedere in-
8 tendit ipſe d. liquidationem procurare tenetur, vt
plenè firmatur *in dicta Meleuitana bonorum coram bo: me: Nauarro ſub §. probatur enim, & coram R. P. D. meo Peut. § atque Vniuerſitas, ac probat Add. ad S. me: Greg.*
9 *deciſ. 503. ſub num. 6.* vbi refert, quod de ſtylo Rotæ
petens procedi ad vlteriora liquidare debet, vel impetrare Commiſſionem, in qua præfigatur terminus
10 alteri parti ad liquidan. ſubdens hoc de plano procedere reſpectu purgationis, & reſtitutionis fructuum.

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA PAROCHIALIS.

Luna 3. Iulij 1651.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſori pro reuocatione attentatorum conceditur manutentio, quando non habuit ſe pro ſpoliato, & qualiter anterior poſſeſſio dicatur iuſtificata?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio competit probanti eius anteriorem poſſeſſionem, dummodo ſe nunquam habuerit pro ſpoliato.*

2 *Manutentio iuxta praxim in Rota receptam conceditur pro Attentatorum reuocatione poſſeſſori.*

3 *Reuocatio Attentatorum, tàm quoad præterita, quàm quo ad futura habet vim retinendæ, ſi pars non habuit ſe pro ſpoliata.*

DECISIO CCCLXXIII.

FIrmato 26. Maij præteriti omnia geſta in partibus ad Inſtantiam Dominici Magri poſt inhibitionem Rotalem, & allegatam pendentiam litis in Rota eſſe notorie attentata, & ſic omninò reuocanda, Decreuerunt Domini in relationibus Cauſarum
mandatum de manutenendo ad fauorem Io: Matthæi Nabalæ in poſſeſſionem Parrochialis S Laurentij, de qua agitur, quia ex publico Inſtrumento iuſtificat illius antecedentem apprehenſionem vigore ſententiæ A. C. ſer. ſer. prolatæ, & ex reiteratis
proteſtationibus oſtendit, nunquàm ſe habuiſſe pro
ſpoliato eius *Summario præteritæ poſitionis nu. 8. & 17.*
1 Atque ideò ipſi competit manutentio *cap. licet Epiſcopus de Preben. in 6. cap. licet cauſam de probat. l. clam poſſidere §. qui ad nundinas ff. de acquir. poſſ.* quæ
2 iuxta praxim in Rota receptam pro attentatorum
Reuocatione Poſſeſſori conceditur *Card. Seraph. deciſ. 1176. num. 6. bo: me: Coccino deciſ. 380. num. 3. & 4.*
3 firmans ſimilem reuocationem tàm quoad præterita, quam quoad futura habere vim retinendæ, ſi
pars, prout hic, non habuit ſe pro ſpoliata, *& deciſ. 4.8. num. 4. cum alijs allegatis in Terracinen. Parochialis 20. Decembris 1647. & in Aueniouen. attentatorum 10. Iunij 1648 coram R. P. D. Celſo, & prius in Bacen. ſeu nullius pecuniaria 24. Ianuarij 1646. coram me §. quia dum A. C.*

Et ità &c.

ROMANA SOCIETATIS OFFICII.

Luna 17. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Mandatum executiuum relaxari debet, quando agitur vigore publici Inſtrumenti Camerali obligatione
valla-

Digitized by Google

vallati, neque obligatio Cameralis dicitur vulne-
rata ex ſententia iniuſta. Forma ſpecialiter data
in mandato Procuræ ad contrahendum, quando
per æquipollens poſſit adimpleri? Mandatum fa-
ctum ad contrahendum an ex longo temporis cur-
ſu cenſeatur reuocatum, & an ex conſtitutione no-
ui Procuratoris generaliter ad lites, & cauſas, præ-
ſumatur ademptum mandatum anteriori procura-
tori ſpecialiter ad aliquem actum deputato? Si-
mulatio Contractus abſque veriſimili cauſa, etiam
concurrentibus coniecturis numquam præſumitur,
& ex quibus coniecturis tollatur omnis ſimulatio-
nis ſuſpicio?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum Camerali obligatione munitum, facit rem clarum, & manifeſtam.*

2 *Obligatio Cameralis non fuit vulnerata ex ſententia, quæ iniuſta detegitur.*

3 *Forma, quæ propriè non reſpicit ſubſtantiam mandati ad contrahendum, neque reſtringit, ſeu qualificat facultatem Procuratori attributam, ſed exequutionem, & probationem contractus celebrandi, poteſt per æquipollens impleri.*

4 *Mandatum Procuræ ad Contrahendum ex longo temporis curſu, poteſt cenſeri reuocatum.*

5 *Contraria opinio eſt verior, quod mandantis voluntas ex ſolo temporis curſu non immutetur.*

6 *Mandatum ad contrahendum durare præſumitur, quouſque illius reuocatio clarè, & concludenter probetur.*

7 *Amplia etiam ſi mandatum longo poſt tempore deducatur ad actum, vel quia prius non cœgit neceſſitas, vel quia congrua oblata non fuit occaſio, vel ex alijs contingentibus cauſis.*

8 *Conſtitutio noui procuratoris generaliter ad lites, & cauſas, non facit caſſare mandatum primi Procuratoris ad aliquem actum ſpecialem deputati.*

9 *Generi per ſpeciem non derogatur.*

10 *Simulatio, niſi adſit probabilis cauſa ſimulandi inanes ſunt coniecturæ, & præſumptiones.*

11 *Fideiuſſoris præſtatio, non eſt de ſubſtantia Contractus Societatis officij, ſed tradens pecunias poteſt confidere de principali debitore, ſciens Idoneas eius facultates.*

12 *Procurator, qui ſufficiens habet mandatum ad obligandum ſuum principalem cum clauſulis amplis, non tenetur, vtique de rato promittere.*

13 *Simulationis coniectura omnis, & præſumptio tollitur ex qualitate loci publici, in quo fuit celebratum Inſtrumentum.*

14 *Simulationis vitium excluditur ex veriſimili.*

DECISIO CCCLXXIV.

Deciſionem coram me emanatam 11. Iunij 1647.
in qua reſolutum fuerat relaxandum eſſe man-
datum executiuum contra Marchionem Rayneriũ
à monte principalem Debitorem in Societate offi-
cij, de qua agitur hodie DD. confirmarunt, quia
1 agitur de exequendo publico Inſtrumento Camera-
li obligatione munito, quod facit rem claram, &
manifeſtam ex deductis *in Romana Cambij 23. Ianua-
rij 1651. coram R.P.D. meo Royas.*

Non obſtat, quod per ſententiam abſolutoriam
Marchionis vulnerata fuerit via executiua, ideò-
que procedi non poſſit relaxationi mandati, quia
2 cum ex infra dicendis euidenter proberur illius
Iniuſtitia non fuit vulnerata obligatio Cameralis
*Rota coram bo: me: Buratto deciſ.94.num.6. cum alijs re-
latis per Zacch. ad Galles de obligat. Camerali quæſt. 37.
num.35.*

Nec reuelat repetita exceptio nullitatis ob non
ſeruatam formam mandati procuræ ſpecialiter da-
ti ad Contrahen. Societatem per acta Bonincon-
3 tri de eodem mandato rogati, ibi *per acta mei &c.*
Quia verba illa propriè non reſpiciunt formam ſub-
ſtantialem mandati, neque reſtringunt, ſeu quali fi-
cant facultatem Procuratori attributam, ſed execu-
tionem, & probationem contractus celebrandi, quæ
cum æquè reſultet ex rogitu alterius Notarij inſoli-
dum cum ſucceſſore Bonincontri; Ideò per æqui-
pollens adimpleri potuit, vt habetur *in l. final §. fi-
nal. vbi gloſ. & DD. ff. mandat. cum alijs in deciſione
relatis in §. quia præfata verba*, vbi etiam ſubditur à
notario potiùs ſui lucri cauſa, quam de conſenſu, &
determinata voluntate Conſtituentis fuiſſe apposi-
ta ponderando etiam quod indifferenter apud acta
diuerſorum Notariorum alia propria negocia pera-
gebat.

Prætetea nec obſtat, quod mandatum factum
fuerit in perſonam Mancini de anno 1631. 26. Febr.
4 Socieras verò, de qua agitur inita poſt vndecim cir-
citer annos ſcilicet 23. Aprilis 1643. quo tempore
reuocatũ cenſeri poterat iuxta tradita *per Caſtren. in
5 conſ. 12. num. 4. lib. 1.* Quia verior eſt opinio, quod
mandantis voluntas ſolo temporis curſu non immu-
6 tetur, ſed quidem durare præſumitur quouſque il-
lius reuocatio clare, & concludenter probatur, etiam
7 ſi longo poſt tempore deducatur ad actum, vel quia
priùs non cœgit neceſſitas, vel quia congrua obla-
ta non fuit occaſio, ſiue ex alijs contingentibus
cauſis, vt benè reſpondit *Alex. conſ. 189 num. 19. lib. 7.
& Rota coram Mohedan. deciſ. 31. per tot. de renunc. vbi
in ſpecie reprobatur dicto conſ. Caſtren. & coram Orano
in Anconitana fideicommiſſi de Rainaldinis 29. Ian. 1585.*

Nec vim facit conſtitutio alterius Procuratoris
8 facta de anno 1640. quia primus Procurator fuit
ſpecialiter, Conſtitutus ad ſuſpicien. pecunias ad
Societatem officij; Secundus verò generaliter De-
putatus ad lites, & cauſas; Vndè ex poſteriori de-
putatione non poteſt inferri reuocatio præcedentis
9 mandati ex regula generi per ſpeciem *de reg. Iuris
in 6. cap. 1. de reſcript. Rot. deciſ. 21. per tot. de procu-
rat. in nouis, vt deciſ. 167. per tot. lib. 3. Mantic. de tacit.
lib. 7. tit. 22. num. 43. quos refert Add. ad Baratt. de-
ciſ. 723. num. 10.*

Nec releuat aſſ. ſimulationis exceptio non ſo-
10 lùm quia nulla adducitur probabilis cauſa ſimu-
landi, ſine qua inanes ſunt coniecturæ, & præſum-
ptiones iuxta *Theor. Bart. in l. poſt contractum num. 2.
& 3. ff. de donat. & in conſ. 65. num. 3. cum ſeq. lib. 1.* ve-
rum etiam quia nullius ſunt releuantiæ.

Nam prima deducta ob prætermiſſam fideiuſſo-
11 ris præſtationem, non eſt de ſubſtantia Contractus
Societaris officij, ſed tradens pecunias poteſt confi-
dere de principali Debitore ſciens cum eo contra-
here, cuius habet cognitas Idoneas facultates *Rot.
in Romana Societatis officij 2. Aprilis 1601. coram Iuſto
penès Zacch. de Societ. offic. deciſ. 1. num. 9.*

Secunda verò ex quo Procurator non promiſit
12 Marchionem ratificaturum paritèr euaneſcit, quia
cum ille ſufficiens haberet mandatum ad obligan.
ipſum principalẽ cũ clauſulis amplis non tenebatur
vtique de rato promittere, nam fatuus fuiſſet, ſi pro-
pria bona, & ſe ipſum huiuſmodi oneri ſubijcere
voluiſſet.

Et tandem tertia ex quo Inſtrumentum fuit cele-
13 bratum in Banco S. Spiritus potiùs retorquetur ob
qualitatem loci publici, quæ omnem remouet ſimu-
lationis coniecturam, & præſumptionem *l. hac con-
ſultiſſima in fin. C. qui Teſtam. facere poſſ. cum alijs con-
geſtis per Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſt. 153. n. 220.*

cum ſeqq. Præcipuè quia de tempore celebrati contractus Marchio erat in Vrbe, & tamen ſi Procurator contractum fictum, vel ſimulatum celebrare voluiſſet veriſimiliter non expectaſſet regreſſum principalis ad Vrbem, ſed illum faciliùs, & commodius peragere potuiſſet tempore eius abſentiæ. Ex veri-
14 ſimili enim excluditur vitium ſimulationis ex adductis *per Farinac. ubi ſupra quæſt. 162. num. 215. & conſ. 40. num. 12. lib. 1.*

Ea vera, quæ deducebantur contra eumdem Procuratorem, qui pecunias ad Societatem nomine Marchionis ſuſcepit non ſunt diſcutienda in hoc Iudicio, nec cum creditore, ſed in alio inter Marchionem, vel eius hæredes, & Procuratorem, qui vt decet eius probitati ſufficientem de geſtis ab ipſo redditurus erit rationem.

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII S. IOANNIS de Molinar.

Veneris 17. Nouembris 1651.

A R G V M E N T V M.

Beneficia, quæ dignioribus ſunt conferenda, ſi quis à Sede Apoſtolica obtinuit nulla facta mentione litis, & qualitatum collitigantis, talis prouiſio ei ſuffragari non poteſt, cum numquam cenſeatur Pontificem tertio præiudicare voluiſſe.

S V M M A R I V M.

1 *Prælatio in beneficijs habenti maiores qualitates conceditur aduerſus non habentem, & ab examinatoribus excluſum.*

2 *Digniores ſunt præferendi.*

3 *Prouiſio Apoſtolica non ſuffragatur vbi, & lites, & qualitates collitigantis non fuerunt narratæ.*

4 *Clauſula litis ſtatum præſeruat gratiam à ſubreptione, & num. ſeq. vbi vide.*

5 *Pontifex ſub inuolucro verborum non cenſetur tertio præiudicare voluiſſe.*

Clauſula dummodo tempore datæ præſentium nõ fuerit alteri Ius quæſitum, *quid operetur, & nu. ſequent.*

6 *Oppoſitio ſimplex nullum ius tribuit, neque in re, neque ad rem.*

9 *Ex oppoſitione etiam ſimplici, quando ius quæratur?*

10 *Ius antecedenter quæſitum non auffertur ex ſubſecutis attentatis.*

11 *Præſentatus à maiori parte patronorum inſtitui debet.*

12 *Res iudicata in Rota non attenditur, vbi ampliùs fortius procedere ſi conſtat de bono iure ſuccumbentis.*

D E C I S I O CCCLXXV.

Recol. mem: Ioannes Baptiſta Coccinus S. Rotæ Decanus per ſententiam diffinitiuam pronunciauit quartam portionem beneficij S. Ioannis de Molinar controuerſam adiudicandam eſſe Ioſepho Vrtuſauſtegui Prouiſo Apoſtolico Bartholomeo verò de Caſtanizza nullum Ius competere, & ad illius fauorem mandatum de immittendo decreuit, & relaxauit ſubſequuta poſſeſſione; Verùm commiſſa mihi cauſa reſtitutionis in integrum prout de Iure, cum Bartholomæus prætendere poſſet nullitatem dictæ ſententiæ ex defectu legitimæ citationis ad terminos ſubſtantiales, & ad ſententiam, ideò cautè Ioſeph præuidens forſan illius ineuitabilem defectum habuit recurſum ad Signaturam Sanctiſſimi pro illius ſanatione, qui mihi reſcripſit, vt procederem in cauſa reiecta dicta nullitate arbitrio Rotæ, quare propoſui dubium die 26. Iunij præteriti, an intraret arbitrium, ſed quia non ex hoc tantùm concludebatur bonum Ius Ioſephi; ideò Domini mandarunt, vt videretur de bono Iure, ſuper quo cauſa hodiè diſcuſſa reſolutum fuit conſtare de bono Iure Bartholomæi, quia non ſolum pluries approbatus fuit ad ſimplicia Beneficia, & à capitulo
1 præſentatus, ac ab Ordinario inſtitutus ad formam breuis S. me: Clementis Octaui in Diœceſi Calaguritana vigentis, ſed etiam pluribus, ac potioribus præpollet qualitatibus, nempè maioris ætatis Bacchalaureatus, & antiquioris Præsbyteratus eius *Summario num. 6. & 7.* ex quibus propterea ipſe venit præferendus Ioſepho collitiganti, qui caret huiuſmodi qualitatibus, & ab examinatoribus Synodalibus fuerat reprobatus, vt in huiuſmodi cauſis Calaguritanis ſæpiſſimè reſponſum fuit, & ſignanter *in Calaguritana beneficij 27. Nouembris 1648 coram R.P.D. meo Bichia*, vbi in ſpecie firmatur, quod ex præciſa forma dicti breuis digniores ſemper ſunt
2 præferendi, *& in Calaguritana beneficij de Logrono 11. Februarij 1650. coram R.P.D. meo Verospia*; Idque etiam ſi in gradu reſtitutionis in integrum, coram Archidiacono de Lara, dictus Ioſeph nouo examini ex integro ſubiectus denunciatus fuerit idoneus ad ſimplicia, quia nihilominus Bartholomæus præferri debet, dum vltra parem approbationem iam antea bis reportatam potiores habet qualitates ex quibus redditur dignior, & ſic præferendus, vt plenè firmatur in prædictis deciſionibus.

Non obſtat, quod idem Ioſeph Apoſtolicam prouiſionem obtinuerit. Quia cum in ea non ſolum non expreſſerit litem inter ipſos coram Rota tunc vertentem, ſed etiam tacuerit omnes prædictas qualitates Bartholomei collitigantis dicta Apoſto-
3 lica prouiſio ipſi ſuffragari non poteſt, quia ſi præfata ſummo Pontifici expoſita fuiſſent, certum vtique eſt, quod illam non conceſſiſſet, vel ſaltem difficilius *cap. ſuper litteris de reſcript. Egid. deciſ. 102. num. 3. Pen. deciſ. 163. num. 3. & ſeq. cum cæteris allegatis in Calaguritana Beneficij de Coruago 27. Maij 1647. coram R.P.D. meo Bich. à ſub §. neque obſtat prouiſio.*

Nec releuat generalis mentio cuiuſcumque litis ibi facta cum clauſula cuius litis ſtatum &c.

Quoniam iſta præſeruat quidem gratia à vitio
4 ſubreptionis aliàs reſultantis ex non facta litis mentione, vt deducitur *in deciſione huius cauſæ coram eadem recol. me: Coccino ſub die 22. Maij 1637. § penult.* non autem illam extendit in præiudicium tertij, & abrogationem Iuris collitiganti competentis, cui non cenſetur ſummus Pontifex explicitè non in-
5 formatus ſub inuolucro verborum præiudicare voluiſſe, vt tradit *Bellam. conſ. 34. ante num. 22. verſ. ſecundo adhoc monet Sarnen. ſuper reg. de non tollen. iur. quæſit. quæſt. 1. num. 9. verſ. quæ omnia; Rota coram Penia deciſ. 410. num. 11. in rec. deciſ. 97. num. 4. part. 3. & in dicta Calaguritana beneficij de Logrono coram R.P.D. meo Verospio §. neque eidem*; ſtante præſertim clauſula, *dummodo tempore datæ præſentium non fuerit alteri ius quæſitum* ibidem adiecta, quæ Pontificis intentionem magis declarat, & oſtendit quod cuipiam præiudicium inferre non intellexit, vt ponderatum fuit *in eadem Calaguritana beneficij de Logrono, & prius in Cluſina beneficij 5. Iulij 1649. coram R.P.D. Bichio §. 3. quod in litteris.*

Minuſuè ſubſiſtit, quod ex ſimplici Oppoſitione
6 nullum Ius Bartholomæo quæſitum fuerit, cum hæc nec ad rem, neque in re aliquod Ius tribuat *ex Caſſad. deciſ. 18. de præb. allegato in præcedenti deciſione §. & quantum attinet*; Hoc enim non procedit duobus concurrentibus, vbi ſcilicet ex fundatione, conſuetudine, vel conſtitutione cauetur beneficium deberi haben-

Digitized by Google

habenti certas qualitates,& vbi poſt rem iudicatam
deductam iuſtificantur in oppoſitore qualitates ne-
ceſſariæ pro adiudicatione, his enim concurrenti-
9 bus Ius quæritur ex oppoſitione, quod ex prædicta
clauſula cenſetur præſeruatum. *Put. deciſ. 252. ſub
num. 2. verſ. ſed fuit dictum lib. 3. in correct. Rot. dicta
deciſ.97.ſub num.2.& 4.ac melius diſtinguendo dec.597.
num.2.part.3.rec.cum ceteris allegatis in dicta Calaguci-
tana beneficij de Logrono §. neque eidem in fine.*

Ex dicto autem breue S. me: Clementis VIII. ca-
uetur huiuſmodi beneficia conferri deberi ha-
benti maiores qualitates, & Bartholomæus vltra
oppoſitionem deduxit rem in iudicium,& iuſtifica-
uit præponderantiam ſuarum qualitatum; Ideò ex
oppoſitione acquiſiuerat Ius conſiderabile ex ſupra
deductis. Non obſtante quod præſentatio, colla-
tio,& poſſeſſio poſtmodum declaratæ fuerint atten-
tatæ,quia Ius ex antecedenti oppoſitione, quæſitum
10 non potuit ex ſubſequutis attentatis auferri, vt re-
ſpondit *Rota dicta deciſ.579. num.3. part.3. rec. & in
Calaguritana beneficij 5. Maij 1638. coram Reuerendiſſi-
mo D.Salamantino §. vltimo prope fin.*

Et licet in præfata *deciſione clar. me: Coccini §. nam
fuit reſponſum*, dictum fuit hoc procedere, vbi
vnicus eſt oppoſitor, & probauit qualitates neceſſa-
rias, ſecus vbi plures ſe oppoſuerunt,quaſi tunc in
concurſu nemini Ius acquiratur. Hæc enim reſpon-
ſio procedit in ſuis terminis, in quibus loquitur *de-
ciſio, & doctrina ibidem allegata*, vbi nempè plures eſ-
ſent præſentati in paritate vocum, vel vbi plures op-
poſitores haberent æqualia merita, in pari enim
caſu nemo præualet, ſecus vbi licet ſint plures op-
poſitores vnus tantùm habet qualitates expetitas,
nec in meritis ſunt pares, ſed vnus alium præcellit,
vt hoc caſu ex conſtitutione beneficium debetur
habenti maiores qualitates, tunc enim pluralitas
oppoſitorum non præiudicat, ſed habetur perindè,
ac ſi vnus tantùm ſe oppoſuiſſet cum paria ſint non
adeſſe competitorem, vel adeſſe inhabilem, vt non
recedendo ab exemplo præſentatorum in dicta de-
ciſione relato, licèt plures ſint præſentati ſi tamen
vnus præſentatus ſit à maiori parte ipſe ſolus debet
11 inſtitui reiectis alijs preſentatis à minori parte,quo-
rum concurſus ſibi non præiudicat dixit *Rota deciſ.
379.num.21. & 22. part.8. recent.* Ideò in his termi-
nis habetur pro vnico oppoſitore ad effectum, vt ex
oppoſitione cum ſubſequutis probationibus Ius ſibi
quæratur ex deductis.

Cœterum allegata res iudicata non releuat, quia
de ſtilo huius Sacri Tribunalis non attenditur quan-
do præſertim, prout hic, conſtat de bono Iure ſuc-
12 cumbentis, ex quo reſultat probatio euidentis læ-
ſionis *Buratt. deciſ.452.num.7. Rot.deciſ.542.num.17.
part. 8. rec.* regula verò de triennali non applicatur
ſtante, vt ſupponitur litis, & moleſtiarum conti-
nuatione, ſed quatenus opus erit particulariter di-
ſcuti poterit.

Et ità vtraque &c.

HISPALEN. DECIMARVM.

Luna 20. Nouembris 1651.

ARGVMENTVM.

Priuilegia exemptionis à ſolutione decimarum con-
ceſſa à diuerſis Summis Pontificibus Monaſterijs S.
Claræ, non eſt generalis, ſed in quibuſdam caſibus,
ideoque niſi illi verificentur ceſſare dicuntur talia
priuilegia.

SVMMARIVM.

1 *In Decimarum quaſi poſſeſſione, quando quis veniat
manutenendus?*

2 *Moniales S.Claræ Ordinis Sancti Franciſci ſunt exem-
ptæ à decimarum ſolutione.*

3 *Sed talis exemptio non eſt generaliter conceſſa, ſed cum
ſua modificatione.*

4 *Priuilegium conceſſum ſub conditione non intrat, niſi
iuſtificata conditione, & num. 5.*

5 *Exemptio à ſolutione decimarum conceſſa alicui mo-
naſterio ob inopiam, ipſa eſt iuſtificanda.*

6 *Priuilegia quando ſunt clara non eſt opus interpreta-
tione.*

7 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem.*

8 *Decretum irritans non operatur ſuum effectum, donec
principalem diſpoſitionẽ declaratum fuerit intcare.*

9 *Decretum irritans, quando manutentionem impedire
non valeat?*

10 *Teſtes non reddentes cauſam ſua ſcientia, prout requi-
ritur non releuant.*

11 *Probatio vna non excludit aliam.*

12 *Exceptio incontinenti non probata, non impedit manu-
tentionem.*

13 *Iudicium poſſeſſorium non impeditur, niſi per proba-
tiones incontrouertibiles veluti per confeſſionem
partis, vel publicum inſtrumentum.*

14 *Recurſus ad Iudices Laicos probatio vt iuſtificetur,
quid requiratur?*

15 *Obiectio recurſus ad Iudices Laicos, vt obſtet debet
probari mandatum partis.*

DECISIO CCCLXXVI.

MAndatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione
exigendi Decimas ex bonis Monaſterij,& Mo-
nialium S.Claræ Hiſpalen. cenſuerunt Domini con-
cedendum eſſe DD. Decano, & capitulo Hiſpalen.
cum pro ipſis vigeat non ſolùm aſſiſtentia Iuris
communis ratione generalis, & perpetuæ admini-
ſtrationis redditum, & Decimarum, quam exer-
cent in ea Dioceſi vice Archiepiſcopi,ſed etiam ple-
na probatio quaſi poſſeſſionis illas exigendi conti-
nuatæ vſque ad tempus motæ litis ex concordibus
depoſitionibus plurium Teſtium relatis in ipſorum
1 *Summario num.4.* in qua propterea manuteneri de-
bet, vt in his terminis plùries reſpondit *Rota, & ſi-
gnanter in Hiſpalen. Decimarum 2.Martij 1635. coram
Eminentiſſimo D. Cardinali Hieronymo Veroſpio in rec.
deciſ. 22. ſub num. cum ſeqq. part. 7. in Hiſpalen. De-
cimarum 27.Iunij 1644. coram R. P. D. meo Corrado in
Hiſpalen.Decimarum 15.Febr.1647. coram R.P.D.meo
Melzio,& prius in alia Hiſpalen.Decimarum de Barrona
12. Ianuarij 1646. coram me.*

Non obſtant priuilegia ſel.rec. Pauli III. Grego-
2 rij XIII. Vrbani VIII.quorum vigore dictæ monia-
les prætendunt ab illarum ſolutione eſſe exemptas.

Quia cum non fuerint conceſſa ſimpliciter omni-
3 bus Monaſterijs Ordinis Sanctæ Claræ, ſed illis
dumtaxat, quorum redditus non ſufficerent pro
congrua monialium ſubſtentatione ad rationem
4 ducatorum 25. auri de Camera pro ſingulis monia-
libus, illarum *Summ.num 1.* vt eis ſuffragentur ante
omnia ab ipſis iuſtificari debet huiuſmodi earum
Monaſterij inopia, quæ illarum congruè ſubſtenta-
5 tioni prouidere non valeat iuxta formam,& quanti-
tatem in illis præſcriptam, vt ſeruatum fuit ſuper
hiſmet priuilegijs *in Conchen. exemptionis Decima-
rum coram Orano, quæ eſt deciſ.240. part.4. diuerſ co-
ram Card Seraph. deciſ.951. & coram Buratt.deciſ.704.
alias autem ipſi ſuffragari non poſſunt ad regulam gloſ. l.
mancipia C. de ſeru. fugit. quam ad propoſitum expendit
Rota coram eodem Card Seraph. deciſ.670.n.1. & deciſ.
738. n.8. & coram Buratt. deciſ.417. num.1.* Nec im-
pedire manutentionem poſſidentibus *Burat.dec.659.
ſub num.2. cum plurib.alleg. in dicta Hiſpalen. Decima-*

ium coram R. P. D. meo Corrado §. qoia fuit reſponſum in dicta Hiſpalen. Decimarum coram R P. D. Meltio ſub §.cuia cum non appareat, & in dicta Hiſpalen. Decimarum de Baraona coram me §. qoia per mutationem circa fin. in quibus ſubditur contrarias auctoritates, & deciſiones procedere quando priuilegia ſunt clara,
6 nullaque indigent iuſtificatione, vel declaratione, vt etiam aduertit *Rota deciſ.* 508. *num.* 13. *part.* 9. & *deciſ.* 44. *oum.* 5. *part.* 7. *rec.*

Idque etiam ſi munita fuerint decreto irritanti,
7 quod regulariter inficit titulum, & poſſeſſionem, nam quouſque præfata qualitas illis adiecta concludenter iuſtificata fuerit huiuſmodi decretum ir-
8 ritans nihil operatur, *Rot. deciſ.* 341. *nu.* 5. & *dec.* 476. *num.* 4. *part.* 3. *rec. coram bo:me: Coccino dec.* 124. *n.* 4. & *deciſ.* 354. *ſub nu.* 7. & *in Calaguritana beneficij* 17. *Maij* 1645. *coram R.P.D. meo Bichio in Barchinonen. Canonicatus* 11. *Decembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo*
9 *Royas*, minuſuè prædictã manutẽtionẽ retardat, *Gonzal. ſuper reg.* 8. *Cancell. gloſ.* 31. *num.* 14. & *gloſ.* 67. *num.* 39. *Seraph. deciſ.* 1471. *num.* 5. *Rot. dec.* 516. *num.* 4. *part.* 1. *rec. coram Cauaier. dec.* 8. *num.* 3. & 4. & *dec.* 522. *num.* 4. *coram Buratt. dec.* 131. *num.* 6. & 7. *ibi Add. littera D.* & *d. deciſ.* 659. *dicto num.* 2. *coram bo:me: Coccino dicto deciſ.* 354. *num.* 8.

Nec releuant calculus annuorum reddituum, & expenſarum, ac depoſitiones Teſtium *in d. ipſarum Summ. num.* 4. & 5.

Quia præter quod ſatis non coarctant, nec conuincunt negatiuam aliorum redituum, nullamque
10 reddunt ſufficientem cauſam ſcientiæ prout requiritur ex traditis *per Rotam coram Greg. deciſ.* 42. *n.* 3. *cum ſeqq.* & *deciſ.* 325. *pariter num.* 3. *ac coram Buratt. deciſ.* 41. *num.* 2. Cum pro parte Decani, & capituli in hoc Iudicio contentioſo inter ipſas partes vertente acritèr controuertantur, & impugnentur, non
11 excludunt probationes in contrarium, vt reſponſum fuit *in dicta Hiſpalen. Decimarum* 26. *Iunij* 1643. *coram R. P. D. meo Corrado §. nec refert*, quod capitulum, & conſequenter interim ſuper eis nullum fundamentum conſtitui poteſt pro impedienda præfata manutentionẽ, cum ad iſtum effectum ſimilis ex
12 ceptio incõtinenti iuſtificari debeat per probationes incontrouertibiles, nempè per confeſſionem partis, aut rem Iudicatam, aut pub. Inſtrumentum, alias non retardat Iudicium poſſeſſorium,
13 vt dixit *Rota deciſ.* 3. *ſub nu.* 1. *de reſt. ſpol. in nouis coram Card. Seraph. dec.* 876. *num.* 2. *coram Andr. deciſ.* 81. *num.* 4. *in Iuuenacen.* & *Melphiten. bonorum* 8. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Corrado in Calaguritana Beneficij de Cornago* 13. *Maij* 1647. & *in Hiſpalen. Decimarum* 25. *Iunij* 1649. *coram R.P.D. meo Bichio §. cum itaque.*

Præterea nõ obſtant obiecti recurſus ad Iudices
14 Laicos, quia non probantur habiti de mandato, vel ſcientia Capituli, nec ab alio approbati, ſeù ratificati, prout neceſſarium eſt ad effectum de quo
15 agitur, vt plenè dictum fuit in *Ceſaraoguſtana Beneficij de Linares* 15. *Nouembris* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio ſub §. ſed hodie repropoſita cauſa.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA VINEAE.

Lun. 27. *Nouembris* 1651.

ARGVMENTVM.

Pactum reſolutiuum ſpecialiter in aliquo caſu appoſitum, eo eueniente operatur ipſo iure reſolutionem Inueſtituræ abſque alia declaratione, & proindè tenetur Emphyteuta omnes fructus ex Emphyteuſi perceptos reſtituere cum quibus per viam retentionis veniunt compenſandæ pecuniæ debitæ à Domino directo ipſi Emphyteutæ. Emphyteuta ob non ſolutos Canones per biennium, incurrit pœnam caducitatis à qua licet quælibet credulitas, & Cauſa etiam minus iuſta, erronea, & irrationabilis ſoleat excuſare, non excuſat tamen cauſa nimis craſſa, & Supina.

SVMMARIVM.

1 *Pactum reſolutiuum ſpecialiter in aliquo caſu conuentum de ſui natura reducit rem ad priſtinum ſtatum perindè ac ſi facta non eſſet.*

2 *Dominus directus licitè poteſt Inueſtituram alijs concedere, poſtquam prior fuit reſoluta vigore pacti reſolutiui in ea appoſiti.*

3 *Emphyteuta, reſoluta ipſo Iure Inueſtitura illi conceſſa, tenetur domino directo omnes fructus ex emphyteuſi perceptos reſtituere.*

4 *Dominus directus, reſoluta ipſo Iure Inueſtitura poteſt compenſare pecuniam, quam ipſe debet Emphyteuta cum fructibus Emphyteuſis ſibi debitis ab ipſo Emphyteuta.*

5 *Compenſatio aliquando admittitur indirectè per viam retentionis.*

6 *Emphyteuta incurrit pœnã Caducitatis de iure ob non ſolutos Canones per integrum biennium.*

7 *Emphyteuta ex qualibet Credulitate, & cauſa, etiam minus iuſta, erronea, & irrationabili, excuſatur à pœna caducitatis ob non ſolutos Canones.*

8 *Fallit ſi cauſa, ſeu credulitas ſolutionis eſſet nimis craſſa, & Supina.*

9 *Decoctus qui omnia bona Creditoribus dimiſit, cum ſit omni prorſus actione deſtitutus, non eſt audiendus in Iudicio.*

DECISIO CCCLXXVII.

ITerum cenſuerunt Domini conſtare de bono Iure illorum de Critijs, & ſic ſteterunt in reſolutis coram me ſub die 24. Martij proximè præteriti.

Certum ſiquidem, & indubitatum eſſe dixerunt, quod ſtante cenſu per Dominicum de Critijs impoſito ſuper Vinea controuerſa, ac vendito Marcello, & Io: Baptiſtæ de Mutis 18. Septemb. 1607. vigore facultatis illi antea conceſſæ à Capitulo, & Canonicis Sanctæ Mariæ in Vialata Proprietarijs 9. Decembris 1605. reſoluta penitus fuit ipſo Iure abſque alia vlteriori declaratione Inueſtitura eiuſdem Vineæ per eoſdem Proprietarios conceſſa Gia-
1 no 2. Ianuarij 1633. vigore pacti reſolutiui in hoc caſu ſpecialiter conuenti, quod de ſui natura reducit rem ad priſtinum ſtatum perindè ac ſi facta non eſſet, vt præter relatos in *deciſ. §. reſoluta ſiquidem tradunt in cap. ea lege num.* 13. *Cod. de condit. ob cauſ. Tiraquel. de retract. conuent. §.* 1. *gloſ.* 7. *num.* 3. *Corbul. de Iur. Emphyt. tit. de cauſ. priuat. ob non ſol. Canon. ampliat.* 8. *num.* 18. *Rota coram Pena deciſ.* 214.
2 *num.* 2. atque ideò licitum omninò fuit, & Iure permiſſum ſubſequentem concedere Inueſtituram Vincentiæ, & alijs de Critijs.

Neque illam impedire valuit obiecta promiſſio reſtituendi eidem Giano ſcuta 146. per ipſam dictis Capitulis, & Canonicis per ſoluta; quia vltra reſponſiones relatas in *deciſ. §. Minuſuè obſtat.* In
3 ſuo robore vigentes, obiectum prorſus, corruit aduertendo, quod reſoluta ipſo Iure dicta Inueſtitura illi conceſſa omnes fructus ex eadem Vinea perceptos ipſe reſtituere tenebatur, *Imol. in cap. illa num.* 14. *de pignor. Pinell. in l.* 2. *par.* 3. *num.* 63. *C. reſcind. vend. Bero. conſ.* 165. *num.* 22. *lib.* 1. *Couar. var. reſol. cap.* 9. *num.* 1. *Tiraquel. in l ſi vnquam verb. reuertatur nu.* 282. *C. de reuocand. donat. Rota deciſ.* 1.
4 *num.* 8. *par.* 2. *rec.* cum quibus propterea compen-

ſanda

Digitized by Google

ſanda erant dicta ſcuta 146. per ea quæ dixit *Rota coram bon. mem. Buratt. deciſ. 277. num. 1. eam ſeqq.*
5 *ſub num.* 4. firmat aliquando admitti compenſationem indirectè per viam retentionis.

Firmum pariter, & irrefragabile exiſtimarunt
6 fundamentum caducitatis ob non ſolutos Canones
per integrum bienníum, quæ proindè irreuocabilis
redditur tam attenta Iuris diſpoſitione in *cap. potuit verſ. emphyteuta quoque de locat. & in auth. qui rem C. de Sacroſ. Eccleſ.* quam ex ſpeciali conuentione eidem Inueſtituræ adiecta, quod ipſo deficiente in duobus continuis terminis dicta Vinea vna cũ omnibus melioramentis ad Capitulum deuolueretur, vt comprobatur in *d. dec. §. extincta pariter*.

Nec refragatur, quod ob Vindemias factas anno 1634. de mandato eiuſdem Capituli, Gianus credere potuerit ipſum non ſolum, remanſiſſe integrè ſatisfactum de omnibus Canonibus decurſis, ſed etiam aliquam conſiderabilem quantitatem percepiſſe pro futuris, & proindè excuſari debeat
7 à præfata caducitate, à qua quælibet credulitas, &
cauſa etiam minus iuſta erronea, & irrationabilis excuſare ſolet, vt reſponſum fuit in hac eadem cauſa 28. *Aprilis* 1645. *ſub §. Nilobſtat, & 14 Martij 1646. §. prout pariter circa fin. coram R. P. D. meo Royas, & 21. Febr. 1650. §. non obſtat, quod Gianus coram bon. mem. Arguelles.*

Tum quia hæc credulitas prorſus ceſſauit ſtatim atque Capitulũ acceptata deuolutione ſignanter ob nõ ſolutos Canones medio iuramẽto in actis ſpecificauit illos aſcendere ad quantitatem per integrũ biennium, ac duos terminos excedentem *ext. fol.* 47. Hinc enim quia ob huiuſmodi Iuridicam ſpecificationem ipſe certiorari potuit, ac debuit de ſumma per eum debita prætenſam eius immaginatam ſatisfactionem ſollicitè inquirere tenebatur, alias
8 autem allegata credulitas redditur nimis craſſa, &
ſupina, quæ propterea eum excuſare non valet, vt in terminis animaduertit *Corbul. vbi ſupra tit. de cauſ. priuat. ob mendac. ſub num. 12. verſ. & ſupradictam limitationem intellige veram, ac admittit Rota deciſ. 896. num. 1. par. 4. diuerſ. deciſ. 92. ſub num. 5. verſ. defectus autem par. 3. rec. & coram bon. mem. Buratt. deciſ. 624. num. 9.* Tùm etiam (& melius) quia ex partitis librorum Capituli ab eodemmet Giano productis oſtenſum fuit ipſum anno 1635. manualiter perſoluiſſe eidem Capitulo ſcuta 50. & obulos 50. exindè enim manifeſta elicitur eiuſdem Giani confeſſio, quod quantitas ex præcedentibus Vindemijs percepta non fuit ſufficiens pro ſatisfactione Canonum antecedenter decurſorum, & conſequenter corruit penitus allegata credulitas, vlterioris ſatisfactionis cum non ſit veriſimile, quod ipſe perſoluere voluiſſet illam pecuniarum quantitatem ſi verè cognouiſſet Canones fuiſſe perſolutos ex fructibus recollectis in præfatis anteceden. Vindemijs.

Ceſſionem denique omnium eius bonorum quã
9 ipſe fecit 7. Auguſti 1634. ad fauorem ipſius Cre-
ditorum Domini pariter exiſtimarunt eum excludere à præſenti Iudicio, cum exindè prorſus actione remanſerit deſtitutus, vt præter adductos in *dicta dec. §. fin. Cappell. Tholoſ. dec. 136. num. 1. cum ſeqq. & dec. 250. pariter num. 1.*

Et ità &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Ven. 1. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius quando agitur de fideicommiſſo pro conſeruatione Agnationis conſtituto poteſt à quocunque tertio poſſeſſore bona alienata per grauatum recuperare, ſiuè grauatus, & emptor ſciuerint, ſiuè ignorauerint fideicommiſſum; ſi autem agatur de ſimplici fideicommiſſo non poteſt fideicommiſſarius agere contra tertium poſſeſſorem, quando tam venditor, quam Emptor fideicommiſſum ignorabant, ſed tenetur agere contra hæredes grauati alienantis pro reſtitutione prætij, quod tamen procedit ſi vterque fideicommiſſum ignorabat, ſecus ſi vterque, vel alter eorum de ipſo notitiam habebat.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio ex remed. l. fin. C. de Aedict. Diu. Adr. toll. debetur fideicommiſſario probata exiſtẽtia fideicommiſſi purificatione ad illius fauorem, ac identitate bonorum.*

2 *Fideicommiſſarius pro bonis alienatis poteſt agere non ſolum contra hæredes grauati alienantis, ſed etiam contra tertios poſſeſſores ab illo immediatè, ſeù mediatè cauſam habentes.*

3 *Titulus poſſeſſoris ab hærede grauato cauſam habentis, extinguitur per mortem ipſius grauati.*

4 *Fideicommiſſarius tenetur agere contra hæredes Venditoris pro conſecutione prætij, non autem contra tertium poſſeſſorem, qui fideicommiſſum ignorabat.*

5 *Declara hoc tantum procedere quando tam grauatus, qui primo alienat, quam tertius, qui ab eo emit ſunt ignari de fideicommiſſo à prædefuncto Teſtatore ſuper bonis alienatis conſtituto.*

6 *Secus autem, quando vterque, vel alter ipſorum habet ſcientiam de fideicommiſſo.*

7 *Fideicommiſſarius poteſt indiſtinctè agere ab bona alienata penes tertium exiſtentia, quando vterque alienans ſcilicet, & emptor, vel alter ipſorum habuerunt ſcientiam de fideicommiſſo.*

8 *Emptor bonorum fideicommiſſi, eiuſque ſucceſſores excuſari non poſſunt ab illorum reſtitutione probata ſcientia fideicommiſſi vtriuſque primi contrahentis, vel ſaltem excluſa iuſta illorum ignorantia.*

9 *Fideicommiſſarius poteſt directo agere contra Tertium poſſidentem pro recuperatione bonorum, quamuis ceſſaret ſcientia fideicommiſſi, & alienatio fuiſſet facta ab ignorante ignoranti, quando agitur de fideicommiſſo contemplatione Agnationis ordinato ad effectum vt bona remaneant in familia.*

10 *Immiſſio conceſſa pro aliqua portione bonorum pro indiuiſo, non dicitur incerta licet quantitas expreſſa in ſententia non fuerit deſignata in vna potiùs quã in altera parte bonorum.*

11 *Legitima tamquam debita ex ſingulis corporibus pro indiuiſo eſt ſemper certa ratione loci.*

12 *Immiſſio non poteſt retardari fideicommiſſario per detractiones incertas, & illiquidas.*

13 *Solutio imaginaria, admittitur ſolum pro Creditis in quibus hæres reperitur Creditor Teſtatoris ante aditionem non autem pro creditis acquiſitis poſt aditam hæreditatem.*

14 *Fideicommiſſarius poteſt adueniente caſu fideicommiſſi debita fideicommittentis in pecunia ex ſoluere, & vindicare bona fideicommiſſi Creditoribus aſſignata ab hærede grauato abſque auctoritate Iudicis.*

15 *Immiſſio licet petita pro modica quantitate eſt concedenda quando non agitur de prædijs Vrbanis, ſed ruſticis.*

16 *Prædia ruſtica regulariter commodam patiuntur diuiſionem.*

DECISIO CCCLXXVIII.

DEciſio edita coram me ſub die 10. Maij proximi preteriti in qua dictum fuit Sententiam Rotæ

che

eſſe confirmandam præterquam in Detractione me-
dietatis reſidui dotis Philippæ impugnabatur non
ſolùm à Violante, & Flaminia de Mutis, ſed etiã
à D. Horatio Falconierio poſſeſſore Caſalis con-
trouerſi, & ab Eminentiſſimo D. Cardinali Mon-
talto eius auctore; Verum cauſa bis propoſita Do-
1 mini ſteterunt in Deciſis, cum enim pro parte DD.
Octauij, & fratrum de Mutis actorum probata
fuerit exiſtentia fideicommiſſi ex portione Caſalis,
de quo agitur à Valeriano Seniore Conſtituti, il-
liuſque purificatio ad ipſorum fauorem, ac iden-
titas eiuſdem Caſalis per exhibitionem Teſtamen-
ti, aliorumque Inſtrumentorum, quæ modo non
poſſunt ampliùs in dubium reuocari. Vtique perita
immiſſio ex *remed. l. fin. C. de edict. Din. Adr. toll.*
2 ipſis omninò concedenda videtur non ſolùm con-
3 tra hæredes grauati ſed etiam contra tertios poſſeſ-
ſores ab illo immediatè, ſeù mediatè cauſam ha-
bentes, quorum titulus per mortem ipſius grauati
alienantis extinctus fuit, *iux. text. in l. fin. §. ſin au-
tem in fin.* ibi, *nullo obſtaculo ei à Detentoribus oppo-
nen. C. Comm. de legat. Rot. in rec. deciſ. 301. num. 5.
& 6. par. 6. dec. 135. num. 25. par. 7. coram bo: mem:
Coccino dec. 167 num. 2 3. & 4. ac in alijs in Bononien.
fideicommiſſi de Rubeis 30. Maij 1646. coram R. P. D.
meo Carrado ſub §. 1.*

Non obſtat quod D. Horatius tertius Poſſeſſor,
4 qui emit à D. Cardinali huiuſmodi fideicommiſſi
ignaro moleſtari non poſſit, ſed per fideicommiſ-
ſarios agen. ſit contra hæredes Alexandri pro con-
ſequutione prætij iam in Cenſibus Inueſtiti.

Quia obiectum procedit quando tàm grauatus,
5 qui primo alienat, quàm tertius, qui ab eo emit
ſunt ignari de fideicommiſſo à præ defuncto Teſta-
tore ſuper bonis alienatis conſtituto vt litteraliter
probat *Text. in l. fin. §. fin. circa fin.* ibi, *reſpondit
propter iuſtam ignorantiam, tam Mulieris, quam empto-
ris hæredem mulieris, vt fundus apud emptorem rema-
neat fideicommiſſario pretium dare debere ff. de legat. 2.*
quem ſequuntur, *Alex conſil. 3. ſub num. 4. verſic. &
ità generaliter lib. 3. Curt. Iun. conſil. 88. num. 5. lib. 1.
Neuizan. conſ. 32. ſub num. 10. Ioſeph Ludouic. deciſ.
Peruſ. 29. num. 30. Oſaſch. dec. Pedem 73. num. 1. 2.*
6 *& 7.* ſecus autem quando, prout hic, Vterque vel
7 alter ipſorum habet ſcientiam de fideicommiſſo,
tunc enim indiſtinctè fideicommiſſario competere
actionem ad bona penès tertium exiſtentia ex præ-
dictis verbis *d. §. finalis* probat *Soc. Iun. conſil. 129.
num. 19. lib. 1. Curt. Iun. dicto conſil. 88. ſub d. num. 5.
verſ. quia ad illud Neuizan. dicto conſil. 32. dicto nu. 10.
verſ. nec obſtat quod dicta Venditio* alijque adducti per
Maſcard. de prob. concluſ. 779. num. 4. In propoſito
autem ſcientia ſupradicti fideicommiſſi, tàm in
Alexandro grauato, qui primo loco alienauit, quã
in Camilla Peretta bon: me: quæ ab eo d. Caſale
emit concludenter iuſtificari videtur Alexander
enim eiuſdem Caſalis cęterorumque bonorum poſ
ſeſſionem prius apprehenderat 9. Martij 1568. etiã
tanquam fideicommiſſarius Valeriani, vt legitur in
Inſtrumento relato in *Summ. D Card. ſub num. 1. in
fin.* Camilla vero inſimul cum Venditoribus in In-
ſtrumento venditionis celebrati 19 Iulij 1588 ex-
plicitam mentionem facit (licet ſub Inuolucro ver-
borum) de fideicommiſſis quibus illud eſſet ſubie-
ctum ad effectum obtinen. illorum derogationem,
quæ poſtea non fuit obtenta, *Summ. actorum num. 6.*

Probata autem ſcientia vtriuſque primi contra-
8 hentis, vel ſaltem excluſa iuſta illorum ignorantia
per ſupradictum, *Text.* requiſita Emptor, eiuſque
ſucceſſores excuſari non poſſunt, qui ex fideicom-
miſſo tenentur reſtituere bona per illum empta, &
eidem fideicommiſſo ſubiecta, vt in puncto reſpon-
dit *Rota in Bonon. Fideicommiſſi de Formaglarijs 4. No-
uembris 1569 coram Oradino apud Gionagnon. conſ. 22.
num. 18. lib. 2.*

Præterea ponderatum fuit, quod cum agatur de
9 fideicommiſſo contemplatione agnationis ordina-
to ad effectum, vt bona remaneant in familia, vt
plenè firmatur in *Deciſionibus editis coram R. P. D.
meo Meltio 19. Febr. 1646. §. Coniectura vſque in fin.
& 15. Ianuarij 1648. §. 1. enim cum ſeqq.* quamuis
ceſſaret prædicta ſcientia, & ſic alienatio facta
eſſet ab ignorante ignoranti, nihilominus non pro-
hiberentur fideicommiſſarij directo agere contra
poſſidentem pro recuperatione bonorum, vt decla-
rando ſupradictum Textum probant *Alciat in eadem
l. fin. num. 7. ff. de legat. 2. Bolognett. in l. fil. familias
§. Diui 81. ff eod. Rand. conſil. 24. num. 137. lib. 2. vu-
lat. per Fuſar. de ſubſtit. qu. 556. num. 25.*

Nec ſubſiſtit, quod Immiſſio dd. fratribus con-
ceſſa, videtur incerta ratione loci, & quotæ; Quia
10 licèt expreſſa quantitas in ſententia deſignata non
fuerit in vna potiùs, quam in altera parte portio-
nis Caſalis, de quo agitur, tamen incertitudo ceſ-
ſat, dùm immiſſio conceſſa fuit pro indiuiſo, atque
ideo tàm ingenere, quàm in ſpecie ſingulorum ru-
11 brorum illa eſt certa ratione loci, & quotæ prout
dicitur de legitima, quæ tamquam debita ex ſingu-
lis corporibus pro indiuiſo ſemper eſt certa, & ſic
non impedit Immiſſionem fideicommiſſario, *Rot.
deciſ. 778. ſub num. 7. verſic. legitimè verò par. 2. rec.
cum alijs plenè alleg. in Romana Fideicommiſſi de Zuc-
caris 4. Febr. 1650. coram Reuerendiſſimo D. meo De-
cano §. final.*

Repetita demùm prætenſio, quod dd. mulieri-
bus ſiue D. Horatio tertio poſſeſſori competant
aliæ detractiones vltra expreſſas in ſententia; Ite-
rum viſa fuit non releuare quia præter quod ſingu-
læ tolluntur ex rationibus adductis ab Informanti-
bus plenè comprobatis in præcedentibus deciſioni-
bus vnica reſponſione omnes abſolutè excluduntur
12 cum enim controuerti non poſſit, quod ſaltem in
certæ, & illiquidæ reddantur ex alienationibus fa-
ctis per ſucceſſiuè grauatos tàm de ſtabilibus, quã
de mobilibus, & ſe mouentibus, de quibus nulla ſuf-
ficiens ratio ex hactenus deductis reddita fuit ſunt
prorſus inefficaces ad effectum impediendi præfa-
tam immiſſionem, vt reſponſum fuit in alia *deciſ.
edita coram R. P. D. meo Meltio 2. Iunij 1650. DD.
alij auctoritate, & in deciſ. coram me §. Cætera verò.*

Nec ſubſiſtit quod dotes Philippæ Deliæ, & Si-
giſmundæ Vxoris, & reſpectiuè filiarum Cæſaris
primi hæredis grauati per immaginariam ſolutio-
nem ſatisfactæ videantur in Corporibus Caſalis
aliorumque bonorum fideicommiſſariorum; Ideo-
que in ſententia demandari non potuerit, quod re-
ſtituerentur in pecunia.

Quia cum de tempore mortis Valeriani fideicõ-
mittentis, & aditionis eius hæreditatis factæ per
Cæſarem, & Critium. eius filios, & Cæſar non eſſet
Creditor ex præfatis cauſis in ſententia expreſſis,
ſed longè poſtea eius filij effecti fuerint illorum
Creditores non applicatur allegata immaginaria
13 ſolutio, quæ ſolum admittitur pro creditis in qui-
bus hæres reperitur Creditor Teſtatoris ante adi-
tionem, non autem pro creditis acquiſitis poſt
aditam hæreditatem, vt optimè reſpondit *Rot. co-
ram Card. Caualer. deciſ. 367. num. 1: 2. & per tot.*
comprobata in *Interamnen. Vſusfructus 19. Iunij
1649 coram me § quia præter quod circa med.* ſed ne-
ceſſa-

Digitized by Google

14 ceſſarium erat quod illi propria Iudicis auctoritate, & citatis alijs fideicommiſſarijs ſucceſſiuè vocatis, bona fideicommiſſi, cæteris deficientibus ſibi ipſis aſſignari peterent, & obtinerent, alias autem adueniente caſu fideicommiſſi licitum eſt præfatis fideicommiſſarijs debitas quantitates in pecunia exſoluere, & bona vindicare, vt in terminis dixit *Rota in Bonon. Fideicommiſſi de Sancto Petro 29. Aprilis, & 27. Nouembris 1587. coram Card. Blanchetto* penes *Giouagn. conſil. 73. num. 68. cum quatuor ſeqq. lib. 1.*

Cœterum partes acriter hinc indè altercarunt ſuper quantitate totius Caſalis Polidori, de quo agitur, & ſic ſuper quantitate intrante ſub medietate ſextæ partis, quæ eſt 12. pars totius Caſalis (ſuper qua DD. Octauio, & Fratribus dicta immiſsio conceſſa fuit. Informantes enim pro reis conuentis aſſerebant d. Caſale non excedere quantitatem rubrorum 450. iuxta menſuram vltimo loco factam à Peperello Agrimenſore, ſed informantes pro Actoribus conſtanter affirmabant illud eſſe rubrorum 900. circiter, & hoc potiſsimè deducebant ex ipſo met Inſtrumento venditionis factæ dicta die 19. Iulij 1588. prædictæ bon: mem: Camillæ Perettæ, quia licet ibi diſtincta non fuerint rubra, nec expreſſa quantitas valoris cuiuslibet rubri, ſed vnico pretio integrum Caſale venditum fuit pro ſcut. 80. mil. nihilominus quia inter venditores ad fuit etiam Fauſtina Muta Condomina pro indiuiſo rubrorum 48. cui pro huiuſmodi rubris 45. per ſoluta fuerunt ſcut. 4201. 40. & exindè clarè conuincitur, quod venditio facta fuerit ad rationem ſcutorum 88. bai. 80. pro quolibet rubro, & ſic calculando integrum pretium totius Caſalis ad iſtam rationem ſcut. 88. 80. pro quolibet rubro oculariter patet d. Caſale eſſe rubrorum 900. circiter, vt ex calculo ad partes dato.

Verùm hoc etiam admiſſo medietas ſextæ partis ſeù 12. pars totius Caſalis in prædicta immiſſione comprehenſa non excedit rubra 75. nam 12. partes rubrorum 275. pro quolibet conſtituunt dictam quantitatem rubrorum 900. quod inſuper iuſtificari videtur ex ſerie facti per eoſdem de Mutis allegata, Cum enim antiqui poſſeſſores iſtius Caſalis fuerint Carolus, & Io: Franciſcus fratres, ad quos propterea ſpectabant rubra 450. pro quolibet; Io: Franciſcus verò habuerit tres filios nempè Valerianum Sen. Iacobum, & Nicolaum, tertia pars vnius cuiuſque iſtorum æqualiter illi ſuccedentium erat rubrorum 150. & conſequenter cum dictus Valerianus reliquerit duos filios nempè Cæſarem, & Britium, pars iſtorum non excedit rubra 75. pro quolibet. Ideòque dum hodie non petitur, niſi pars Cæſaris vtique Controuerti non poteſt eam tanquã duodecimam eſſe dictorum rubrorum 75. à quibus detractis rubris 30. aſsignatis pro dotibus duarum filiarum Cæſaris nempè Lucretiæ, & Liuiæ dicta 12. pars remanet in rubris 45. quorum dimidia ſpectans ad Alexandrum alterum ex filijs præfatis Cæſaris, & in ſententia comprehenſa non excedit rubra 22. cum dimidio, vel circiter. Super quibus
15 propterea licet ſint modicæ quantitatis concedi
16 debet immiſsio, dum non agitur de Prædijs Vrbanis commodam diuiſionem non patientibus, ſed de prædijs ruſticis, quæ commodè regulariter diuidi ſolent, vt admiſit *Rota in Spoletana Fideicommiſſi 12. Iunij 1635. coram bon: mem: Merlino ſub §. non obſtat quod potuerit*, & firmauit in *d. Romana de Zuccaris Coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. vndè infertur.*

Et licet ex parte eorumdem Octauij, & fratrum ſubdatur, quod ad Valerianum non ſolum ſpectaret dicta integra ſexta pars aliorum rubrorum 150 illi in Teſtamento relicta per d. Iacobum eius fratrem in totum conſtituentium rubra 300. circiter atque ideò ad d. Cæſarem illius filium, & hæredem pro medietate cum Britio altero filio abſolutè ſpectarent rubra 150. nihilominus hæc prætenſio non eſt præſentis inſpectionis, dum ſententia non concedit Immiſsionem niſi limitatè ſuper 12. partem, quæ ſolum conſtituit dicta rubra 75. Erit enim diſcutienda ad partes in particulari Iudicio, vbi videndum erit an dicta ſexta pars Iacobi relicta fuerit eidem Valeriano ſimpliciter, vel ſub fideicommiſſo, & quatenus fideicommiſſum adſit an comprehendat dictos fratres Actores, vel potius expirauerit per aditionem factam à Cæſare, & hoc poſito an Detractiones ex perſona eiuſdem Cæſaris competentes fieri debeant ſuper iſta portione Iacobi, quam ipſe liberè conſequutus fuerit, vel potius ſuper controuerſa præfato fideicommiſſo Valeriani ſubiecta.

Et ità omnibus Informantibus &c.

LEODIEN. PERSOMATVS DE FLERON.

Luna 4. Decembris 1651.

ARGVMENTVM.

Declaratoria relaxatur contra non parentes executorialibus Rotæ, & contra impedientes exequutionẽ Litterarum Apoſtolicarum, & Mandatorum Rotalium, etiam ſi perſonaliter mandata contra inobedientes executa non fuerint, ſi exequi non potuerint ob non tutum acceſſum, quo caſu ſufficit affixio Copiæ ad Valuas Cathedralis viciniotis, & dimiſſa copia domi, quæ ad hunc effectum æquipollet perſonali Intimationi.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria danda eſt contra non parentes exequutorialibus Rotæ.*

2 *Et contra impedientes executionem litterarum Apoſtolicarum tamquam incurſos in excommunicationem Bullæ in Cena Domini.*

3 *Amplia etiam ſi mandatum non fuerit perſonaliter executum, ſi non erat tutus acceſſus.*

4 *Affixio copiæ mandati Rotalis ad Valuas acceſſui vicinioris Cathedralis, & domi dimiſſa copia ex quo non erat tutus acceſſus æquipollet: perſonali Intimationi ad effectum dandi declaratoriam contra inobedientem huiuſmodi mandato.*

5 *Indulta Leonis X. aliorumque Summorum Pontificum, tribuentium Ius Capitulo Leodien. ſuper fructibus Beneficiorum in eius Iuriſdictione exiſtentium, fuerunt abrogata per ſubſequentem Conſtitutionem San. Me. Pij V. 57. Bullar. tom. 2.*

DECISIO CCCLXXIX.

EXpedito ad fauorem Ioannis Stockhem iuxta deciſionem æditam coram me 19. Maij 1650. mandato demanutenendo in quaſi poſſeſsione Perſonatus controuerſi, & ſub cominatione Cenſurarum legitimè intimato Bartholomæo Rolanti principali colliriganti, Ioanni Faſsin Oliuerio, Ioanni dell' Abbye, & Nicolao q. Lamberti de Bolſce Decimatoribus bonorum, ac fructuum eiuſdem Perſonatus, necnon Paulo Ioanni à Groes Beck Archidiacono Condroſij in Eccleſia Leodien. eoque in actis Notarij Cauſæ reproducto, & ſeruatis ſolitis quatuor terminis ad docendum ſe paruiſſe, cum Bartholomæus, & Decimatores de aliqua paritione non docuerint; Archidiaconus verò Impedire tentauerit effectum, & exequutionem dicti mandati DD.

1 ti DD. exiſtimarunt contra eos dandam eſſe decla-
ratoriam, vt contra non parentes teſtatur *Caſſad.
deciſ. 6. num. 1.. de cauſ. poſſ. & propriet. aliſque re-
latis in Burgen Decimarum 11. Febr. 1650. & in Leo-
dien. Præpoſitura de Hanſinennes 5. Iunij proximè præte-
riti coram me*, & contra impedientes executionem
2 Litterarum Apoſtolicarum, & mandatorum Rota-
lium tanquam incurſos in excommunicationem
Bullæ Cœnæ Domini relatæ inter Conſtitutiones
*San. Mem. Pauli V. Bull. nou. tom. 3. conſtit. 63. ſub
§. 14. dixit Rota coram Buratt. deciſ. 916. ſub num. 1.
verſ. non obſtat quod mandatum & in Marſicen. Iuriſdi-
ctionis 10. May 1649. coram R. P. D. meo Bichio §. vti-
que tamen, & prius in Leodien. Decimarum 3. Iunij
1647. coram me*.

Idque etiam ſi reſpectu Bartholomæi non con-
3 ſtet de perſonali Intimatione, quia cum fieri non
potuerit ob non tutum acceſſum, ex quo ipſe com-
moratur in Oppido Traiecten. Hæreticorum ſuffi-
4 ciens Dominis viſa fuit affixio Copiæ ad Valuas
Eccleſiæ Parochialis dicti perſonatus, & Cathe-
dralis Leodien. vicinioris præuia dimiſsione alte-
rius Copiæ in manibus eius Sororis in ipſius Do-
mo Commorantis, *Summar. Informationis num 2.*
quæ ad hunc effectum æquipollet perſonali Inti-
mationi *Clem. cauſam § quod ſi forſan de elect. Clem. 1.
de Iudic. Card. Seraph. deciſ. 1296. num. 3. Rota de-
ciſ. 48. num 21. par. 8 rec. in puncto allegat. in dicta
Leodien. Præpoſitura de Hanſinnes 6. Martij proximè
præteriti coram me*.

Neque Decimatores, & Archidiaconus excuſari
5 poſſunt prætextu indultorum Leonis X. aliorumq;
Summorum Pontificum, & conſuetudinis illi (vt
aſſeritur) Ius tribuentium ſuper fructibus Benefi-
ciorum in eius Iuriſdictione exiſtentium. Quia
præter quod non iuſtificantur comprehendere
Perſonatum controuerſum; fuerunt omninò abro-
gata per ſubſequentem conſtitutionem *S. M. Pij V.
57. d. Bullar. nou. tom. 2.* vt dictum fuit in *Leodien.
Parocchialis 4. Martij 1613. coram Sanctiſſimo D. N.
ſub §. neque ſubſtineri poteſt*, & deindè relaxando
Declaratoriam in eadem Cauſa *13. Ianuarij 1631.
coram bon: mem: Coccino §. minus etiam*.

Et ità &c.

LEODIEN. CANONICATVS S. MARTINI.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Penſionem ſuper Canonicatu impoſitam perſoluen-
dam eſſe à Capitulo, quando illius fructus propter
abſentiam, obitum, vel aliam cauſam percepit, in
præſenti deciſione conſtanter firmatur; penſio enim
eſt onus fructuum, & ipſis fructibus inhæret, vnde
ab eo perſolui debet, qui fructus percepit, & quid
ſi vigeret conſuetudo in contrarium, an, & quando
attendenda ſit, clarè demonſtratur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula*, ſine præiudicio *Litterarum* Apoſtolica-
rum, *appoſita in prima commiſſione, cenſetur in
alijs ſequentibus repetita*.

2 *Clauſula*, ſine præiudicio litterarum Apoſtolica-
rum, *operatur, vt vlterior illarum executio retar-
dari non poſſit*.

3 *Conſuetudo non afficit, niſi iuſtificetur legitimè præ-
ſcripta*.

4 *Conſuetudo debet probari in ſpecie caſus, de quo
agitur*.

5 *Penſionem illi tenentur perſoluere, qui fructus perci-
piunt*.

6 *Penſionem, ſuper Canonicatu impoſitam, tenetur per-
ſoluere Capitulum, quando illius fructus propter ab-
ſentiam, obitum &c. perceperit*.

7 *Penſio eſt onus fructuum, & ipſis fructibus inhæret*.

8 *Impedimentum excuſat, quando prouenit ex facto
Aduerſarij*.

9 *Executio litterarum Apoſtolicarum per ſignaturam
ſpecialiter reſeruata, non poteſt deindè retardari*.

DECISIO CCCLXXX.

Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Martini Leo-
dien Diœceſis ad impediendam vlteriorem exe-
cutionem litterarum Apoſtolicarum, quas Lamber-
tus Theodoricus obtinuerat de Canonicatu, & præ-
benda, de quibus agitur vti vacantibus per reſigna-
tionem factam à Iacobo Dauuia in manibus San-
ctiſſimi reſeruata penſione ſcutorum ſexaginta auri
ſolis, tres exceptiones in præſenti diſputatione præ-
cipuè opponebat quod Lambertus recuſauerit præ-
ſtare Iuramentum de obſeruandis ſtatutis, & con-
ſuetudinibus huius Eccleſiæ, vt præſtare tenebatur
iuxta formam earundem litterarum ad eius fauo-
rem emanatarum, quod præſtare cautionem de re-
leuando indemnem fabricam dictæ Eccleſiæ, ip-
ſumque Capitulum, & Canonicos à ſolutione dictæ
penſionis iuxta prætenſam conſuetudinem, vt aſſe-
rebatur perpetuò obſeruatam; & demum quod per
annum continuum ſuam primam reſidentiam per
agere neglexerit in domo Clauſtrali eiuſdem Eccle-
ſiæ, prout mandat ſtatutum Capitulare. Quare
propoſito à me dubio an vlteriori executioni litte-
rarum Apoſtolicarum obſtent prædictæ exceptiones
Domini negatiuè reſponderunt, quia cum executor
in ijſdem litteris deputatus reiectis huiuſmodi ex-
ceptionibus eas vti in omnibus iuſtificatas exe-
quendas eſſe pronunciauerit, & ſignatura Iuſtitiæ
cauſam appellationis alteri commiſerit cum clauſu-
1 la ſine præiudicio executionis litterarum Apoſtoli-
carum, quæ in ſubſequenti commiſſione Rotali re-
petita cenſetur *Card. Caual. dec. 11. num. 4. & alijs
relatis Rota in Pacen. Canonicatus 18. Martij 1611. co-
ram Penia apud Marcheſ. de comm. par. 2. fol. 427. nu.
2. & 3. & per Mareſcott. var. reſol. cap. 127. num. 3.
& 4. lib. 2.* Non poteſt vtique contra reſcripti for-
mam vlterior illarum executio impediri vſque ad
2 completam illius conſumationem per ea, quæ dixit
*Rota coram Card. Seraph. dec. 1484. num. 2. & 3. coram
Penia dec. 80. num. 8. coram bo. me. Coccino dec. 144.
num. 7. ac conferunt adducta In Romana Palatij 4. Maij
1648. coram me §. penultimo*.

Eoque magis cum huiuſmodi exceptiones viſæ
fuerint irreleuantes: Prima ſiquidem de omiſſo iu-
ramento obſeruandi ſtatuta, & conſuetudines re-
monetur ex facto, quia iuſtificatum fuit ex propria
Confeſſione ipſiuſmet Capituli, & Canonicorum
illud à Lamberto actualiter præſtitum fuiſſe, vt in
eius *Summario reſponſionis num.* 3. quod verò ipſe
omiſerit iurare præbendam non eſſe grauatam ali-
qua penſione tollitur ob diſpenſationem Apoſtoli-
cam deſuper impetratam.

Secunda ob non præſtitam cautionem releuandi
indemnem expoſcit altiorem indaginem, tùm quia
allegata conſuetudo non iuſtificatur legitimè præ-
3 ſcripta iuxtà diſpoſitionem *cap. fin. vbi gloſ. verb.
legitimè de conſuetud.* neque probatur in ſpecie caſus
4 de quo agitur, ſcilicet contra prouiſos, & Penſio-
narios Apoſtolica auctoritate ſuffultos, vt neceſſa-
rium eſſet *per text. in cap. fin. eod. tit. in 6.* Tum etiam
quia non ſatis liquet an probata releuaret, vel quia
in præfatis litteris Apoſtolicis ſubſtantialiter abro-
gata fuerit, vel quia, vt prætenditur repugnat Iu-
ris communis diſpoſitioni, qua attenta illi tenen-
tur

Digitized by Google

5 tur penſionem ſoluere, qui fructus percipiunt *Dec.*
conſ. 155. num. 1. Gig. de penſion. quæſt. 39. num. 6.
& 7. Inter tract. magn. tom. 15. par. 1. fol. mihi 344.
optimè Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 5. §. 5. num. 44. vbi
6 quod quando Capitulum propter abſentiam, obitum, vel aliam cauſam recipit fructus, aut diſtributiones ſuper quibus Apoſtolica auctoritate penſio impoſita fuerat, illam ſoluere tenetur, idemque firmat *Garz. de benef. part. 1. cap. 5. num. 215. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 39. num. 31. & ſeqq. Barboſ. in praxi exigen. penſion. lib. 1. vot. 5. num. 13.* reddens rationem quia ſcilicet penſio eſt onus fructuũ,
7 & ipſis fructibus inhæret, *Rota coram Creſcent. dec. 3. num. 2. cum ſeqq. de ſolut. in Romana penſionis 4. Iunij 1593. coram Luta per Garz. vbi ſupradicto cap. 5. num. 214. coram Card. Mantic. dec. 339. num. 3. coram Card. Mellin. dec. 443. ſub num. 2. cum ſeqq. repetit. in rec. dec. 133. par. 2. & dec. 407. num. 2. pariter cum ſeqq. par. 3.*

Tertio denique ob non electam reſidentiam in domo Canonicali eliditur pariter ex actu electionis domus litæ intra Clauſtrum dictæ Eccleſiæ factę per Lambertum, & Capitulo notificatæ *Summ. illius nu. 2.* Quæ quidem electio eo magis illi ſuffragari debet, quia cum Capitulum recuſauerit ipſum ad primam reſidentiam admittere, & ſic domum Canonicalem aſſignare, in illa vtique eligi non poterat,
8 ideoque impedimentum à Capitulo præſtitum ipſi nocere non debet *l. ſi cum ipſe vbi Bart. ff. de excuſat. Tutor. & Curat. Rota coram ſan. me. Greg. deciſ. 341. num. 2. coram Penia deciſ. 323. num. 4. coram Buratt. dec. 896. num. 3. & in Meleuitana Antianitatis 1. Iulij 1643. coram R. p. d. meo Veroſpio §. 1. cum ſeqq.*

Tandem ſufficit quod his omnibus reiectis fuerit
9 decreta executio litterarum, ac per ſignaturam ſpecialiter præſeruata, vt in hoc Iudicio retardari non poſſit, vt fuit dictum in *Engubina penſionis, coram Patriarca Manzanedo poſt Modern. Peruſ. de manut. dec. 309. num. 3. cum ſeq. Mareſc. var. reſol. cap. 86. num. 3. & 4. lib. 1.*

Et ita vtraque &c.

ALBINGANEN. CANONICATVS.

Lunæ 15. Ianuarij 1652.

ARGVMENTVM.

Prouiſo ab Ordinario in concurſu prouiſi Apoſtolici conceditur mandatum de manutenendo, quatenus eius anteriorem poſſeſſionem probauerit, & ex quibus ad hunc effectum ſatis probata dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio probanti anteriorem poſſeſſionem conceditur.*
2 *Poſſeſſio licet Inſtrumentalis, alio tunc temporis non poſſidente eſt manutenibilis.*
3 *Maximè ſi ſit ſuffulta aliquo titulo.*
4 *Ordinarius regulariter habet pro ſe præſumptionem in collatione Beneficij à ſe facta, tamquam benè informatus de qualitatibus Beneficiorum ſuæ Diæceſis.*
5 *Exceptio reſpiciens petitorium in iudicio ordinario diſcuti debet, neque interim denegatur manutentio poſſeſſori prouiſo ab Ordinario.*

DECISIO CCCLXXXI.

De Canonicatu, & præbenda Collegiatæ Eccleſiæ Beatæ Mariæ Virginis loci Trioræ Albinganen. Diœceſis vacantibus per obitum P. Pauli Faraldi prouiſus fuit ab Ordinario Albinganen. 27. Iunij 1650. Lucas Caſtaldus ſubſequuta actuali poſſeſſione ſub die 8. Iulij ſequentis eius *Summ. num. 1. & 2.* verum quia Ioſeph Maria Raibandus, a Sede Apoſtolica eumdem Canonicatum, & præbendam certo modo impetrauit. Ideò introducta cauſa coram me per contradictas dubitaui cui eſſet dandum mandatum de manutenendo, & Domini ad fauorem Caſtaldi informantis reſponderunt, quia pro-
1 bat ſuam anteriorem poſſeſſionem ex inſtrumento publico adeptionis relato in eius *Summ. d. num. 2.*
2 quæ licet inſtrumentalis alio tunc temporis non poſſidente eſt manutenibilis vulgat *l. prædia ff. de ac-*
3 *quir. poſſ.* Eoque magis cum ſit ſuffulta titulo dictæ prouiſionis habitæ ab Ordinario, ex additis *in Brundusina bonorum 23. Ianuarij 1649. coram R. p. d. meo Meltio in Regien. Parocchialis 5. Martij eiuſdem anni coram R. p. d. meo Ottobono, & in Leodien. Perſonatus de Fleron. 16. Maij 1650. coram me.*

Non obſtat quod Canonicatus, & præbenda, de quibus agitur Præſbiteratus, ſeu alium Sacrum ordinem habeant annexum, cuius Lucas redditur incapax ob defectum legitimæ ætatis.

Quia huiuſmodi exceptio hactenus legitime iuſtificata non fuit, imò repugnat dictæ prouiſioni in eius perſonam factæ ab Ordinario, pro quo regula-
4 riter viget præſumptio, tanquam benè informato de qualitatibus beneficiorum, ſuæ Diœceſis ex notatis in *cap. præſentia de renuncias. Felin. in cap. cum ad aures num. 14 de reſcript. Card. Zabarell. conſ. 132. num. 5. Card. Seraph. dec. 1026. num. 3. verſ. & ceſſat difficultas ſan. me. Greg. dec. 11. num. 3. & dec. 482. num. 6.* Ideoque tanquam reſpiciens petitorium in
5 Iudicio ordinario diſcuti debet, & interim manutentionem prouiſi ab Ordinario, ac poſſeſſoris impedire non poteſt, vt in ſpecie reſpondendo huic obiecto dixit *Rota in Imolen. Præceptoriæ 30. Martij 1607. coram bo. me. Manzanedo apud Modern. Peruſ. de manutent. dec. 10. num. 5. & 6.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CAMBII.

Veneris 10. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Obligans ſe ad ſoluendum alicui, quotieſcumque per Iudicem fuerit aliquid declaratum poſtquam emanauit ſententia, & tranſiuit in Iudicatum, conditio dicitur impleta, & ipſe remanet ſtatim, & purè obligatus, etiam ſi in dicta ſententia citatus non fuerit, & quare? Acta Iudicij Criminalis non ſunt tranſportanda in Ciuili, & vbi Iudex Ciuilis declarat inſtrumentum validum, & exequendum, ſublata remanet omnis prætenſio Criminalitatis, & vſuræ, diciturque paritum rei Iudicatæ in Iudicio Criminali per ſententiam latam in Iudicio Ciuili.

SVMMARIVM.

1 *Verbum*, quotieſcumque, *conditionem præſefert.*
2 *Sententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam pro veritate habetur.*
3 *Sententia quæ fuit approbata per tranſactionem inter partes initam habetur pro veritate.*
4 *Promiſſio facta ſub conditione, ſi aliquid conſtiterit, ſi per Iudicem fuerit declaratum, conditio dicitur purificata, & ſtipulatio commiſſa.*
5 *Obligatio conditionalis purificata, ſeu impleta conditione habetur pro pura, atque illius vigore agi poteſt.*
6 *Obligatio Cameralis habet executionem paratam, & eius vigore poteſt exequutiuè procedi.*
7 *Conditionis implementum, non requirit præſentiam, & & ſcientiam contrahentium.*
8 *Citato eo in ſententia de cuius intereſſe principaliter agitur, non eſt neceſſe alios citare, qui habent ſecundarium præiudicium.*

9 *Sententia lata cum legitimo contradictore ad quem defenſio cauſæ principaliter ſpectabat, nocet etiam non citatis, qui in conſequentiam lædi poſſunt.*

10 *Idque ſinè difficultate ſi ſententia iuſtificetur ex actis, & ex qua realiter conſtet de veritate.*

11 *Acta Iudicij Criminalis non ſunt transportanda in Iudicio Ciuili, cum ſint facta in diuerſa cauſa, & inter diuerſas perſonas, & ad alium effectum.*

12 *Iudex cui fuit dumtaxat cauſa Ciuilis commiſſa, ad eum non pertinet reuocatio ſententiæ latæ in Criminali.*

13 *Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, & præuia tranſactiane fuit à partibus approbata, habetur pro veritate, donec per tres conformes fuerit reuocata.*

14 *Iudex Ciuilis, quando declarat instrumentum validum, & exequendum, ſublata remanet omnis ſuſpicio vſuræ, & Criminalitatis.*

15 *Sententia lata in Iudicio Ciuili, parit executionem rei iudicatæ in cauſa Criminali.*

16 *Clauſula*, ſine præiudicio rei iudicatæ *appoſita in commiſſiane præſeruat viam exequutiuam, & rem iudicatam.*

17 *Commiſſio vltima, ſignata cum clauſula* ſine præiudicio rei iudicatæ, *præcedentem ſimplicem commiſſionem circumducit.*

18 *Res iudicata redditur, ſi poſt commiſſionem, nihil amplius fuit geſtum in cauſa, nec prorogata fatalia, & ideò ſuum operatur effectum.*

19 *Executio obligationis Cameralis, retardari non poteſt per exceptionem diſcuſſionis anterioritatis, & poſterioritatis creditorum requirentem altiorem indaginem.*

20 *Cambiorum realitas probatur ex litteris itus, & reditus Nundinarum.*

DECISIO CCCLXXXII.

DEcretum Rotale quo declaratur eſſe exequendum mandatum ab A. C. relaxatum contra Hippolitum Coccapanum Domini confirmarunt. Quamuis enim Coccapanus promiſiſſet reſtituere ſcuta 2096. de quibus agitur quotieſcumq; Ioannes Mancinus fuiſſet declaratus verus, & legitimus Creditor Cambij ab eo contracti cum Marchione Palla-
1 uicino, quæ verba conditionem præſeferunt, iuxta *theor. Bart. in l. 1. num. 15. & 22. ff. de condit. & demonſtr.* Attamen huiuſmodi conditio purificata remanſit ob ſententiam rotalem latam à R.P.D. meo Peutingerio canonizantem d. creditum pro vero,
2 reali, & legitimo, quæ cum tranſierit in iudicatum pro veritate habetur *l. res iudicata ff. de reg. Iur. l. ingenuum ff. de ſtat. homin. Buratt. dec. 26. num. 8. præ-*
3 *ſertim* cum fuerit approbata per tranſactionem initam intèr Mancinum, & Marchionem debitorem, qui recognoſcens debitum ſoluit ad illius computum ſcut. 1900. vt in terminis *Rota in recent. dec. 415. num. 19. & 20. par. 5. & coram bo. me. Merlino dec. 2. nu. 10.* quod exuberat, vt dicta conditio dicatur
4 purificata, & ſtipulatio commiſſa iuxta originalem doctrinam *Iacob. de Aren. in l. qui Romæ §. Augerius ff. de verb. oblig. quem ibid. ſequunt. Aretin. num. 16. Angel. num. 2. verſ. in text. Imol. num. 15. ante fin. Alex. num 3. Iaſ. num. 2. & communiter omnes Pariſ. conſ. 121. num. 10. lib. 4. Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 1. num. 45. Surd. dec. 218. num. 8. verſ. quinimò voluerunt.*

Quare iure merito fuit decreta executio dicti
5 mandati quia obligatio conditionalis purificata, ſeù impleta conditione habetur pro pura *l. final. §. 1. & ibi ſcribentes ff. de vulgar. Pariſ. conſ. 48. num. 12. lib. 1 Surd. conſ. 179. nu. 11.* Atque illius vigore agi poteſt *l. cedere diem 213. ff. de verb. ſignif. l. quoties la prima in ord. 59. ff. de verb. oblig. Caputaq. dec. 172. num. 1. & 2. par. 2. Rot. in rec. dec. 109. nu. 1. par. 7. & penes Mabedan. de oblig. Camer. dec. 160. nu. 2. &* quidem exequutiuè ſtante obligatione Camerali,
6 quæ habet exequutionem paratam idem *Modern. qu. 2. num. 5. vbi cumulat plures Rotæ dec.*

Nec reſiſtunt replicata contra ſententiam latam à R. P. D. meo Peutingerio, & ſignanter quod Coccapanus in ea non fuit citatus quia vltra quod hodie non agitur de exequutione dictæ ſententiæ, ſed illa ſolum deducitur ad oſtendendum purifica-
7 tionem conditionis appoſitæ in obligatione Coccapani, cuius implementum non requirit præſentiam, nec ſcientiam contrahentium *Bart. in l. ſi quis 43. nu. 7. verſ. præterea ff. de verb. oblig.* Placuit reſponſio alias data quod citatio Coccapani in illo Iudicio non erat neceſſaria, cum non ageretur principaliter de eius intereſſe, ſed Marchionis, quem ideò ſatis eſt fuiſſe citatum quamuis ſententia Coccapanio noceret in conſequentiam, quia huiuſmo-
8 di præiudicium ſecundarium ad iſtum effectum non attenditur iuxta *gloſ. ab omnibus receptam in l. de vnoquoque ver. quos cauſa ibiq; Marſil. in repetit. nu. 116. ff. de re iudic. Iaſ. in l. decem ſt. pulatus num. 38. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 86 nu. 3. lib. 2. Couar. pract. quæſt. cap. 13. nu. 6. verſ. hoc ipſum Caputaq. dec 107. num. 6. cum ſeq. & ſignanter num. 8.* Et eſt regula ge-
9 neralis, quod ſententia lata cum legitimo Contradictore, ad quem defenſio cauſæ principaliter ſpectat, nocet etiam non citatis, qui in conſequentiam lædi poſſunt, quam præter allegatos firmauit *Couar. d. cap. 13. num. 3. verſ. nec oberunt & num. 6. verſ. nam ſententia lata Capic. latr. dec. 137. num. 46. lib. 2. Rota coram bo. me. Coccino dec. 216. num. 4. & in Romana Saluiani 15. Ianuarij 1644. coram R.p.d. meo Veroſpio §. cum enim* Idque ſine difficultate cum iuſtifi-
10 cetur ex actis, ex quibus conſtat de realitate Cambij, & veritate crediti; vt probatur in deciſione edita ſuper eodem credito in Romana *Cambij 23. Ianuarij 1645. coram* R. *p. d. meo Peutingerio Canonizata in ſubſequen. deciſionibus huius cauſa coram bo. me. Arguelles 9. Iunij 1649 & coram R p.d. meo Royas 9. decembris 1650.* & in hoc Iudicio, ac dubio diuerſo iuxta ſtilum ſupponendum.

Quod verò non fuerint tranſportata acta Iudicij criminalis, nec reuocata ſententia in eo iudicio lata, prout eſſe neceſſarium contendebant ſcribentes pro Coccapano, præſertim cum Iudex ſecundæ inſtantiæ Criminalis non reuocauerit ſententiam primi Iudicis in ea parte, quæ Cambium declarat vſurarium, & applicat fiſco; ſed ſolum abſoluerit Ioannem vti habentem dumtaxat nudum nomen,
11 nullius momenti viſum fuit, quia acta Iudicij criminalis non ſunt tranſportanda in Ciuili cum ſint facta in diuerſa cauſa, & inter diuerſas perſonas nempè cum Procuratore fiſcali *Card. Seraph. dec. 377. num. 6. Rota in rec. dec. 204. num. 16. & ſeqq. par. 7.*
12 Reuocatio autem ſententiæ in eo Iudicio latæ non pertinebat ad Rotam, cui cõmiſſa dumtaxat fuerit cognitio cauſæ Ciuilis, multoque minus erat neceſſaria ad effectum de quo agitur, quia Coccapanus non adiecit conditionem, quod deberet expectari exitus Iudicij criminalis, ſed quod Mancinus eſſet declaratus verus, & legitimus creditor, quæ conditio remanſit impleta poſt ſententiam rotalem
13 tranſactam in rem iudicatam, & à partibus approbatam, præuia tranſactione, vt dictum eſt, quæ habetur pro veritate, nec ab ea recedi poteſt donec fuerit per tres conformes reuocata, vt firmat *deciſ. R. p. d. mei Royas in fin.* imò ex dicta ſententia remanſit

Digitized by Google

nianſit penitus eliſa vis, & ſublatus effectus ſenten-
tiæ & Iudicij criminalis, quia quando Iudex Ciui-
14 lis declarat Inſtrumentum validum, & exequen-
dum ſublata remanet omnis prætenſio vſuræ, & cri-
minalitatis, ac ſententia lata in Iudicio Ciuili pa-
15 rit executionem rei iudicatæ in cauſa criminali, vt
in his terminis firmat *Grat. diſcept. 394. num. 23. & 24. & dixit* Rota *coram Card. Mellin. dec. 444. num. 1. & per totam.*

Nec refert, quod a dicta ſententia D. mei Peu-
ting. fuit commiſſa cauſa appellationis, quia præ-
16 ter quod vltima commiſſio ſignata fuit cum clau-
ſula *ſine praeiudicio rei iudicata*, quæ præſeruauit viam
executiuam, & rem iudicatam *Put. dec. 191. nu. 17. lib. 1. in corr. Card. Seraph. dec. 54. num. 6.* ac præce-
17 dentem commiſſionem circumduxit *Rota in nullius, ſeu Sublacen. Attentatorum 1. Iulij 1647. coram R.p.d. meo Biebio, & in Meleuitana Antianitatis 14. Decembris 1648. coram Reuerendiſſimo Decano ſub §. neque*
18 *releuat*, dum nihil amplius in cauſa geſtum fuit,
nec prorogata fatalia clara redditur res iudicata
cap. cum ſit Romana extr. de appell. clem. ſi appell. eod. tit. Auth. ei qui C. de temp. appell. Rota *in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram me §. appellarunt agentes*, quæ ob id ſuum effectum operatur.

Nec ſubſiſtit, quod veritas crediti declarari de-
buerit ab vtroque Iudice tam Ciuili quam crimina-
li, quia, vt apparet ex lectura obligationis nulla
requiſita fuit declaratio Iudicis criminalis, nec illa
verba tanto ciuile quanto criminale ſtante condi-
tionaliter, ſed ſolum demonſtratiuè ad declaran-
dum, de quo cambio partes intelligebant, cum la-
tè probatum fuit in *deciſ. bo. me. Arguelles §. non obſtat exceptio.*

Demum non obſtat quod Coccapanus pulſari non
poſſit pro reſtitutione, ſeu ſolutione dd. ſcut. 2069.
niſi diſcuſſa anterioritate crediti inter ipſum, &
Mancinum, quia cum dictas pecunias receperit in-
neſtitas ſub obligatione Camerali de illas reſtituen-
do in euentum dictæ conditionis, non poteſt retar-
19 dari eius executio per oppoſitam exceptionem di-
ſcuſſionis anterioritatis, & potioritatis creditorum
requirentem altiorem indaginem *Modern. vbi ſupra quaſt. 18. num. 18 Pacif. de Saluian. inſpect. 2. cap. 2. num. 313. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 121. num. 54. Buratt. dec. 404. num. 11.*

Repetita denique circa inualiditatem Cambij,
& defectus actionis Mancini vti habentis ſolum nu-
dum nomen latè tolluntur in dd. præcedentibus de-
ciſionibus, & ſignanter coram *R. p. d. meo Peuting.*
20 in quibus comprobatur realitas Cambiorum ex lit-
teris itus, & redditus nundinarum, & ius Manci-
ni ſtante ceſſione reportata ab hæredibus Horatij
originalis creditoris.

Et ita vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 11. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Via executiua non dicitur vulnerata ex ſententia, quæ non tangit ſubſtantiam obligationis Cameralis, ſed dumtaxat illius executionem. Donatio facta à conſanguineis quæ non emanauit contemplatione certi, & determinati matrimonij, ſed in genere, remanet pura, & matrimonium dicitur cauſa impulſiua illius, & quando matrimonium dicatur finalis cauſa donationis, & quid in vtroque caſu operetur? Filij in conditione poſiti non cenſentur in donatione vocati, ſi fauore donatarij fuerit appoſita clauſula *ad habendum*, in Inſtrumento, & quare? & ratio adiecta donationi, ſi fuit ad certum caſum reſtricta non extenditur ad caſum diuerſum, & dumtaxat illas perſonas comprehendit de quibus in ea fuit facta aliqua mentio.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet paratam executionem.*

2 *Via executiua non dicitur vulnerata per ſententiam, quæ reſpicit dumtaxat modum exequendi, non autem infringit ſubſtantiam obligationis Cameralis.*

3 *Cameralis obligatio non vulneratur per vulnerationem decreti, & mandati executiui, ſed opus eſt, quod obligatio ipſa annulletur.*

4 *Iudex, qui dixit mandatum non eſſe exequendum ſuper bonis fideicommiſſo ſuppoſitis non perimit ſubſtantiam obligationis Cameralis quo ad alia bona libera, nec aufert facultatem executiuè procedendi.*

5 *Clauſula*, quam, & quas, *in commiſſione adiecta, operatur, vt procedi poſſit tamquam in prima.*

6 *Donatio facta à Conſanguineis Patris, quæ non emanauit contemplatione certi, & determinati matrimonij, ſed in genere, dicitur pura, & cauſa matrimonij dicitur tantum impulſiua.*

7 *Donatio facta à conſanguineis Patris cuius cauſa tantum impulſiua fuit matrimonium operatur vt ſuper bonis donatis nullum Ius quaſitum dicatur filijs donatarij.*

8 *Amplia, vt donatarius poſſit de eis ad libitum diſponere.*

9 *Filij in conditione poſiti non cenſentur in donatione vocati, quando fauore donatarij fuit appoſita clauſula ad habendum quæ pugnat cum onere reſtituendi filijs.*

10 *Clauſula* ad habendum *importat liberam alienandi facultatem.*

11 *Filij non cenſentur poſiti in conditione ad inducendam eorum vocationem, ſed ad impediendam dumtaxat reuerſionem, quam donator eo tantum caſu voluit, quo donatarius ſine filijs decederet.*

12 *Ratio adiecta donationi*, vt bona conſeruentur in linea maſculina *ſi eſſet reſtricta ad caſum delicti, non valet extendere fideicommiſſum inter omnes deſcendentes maſculos in caſum mortis.*

13 *Prohibitio ad illas perſonas reſtringitur, de quibus in ea fuit facta mentio, neque extenditur ad non expreſſas.*

DECISIO CCCLXXXIII.

MAndatum rotale eſſe exequendum DD. reſpon-
derunt cum relaxatum fuerit vigore obligatio-
1 nis Cameralis paratam executionem habentis cu-
ius via executiua vulnerata non fuit à ſententia A.
C. declarante extare fideicommiſſum ſuper tribus
ex quinque partibus bonorum, de quibus agitur
vigore donationis olim factæ Io: Baptiſtæ Creſcen-
tio ab alijs eius fratribus de Creſcentijs ſub die 11.
Ianuarij 1601. illudque eſſe apertum ad fauorem D.
Marcelli Creſcentij vti filij maſculi dicti Io: Bapti-
ſtæ, nullumque Ius, nullamque actionem ſuper eis
D. Marcello Gherardo competere; & propterea
præuia repoſitione à quocumque decreto eidem aſ-
ſociationem denegandam; quoniam cum hæc om-
2 nia non infringant ſubſtantiam obligationis, ſed
reſpiciant dumtaxat modum exequendi, vt ſcilicet
mandatum non exequatur ſuper bonis fideicom-
miſſo ſuppoſitis firma in reliquis remanente eius
validitate non fuit vulnerata via executiua cum ad
hunc effectum opus ſit quod tangatur ſubſtantia
obligationis, vt diſtinxit *Rota in Romana Cenſus coram Cantuccio, quæ eſt deciſ. 132. num. 12. verſ. ſi quidem ſi reſeruatio par. 2. diuerſ. & coram Penia dec. 877. num. 5.* vbi quod obligatio Cameralis non vulne-

3 ratur per vulnerationem decreti, & mandati execu-
tiui, ſed opus eſt quod obligatio ipſa annulletur,
*& deciſ. 78. num. 11. apud bo. me. Coccino repetita pe-
nes Zacch. de oblig Camer. deciſ. 95. num. 7. & coram
bo. me. Buratta dec. 329. num. 6. ibique Add. littera A.*

In propoſito autem A. C. non declarauit obliga-
tionem nullam, nec tetigit illius ſubſtantiam, ſed
ſolum dixit mandatum non eſſe exequendum ſuper
bonis fideicommiſſo ſuppoſitis propter exceptio-
nem fideicommiſſi quæ non perimit obligationis
ſubſtantiam quoad alia bona libera, ſed imò cum
illa compatitur. Ideò per huiuſmodi ſententiam
non fuit ſublata facultas procedendi executiuè ex
rationibus adductis in deciſionibus ſupra relatis,
& in *Eſina pecuniaria 26. Iunij 1647. verſ. final. coram
R. p. d. meo Pentingeria & in Meleuitana Cenſus 1. Iu-
lij 1648. §. 1. verſ. quæ non poteſt dici coram Reuerendiſſ.*
5 *D. Terracinen.* Indeque ex clauſula *quam, & quas*
in commiſſione adiecta procedi potuit, vt in prima
*Rota apud Card. Seraphina dec. 1241. num. 2. & deciſ.
731. num. 5. par. 2. & deciſ. 305. num. 4. & 5. cum
ſeqq. par. 5. rec.*

Minuſue dixerunt obſtare iniuſtitiam ex eo quod
bona cenſita proueniant à dicta donatione per dd.
fratres facta ad fauorem dicti Ioannis Baptiſtæ, vt
commodius poſſet nuptias contrahere, & melio-
rem conditionem inuenire. Nam cum huiuſmodi
6 donatio non emanauerit contemplatione certi, &
determinati matrimonij, ſed in genere, donatio
remanet pura, & cauſa matrimonij dicitur tantum
impulſiua iuxta diſtinctionem *Oldrad. conſ. 5. num. 1.
quam latè explicant Mauter. deciſ. Aragon. 10. num. 11.
& ſeqq. Fontanell. de pact nuptial. clauſ. 4. gloſ. 1. num.
16. & 17. Molin de rit. nupt. lib. 3. cap. 12. num. 22.
verſ. an verò Grat. diſcept. for. cap. 984. num. 23. &
24. & tenuit* Rota *coram bo. me. Buratta dec. 861. num.
7. & 9. & dec. 20. num. 15. par. 5. rec.* Et proindè
7 nullum Ius ſuper bonis donatis ex ea quæſitum fuit
Marcello donatarij filio *Dec. conſ. 215. ſub num. 5.
verſ. & illa verba Alciat. conſ. 7. ſub num. 30. circa fin.
lib. 8. Buratt. d. dec. 861. num. 8. & Piſauren. Dona-
tionis 8. Febr. 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Ot-*
8 *tobono verſ. ſed etiam*, quinimò potuit Donatarius
de eis ad libitum diſponere, vt ſequendo *d. conſ. 5.
Oldrad. reſpondit Rota in Romana fideicom. de Incorona-
tis 5. Martij 1640. coram bo. me. Pitonano verſ. Primus
igitur caſus & in deciſ. huius cauſæ ſub die 12. Iunij
1651. coram eodem D. Ottobono verſ. donatio enim.*

Ex eo vero quod in donatione additum fuerit pa-
ctum reuerſiuum caſu quo Ioannes Baptiſta ſine fi-
9 lijs decederet, filij in conditione poſiti non cenſen-
tur vocati, nam cum fauore Donatarij fuerit appo-
10 ſita clauſula ad habendum, importans liberam
alienandi facultatem, pugnat cum onere reſtituen-
di filijs, qui propterea non cenſentur in conditione
11 poſiti ad inducendam eorum vocationem, ſed ad
impediendam dumtaxat reuerſionem, quam Dona-
tores eo tantum caſu voluerunt quo Ioannes Bapti-
ſta ſine prole decederet, vt in terminis ad euitan-
dam contradictionem reſpondit Rota *in Romana præ-
tenſi fideicom. 30. Aprilis & 8. Nouembris 1638. coram
bo. me. Coccino.*

Nec ex eo quod donatio facta fuerit, vt bona
12 conſeruarentur in linea maſculina cenſetur indu-
ctum fideicommiſſum inter omnes deſcendentes
maſculos cum ratio hæc legatur reſtricta ad caſum
delicti, nec proindè valeat extendere fideicommiſ-
ſum in caſum mortis, vt ſæpius reſpondit *Rota, &
ſignanter dec. 8. num. 2. par. 7. rec. in Tiburtina fidei-
com. 16. Martij & 27. Iunij 1640. coram bo. me. Pan-
zirolo in Spoletana fideicom. 11. Aprilis 1641. coram*
R. *p. d. meo Pentingerio verſ. non obſtat ratio, & in Ro-
mana fideicom. 19. Iunij 1651. coram Eminentiſſ. D.
Card. Ottobono verſ. primò cum ſeqq. & in deciſ. huius*
13 *cauſæ verſ. final. coram eodem* quinimò cum præfata
prohibitio delicti reſtricta fuerit ad perſonam dicti
Io. Baptiſtæ abſque vlla mentione eius filiorum ex-
inde elicitur Donatores non intellexiſſe eos com-
præhendere in præfata donatione, ſed illam reſtrin-
xiſſe ad eumdem Io: Baptiſtam ex ponderatis in ſi-
milibus terminis in *Romana fideicom. de Coronis 12.
Iunij 1651. coram me §. quæ clariora &c.*

Et ità vtraque &c.

ROSSANEN. IVRISPATRONATVS.

Lana 11. Martij 1652.

A R G V M E N T V M.

Manutentio datur illi qui eſt in poſſeſſione vel quaſi,
& in eodem iudicio poteſt dari pluribus ad diuer-
ſos effectus, cum alijs de quibus in ſummario.

S V M M A R I V M.

1 *Iuſpatronatus etiam perpetuum conceditur ſi Eccleſia
antiqua in ampliorem, decentioremque, formam
reædificetur, & dotetur pro celebratione miſſarum.*

2 *Epiſcopus habet Iuris aſſiſtentiam; reſpectu Eccleſiæ
exiſtentis intra limites ſuæ Diæceſis eligendi, & de-
putandi Quæſtores, ſeu Miniſtros pro adminiſtrandis
oblationibus, & eleemoſynis, eiſque recipiendis.*

*Manutentio eo facilius conceditur habenti pro ſe iuris
aſſiſtentiam concurrentibus actibus poſſeſſorijs.*

3 *Attentata, ex quo ſapiunt delictum, concludentiſſimè
debent probari, non verò per fidem extraiudicia-
lem.*

*Actus factus per vim in ſpretum inhibitionis Rotalis
dicitur attentatus.*

4 *Vnica præſentatio ſufficit pro acquirenda quaſi poſſeſ-
ſione ad effectum obtinendi manutentionem.*

5 *Cappellanus habens quaſi poſſeſſionem celebrandi ſa-
crum in aliqua Eccleſia debet manuteneri etiam ſi
poſſeſſio ſit ſolum inſtrumentalis alio tunc non poſſi-
dente.*

6 *Prætenſiones quæ altiorem indaginem, & exactiorem
diſcuſſionem requirunt reijcienda ſunt ad iudicium
petitorium.*

D E C I S I O CCCLXXXIV.

Antiqua Eccleſia ſub Inuocatione S. Leonardi po-
ſita prope mare in Territorio Coriolani Roſſa-
nen. Diœceſis annis proximè elapſis occaſione Im-
maginis Sanctiſſimæ Virginis nuncupatæ de Scla-
uonia ibi vt dicitur, diuino monitu repoſitæ diruta
fuit, & ibidem, vt deponunt plures Teſtes relati in
Summ. reſponſionis D. Ducis num. 2. in ampliori, &
decentiori forma, noua Eccleſia reædificata, non
amplius ſub inuocatione, vt priùs Santi Leonardi,
ſed ratione dictæ Sac. Immaginis ſub inuocatione
Beatiſſimæ Virginis de Sclauonia, præuia reſerua-
tione ad fauorem dicti D. Ducis Coriolani, eiuſque
hæredum, & Succeſſorum Iuriſpatronatus eiuſdem
nouæ Eccleſiæ cum facultate præſentandi Cappella-
num ad nutum amouibilem pro ibidem celebrando
ſacro ſingulis Dominicis, alijſque feſtiuis de præ-
cepto ſub onere tamen illam dotandi in annuis du-
catis 30. pro celebratione dd. miſſarum, illamque
conſtruendi, perficiendi, conſeruandi, ac prouí-
dendi, & ornatam tenendi omnibus paramentis, &
ornamentis neceſſarijs ad celebrādum, prout actua-
liter dotata, & reædificata, non tamen adhuc per-
fecta) inperpetuum ſimplex beneficium erecta fuit,
illiuſque Iuſpatronatus, ac præſentandi modo quo
ſupra per hæc verba reſeruatum ibi, Nos igitur &c.

Atten-

,, Attendentes &c, Eccleſiam prædictam tanquam à
,, te fundatam, & dotatam in perpetuum ſimplex beneficium Eccleſiaſticum erigimus, & inſtituimus,
,, ac declaramus eſſe in perpetuum de Iurepatronatus
,, domus, & familiæ tuæ, Cappellanoſque prædictos
,, &c. ad nutum amouibiles, Ius præſentandi, & no-
,, minandi &c. ad te ſuoſque hæredes, & Succeſſores
,, in perpetuum ſpectare, & pertinere, auctoritate no-
,, ſtra decernimus, & mandamus &c. *Summ. eiuſdem D. Ducis num. 1. 2. 3. & 4.* Verum qnia occaſione oblationum, & eleemoſinarum, quæ à Chriſtifidelibus eidem Eccleſiæ plena manu elargiuntur diuerſæ in dies ortæ fuerunt controuerſię inter Reuerendiſſimum D. Archiepiſcopum Roſſanen. d. D. Ducem, & Ioannem Dominicum Capalbum Cappellanum ab eo præſentatum, ideò delata mihi cauſa dubitaui an, & cui eſſet dandum mandatum de manutenendo ac DD. omnibus concedendum eſſe reſponderunt, prout infra.

Domino ſcilicet Archiepiſcopo in quaſi poſſeſſione eligendi, ac deputandi Quæſtores, alioſque miniſtros pro recipiendis, & adminiſtrandis dictis oblationibus, & eleemoſinis, quia non ſolum habet Iuris aſſiſtentiam ſibi attribuentem omnimodam Iuriſdictionem, tàm reſpectu Eccleſiæ intra limites ſuæ Diœceſis exiſtentis, *cap. omnes Baſilicæ 26. quæſt. 7. cap. conquerente de off. ord. cap. cum Venerabilis §. quia igitur de relig. dom. Caputaque deciſ. 306. num. 1. par. 1. & dec. 101. per tot. part. 2. Rota deciſ. 145. ſub num. 6. part. 2. diuerſ. & in rec. dec. 171. num. 2. ac dec. 491. num. 1. part. 1.* Quàm reſpectu eleæmoſinarum, quæ eidem Eccleſiæ, eiuſque imaginibus offeruntur, dum cum eo non concurrit Parochus, ſeu Rector, vt optimè diſtinguendo probat *Abb. in cap. dilectus ſub num. 4. verſ. quoad primum de off. iud. ord.* eademque diſtinctionem pluribus adductis auctoritatibus comprobauit *Rota in Lunen. Sarzanen. oblationum 8. February 1627. coram bon. mem. Merlino in recen. dec. 37. num. 4. par. 5.* Sed etiam docet de eius qnaſi poſſeſſione ex teſtibus deponentibus ſemper d. D. Archiepiſcopum, eiuſque Anteceſſores elegiſſe Deputatos omneſque eleæmoſinas eiſdem Deputatis pro tempore fuiſſe conſignatas eius *Summ. num. 6. circa fin.* concurrentibus enim actibus poſſeſſorijs eo facilius conceditur manutentio habenti pro ſe iuris aſſiſtentiam, vt dixit *Rota d. dec. 491. num. 2. & 3. part. 1. dec. 93. num. 2. part. 4. rec. in Elen. iuriſdictionis 19. Iunij 1647. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano cum cæteris adductis per poſth. de manut. obſeruat 45. num. 1. & 2.*

Non obſtat quod Archiepiſcopus acceſſerit ad Eccleſiam de qua agitur, & requiſiuerit aſſertum Procuratorem dicti Cappellani, vt ſibi traderet claues capſæ, vbi præfatæ eleæmoſinæ aſſeruantur, eoſque illas non tradente capſam per vim aperire fecerit in ſpretum inhibitionis Rotalis *d. Summ. D. Ducis num. 8.* & ſic non ſolum attentauerit, verum etiam ex hac petitione Collitigantium poſſeſſio iuſtificata remaneat. Quia præfata non probantur niſi per atteſtationem extraiudicialem factam ab Eliſeo Capalbo fratre eiuſdem Cappellani, quæ propterea non meretur aliquam fidem, præſertim in hac materia, quæ cum ſapiat delictum concludentiſſimas requirit probationes *Lancell. de attent. par. 3. cap. 26. num. 5. Card. Mant. dec. 62. num. 2. Rota dec. 411. num. 1. pas. 2. rec. & coram bon. mem. Buratto dec. 644. num. 4.*

Domino autem Duci in quaſi poſſeſſione præſentandi Cappellanum ad nutum amouibilem, quia eius poſſeſſio iuſtificata fuit in ipſamet præſentatione Capalbi, effectum ſortita, præuia inſtitutione habita ab ipſomet D. Archiepiſcopo, & apprehenſione poſſeſſionis *d. Summ. num. 5.* vnica enim præſentatio ſufficit pro acquirenda quaſi poſſeſſione manutenibili *Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina num 91. de cauſ. poſſ. & propriet. Rota coram Durano dec. 87. nu. 8. & penes poſth. vbi ſupra dec. 217. num. 27. & 28. ac in Sulmonen. beneficij 10. Martij 16.9. coram bo. me. Arguelles §. reſpectum verò circa fin.*

Cappellano deniq; in quaſi poſſeſſione celebrandi Sacrum in d. Eccleſia, & percipiendi annuos ducatos 30. pro eius ſtipendio aſſignatos, nam de ea conſtat ex publico inſtrumento appræhenſionis, *d. Summ. d. num. 5.* quæ licet inſtrumentalis alio tunc temporis non poſſidente eſt manutenibilis *vulgat. l. prædia ff de acquir. poſſ.*

Cœterum ea, quæ deducebantur tam pro parte D. Archiepiſcopi ſuper nullitate reſeruationis dicti Iuriſpatronatus, & pręſertim, ex quo Eccleſia reedificata fuerit ex eleæmoſinis, quam pro parte collitigantium ſuper illius validitate, ac facultate percipiendi, & diſtribuendi dictas oblationes omniaque alia hinc inde præſentata, & longa ſerie deducta Dominis viſa fuerunt non eſſe diſcutienda in hoc ſummarijſſimo manutentionis, ſed reijcienda ad iudicium petitorium vti altiorem indaginem, & exactiorem diſcuſſionem requirentia *Rota ſemper conſueuit, & ſignanter in Cathacen. contractus 21. Maij 1651. coram R. p. d. meo Celſo §. final.*

Et ità vtraque &c.

LEODIEN. PRÆPOSITVRÆ DE MANSINNES.

Veneris 15. Martij 1652.

A R G V M E N T V M.

Aggrauatoria conceditur contra non parentem executorialibus Rotæ ſi poſt ſeruatos terminos, & poſt relaxationem declaratoriæ continuat in eius pertinacia, & inobedientia.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna creſcere debet, creſcente contumacia, & proteruia parere debentis, mandatis Rotalibus, ſeu verius Apoſtolicis.*

2 *Aggrauatoria conceditur contra eum qui debitam paritionem non oſtendit poſt intimatas perſonaliter ſibi litteras declaratoria Rotalis, & poſt ſeruatos quatuor terminos cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum.*

D E C I S I O CCCLXXXV.

QVia creſcente contumacia, & proteruia parere debentis creſcere debet, & pœna ad hoc, vt
1 tandem reſipiſcat, & pareat mandatis rotalibus, ſeù verius Apoſtolicis *cap. veritatis de dol. & contumac. & cap. quoniam frequenter §. fin. ibiq; gloſ. verb. ad alteram, vt lit. non conteſtatorum*, ideò propoſito dubio, an eſſet danda aggrauatoria contra Iacobum Theodorum Briens, Domini affirmatiuè reſoluerunt quia poſt ſibi perſonaliter intimatas litte-
2 ras declaratoriæ rotalis, ſeruatiſque ſolitis quatuor terminis, cum interuallo decem dierum inter vnum & alterum, iuxta praxim relatam à *Veſtr. lib. 8. cap. vlt. num. 19.* in antiqua, & indurata contumacia perſeuerat, nec debitam paritionem oſtendit, vt reſpondit *Rota in Ariminen. legatorum 17. Martij 1637. coram Manzaneda in recen. deciſ. 732. nu. 1. & per tot. part. 8. in Interamnen., & Melfiten. bonorum 1. Iulij 1648. coram Emin. D. Corrada in Calonien. Vicariæ 3. Decembr. 1649. coram Emin. Ottob. & prius in Cæſaraug. diſtributionum, ſeu attentat. 13. Nouembr. 1647. cor. me.*

Et ità per contradictas &c.

RO-

ROMANA, SEV NEPESINA RESTITVTIONIS in integrum.

Lunæ 18. Martij 1652.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum aduerſus confectionem inuentarij non factam in tempore, ſi adſit iuſta, & legitima cauſa, excludatur dolus, & conſtet de læſione, etiam maiori conceditur, & qualiter de his omnibus ad hunc effectum ſufficienter apparere dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectionem inuentarij in tempore competit etiam maiori, ſi adſit cauſa legitima, excludatur dolus, & conſtet de læſione.*

2 *Reſtitutionis prebent cauſam legitimam aduerſus non confectionem inuentarij qualitates ſexus, ſenectutis, paupertatis, abſentiæ, & probabilis credulitatis, quod illud fuiſſet factum in tempore.*

3 *Dolus in ommiſſione inuentarij excluditur, ſi agatur de hæreditate mulieris.*

4 *Mulier vltra dotem nihil aliud habere præſumitur donec contrarium probetur.*

5 *Hæreditas Mulieris, etiam ſine inuentario, firmari & dignoſci poteſt ex inſtrumento dotali.*

6 *Ex ommiſſione inuentarij non præſumitur occultatio, & ſubtractio bonorum hæreditariorum ſi hæres bona deſcribenda non poſſidebat.*

7 *Inuentarij ommiſſio fraudolenter facta non præſumitur, quando aliundè apparet de bonis deſcribendis, ita quod occultari non poſſint.*

8 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectum inuentarium ſtante læſione numquam denegatur.*

9 *Et eo certiùs ſi petens reſtitutionem non agat de lucro captando, ſed de damno euitando.*

DECISIO CCCLXXXVI.

FVit reſolutum Claudiæ competere reſtitutionem in integrum aduerſus confectionem inuentarij bonorum hæreditariorumque Siluiæ Matris non fa-
1 ctam in tempore, quia non deficit iuſta, & legitima cauſa, excluditur dolus, & conſtat de læſione, ex quibus propterea etiam maiori reſtitutio denegari non ſolet §. *extraneis autem inſtit. de hæred. qualit. & differen. Alex. in l. Iuris ignorantiam ſub num. 6. C. qui admitt. ad bon. poſſ. Maurit. Bolan. de reſt. in integr. cap. 130. ſub num. 6. verſ. ſed qui inter tract. magn. 10. 5. fol. mihi 147. Odd. de reſt. in integr. par. 2. quæſt. 89. art. 7. num. 53. cum ſeqq. Aufrer. in addit. ad Cappell. Toloſ. dec. 55. num. 7. Franc. dec. 291. num. 3. par. 1. cum alijs plenè relat. per Grat. diſcept. for. cap. 656. nu. 7. & cap. 797. num. 19. ac in puncto reſpondit Rota in Anconitana reſtitutionis in integr. 5. Iulij 1638. §. nec obſtat, quod maioribus coram bo. me. Buccabella confirmata coram me 24. Ianuarij 1642. & in Romana, ſeu Florentina reſtitutionis in integr. 10. Maij 1641. coram Card. Panzirolo §. licet enim regulariter relata per Add. ad dec. 460. nu. 225. par. 8. recent.*

Iuſta ſiquidem, & legitima cauſa reſultat non ſolum, ex quo Actrix eſt fœmina ſexaginaria, & pauperrima vt firmatum fuit inter ipſam, ac Georgium, & alios de Roſcis ad effectum illi ſubminiſtrandi alimenta in *Interamnen. prætenſi fideicommiſſi 2. Decembris 1643. coram R. p. d. meo Meltio*, ſed etiam ex quo per plures annos fuit abſens à Ciuitate Interamnæ, vbi extant prædicta bona hæreditaria, & probabiliter credere potuit inuentarium fuiſſe confectum à dicto Georgio eius Conſanguineo, & Notario publico, qui rogatus fuerat de reiteratis declarationibus factis ab eadem Claudia, quod ipſa eſſet hæres eiuſdem Siluiæ Matris cum beneficio *l. & Inuentarij* huiuſmodi enim qualitates ſexus ſene-
2 ctutis paupertatis abſentiæ, & probabilis credulitatis, quod illud in tempore fuiſſet confectum iuſtam, & legitimam præbent cauſam, vt illam in hoc iudicio reſtitui debeat ex probatis per *Franc. Marc. d. dec. 291. d. num. 3. & per Grat. d. diſcept. 656. num. 8.*

Dolus verò abſolutè excluditur, quia præter
3 quod agitur de hæreditate mulieris, quæ vltra do-
4 tem, nihil aliud habere præſumitur donec contrarium probetur *l. 3. §. ſed vtrum in fin. ff. de minor. Rota in Ianuen. ſeparationis Thori 4. Iulij 1633. coram bo. me. Coccino in rec. dec. 231. num. 2. par. 6. cum alijs adductis in d. Interamnen. prætenſi fideicom. §. de paupertate autem*, Ideoque etiam ſine inuentario ſtatum
5 hæreditatis ipſius firmari, & dignoſci poſſe ex inſtrumento dotali dictum fuit in *Romana fideicom. de Marianis 1. Martij 1649. coram R. p. d. Royas §. fin.* Omnia bona ſi quæ aderant. in dicta hæreditate occupata fuerunt à prædicto Georgio, & alijs de Roſcijs ipſa Claudia ab ipſorum poſſeſſione penitus expulſa, vt firmatur in eadem *deciſ. Interamnen. præ-*
6 *tenſi fideicom. §. fin.* Ex inde enim ceſſat ſuſpicio ſubtractionis, & occultationis bonorum hæreditariorum quæ ex omiſſione Inuentarij alias reſultare poteſt, & conſequenter ceſſat, & excluditur quilibet dolus cum ex hoc nulla fraus in ipſa conſiderari valeat per ea, quæ tradunt *Aym. conſ. 275. ſub num. 11. verſ. breuiter dico quod non cum ſeq. Surd. dec. 216. ſub num. 3. verſ. cum enim Cyriac. contron. for. cap. 326. num. 10. cum ſeqq. & cap. 411. num. 12.* firmant quod
6 vbi aliunde apparet de bonis deſcribendis in inuentario, ita quod occultari non poſſint, non præſumitur dolosè, nec in fraudem omiſſa illorum deſcriptio *Rota coram Durano dec. 387. la 1. num. 17. & 18. Comprobata in dicta Anconitana reſtitutionis in integr. coram me §. & in hanc ſententiam* vltra quod ſufficienter excluditur ex prædicta abſentia à Ciuitate Interamnæ, alijſque qualitatibus ſupra ponderatis, vt probat *Menard conſ. 4. ſub num. 14. verſ. quinimò à dolo*. Nullatenus ſubſiſtente quod Claudia alienauerit nonnulla bona ad Siluiam ſpectantia, vt probari prætenditur ex Teſtibus relatis in *Summario Dominici num. 4.* quia dicti Teſtes (vltra alias exceptiones adductas ab Informantibus) non deponunt de bonis Siluiæ, ſed de bonis Honorij eiuſdem Claudiæ Patris.

Conſtat denique de læſione ſaltem ad effectum, de quo agitur quia ſi Claudia priuaretur beneficio Inuentarij teneretur ſeruare ratificationem alienationis prædij controuerſi factam ab eadem Siluia eius Matre, & ob modicam hæreditatem ſpoliaretur commodo ingentis donationis ab eius Auo cõſtitutæ, ac fideicommiſſi in ea ordinati, quod non ſine magna probabilitate ex verbis eiuſdem donationis, alijſque ab eius Informantibus latiſſime põderatis ad ipſius fauorem purificatum eſſe dedu-cebatur hoc enim caſu nunquam denegari reſtitu-
8 tionem in integrum probant auctoritates in *prin. alleg. & ſignanter Rota in dicta Romana, ſeù Florentina reſtitutionis in integr. coram Card. Panzirolo*, Eoq;
9 certiùs cum Claudia non agat de lucro captando ſed huiuſmodi reſtitutionem petat ad effectum euitandi damnum, quod alias ſibi reſultaret propter amiſſionem dictæ donationis, & obligatione ſeruandi præfatam ratificationem.

Et ità vtraque &c.

RO-

ROMANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 15. Aprilis 1652.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum ordinatum in caſum delicti, non extenditur ad caſum mortis, licet fuerit habita ratio conſeruandæ Agnationis, dum illa ſtat dependenter, & conſecutiuè ad caſum delicti. Prohibitio autem alienationis in Fiſcum ex delicto non compræhendit alienationem ex contractu, & quare? & an ad purificationem fideicommiſſi in caſum delicti, requiratur tale delictum, per quod ſequatur realis confiſcatio, vel ſufficiat tale per quod imponatur ſola pæna pecuniaria?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ſemper à Teſtatore reſtrictum ad caſum delicti, non extenditur ad caſum mortis.*

2 *Amplia etiam ſi fuerit addita ratio conſeruanda Agnationis, dum non indepeudenter, & de per ſe, ſed conſequutiuè ad prædictum caſum delicti fuit appoſita.*

3 *Ratio conſeruanda Agnationis, quando non ſtat independenter, & de per ſe, ſed conſecutiuè ad aliquem caſum, extra eum non inducit aliquod fideicommiſſum, nec illud ampliat, nec extendit.*

4 *Fideicommiſſa tamquam odioſa non ſunt multiplicanda nec extendenda de caſu ad caſum.*

5 *Fideicommiſſum cum ſit odioſum, ſi ſit reſtrictum ad caſum delicti, non debet extendi ad caſum obitus à Teſtatore neque expreſſum neque conſideratum.*

6 *Fideicommiſſarius, vocatus in aliquo caſu, qui non euenit, non poteſt impedire, quin creditor experiatur Iura ſua ſuper bonis fideicommiſſarijs, ab eius debitore poſſeſſis.*

7 *Teſtatoris voluntas, vbi eſt clara non eſt opus recurrere ad coniecturas.*

8 *Teſtator, ſi in priori Teſtamento fuit diſcretiuè locutus in caſu delicti, & obitus, & in vtroque fideicommiſſum ordinauit, non cenſetur idem voluiſſe in ſecundo, ſi fideicommiſſum dumtaxat ad caſum delicti reſtrinxit.*

9 *Prohibitio alienationis in Fiſcum ex delicto, non comprahendit alienationem ex contractu.*

10 *Prohibitio alienationis, debet ſtrictè interpretari, nec eſt extendenda de caſu ad caſum.*

11 *Fideicommiſſum in caſum delicti, comprahendit dumtaxat caſum illius delicti, per quod ſequatur actualis confiſcatio, non autem caſum delicti pro quo ſola pæna pecuniaria imponitur.*

12 *Declara hoc tantum procedere, quando pæna pecuniaria eſt modica, & quando ob eius modicitatem, integrè ſolui poteſt ex fructibus, ſalua rerum ſubſtantia.*

13 *Secus autem, quando pæna pecuniaria eſſet adeo magna, vt pro illius ſolutione alienanda eſſet proprietas in totum, vel pro parte, tunc enim iudicandum eſt idem de ipſa, ac de actuali confiſcatione, cum idem ſequatur effectus.*

14 *Pæna pecuniaria, quando eſt adeo magna vt pro illius ſolutione ſit alienanda proprietas bonorum fideicommiſſi in totum, vel pro parte tunc aquiparatur actuali confiſcationi, cum exinde idem ſequatur effectus.*

15 *Teſtator, dum fideicommiſſum ordinauit in caſum delicti, cenſetur principaliter reſpexiſſe ad excluſionem fiſci, vt omnia bona integrè conſeruentur in vocatis.*

16 *Alienatione prohibita non cenſetur prohibita hypotheca.*

17 *Fallit, quando bona hypothecantur pro tanta ſumma, vt veriſimiliter non ſit ſpes luitionis.*

18 *Hypotheca habet vim alienationis quando bona hypothecantur pro tanta ſumma, vt veriſimiliter non ſit ſpes luitionis.*

19 *Hypotheca, quando habet vim alienationis cenſetur prohibita ſicut ipſa alienatio.*

20 *Voluntas Teſtatoris ſemper eſt ſeruanda.*

21 *Fideicommiſſum non debet extingui contra voluntatem Teſtatoris.*

DECISIO CCCLXXXVII.

EMinentiſſimus D. Cardiualis Ottobonus tunc S.
Rotæ Auditor præuia deciſione edita 19. *Iunij*
1651. diffinitiuè pronunciauit fideicommiſſum or-
dinatum à q. Elia Toſcano Sen. non fuiſſe, nec eſſe
abſolutum, neque compræhendere caſum obitus
Ioſephi illius filij, & hæredis, ſed fuiſſe, & eſſe re-
ſtrictum ad caſum delicti eiuſdem Ioſephi, & pro-
pterea ſuper bonis hæreditarijs dicti q. Eliæ Senio-
ris ab eodem Ioſepho poſſeſſis nullum Ius, nul-
lamque actionem extra caſum delicti competiiſſe,
neque competere Salomoni dicti Ioſephi ex Elia Iu-
niore eius filio nepoti, quare cum in gradu appel-
lationis dubitauerim an ſententia rotalis eſſet con-
firmanda, vel infirmanda DD. pro illius confirma-
tione reſponderunt, quia omiſſa eius validitate,
quæ ex reuolutione proceſſus comprobata non re-
uocatur indubium, iuſtitia clarè liquet ex Teſta-
1 mento in quo legitur d. Eliam Seniorem in omni-
bus eiuſdem Teſtamenti partibus ſemper fideicom-
miſſum reſtrinxiſſe ad caſum delicti, atque ideò
non extenditur ad alium mortis, vt præter addu-
ctos in *d. deciſ. ſub §. 1.* in puncto reſpondit *Rota in*
Mediolanen. bonorum de Brauellis 17. Maij 1606. in re-
cen. dec. 125. num. 1. par. 3. Idque etiam ſi addita
2 fuerit ratio conſeruandi bona in omnibus ibi præ-
nominatis, quia cum appoſita non fuerit indepen-
3 denter, & de per ſe, ſed conſequutiuè, & reſtricti-
ctiuè ad præfatum caſum delicti extra eum nullum
fideicommiſſum inducere valet, illudque non am-
pliat, neque extendit, vt dixit *Rota in Peruſina fi-*
deicom. de Cincijs 19. Ian. 1635. coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano in recent. dec. 8. num. 2. par. 7. in Tiburti-
na fideicom. 16. Martij §. præterquam, & 27. Iunij
1640. §. non obſtat coram Card. Panzirolo in Spoletana
fideicom. 11. Aprilis 1641. coram R.p.d. Peutingero §.
*non obſtat ratio in Romana Cenſus 12. Iunij 16*51*. §. fin.*
& in d. dec. huius cauſa d. §. 1. cum ſeqq. coram D. Card.
Ottobono, ac prius in Romana fideicom. de Coronis 28.
Ian. 1647. §. fuit etiam reſponſum cum ſeqq. confirma-
ta *d. die 12. Iunij 1651. coram me.*

Non obſtat quod pœna caducitatis in caſum delicti non ſolùm impoſita fuerit d. Ioſepho hæredi inſtituto, ſed etiam eius filijs Nepotibus, Pronepotibus, ac vlterioribus deſcendentibus, omnibuſque alijs in Teſtamento vocatis, Ideoque in neceſſarium antecedens omnes ſubſtituti cenſeantur in caſum obitus, vt effectus dictæ caducitatis in ipſis quoque verificari poſſit.

Quoniam animaduerterunt DD. quod tunc demum dicta pœna ſucceſſiuè vocatis impoſita fuit quatenus primo loco ex delicto purificaretur conditio in perſonam Ioſephi, tunc enim dicta conditione in ipſa purificata eius filij eſſent vocati ſub eadem pœna caducitatis, deinde purificandæ ad fauorem Nepotum quotieſcumque ipſi filij pariter delictum à Teſtatore conſideratum committerent, & ſic de ſingulis. Vndè dum expreſſa Teſtatoris voluntate clarè deregitur tam dictæ pœnæ impoſitionem, quam ſubſtitutorum vocationem fuiſſe reſtrictas ad caſum delicti, illaſque ſecundum præfatum

ordi-

ordinem in omnibus congruè verificari poſſe, vtiq;
4 ne fideicommiſſa, regulariter odioſa multiplicentur,
& de caſu ad caſum extendantur *ad l. ſi quis ita ff. de
Teſtam. Tutel.* abſolutè dicendum eſt extra illum
5 caſum delicti nullum extare fideicommiſſum, neq;
comprǽhendere caſum obitus à Teſtatore non ex-
preſſum, neque conſideratum, vt plenè firmauit *Ro-
ta in deciſ. ſupra allegatis*. Ac proinde cum Ioſeph
6 non commiſerit delictum non poteſt Salomon im-
pedire quo minus Angelus, & litis Conſortes expe-
riantur Iura ſua ſuper bonis dictæ Eliæ Senioris per
eorum Debitorem poſſeſſis, & ſolum grauatis
onere fideicommiſſi in caſu prædicto per ea, quæ
dixit *Rota in Terracinen. executionis 16. Aprilis 1601.
coram clar. me Coccino poſt Zacch. de oblig. Cam. dec. 98.
ſub num. 3. & 4.*

Et hinc cum habeamus claram Teſtatoris men-
7 tem non eſt inhærendum coniecturis in contrarium
deductis in *l. ille, aut ille verſ. cum in verbis ff. de legat. 3.*
quæ tamen omnes ſingulariter ponderatę non vrgẽt.

Prima namque deſumpta ex altero Teſtamento
per eumdem Eliam antecedenti tempore confecto
vbi inſtituitur Ioſeph, & alij filij naſcituri cum
ſubſtitutione deſcendentium maſculorum, & dein-
de fœminarum, etiam in caſum obitus, potius re-
8 torquetur, quia cum ibi Teſtator diſcretiue, & ſe-
paratim expreſſerit caſum obitus à caſu delicti, &
in vtroque fideicommiſſum ordinauerit vtique ſi in
ſecundo Teſtamento voluiſſet perſiſtere in eadem
voluntate, vel primum non reuocaſſet, vel caſum
obitus in illo expreſſiſſet, ſicut expreſſerat in primò
nec fideicommiſſum, tàm enixè reſtrinxiſſet ad ſim-
plicem caſum delicti, *Ruin. conſ. 93. num. 17. & ſeqq.
& conſ. 144. num. 17. lib. 2. Nati. conſ. 476. num. 17.
Barbat. conſ. 59. ſub num. 1. & ſeq. lib. 1. Curt. Iun.
conſ. 163. n. 14. & 15. Gabr. conſ. 97. n. 27. lib. 1. Simon.
Præt. de interpret. vlt. volunt. lib. 1. interpret. 1. dub. 3.
ſolut. 3. ſub num. 54. Verſ. alio autem caſu, & verſ. hanc
poſteriorem ſententiam Rota dec. 581. num. 9. par. 3. rec.*

Secunda, & tertia deductæ ex onere iniuncto per
Teſtatorem inueſtiendi quædam legata cum ſcien-
tia, & conſenſu hæredis, aliorumque ſucceſſiuè vo-
catorum minus obſtant, quia cum huiuſmodi onus
regulari debeat iuxta modum in Teſtamento infe-
tius exprimendum ibi *con la medema ſcienza, e conſen-
ſo dell'Infraſcritto herede, & altri chiamati dopò lui,
come ſi dirà da baſſo &c.* vtique non niſi ad caſum de-
licti poſt modum expreſſi referri poteſt, & ac ab eo
regulari, & ſic non eſt aptum inducere nouum fi-
deicommiſſum.

Nec releuat quarta elicita ex reuerſione aliorum
legatorum ad ſuum hæredem, quia huiuſmodi re-
uerſio, vel eſt intelligenda ad fauorem Ioſephi pri-
mi hæredis Inſtituti, cui fuerat iniunctum onus illa
ſoluendi, vt clarè indicant illa verba ibi *da pagarſi
dall'Infraſcritto herede &c.* & inferius ibi. *tornino, e
vadino al d. ſuo herede &c.* vel ſaltem intelligenda
eſſet ad fauorem aliorum ſucceſſiuè vocatorum
quatenus purificaretur conditio, ſub qua ſubſtitu-
ti leguntur, nempè per delictum à dicto primo hæ-
rede committendum.

Quinta ex vocatione fœminarum poſt maſculos,
non eſt alicuius ponderis, quia huiuſmodi vocatio
expreſsè reſtricta fuit ad caſum caducitatis proue-
nientis ex dicto delicto ibi *quando ſi purificaſſe la pre-
ſente caducità in lor fauore &c.*

Seſta deniq; ex quo Teſtator mandauit eius vxo-
rem poſſe cohabitare *con Gioſeppe ſuo figliuolo, & he-
rede, e con li ſuoi figliuoli &c.* nihil penitus releuat,
quia huiuſmodi cohabitatio demandari potuit ci-
tra aliquod fideicommiſſum.

Cœterum non obſtat quod fideicommiſſum in
caſum delicti videatur modo purificatum propter
obligationem ſoluendi ſuta 12. mil. factam ab eo-
dem Ioſepho ad fauorem fiſci.

Quia præter quod prohibitio alienationis ex de-
9 licto non comprǽhendit alienationem ex contractu
cum in materijs, in quibus prout hic, fieri debet
10 ſtricta interpretatio non extendatur prohibitio de
caſu ad caſum, vt præter allegatos *in d. deciſ. §. fin.*
reſpondit *Rota dec. 294. ſub num. 9. par. 1. rec.* Verius
eſt in propoſito caſu quod Ioſeph non ſe obligauit
ad fauorem fiſci, ſed explicitè impugnando execu-
tionem factam ad illius Inſtantiam ſuper eius bonis
pro delicto prætenſo contra Eliam Iuniorem eius fi-
lium, & citra illius acceptionem promiſit releuare
Indemnes fideiuſſores præſtitos pro eodem Elia, ne
bona à fiſco diſtrahærentur *Summ. Salomonis num. 2.*
Vnde tantum ab eſt quod ipſe ceciderit à commodo
d. fideicommiſſi prætextu, quod per d. obligationẽ
bona fideicommiſſaria deuenirent ad fiſcum contra
intentionem, & voluntatem Teſtatoris, quod imò
euidenter apparet ipſum potius expreſsè voluiſſe ex-
cludere fiſcum à d. bonis tanquam proprijs propter
nullitatem executionis exinde reſultantem; Eatenus
enim ſe obligauit quatenus impediret effectum irre-
parabilis executionis, & ne d. bona eo inaudito
per fiſcum diſtrahærentur, non autem vt eadem bo-
na ad illum peruenire poſſent contra Teſtatoris vo-
luntatem.

Concluſio autem in deciſione firmata ſub §. *ideò
nullo modo*, quod ſcilicet fideicommiſſum in caſum
11 delicti comprǽhendat dumtaxat caſum illius deli-
cti per quod ſequatur actualis confiſcatio, non au-
tem caſum delicti, pro quo ſola pœna pecuniaria
imponitur, impugnabatur acriter ab Informanti-
bus pro Salomone aſſerentibus eam eſſe intelligen-
12 dam quando pæna pecuniaria eſt modica, vt dixit
*Rota in Senogallien. fideicem. 9. Maij 1594. coram Card.
Arigonio poſt 2. vol. conſ. Farin. dec. 97. ante num. 1.
alleg. in d. deciſ. ſub §. penultimo*, & quando ob eius
modicitatem integrè ſolui poteſt ex fructibus ſalua
rerum ſubſtantia, ſecus autem quando eſſet adeò
13 magna, vt pro illius ſolutione alienanda eſſet pro-
prietas in totum, vel pro parte, Tunc enim idem
14 Iudicandum eſſe aſſerebant de ipſa, ac de actuali
confiſcatione, cum exindè idem ſequatur effectus
contra expreſſam voluntatem Teſtantium, qui fa-
15 ciendo huiuſmodi diſpoſitiones principaliter re-
ſpiciunt ad excluſionem fiſci, vt omnia bona inte-
grè conſeruentur in vocatis, vt in ſimilibus terminis
probat *Cin. in l. vlt. nu. 4. C. de reb. alienand.* vbi quod
16 licet prohibita alienatione non cenſeatur prohibita
hipotheca, & obligatio, hoc tamen fallit quando
17 bona hipothecantur pro tanta ſumma, vt veriſimi-
liter non ſit ſpes luitionis, tunc enim quia habet
18 vim alienationis, cenſetur etiam prohibita huiuſ-
19 modi hipotheca, ſicut alienatio, & ſequuntur *Card.
Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 30. num. 51. & Merlin. de
pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 42. num. 37.* Alias autem
aperiretur via deſtruendi omnia fideicommiſſa,
nam vbi fiſcus ſciret, vel timeret adeſſe fideicom-
miſſum ad excluſionem confiſcationis illam omit-
teret, & imponeret pœnam pecuniariam abſorben-
tem, ſeu æquantem valorem bonorum fideicom-
20 miſſi, & ſic eluderetur Teſtatoris voluntas, quæ ta-
men ſemper ſeruanda eſt ne fideicommiſſum extin-
21 guatur contra ipſius intentionem *l. penult. ff. de le-
gat. 1. & l. fideicom. §. Item ſi quis ff. de legat. 3.*

Verum cum Ioſeph delictum non commiſerit, &
tota

Digitized by Google

tota diſpoſitio Eliæ Senioris Teſtatoris reſtricta apparet ad caſum delicti tantum ex ſupra deductis hoc ſufficit pro excluſione Salomonis, & ſic pro confirmatione ſententẽtentiæ rotalis prout fuit reſolutum, vtraque parte Informante &c.

BONONIEN. BONORVM.

Luna 13. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur probanti ſuam poſſeſſionem apprehenſam auctoritate Iudicis, ritè, & rectè procedentis, & ex quibus poſſeſſio ad hunc effectum dicatur ſufficienter probata? Exceſſus executionis venit ab allegante concludenter probandus, & quomodo probetur?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur probanti ſuam poſſeſſionem apprehenſam Authoritate Iudicis, ritè, & rectè procedentis.*

2 *Petens, vt collitigans poſſeſſionem reſtituat, vel dimittat, ſatetur non ſe, ſed collitigantem poſſidere.*

3 *Euictione ſecuta, ſtatim oritur obligatio, & dicitur ſtipulatio commiſſa in eum caſum concepta.*

4 *Ceſſionarius poteſt agere ex Iuribus cedenti competentibus.*

5 *Exceſſus in executione conſiderari non poteſt, ſi fuit facta in ea præciſa quantitate, quæ continetur in mandato, vigore iuſtæ ſententiæ relaxato.*

6 *Aeſtimationi facta per Peritum Iudicialiter electum ſtari debet.*

7 *Maximè ſi æſtimatio coadiuuetur ex inſtrumento venditionis bonorum æſtimatorum.*

8 *Valor Bonorum regulariter argui ſolet ex Inſtrumentis Venditionum alio non probato.*

9 *Fides Vniuerſitatis loci atteſtantis bona propter inundationem fluminis fuiſſe effecta vilis pretij licet, ſſa per ſe non ſufficiat ad probandum valorem bonorum, deſeruit tamen pro adminiculo.*

10 *Exceſſus de iure non præſumitur, niſi concludentes ab allegante probetur.*

11 *Exceptio Iuris tertij allegari non poteſt à debitore.*

DECISIO CCCLXXXVIII.

PRætendentibus Iacobo Cataneo, necnon Hoſteſatio, & Monterentijs ex fideicommiſſo qq. Sixti, & Andreæ de Cataneis nonnullla bona poſſeſſoria à Leonardo Bacchiono, Laurentius vti Pater, & legitimus Adminiſtrator dicti Leonardi æxiſtimans Iacobum Cataneum meliora Iura cæteris concurrentibus fouere, præuio Inſtrumento tranſactionis ei relaxauit centum, & decem tornaturas de bonis controuerſis pacto tamen adiecto, vt idem Iacobus experiretur Iura ſua contra dictos Hoſteſanos, & Monterentios vſque ad plenam omnium bonorum liberationem à moleſtijs, & in euentum ſuccumbentiæ teneretur eidem Pacchiono reſtituere Tornaturas, ſeù ratam euictam, vt latius conſtat *in Summario Informationis num.* 1. Superueniente igitur euictione ex immiſſione à Rota decreta Monterentijs ſuper tertia parte, & facta executione ſuper ſexta dictorum bonorum. Ideò facto loco dictæ promiſſioni D. Marchio Ioannes Maria Fontana vti ceſſionarius Pacchioni egit contra Cataneum, & duas ſententias fauorabiles obtinuit, quæ ab A. C. fuerunt executioni de mandatæ, vt in eodem *Summario num. 2. & 3.* Vndè deuoluta mihi cauſa appellationis cum facultate manutendi, quem de Iure ad fauorem Marchionis, fuit per DD. reſponſum, quia
1 oſtendit ſuam poſſeſſionem apprætenſam auctoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis *l. iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſ.*

Quod autem adeptus fuerit poſſeſſionem vigore duarum ſententiarum plenè iuſtificatum fuit ex propria confeſſione ipſius Catanei, qui coram eodem A.C. pluries citauit Marchionem ad ſibi reſtituendam liberam, & vacuam prædictam poſſeſſionem, vti in ea iudebitè intruſum *d. Summario num. 5.*
2 Petens enim, vt collitigans poſſeſſionem reſtituat, vel dimittat expreſsè fatetur, non ſe, ſed ipſum Collitigantem poſſidere, vt dicit Rota *coram Card. Caualer. deciſ. 106. num. 1. in Brunduſina bonorum 23. Ianuarij 1649. coram R.P.D. meo Meltio* §. *idque faciliùs, & priùs in Alexandrina Canonicatus 9. Decembris 1648. coram me* §. *etenim probat.*

Iudicem verò proceſſiſſe ritè, & rectè probatur ex eodem Inſtrumento tranſactionis, in quo dictus Cataneus teneri voluit ad fauorem Pacchioni pro ra-
3 ris euictis; Vndè ſecuta euictione ſtatim commiſſa fuit ſtipulatio in eum caſum concepta *l. ſtipulationes non diuiduntur ff. de verb. oblig. l. fæneratur verſ. ſi naues ff. de nautic. fener. l. ſeruum Communem* §. *Titius hæres ff. de vulg. cum alijs per Rotam in Bonon. Tenuta 25. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Celſo, & in Bonon. Indemnitatis 30. Ian. 1651. coram R. P. D. meo Alberga-*
4 *to.* Expetienda non ſolum ab ipſo Pacchiono principali, ſed etiam à Marchione illius Ceſſionario agente ex Iuribus cedenti competentibus *Bart. in l. 1. num. 5. ibique Aret. num. 20. & Dec. in fin. ff. de reb. credit. cum concordantibus allegatis per Rotam deciſ. 456. num. 2. part. 2. recent.*

Nec ſubſiſtit prætenſus exceſſus, quia in execu-
5 tione conſiderari non poteſt dum facta fuit in ea præciſa quantitate, quæ continetur in mandato vigore dd. ſententiarum relaxato iuxta *gloſ. in cap. quoad conſultationem verb. exheredatur ibique Abb. n. 24. & Felin. num. 25. de re iud. & in l. ab executione verb. excedat C. quor. appell. non recipian.* Sententiæ verò concedunt immiſſionem pro rata æquiualenti prætio bonorum euictorum ad formam Inſtrumenti tranſactionis, Rata autem euicta licèt minoris men-
6 ſuræ in valore tamen æquiualet pretio Tornaturarum iuxta æſtimationem factam per Peritum iudicialiter electum, cui ſtandum videtur ex adductis
7 *per Rotam coram S. me: Greg. deciſ. 161. num. 71.* eoque magis ex quo coadiuuatur tàm ex Inſtrumentis venditionum, earumdem Tornaturarum, ex quibus
8 alio non probato verus valor regulariter argui ſolet *l. mortis cauſa, & l. fin.* §. *fin. ff. de donat. Cæſar de Graſſ. deciſ. 10. in fin. de Teſtam. Rot. dec. 248. num. 3.*
9 *part. 8. rec.* Quam etiam ex fide vniuerſitatis loci, vbi dictæ Tornaturæ ſitæ repetiuntur atteſtante, propter inundationẽ fluminis redditæ fuerunt vilis pretij, quæ quidem fides licèt de per ſe non ſufficeret deſeruit tamen pro adminiculo iuxta *gloſ. in l. 2.*
10 *verſ. legitimè ff. de excuſat. Teſtat.* Præſertim cum de Iure exceſſus non præſumatur niſi ab allegante concludenter probetur *Cardinalis Seraph. dec. 1289. num. 1. & 2. Rota in Romana Domorum 20. Iunij 1650. coram Eminentiſſimo D. Cardinalis Ottobono* §. *neque Iuſtitia.*

Neque ſubſiſtit, quod Marchio remanſerit integrè ſatisfactus de rata euicta ob dationem inſolutum ſibi factam à Pacchiono cuiuſdam Prędij nuncupati della Rauona, quia contrarium probatur ex Inſtrumento ipſius dationis in ſolutum, in quo Pacchionus non ſolum aſſignauit Marchioni d. Prædium, ſed etiam illi ceſſit omnia Iura ſibi competentia contra Cataneum ex cauſa dictæ euictionis, ſignum euidens quod partes illud non habuerunt pro ſufficienti ad effectum, vt Marchio euictionem paſſus ex eo remaneret integrè ſatisfactus,

11 & in omnem caſum huiuſmodi exeeptio allegari
non poteſt ab ipſo Cataneo Debitore ad *l. 2. ff. ſi
ager. vectigal. vel emphyteaticar. petatar Surd. canſ. 1.
num. 84. Greg. deciſ. 473. num. 15. Rota deciſ. 153.
num. 7. par. 3. recent.*

Et itâ vnica tantum &c.

CALAGVRITANA BENEFICII S. IOANNIS de Molinar.

Mercurij 29. Maij 1652.

ARGVMENTVM.

Regula de triennali, non habet locum vbi deficit pacifica poſſeſſio, quæ per litis introductionem excluditur, quæ lis finita non dicitur per ſententiam fauore poſſeſſoris emanatam, ſi ab ea fuerit per partem aduerſam appellatum, & quando lis dicatur extincta per deſertionem, & rem iudicatam.

SVMMARIVM.

1 *Regula de Triennali vt ſit locus pacifica poſſeſſio requiritur.*

2 *Poſſeſſionis pacifica turbatio, ex lite reſultans, durat quouſque ipſa finiatur.*

3 *Lis non poteſt dici finita per ſententiam à qua fuit appellatio interpoſita.*

4 *Appellatio litem conſouet.*

5 *Appellatio impedit, vt neque poſt ſententiam fauorabilem poſſeſſor incipiat eſſe pacificus.*

6 *Appellatio lapſis fatalibus remanet deſerta, & ſententia tranſit in iudicatum.*

7 *Rei iudicata regulariter litem extinguit, ac facit præſumere, quod appellans illam habuerit pro derelicta.*

8 *Lis tunc demum extinguitur per deſertionem, & rem iudicatam, quando ſuper ea prius ſequitur ſententia declaratoria eiuſdem deſertionis, & rei iudicata.*

9 *Proſequutio Appellationis, ſi per aliquod temporis ſpatium ommiſſa fuerit, cenſetur appellans litem habuiſſe pro relicta.*

10 *Declara tamen hoc tantum procedere quando ex actis conſtat de malo iure appellantis, & ipſe de eo notitiam habuit tunc enim dumtaxat animo deſerendi litem tacuiſſe præſumitur.*

11 *Secus autem ſi ex actis non conſtat de ipſius malo Iure.*

12 *Inſtantia de Iure communi eſt perpetua.*

13 *Lis ex ſola negligentia, & taciturnitate non cenſetur derelicta, ſi ex actis non conſtet de malo iure appellantis, & ipſe de eo notitiam non habuit.*

DECISIO CCCLXXXIX.

REſeruatum fuit in deciſione edita Coram me ſuper bono Iure Bartholomæi de Caſtaniza 17. *Nouembris proximè preteriti §. finali*, quod quatenus opus eſſet particulariter videretur, An obſtaret regula de triennali per Ioſephum de Vrtuſauſtegui collitigantem, allegata, ideoque propoſito ſuper hoc dubio, Domini reſponderunt illam non obſta-
1 re, quia Ioſeph nunquam habuit pacificam poſſeſ-
ſionem, prout requiritur, vt ſit locus dictæ regulæ de triennali *Sarnen. ſuper hac regul. quæſt. 53. n. 1. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 53. num. 19. Mohedan. deciſ. 13. n. 1. de cauſ. poſſ. & propriet. clar. mem. Cocctno deciſ. 372. num. 2. bon: mem: Buratt. dec. 699. num. 1. Rota in Salernitana Beneficij 15. Aprilis 1644. Coram R. P. D. meo Bichio §. non obſtat, quod per monitorium, & in Fanen. Cappellaniæ 22. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Royas in principio.* Cum enim illam aſſecutus fuerit poſt motam litem (vt eſt in
2 confeſſo inter partes) effectus turbatiuus pacificæ
poſſeſſionis ex dicta lite reſultans durat quouſque ipſa finiatur vt diſtinguendo inter moleſtias iudiciales, & extraiudiciales dixit *Rota coram Caſſad. deciſ. 6. num. 8. ſuper reg. Cancell. in dicta Salernitana Beneficij §. fin. & in Vercellen. Præpoſituræ 5. Iulij 1649. §. Talis autem coram eodem R. P. D. meo Bichio.*
3 Ipſa autem finita dici non poteſt per ſententiam il-
lius fauore prolatam, dum Bartholomæus ab ea
4 appellauit, Appellatio enim litem conſouet *l. 1. §.*
5 *recepta ff. nihil. nouar. appell. interpoſ.* & conſequen-
ter impedit ne poſſeſſor incipiat eſſe pacificus, vt in puncto declarando contrarias deciſiones reſponſum fuit in dicta *Fanen. Cappellania §. minus obſtat coram. R. P. D. Royas.*

Non obſtat quod per plures annos nihil factum
6 fuerit; Ideòque lapſis fatalibus appellatio reman-
7 ſerit deſerta, & ſententia tranſiuerit in rem iudica-
tam, quæ regulariter litem extinguit, ac facit præſumere quod appellans illam habuerit pro derelicta.

Quoniam lis tunc demum extinguitur per de-
8 ſertionem, & rem iudicatam quando ſuper ea
prius ſequitur ſententia declaratoria eiuſdem deſertionis, & rei iudicatæ (quę in propoſito deficit) *ex Theor. Bart. in l. eos nu. 8. C. de appell. Mohedan. deciſ. 7. num. 2. de cauſ. poſſ. & propr. Card. Seraph. deciſ. 565. num. 9. Card. Canaler. deciſ. 333. num. 6. repetita in recent. deciſ. 634. num. 4. & deciſ. 746. ſub num. 2. verſ. Præterea addebatur part. 2. Rota in Placentina Parochialis de Malparcida 1. Iulij 1602. coram Litta penes Marcheſan. de commiſſ. par. 3. fol. mihi 24. num. 7. verſ. & ad illud in dicta Fanen. Cappellaniæ §. nec dicatur in Leodien. Beneficij 23. Martij 1648. coram R. P. D. meo Peutinger o ſimili §. nec dicatur, & in Auellina Canonicatus 12. Iulij 1651. coram me §. nec*
9 *ſubſiſtit*: Præſumptio autem quod ob omiſſam per
aliquod temporis ſpatium proſequutionem appellationis appellans cenſeatur litem habuiſſe pro de-
10 relicta recipitur ſolum quando ex actis conſtat de
ipſius malo iure, hoc enim caſu ſi litigator de eo notitiam habet animo deſerendi litem tacuiſſe præſumitur, vt dixit *Rota in Toletana Iuriſpatronatus 29. Ianuarij 1635. coram clar. mem. Coccina in recent.*
11 *deciſ. 1. num. 8. par. 7.* Secus autem quando, prout
hic, non conſtat ex actis de ipſius malo Iure (quinimò eius bonum Ius in caſu noſtro plenè compro-
12 batum fuit in ſupradicta deciſione) tunc enim
quia de Iure communi Inſtantia eſt perpetua *cap.*
13 *penult de Iudic.* ex ſola negligentia, & taciturnita-
te lis non cenſetur derelicta, nec inducitur deſertio, vt diſtinguendo reſpondit *Rota in rec. dec. 342. num. 8. par. 1. in dicta Fanen. Cappellania §. nec pariter cum ſeqq. in dicta Leodien. Beneficij § quia per ſententiam verſ. ex ea diuerſitatis ratione, & in dicta Vercellen. Præpoſituræ §. At finita enim ſeqq.* In quibus omnibus latiſsimè agitur materia præſentis controuerſiæ.

Et itâ vtraque &c.

CATHACEN. LEGATI.

Veneris 7. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Sub Legato mobilium quamuis veniant etiam pecuniæ, tamen id intelligitur, quando pecunia manet domi præſidij cauſa ſecus ſi cauſa fœnerandi domi retineatur, attamen ſecus dum tale legatum factum eſſet ſub verbis ampliſſimis; & generalibus. Cenſus, & fructus eiuſdem an veniant appellatione mobilium?

SVMMARIVM.

1 *Sub Legato mobilium, venit pecunia, niſi conſtet de*

contra-

Digitized by Google

contraria mente teſtantis.

2 *Sub legato mobilium, venit illa pecunia, quæ præſidij cauſa domi retinetur.*

3 *Mobilium appellatione non venit pecunia, quæ mutuo, vel fœneri eſt deſtinata.*

4 *Clericis interdicta eſt omnis negotiatio.*

5 *Clericus cenſetur retinere pecunias domi ſolum præſidij cauſa.*

6 *Sub legato generali mobilium, quando veniat omne genus pecuniarum, cuiuſcumque generis ſit? & num. 7.*

Voluntas teſtatoris deſumitur ex ampliſſimis verbis.

7 *Pecunia appellatione, ſaltè veniant pecunia deſtinata ad negotiandam, dum ſub tali appellatione veniunt etiam nomina debitorum.*

9 *Cenſus veniunt etiam appellatione bonorum.*

10 *Fructus cenſus veniant ſub appellatione mobilium, quando ſunt maturati ante mortem teſtatoris.*

11 *Fructus cenſus non veniant appellatione mobilium, ſi non ſunt maturati de tempore obitus teſtantis.*

Cenſus inter bona immobilia connumerantur num. 10.

12 *Cenſus non veniunt ſub nomine Iurium teſtatoris.*

DECISIO CCCXC.

DEcius Scoglio Legatum controuerſum in hæc
verba cõcepit ibi „ lego amplius Petro Franci-
„ ſco de Pace, & Antonio Mainardo omnia alia mo-
„ bilia &c. argentum, & aurum Domi, quæ conſer-
„ uantur nomina Debitorum, & omnia alia exiſten-
„ tia in mea Domo. Cumque non dubitaretur de
comprehenſione mobilium ſuppellectilium, auri,
argenti, & nominum Debitorum, Difficultas re-
ſtricta fuit ad pecunias in dicta Domo repertas
in ſumma Ducatorum 1700. circiter, ac ad fructus
Cenſuum dicti Decij Teſtatoris, ſed propoſito Du-
bio quæ comprehendantur in legato? reſolutum
fuit in ipſo comprehendi etiam pecunias Domi
exiſtentes, & fructus Cenſus iam maturatos.

Reſpectu enim pecuniarum Domini tranſierunt
cum diſpoſitione *Textus in l. prædia §. liberto in fine
ff. de fund. Inſtrum.* ibi I. C. reſpondit pecuniam
contineri ſub legato mobilium, niſi contrariam
1 voluntatem Defuncti hæres probauerit, quem
ſequitur *gloſ. ibidem verb. vt ſupra Dec. in l. ſingularia
num. 21. ff. ſi cert. pet. conſil. 381. num. 4. vbi allegat.
textum in §. quia parum auth. de nupt. & conſil. 472.
num. 6. Pariſ. conſil. 67. num. 12. & conſ. 79. num. 45.
lib. 2. Rimin. Iun. conſil. 216. num. 84. lib. 2. Curt.
Iun. conſil. 183. num. 1. Menocch. conſil. 407. num. 8.
& 9. Surd. conſil. 26. num. 3. Peregr. deciſ. Patau. 32.
num. 5. cum ſeqq. Rot. deciſ. 410. num. 3. verſ. tamen
non eſt dubium par. 2. rec.*

Et quamuis præfata concluſio videatur intelli-
genda ſupradictã diſtinctionem adductam in *l. ſil-
bony §. 1. ff. de legat. 3.* & ſcilicet ex ſolummodò
pecuniæ ſub legato mobilium continentur, quæ
2 præſidij cauſa in Domo retinentur, non autem illæ,
3 quæ mutuo, vel fœneri deſtinatæ conſeruantur.

Nihilominus huiuſmodi diſtinctio caſui noſtro
non repugnat, ſiuè attenta qualitate Teſtatoris,
4 cui tanquam Clerico interdicta erat omnis nego-
ciatio *cap. Clerici de vit. & honeſt. Cleric. Ruin. con-
ſil. 127. num. 10. verſ. non obſtat lib. 4. Gennen. pract.
Eccleſ. quæſt. 664. ſub num. 3. verſ. qua ratione in Fir-
mana Penſionis 19. Iunij 1649. coram R. P. D. meo
Celſo*, ac proindè exiſtimari debet, quod ſolius
5 præſidij cauſa, non autem ad effectum fœnerandi,
& lucrandi pecunias controuerſas in Domo reti-
neret, vt in terminis ponderat *Dec. dicto conſil. 472.
ſub num. 24.* ſiuè etiam perpenſa illius voluntate
ex ampliſsimis verbis, quibus honorauit legata-
rios reſultante, nam poſt mobilia argentum, au-
rum, & nomina Debitorum vlterius proſequendo
addidit, & omnia alia exiſtentia in mea Domo,
ex quorum exuberantia patet, quod non ſumus in
ſimplici legato mobilium, ſed in magis amplo,
6 ità vt propterea eo facilius ſub ipſo controuerſæ
pæcuniæ contineri videantur ex adductis per *Afflict.
deciſ. 106. num. 7. & per Rotam coram Sa. Me. Greg.
deciſ. 257. num. 3.* & in terminis *Curt. Iun. dicto conſ.
183. num. 4. Ludouic. Bell. conſil. 77. num. 31. per
Doctrinam Bartol. in l. generali §. Vxori ſub num. 4. in
fin. verſ. ſecus ſi haberet ff. de vſufruct. legat.* Imò ſi-
cut fuerunt explicitè comprehenſa nomina Debi-
7 torum, ità cenſeri poſſunt comprehenſæ pecuniæ
quatenus fuiſſent negociationi deſtinatæ per *Text.
in l. qui filium §. & magis puto ff. de legat. 3. quem re-
fert Gabr. conſ. 98. num. 33. lib. 1.*

Reſpectu verò fructuum Cenſuum placuit diſtin-
8 ctio, quod aut agitur de maturatis in vita Teſta-
toris, & cum iſti veniant appellatione nominum
9 Debitorum, & mobilium, *Alciat. in l. moreatium
93. num. 6. verſ. ſed hanc ergo diſtractionem ff. de verb.
ſignif. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 6. nu. 10.
de ann. reddit. lib. 1. quæſt. 8. num. 11.* comprehen-
duntur in legato controuerſo. Aut verò agitur de
10 maturatis poſt mortem dicti Teſtatoris, & in futu-
tum maturandis, & ſub eo non comprehenduntur,
11 cum Cenſus inter immobilia cõnumerentur *Angel.
conſil. 328. num. 1. Fulgoſ. conſil. 103. num. 2. Grat.
deciſ. Marchia 13. num. 7. & 8. Cenc. de Cenſ. qu. 50.
num. 6. cum ſeqq. & quæſt 72. ſub num. 12. circa med.
Rota apud eumdem Deciſ. 432. num. 8. & deciſ. 311.
12 num. 16. par. 7. rec.* nec veniunt ſub nomine Iurium
Teſtatoris, *Card. Seraphin. deciſ. 224. num. 4. Rota
deciſ. 235. num. 5. eadem par. 7.*

Et ità vtraque &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE RODVLPHIS.

Ven. 14. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Tranſactio vt reſcindatur ex capite doli, vel læſionis, quæ requirantur? Detractiones an, & quando cenſeantur conſumptæ ob alienationes factas? Compendioſa ſubſtitutio an & quando non contineat pupillarem cum alijs de quibus in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta cum ſolemnitatibus neceſſarijs, habens cauſam ob quam fuit tranſactum concurrente illius obſeruantia, pro valida debet interpretari.*

2 *Tranſactio non poteſt reſcindi ex capite erroris niſi concurrant probationes plenæ, & concludentes.*

3 *Tranſactio non reſcinditur ob modicam læſionem.*

Dos ſi ſit conſtituenda ex fructibus bonorum fideicommiſſariorum, niſi conſtet quod tot extarent fructus ad id ſufficientes, poteſt ea concedi ex proprietate bonorum.

Fructus qui debebant conuerti in dotem; niſi conſtet ab hærede fuiſſe malitiosè conſumptos animo euertendi fideicommiſſum, facti ſunt proprij hæredis.

4 *Exceptio ſatisfactionis deſumpta ex adminiſtratione bonorum fideicommiſſariarum tertio non prodeſt.*

5 *Legitima debetur de iure abſque vllo onere, aut grauamine.*

6 *Legitima debita ſex filijs eſt ſemis.*

Limita quando adeſt ſpecialis prohibitio, & indiuidua mentio legitimæ, eiuſque expreſſa renunciatio.

7 *Retroneaditiones cenſuum; tanquam actus neceſſarij, non computantur in detractionibus ad inducendam prohibitionem detractionis legitimæ; nec important conſumptionem legitimæ num.*

8 *Alienationes facta per Tutorem, vel Curatorem, & omiſſio Inuentarij non praiudicant pupillo, vel minori.*

Alienationes facta ex neceſſitate non præſumunt ſubtractionem, & alienationem aliorum bonorum.

9 *Alienationes; quando ſunt certa, & conſtat de ſtatu hareditario, non admittitur præſumptio aliarum alienationum, nec prohibetur ſuplementi detractio.*

10 *Alienationes, quod fuerint facta, & adæquent legitimas detractiones tenetur probare actor, quando reus poſſidet.*

11 *Pupillaris ſubſtitutio non eſt comprahenſa ſub compendioſa, quando Teſtator in verbis ſe reſtrinxit ad vulgarem, & fideicommiſſariam, adeòvt tunc mater poteſt legitimam detrahere.*

Compendioſa ſubſtitutio reſtringitur ad ſubſtitutiones in ſpecie ennmeratas à teſtatore.

12 *Detractio legitima non poteſt cenſeri facta ex bonis fideicommiſſarijs niſi conſtet, bona alienata eſſe eidem fideicommiſſo ſubiecta.*

13 *Tranſactio non poteſt reſcindi ex capite doli niſi conſtet de vero, & certo dolo cum non ſufficiat præſumptus.*

14 *Tranſactio ex capite læſionis, vt reſcindatur oportet vt interueniat læſio enormiſſima continens magnum exceſſum vltra dimidiam, & qualiter?*

DECISIO CCCXCI.

IVlius Cæſar de Rodulphis anno 1582. inſtitutis ſibi hæredibus proæquali portione eius filijs iam natis, alijſque inpoſterum naſcituris, & Europa Vxore ſi vitam vidualem ſeruauerit, omnibus decedentibus ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituit Cippum ſuæ Domus; Vndè quia tractu temporis defecerunt omnes dicti eius filij ſine deſcendẽtibus maſculis ex legitimo matrimonio procreatis ideò occaſione præfati fideicommiſſi orta fuit controuerſia inter dictam Europam ſuper extantem & Capitaneum Rodulphum, Vincentium, & Hieronymum fratres de Rodulphis prætendentes illud apertum eſſe ad ipſorum fauorem tanquam de Cippo dictæ Domus, ſed huiuſmodi controuerſia per tranſactionem compoſita fuit die 16. Febr. 1624. in qua diuiſo in 12. vncias toto aſſe dictæ hæreditatis quatuor aſſignatæ fuerunt dictis fratribus vti vocatis ad d. fideicommiſſum, reliquæ verò octo dimiſſæ eidem Europæ præuia declaratione, quod ſex ipſi dimittebantur pro legitima quinque eius filiorum, alia pro rata ad eam ſpectan. ratione coæqualis inſtitutionis, & alia ex cauſa huiuſmodi tranſactionis *Summ.* illorum de Ferulis *num.* 1. Pro cuius vlteriori effectuatione die 19. Iulij eiuſdem anni firmarunt ſtatum hæreditatis, & valorem bonorum hæreditariorum diſtinctè deſcriptorum liquidarunt in ſcutis 22241. ex quibus detractis prius, & Europæ applicatis ſcutis 2335. & bai. 80. pro quibuſdam peculiaribus detractionibus aſſignata fuerunt dictis fratribus bona valoris ſcutorum 6499. 50. & Europæ alia bona valoris ſcutorum 15746. 50. *dicto Summar. num.* 2. Et quia in prima tranſactione inter Cœtera conuentum fuerat, quod caſu quo Europa, ſeù eius filij exegiſſent aliquod creditum, aut retrouendidiſſent aliquem Cenſum hæreditarium dicti fideicommittentis de illis habenda eſſet ratio in aſſignatione portionis facta ad fauorem dictorum fratrum ideò Europa memor de duobus Cenſibus cum dimidio in ſorte ſcutorum 900. ab ea retrouenditis anno 1586. huiuſmodi retrouenditiones anno 1628. prout bonæ fidei par erat patefecit, eiſque recompenſam dedit ex alio Inſtrumento relato in *dicto Summ. n.* 3.

Poſt mortem dictæ Europæ ſub orta fuit altera controuerſia inter dd. fratres de Rodulphis, ac Iuliam illius dictique Teſtatoris filiam ſuper dicta vncia eius matri aſſignata ratione coæqualis Inſtitutionis, ſed etiam iſta per tranſactionem compoſita fuit anno 1632. in qua d. Iulia illis perſoluit in tot Cenſibus, & bonis ſtabilibus ſcuta 1800. illiſque ceſſit, & donauit omnia Iura, omneſque actiones contra eos ſibi competentes, & vice verſa ipſi illam quietarunt de omni, & toto eo quod ab ea petere, & prætendere poſſent occaſione hæreditatis, & bonorum, tàm dicti Iulij Cæſaris fideicommittentis, quàm eius matris illiuſque filiorum vigore dicti fideicommiſſi, ac alias quomodocumque qualitercumque, & quacumque de cauſa cogitata, & non cogitata, etiam in corpore Iuris clauſulæ, ibique non expreſſa, vt per extenſum legitur in eodem *Summ. num.* 4.

Rebus ſic ſtantibus deceſſit dicta Iulia relictis poſt ſe Nicolao, & Vrbano de Fanelis eius filijs, & hæredibus contra quos, & Franciſcum de Rodulphis filium legitimatum Io: Pauli vnius ex hæredibus grauatis præfati Capitaneus Rodulphus, & Vincentius in partibus inſtituerunt Iudicium immiſsionis ex remedio *legis finalis C. de edict. Diu. Adr. toll.* in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſariorum dicti Iulij Cæſaris, & ſignanter illorum quæ in executionem primi Inſtrumenti tranſactionis Europæ fuerant aſſignata, ſed emanauit ſententia, in qua actoribus conceſſa fuit immiſſio in omnibus bonis fideicommiſſarijs non compræhenſis in dicto Inſtrumento, quo verò ad bona, Cenſus, & alia ibidem deſcripta rei conuenti ab obſeruatione Iudicij, abſoluti fuerunt *dicto Summar. num.* 5. Vndè introducta Cauſa appellationis in Rota, & mihi commiſſa Informantes pro dictis fratribus de Rodulphis contendebant dictas tranſactiones fore reſcindendas; Tum quia verus valor bonorum fideicommiſſariorum dicti Iulij Cæſaris aſcendit ad ſcuta 42100. non autem, vt ſuppoſitum fuit ad ſola ſcuta 22241. vt ex calculo per eos dato in eorum *Summ. num.* 14. Tùm etiam quia Europa ex perſona eius filiorum non poterat detrahere prædictam legitimam, ſiuè ex quo à dicto Iulio Cæſare Teſtatore illius detractio expreſsè in Teſtamento prohibita fuit, dictumque Teſtamentum ab eius filijs acceptatum anno 1610. in quodam Inſtrumento diuiſionis omnium illius bonorum inter eos celebrato, ſiuè ex quo integrè præſumebatur conſumpta, dùm dicti filij nullum confecerunt; Inuentarium, & plura bona fideicommiſſaria alienarunt *dicto Summ. num.* 6. *&* 7.

Verum propoſito dubio an ſit locus reſciſſioni tranſactionum DD. negatiuè reſponderunt, quia cum in eis adhibitæ fuerint omnes ſolemnitates neceſſariæ nec deficiat cauſa, ob quam tranſactum fuit, nempè timor futuræ litis, ac ſpatio 20. & vltra annorum obſeruatæ probentur omnis poſſibilis
1 interpretatio ſumi debet pro illarum ſubſiſtentia, & validitate, cum ex præfatis, & ſignanter ex tàm longa obſeruantia tanto difficilior reddatur illarum prætenſa reſciſſio *cap. contingit de tranſact. Decian. conſil.* 28. *num.* 11. *&* 12. *lib.* 3. *Card. Canaler. deciſ.* 407. *num.* 9. *Rot. deciſ.* 86. *num.* 7. *&* 8. *par.* 6. *rec. & in Romana de Mongellinis* 30. *Ianuarij* 1645. *coram Eminentiſſimo D. Card. Ottobono* §. *fin.*

Non obſtant adducta incontrarium, quoniam adhuc concludenter iuſtificatum non fuit valorem dd. bonorum fideicommiſſariorũ aſcendere ad prætenſa ſcuta 42100. Partitæ enim adhuc eſſe tũ compoſita

2 poſitæ in ſupradicto Calculo ſingulatiter diſcuſſæ
patiuntur non modicas difficultates, & tamen ad
effectum reſcindendi tranſactionem probationes
debene eſſe plenæ, & concludentes, vt poſt *Alex.*
Alciat. & Gabr. reſpondit Rota coram Card. Seraphino
dec.1462. num.1.

Omiſſa enim ſcutorum 375. quæ licet in facto
3 ſubſiſtens ob ſui modicitatem non ſufficit ad indu-
cendam læſionem adhunc effectum tequiſitam cum
dicti fratres tanrummodò prætendere poſſint ſcuta
225. Quoad ſecundam ſcutorum 1500. pro rata
4 parte dotis dictæ Iuliæ iuſtificatum non fuit, quod
de tempore illius dotationis extarent tot fructus,
qui commodè pro dicta dote ſufficerent; Ideòque
niſi malitioſè conſumpti probentur animo euer-
tendi fideicommiſſum hæredes grauati illos fece-
runt ſuos, & proindè non attento præcepto Teſta-
toris de ſoluendo dotes ex fructibus, Europa legi-
time ſatisfieri potuit ex proprietate dd. bonorum
fideicommiſſariorum de dictis ſcutis 1500. quæ de
proprijs pecunijs eius filiorum perſolucrat *Molin.*
de primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 6. ſub num. 15. verſic.
quod intelligendum Menocch. lib. 4. præſumpt. 189. nu-
mer. 161. verſ. Cæterum hæc iuris, Peregr. de fideicom.
art. 42. num. 71. verſ. intelligè ex fructibus Fuſar. de
ſubſtit. quæſt. 531. num. 120. quos ſequuta fuit Rota
in Romana Caſalis Aguzzani 4. Februarij 1641. coram
R.P.D.meo Royas §. vltra quod ad effectum.

Ad tertiam ſcurorum 4000. pro integra dote
eiuſdem Iuliæ reſponſum fuit non ſubſiſtere, quod
illa conſtitura fuerit ex pecunijs, aut bonis hære-
ditarijs, ſed ex proprijs, vt dictum eſt præfatorum
filiorum *d. Summ.n.13.* neque Europa detraxit ſcuta
4000. ſed tantum 1500. quæ Teſtator illi legauerat.

Quarta, ſcutorum 625. occaſione dotis eiuſdem
Europæ corruit, quia adducta exceptio eius præ-
5 tenſæ ſatisfactionis ex adminiſtratione bonorum
fideicommiſſariorum non competit dd. fratribus fi-
deicommiſſarijs, ſed ſolùm competebat dictis illius
filijs, pro quibus dicta bona adminiſtrabat niſi iu-
ſtificetur tot bona retinuiſſe, vel alienaſſe, ex qui-
bus potuerit ſatisfieri.

Quinta, ſcutorum 150. occaſione ſortis princi-
palis duorum Cenſuum ſcutorum 600. qui Europæ
aſſignati fuerunt pro ſcutis 250. tantum indiget
6 iuſtificatione, quia licet exhibeantur Inſtrumenta
impoſitionum ad fauorem fideicommittentis de
anno 1577. & ſequenti, attamen ex his probatur
quidem tempore impoſitionum dictos Cenſus fuiſ-
ſe ſcutorum 600. non tamen infertur, quod eſſent
eiuſdem quantitatis tempore aſſignationis ſequutæ
& vltra annis poſtea.

Sexta, ſcutorum 500. pro tot Cenſibus antece-
denter ab eadem Europa retrouenditis, & octaua
ſcutorum 5554. pro alijs Cenſibus fideicommiſſa-
rijs in dictis tranſactionibus non comprænhenſis
tolluntur faciliori reſponſione, nàm in prima tran-
ſactione adeſt expreſſa clauſula ſalutaris habendi
rationem ad commodum tranſigentium pro rata
ad vnumquemque ipſorum reſpectiuè ſpectanre de
7 omnibus infuturum detegendis; Atque ideò dicti
fratres agere poſſunt pro illorum conſecutione
iuxta formam traditam in ipſa tranſactione, &
conſequenter ex hoc capite non poſſunt allegare
læſionem ad effectum prætenſæ illius reſciſſionis.

Septima, denique ſcutorum 8126. de quibus
Europa quietantiam fecerat Tranquillo de Bartel-
lis ex actori eorumdem eius filiorum, demenda eſt
8 à calculo, quia adhuc non conſtat, quod dictæ
pecuniæ proueniant ex proprietate bonorum fidei-
commiſſariorum, & proindè præſumuntur potiùs
prouenire, vel ex fructibus eorumdem bonorum
ad illos ſpectantibus, & à præfato Tranquillo in
maiori ſumma veriſimiliter perceptis, cum aſcen-
derent annuatim ad ſcuta 1500. vel ex capitalibus
quorumdam Cenſuum retrouenditorum, quos Eu-
ropa in ſecunda tranſactione receperat pro legiti-
ma dd. eius filiorum.

Legitima autem ex Iuris diſpoſitione abſque vl-
9 lo onere, aut grauamine debebatur *l. omnimodò 30.*
& l. quoniam in prioribus 32. C. de inoff. Teſt. Cum-
que Teſtator reliquerit ſex filios nempè quinque
10 maſculos, & vnam fœminam aſcendebat ad ſemiſ-
ſem *Auth. nouiſſima C. eod.* & conſequenter dicta
11 Europa tanquam hæres eorumdem eius filiorum
prædefunctorum iure optimo dictas ſex vncias hac
de cauſa detrahere potuit *l. quamquam ibique com-*
muniter ſcribentes C. ad l. falcid. Hond. conſil. 63.
num. 16. lib. 1.

Non obſtat quod Teſtator prohibuerit illius de-
tractionem, & dicti eius filij illius Teſtamentum
in ſupradicto Inſtrumento diuiſionis acceptauerint.

Quia cum in caſu noſtro ſeruata non fuerit cau-
12 tela relata per *Socc. Iun. conſil. 122. num. 9. lib. 1.*
Non ſufficit ſola paterna prohibitio, & generalis
acceptatio eius Teſtamenti, quæ in alijs ibidem
diſpoſitis congruè verificari poteſt, ſed ſpecialis,
13 & indiuidua mentio legitimæ illiuſque expreſſa
renunciatio ibidem fieri debebat, & cenſeretur
quoad eam illis præiudicarum *l. ſi quando §. & ge-*
neraliter C. de inoff. Teſtam. Ancar. conſil. 152. nu.8.
verſ. legitimam verò cum alijs allegatis per Rotam corã
Greg. deciſ. 439. num. 21. ibique Add. num. 27. in rec.
dec. 203. num. 5. dec. 205. num. 4. 5. & 6. dec. 449.
num. 3. & 4. & deciſ. 655. num. 9. part. 1. Coram
Card. Caual. deciſ. 326. num. 7. & in Romana Supple-
menti legitimæ 18. Martij 1640. coram me, §. nihilo-
minus.

Nec obſtat quod omiſerint confectionẽ Inuen-
tarij, & non nulla bona alienauerint.

Quoniam alienationes adhûc effectum relatæ in
dicto Summario num. 7. non ſunt propriè alienatio-
14 nes, & quidem voluntariæ, prout requiritur ad
effectum inducendi præſumptionem ſubtractionis,
& alienationis aliorum bonorum, ſed ſunt retro-
uenditiones Cenſuum, quæ dicuntur actus merè
15 neceſſarij, vt tradit *Cenc. de Cenſib. quæſt. 69. nu 6.*
& quæſt. 109. num. 10. & tàm ipſe, quàm omiſſio
Inuentarij non fuerunt factæ ab ipſis hæredibus
grauatis, contra quos prætenditur conſumptio le-
gitimæ, ſed ab ipſorum Matre, Tutrice, & Cura-
trice; Hinc enim Domini multa conſiderabant,
quæ dictam præſumptam conſumptionem exclu-
16 dunt; Et primò, quod ob alienationem factam ex
neceſſitatem præſumi non poteſt grauatum alia bo-
na ſubtraxiſſe, & alienaſſe cum exindè in ipſo cõ-
ſiderari non valeat animus, ſeù voluntas alienan-
di, diſſipandique bona hæreditaria, ſicut conſide-
ratur ſtantibus alienationibus voluntarijs. Secun-
17 dò quod alienationes, ac omiſſio Inuentarij factæ
per Tutorem, vel Curatorem non præiudicant pu-
18 pillo, vel minori § *pupillis auth. de hæred. & Falcid.*
Rota deciſ. 67. num. 3. ad med. cum ſeqq. & deciſ. 163.
num. 8. par. 5. rec. Tertio, quod dictæ alienationes,
ſeù veriùs Cenſuum retrouenditiones ſunt certæ, &
non excludunt ſummam ſcutorum 500. vndè dùm
in caſu noſtro conſtat de ſtatu hæreditatis ab ipſiſ-
met tranſigentibus in ſecunda tranſactione firmato
non admittitur allegata præſumptio, neque prohi-
betur filijs ſaltem detractio ſupplementi, vt reſpon-
dit *Rota*

Digitized by Google

dit *Rota in Peruſina Fideicommiſſi 5. Martij 1646. coram R. P. D. meo Celſo §. nam cum illa , & in Ceſcuaten. bonorum 10. Martij 1649. coram R.P.D. meo Pentingerio §. primo verſ. cui ucque dua* , ac diſtinguendo , & conciliando contrarias deciſiones firmatum ſuit *in Peruſina bonorum 30. Maij 1650. coram me §.*
19 *quo verò ad modicitatem* . Quarto , quod Feruli habentes cauſam à dictis hæredibus grauatis , ſeù à dicta Europa eorum matre , & hærede ſunt Rei, & poſſeſſores ex hac præciſa cauſa legitimæ, vndè Rodulphis fideicommiſſarijs àgentibus , & dictas ſex vncias præuia tranſactionum reſciſſione vindicare prætendentibus non ſuffragatur prædicta] præſumptio , nec ſimplex probatio opulentiæ hæreditatis, ſed tenentur iuſtificare, quod grauati actualiter tot bona alienauerint , quæ legitimæ detractionem adæquent , vt tradunt *Peregr. de fideicom. art. 39. num. 14. Mangil. de Imput. quaſt. 136. n. 50. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quaſt. 4 num. 2. Cyriac. contr. forenſ. cap. 5. num. 27. & 28. San. Mem. Greg dec 185. num. 1. ibique Add. num. 3. Rota coram Martin. Andr. deciſ. 80. num. 4. 5. & 6. in Narnien. Fideicommiſſi 3. Iulij 1622. coram bon. mem: Merlino in Verulana fideicommiſſi 31. Martij 1638. coram Card. Panzirolo §. nec releuat quod cum Proſper in Romana Fideicommiſſi de Candidis 10. Martij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio in Caſanaten. bonorum 15. Martij 1651. corā R. P. D. meo Albergato §. quia alienationes* , & pariter diſtinguendo *in d. Peruſina bonorum coram me §. Pro intelligentia eum* . Quinto denique quod tam de prętio Cenſuum retrouenditorum , quam de alijs , qui fortaſſe reperiri poſſent extincti , ac de cęteris bonis fortaſſe alienatis dicti de Rodulphis conſequi debent eorum integram portionem iuxta formam ſupradictæ conuentionis in Inſtrumento primæ tranſactionis adiectæ , ideòque ad effectum de
20 quo agitur haberi debent perindè , ac ſi non fuiſſent retrouenditi , neque alienati, & conſequenter multo minus legitimæ conſumptionem important, per ea quæ in ſimilibus terminis tradit *Merlin. vbi ſupra dicto lib. 2. tit. 2. quaeſt. 3. num. 23. cum ſeqq.*

Deducta verò circa portiones detractas ex perſona Franciſci , & Io; Pauli , nec minus Dominis viſa fuerunt releuare ; licet enim Franciſcus deceſ-
21 ſerit in pupillari ætate ; Europa tamen poterat illius legitimam conſequi , quia cum Teſtator in verbis expreſsè ſe reſtrinxerit ad vulgarem , & fideicommiſſariam , ibi , *Et poſt eorum mortem in vnius cuiuſque ipſorum portione , ſubſtituit vniuscuiuſque filios liberos , & deſcendentes maſculos legitimos , & naturales de vno in alium vſque in infinitum , & inuicem , ac reſpectiuè actiuè , ac paſſiuè ordine ſucceſſiuo vulgariter , & per fideicommiſſum &c.* Non cenſetur ſub compendioſa voluiſſe compræhendere pupillarem , vt reiectis coniecturis ab altera parte allegatis in his terminis conſulendo firmat *Fuſar. conſil. 196. ante num. 35. verſ. tertio , & vltimo principaliter*
22 *cum plur. ſeqq.* vbi quinque fundamenta adducit pro illius comprobatione , *& conſil. 190. num. 14. Bellon. Iun. inter eadem conſil. Fuſar. conſil. 185. nu. 56. & 57. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quaeſt. 11. num. 20.* ac optimè conferunt adducta per *Dec. conſil. 371. ſub num. 5. verſ. & prædicta confirmantur Rol. à Vall. conſil. 63. num. 63. verſ. octauo accedit lib. 4. Menoch. conſil. 303. num. 8. Odd conſil. 95. num. 28. cum duobus ſeqq.* firmantes , quod quotieſcumque teſtator poſtquam compendioſè ſubſtituit enumerat ſpecies ſubſtitutionum , nempè vulgariter , & per fideicommiſſum , vel ſimiles , ipſam compendioſam declarat , atque reſtringit ad ſpecies enumeratas , ità vt cœteras ſubſtitutiones nullatenus compræ-
23 hendat; Ideòque Europa à dicta legitima non erat excluſa , vt admittit *Gabr. conſ. 120. num. 12. lib. 2.*

Facilior verò eſt reſponſio ad legitimam detractam , vt prætenditur à dicto Io: Paulo mediante legato per ipſum facto de duobus prædijs , Domo, & Cenſibus ad fauorem Franciſci eius filij legitimati , quià iuſtificatum non ſuit huiuſmodi bona eſſe fideicommiſſaria dicti Iulij Cæſaris .

Expræmiſſis , itaque paret quod intentio Actorum adhuc concludenter , vt requiritur , comprobata non fuit, ideoque allegari non poteſt in dictis
24 tranſactionibus adfuiſſe dolum , vel læſionem, & tamen ad iſtum effectum dolus probari debet verus, & certus , nec ſufficit præſumptus , vt pluribus adductis reſpondit *Rota in Bonon. de Berors 11. Martij 1643. coram R. P. D. meo Royas §. in omnem caſum*
25 læſio autem debet eſſe enormiſſima , & talis , vt contineat magnum exceſſum vltra dimidiam habita etiam ratione omnium expenſarum , ac dubij futuræ litis euentus , *Cagnol. in l. 2. num. 8. C. de reſcind. vendit. Pinell. ſuper eadem l. lib. 2. par. 1. cap. 4. num. 12. Corn. conſil. 196. num. 5. lib. 2. Dec. conſ. 16. num. 4. & conſil. 474. num. 10. Put. deciſ. 223. per totam lib. 1. in correct. Rot. deciſ. 461. num. 7. par. 1. deciſ. 715. num. 1. par. 2. rec. coram Card. Caual. deciſ. 407. num. 1. 2. & 3. & in Bononien. Tranſactionis 27. Februarij 1640 coram bon. mem. Card. Hieronymo Veroſpio §. dicebatur ſecundo verſic. Tamen non ſatis eſt.*

Atque ideò cum agatur de tranſactionibus factis bona fide à muliere , & tam longo temporis curſu obſeruatis reſolutum fuit, non eſſe locum illarum reſciſſioni vtraque &c.

LEODIEN. SVCCESSIONIS.

Ven. 14. Iunii 1652.

ARGVMENTVM.

Sub diſpoſitione facta de bonis prouenientibus ex latere paterno veniunt nedum ea, quæ ab ipſomet patre , fuere aquiſita , ſed etiam illa , quæ mediante Succeſſione maiorum ad eundem patrem ſpectabant . Cum talis expreſſio de bonis prouenientibus ex latere paterno ad contradiſtinctionem bonorum maternorum dicatur appoſita .

SVMMARIVM.

1 *Succeſſionis ad effectum attenditur ſolum cauſa immediata non autem vnde bona fuerint acquiſita .*
2 *Bona paterna dicuntur tam acquiſita à patre , quam prouenientia ab eius maioribus , & num. 3.*
3 *Bona , vt dicantur patrimonialia , vel de latere Patris ſufficit, quod ab ipſo , aut ab aliquo illius aſcēdente proueniant , & vide num ſeqq.*
5 *Exceptio dicitur neceſſaria vbi ea non facta caderet comprehenſio .*
6 *Exceptio firmat regulam in contrarium .*
7 *Teſtamentum voluntarie annullatum in ſubſtantialibus non præbet voluntatis interpraetationem in alio poſtea condito .*
8 *Legata ſtrictam interpretationem recipiunt in dubio nō autem in claris .*

DECISIO CCCXCII.

IOannes Philippus de Matthijs in eius vltimo Teſtamento inter cœtera diſpoſuit , quod omnia ſua bona , quæ reperientur ad ipſum ſpectare die ſui obitus , & prouenientia ex latere ſui Patris reuertantur ad Proximiores parentes de latere , & linea dicti ſui Patris ; Vndè inter Eliſabettam Vxorem Laurentij Dormael , quam non controuertitur eſſe illius proximiorem Conſanguineam ex dicto late-

re pa-

Digitized by Google

re paterno, ac Mariam, & Catharinam de Oranis
Collitigantes, dubitari contingit, quænam bona
veniant ſub dicta diſpoſitione. Et propoſita Cau-
ſa DD. exiſtimarunt ſub ea venire omnia bona pa-
terna, ſiuè aduentitia ſint, ſiuè profectitia, ac nō
ſolum prouenientia à maioribus dicti ſui Patris, ſed
etiam ab ipſo met Patre quandocumque acquiſita.
1 Quia cum ad effectum ſucceſſionis attendatur ſo-
lum Cauſa immediata, vndè bona proueniunt non
conſiderata amplius illorum acquiſitionis origine
ad *Text. in l. ſi Auia C. de donat. Caſtr. in l. qui ſcitis
§. ſin autem num. 3. in fin. verſic. & inſpicitur C. de
bon. quæ liber. Barboſ. in l. poſt datum 41. num. 77. ff.
ſolut. matrim. Rouit. conſil. 100. num. 7. Cancer var.
reſol. par. 1. cap. 1. de ſubſtit. numer. 44. verſ. circa
prædictam, Tiraquell. de retract. lignag. §. 14. gloſ. 2.
num. 1. Peregr. deciſ. Patau. 77. num. 8. vſque in fin.
Ioſeph. de Seſſ. deciſ. Aragon. 52. num. 18. vſque ad
25.* Nulla probabilis differentia conſtitui poteſt
inter acquiſita à Patre, & prouenientia ab eius ma-
2 ioribus, cum omnia indiſtinctè appellentur pater-
na, & promiſcuè accipiantur, atque cuncta ex Pa-
3 tre, & latere Patris prouenire dicuntur *Bald. conſ.
104. ſub num. 1. lib. 2. benè Socc. Iun. conſ. 1. nu. 25.
cum pluribus ſeqq. lib. 2.* Verba enim ibi prouenien-
tia ex latere Patris, cenſentur ſolum adiecta ad
contradiſtinguenda patrimonialia à matrimonia-
libus, vt ſcilicet, illa paternis, iſta verò maternis
aſſignentur, non autem ad reſtringendam diſpoſi-
tionem ad ſola bona maiorum quia ſatis eſt, vt di-
4 cantur patrimonialia, vel de latere Patris, quod
ab ipſo, aut ab aliquo illius Aſcendente proueniāt
*Socc. Iun. conſ. 1. dicto num. 25. verſ. hoc ſtante ſequi-
tur lib. 2. Barry. de ſucceſſ. rubr. de ſucceſſ. inteſt. lib. 12.
tit. quomod. collateral. ſucced. Innic. ſub num. 11. verſ.
Nam hæ differuntur fol. mihi 339.*

Neque vrgent auctoritates ab altera parte alle-
gatæ *Griuell. enim deciſ. Dolan. 109.* non negat bona
à Patre quæſita ex latere Patris dici non poſſe licet
ex alijs verbis per ipſum relatis, ad effectum diui-
dendi bona inter proximiores teneat inſpiciendam
eſſe illorum originem vſque ad communem ſtipi-
tem, quod tamen non percutit caſum noſtrum,
cum maximè moueatur ex verbis generalibus ſpe-
cialis conſuetudinis, & ſic pariter *Caſſan.* alijque
in contrarium adducti non excludunt quod bo-
na ſi à Patre incæperint Paterna, & ex ipſius Patre,
vel latere dici non valeant.

Non obſtat quod dictus Teſtator in eodem Te-
ſtamēto particulariter diſpoſuerit de quadā Domo
per eius Patrem acquiſita, atque ideò exindè con-
uincantur, quod cœtera illius bona, ſub dicto le-
gato nullatenus comprehendere voluerit.

Quia præter quod adhuc concludenter non con-
ſtat dictam Domum fuiſſe à Patre acquiſitam;
Animaduertebant Domini, quod huiuſmodi argu-
mentum probabiliter retorquetur; Cum enim ac-
quiſita à Patre comprehendantur ſub dicto legato
neceſſe penitus fuit dictam Domum excipere ad ex-
cludendam illius virtualem comprehenſionem,
5 quod ſanè non fuiſſet neceſſarium ſi illa ibidem
non contineretur, vt litteraliter probat *Text. in l.
quæſitum §. Denique ibi*,, Proponebatur enim qui le-
,, gauerat Argentum, & rationes excepiſſe, nam
,, qui hæc inquit, excipit, non poteſt videri de cœ-
,, teris rebus, quæ in ea eſſent ſenſiſſe &c. *ff. de fund.
Inſtruct.* Vigore enim huius exceptionis omnia alia
6 bona eiuſdem generis incluſa cenſentur *Natt. conſ.
159. num. 30. & 31. Rot. deciſ. 56. num. 2. & 3. &
deciſ. 203. num. 1. par. 4. recent. & in Recanaten. bono-
rum 29. Aprilis 1641. coram me §. Itâ pariter.*

Nec ſubſiſtit, quod voluntas dicti Teſtatoris re-
linquendi proximioribus ſolùm bona maiorum
deſumatur ex alio præcedenti illius Teſtamento in
quo illis expreſsè reliquerat omnia bona ſibi de-
uoluta per mortem Patris, & à Prædeceſſoribus
ſuis prouenientia.

Quia quoties prout hic, Teſtator primum Te-
ſtamentum in ſubſtantialibus reuocat nulla impel-
7 lente neceſſitate, verior, & communior eſt opi-
nio, quod ex eo deſumi non valeat ipſius volunta-
tis interpretatio, neque ſubſequentis Teſtamenti
declaratio ex *theor. Bart. in l. ſtatius florus num. 2. ff.
de Iur. fiſc. Dec. in cap. 1. in prima lectura num. 58.
verſ. ſed adde, & in 2. lectura num. 14. de Conſt. Sim.
de Pret. de interpret. vlt. vol. lib. 1. ſolut. 5. ſub n. 54.
circa med. verſ. contrariū in eadē diſpoſitione fol. mihi 20.
Menocch. lib. 4. præſumpt. 176 num. 1. & 8. Cyriac.
contr. 96. num. 54. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 345. nu. 22.
Rat. deciſ. 257. num. 9. par. 5. rec.*

Quod denique in legatis ſtricta fieri debeat in-
8 terpretatio procedit indubio, non autem in claris
ex congeſtis per *Card. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 7. cap. 1. num. 32.* Vltra quod in propoſito
non verſamur propriè in legato, ſed in particulari
inſtitutione de bonis paternis contradiſtincta ab
alia de maternis facta ad fauorem illarum de Ora-
nis Collitigantium.

An autem ſub dicta diſpoſitione veniant bona
quæſita Patri Teſtatoris ex dote ſuæ Vxoris iuxta
allegatam conſuetudinem *Leodien.* Domini man-
darunt, quod ſuper ea particulariter videatur.

Et itá vtraque &c.

LVCANA BONORVM.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Eccleſiæ ex ſpeciali Priuilegio ſemper ſuccurritur per reſtitutionem in integrum aduerſus incurſam præſcriptionem, etiam ſi agatur contra aliam Eccleſiam remedio Canonis Reintegrandę, maximè ſi Eccleſia agens enormiſſimè læderetur, neque per lapſum quadrienij priuilegio præfatæ reſtitutionis expirat, ſi vtraque Eccleſia agat de damno vitando, ſemper videtur fauorabilior cauſa illius, cui aliter ſuccurri non poteſt, quam reintegrando illam ad ſua bona, quam illius, quæ ſequuta euictione ſuos habet releuatores, & quænam in concurſu de damno vitando dicatur agere?

SVMMARIVM.

1 *Petitorium Iudicium, ſi fuit primo intentatum, non poteſt ad remedium reintegrationis poſtea confugi.*

2 *Spolium intentare non poteſt Eccleſia quæ per alienationes à ſe factas mediante perſona Rectoris, facto proprio cecidit à poſſeſſione.*

3 *Amplia etiam ſi alienationes prætenderentur nullæ ex defectu ſolemnitatum, vel euidentis vtilitatis.*

4 *Ex contractu nulla etiam poſſeſſio transfertur, quando nullitas non prouenit ex conſenſu.*

5 *Remedium Canon. Reintegrandæ ſpatio 30. vel 40. Annorum præſcribitur.*

6 *Clauſula* deducens &c. *& quam, & quas &c. appoſita in libello, & reſpectiuè in commiſſione, operantur vt omne Ius competens agenti dicatur in Iudicio deductum ab initio.*

7 *Amplia, vt ſtantibus his Clauſulis, non ſit prohibitū ſuſpenſo petitorio conuolare ad poſſeſſorium.*

8 *Idque etiam procedit ſine vlla refectione expenſarum.*

9 *Eccleſiæ ſemper competit remedium Canon. reintegrandæ, non obſtante quod Prælatus alienationi conſen-*

Digitized by Google

conſenſerit, & habuerit ſe pro ſpoliato.

10 *Prælatus Eccleſiæ præiudicare non poteſt.*

11 *Eccleſia eo magis eſt reintegranda, quando ex actu nullo, & iniuſto deiectionem paſſa fuit, & poſſeſſionem amiſit.*

12 *Amplia, quamuis agatur contra aliam Eccleſiam.*

13 *Eccleſia non habet priuilegium ſpoliandi aliam Eccleſiam.*

14 *Præſcriptio tota fundatur in bona fide poſſidentis, & negligentia recuperare debentis.*

15 *Præſcriptio ad commodum malæ fidei poſſeſſoris, & ad præiudicium ignorantis currere non poteſt.*

16 *Eccleſia ex ſpeciali Priuilegio ſemper ſuccurritur aduerſus præſcriptionem per reſtitutionem in integrum.*

17 *Amplia, etiam ſi agatur contra aliam Eccleſiam.*

18 *Reſtitutio in integrum ſtante enormiſſima læſione nunquam denegatur Eccleſiæ aduerſus quamcumque præſcriptionem, etiam longiſſimam.*

19 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem ex antiquo ſtilo Curiæ non impeditur per lapſum quadriennij, attenta præſertim enormiſſima læſione.*

20 *Priuilegia conquaſſantur; quando vtraque Eccleſia agit de damno vitando.*

21 *Eccleſia non prohibetur bona ſua auocare à quocunque poſſeſſore, etiam ſi iſte propter huiuſmodi euictionẽ remaneat in damno.*

22 *Eccleſia vtraque ſi agat de damno vitando, fauorabilior eſt cauſa illius, quæ aliter damnum euitare non poteſt, quamuis reſtituta fuerit ad ſua bona, quam alterius, quæ ſequuta euictione ſuos habet releuatores.*

23 *Eccleſia illa agit de damno vitando, à qua ſua bona auferuntur.*

DECISIO CCCXCIII.

CVm Eccleſia S. Petri maioris Lucan. inter cœtera bona antiquitus poſſideret Terras in Communi Taſſignani aliaſque in Communi Nauis, die 15. Iunij 1541. Nicolaus de Arnolfinis tunc Prior eiuſdem Eccleſiæ conceſſit illas Taſſignani Paulo eius germano fratri, qui promiſit tradere dicto Nicolao, & eius in Eccleſia Succeſſoribus tot alias Terras, ex quibus perciperentur annua ſtaria quindecim cum dimidio frumenti, & elapſo tantum duorum dierum ſpatio idem Paulus nomine proprio conceſſit in emphyteuſim perpetuam præfatas Terras Taſſignani Bartholomæo, & Laurentio de Ghirlanduccijs. Illas verò ſitas in Communi Nauis pro ſe, ac nomine Nicolai, & Ioannis eius fratrum eodem modo conceſſit Michaeli Lippi, *Summario impreſſo D. Prioris num. 1. 2. & 3.*

Die 11. Octobris eiuſdẽ anni 1542. prędictus Nicolaus, non ſolum vti Prior dictæ Eccleſiæ, ſed etiam proprio nomine conſtituit Procuratorem d. Paulum eius fratrem ad concedendum cuicumque perſonæ in emphyteuſim bona quæcumque immobilia, & præſertim ad dictam Eccleſiam ſpectantia, eaque etiam alienandum titulo permutationis etiam ſi eſſent aſſignanda per d. Paulum fratrem, tam pro bonis habitis titulo permutationis, quam alias per ipſum habendis, *dicto Summario num. 4.* & ſucceſſiuè dictus Paulus 23. Nouembris ſequentis proprio, & Ioannis nomine, ac vti Procurator dicti Nicolai aſſignauit Abbati, & Monacis Sanctorum Bartholomæi, & Pontiani Capitulariter congregatis, eorumque Monaſterio directum Dominium præfatarum Terrarum pro extinguendo eorum particulari debito contracto per Petrum de Arnolfinis Communem Patrem, nempè pro affrancandis alijs Terris, quæ d. Monaſterium anno 1514. dicto Petro tradiderat *dicto Summario num. 5.*

Mota lite anno 1627. à tunc Priore dictæ Eccleſiæ S. Petri, & coram diuerſis Iudicibus agitata, diuerſiſque latis hinc indè ſententijs; Tandem cauſa appellationis mihi commiſſa, dubitaui; An Eccleſia S. Petri ſit reintegranda, vel potius illa Sanctorum Bartholomæi. & Pontiani à petitis abſoluenda?

Contra petitam reintegrationem plura deducebantur, & primo quod cum in partibus intentatum fuiſſet Iudicium petitorium non poſſit hodie Prior Sancti Petri eo derelicto ad remedium reintegrationis ſe conuertere, poſt *Salic. tradit Menoc. de recuperan. remed. 15. num. 381. cum ſeqq.*

1 (margin number beside "bantur")

Secundo, quod dicta Eccleſia Sancti Petri me-
2 diante perſona eius antiqui Prioris facto proprio ceciderit à poſſeſſione ſignanter Terrarum Taſſignani, quæ per d. Priorem actualiter diſtractæ, & alienatæ fuerunt; Ideòque multominus modernus Prior prætendere valeat petitam reintegrationem ex notatis per *DD. in cap. ſæpè de reſtit. ſpoliat. Caſſador. deciſ. 4. num. 6. verſ. Proprio namque facto eod.*
3 *tit. Buratt. deciſ. 301. num. 2.* Idque etiam ſi huiuſ-
4 modi alienatio prætendatur nulla ex defectu ſolemnitatum, vel euidentis vtilitatis, quia quando nullitas non prouenit ex defectu conſenſus etiam ex contractu nullo transfertur poſſeſſio *Card. Seraphin. deciſ. 671. num. 2. & 3. Add. ad Greg. dec. 194. num. 28. cum alijs adductis in Anagnina prætenſi ſpolij 13. Iunij 1646. Coram R.P.D. meo Meltio.*

Tertio denique, quod obſtet quadragenaria
5 præſcriptio. Cum enim remedium Can. reintegrandæ 3. quæſt. prima triginta, vel quadraginta annorum ſpatio præſcribatur *Card. Seraphin. deciſ. 1360. per tot Rot. deciſ. 120. num. 1. par. 3. deciſ. 150. num. 4. par. 4. & deciſ. 275. num. 27. par. 6. recent.* In caſu noſtro non ſolum vnica, ſed duplex concurrat quadragenaria præſcriptio, dum à dicto anno 1542. vſque ad annum 1627. & ſic per annos 85. Eccleſia, ſeù Monaſterium Sanctorum Bartholomæi, & Pontiani præfatas Terras pacificè poſſedit.

E' contra verò pro reintegratione deducebatur
6 prædicta non obſtare, nam primum videbatur poſſe tolli ex Clauſulis *deducens &c. Et quam, & quas* appoſitis in primordiali libello, & reſpectiuè in Commiſſione Rotali, quæ videntur operari, vt ab initio in Iudicio deductum dicatur omne Ius com-
7 petens Eccleſiæ agenti, itaut non ſit prohibitum ſuſpenſo petitorio conuolare ad poſſeſſorium *Card. Seraphin. deciſ. 630. num. 5. San. Mem. Gregor. deciſ.*
8 *270. num. 5. & 6.* vbi quod hoc procedit etiam ſine vlla refectione expenſarum.

Ad ſecundum reſpondebatur ſemper Eccleſiæ
9 competere d. remedium non obſtante, quod Prælatus alienationi conſenſerit, & habuerit ſe pro
10 ſpoliato, cum ipſe non poſſit Eccleſiæ præiudicare *Caputaq. deciſ. 170. num. 4. & deciſ. 182. n. 8. par. 3. San. Mem. Gregor. deciſ. 116. num. 1. Rota in Calimbrien. Præſtimoniorum 10. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano confirmata 27. Iunij 1633. coram clar. mem. Coccino, & prius in Theatina Iuriſdictionis S. Ioannis 10. Maij 1621. coram eodem in Meſſanen. ſeù Nullius fendi 15. Februarij 1636. coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſas dec. 702. per totam, & in Lucana Terrarum 16. Iunij eiuſdem anni coram bon. mem. Cardinali Hie-*
11 *ronymo Veroſpio*, eoque magis quando ex cauſa iniuſta, & actu nullo (vt latè in propoſito comprobant

Digitized by Google

probant Informantes) poſſeſſionem amittit; Hoc
enim caſu ob Iniuſtitiam deiectionis Eccleſiam eſſe
reintegrandam optimè deſumitur ex eodem *Textu
in d. can. Reintegranda*, ibi, *per quaſcumque iniuſtas
cauſas res Eccleſiæ, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe &c.*
& relatis pluribus auctoritatibus plenè firmatur in
*dicta deciſ. bon. mem. Merlin. 702. num. 3. cum ſeqq.
iuncto num. 80. & in dicta Lucana Terrarum coram*
12 *bon. mem. Cardinali Hieronymo Veroſpio*, quamuis
13 agatur contra aliam Eccleſiam, quia vna Eccleſia
non habet priuilegium ſpoliandi aliam, vt reſpon-
ſum fuit in *Neapolitana Spolij 3. Iunij 1601. coram
Lancellotto penes Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 103.
num. 5.*

Ad tertium denique, in quo conſiſtebat maior
difficultas dicebatur præſcriptionem non intrare
ob malam fidem reſpectu Monaſterij, & ignoran-
14 tiam reſpectu Eccleſiæ S. Petri ex pluribus deſum-
ptis; Cum enim præſcriptio tota fundetur in bona
15 fide poſſidentis, & in negligentia recuperare de-
bentis, ad commodum malæ fidei poſſeſſoris, &
ad præiudicium ignorantis currere non poteſt *cap.
vltimo de præſcript. l. 1. C. de annal. præſcript. & l. con-
tra maiores C. de tranſaction.*

Verùm cauſa propoſita Dñi non fuerunt concor-
des præcipuè ſuper obiecto præſcriptionis negantes
nonnulli, alijque affirmantes præſcriptionem ob-
ſtare; conuenere tamen aduerſus eam Eccleſiæ S.
Petri competere reſtitutionem in integrum, quia
16 ex ſpeciali Priuilegio ſemper Eccleſiæ ſuccurritur per
huiuſmodi reſtitutionem *cap. Auditis de in integr. re-
ſtit. clem. 1. eod. tit. Alex. conſ. 81. num. 9. lib. 5. Ruin.
conſ. 63. num. 24. lib. 1. & conſ. 103. num. 18. lib. 5.
Dec. conſ. 36. num. 9. Odd. de reſtit. in integr. port. 2.
quæſt. 90. art. 3. ſub num. 13. verſ. ſed breuiter Genuen.
Practicab. quæſt. 122. ſub num. 3. verſ. ſed quod maxi-
mè Buratt. dec. 774. num. 6. Rota in Romana Cenſus 25.*
17 *Iunij 1640. coram R. p. d. meo Bichio §. 3. in omnem
euentum* etiam ſi agatur contra aliam Eccleſiam
*Roman. conſ. 166. num. 14. Maraut. in prax. part. 6. §.
& quandoque appellatur ſub num. 88. verſ. Item reſti-
tuitur Odd. vbi ſupra par. 1. quæſt. 18. art. 5. nu. 40.*

Eoque facilius ex quo aliàs d. Eccleſia enormiſ-
ſimè læderetur cum bona Taſſignani alienata fue-
rint in Arnolfinos ſine cauſa, & nulla recepta re-
compenſatione de bonis verò in communi nauis
ſpoliata fuerit abſque vllo titulo ſaltem colorato,
18 ſtante enim enormiſſima læſione nunquam dene-
gatur Eccleſiæ reſtitutio in integrum aduerſus
quamcumque præſcriptionem etiam longiſſimam,
vt clarè decidit *Text. in d. cap. Auditis in fin. de in in-
tegr. reſtit. Roman. conſ. 123. num. 5. & conſ. 407. in
fin. Dec. d. conſ. 36. ſub dicto num. 9. verſ. & propter
maximam læſionem Ciarlin. contr. for. cap. 105. nu. 51.*

Non obſtat quod priuilegium præfatæ reſtitutio-
19 nis lapſu quadriennij fuerit expiratum, quia in
curia ex antiquo ſtilo lapſus quadriennij non impe-
dit huiuſmodi reſtitutionem vt reſpondit *Rota coram
Buratt. dec. 452. num. 7. ibique Add. littera B. & dec.
634. num. 17. in recent. dec. 284. num. 57. part. 6. &
dec. 540. num. 17. par. 8.* Attenta præſertim enormiſ-
ſima læſione *Odd. vbi ſupra par. 1. quæſt. 19. art. 7.
num. 66. verſ. in contrarium eſt communis, & num. 72.
Genuen. par. vbi ſupra quæſt. 124. per tot. Rot. d. deciſ.
284. num. 50. par. 6. rec. & coram Buratto d. dec. 452.
num. 8. cum cæteris allegatis per Add. ad eamdem deciſ.
404. num. 10.*

Nec refert. quod vtraque Eccleſia agat de damno
20 euitando, & ideo priuilegia conquaſſentur, quia
præter quod non prohibetur Eccleſia bona ſua auo-
21 care à quocumque poſſeſſore, etiam ſi propter hu-
iuſmodi euictionem iſte remaneat in damno ad
*Text. in l. ſi mancipia 23. C. de aedilic. & l. in Ciuilem
2. C. de furt. & ſeru. corrupt. Farinacc. de furt. quæſt.
177. num. 29. & 30. Cyriac. contr. 299. num. 1. & 2.*
Animaduertebant Domini quod Eccleſiæ S. Petri
propriorum bonorum ſpoliatæ aliter ſuccurri non
poteſt quam per auocationem dictorum bonorum,
Monaſterium verò habet ſuos Releuatores, & ſe-
quuta euictione redire poteſt ex primeuis Iuribus
ad bona per Arnolphinos affrancata; vndè in con-
22 curſu ſemper videtur fauorabilior cauſa illius Ec-
cleſiæ, quæ aliter damnum euitare non poteſt,
quam petendo ſe reſtitui ad bona, quibus fuit iniu-
ſtè ſpoliata, quam alterius, quæ poteſt alio reme-
dio quamquam difficillimo propriam præſeruare
indemnitatem; vltra quod illa dicitur agere de
23 damno vitando, à qua ſua bona auferuntur *Rota
dec. 518. num. 7. penes Poſth. de manut.*

Et ità vtraque &c.

TVDERTINA DONATIONIS.

Lunæ 17. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Donatio anterior, quando præferenda ſit poſteriori,
licet iſta fuerit executioni demandata per actualem
traditionem rei donatæ elegantiſſimè diſcutitur.
Donatio omnium bonorum mobilium, & immo-
bilium, quando comprehendat etiam iura, & actio-
nes, & quando ſecus clarè demonſtrantur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio prima facta cum ſolemnitatibus neceſſarijs, non poteſt per ſecundam donationem alterari, aut immutari.*

2 *Donatio ſecunda effectuata per traditionem, præferri debet primæ carenti traditione.*

3 *Clauſula*, conſtituti, *quando non fuit expreſsè appoſita, ex quibus verbis tacitè reſultet?*

4 *Clauſula*, conſtituti, *eſt tranſlatiua dominij, & poſſeſſionis.*

5 *Donatarius per clauſulam*, conſtituti, *præferendus eſt cuicumque alteri poſſeſſori, cui res donata actualiter tradita fuit.*

6 *Facultas capiendi poſſeſſionem propria auctoritate in quibus verbis contineatur?*

7 *Clauſula*, obligarunt &c. *includit hypothecam, & obligationem omnium bonorum obligati.*

8 *Donatarius prior, quando præferendus ſit poſteriori, qui actualem poſſeſſionem rei donatæ accepit?*

9 *Creditor poſſidens bona debitoris ex cauſa onerosa, licet poſterior, præferendus eſt priori ex cauſa lucratiua, intellige procedere vt num. 10.*

11 *Donatio redditur nulla, & inefficax, quando donator ſibi reſeruauit modicam quantitatem ad effectum teſtandi.*

12 *Intellige procedere in donatione vniuerſali omnium bonorum ſecus in donatione reſtricta ad mobilia, & immobilia.*

13 *Iura, & actiones non comprehenduntur inter mobilia, & immobilia, ſed conſtituunt quandam tertiam ſpeciem.*

14 *Amplia, quando dd. mobilibus, ſeu immobilibus addita fuiſſent verba deſignantia locum, ſeu ſitum.*

15 *Et quid ſi fuerit dictum, vbicumque exiſtentia, vel quocumque conſiſtentia?*

16 *Iura, & actiones, quando comprehendantur ſub expreſſione omnium mobilium, & immobilium, & quando ſecus num. 17.*

18 *Et quid ſi ſubſequenter appoſita eſſet clauſula, nulla alia reſeruatione facta.*

19 *Iuramentum appoſitum in donatione omnium bonorum præſentium , & futurorum , quid aperetur?*

20 *Diuiſio bonorum facta inter donantem, & donatarium, quando non dicatur facta ad renocandam præcedentem donationem?*

21 *Simulatio non inſertur ex actu licito , & à iure permiſſo .*

22 *Simulatio ceſſat vbi actus poteſt fieri verè , & ſine fraude .*

23 *Simulatio non probatur ex coniecturis , ceſſante , cauſa ſimulandi .*

DECISIO CCCXCIV.

PRimam donationem inter viuos factam à Ruggerio Accurſio anno 1574. Paridi Accurſio germano fratri eſſe validam, non autem ſecundam factam de anno 1591. Paulo Petro Accurſio eius Nepoti ex
1 q. Portio alio fratre, fuit hodie reſolutum. Quia eſt perfecta, & corroborata Iuramento, alijſque ſolemnitatibus de Iure neceſſarijs, ac proindè per ſecundam alterari, aut immutari non potuit §. *alia autem Inſtit. de donat. l. prafecta C. de donat. quæ ſub mod. Ruin conſ. 172. à num. 18. vſque ad fin. lib. 1. Rota coram Duran. deciſ. 84. num. 16. cum ſeqq. in Romana Donationis 15. Martij 1641. coram R. p. d. meo Royas §. & tandem quia in Barcu donationis 15. Aprilis 1647. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano §. 1. cum ſeq.*

Non obſtat quod ſecunda tanquam effectuata
2 per traditionem præferri debeat primæ carenti traditione *l. quoties C. de rei vindic. & l. final. §. lucrur ff. de donat.*

Quia præter quod ex verbis & *donec &c. Interim*
3 &c. in dicta prima donatione adiectis reſultat clauſula conſtituti, vt dixit *Rota in Romana de Incoronatis 29. Aprilis 1616. coram bo. me. Card. Vbaldo apud Poſth. de manut. dec. 299. num. 10. & coram Duran.*
4 *dec. 401. num. 8.* quæ tanquam translatiua Dominij & poſſeſſionis operatur, vt primus Donatarius præferatur cuicumque alteri poſſeſſori, cui deinde rea-
5 lis, & actualis traditio rei donatæ facta fuerit, vt in puncto firmauit *Rota coram eodem Duran. d. deciſ. 84. num. 18. 19. & 20. In Romana Caſalis Turris Vergata 22. Iunij 1629. coram bo. me. Pirouano in rec. dec. 308. num 7. & 8. par. 5. in Taurinen. Donationis 28. Ianuarij 1633. coram bo. me. Merlino inter eius impreſſas dec. 568. num. 34. & 35. tom. 2. repetita in recen. dec. 178. par. 6. in d. Baran. Donationis coram Reuerendiſſ. D. meo Decano , §. atque ideò :* Cum in caſu
6 noſtro pro obſeruantia donationis addita fuerit generalis hipotheca omnium bonorum donatoris, tum ex facultate capiendi poſſeſſionem propria auctoritate contenta in illis verbis cæteratis ibi *quam accipiendi &c.* iuxta magiſtralem Theoricam *Bald. in l. Creditores 3. num. 3. C. de pignor. & hipoth. per text. in l. creditor la prima §. poſt diuiſionem ff. qui potior in pign. habean. Neguſ. de pignor. 1. membr. 3. part. nu. 3. verſ. ſimiliter dicit inter tract. magn. tom. 6. part. 1. fol. mihi 213. at. Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 3. num. 16. Gait. de credit. cap. 4. quaſt. 6. num. 284. fol. 272. Vrſill. ad afflict. dec. 201. num. 1. Duran. dec. 40.*
7 *num. 21. & 22.* Tum etiam ex clauſula obligarunt &c. ibi &c. adiecta, quæ regulariter includit hipothecam, & obligationem omnium bonorum ſobligati *Burſatt. conſ. 39. num. 39. & 40. lib. 1. Rimin.*
8 *conſ. 299. num. 10. & 11.* Vtique ratione huius hipothecæ antiori tempore conſtitutæ nullum præiudicium inferri potuit Paridi primo Donatario, qui propterea non obſtante ſubſequuta actuali traditione, ſecundo præferri debet, vt in terminis tradunt *Iaſ. conſ. 244. alias 5. num. 21. & 22. lib. 3. Soca. Iun. conſ. 118. num. 19. lib. 2. Pariſ. conſ. 69. num. 156. cum ſeqq. lib. 3. Menoch. conſ. 1153. num. 65. & 66. Theſaur. Iun. queſt. for. lib. 4. quaſt. 64. nu. 2. Giam. dec. Luſitan. 130. num. 2. cum alijs relatis , per Rotam dec. 539. ſub num. 6. verſ. præſertim ratione par. 4. rec. & in Romana Caſalis 21. Ianuarij 1638. coram Reuerendiſſ. Terracinen. penes Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 194. num. 16.*

Et hinc non applicatur, quod Creditor poſſidens
9 ex cauſa oneroſa, licet poſterior præferatur priori ex cauſa lucratiua, quia (præter quod vtraque donatio procedit ex cauſa lucratiua) hoc habet locum quando titulus lucratiuus anterior non eſt mu-
10 nitus hipotheca, ſed ſola actione perſonali, ſecus autem quando in ipſo, prout hic, concurrit etiam hipotheca, tunc enim non admittitur diſtinctio cauſæ lucratiuæ, aut oneroſæ, ſed ſemper præfertur ille, qui prior eſt in tempore, vt articulo maturè diſcuſſo reſponſum fuit in *Romana fideicom. de Incoronatis 7. currentis coram R. p. d. meo Albergato §. verum hodie animaduerſum fuit .*

Nec obſtat quod Donator in prima donatione
11 ſibi reſeruauerit ad effectum teſtandi ſcuta quinque dumtaxat, ideoque tam modica reſeruatio vti non ſufficiens ad inueniendum, & alliciendum hæredē, non habeatur in conſideratione ad validandam, & ſubſtinendam donationem, quæ propterea reddatur nulla, & inefficax *Caſtr. in l. ſtipulatio hoc modo concepta 61. num. 3. circa fin. verſ. niſi fortè ff. de verb. oblig. Bertran. con. 260. num. 1. verſ. quoniam reſpondeo lib. 8. Honded. conſ. 39. num 16. cum ſeqq. lib. 1. Clar. in §. donatio quaſt. 19. num. 8. & in fine verſ. intellige tamen Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 2. nu. 128. cum ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 23. n. 2. Maſtril. dec. 283. num. 18. & 19.*

12 Quia prædicta procedunt in donatione vniuerſali omnium bonorum mobilium, & immobilium Iurium, & actionum præſentium, & futurorum, in quibus terminis loquuntur allegati DD. ſecus autem in donatione (prout hic) reſtricta ad mobilia, & immobilia nulla facta mentione Iurium, & actionum, iſta enim non dicitur vniuerſalis, & conſequenter eſt valida, licet quantitas reſeruata ſit modica, quia donator liberè Teſtari poteſt etiam de omnibus Iuribus, & actionibus quomodolibet ſibi competentibus, & in futurum competituris, quæ ad effectum teſtandi, & inueniendi hæredem pariter reſeruatæ *Cenſentur Iaſ. in l. à Dino Pio §. in vend. ſub num. 7. verſ. quidam donauit ff. de re iud. & dicto conſ. 244. alias 5. num. 25. verſ. 2. in tali donatione iuncto num. ſeq. lib. 3. Cagnol. in l. fin num. 270. C. de pact. Surd. conſ. 450. num. 4. verſ. tertio reſpondeo Cephal. conſ. 288. num. 40. & 41. Rolan. à Vall. conſ. 65. num. 7. & 8. lib. 1. Guidop. dec. 291. num. 1. verſ. hinc eſt quod dixi Cancer. vbi ſupra tom. 1. cap. 8. tit. de donat. num. 84. Fontanell. plures referens vbi ſupra d. clauſ. 4. gloſ. 21. par. 5. num. 43. Theſaur. Iun. pariter vbi ſupra lib. 1. quaſt. 2. num. 10. Gail. pract. obſer. lib. 1. obſeru. 11. num. 10. Card. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 29. num. 3. Ludouic. à Peguer. dec. 141. nu. 2. & 3.* Iura enim, & actiones non compræhendun-
13 tur inter mobilia, vel immobilia, ſed conſtituunt quamdam tertiam ſpeciem, vt litteraliter probat *text. in d. l. à Dino Pio dicto §. in vend. ff. de re iudic. Bald. conſ. 232. ſub num. 2. lib. 2. Bart. conſ. 50. ſub num. 1. lib. 1. Oldrad. conſ. 219. num. 2. Dec. conſ. 236. num. 1. & conſ. 414 num. 11. Ruin. conſ. 218. nu. 1. verſ. ſecundo valuit lib. 1. Pariſ. conſ. 50. num. 23. & conſ. 96. num. 15. lib. 1. Natt. conſ. 146. num. 15. Tiraquell. in l. ſi vnquam verb. bona num. 8. C. de reuoc. donat. Guidop. d. dec. 291. dicto num. 1. Gabr. de verb. ſignif.*

Digitized by Google

ſignif. concluſ. 7. *num.* 1. *Gaill. obſeru.* 11. *num.* 9. *Theſaur. dec. Pedem.* 201. *num.* 6. *Franc. Marc. deciſ.* 128. *num.* 4. *par.* 2. *cum alijs per* Rotam *penes Cenc. de cenſ. dec.* 3. *num.* 14. Præſertim quando, prout hic,
14 adducuntur verba deſignantia loci exiſtentiam, ſeù ſituationem ibi, *vbique ſita &c. & ſubquibuſuis vocabulis, & confinibus &c.* tunc enim quia Iura, & actiones non circumſcribuntur loco nunquam veniunt ſub appellatione mobilium, & immobilium licet amplè, generaliter concepta iuxta veriorem, & communiorem opinionem, quam in puncto probant *Iaſ. in d. §. in vend. num.* 8. *Cagnol. in d. l. fin. ſub d. num.* 270. *verſ. & idem ſecundum Bald. conſ.* 232. *in fin. verſ. ſi aduertamus verba Cephal. d. conſ.* 288. *num.* 42. Rolan. *d. conſ.* 65. *num.* 10. *&* 11. *Gabr. d. concl.* 7. *num.* 10. *Card. Mant. d. tit.* 29. *num.* 5. *Ludouic. à Peguer. d. dec.* 141. *ſub num.* 3. *verſ. & fortius* ac diſtinguendo inter verba vbicumque exiſtentia, & verba in quocumque conſiſtentia ad miſit *Rota in Auenionen. hæreditatis* 5. *Martij* 1646. *coram* R. *p. d. meo* Royas §. *minus* aduerſatur ea diuerſitatis ratione,
15 quia verbum exiſtere, & verbum vbicumque locum deſignant quod non congruit. Iuribus, & actionibus, verbum verò quocumque, & verbum conſiſtere tanquam magis vniuerſalia ſunt apta denotare etiam materiam, ac rem loco non circumſcriptam, & ſic Iura, & actiones.

16 Nec aduerſatur deciſio *Albanen. hæreditatis* 23. *Iunij* 1642. *coram me §. final.* licet enim ibi dictum fuerit expreſſionem mobilium, & immobilium factam dictione vniuerſali omnium compræhendere etiam Iura, & actiones, hoc tamen cautè firmatum fuit, quia in caſu dictæ deciſionis ſubiecta materia aliter
17 non ſuadebat ex rationibus ibidem ponderatis; in propoſito autem ſubiecta materia non patitur eamdem interpretationem, præſertim ex præfata deſignatione, & circumſcriptione loci, quæ operatur, vt expreſſio illa vniuerſalis, ſeu potius generalis reſtringatur ad eas dumtaxat bonorum ſpecies quibus congruit eadem loci circumſcriptio neque extendatur ad alia, quæ ipſa non complectitur, vt concorditer probant omnes auctoritates ſupra allegatæ, & ſignanter *Ludouic. à Peguer. d. dec.* 141. *à num.* 2. *vſq; in fin.* vbi in ſpecie donatio facta fuerat de omnibus bonis mobilibus, & immobilibus.

18 Nec refert clauſula generalis ſubſequenter appoſita ibi *nulla alia reſeruatione facta* &c. quia cum ex prædictis appareat donationem non eſſe vniuerſalem, ſed reſtrictam ad mobilia, & immobilia ad iſta etiam dicta clauſula referri, & reſtringi debet quaſi donator dixiſſet nulla alia reſeruatione facta de dictis mobilibus, & immobilibus donatis per ea quæ tradit *Bald. in l. à procuratore num.* 2. *verſ. nec obſtant verba generalia C. mandat. Alex. in l.* 3. *num.* 23. *in fin. verſ. confirmo ff. de acquir. poſſ.*

Præterea ponderabant DD. quod cum in prima
19 donatione adſit peculiare Iuramentum eius virtute ſubſtineri debet ſaltem quoad præſentia licet explicitè donata fuerint etiam bona futura, huiuſmodi enim Iuramentum appoſitum in donatione ſimul facta de bonis præſentibus, & futuris operatur, vt duplex cenſeatur facta donatio altera ſcilicet de præſentibus, & altera de futuris, itaut etiam vna corruente bene ſubſiſtat altera, & mentio bonorum futurorum habeatur pro non appoſita *Surd. d. conſ.* 450. *num.* 60. *Tob. Non. conſ.* 55. *num.* 6. *Natt. conſ.* 453. *num.* 16. *Seraph. de priuileg. iuram. priuil.* 98. *nu.* 22. *cum duobus ſeqq. Fontanell. vbi ſupra d. clauſ.* 4. *d. gloſ.* 21. *par.* 1. *num.* 68. *Buratt. dec.* 7. *num.* 2. *ibiq; Add. num.* 14. referens hanc eſſe magis receptam opinionem, eamque amplexa fuit *Rota in d. Romana donationis* 17. *Decembris* 1640. *coram* R. *p. d. meo* Royas *in §. in omnem caſum.*

20 Nec ſubſiſtit, quod præfata donatio reuocata fuerit per ſubſequutam diuiſionem concorditer factam inter Donantem, & donatarium, alioſque ipſorum fratres, quia cum huiuſmodi diuiſio fieri potuerit ad alium effectum nempe ad euitandam vlteriorem communionem cum dictis alijs fratribus ad iſtam cauſam, non autem ad reuocationem præfatæ donationis, & ſic ad renunciationem proprij Iuris referri debet *Peregr. conſ.* 93. *numer.* 6. *verſ. in propoſito autem lib.* 1. *Fuſar. de ſubſtit. queſt.* 593. *ſub num.* 6. *verſ. probat. primo* Rota *dec.* 436. *numer.* 11. *par.* 8. *rec.* Et hoc ſane conuincitur, dum ex teſtibus relatis in *Summ. Bonauenturæ num.* 4. iuſtificatum fuit, quod donans, & primus Donatarius etiam poſt dictam diuiſionem, & vſque ad obitum communiter, & pro indiuiſo ipſorum bona poſſederunt, ſignum euidens, quod diuiſio ad alium effectum facta non fuit, quam, vt dictum eſt, ad terminandam communionem cum alijs fratribus.

21 Nec denique obſtant ea, quæ deducebantur circa ſimulationem, quia cauſa ſimulandi ad effectum excludendi Portium communem fratrem à Succeſſione donantis nullius eſt efficaciæ, cum enim lex non prohibeat fratri excludere fratrem ab eius hæreditate actus huiuſmodi excluſionis vti licitus, & à lege permiſſus ſuſpicionem ſimulationis inferre non valet *Aym. conſ.* 319. *ante numer.* 10. *verſ. ideo in actu. Surd. dec.* 30. *num.* 37. *&* 38. *S. me. Greg. deciſ.* 195. *num.* 10. *&* 11. *ac dec.* 459. *num.* 8. *&* 9. vbi fir-
22 matur, quod ſi actus poteſt fieri verè, & ſine fraude ceſſat ſuſpicio ſimulationis, & fraudis, ac optimè in ſimilibus terminis comprobauit *Rot. deciſ.* 413. *num.* 2. *par.* 2. *& dec.* 435. *par.* 5. *rec.* ceſſante
23 autem cauſa ſimulandi ſolæ coniecturæ non attenduntur ad probandam ſimulationem, vt poſt *Bart. in l. poſt contractum num.* 3. *ff. de donat. firmauit* Rot. *coram S. me. Gregor. dec.* 157. *ſub num.* 22. *ibiq; Add. num.* 27. *coram bo. me. Buratto dec.* 365. *num.* 3. *in rec. dec.* 307. *num.* 11. *part.* 1. *& deciſ.* 677. *ſub num.* 5. *verſ. vnde applicat. par.* 2. *in* Romana *locorum montium* 25. *Febr.* 1641. *coram* Reuerendiſſ. *D. meo Decano in Feretrana prædij* 1. *Iulij eiuſdem anni coram* R. *p. d. meo Bichio in* Romana *Vinea de Granuela* 26. *Iunij* 1648. *coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado, & in Meleuitana bonorum* 1. *Febr.* 1651. *coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono §. ſublata* verò in quibus vlterius remouentur omnes coniecturæ, quæ etiam in propoſito ab informantibus adductæ fuerunt.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE DRVSOLINIS.

Veneris 21. *Iunij* 1651.

A R G V M E N T V M.

Sententia nulla, & iniuſta non tranſit in iudicatum, nullitas autem redditur clara quotieſcumque Iura, & Acta in primo Iudicio reſpectiuè facta, & producta non fuerunt coràm ſecundo Iudice tranſportata, & quotieſcumque coram eo non fuit præſtitum Iuramentum Calumniæ ab altera parte petitum. Ceſſio facta per Monaſterium abſque iuſta cauſa, & Beneplacito Apoſtolico tamquam nulliter facta non ſuſtinetur, & an Eccleſia in repudiatione Iuris non dum quæſiti teneatur ſeruare ſolemnitates requiſitas in Extrauagant. ambitioſæ de reb. Eccl. non alienand. & quando Eccleſia dicatur renunciare Ius quæſitum? Et quid ſi Iura eſſent quæſita, ſed Eccleſia non poſſideret?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non denegatur aduerſus rem Iudicatam, ſtante nullitate, & iniuſtitia ſententia, ex quibus reſultat læſio?*

2 *Nullitas ſententia reſultat, ex quo fuit lata non transportatis actis, nec Iuribus in prioribus inſtantijs factis, & reſpectiuè productis.*

3 *Acta, quæ erant releuantia, & neceſſaria ad diſcuſſionem Iuſtitia præcedentium ſententiarum ſi non fuerunt tranſportata, Iudex non habuit exercitium iuriſdictionis, & nulliter proceſſit.*

4 *Iuramentum Calumnia, ſi ab altera parte petitum, præſtitum non fuerit, eius omiſſio vitiat, atque annullat proceſſum, & ſententiam.*

5 *Beneplacitum Apoſtolicum, & iuſta cauſa copulatiuè requiruntur in alienationibus bonorum Eccleſia.*

6 *Caſſio facta per Monaſterium contra formam* extrauagan. Ambitioſæ de reb. Eccl. non alien. *eſt ipſo iure nulla.*

7 *Eccleſia in repudiatione Iuris non dum quæſiti neque incorporati, ſed quærendi non tenetur ſeruare ſollemnitates.*

8 *Prælatus ſi ante acceptationem repudiat legatum, vel hæreditatem Eccleſia relictam huiuſmodi repudiatio tenet quamuis deficiant ſollemnitates.*

9 *Eccleſia non acquirendo non dicitur alienare, & quando non alienat, ſollemnitates ſeruare non cogitur.*

10 *Opinio iſta multos habet contradictores.*

11 *Ceſſio hæreditatis delata importat conſequenter veram aditionem, & agnitionem illius.*

12 *Renunciatio ab Eccleſia facta poſt ſequutam acquiſitionem, continet veram, & propriam alienationem, & proindè indiget iuſta cauſa & Beneplacito Apoſtolico.*

13 *Ceſſio hæreditatis ab Eccleſia in perpetuum facta, cum receptione pecunia, ſapit emptionem, & venditionem.*

14 *Ceſſio quæ ſapit emptionem, & venditionem ab Eccleſia facta, ſemper eſt nulla dum non ſeruantur requiſita per extrauagan. Ambitioſa.*

15 *Alienari dicitur, non ſolum, quando res poſſeſſa Ceſſionario, ſeu renunciatario traditur, ſed etiam quando dimittitur penes poſſeſſorem à quo poterat auocari.*

16 *Ceſſio eo certius redditur nulla, & inualida ſi conſtet de enormiſſima læſione.*

17 *Læſio in renunciatione hæreditatis apparens, non euitatur per promiſſionem factam à Renunciatario de ſoluendis debitis hæreditarijs, ſi de iſtis, & de eorum actuali ſolutione non docetur pro quantitate læſionem excludente.*

18 *Acquirens bona Eccleſia nolliter, & abſque ſollemnitatibus ipſe, vel eius hæredes illa reſtituere tenentur vna cum fructibus vſque ad obulum.*

DECISIO CCCXCV.

PVrificato fideicommiſſo q. Andreæ Druſolini per obitum Laurentij ſine filijs ad fauorem Aghatæ, & Magdalenæ ſororum dicti Laurentij, & filiarum Teſtatoris reſpectiue, Abbatiſſa, & Moniales S. Silueſtri de Capite ex perſona Magdalenæ ſororis Euphemiæ nuncupatæ renunciarunt, & ceſſerunt anno 1581. d. Aghatæ, ſiue Nicolao Bucciono eius marito pro ſolis ſcutis nonaginta poſſeſſionem bonorum hereditariorum Andreæ Patris ad ſororem Euphemiam ſpectan. vna cum toto eo quod illi prouenire poſſet, etiam ex bonis maternis, fraternis, & Auitis, pront latius in Inſtrumento relato *in Summ. Monaſterij numer.* 3. ſed prætendentes huiuſmodi ceſſionem eſſe nullam, Iudicium introduxerunt anno 1597. ſuper illius reſciſſione, & duas ſententias fauorabiles reportarunt, quibus in tertia reuocatis cauſa ad Rotam deuoluta fuit; cumque allegaretur ſententiam reuocatoriam tranſiniſſe in Iudicatum, ex quo cauſa, diu ſiluit, propoſito à me dubio DD. reſponderunt non conſtare de reiudica-
1 ta, ſed de cauſis reſtitutionis in integrum ob illius nullitatem, & iniuſtitiam, ex quibus reſultat læſio, *Felin. in cap. inter cæteras numer.* 10. *de reiud. Caſ. de Graſſ. dec.* 3. *num.* 3. *de reb. Eccleſ. non alien. Rota in Romana hæreditatis* 14. *Decembris* 1646. *coram bo. me. Arguelles, & in Anconitana Dotis* 5. *Iunij* 1648. *coram Reu. D. meo Decano.*

Nullitas enim reſultat, ex quo lata fuit non
2 tranſportatis actis, nec Iuribus in prioribus Inſtantijs factis, & reſpectiuè productis, quibus propte-
3 rea deficientibus, cum eſſent releuantia, & neceſſaria ad diſcuſſionem Iuſtitiæ præcedentium ſententiarum, Iudex non habuit exercitium Iuriſdictionis, & ſic nulliter proceſſit *Greg. dec.* 320. *nu.* 1. *& dec.* 485. *num.* 11. *Rota in rec. dec.* 192. *num.* 3. *par.* 5. *in Leodien. Dominij de Steuordia* 3. *Iulij* 1623. *coram bo. me. Coccino apud Fenzon. ad ſtat. Vrb. dec.* 165. 5. *eſt autem diuerſus petit. in recen. dec.* 495. *num.* 25. *&* 26. *par.* 8. *& in Ariminen. fideicom.* 28. *Iunij* 1641. *coram me* §. *nullam autem; verſ. Tum denique;* Acce-
4 dente vlterius, quod coram ipſo præſtitum non fuit Iuramentum Calumniæ ab altera parte petitum, cuius omiſſio vitiat, atque annullat proceſſum, & ſententiam *cap.* 1. *de iuram. Calum. in* 6. *Card. Put. dec.* 388. *num.* 2. *lib.* 2. *in corr. Card. Seraph. dec.* 1355. *num.* 1. *S. mem. Greg. dec.* 209. *num.* 3. *ibique Add. nu.* 6. *cum alijs adductis per Mareſcott. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 47. *num.* 1. *cum ſeqq.*

Euidentior eſt Iniuſtitia, quia cum d. ceſſio celebrata fuerit contra formam conſtitutionis *fel. rec. Pauli Secundi in extrauagan. Ambitioſa de reb. Eccleſ. non*
5 *alien.* nempè ſine iuſta cauſa, & abſque beneplacito Apoſtolico copulatiuè requiſitis in alienationibus
6 bonorum Eccleſiæ, fuit ipſo Iure nulla, & inualida, vt notat *Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæ* 20. *num.* 116. *& quæſt.* 22. *num.* 59. *cum ſeqq. Rota in Pampilonen. Alienationis* 15. *Ianuarij* 1649. §. 1. *& in Craccouien. Decimarum* 26. *Nouembris* 1650. §. *qua cum non fuerint coram R. p. d. meo Bichio*, & conſequenter iure optimo in dictis prioribus ſententijs pronunciatum fuerat pro illius reſciſſione, quæ propterea denegata in d. vltima ſententia illam reddit iniuſtam.

Non obſtat quod in repudiatione Iuris non dum
7 quæſiti; neque incorporati, ſed quærendi Eccleſia non teneatur ſeruare dictas ſolemnitates *Abb. in cap. tua de his, quæ fiunt à prælat. Felin. in cap. in præſentia num.* 57. *de probat. Federic. de ſen. conſ.* 9. *per tot. ſumm. Silueſtr. par.* 1. *verb. alienatio num.* 18. *Card. Put. dec.* 507. *num.* 1. *&* 2. *lib.* 2. *in Corr.* firmantes quod ſi
8 Prælatus ante acceptationem repudiat legatum, vel hæreditatem Eccleſiæ relictam huiuſmodi repudiatio tenet quamuis deficiant ſolemnitates, quia
9 non acquirendo non dicitur alienare, & quando non alienat ſolemnitates ſeruare non cogitur.

Quoniam quicquid ſit de veritate huius opinio-
10 nis, quæ habet multos contradictores, vt aduertunt *Redoan. vbi ſupra quæſt.* 12. *per tot. Genuen. practicab. Eccl. quæſt.* 150. *ſub num.* 1. *verſ. contrariam opinionem tenent cum ſeqq.* In caſu præſenti Monaſterium non repudiauit hæreditates, non dum agnitas, neque acceptatas, ſed illas agnouit, atque acceptauit, & ſupponendo, quod factis calculis portio, ſeu medietas ſibi debita non excederet valorem ſcutorum nonaginta, iſta recepit mediante cedula mercatoris, & ſubinde omnia Iura hæreditaria Patris,

Digitized by Google

tris, Matris, fratris, & Auiæ ex perſona dictæ ſo-
roris Euſemiæ ſibi delata ceſſit, & renunciauit ad
fauorem Aghatæ cohæredis *Summ. Monaſterij d. num.*
5. Hinc enim actus dictæ ceſſionis principaliter or-
dinatus fuit ad adeundum, & acquirendum, nam
Monaſterium non potuiſſet recipere d. ſcuta nona-
ginta, niſi ex perſona d. monialis præfatas hæredi-
tates adiuiſſet, vt notat *Berett. conſ. 70. ſub num. 4.*
11 *verſ. dicendum eſt igitur*, & conſequenter importat
veram aditionem, & agnitionem *l. Si Auia C. de Iur.
deliberan. Bart. in l. gerit. nu. 10. cum ſeqq. ff. de acquir.
hæred. Surd. conſ. 244. num. 19. & conſ. 523. num. 8.*
Rota *dec. 74. num. 8. & dec. 106. num. 6. part. 7. rec.
in* Romana *fideicom. de Mutis 2. Iunij 1650. ſub §. 1.
coram* R. p. d. *meo Meltio, & in Auximana fideicom. de
Tibaldinis 5. Iulij 1651. coram me §. fin.* atque ideò
12 dimiſſio tanquam facti poſt ſequutam acquiſitio-
nem continet veram, & propriam alienationem, &
proinde indigebat iuſta cauſa, & ſolemnitate re-
quiſitis per dictam *extrauagan. vt in his terminis con-
conſulendo tradit Berrett. d. conſ. 70. per tot. & ſignan-
ter d. num. 4. & 5.* Rota *in Bonon. de Papazzonibus co-
ram Fabio, quæ eſt deciſio 30. per tot. & præcipuè nu. 3.
lib. 2. par. 3. diuerſ. & latè comprobat Grat. diſcept. for.
cap. 132. num. 26. & cap. 568. num. 66. cum ſeqq. &
deciſ. 30. per tot. & præcipuè num. 3. lib. 2. part. 3. di-
uerſ. & deciſ. Marcb. 17. num. 28. 29. & 30.*

Intentio enim Monaſterij non fuit repudiare di-
ctas hæreditates ſed illas acquirere, & quidem non
momento, ſed in perpetuum prout in perpetuum
13 dicta ſcuta nonaginta recepit, & in perpetuum ceſ-
ſionem fecit, ac proinde huiuſmodi ceſſio ſapit
14 emptionem, & venditionem, quæ ſemper eſt nul-
la, dum non ſeruantur requiſita per dictam *extra-
uagantem iuxt. optimam deciſ. Card. Put. 437. per tot.
lib. 1. in correct.*

Nec refert quod Monaſterium non exiſteret in
poſſeſſione bonorum, quia alienari dicitur non ſo-
15 lum quando res poſſeſſa Ceſſionario, ſeu Renuncia-
tario traditur, ſed etiam quando dimittitur penes
poſſeſſorem, à quo poterat auocari *Bart. in l. nulli n.
2. ibique Iaſ. pariter num. 2. in fin. ff. de tranſact.* quos
in terminis renunciationis factæ per viam tranſa-
ctionis ſequuta fuit Rota *coram bo: me: Coec. dec. 301.
numer. 1. repetita apud Marcheſ. de Comm. part. 1. fol.
mihi 1129. Grat. diſcept. 476. num. 16. & 17. & diſcept.
846. num. 11. cum tribus ſeqq. Add. ad S. mem Greg. de-
ciſ. 418. num. 17.*

Præterea concurrit etiam læſio, ne dum enormis,
ſed enormiſſima, nam Agata elapſis ſex menſibus
poſt dictam ceſſionem ex ſola hæreditate paterna
acquiſiuit hoſpitium valoris tunc temporis ſcutor.
550. & quamuis replicetur quod illud eſſet ipſius
proprium vti ab ea emptum poſt obitum Andreæ
Patris, nihilominus omiſſa pro nunc quæſtione an
dicatur acquiſitum paternæ hæreditati vti emptum
ex effectibus hæreditarijs; ſaltem negari non poteſt
quin ipſa ex dictis effectibus hæreditarijs conſequu-
ta fuerit cenſum, & domus valoris ſcutorum 455.
circiter, quibus mediantibus emit d. Hoſpitium,
quæ propterea cum pro mediatate aſcendente ad
ſcut. 227. ſpectarent ad Monaſterium enormiſſimam
16 conuincunt læſionem vltra dimidiam, ex quo iſtud
ſola ſcuta 90. pro omnibus dictis hæreditatibus re-
cepit, quæ propterea eo certius reddit nullam, &
Inualidam dictam ceſſionem, vt firmat *Berett. dicto
conſ. 70. dicto num.* 5. Nec ipſa euitatur ob promiſ-
17 ſionem factam nomine Aghatæ de ſoluendis debi-
tis hæreditarijs, dum nec de iſtis, nec de actuali il-
lorum ſolutione docetur pro quantitate dictam
læſionem excludente.

Cœterum dicta ſententia in aliam influit Iniuſti-
tiam cum abſoluerit hæredes Aghatæ à reſtitutione
fructuum perceptorum ex bonis in dicta ceſſione
compræhenſis, dum enim ex ſupra deductis præfata
ceſſio ipſo Iure fuit nulla, & inualida, Aghata,
18 eiuſque hæredes nunquam fuerunt in bona fide, &
conſequenter omnia bona vna cum fructibus vſque
ad obulum reſtituere tenentur *Abb. in cap. ſi diligen-
ti num. 23. de præſcript. Neuiz. conſ. 85. nu. 15. Surd.
dec. 45. num. 10.* Redoan. *vbi ſupra quæſt. 77. cap. 5. nu.
2. & 3. Rota dec. 246. num. 3. & 4. par. 2. diu.*

Et ità vtraque &c.

VITERBIEN. CANONICATVS.

Mercurij 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio capta pendente termino ad appellandum ab Inſtitutione tamquam attentata venit reuocanda, etiam ſi in Iuſtitutione iudicialiter proceſſum non fuerit, ſi contradictor, comparuerit ſeque oppoſuerit, & quare? Idque procedit etiam ſi alias appellatio non eſſet admittenda, quando per ſignaturam fuit commiſſa ſimpliciter cauſa appellationis, etiã ſi commiſſio ſubreptitiè reportata fuerit & quare? & quid operetur huiuſmodi commiſſio ad effectum attentatorum, & per quaſnam exceptiones illorum reuocatio poſſidit impediri?

SVMMARIVM.

1 *Pendente termino ad appellandum nihil eſt innouandum.*

2 *Appellatio non datur ab Inſtitutione in qua proceſſum fuit extraiudicialiter.*

3 *Attentata ceſſant, quando non competit appellatio.*

4 *In inſtitutione aliter procedi non poteſt, niſi in forma Iudicij, & cum cauſa cognitione, comparente contradictore eoque ſe opponente.*

5 *Commiſſio Appellationis ſignata ſimpliciter per ſignaturam retrotrahitur ad diem ſententiæ, ſeũ actus à quo appellatur, & efficit vt omnia interim geſta dicantur attentata.*

6 *Ampla, quamuis alias appellatio non eſſet recipienda.*

7 *Subreptio commiſſionis non attenditur in Curia, ob facilem recurſum ad Principem pro illius moderatione.*

8 *Attentatorum reuocationi non eſt locus quando conſtat de bono Iure attentantis, & malo attentata paſſi.*

9 *Declara, hoc tantum procedere, quando de hoc adeo notoriè conſtat, vt nullo velamine offaſcari poſſit.*

10 *Exceptio, quæ indiget diſcuſſione, non retardat reuocationem Attentatorum, ſed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CCCXCVI.

CVm Antonius Farinaccius eademmet die qua
Inſtitutionem obtinuit ad Canonicatum, de
quo agitur illius actualem poſſeſſionem appræhen-
derit; Ideò ad Inſtantiam Fuluij Serantonij, & litis
Conſortium dubitaui: An conſtet de attentatis, quę
veniant reuocanda, & fuit per DD. affirmatiuè reſ-
1 ponſum, quia pendente tempore ad appellandum,
nihil eſt innouandum *vulgat. cap. non ſolum de appell.
in 6.*

Non obſtat quod ad dictam Inſtitutionem extra-
2 iudicialiter proceſſum fuerit, & ſic non eſſet locum
3 appellationi, ac per conſequens ceſſant attentata.

Quia præter quod comparente contradictore, eo-
4 que ſe opponente aliter procedi non poteſt, niſi in
forma Iudicij, & cum cauſæ cognitione *Felin. in cap.
finali ſub num. 27. verſ. 5. fallit de præſumpt. Lamber-
tin. de Iur. patr. part. 2. lib. 2. quæſt. 11. art. 4. num. 4.*

Garz.

Digitized by Google

Garz. de benef. par. 5. cap. 4. num. 214. Rota in Cremonen. Præpoſitura 27. Iunij 1644 coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado ſub §. 1. in Calaguritana beneficij 23. Iunij 1645. coram bo: mem. Arguelles pariter §. 1. in Auerſana Iuriſpatronatus 26. Iunii 1651. cor. R.p.d. meo Zarate, & prius in Toletana Canonicatus Pœnitentiariæ 19. Iunii 1643. coram me §. nec quicquam releuat. ceſſat
5 omnis hæſitatio ex ſubſequenti commiſſione appellationis per ſignaturam ſignata ſimpliciter, quæ retrotrahitur ad diem ſententiæ, ſeu actus, à quo appellatur, & efficit, vt omnia intetim geſta dicantur
6 attentata, quamuis alias appellatio non eſſet recipienda, vt firmatum fuit in dicta *Cremonen. Præpoſitura §. quod equidem in dicta Calaguritana beneficii ſub §. idcirco in dicta Auerſana Iuriſpatronatus §. qua attentat a in Maceraten. Attentatorum 26. Iunij 1648. coram R.p.d. meo Veroſpio §. cum vero, ac prius in Verulana beneficij 31. Ianuarii 1646. coram me §. non obſtat verſ. eoque magis, & alibi paſſim.* Exceptio autem quod huiuſmodi commiſſio ſubreptitiè reportata fuerit, uempè ſub narratiua quod pronunciatum fuiſſet per
7 diffinitiuam, non admittitur in Curia ob facilem recurſum ad Principem pro illius modrratione, vt dixit *Rota coram S. mem. Greg. dec. 435. num. 5. coram bo: me. Coccino deciſ. 74. num. 4. in Peruſina Attentatorum coram Manzanedo apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 37. num. 8. & in Ianuen. ſeparationis Thori 24. Ianuarii 1646. coram R. p. d. Meltio §. quia duto etiam.*

Nec óbſtat quod Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Collegiatæ S. Andreæ Terræ Vetrallæ, ad quorum præſentationem emanauit Inſtitutio Farinaccij, prætendant conſtare de ipſorum bono Iure ex Codicillis poſtea conditis ab Antonio de Pacchis
8 fundatore Iuriſpatronatus controuerſi; Ideoque non ſit locus reuocationi attentatorum, vt reſponſum fuit in *Lucana Canonicatus 1. Iulii 1647. coram R. p. d. meo Royas §. vlterius quia.*

Quoniam concluſio procedit quando adeò noto-
9 riè conſtat de bono Iure attentantis, ac de malo attentata paſſi, vt nullo prorſus velamine offuſcari poſſit, in quibus terminis loquitur *Rota in Allegata Lucana Canonicatus*; alias autem ſi huiuſmodi excep-
10 tio indigeat diſcuſſione, non retardat reuocationem attentatorum; ſed reijcitur ad Iudicium petitorium, vt optimè probat *Lancell. de atteut. part. 3. cap. 24. quæſt. 1. num. 62. quem ſequuta fuit Rota coram S. me: Greg. dec. 465. num. 9. coram bo: mem: Buratto dec. 13. num. 9. repetita in rec. deciſ. 503. num. 6. par. 1. coram clar. me. Coccino dec. 397. ſub num. 2. coram. Martin. Andr. dec. 37. num. 5. & deciſ. 82. numer. 13. Idemque comprobatur in Meleuitana Parochialis 26. Maii 1651. coram me §. final.* In propoſito autem prætenſio Capituli redditur admodum dubia ex deductis ab Informantibus pro Fuluio, & præſertim ex eo An Inſtitutio Federici Anſelmi, qui præſentauit eumdem Fuluium per Codicillos reuocari potuerit, præſertim, dum iam ipſe vigore Teſtamenti ſententiam Immiſſionis ab A. C. reportauit, ac exiſtit in quaſi poſſeſſione præſentandi, & An Capitulum legitimè potuerit præſentare, dum ad ſunt hæredes Hieronymę cohęredis Antonij qui pariter eumdem Fuluium præſentarunt, Ideoque ex actiorem diſcuſſionem expoſcit, & conſequenter interim impediri non valet commiſſorum attentatorum reuocatio.

Et ità vtraque &c.

ROMANA LEGATI.
Mercurij 26. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Sub legato domus venit etiam pars Inferior ipſius quę eſt membrum partis ſuperioris, ac ſub iiſdem finibus, & Muri lateribus continetur, & ex quibus dignoſcatur, quid, & quantum in legato compræhendatur, & quando verba huic adiecta dicantur ſtare demonſtratiuè, non autem taxatiuè? vbi quod fauore piæ Cauſæ, quando alias legatum in totum, vel pro parte acimereret verba ſemper veniunt accipienda demonſtratiuè. Teſtator poteſt legare rem propriam, etiam hæredis, ſiuè ſciuerit, ſiuè ignorauerit eam eſſe hæredis, & quid in hærede Beneficiato, & vſquequo hæres Beneficiatus teneatur voluntati Teſtatoris parere?

SVMMARIVM.

1 *Legata domo, venit etiam illius pars Inferior, quæ eſt membrum ſuperioris, ac ſub iiſdem finibus, ac lateribus continetur, habetque intrinſecum aditum intus eandem domum.*
2 *Legata domo, venit etiam ea pars domus quam Teſtator tempore Teſtamenti locauerat.*
3 *Legata domo, quam aliquis inhabitabat, tota comprænenditur ſub legato, ſi tota habitabatur ab eo.*
4 *Legatum, quid, & quantum comprehendat dignoſcitur ex onera, & qualitatibus eidem per Teſtatorem annexis.*
5 *Verba tunc demonſtratiuè cenſentur appoſita, non taxatiuè, quando ex contextu diſpoſitionis, & verbis teſtamenti deſumitur intentio Teſtatoris totum ſub legato comprehendi.*
6 *Legatum pium, eſt pinguius interpretandum, vt quod maius eſt incluſum dicatur.*
7 *Verba fauore piæ cauſæ ſemper ſunt accipienda demonſtratiuè, non taxatiuè quando alias legatum in totum, vel pro parte adimeretur.*
8 *Verba, quæ non fuerunt appoſita in eadem, ſed in ſeparata oratione, & poſt perfectum legatum, demonſtratiuè tantum, non autem taxatiuè dicuntur adiecta.*
9 *Teſtator rem hæredis ſicut propriam legare poteſt.*
10 *Amplia ſiuè Teſtator ſciuerit, ſiuè ſit propria illius, ſiuè ipſi debita, aut eidem reſtitutioni ſubiecta.*
11 *Quod præſertim procedit fauore piæ cauſæ.*
12 *Teſtator legans rem fideicommiſſo ſubiectum, & quam ipſe reſtituere debebat cenſetur dumtaxat legaſſe Ius, quod habebat in illa re, ſua morte periturum.*
13 *Declara hoc non procedere, quando illud Ius, ſeu res legata, & fideicommiſſo ſubiecta deuoluitur ad hæredem ab eo inſtitutum.*
14 *Teſtator, vt rem hæredis Beneficiati legare poſſit, illi tantundem relinquere tenetur.*
15 *Hæres etiam Beneficiatus tenetur parere voluntati Teſtatoris, quatenus vires hæreditariæ ſuppetunt.*
16 *Inſufficientia bonorum hæreditariorum ab allegante venit concludenter probanda.*
17 *Hæreditas in dubio præſumitur opulenta, & ſoluendo.*

DECISIO CCCXCVII.

IVlius Cæſar Pandinus adhuc viuens locauerat tam ſuperiorem, quam inferiorem partem domus de qua agitur D. Duciſſæ de latera, in qua Moniales, ſeu Puellæ ad monaſticam vitam deſtinatæ inhabitabant. Hanc verò Domum moriturus eidem D. Duciſſæ in hæc verba legauit ibi: *la Caſa noua, che habitano al preſente le Monache, e zitelle di eſſa Signora Ducheſſa, e che da eſſo Signor Teſtatore à S. Eccellenza è ſtata appigionata, e che dette zitelle, e Monache godono ad effetto però, che ſi faccia il Monaſterio per le*

dette

*dette zitelle, e Monache, e per ſeruitio di quelle, la qual
caſa eſſo Teſtatore diſſe eſſer ſtata da eſſa fabricata &c.*
Verùm quia hæredes ſcripti in Teſtamento præten-
dentes in huiuſmodi legato non contineri dictam
partem Inferiorem egerunt contra d.D.Legatariam
pro illius Penſionibus, ideò poſt quam ab A.C.ſen-
tentiam abſolutoriam reportauit, commiſſa mihi
cauſa appellationis, quæſitum fuit An ſublegato
domus veniat eius Pars inferior, & DD. Affirma-
tiuè reſponderunt, cum enim dicta pars inferior ſit
1 membrum dictæ Domus ſuperioris, ac ſubijſdem
finibus, & muri lateribus contineatur, habeatque
intrinſecum aditum intus eamdem Domum, venit
omninò ſub huiuſmodi legato iuxta diſpoſitionem
*Text. in l. Prædiis 89.§. Balneus, & §. qui Domum §.ff.
de leg.3. & in l.ade ſacra ff. de contrahen. empt. Iaſ.in l.
Beneficium num.12.cum ſeqq.ff.de conſtit.Princip.Petr.de
Ancar.conſ.291.ſub num.1.Alex.conſ.227. num.1. 2.&
3.lib.2.*R*ub.Alex.conſ.95.num.11.Natt.conſ.117.nu.2.
Veg. conſ.54.à num.30. vſque ad fin.Gabr.conſ.94. nu.
12.lib.2.Giouagn.conſ.33.num.1.cum tribus ſeqq. iuncto
num.13.lib.1.Cancer.var.reſol. tom.3. cap.20. num.145.
& ſeq.Card.Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.9.tit.a.nu.
37.Burati.deciſ.354. num.2.& admiſſis Rota in Romana
executionis laudi 14. Iunii 1647.coram bon. mem: Ar-
guelles.*

Eoque certius quia tempore Teſtamenti reperie-
batur locata, vt dictum eſt ipſimet D. Legatariæ ſi-
mul cum dicta parte ſuperiori vnico conſtituto pre-
2 tio ex ſimultanea enim locatione, vſu & deſtinatio-
ne Patris familiæ educitur mens legantis illam
compræhendi ſublegato, ſicut compræhendebatur
ſub eadem locatione, & vſu ex *Theor.Bart.In l.ſeia
§. Tyranni num.1.ff.de fraud.inſtr.Alex.d.conſ.223. nu.
4.lib.2. Surd.conſ.195.num.15.& 16. Grat. diſcept. for.
cap.126.num.7.& 8.cum ſeqq.Rot.dec.403.num.3.& 4.
part.5. rec.*

Idque ab eius verbis ipſe Teſtator in Teſtamento
expreſſit ibi: *la Caſa noua, che habitano al preſente le
Monache, e zitelle di eſſa Signora Ducheſſa, e che da eſſo
Teſtatore à S. Eccellenza è ſtata appigionata, e che dette
zitelle, e Monache godono &c.* Dum enim tunc tem-
poris dictæ puellæ non ſolum partem ſuperiorem,
ſed etiam inferiorem, de qua agitur retinebant in
locatione, eaque fruebantur, vt probant Teſtes
relati in *Summ.D. Duciſſæ num.1.* vtique ipſa quoque
3 ex vi præfatorum verborum ſub dicto Legato con-
tinetur *Alex.conſ.204.ſub nu.5. verſ. accedit etiam lib.
6. Aym.conſ.234.ſub num.5. Giouagn.d.conſ.33. pariter
num.5. cum ſeqq. lib.1.*

Ponderando præſertim quod dicta Domus relicta
fuit ad effectum conſeruandi Monaſterium pro ſer-
uitio earumdem puellarum, ibi: *ad effetto però, che
ſi facci il Monaſterio per le dette zitelle, e Monache, e
per ſeruitio di quelle &c.* Vndè cum Monaſterium
ædificatum pro vſu, & neceſſario ſeruitio monia-
lium indigeat hac parte inferiori, ſub ijſdem muri
lateribus, & conſignatione contenta, eò facilius
compræhendi videtur ſub dicta legantis diſpoſitio-
4 ne, cum ex onere legati ex qualitatibus eidem An-
nexis congruè dignoſcatur, quid, & quantum Te-
ſtator voluerit ſub eo contineri *Laderch.conſ.78.num.
1. & 7. Corn.conſ.203. per tot.lib.1.& conſ.206.nu.11.
lib.3.cum cæteris adductis in d.*Romana *executionis laudi
§. Denique confirmatur.*

Non obſtat quod Teſtator reliquerit *la Caſa noua*
& deinde ſub iunxerit, *la qual Caſa eſſo Teſtatore diſſe
eſſer ſtata da eſſo fabricata &c.* ideòque videatur no-
luiſſe comprzhendere partem Inferiorem, de qua
agitur, quæ non eſt noua, ſed antiqua, & ab ipſo
non fuerat ædificata. Quia cum ex alijs verbis, &
5 Teſtamenti Partibus ſupra ponderatis, totoq; eiuſ-
dem diſpoſitionis cōtextu optimè deſumatur eius
intentio illam comprehendendi ſub dicto legato præ-
dicta verba non cenſentur appoſita taxatiuè ad il-
lud reſtringendum ad ſolam portionem ab eo ædifi-
catam, ſed ſolum demonſtratiuè ad declarandum,
de qua domo ipſe intellexerit, vt notat *Bart. in l.
Centurio num.31.verſ.ſed quod dixi ff.de vulg & pupill.
Surd. de alim.tit.4.quæſt.26. num.5. Card. Mant. de Co-
niect.vltim.volun.lib.9. tit.3. num.20. cum aliis allegatis
per Grat.diſcept.657. num.31.& 32.* Eoq; magis cum
6 verſamur in legato pio, quod cum pinguius ſit in-
terpretandum, vt quod maius eſt incluſum dicatur
*Tiraquell. de priuil. pia cauſ. priuil. 25. poſt princ.verſ.
tamen ad pias Card Mant. de coniect. vlt. vol. lib.6.tit.
3. num.35. Grat. diſcept.565. num.9. & diſcept. 611.
num.15. & ſeqq.* Illius fauore verba ſemper ſunt ac-
7 cipienda demonſtratiuè quando alias in totum, vel
in parte legatum adimeretur per ea, quæ tradunt
*Rom. ſingul. 435. ſub num. 1. verſ. dic quod poſito Ge-
nuen.practicab. Eccleſ.quæſt.267.nu.3. Tiraq. vbi ſupra
priuil.63. circa med. Grat. diſcept. 256. num.28. & 29.*
8 Attento præſertim quod ſupradicta verba non fue-
runt appoſita in eadem, ſed in ſeparata oratione,
& poſt perfectum legatum, quo caſu non dubitatur
quod demonſtratiuè tantum, non autem taxatiuè
dicantur adiecta *Surd.de alim.tit.4.quæſt.26.numer.5.
Grat.diſcept.256.num.24.Rota in Romana legati ſeù do-
tium 16.Martii 1643.coram* Reuerendiſſ.*D.Salamantino.*

Nec obſtat quod iſta pars Inferior ſit ſuppoſita
fideicommiſſo q. Cæſaris Pandini ad fauorem dd.
hæredum purificato. Quia Teſtator rem hæredis ſi-
9 cut propriam legare poteſt *§.non ſolum inſtit.de fideic.
l.hæredum C.eod.* ſiuè ſcieuerit, ſiuè ignorauit eam eſſe
10 hæredis *l vnum ex familia §.ſi rem ff. de legat.3.*& ſiuè
ſit propria illius, ſiuè ipſi debita, aut eidem reſti-
tutioni ſubiecta *d.l.vnum ex familia §. ſed ſi vno cum
aliis quos diſcuſſo articulo ſequuta fuit* Rota *in* Romana
*de Naris 14. Nouembris 1594. coram Penia inter eius
impreſſ.dec.315 per tot.confirmata 17.Nouembris 1625.
coram Duran.dec.10.pariter per tot. & in* Romana *fidei-
commiſſi 15.Iunii 1627. coram eodem dec.93.nu.1.& 2.*
11 præſertim fauore piæ cauſæ *Tiraq. vbi ſupra priuil.
66. per tot.* Menoch. *præſum.116.num.30. & 31. lib.4.
Burati.dec.395. num.3.& 4.*Non obſtante quod cen-
12 ſeatur dumtaxat legatum Ius quod Teſtator habe-
bat in illa re ſua morte periturum, quia non proce-
13 dit quando, prout hic, illud Ius, ſeu res legata
ad ipſum hæredem deuoluitur, vt optimè reſponſum
fuit in d. *Romana de Naris coram Penia num. 7. & 8.
& coram Duran.*

Nec refert, quod dicti hæredes adiuerint illius
hæreditatem cum beneficio *l. & Iuuentaris*, quodq;
onera hæreditaria excedant valorem bonorum hæ-
14 reditariorum, cum tamen, vt Teſtator rem hære-
dis legare poſſit illi tantundem relinquere teneatur
*l.imperat.§.cum quidam & l.cum Pater 79 §.Titio ff.de
legat. 2.* quia iuxta magis receptam ſententiam,
15 etiam hæredes Beneficiati tenentur parere volun-
tati Teſtatoris quatenus ſuppetunt Vires hæredita-
riæ, vt in puncto reſpondetur in eadem *Romana de
Naris coram Penia num.6. & coram Duran.nu.8. & co-
ram Buratt.d.dec.395. num. 4.* Inſufficientia autem ad
16 huc ab allegantibus concludenter (vt opus eſt) iu-
ſtificata non fuit, cum in dubio hæreditas ſemper
17 præſumitur opulenta, & ſoluendo R*ot.dec 696 n.2.
verſ.nam quouſq;par.1.rec.cum cæteris allegatis per Add.
ad Buratt. dec.589. num.23.*

Et ità &c.

EV-

Digitized by Google

EVGVBINA TESTAMENTI.

Veneris 28. Iunij 1652.

ARGVMENTVM.

Primum Teſtamentum, licèt habeat clauſulam derogatoriam, attamen per ſecundum validè factum, reuocatur quoties, vel de clauſula derogatoria fuit facta expreſſa mentio in ſecundo, vel quando inter primum, & vltimum Teſtamentum interceſſit ſpacium decennij, quo caſu primum per ſecundum reuocatur etiam abſque ſpeciali derogatione, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam in ſupremis Tribunalibus conceditur, licet iniuſtitia ſententiarum non ſit notoria.*

2 *Teſtamentum primum rumpitur, & reuocatur per ſecundum ritè, ac legitimè confectum.*

3 *Teſtatoris voluntas, non reſidet in primo actu, ſed eſt ambulatoria vſque ad mortem.*

4 *Teſtamentum primò loco factum in quo eſt appoſita clauſula derogatoria rumpitur per ſecundum, quoties Teſtator in ſecundo ei expreſſè derogauit.*

5 *Amplia hoc procedere etiam ſi ſpecialiter dicta clauſula non derogauerit, quoties inter primum, & vltimum Teſtamentum interceſſit ſpacium decennij.*

6 *Promiſſio facta à patre de ſeruanda æqualitate inter eius filios circa ſuam facultatem, comprahendit totum patrimonium, ac vniuerſam paciſcentis hæreditatem.*

7 *Facultatum appellatione, veniunt etiam Iura, & Actiones.*

8 *Verba* Meorum, Tuorum, vel Suorum, *non ſolum comprahendunt omnia bona, verum etiam iura, & actiones.*

9 *Promiſſio facta à Patre de ſeruanda æqualitate inter liberos quando comprahendit vniuerſam eius hæreditatem eſt inualida, tamquam auferens liberam teſtandi facultatem, & inducens votum captandæ mortis.*

10 *Pactum de ſeruanda æqualitate inter liberos, quando comprahendit vniuerſam Patris hæreditatem intelligitur cum hac virtuali, & tacita conditione, ſi promittens in eadem voluntate vſque ad obitum perſeuerauerit.*

11 *Amplia quamuis huiuſmodi pactum, vel promiſſio facta fuerit in inſtrumento matrimoniali fauore liberorum, & ſub iuramento.*

12 *Teſtatorem licitè poteſt aliquis allicere blanditijs ad ſe inſtituendum hæredem dummodo abſit dolus, & fraus.*

13 *Dolus claris iuſtificationibus eſt probandus.*

DECISIO CCCXCVIII.

DVo condidit Teſtamenta Valerius de Andreolis,
alterum ſub die 27. Iulij 1612. in quo in omni-
bus eius bonis æqualiter inſtituit hæredes Thimo-
teum, Hieronimum, & Guidobaldum eius filios,
alterum verò ſub die 14. Septembris 1623. in quo
eoſdem filios ſibi ſcripſit hæredes, ſed particulari-
ter prælegauit Guidobaldo omnia bona exiſtentia
in Villa Montis Lugiani cum omnibus, & quibuſ-
cumque animalibus, maſſaritijs, ac mobilibus, &
Iure legati reliquit Iuſtinæ eiuſdem Guidobaldi
vxori Domum inhabitatam ab ipſo Teſtatore, hor-
tum cum domuncula vna cum omnibus ſuppellecti-
libus, & mobilibus in dicta Domo exiſtentibus.

Defuncto Teſtatore orta fuit controuerſia inter
cohæredes inſtitutos ſuper poſterioris Teſtamenti
validitate Thimoteo, & Hieronymo illud impu-
gnantibus, & cauſa per plures inſtantias in partibus
coram diuerſis Iudicibus diutine ventilata duæ pro-
dierunt ſententiæ pro validitate ſecundi, tres verò
pro validitate primi Teſtamenti, à quarum poſtre-
ma commiſſa mihi cauſa nullitatis, & iniuſtitiæ, ac
reſtitutionis in integrum, dubitaui an conſtet de
cauſis reſtitutionis in integrum, & DD. affirmatiuè
reſponderunt moti ob iniuſtitiam ſententiarum in-
1 ualidantium ſecundum Teſtamentum, quæ qualiſ-
cumque ſit etiam non notoria in ſupremis Tribuna-
libus regulariter ſufficit ad effectum concedendi
huiuſmodi reſtitutionem *Cæſar. de Graſſ. dec. 11. num.
12. de ſent. & re iudic. Card. Seraph. dec. 251. num. 2.
Card. Caualer. dec. 164. num. 1. cum alijs relatis in dec.
452. num. 1. coram bo: me:* Merlino.

Cùm enim in vltimo elogio fuerint ſeruatæ om-
nes ſolemnitates ex diſpoſitione Iuris requiſitæ, vt
patet ex eius Inſtrumento relato in *Summ. Iuſtinæ n. 1*
2 perperam fuit pronunciatum pro validitate primi,
extantibus poſterioribus Tabulis ritè, ac legitimè
confectis, per quas anterior Teſtamentaria diſpoſi-
tio rumpitur, & reuocatur *§. Poſteriore inſtit. quib. mod.
Teſtam. infirm. l. Sancimus C. de Teſtam. l. 2. §. Teſtamen-
to ff. de bon. poſſ. ſecundum tabul. vbi DD. communiter
Bart. in l. ſi iure num. 3. ff. de legat. 3.* voluntas enim
3 Teſtatoris non reſidet in primo actu, ſed eſt ambu-
latoria vſque ad mortem *vulg. l. 3. §. final. ff. de adim.
legat. l. ſi quis in princ. ff. de legat. 3.*

Non obſtat quod primum Teſtamentum habeat
clauſulam derogatoriam.

Quia cum in hoc ſecundo Valerius Teſtator ſpe-
4 cialem mentionem fecerit; non ſolum de primo Te-
ſtamento iuret filios confecto ſub rogitu certi No-
tarij, verum etiam de dicta clauſula derogatoria
in eo adiecta illam caſſando, irritando, & annul-
lando ſufficienter, & validè ruptum, & reuocatum
remanſit non obſtante dicta clauſula, vt originali-
ter voluit *Bart. in a. l. Sancimus nu. 8. & 9. C. de Teſtam.
Caſtr. in auth. hoc in inter liberos num. 4. & 5. C. eo Bart.
in d. l. ſi quis in princ. num. 10. ff. de legat. 3. idem Caſtren.
conſ. 284. num. 1. in fin. lib. 1. & conſ. 408. ſub num. 1. lib.
2. Angel. conſ. 365. Alex. conſ. 134. num. 2. & 3. lib. 1. &
conſ. 163. num. 5. lib. 7. Card. Mant. de Coniect. vltim. vol.
lib. 12. tit. 8. num. 16. Sim. de Pret. de interpretat. vltim.
vol. lib. 4. dubit. 2. num. 28. fol. mihi 462. Clar. in §. Teſta-
mentum quæſt. 99. num. 4 & 5. cum ſeqq. Menocch. lib 4.
præſumpt. 166. num. 11. Cæſ de Graſſ. dec. 1. num. 1 & 2.
de Teſtam. Rot. dec. 721. num. 2. & 3. part. 2. recen. &
coram Duran. dec. 178. num. 7. & 8. cum alijs per Add.
ad Buratt. dec. 901. num. 33. & 34.*

Præſertim cum inter vnum, & alterum interceſ-
5 ſerit decennium, & vltra, tanto enim temporis cur-
ſu præſumitur obliuio clauſulæ derogatoriæ primo
adiectæ, & primum per ſecundum reuocatur etiam
abſque ſpeciali derogatione, vt optimè ſubdit idem
*Bald. in d. l. Sancimus num. 10. verſ. idem fortè C. de
Teſtam. cum alijs pleno calamo allegatis in Bononien. hæ-
reditatis 24. Martij 1651. §. fin. coram* R. *p. d. meo Bi-
chio.*

Nec obſtat quod Valerius dum nuptui tradidit
Thimoteum alterum filium in Inſtrumento dotali
promiſerit ſeruare æqualitatem in ſua facultate in-
ter eius filios, ex quo reſultare videatur nullitas po-
ſterioris Teſtamenti, cum Guidobaldus plus conſe-
quatur, quam alij fratres.

Quia animaduertebant DD. dictam promiſſio-
6 nem ſeruandi æqualitatem circa ſuam facultatem
poſſe compræhendere totum patrimonium, & vni-
uerſam ipſius paciſcentis hæreditatem, iuxta *text.
in l. cogi 16. in princ. ff. ad S. C. Trebell. in l. quæra 61.
in l. ſiuè generalis 62. & in l. cum poſt 70 §. gener. ff de
iur. dot. ac in l. qui ſe patris 3. vbi gloſ. verb. facultates
C. vnde liber. Bart. in l. ſi conſtante numer. 1. ff. ſolut.
matrim.*

Digitized by Google

matrim. optimè Alex. in l. 11. §. non omnis num. 5. ff.
9 ad S. C. Trebell. vbi quod appellatione facultatum
veniunt etiam Iura, & actiones Natt. conſ. 48. num.
2. Præſertim ponderato adiectiuo la ſua nam verba,
8 meorum tuorum, vel ſuorum, non ſolùm compræhen-
dunt omnia bona, verum etiam Iura, & actiones
l. meorum 91. ff. de verb. ſignif. l. ſi legatus §. 1. ad S.
C. Trebell. & de verbo ſuorum d. l. cogi in princ. ff. eo.
& gloſſ. d. l. meorum in princ. & plenè tradit Tiraquell.
in l. ſi vnquam verb. bona num. 12. C. de reuoc. donat.
9 ideoque vti auferens liberam facultatem teſtandi, &
poteſt eſſe inualida, & inducens votum captandæ
mortis, & in Amerina Caſtri Cundeta 16. Iunij 1651.
§. nam DD. coram R. p. d. meo Ruyas, vel ſaltem facta
10 intelligitur ſub hac virtuali, & tacita conditione,
ſi promittens in eadem voluntate vſque ad obitum
perſeuerauerit l. fin. C. de pact. alijſq; relatis DD. &
auctoritatibus latiſſimè firmatum fuit in Aucnionen.
hæreditatis 5. Martij 1646. §. quibus ſtantibus, & 23.
Ianuarij 1647. ſub §. nec etiam releuat, verſ. non dici-
tur habere coram R. p. d. meo Roias in Camerinen. hære-
ditatis 24. Aprilis eiuſdem anni coram R. p. d. meo Alber-
gato §. finali, & conſequenter mutata voluntate, ac
renocato conſenſu a dicta promiſſione valdè recedi
potuit, vt euenit, quam vis facta fuerit in Inſtru-
11 mento matrimoniali fauore liberorum, & ſub Iu-
ramento, vt optimè Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 7.
de pact. num. 162. & in d. Aucnionen. hæreditatis, vbi
vlterius firmatur quod Coniuges, qui ſub huiuſmo-
di promiſſione contraxerunt vſque ab initio intel-
lexiſſe cenſentur illam in tantum valere in quantum
promiſſor in eadem voluntate permaneret, alias au-
tem ſibi ipſis imputare debent, ſi cautius res ſuas
peragere neglexerunt.

Minuſque obſtat quod Guidobaldus blanditijs
induxerit Valerium Patrem ad ità teſtandum, quia
quatenus hoc iuſtificetur nullius eſſet momenti, cum
12 non ſit prohibitum blanditijs aliquem allicere ad
ſe, Inſtituendum hæredem dummodo non adſit do-
lus, & fraus l. fin. ff. ſi quis aliq. Teſtator. prohib. Mo-
dern. Lucen. conſ. 50. num. 196. & conſ. 88. numer. 6.
13 Dolus autem claris Iuſtificationibus eſſet proban-
dus idem Modern. d. conſ. 50. num. 263. Cyriac. contr.
407. num. 88. cum ſeqq. Quinimò in propoſito exclu-
ditur tam attenta qualitate loci, & Teſtium vbi, &
coram quibus ſecundum Teſtamentum factum fuit,
quam inſpecta voluntate Teſtatoris pluribus decla-
rata alijſque ab Informantibus latè ponderatis.

Et ità vtraque &c.

ASCVLANA RENVNCIATIONIS.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Promittens factum alienum licet regulariter excuſetur
adhibitis diligentijs quas poteſt, hoc non procedit,
ſi promittens voluit ad impoſſibilia teneri, addita
clauſula alias de proprio. Renunciatio promiſſa
placitum alicuius de iure adhuc quærendo, & ſub
incerta ſpe conſiſtente, non poteſt dici læſiua,
quamuis poſtea de tempore quo renunciatio petitur
Ius eſſet quæſitum, ad hunc enim effectum attendi-
tur tempus promiſſionis, & non ſubſequutæ peti-
tionis.

SVMMARIVM.

1 *Promittens factum alienum, regulariter excuſatur,
ſi omnes quas poteſt adhibeat diligentias.*
2 *Declara hoc non procedere, ſi promittens ſe obligaue-
rit etiam ad impoſſibilia, & alias voluit teneri de
proprio.*
3 *Læſio conſiderari non poteſt in renunciatione facta tan-
tummodo de iure quærendo, ac de ſola ſpe ſuccedendi
incerta, & euentuali.*
4 *Læſio conſideratur de tempore promiſſionis, & contra-
ctus, non autem de tempore petitionis.*
5 *Læſio ſtante incertitudine, & euentualitate non poteſt
conſiderari.*
6 *Læſio poſtea ſuperueniens non attenditur, ſtante incer-
titudine, & euentualitate in principio contractus.*
7 *Mulier condecenter dotata, etiam ſi renunciet opulen-
tæ hæreditati dotantis non poteſt dare de læſione, ſed
renunciatio ſuſtinetur tamquam actus prudenter, &
laudabiliter geſtus.*
8 *Statutum Aſculanum præſcribit dotes ad ſolos Flore-
nos 2500.*

DECISIO CCCXCIX.

DEciſionem coram me emanatam 22. Maij 1651.
pro relaxatione mandati executiui ad factum
contra Laurentium Ferruccium, qui promiſerat
Annam Mariam eius Vxorem ſolemniter renuncia-
turam ad fauorem Phœbi de nouis ipſius fratris
omnibus bonis Paternis, Maternis, Auitis, & fra-
ternis, hodie cauſa repropoſita DD. confirmarunt,
1 quia licet regulariter promittens factum alienum
excuſari ſoleat, ſi omnes quas poteſt diligentias ad-
hibeat, hoc tamen non procedit, quando ex con-
2 trahentium voluntate conſtare poteſt, quod promit-
tenti non ſufficiat quantumuis maximas diligentias
adhibere niſi ſequatur effectus, prout in caſu noſtro
concludenter deſumitur ex replicata conuentione,
quod poſſibilia, & impoſſibilia feciſſe, factumque
alienum promiſiſſe, nullomodo excuſari poſſit ad-
dita clauſula alias de proprio, hoc enim caſu dili-
gentias ipſum non excuſare, ſed adhuc teneri ad
implementum ſuæ obligationis probant auctorita-
tes in eadem deciſ. allegata §. nihilominus idque etiam
ſi Vxor renunciare noluerit, prætextu enormiſſimæ
læſionis, quia cum de tempore promiſſæ renuncia-
tionis eius Mater de cuius bonis agitur in humanis
eſſet, & ſic quoad ipſam ageretur tantummodo de
3 Iurequerendo, ac de ſola ſpe ſuccedendi incerta, &
euentuali nulla penitus quoad eam probabilis læſio
conſiderari valet, vt firmatum fuit in eadem deciſ. §.
quia cum de tempore.

Non obſtat quod dicta renũciatio promiſſa fuerit
ad omnem Phœbi requiſitionem, qui illam prius
non requiſiuit, quam poſt obitum matris, & ſic de
tempore quo ius iam erat certum, & quæſitum, nec
agebatur de ſola ſpe ſuccedendi, ſed de hæreditate
delata, & agnita. Quia ad effectum deducendi læ-
4 ſionem non conſideratur neque attenditur tempus
petitionis, ſed tempus contractus, & promiſſionis,
vt ad lecturam probat Text. in l. ſi voluntate circa fin.
ibi: niſi minus dimidia iuſti pretij, quod fuerat tempore
Venditionis, datum eſſet &c. C. de reſcind. vend. Vndè
dum in contractu, ſeu promiſſione de qua agitur in
ſpecto tempore eius celebrationis nulla prorſus læ-
5 ſio conſiderari poterat ob præfatam incertitudinem
& euentualitatem ex Iuribus in d. dec. allegatis, læ-
6 ſio quæ deinde ſuperuenire potuit non habetur in
aliqua conſideratione, vt ſequendo Text. in d.
l. ſi voluntate probant Iuſ. conſ. 54. num. 20. lib. 1. Aym.
conſ. 11. num. 17. & conſ. 151. num. 7. Menoch. conſ.
843. num. 4. Odd. de reſtit. in integr. part. 2. quæſt. 57.
art. 3. num. 18. Caſtill. dec. 14. num. 31. par. 1. cum alijs
allegatis per Gratb. dec. 105. num 5.

Præterea obiectum pariter remouetur ex quo mu-
7 lier condecenter dotata, etiam ſi renunciet opu-
lentæ hæreditati dotantis, non poteſt dare de læſio-
ne, ſed renunciatio ſubſtinetur tanquam actus pru-
denter, & laudabiliter geſtus, vt præter adductos

Digitized by Google

in præcedenti *deciſ. ſub d §. quia cum de tempore verſ.*
eoque magis probat Barſ. deciſ. Bonon. 25. ſub num. 60.
aliijque relati per Add. ad Buratt. dec. 894. num. 6. pon-
derando præſertim quod Phæbus ſororem dorauit
in florenis mille vltra taxam à ſtatuto Aſculano
8 præſcriptam dotes conſtituentem in ſolis florenis
2500. hinc enim promiſſa renunciatio conuenta
cenſetur ad illum ſubleuandum ab onere nimiæ do-
tis quam alias in tanta quantitate nullatenus con-
ſtituiſſet, & conſequenter multo minus de aliqua
aſſerta læſione redargui poſſe videtur.

Et ità vnica tantum &c.

LEODIEN. ARCHIDIACONATVS.

Lunæ 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Beneficio ſub duplici modo vacationis obtento, vel
ob factam collationem ab Ordinario ad fauorem
Conſanguinei Reſignantis contra Conſtitutionem
B. Pij. V. vel ob non factam publicationem reſigna-
tionis in tempore, qualiter reſpectu primæ vaca-
tionis, Conſanguinitas reſpectu verò ſecundæ ne-
gatiua non factę publicationis dicatur ſufficienter
iuſtificata pro exequendis litteris Apoſtolicæ Pro-
uiſionis?

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ in omnibus iuſtificatæ ſunt exe-*
quendæ.

2 *Conſtitutio S. mem. B. Pij V. 58. §. 4. Bull. nou. tom.*
2. decreuit Beneficia non conferri Conſanguineis
Collatorum, vel reſignantium.

3 *Vacatio Beneficij inducitur ob non factam publicatio-*
nem reſignationis intra tempus præfixum à Conſti-
tutione S. mem. Greg. XIII. 85. §. 1. Bull. nou.
tom. 2.

4 *Conſanguinitas probatur ex arbore extracto à publicis*
ſcripturis.

5 *Conſanguinitas probata reſpectu vnius fratris, rema-*
net etiam probata reſpectu alterius, ratione indiui-
duæ, & correlatiuæ fraternitatis.

6 *Negatiua non factæ publicationis in tempore, ab alle-*
gante, & hoc modo Beneficium impetrante eſt
concludenter iuſtificanda.

7 *Negatiua non factæ publicationis in tempore probatur*
ex decreto Capitulari, & atteſtatione Canonicorum
affirmantium, quod neque in dorſo litterarum Col-
lationis, neque in regiſtris Capituli, vbi prouiſiones
Canonicatuum, & dignitatum earumque reſigna-
tiones, & publicationes deſcribuntur de nulla pu-
blicatione apparet.

8 *Item probatur ex eo, quod nunquam reſignatarius ap-*
prehendit poſſeſſionem Beneficij.

9 *Et idem eſt, quando expeditio litterarum ſequuta fuit*
tempore quo publicatio intra terminum fieri non po-
teſt.

10 *Vacatio ipſo iure inducitur non facta publicatione in*
tempore, & collatio deuoluitur ad Summum Ponti-
ficem.

11 *Publicatio quæ fuit facta elapſo termino ſuffragari non*
poteſt.

12 *Qualitas Beneficij, & valor remanent concludenter iu-*
ſtificati ex confeſſione Collitigantis, qui eandem qua-
litatem, & valorem in ſua prouiſione expoſuit.

13 *Valor in Beneficijs Germaniæ de conſuetudine, & iu-*
xta concordata exprimi ſolet in quantitate ducato-
rum 24. quando fiunt prouiſiones in Curia, ad effe-
ctum euitandi ſolutionem annatæ, quicquid ſit ad
alios effectus.

DECISIO CCCC.

Litteras Apoſtolicas à Laurentio Mean Impetratas
dixerunt Domini eſſe exequendas tanquam in
1 omnibus iuſtificatas iuxta claram diſpoſitionem
text. in cap. ſi capitula ibique gloſ. verb. exequatur de
Preben. in 6.

Modus ſi quidem vacationis alternatiuè ex poſi-
tus ſiuè ob factam collationem ab Ordinario ad
2 fauorem Arnoldi Noensbrouch conſanguinei Fer-
dinandi Bochola contra formam Conſtitutionis
San. Mem. Pij V. 58. §. 5. Bull. nou. tom. 2. ſiuè
3 ob omiſſam publicationem reſignationis intra tē-
pus à *Conſtitutione piæ mem. Greg XIII. 85. §. 1. eod.*
tom. 2. præſcriptam concludenter iuſtificatus fuit;
4 conguinitas enim probatur nō ſolum ex arboribus
extractis à libro Capitulari, & relatis in *Summario*
Informationis num. 5. ſed etiam ex propria confeſ-
ſione Franciſci Vicilhelmi Bocholtz collitigantis,
qui in litteris ſuæ aſſertæ Prouiſionis expoſuit ſe
eſſe conſanguineum dicti Arnoldi, & fratrem ger-
manum dicti Ferdinandi, *dicto Summario num. 3.*
5 probata enim exindè conſanguinitate reſpectu Frā-
ciſci confitentis remanet etiam probata reſpectu
ipſius Ferdinandi eius fratris ratione indiuiduæ, &
correlatiuæ fraternitatis ad *trad. per Angel. in Auth.*
vt liceat Matri, & Auiæ §. 1. ſub nu. 10. quem ſequuta
fuit Rota *coram bo: mem. Buratt. deciſ. 755. num. 9. in*
rec. deciſ. 284. num. 3. par. 1. & in Britinorien. Fidei-
commiſſi 11. Iunij 1644. §. exindè verſ. Probato enim
coram R. P. D. meo Bichio, & in puncto in Gerunden.
Beneficij 11. Martij 1648. Coram R. *P. D. meo Celſo*
6 *§. ſimiliter verſ. nam probata*, negatiua verò non ſe-
quutæ publicationis in tempore, quæ ab allegan-
te, & hoc modo beneficium impetrante Iuſtificari
debet, vt dixit *Rota coram San. Mem Greg. deciſ. 13.*
num. 9. deciſ. 210. num. 1. ibique add. num. 5. & de-
ciſ. 288. pariter num. 1. vt in Colonien. Canonicatus,
ſeù Ferculi 17. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Mel-
7 *tio §. nihilque.* Tum ex decreto Capitulari, & atte-
ſtatione Canonicorum probatur *dicto Summ. num. 7.*
& 8. affirmantium quod neque in Dorſo Litterarū
Collationis, ſeù Prouiſionis per Arnoldum obten-
tæ, neque in Regeſtris Capituli vbi prouiſiones Ca-
nonicatuum, & dignitatum, earumque Reſigna-
tione apparet, quæ ex parte dicti Arnoldi facta
videatur; Hoc enim modo probari dictam nega-
tiuam ex *Bart. in l. non aliter C. de aduoc. diuerſ Iudic.*
& ex Abb. & alijs in cap. 3. loco de probat. firmat in
puncto Pariſ. de reſignat. lib. 11. quæſt. 14. num. 60.
8 Tum ex quo nunquam appræhendidit poſſeſſionē
Archidiaconatus, de quo agitur multum confert
ad proban. dictam negatiuam, vt notat *Garz. de*
beneſ. par. 11. cap. 3. num. 319. Tum etiam quia
non facta publicatione, nec adepta poſſeſſione
eumdem Archidiaconatum reſignauit in manibus
Sanctiſſimi ad fauorem dicti Franciſci, qui litte-
ras ſuæ prouiſionis expediuit in fine dicti termini
ad publicandum aſſignati, adeò vt ad locum vbi
fieri debebat publicatio intra d. terminum nullate-
nus deferri valuerint, vt patet ex relatis in eodem
Summar. num 12. & 13. ſequuta enim litterarum
9 expeditione tempore quo publicatio intra terminū
fieri non poteſt, eius negatiua remanet concluden-
ter probata, vt notat *Garz. vbi ſupra cap. 3. n. 317.*
vbi ità refert deciſum in vna *Salamantina Penſionis*
27. Iunij 1584. & in vna Oxomen. Scolaſtriæ 9. Februa-
rij 1590. coram Bubalo Pariſ. dicta quæſt. 14. num. 56.
Lotter. de re beneſ. lib. 3. quæſt. 21. num. 15. & 16. ac
admiſit Rota d. deciſ. 210. ſub num. 4. verſ. vel ſi ex-
10 *pediuit litteras coram Sa. Me. Greg.* Non facta igitur

Digitized by Google

in tempore, vt dictum eſt præfata publicatione ipſo Iure inducta fuit vacatio, & collatio deuoluta ad Summum Pontificem, vt diſertis verbis diſponitur in dicta *Gregoriana Conſtitutione, & comprobatur in Mediolanen. Beneficij 13. Ianuarij 1597. coram Corduba relata per Garz. loc. ſæpius allegato num. 284.* etiam ſi Franciſcus ſecundus; reſignatarius deindè
11 publicationem fieri curauerit, quia cum facta fuerit elapſo termino ſuffragari non poteſt, vt tradunt *Pariſ. dicto lib. 11. queſt. 2. num. 22. & Garz. d. cap. 3. num. 304.*

Qualitas denique Archidiaconatus controuerſi nempè quod ſit dignitas, non tamen maior poſt Pontificalem, & valor per non exceſſum in ducatis 24. vlteriori probatione non egent, cum verificen-
12 tur ex eademmet confeſſione Franciſci Collitigantis, qui eamdem qualitatem, & valorem in eadem ſumma in dicta ſua Prouiſione expoſuit, vt omiſſis alijs reſponſum fuit in dicta *Gerunden. Beneficij corã R. P. D. meo Celſo §. Etenim vacatio cum ſeqq.* licet vlterius circa valorem non ſit opus aliqua iuſtifica-
13 tione dum verſamur in beneficijs Germaniæ, quorum fructus de conſuetudine, & iuxta concordata in omnibus exprimi ſolet in dicta quantitate ducatorum 24. quando, prout hic. fiunt prouiſiones in Curia, & hoc ad effectum euitandi ſolutionem annatæ quicquid ſit ad alios effectus, vt dixit *Rota in Leodien. Canonicatus, & Scholaſtriæ 27. Febr. 1622. coram bo. me. Card. Sacrato in Cameracen. Canonicatus 20. Nouembris 1624. coram bo. me. Merlino in rec. deciſ. 576. num. 6. & 7. part. 8. in Leodien. Canonicatus 27. Iunij 1642. §. De Clericatu verſ. valor non indiget & 23. Febr. 1643. ſub §. 1. coram me.*

Et ità vnica tantum &c. altera vero parte pluries citata, & expectata &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI, SEV SALVIANI.

Luna 1. Iulij 1652.

ARGVMENTVM.

Deſumitur ex Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ dicuntur conformes, quotieſcumque vltima præcedentem confirmat.*

2 *Sententiæ duæ, quotieſcumque ſunt conformes iuſtæ, & validæ ex diſpoſitione Statut. Vrbis habent vim trium, & inducunt rem iudicatam inter Ciues, & Incolas.*

3 *Validitas Sententiæ probatur ex reuolutione Actorum.*

DECISIO CCCCI.

SEntentia Immiſſionis in poſſeſſionem Palatij controuerſi lata ab A. C. ad fauorem Sororum de Amodeis pro ſatisfactione fructuum trium Cenſuum ſuper dicto Palatio iam impoſitorum contra D. Marchioniſſam Liuiam Primam Santacruciam reuocata fuit per alteram ſententiam in *dicta Inſtantia à Reuerendiſſimo D. meo Decano* præuijs duabus *deciſ. ſub diebus 15. Iunij, & 26. Nouembris 1650.* quam deindè confirmauit *R. P. D. meus Celſus præuia alia deciſ. ſub die 28. Aprilis* 1651. Cauſaque per ſignaturam mihi commiſſa cum clauſula *Conſtito quod ſit locus ſtatuto de duabus conformibus*, hodie illi locum eſſe Domini reſponderunt.

Agitur enim inter Ciues, & Incolas, Sententiæ
1 ſunt conformes, quia vltima rotalis ſimpliciter
2 confirmat præcedentem, ac ſunt validæ, & iuſtæ; Ideoque ex diſpoſitione dicti ſtatuti habent vim trium, & conſtituunt rem Iudicatam ex deductis *coram Card. Canalerio deciſ. 616. nu. 1. coram Buratt. deciſ. 197. pariter n. 1. in Romana Saluiani 23. Aprilis 1646. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottobono, & in Romana Supplementi legitimæ 20. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Validitas namque ex actorum reuolutione com-
3 probata non poteſt in dubium reuocari; Iuſtitia verò conuincitur ex *dd. tribus deciſionibus* in hac cauſa emanatis firmãtibus dd. tres Cenſus fuiſſe extinctos attenta tam poteſtate, quam voluntate extinguentis elicita ex rationibus, & fundamentis ibidem latiſſimè ponderatis, comprobatiſque ex quamplurimis vrgen. coniecturis, quas non eſt opus repetere pro præſentis dubij reſolutione, dum altera pars non Informat.

Et ità vnica tantum &c.

PISAVREN. IOCALIVM.

M. 27. Nouembris 1652.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria conceditur in prophanis ex ſola releuantia articulorum, eamque non impedit antecedens examen, quoties prout hic articuli in ſubſtantia ſunt magis diſtinctè concepti.

SVMMARIVM.

1 *Releuantia vnius articuli in prophanis operatur conceſſionem remiſſoriæ in omnibus.*

2 *Remiſſoria noua conceditur vbi articuli magis explicitè ſunt in ſubſtantia concepti.*

3 *Probatio probationem non excludit amplia, vt n. ſeqq.*

5 *Articuli vbi ſunt releuantes non denegatur remiſſoria ex ſola præſumptione calumniæ, & num. ſeqq. vbi amplia.*

6 *Calumniæ præſumptio ad effectum denegandi remiſſoriam, vehemens, & probabilis eſſe debet.*

7 *Calumniæ præſumptio in examine teſtium ceſſat, vbi concurrit fumus materiæ articulatæ.*

DECISIO CCCCII.

CEnſuerunt Domini Mariæ, Lauræ, & Alexandro de Sanctinellis petentibus remiſſoriam contra D. Chriſtophorum Pamphilium eam non eſſe conceden. *coram bon. mem. Arguelles ſub die 11. Martij 1650. ex rationibus deductis in deciſ. poſtea extenſa à R. P. D. meo Meltio* in eius locum ſubrogato, quæ hodie etiam in articulis additionalibus coram me in hac tertia Inſtantia productis ab ijſdem de Sanctinellis militare videbantur; Verum quia in quinto articulo additionali ſpecifice narratur quod q. Camillus Pamphilius declarauit coram dicta Maria Laura eius Sponſa eidono dediſſe Iocalia, de quibus agitur animo nunquam illa rehabendi quolibet tempore, vel quauis occaſione reddens rationem, quia ipſe ſenexerat, & ſic congruum videbatur, vt poſt eius mortem dicta Iocalia, & veſtes ipſi ſponſæ remanerent, quodque idem pluries replicauit ſub diuerſis diebus, & coram diuerſis Teſtibus; Ideò Domini cenſuerunt petitam remiſſoriam eſſe concedendam, quia cum huiuſmodi declaratio excludere poſſe videatur præſumptionem traditionis Iocalium pro ſimplici vſu, & ornatu, firmatam in præcedentibus deciſionibus huius cauſæ *coram eodem bon. me. Arguelles 22. Iunij 1648. & 28. Iunij 1649.* præſefert materiam releuantem, quæ licèt concernat vnum dumtaxat articulum,
1 nihilominus ſufficit, vt in profanis ſuper omnibus Remiſſoria concedatur *Rot. deciſ. 667. num. 1. par. 1. & deciſ. 661. num. 4. par. 2. rec. coram San. Mc. Greg. deciſ. 124. num. 3. & in Auenionen. pecuniaria 25. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Royas §. nec refert.*

Non obſtat quod alias pro parte eorumdem de Sanctinellis exhibiti fuerint alij articuli, & deſuper examinati Teſtes, quorum dicta publicata fuerunt, vt ponderatur in *dicta deciſ. R. P. D. mei Meltij*

§ *finali*. Quia cum iſti additionales modo producti, & ſignãter dictus quintus articulus cõtineãt mate-
2 riã magis explicitè diſtinctã nõ in ſolo cortice verborũ, ſed in ipſa ſubſtãtia, noua remiſſoria denegari nõ poteſt ob antecedẽtem exhibitionem aliorũ articulorum, & præcedens examen *Abb. in cap. fraternitatis num. 8. Teſtib. Rot. coram bon. mem. Coccino deciſ. 23. num. 2. in recent. deciſ. 266. num. 13. par. 6. in Camerinen. Penſionis 4. Martij 1640. & in Monopolitana Penſionis 7. Februarij 1648. coram R. P. D. meo Bichio, ac in Fauentina Beneficij 27. Iunij 1644. coram me §. Præterea articuli*.

Nec refert contraria probatio facta pro parte dicti D. Chriſtophori Camilli hæredis, quia vul-
3 gare eſt Axioma, quod probatio probationem non excludit *Egid. deciſ. 565. num 1. Rota deciſ. 785. num. 5. par. 1. diu. & deciſ. 077. num. 5. par. 3. rec.*
4 Idque procedit etiam ad effectum concedendi Remiſſoriam, vt dixit *Rota in Calaguritana Proceſſionum 30. Aprilis 1629. coram bon. mem. Cardinali Virili, & in Romana Cambiorum 4. Iulij 1631. coram bon. mem. Motmanno in rec. dec. 70. num. 8. & 9. par. 6*

Neque obſtat, quod oriri poſſit aliqua calumniæ præſumptio, ex quo cauſa diù cogitata in alijs inſtantijs id ſpecificè articulatum non fuit, vt ſubditur in *eadem deciſ. R. P. D. mei Melty §. ſuſpicio autem*. Quia quotieſcumque, prout hic, concur-
5 rit Releuantia materiæ articulatæ, vel non denegatur Remiſſoria ob ſolam præſumptionem calumniæ, vt reſpondit *Rota in Bononien. Cappellaniæ 24. Ianuarij 1611. coram bon. mem. Pironano poſt 2. vol. conſil. Farin. deciſ. 306. num. 1.* Vel ſaltem oportet
6 huiuſmodi præſumptionem eſſe vehementem, & probabilem, *Rot. deciſ. 343. num. 6. par. 1. & deciſ. 111. num. 3. par. 6. recent.* Præſertim ſi concurreret aliqualis fumus, quod res ità ſe habeat, ex quo
7 iuncta releuantia, ceſſabit prorſus Calumniæ præſumptio *Caputaq. dec. 56. num. 3. par. 3. Rot dec. 41. num. 4. par. 7. rec. in Bonon. Fideicommiſſi de Naſcentorijs 15. Ianuarij 1649. coram bon. mem. Arguelles §. de calumnia verſ. Tum quia, & prius in Cæſaraugustana diſtributionum 13. Martij 1643. coram me §. Vltimo*. In præſenti tamen reſolutione non adducitur aliquid pro fumo, quia Maria Laura, & alij de Sanctinellis Remiſſoriam petentes non informarunt.

Et ita vnica tantum &c.

LEODIEN. CANONICATVS S. MARTINI.

Veneris 13. Ianuarij 1653.

ARGVMENTVM.

Declaratoria conceditur contra non parentem executorialibus Rotæ, etiam ſi verbaliter ſe offerat paratum ad ſolutionem fructuum facta liquidatione, & ad refectionem expenſarum, reſpectu enim fructuum fieri debet depoſitum in actis cum obligatione ſoluendi reſiduum ſequuta liquidatione, circa verò expenſas in mandato Rotali taxatas actualis illarum refectio requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria poſt intimationem executorialium ſeruatis ſolitis terminis ad docendum de paritione conceditur contra non parentem.*
2 *Oblationes verbales ad effectum euitandi declatoriam non attenduntur, vel vera paritio requiritur, vbi actus poſitiui, & reales requiruntur.*
3 *Oblatio fructuum ad effectum euitandi declaratoriam fieri debet in actis legitimè, facto depoſito etiam in modica quantitate, cum obligatione ſoluendi reſiduum ſequuta liquidatione, attento debito certo, licet in genere.*
4 *Expenſæ in executorialibus Rotæ taxatæ, actualiter debent refici ad euitandam declaratoriam.*
5 *Animus non parendi dignoſcitur, ſi Cenſuræ fuerunt à primo executore litterarum relaxatæ, & intimatæ contra eum, qui non paruit.*
6 *Cenſurarum contemptio eo magis deteſtabilis eſt in Eccleſiaſticis.*

DECISIO CCCCIII.

PRemiſſa Deciſione coram me emanata per ſententiam Rotalem, pronunciatum fuit, procedendum eſſe ad vlteriorem executionem Litterarum Apoſtolicarum ad fauorem Lamberti Trioche, eiuſque executorialibus Capitulo Eccleſiæ Sancti Martini Capitulariter intimatis, & reproductis, ac demum ſeruatis ſolitis quatuor terminis ſubſtan-
1 tialibus, quibus cum debitam paritionem non præſtiterint, hodiè reſolutum fuit, dandam eſſe Declaratoriam iuxtà ſtilum, de quo per *Felin. in cap. ad proban. num. 10. de re iudic. Caſſad. dec. 6. num. 16. de Cauſ. poſſeſſ. & propr. Mohed. dec. 1. de ſent. excom.*

Neque Capitulo ſuffragatur verbalis paritionis oblatio facta ab eius Informantibus, nolle ſe opponere pacificæ poſſeſſioni Lamberti, eique ſatisfacere velle de fructibus, poſtquam fuerint liqui-
2 dati; Quia ſimiles verbales exhibitiones vti inanes, & aereas Rota non admittit, ſed veram paritionem deſiderat, dum actus poſitiui, & reales requiruntur, vt in *deciſ. 591. num. 3. coram bon. me.*
3 *Merlino*. Cum ſaltem in actis, & quidem legitimè offerre debuiſſet ſolutionem fructuum, facto depoſito, etiam in modica quantitate cum obligatione ſoluendi reſiduum, ſecuta liquidatione, attento eius debito certo, licèt ingenere, vt alijs relatis fuit reſolutum in *Colonien. Vicariæ 14. Maij 1649. §. neque ob incertitudinem coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottbobono, & in Burgeñ Decimarum 11. Februa-*
4 *rij 1650. §. Quia præter quod coram me*, Præſertim quoad expenſas in iiſdem executorialibus taxatas, quas actualiter tradidiſſe docere tenebatur, vt in his terminis dixit *Rota coram bon. mem. Merlino deciſ. 481. num. 1.*

His accedunt Cenſuræ alias relaxatæ à primo Execu-
5 tore litterarum cum expeditione Executorialium eidem Capitulo intimatarum admiſſæ, etiam a ſignatura cum Clauſula *ſine præiudicio*, ex quibus facilius arguitur, & dignoſcitur animus non parendi, & augetur Capituli contumacia contemnendi
6 Cenſuras, eo magis deteſtabilis in Eccleſiaſticis, vt in *Deciſ. Burgen. Decimarum §. Et licet*.

Atque ità fuit reſolutum, dandam eſſe Declaratoriam contra Canonicos, & Interdictum contra Capitulum, niſi infra menſem à die Intimationis paruerint.

Vtraque &c.

AVELLINA CANONICATVS.

Ven. 7. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Declaratoria contra contumaces, & non parentes mandatis Rotalibus, relaxatur probata concludenter inobedientia, & ex quibus probetur?

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria relaxatur contra non parentem mandato Rotali poſt quam conſtat de eius perſonali Intimatione, & reproductione, & ſeruatis quatuor terminis non doceatur de paritione.*
2 *Præſtatio patientiæ aliquando habetur loco paritionis ad effectum euitandi declaratoriam.*
3 *Fides ſimplices non ſufficiunt, præſertim ad effectum declarationis Cenſurarum,*

4 Cen-

Digitized by Google

4 *Cenſura, vt incurrantur, requirunt certam, & plenam probationem.*

DECISIO CCCCIV.

CEnſuerunt DD. dandam eſſe Declaratoriam contra Franciſcum Ianulum, niſi infra menſem paruerit mandato de immittendo in poſſeſſione Canonicatus, de quo agitur, per Rotam relaxato ad fauorem Ioſephi de Viuo; Quoniam conſtito, vt in hoc caſu, quod fuerit perſonaliter intimatum;
1 atquè illo deindè reproducto, ſeruati fuerint quatuor termini ſeruari ſolitis, ſi non doceatur de paritione datur Declaratoria iuxtà ſtylum, & alijs omiſſis, poſtremò dictum fuit in *Leodien. Canonicatus S. Martini 31. Ianuarij proximipreteriti coram me.*

De paritione autem huiuſmodi tantum abeſt doceri, vel ſaltem de præſtatione patientiæ, quæ aliquando habetur loco ipſius paritionis, vt latè fuit dictum in *Leodien. Canonicatus Sancti Pauli coram bon. mem. Merlino deciſ. 20. inter eius impreſſ.* quod imò apparet de manifeſta contumacia, & contemptu prædicti mandati ex parte Ianuli.

Et enim probatur poſt intimationem anteceden. die factam, ſequen. die eumdem accedere auſum fuiſſe ad Chorum indutum habitu Canonicali, & ibi controuertiſſe Ioſepho Stallum, vt conſtat ex duabus atteſtationibus quatuor Canonicorum, & ſex Clericorum Eccleſiæ relatis in *Summar. num. 2.*
3 quæ licet vti ſimplices fides non ſufficerent, præſertim ad effectum declarationis incurſus Cenſura-
4 rum, requirentium certam, & plenam probationem, vt in his terminis reſpondit *Rota coram San. mem. Gregor. XV. deciſ. 96. num. 2. & in deciſ. 751. num. 3. part. 2. rec. & coram bon. mem. Merlino deciſ. 179. num. 5.* Tamen cum ex quietantijs, & exactionibus hodiè exhibitis in *ſecundo Summ. num. 1.* extractis vigore Compulſoriæ ex libris Capituli, clarè appareat, Ianulum recepiſſe fructus ad Canonicatum controuerſum ſpectantes poſt intimationem mandati Rotalis factam 23. Martij 1652. exactio verò menſe Octobris ſequentis, Ex his actibus poſitiua certè inſurgit contumacia, & in obedientia contemptus Eccleſiæ, & Iuriſdictionis, meritò Cenſuris coercēda, ideòque eſt danda declaratoria ex allegatis in principio.

Et ità &c. Cauſa bis propoſita, Altera tantum.

ROSSANEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 10. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus cum habeat aſſiſtentiam Iuris pro adminiſtratione oblationum, & elemoſinarum ad ſe ſpectante eo magis eſt manutenendus in quaſi poſſeſſione deputandi Quæſtores pro illis recipiendis, & adminiſtrandis, ſi probet ſuam quaſi poſſeſſionem, non obſtante quaſi poſſeſſione alterius, quæ non poteſt eſſe manutenibilis, niſi probata ſcientia, & patientia ipſius anterioris poſſeſſionis, & quid ſi Parochus ſub cuius Parochia eſt Eccleſia, cui fiunt oblationes prætenderet ad ſe ſpectare adminiſtrationē in concurſu. Continuans poſſidere poſt inhibitionem, & litem quando attentata committat, & quando non?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet aſſiſtentiam Iuris pro adminiſtratione oblationum, & elemoſinarum in Eccleſijs ſua Diœceſis oblatarum.*

2 *Poſſeſſio probata per Teſtes validè. & ſer. ſer. examinatos, eo magis eſt manutenibilis, quando fulcitur Iuris aſſiſtentia.*

3 *Conſuetudo plurimum attendi ſolet in materia adminiſtrationis Eleemoſinarum, & oblationum Eccleſiis factarum.*

4 *Quaſi poſſeſſio manutenibilis in incorporalibus non acquiritur niſi probata ſcientia, & patientia anterioris poſſeſſoris contra quem acquiri prætenditur.*

5 *Actus poſt motam litem facti non conſtituunt in quaſi poſſeſſione manutenibili.*

6 *Actus qui dederunt cauſam liti, non habentur in conſideratione pro obtinenda manutentione.*

7 *Poſſeſſio non cenſetur ammiſſa per dimiſſionem alterius rei diuerſa.*

8 *Continuans ſuam anteriorem poſſeſſionem, etiam poſt inhibitionem, & litem, non dicitur attentare.*

9 *Continuatio poſſeſſionis lite pendente, tunc eſt prohibita, quando ipſa ſpecialiter fuit inhibita.*

10 *Vel quando lis pendet ſuper ipſa poſſeſſione, eiuſque continuatione.*

11 *Vel quando quis continuat mediante facto Iudicis, ſecus ſi per viam priuata facultatis.*

12 *Ad Parochum ſpectat adminiſtratio Eleemoſinarum factarum in Eccleſia, quæ eſt intra fines eius Parochiæ.*

DECISIO CCCCV.

IN hodierna Propoſitione huius Cauſæ non fuit in dubium reuocata Manutentio conceſſa Domino Duci Coriolani in poſſeſſione, ſeù quaſi præſentandi Cappellanum ad nutum amouibilem, & Io: Dominico Capalbo in Cappellanum ab eodem Duce præſentato in poſſeſſione, ſeù quaſi Celebrandi Sacrũ cum ſolito ſtipendio ducatorum triginta, ſed difficultas reſtricta fuit ad manutentionem in quaſi poſſeſſione eligendi, & deputandi Quæſtores, alioſquè Miniſtros pro recipiendis, & adminiſtrādis oblationibus. & eleemoſynis, quæ à Chriſti fidelibus elargiuntur Eccleſiæ, de qua agitur, occaſione Imaginis Sanctiſſimæ Virginis nuncupatæ de Sclauonia; Verum Domini iterum exiſtimarunt, illam concedendam eſſe D. Archiepiſcopo,
1 & ſic ſteterunt in deciſis coram me ſub die 11. Martij proximipreteriti; Quia ipſe vltra aſſiſtentiam Iuris comprobatam in priori Deciſione iuſtificat etiam eius actualem Poſſeſſionem, ſeù quaſi ex pluribus Teſtibus relatis in eius nouo *Summ. num. 2.* concorditer affirmantibus, quod poſt cæptam Deuotionem ad dictam Imaginem eleemoſynæ, & oblationes, tàm in pecunijs, quàm in rebus conſiſtentes, conſignatæ, & receptæ fuerunt à Procuratoribus. & Depoſitarijs per d. D. Archiepiſcopum ad hunc effectum deputatis; Poſſeſſio enim
2 probata per Teſtes validè, & ſer. ſer. examinatos, eo magis eſt manutenibilis, quando fulcitur Iuris aſſiſtentia, vt præter relatos in altera Deciſione reſpondit *Rota coram bon: mem. Merlino deciſ. 295.*
3 *num. 2.* concurrente inſuper conſuetudine Diœceſis, de qua agitur, adminiſtandi per Archiepiſcopum ſimiles oblationes factas alijs Eccleſijs in ea exiſtentibus, quæ in hac materia plurimum attendi ſolet, vt tradunt *Dec. conſil. 148. ſub num. 3. verſ. ſed tamen in caſu propoſito Marian. Socc. de oblat. libell. 18. num. 17. 18. & 26. inter tract. magn. tom. 14. fol. mihi 134. à tergo, Coſt. de Portion. rat. quæſt. 239. nu. 14. Gratian. diſcept. foren. cap. 395. num. 25. Merlin. deciſ. 257. num. 13.*

Non obſtat aſſerta poſſeſſio Capalbi, de qua deponunt Teſtes vltimo loco examinati, & adducti in eius *Summar. ſub num. 6.* Quia vltra exceptiones perſonales, quas poſſunt pati in incorporali-
4 bus, non acquiritur quaſi poſſeſſio manutenibilis, niſi probata ſcientia, & patientia anterioris Poſſeſſoris, contra quem acquiri prætenditur *DD. in*

cap.

*cap. cum Eccleſia Sutrina de canſ. poſſ. & propr. Card.
Put. deciſ. 173. num. 2. lib. 2. in correct. Card. Mantic.
deciſ. 207. num. 6. Rota deciſ. 608. num. 9. par. 2. &
deciſ. 413. num. 14. par. 5. recent. & coram bon. mem.
Coccino dec. 26. num. 4.* Cœteri autem actus tenden-
tes ad comprobationem eiuſdem poſſeſſionis, nec
5 minus ſuffragari poſſunt, quia aut percutiunt tem-
pus poſt motam litem, & non conſtituunt in quaſi
poſſeſſione manutenibili, *Card. Mantic. d. dec. 207.
num. 10. Buratt. deciſ. 464. num. 4.* aut facti fuerunt
medio tempore poſt captam poſſeſsionem ab eodẽ
Capalbo, & introductam litem, & tanquam actus,
6 qui dederunt Cauſam eidem liti, non habentur in
conſideratione pro obtinenda manutentione, *Card.
Caual. deciſ. 181. num. 5. Gregor. deciſ. 4 num 2. Ro-
ta in recent. deciſ. 409. num. 4. & in Ampurien. ſeù Ci-
uitaten. Deputationis Vicarij 19. Ianuarij 1646. coram
R. P. D. meo Meltio §. Non obſtat quod Capitulum.*

Nec ſubſiſtit, quod D. Archiepiſcopus eecide-
rit ab eius anteriori poſſeſsone propter reſeruatio-
nem Iuriſpatronatus factam ad fauorem D. Ducis;
Quia in ea non legitur facultas administrandi ele-
moſynas, neque deputandi Miniſtros, & Quæſto-
res pro illis recipiendis, & adminiſtrandis, ſed
potius apparet reſtricta ad Electionem Cappellani,
& ad Celebrationem Miſſatum cum aſsignatione
7 dicti ſtipendij, atque ideò in hoc iudicio poſſeſ-
ſorio importare non valet amiſſionem poſſeſſionis
per D. Archiepiſcopum antecedenter acquiſitæ ad
text. in cap. ſuper hoc de renunciat.

Minuſuè ſubſiſtit repetita prætenſio attentato-
rum, & quod Archiepiſcopus in ſpretum litis pen-
dentiæ, & Inhibitionis Rotalis ſemel, & iterum
præſentatæ Capſam eleemoſynarum aperire fece-
rit, & proceſſerit contra Quæſtores à Cappellano
8 deputatos, Quia cum præfata peregerit continuan-
do ſuam anteriorem poſſeſſionem, non dicitur at-
tentaſſe, *gloſſ. in cap. non ſolum de appell. in 6. & in
Clem. 2. vt lit. pend. Caputaq. deciſ. 52. patr. 1. San.
9 mem. Gregor. deciſ. 557. num. 1.* Continuatio enim
tunc eſt prohibita, quando ipſa ſpecialiter fuit in-
hibita, & reſponſum fuit in *Meſſanen. Decanatus 13.
Februarij 1645. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen.
10 §. Pariter non ſuffragatur;* Vel quando lis pendet ſu-
per ipſa poſſeſſione, eiuſquè continuatione, vt di-
ctum fuit in *Bonon. Bonorum 19. Martij 1649. coram
R. P. D. meo Bichio §. fin. & prius in Cæſarauguſtana
Diſtributionum, ſeu Attentatorum 17. Februarij 1645.
§. hoc non procedit, & 26. Iunij eiuſdem anni §. &
hinc non applicantur coram me, & in Bonon. Attentato-
rum 18. Iunij 1646. §. final. pariter coram me.* Aut
11 demum quando quis continuat mediante facto Iu-
dicis. *Rota deciſ. 342. ſub num. 5. par. 4. recent. & in
dicta Bonon. Bonorum coram R. P. D. meo Bichio dicto
§. final. & in Cathacen. hæreditatis 1. Februarij 1651.
coram me §. Vltimo,* ſecus autem ſi continuet per
viam priuatæ, & propriæ facultatis, prout fecit
D. Archiepiſcopus ex adductis in *Lucana Cappella-
niæ 4. Aprilis 1650. coram eodem R. P. D. meo Bichio
§. ſed ob eſſe in fin. & in d. Cathacen. Hæreditatis coram
me d. §. vltimo.*

Verum quia prævia Commiſſione admiſsionis
ad Cauſam in hac propoſitione Hieronymus Ga-
ropolus Archipræsbyter, & Parochus Eccleſiæ
Sanctæ Mariæ de Plateà deduxit præfatam admini-
12 ſtrationem dd. Eleæmoſynarum ad ſe ſpectare,
ex quo dicta Eccleſia ſit intrà fines ſuæ Parochiæ,
vt alijs relatis dixit *Rota in Lunen. Sarſanen. Oblatio-
num 8. Februarij 1627. coram bon. mem. Merlino inter
eius impreſſ. dicta deciſ. 257. num. 2. & per tot. repeti-
ta in recent. deciſ. 37. par. 5.* quod tamen cum con-
cludenter non videretur iuſtificatum, Domini hìc
articulum indeciſum reliquerunt, reſpondentes
quod videatur de bono Iure.

Et ità omnibus informantibus &c.

ROMANA CENSVS.

Ven. 14. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ non tangit validitatem Inſtrumenti,
& obligationis Cameralis, ſed tantumodo modum
exequendi, non vulnerat viam exequutiuam, &
proindè licet Actor ab hac ſententia appellauerit,
cauſaque ſimpliciter commiſſa fuerit non poteſt
etiam Reus à mandato contra ſe poſtea appellare
ſaltem ad effectum ſuſpenſiuum. Donatio facta à
fratribus alteri fratri pro contrahendo matrimo-
nio in genere, nulla expreſſa perſona cum qua il-
lud contrahi debeat, dicitur pura, neque ex ea
aliquod Ius acquiritur filijs ipſius donatarij, & ex
quibus excludatur in huiuſmodi donatione fidei-
commiſſum ad fauorem filiorum, licet in donatio-
ne ſint poſiti in conditione, & ex Statuto Vrbis
cenſeantur diſpoſitiuè vocati, & licet donantes ha-
buerint rationem ampliandi familiam, & conſer-
uandi bona in linea maſculina?

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ non percutit ſubſtantiam obligationis Cameralis, non vulnerat viam exequutiuam.*

2 *Sententia, quæ reum abſoluit de eo quod Inſtrumentũ Actoris eſt nullum, & inualidum, tangit ſubſtantiam obligationis, & ſic vulnerat viam exequutiuam.*

3 *Secus autem ſi reum abſoluit ex eo quod Actor ob aliquam rationem ab Inſtrumento extrinſecam non habet actionem ſuper bonis ab ipſo petitis, tunc enim reſpicit modum exequendi, nec vulnerat viam exequutiuam.*

4 *Appellatio non datur ad effectum ſuſpenſiuum à mandato valide contra Reum relaxato vigore obligationis, quamuis Actor appellauerit, & cauſa fuerit ſimpliciter commiſſa à præcedenti ſententia, quæ non tangebat validitatem obligationis, ſed modum dumtaxat exequendi.*

5 *Donatio facta à fratribus ad fauorem alterius fratris pro matrimonio in genere nulla expreſſa perſona cum qua illud eſſet contrahendum dicitur pura, & ex ea nullum Ius fuit quæſitum filijs donatarij, qui de bonis donatis, poteſt ad libitum diſponere.*

6 *Scriptura priuata trino Teſte non munita in præiudicium Agentis ex publico Inſtrumento non probat.*

7 *Donatio facta, vt donatarius in nubendo meliorem conditionem conſequi valeat, non dicitur facta contemplatione certi matrimonij, ſed pro matrimonio in genere.*

8 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati per Statum Vrbis lib. 1. cap. 142.*

9 *Fallit quando filij non ſunt poſiti in conditione ad effectum vocationis, ſed ad alium effectum.*

10 *Fideicommiſſum in donatione excluditur, ſi donatio totaliter eſt directa in perſonam Donatarij nulla facta mentione eius filiorum, addita inſuper ob amorem, & beneuolentiam, qua illum proſequebantur.*

11 *Donantes veriſimiliter filios donatarij expreſſiſſent in donatione ſi eorum cauſa, & ad ipſorum fauorem donare voluiſſent.*

12 *Donantes ſi reſtrinxerunt prohibitionem delicti ad ſolum donatarium, nulla facta mentione de eius filijs euidens eſt quod non intellexerunt ipſos in do-*

natione

Digitized by Google

natione comprehendere, nam etiam eis delictum prohibuiſſent.

13 *Donantes, qui promiſerunt bona donata liberare ab antiquis Fideicommiſſis, non cenſentur voluiſſe conſtituere ſuper ijſdem nouum Fideicommiſſum, alias liberatio antiquorum fuiſſet prorſus inutilis.*

14 *Donatio facta à fratribus fauore alterius fratris, vt meliori conditione poſſet nubere, cenſetur purè, & liberè facta, non autem fideicommiſſo ſuppoſita quia alias ab Vxore recepta non poſſet ſuper bonis donatis aſſecurari, cum iſta tamquam ſuppoſita fideicommiſſo tranſuerſalium pro reſtitutione dotis, neque in ſubſidium poſſunt hyppotecari.*

15 *Bona Fideicommiſſo Tranſuerſalium ſuppoſita pro reſtitutione dotis, nec minus in ſubſidium hypothecari, aut alienari poſſunt.*

16 *Aſſertiones etiam Iuratæ, quod bona ſint libera ab omni, & quocumque fideicommiſſo ſolent fieri, quandoque ad alliciendos Emptores, & Creditores.*

17 *Obſeruantia pro libertate bonorum inducitur etiam ex aſſertionibus Iuratis factis per Dominum in alijs contractibus quod bona ſua ſunt libera ab omni, & quocumque fideicommiſſo, vbi tamen alia concurrunt eandem voluntatem, & intentionem præſeferentia.*

18 *Obſeruantia plurimum operatur ad demonſtrandam bonorum libertatem.*

19 *Familiæ ampliatio, & conſeruatio congruè verificari poteſt in procreatione filiorum.*

20 *Donatio, quando non fuit contemplatum certum matrimonium atque aliæ addita, & ſignanter amor, beneuolentia erga donatarium, ſemper æſtimatur pura, & libera non obſtante voto conſeruandi familiam.*

21 *Ratio conſeruandi bona in linea maſculina, reſtricta ad caſum delicti, non extendit fideicommiſſum ad caſum mortis.*

22 *Tutor non poteſt voluntariè cenſum extinguere, & nouum imponere cum ammiſſione anterioritatis, & melioris fundi in præiudicium Pupilli.*

23 *Pupillus agere poteſt ex primæua actione Cenſus antiqui ſtante noua impoſitione eiuſdem cenſus mediante eodem pecunia cum ijſdem perſonis per Tutorem nulliter, & in eius præiudicium facta.*

DECISIO CCCCVI.

NON obſtantibus deductis ab informantibus pro D. Creſcentio contra Deciſionem coram me emiſſam 11. Martij 1652. hodiè eius fundamenta ſubſiſtere fuit reſolutum, tam reſpectu primæ partis concernentis modum procedendi, quam reſpe-
1 ctu Iuſtitiæ; Nam via executiua, quam D. Gherardo tribuit obligatio Cameralis ad ſui fauorem adiecta in Inſtrumento Cenſus controuerſi, vulnerata non fuit ſententia lata per A. C. quia licet ipſa abſoluat Creſcentium, & perpetuum ſilentium imponat Gherardo; Attamen non percutit ſubſtantiam dictæ obligationis; Aliud enim eſt Reum abſoluere, ex quo Inſtrumentum Actoris ſit nullum, aut inualidum; Aliud verò illum abſoluere ex quo ob aliquam rationem ab Inſtrumento extrinſecam Actor non habet actionem ſuper bonis ab ipſo pe-
2 titis. Primo enim Caſu Sententia tangit, & infringit ſubſtantiam obligationis, & ſic vulnerat viam
3 executiuam. Tertio autem Caſu Sententia reſpicit dumtaxat modum exequendi, vt ſcilicet Inſtrumentum non exequatur ſuper certis bonis, tanquã prætenſo fideicommiſſo ſubiectis, & conſequenter ex tacita mente ipſiuſmet Iudicis ſententiam proferentis firma remanet virtus obligationis, quoad reliqua ſub dicto fideicommiſſo non comprehenſa, nec vulnerat propterea viam executiuam, vt præter allegatos in dicta *Deciſ. Gonzal. ſuper regul. 8. gloſſ. 6. num. 235. & num. 238. cum ſeqq. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 968. num. 2. Rota coram bon. mem. Merlino deciſ. 499. num. 4. & in Romana Pecuniaria 1. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Meltio ſub §. Demum non obſtat*; Et ideò à mandato deindè validè relaxato non admittebatur appellatio ad effectum ſuſpenſi-
4 uum, quamuis Actor à præcedenti ſententia ſimpliciter obtinuiſſet admiſſionem appellationis, *Scacc. de appell. quæſt. 17. limit. 9. antè num. 59. verſ. intellige eamdem Grat. d. cap. 936. ſub num. 3. verſ. & ſic non attenditur.*

Nec ſubſiſtit repetitum iniuſtitiæ obiectum ob donationem factam à fratribus de Creſcentijs ad fauorem Io: Baptiſtæ communis fratris; Quia
5 cum facta fuerit pro matrimonio in genere nulla expreſſa perſona, cum qua illud eſſet contrahendũ, donatio dicitur pura, & nullum Ius ſuper bonis donatis ex ea quæſitum fuit Marcello filio Io: Baptiſtæ Donatarij, qui proindè ad ſui libitum de eis liberè diſponere poterat, vt vltrà authoritates allegatas in Deciſionibus huius Cauſæ pleniſſimè firmauit *Rota in Romano Donationis de Incaſatis 26. Iunij 1626. & 12. Februarij 1628. coram bo. me. Merlino in ord. dec. 229. num. 12. cum ſeqq. & deciſ. 392. num 2. pariter cum ſeqq.*

Non obſtat, quod ſub eadem die, qua celebratum fuit Inſtrumentum d. donationis confecta etiam reperiantur Capitula matrimonialia inter d. Io: Baptiſtam, & Annam de Maximis, Quia contemporanea iſta confectio Capitulorum non pro-
6 batur ex ſcriptura priuata trino Teſte non munita in præiudicium agentis ex publico Inſtrumento iuxtà diſpoſitionem *textus in l. ſcripturas C. qui potior. in pign. habent*. Quinimò in dicta Donatione non ſolum non fuit facta mentio dd. Capitulorum, vel
7 matrimonij ex eis contracti, ſed vlterius Donantes declararunt ad eam deuenire ad effectum, vt Io: Baptiſta meliorem conditionem conſequi valeret ex quo maior arguitur incertitudo cetarũ nuptiarum, vt ponderatum fuit in priori *Deciſ. huius Cauſa coram D. Card. Ottbobono 12. Iunij 1651. §. Donatio enim.*

Neque obſtat, quod filij Io: Baptiſtæ in condi-
8 tione poſiti per *Statutum Vrbis lib 1. cap. 142.* dicantur diſpoſitiuè vocati, vt reſpondit *Rota in Romana Domorum de Sciandelerijs 4. Aprilis 1636. coram D. Cardinalis Panzirolo in recent. deciſ. 114. num. 3 & 4. part. 7.*

Quoniam vt dictum fuit in alijs Deciſionibus
9 filij in propoſito non ſunt poſiti in conditione fideicommiſſi, vt requirit Statutum loco adducto, ſed in pacto dumtaxat reuerſiuo, non ad inducendam vocationem, ſed ad impediendam reuerſionem ad Donãtes ex punctualibus *Deciſionibus emiſſis in Romana prætenſi Fideicommiſſi 30. Aprilis, & 8. Nouembris 1638. coram bo. mem. Coccino*, ad cuius comprobationem hodie Domini plura in facto ponderabant, quæ excludunt voluntatem fidei-
10 committendi. Et primo quod Donatio totaliter eſt directa in perſonam Io: Baptiſtæ, nulla vnquam facta mentione eius filiorum addita inſuper expreſſa declaratione, quod ad eam Donantes deueniebant, ob amorem, & beneuolentiam, qua illum proſequebantur; Vndè elicitur, quod contempla-
11 runt tantummodò Donatarij perſonam, non autem eius filios, quos veriſimiliter expreſſiſſent, ſi eorum Cauſa, & ad ipſorum fauorem donare voluiſſent argum. *l. vnica C. de cadu. tollen.*

Secun-

Secundò; quod ibidem Donantes reſtrinxerunt
12 prohibitionem Delicti ad ſolum Io: Baptiſtam,
nec in ea fecerunt aliquam mentionem de dd. eius
filijs, ſignum euidens, quod non intellexerunt,
ipſos in Donatione comprehendere, alias autem
eis etiam delictum prohibuiſſent, vt in ſimilibus
terminis conſideratum fuit in *Romona Fideicommiſſi
de Coronis 12. Iunij 1651. coram me §. qua clariora
comprobata in dicta deciſ. §. vltimo in fine.*

Tertio, quod Donantes in donatione liberarunt
13 bona donata ab antiquis fideicommiſſis, & in di-
ctis Capitulis matrimonialibus Io: Baptiſta Dona-
tarius promiſit eadem bona liberare ab anteriori
hypotheca dotali Conſtantiæ matris ad effectum
aſſecurandi dotem, quam dicta Anna de Maximis
eius Vxor ſibi tradiderat, quæ propterea pugnant
pœnitus cum nouo fideicommiſſo, nam liberatio
Antiquorum fuiſſet prorſus inutilis, ſi donatio in
14 eis nouum vinculum iniecisſet; Præfata verò do-
tis aſſicuratio nullatenus fieri potuiſſet, niſi dicta
15 bona eidem liberè donata eſſent, quia cum agere-
tur de fideicommiſſo conſtituto à Tranſuerſalibus
dicta bona pro reſtitutione dictæ Dotis, nec minus
in ſubſidium hypothecari, aut alienari potuiſſent,
vt dixit *Rota deciſ. 433. num. 3. par. 4. diuerſ. & in
Romana hæreditatis 14. Decembris 1646. coram bo.me.
Arguelles §. Iniuſtitia verò.*

Quartò demum ponderata fuit ſubſequuta obſer-
uantia, nam tam in noua creatione Cenſus con-
trouerſi facta paulò poſt d. donationem, quam in
alijs debitis à Donatario, & Donantibus contra-
ctis, ipſi ſemper ſub iuramento aſſeruerunt, dicta
16 bona eſſe libera ab omni, & quocunque fideicom-
miſſo, licet enim huiuſmodi aſſertiones quando-
que fieri ſoleant ad illiciendos emptores, & Credi-
tores, vt animaduerſum fuit in *Romana Fideicom-
miſſi de Maximis 11. Ianuarij 1649. coram me verſic.*
17 *Indeque*, vbi tamen alia concurrunt præſeferentia
eamdem voluntatem, & intentionem, hæ quoque
18 deſeruiunt pro obſeruantia, quæ plurimum ope-
ratur ad demonſtrandam bonorum libertatem, vt
dixit *Rota in Romana Succeſſionis de Comitibus 26. Iu-
nij 1647. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. relata
in dicta Deciſione Eminentiſſimi D. Card. Otthoboni ſub
§. Accedit, & faciunt tradita in Romana fideicommiſſi
de Incoronatis 7. Iunij 1652. coram R. P. D. Albergato
§. Simulatio autem.*

Non obſtat, quod in prohemio dictæ Donationis
enunciata fuerit conſeruatio, & ampliatio Fami-
liæ de Creſcentijs, ac in diſpoſitiua habita fuerit
ratio conſeruandi bona donata in linea maſculina;
19 Quia conſeruatio, & ampliatio familiæ congruè
verificari poteſt in procreatione filiorum, & dùm
20 non fuit contemplatum certum matrimonium,
atquè aliæ Cauſæ additæ fuerunt, & ſignanter
amor, & beneuolentia erga Donatarium, donatio
ſemper exiſtimatur pura, & libera, non obſtante
dicto voto contemplandi familiam, vt præter alle-
gatos in d. *deciſ. D. Cardinalis Otthoboni §. non obſtat
donationis &c.* optimè reſpondit *Rota in dicta Roma-
na Donationis de Incaſatis 26. Iunij 1626. coram Mer-
lino in ordine deciſ. 219. num. 13. & 14. comprobata in
Romana Donationis 11. Aprilis 1613. coram bo. mem.
Pirouano in recent. deciſ. 192. num. 10. par. 6.* Ratio
21 autem conſeruandi dicta bona in linea maſculina,
tanquam reſtricta ad caſum delicti non extendit fi-
deicommiſſum ad caſum mortis, vt reſpondetur in
vtraque *deciſ. huius Cauſæ §. finali.*

Præterea fuit animaduerſum, quod Cenſus con-
trouerſus fuerat impoſitus antè dictam Donatio-
nem, & poſt eam Tutor Creditorum ſub ſpe con-
ſequendi fundos meliores conſenſit illius extin-
ctioni, & nouæ Impoſitioni ſuper bonis compræ-
henſis ſub dicta Donatione, dictaque extinctio,
& noua Impoſitio factæ fuerunt mediante eadem
pecunia, & coram ijſdem Notario, & teſtibus;
Vndè aut in dicta noua Impoſitione præſtiti fue-
runt fundi liberi, & ſuper eis impediri non poteſt
ſatisfactio fructuum dicti Cenſus decurſorum; &
decurrendorum. Aut verò fundi non ſunt liberi,
22 & non potuit Tutor voluntariè Cenſum extingue-
re, & nouum imponere cum ammiſſione anteriori-
tatis, & melioris fundi in præiudicium Pupilli,
23 qui proindè ob nullitatem dictæ nouæ Impoſitio-
nis agere potuit ex primæua actione Cenſus anti-
qui, vt in ſimilibus terminis *Gabr, conſ. 36. nu. 66.
lib. 1. Roder. de ann: reddit. lib. 2. quæſt. 16. num. 59.
in fin. Surd. deciſ. 51. num 20. Rota deciſ. 278. nu. 21.
& 22. par. 5. recent.*

Atque ità fuit reſolutum vtraque &c. & in hac
propoſitione etiam Petro Alphonſo informante.

MANTVANA BONORVM.

Lunæ 17. Februarij 1653.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in cauſa profana data releuantia articulo-
rum etiam ſine fumo in qualibet Inſtantia conce-
ditur, & adhunc effectum ſatis eſt, quod materia
articulata aliquo modo faciat ad cauſam, vel
quod poſſit dubitari, an ſit releuans, ad quam im-
pediendam tollitur omnis ſuſpicio calumniæ
concurrente cum releuantia fumo veritatis.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in cauſa profana data releuantia materiæ articulata etiam ſine fumo in qualibet inſtantia conceditur.*

2 *Remiſſoria, vt concedatur ſatis eſt, quod materia articulata aliquomodo faciat ad cauſam.*

3 *Remiſſoria vt concedatur ſufficit dubitare an materia articulata ſit releuans, nam in dubio Rota ſolet illam concedere.*

4 *Releuantia concludens ad deffinitionem Cauſæ poſt factas probationes refertur, interimque Remiſſoria conceditur.*

5 *Probationes non ſunt coanguſtandæ.*

6 *Remiſſoria videtur calumnioſè petita, ex quo in partibus agitata Cauſa, pars non curauit examinari Teſtes.*

7 *Calumnia de facili non præſumitur.*

8 *Calumniæ ſuſpicio ad obtinendam remiſſoriam excluditur ſi vltra releuantiam, concurrat etiam fumus veritatis.*

9 *Remiſſoria quando agitur ſuper bono Iure ſimpliciter, & non ad effectum manutentionis, conceditur ad faciendas probationes ſuper eo neceſſarias retardato etiam Iudicio poſſeſſorio.*

DECISIO CCCCVII.

AD formam Commiſſionis cum facultate manu-
tenendi quem de Iure, Cauſam propoſui ſuper
Manutentione 26. Aprilis 1652. & Domini reſpõ-
derunt, quod videretur de bono Iure, pro quo
melius iuſtificando D. Comitiſſa Laura Caſtrobar-
cha petit Remiſſoriam, quam ipſi concedendam
eſſe hodiè dictum fuit, cum agatur de Cauſa pro-
1 fana, in qua data releuantia materiæ articulatæ,
etiam ſine fumo in qualibet inſtantia Remiſſoria
conceditur, *Rota in recent. deciſ. 177. num. 1. & 2.
deciſ. 212. num. 1. & deciſ. 266. pariter num. 1. par. 6.*

coram

Digitized by Google

& coram Aadr. deciſ. 38. num. 1. & alibi paſſim.

Articulatur enim, petias Terræ in vocabulo *Boſco della Caccia*, & in vocabulo *Doſſo dell' Inferno*, quæ inſimul cum Terris, de quibus agitur, in loco *dell' Angelo* comprænhenduntur in Sententia, & Inſtrumento liberationis bonorum factæ Hieronymo de Piperarijs anno 1555. fuiſſe, & eſſe in ſtatu libertatis, & allodialitatis, non autem emphyteotica, & reſponſiua, ſiuè feudalia, & vti libera, & allodialia pacificè poſſeſſa fuiſſe ab annis 60. 80. & amplius, abſque vlla contradictione Menſæ Epiſcopalis, vel eius Miniſtrorum, & ſine alia recognitione, vel ſolutione; Atquè exindè prætenditur, iuſtificatam oſtendere effectuationem d. liberationis, non ſolum quoad prędictas Terras in articulis expreſſas, ſed etiam quoad omnia alia bona in d. ſententia, & Inſtrumento contenta, ideòque materiam eſſe releuan-
2 tem ad obtinendam Remiſſoriam, ad quem effectum ſatis eſt, quod aliquomodo faciat ad Cauſam, *Merlin. deciſ. 706. num. 2.*

Non obſtat, quod Piperarijs antè dictam liberationem diuerſa Corpora fæudalia, ſeù emphyteutica immediatè recognoſcerent ab Eccleſia, alia autem mediante perſona Maximiliani Gonzaghez feudatarij eiuſdem Eccleſiæ cum facultate ſubinfeudandi, ideòque dum non articulatur, Bona controuerſa immediatè fuiſſe recognita ab Eccleſia articuli ſunt irreleuantes.

Quia generaliter, & indiſtinctè articulatum fuit a prædictis annis 80. & amplius bona, de quibus agitur, fuiſſe poſſeſſa tanquam libera, nullamque factam fuiſſe recognitionem Eccleſiæ, ſeù Menſę Epiſcopali, nec Dominij directi, nec Fæudi, nec alio quouis modo, ac proindè ob huiuſmodi generalitatem quæcunque recognitio, ſiuè immediata, ſiuè mediata ex perſona illorum de Gonzaghis comprænhenſa videtur, vltrà quod all. Inſtrumentum recognitionis factæ anno 1646. ad hunc effectum relatum in *Summario Menſa n. 2.* non eſt de actis, aliaque bona longè diuerſa com-
3 plectitur; ſufficitque dubitare, An materia articulata ſit releuans, nam in dubio Rota ſemper ſolet concedere Remiſſoriam, *Coccin. deciſ. 20. n. 4.*
4 *Buratt. deciſ. 28. num. 3.* concludens enim Releuantia ad diffinitionem Cauſæ poſt tactas probationes refertur, vt dictum fuit in *Maceraten. Pecuniaria 27. Ianuarij 1645. coram Eminentiſſimo D. Card.*
5 *Ottbobono*, cum ipſæ non ſint coangulandæ, *Card. Mantic. deciſ. 312. num. 3. Rota in recent. dec. 240. num. 6. par. 8. & in Bonon. Fideicommiſſi de Naſcentorijs 15. Ianuarij 1649. coram bo. me. Arguelles §. Et ſic.*

Nec ſubſiſtit, quod videatur calumnioſè peti-
6 ta, ex quo in partibus agitata Cauſa Comitiſſa
7 non curauit Teſtes examinari; Quia præter quod Calumnia de facili non præſumitur, *Rot. dec. 215. num. 8. par. 2. recent. in dicta Maceraten. Pecuniaria §. Tum de facili, & in dicta Bonon. Fideicommiſſi de Naſcentorijs §. De Calumnia*: In propoſito excluditur, dum vltra Releuantiam concurrit etiam fumus veritatis ex ſupplicationibus fratrum de Piperarijs filiorum Hieronymi emptoris Bonorũ, de quibus agitur, porrectis Epiſcopo tunc temporis, in quibus faſſi fuerunt dictam priorem liberationem, *Summario Comitiſſæ prætentiæ poſitionis*
8 *num. 11. & 12.* ex quo ceſſat vtiquè quæcunque Calumniæ ſuſpicio ex adductis in dicta *Bonon. fideicommiſſi de Naſcentorijs dicto §. De Calumnia verſ. Tum quia ex prædictis.*

Minus ſubſiſtit, quod ſit concedenda ſine retardatione Iudicij poſſeſſorij; Quia cum agatur
9 ſuper Bono Iure, de quo Rota voluit videre, & quidem non ad effectum manutentionis, ſed ſimpliciter eſt concedenda facultas faciendi ſuper illo opportunas probationes, quod agnoſcens altera Pars poſt captam reſolutionem, & antè extenſam Deciſionem conſenſit expeditioni Litterarum Remiſſoriallum, quæ expeditæ fuerunt, & deſuper examinati Teſtes in diſputatione boni Iuris diſcutiendi.

Et ità vtraquè Parte Informãte reſolutum fuit, dandam eſſe Remiſſoriam, non attenta repetita exceptione recurſus ad Iudices Laycos, cum in facto non fuerit iuſtificatus &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 3. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria regulariter concedi non ſolet in remedijs poſſeſſorijs niſi cum Clauſula *ſine retardatione* quod cum limitetur, quando concurrit magnus, & vrgens fumus materiæ articulatæ, quando petitur ad fundandam replicationem rei conuenti, quando alias ſequeretur damnum irreparabile, & quando demum materia articulata reſpicit ipſum Iudicium poſſeſſorium, hic ſtante releuantia materiæ articulatæ deciſum fuit dandam eſſe remiſſoriam cum retardatione, vel ſine, arbitrio Rotæ, vt nemini fiat præiudicium, & petens Remiſſoriam quantocitius ſuas probationes abſoluat.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in remedijs poſſeſſorijs regulariter concedi non ſolet, niſi cum Clauſula* ſine redartione.

2 *Immiſſia impediri non debet per exceptionem requirentem altiorem indaginem, qualis exiſtimatur futura probatio facienda per Teſtes.*

3 *Exceptia requirens altiorem indaginem, exiſtimatur probatio futura per Teſtes facienda.*

4 *Remiſſoria quod non conceditur in remedijs poſſeſſorijs niſi cum Clauſula* ſine retardatione, *limitatur, quando concurrit magnus, & vrgens fumus materia articulata.*

5 *Item quando petitur Remiſſoria ad fundandam replicationem rei conuenti.*

6 *Et quando alias ſequeretur damnum irreparabile.*

7 *Idem eſt quando materia articulata reſpicit ipſum Iudicium poſſeſſorium, non autem petitorium.*

8 *Remiſſoria etiam in remedio poſſeſſorio, quando conſtat de releuantia materiæ articulatæ, conceditur, cum retardatione vel ſine, arbitrio Rota vt nemini fiat præiudicium, & petens Remiſſoriam, quantocitius ſuas probationes abſoluat.*

DECISIO CCCCVIII.

EXhibitis articulis continen. valorem Bonorum liberorum, quæ in Inſtrumento tranſactionis initæ anno 1637. q. Comes Franciſcus de Pepulis communicauerat Com. Io: valoremque bonorum Fideicommiſſariorum, quæ ipſi Com. Franciſco obuenerant, & melioramenta, quæ vt aſſeritur fecerat in dd. bonis Fideicommiſſarijs Agentes pro illius hæredibus ſuper eis petebant Remiſſoriam, quæ non controuertebatur ab altera Parte, dummodò concederetur, non retardato Iudicio
1 Immiſſionis, cum in remedijs poſſeſſorijs remiſſoria regulariter dari non ſoleat, niſi cum Clauſula *ſine retardatione*, *Card. Seraph. n. deciſ. 294. & deciſ. 1364. num. 1. Gregor. deciſ. 367. num. 1. Card. Canal. deciſ. 208. num. 3. Buratt. deciſ. 211. num. 5.*

Digitized by Google

Ibique Adden. num. 37. *bo. me. Merlin. deciſ.* 653.
num. 4. *cum alijs alleg. in Bunon. Fideicommiſſi de
Blancis* 28. *Iunij* 1647. *coram* Reuerendiſſimo *Tar-
raconen.* §. *final. & in Bunen. Fideicommiſſi de Amori-
nis* 21. *Iunij* 1642. *coram R. P. C. meo Meltio in*
2 *princ.* ea ratione, quia Immiſſio impediri non de-
bet per exceptionem requiren. altiorem indagi-
3 nem, qualis exiſtimatur futura probatio facien.
per Teſtes *Pacific. de Saln. Interd. inſpect.* 3. *cap.* 2.
num. 95. *cum ſeqq. Caeterique adducti in dicta Bonon.
Fideicommiſſi de Amorinis* §. 1. *in fin.*

Sed huiuſmodi Regula pluribus modis limita-
4 tur, & ſignanter quando concurrit magnus, &
vrgens fumus veritatis materiæ articulatæ, *Card.
Seraph. deciſ.* 298. *ſub num.* 3. *verſic. Et hanc diſtin-
ctionem Rot. deciſ.* 276. *num.* 12. *part.* 6 *recent. in
Fanen. Fideicommiſſi* 28. *Iunij* 1645. *coram Reueren-
diſſimo Tarraconen.* §. *Admiſſa namque verſ. etiam in
ſummariſſimo, & in Cremonen. Parochialis* 15. *Iunij*
5 1646. *coram me* §. *vltimo*. Quando petitur ad fun-
dandam replicationem rei conuenti, *Rot. dec.* 200.
num. 6. *ad med. par.* 2. *diuerſ. deciſ.* 242. *num.* 8.
par. 7. *recent. in Bononien. Fideicommiſſi de Maluetijs*
2. *Iunij* 1628. *coram Cardinali Virili* §. *non obſtat,
quod Remiſſoria, & in Bonun. Fideicommiſſi de Bolo-
gninis* 10. *Aprilis* 1646. *coram Reuerendiſſimo Tarra-*
6 *conen.* §. *reſpectu Iudicis*. Quando alias ſequeretur
damnum irreparabile, vt dictum fuit in *Toletana
Matrimonij* 7. *Iunij* 1549. *coram Fabio, & coram*
7 *bo. me. Coccino deciſ.* 122. *num.* 3. Et denium quan-
do materia articulata reſpicit ipſum Iudicium
poſſeſſorium, non autem petitorium, *Card. Seraph.
d. deciſ.* 294. *num.* 4. *verſ. tamen proc. dit.*

Verum propoſito hodiè particulari dubio, om-
nibuſque perpenſis, cum Domini non dubitaue-
8 rint de releuantia materiæ articulatæ, reſponde-
runt remiſſoriam eſſe concedendam cum retarda-
tione, vel ſine arbitrio Rotæ, vt exindè nemini
fiat præiudicium, & petentes remiſſoriam quan-
tocitius ſuas probationes abſoluant, vt ſeruatum
fuit in *Theatina, ſeù Nullius Abbatia* 10. *Maij* 1641.
coram R. P. D. meo Bichio §. *vltimo in Bonon. Sepa-
rationis Bonorum* 2. *Nouembris* 1651. *coram Reueren-
diſſimo D. meo Decano,* §. *final. & in Ianuen. Separa-
tionis Thori* 27. *Nouembris* 1652. *coram R. P. D. meo
Meltio* §. *vltimo*.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MAXIMIS.

Veneris 14. *Martij* 1653.

A R G V M E N T V M.

Teſtator, dum in defectum omnium filiorũ maſcu-
lorum per lineam directam ex legitimo matrimo-
nio deſcendentium Baſtardos ſubſtituit per neceſ-
ſe ſequitur quod abſolutum perpetuum, & reci-
procum fideicommiſſum inter omnes deſcenden-
tes in infinitum ordinare voluerit, concurrenti-
bus præcipuè requiſitis pro tacita reciproca,
nempè quod omnes ſint honorati, quod ſubſtitu-
tio ſit facta vltimo morienti, & in tota hæredi-
tate, & ex quibus hæc omnia requiſita dedu-
cantur, & quænam coniecturæ perneceſſe recipro-
cam inducant?

S V M M A R I V M.

1 *Teſtator dum Baſtardos ſubſtituit in defectum om-
nium filiorum maſculorum per lineam directum ex
legitimo matrimonio deſcendentium perneceſſe ſe-
quitur, quod omnes deſcendentes legitimos in infi-
nitum vocauerit, eoſque ad inuicem ſubſtituerit.*

2 *Baſtardi in defectum lineæ omnium deſcendentium
legitimorum vocati nunquam ſecundum mentem
Teſtatoris admitterentur niſi omnes deſcendentes
eſſent vocati, & inter ipſos reciprocè ſubſtituti.*

3 *Concurrentibus præcipuè requiſitis pro tacita reci-
proca neceſſarijs.*

4 *Subſtitutio reciproca tacite inducitur, quando omnes
ſunt honorati, quando eſt facta ſubſtitutio vltimo
morienti, & in tota hæreditate.*

5 *Fideicommiſſum reciprocum etiam de linea induci-
tur quando omnes ſunt honorati, quando facta eſt
ſubſtitutio vltimo morienti, & in tota hæreditate.*

6 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vocati
per Statutum Vrbis lib.* 1. *cap.* 142.

7 *Subſtitutio alicuius facta poſt quam omnes ſine filijs
deceſſerint æquiparatur ſubſtitutioni nominatim
facta vltimo morienti.*

8 *Præſertim quando agitur ad fauorem deſcendentium
Teſtatoris.*

9 *Subſtitutio vniformiter, & indefinitè Inſtitutioni
adiecta ad totam hæreditatem refertur ſi Teſtator
prius fecit Inſtitutionem vniuerſaliter omnium
bonorum.*

10 *Fideicommiſſum reciprocum cenſetur inter omnes
Teſtatoris deſcendentes inductum ex repetita ſæ-
pius qualitate maſculinitatis ex perpetua fœmina-
rum excluſione digreſſa ad plures gradus ſubſtitu-
torum, & demum ex declaratione per Capitulum
ſeparatum à Teſtatore facta, quod bona ſemper
remaneant in Cyppo domus ſuæ.*

11 *Subſtitutio reciproca inter omnes deſcendentes Teſta-
toris inducitur ex declaratione, quod eius bona
numquam tranſeant in alienam familiam, ſed per-
petuo remaneant in Cyppo domus ſuæ per ipsũ fa-
cta in Capitulo ſeparato, & ad qualificandas an-
tecedentes ſubſtitutiones.*

12 *Subſtitutio reciproca niſi cenſeretur inducta inter
omnes deſcendentes bona Teſtatoris perpetuo per-
manere non poſſent in familia deſcendentium ab
eo contemplata.*

13 *Subſtitutio, quæ pendet à conditione obitus filiorum
ſine filijs poſt quam per mortem filiorum cum filijs
expirauit, eodem modo expiraſſe dicitur ſubſe-
quens ſubſtitutio ab eadem conditione pendente.*

14 *Subſtitutio ſubſequens dum eſt concepta ſub contra-
ria cõditione, ſi ſine filijs deceſſerint nõ poteſt pẽ-
dere ab antecedenti ſubſtitutione concepta in ca-
ſu obitus filiorum ſine filijs.*

15 *In contrarijs vnum ab alio pendet.*

16 *Subſtitutio concepta ſub diſtincta periodo, recta ab
vnico, & ſeparato verbo dicitur ſtare de per ſe,
& independenter ab antecedenti diſpoſitione.*

17 *Diſpoſitio ſubſequens, quando eſt magis ampla, &
continet nouas perſonas in antecedenti ſubſtitutio-
ne non comprehenſas demonſtrat diuerſitatem, &
independentiam ab altera præcedenti.*

18 *Vocatio nouarum perſonarum in antecedenti diſpoſi-
tione non vocatarum impedit reſtrictionem ad per-
ſonas ſupra expreſſas.*

19 *Vocatio, & comprehenſio nouarum perſonarum in-
dicat voluntatem Teſtatoris admittendi quoſcun-
que deſcendentes in infinitum licet in præcedenti
caſu non fuerint comprehenſi.*

20 *Conſilium Oldrad.* 21. *recipitur dumtaxat, vbi ſub-
ſtitutio eſt determinata, & reſtricta ad caſum
obitus primo Inſtitutorum ſine filijs, ſecus vbi eſt
indeterminata, & concepta verbis indefinitis cõ-
prehendentibus totam familiam.*

21 *Subſtitutio vbi non eſt reſtricta ad caſum obitus pri-
mo Inſtitutorũ ſine filijs tũc quãdocũq; intrat, ſiue
primi inſtituti ſiue vlteriores ſine filijs deceſſerint.*

22 Sub-

Digitized by Google

22 *Subſtitutio, ſtante diſcretiua vocatione Filiorum, & Nepotum videtur reſtricta ad obitum filiorum primi gradus.*

23 *Declara hoc tantum procedere ſi ſubſtitutio facta eſſet caſu, quo filij maſculi ſine filijs decederent ſecus ſi fuerit concepta in caſu obitus filiorum maſculorum per lineam directam ex legitimo matrimonio deſcendentium.*

24 *Teſtator dum ſubſtituit in caſu obitus filiorum maſculorum per lineam directam ex legitimo matrimonio deſcendentium, non cenſetur vtique ſe reſtrinxiſſe ad filios primi gradus, ſed nepotes etiam voluiſſe comprehendere.*

25 *Linea directa dum fuit à Teſtatore vocata omnes deſcendentes admittuntur, ne alias verba lineam comprehendentia, otioſa penitus, & ſine effectu remaneant.*

DECISIO CCCCIX.

DOminicum de Maximis inſtitutis ſibi hæredibus Petro, Luca, Angelo, & Iuliano eius filijs, ſuam fideicommiſſariam diſpoſitionem ſubordinaſſe ad tres Caſus, ac in ſecundo conſtituiſſe abſolutum, perpetuum, & reciprocum fideicommiſſum intee omnes illorum Deſcendentes in infinitum, ac proinde illud apertum eſſe ad fauorem DD. Marchionis, & Fratrum de Maximis, aiorumque Deſcendentium à Luca altero ex filijs inſtitutis, Reſolutum fuerat *coram bo. me. Pirouano* 5. *Martij* 1638. & hanc reſolutionem (ab eodem Cauſa ſexies propoſitea, & poſt eius obitum, à me in eius locum ſubrogato, bis poſita) tandem hodiè Domini confirmarunt ex ijſdem rationibus, & fundamentis, quæ adhuc remanent in ſuo robòre.

Subſiſtit ſi quidem quod Teſtator tres caſus cõſiderauit; Primum nempè, ſi hæredes inſtituti, eorumque filij, vel altee ipſorum decederet ſine filiis, & tunc eos ad inuicem ſubſtituit; Secundum ſi filii maſculi per lineam directam ex legitimo matrimonio Deſcendentes deficerent, & omnes ſinè filijs maſculis morerentur, & hoc caſu ſuccedere voluit Baſtardos ex eadem linea directa naſcituros; Tertium deniquè ſi vnus, vel plures ex dictis ſuis filijs maſculis decederet ſuperſtitibus fœminis, & ſubſtituit filios maſculos ſuperuiuentes ipſius Teſtatoris, filiorumque filios, ſeù Deſcendentes maſculos ex eis per lineam directam in ſtirpes, & non in Capita, fœminis ſemper excluſis.

Pariterque ſubſiſtit, quod in ſecundo Caſu ab-
1 ſolutum, perpetuum, & reciprocum fideicom-
miſſum conſtituit, quia cum Baſtardos ſubſtitue-
rit in defectum omnium filiorum maſculorum
per lineam directam ex legitimo matrimonio
Deſcendentium, pernecesse ſequitur, quod omnes
Deſcendentes legitimos in infinitum vocauerit,
eoſque ad inuicem ſubſtituerit; Non impleretur
2 enim Teſtatoris intentio admittendo illegitimos
in defectum lineæ omnium Deſcendentium legi-
timorum; niſi omnes iſti eſſent vocati, & inter
ipſos reciprocè ſubſtituti, vt præter relatos in
Deriſione bon. mem. Pirouani ſub §. *ex verbis autem* (*omiſſis Doctorum authoritatibus*) *reſpondit Rota in Romana Fideicommiſſi de Zeffiris* 4. *Iulij* 1646. §. *ſed his non obſtantibus*, & 8. *Februarij* 1647. §. *ſecundo niſi coram R. P. D. meo Bichio in Romana Fideicommiſſi de Mutis* 15. *Ianuarij* 1648. *coram R. P. D. meo Meltio* §. *Ceſſat pariter verſic. In præſenti autem in Terracinen. Fideicommiſſi de Pilorcijs* 15. *Maij eiuſdẽ anni coram Reuerendiſſimo D. Terracinen.* §. *vltimo*, & *hoc caſu ceſſat, verſic. nec diſpoſitio Teſtatoris*, & *in Bononien. Fideicommiſſi de Guidottis* 23. *Ianuarij* 1649. *coram bon. mem. Arguelles* §. *vrgentiſſima viſa fuit*.

Concurrentibus præcipuè requiſitis pro tacita
3 reciproca neceſſarijs, nempè quod omnes ſint
4 honorati, quod ſit facta ſubſtitutio vltimo mo-
5 rienti, & in tota hæreditate, ex quibus nemo du-
bitat, quod inducatur reciprocum Fideicommiſ-
ſum etiam de linea ad lineam, vt communiter
tradunt *DD. in l. hæredes mei* 57. §. *Cum ita ff. ad S. C. Trebell.* & *in l. Titia ſeio* 89. §. *ſeia libertis ff. de legat.* 2. *aliique in prædictis Deciſionibus plenè allegati*.

Primum ſiquidem educitur ex conditione ſi ſi-
6 ne filijs per Teſtatorem adiecta omnibus Deſcen-
dentibus, quæ iuxtà terminos *Statuti noſtri lib.* 1. *cap.* 142. pro expreſſa, & explicita illorum vocatione conſideratur, *Gabr. conſ.* 115. *num.* 11. & 12. *lib.* 1. *quem adductis concordantibus in puncto ſequuta fuit Rota in Romana Fideicommiſſi de Incoronatis* 13. *Nouembris* 1637. *coram eodem bon. mem. Pirouano in recent. deciſ.* 248. *num.* 1. *par.* 7. & *in dicta Romana Fideicommiſſi de Zeffiris* §. *Quod omnes*.

Secundum ex ſubſtitutione illegitimorum facta
7 in defectum lineæ directæ legitimorum, & poſt-
quam omnes ſine filijs deceſſerint, quæ æquipa-
ratur ſubſtitutioni nominatim factæ vltimo mo-
rienti, cum exindè interpretatiuè colligatur Re-
ſtitutionem eſſe faciendam ab vltimo, vt com-
probatur in *dicta Terracinen. Fideicommiſſi de Pilorcijs* §. *De Tertio*, & *in dicta Bonon. Fideicommiſſi de Guidottis* §. 2. Præſertim quando agitur (prout hic) ad fauorem Deſcendentium Teſtatoris, *Rota in Romana fideicommiſſi de Zeffiris in prima* §. *ſubſtitutionem*, & *in ſecunda* §. *eſſe autem*.

Tertium Denique ex quo Teſtator retento The-
mate vniuerſalis Inſtitutionis dictos Illegitimos
9 in ſuis bonis ſubſtituit; Huiuſmodi enim ſubſti-
tutio perindè habetur, ac ſi ſpecificè facta eſſet
de tota, & integra hæreditate, dum vniformiter, & indefinitè adiecta, & concepta fuit ex optimè ponderatis in eadem *Romana Fideicommiſſi de Zeffiris* §. *loquitur tandem*, & *in dicta Romana fideicommiſſi de Mutis* §. *vltimo verſ. tertium concurrit*.

Eoquè magis accedentibus coniecturis in dicta
10 Deciſione allatis, nempè ſæpius repetita quali-
tate maſculinitatis; Perpetua excluſione fœmina-
rum; Digreſſu ad plures gradus ſubſtitutorum, &
11 expreſſa Teſtatoris declaratione, quod eius bona
nunquam tranſeant in alienam Familiam, ſed
perpetuò remaneant in Cyppo Domus ſuæ per
Capitulum ſeparatum in fine tertij Caſus appoſi-
ta ad qualificandas omnes antecedentes ſubſtitu-
12 tiones, quæ pernecesse reciprocam inducit; nam
alias illius bona perpetuò permanere non poſſent
in familia contemplata, vt per belle firmatum
fuit in *Spoletana Fideicommiſſi* 18. *Februarij* 1647. *coram bo. mem. Arguelles* §. *His tamen reſponſionibus*, & *prius in Narnien. fideicommiſſi* 1. *Martij* 1638. & 25. *Februarij* 1639. *in principio coram bo. mem. Card. Hieronymo Verſpio*.

Nequè verum eſt, quod etiam ſecundus Caſus
13 pendeat à conditione obitus filiorum, vel Nepo-
tum ſine filijs, quæ cum expirauerit ob mortem
cum filijs, eodem modo expiraſſe dicatur ſubſe-
14 quens ſubſtitutio appoſita in dicto ſecundo caſu,
ſecundus enim à primo pendere non poteſt, dum
conceptus eſt ſub conditione cõtraria ſi ſine filijs,
15 nempè deceſſerint cum filiis: In contrariis enim

Digitized by Google

vnum ab alio non pendet, vt in his terminis tra-
dunt *Gabe. conſil. 95. nu. 22. lib. 1. Paeiſ. conſil. 18.*
num. 44. lib. 2. Peregr. de fideicom art. 15. num 29.
Dependentiam tamen excludunt verba ipſa, &
ſubſtantia diſpoſitionis.

Si quidem ſecũdus Caſus conceptus legitur ſub
16 diſtincta Periodo habente perfectam Orationem
rectam ab vnico, & ſeparato verbo, *voluit*, ideo-
que dicitur ſtare de per ſe, & imdepenter ab ante-
cedenti diſpoſitione, *Rimin. Iun. conſ. 482. n 73.*
Peregr. conſil. 30. num. 6. verſ. Nequè obſtat oppo-
ſita ratio lib. 3. Altograd. conſil. 92. num. 51. Card.
Seraph. dec. 1373. num. 6. Rota in Bonon. Fideicom-
miſſi de Pancaldis 16. Februarij 1640. coram Cardi-
nali Panzirolo §. Nec viſum fuit verſic. imò in Caſu,
& in Romana Fideicommiſſi de Spiritibus 22. Maij
1642. coram R. P. D. meo Bichio §. Quæ comprahen-
ſio verſic. Indè ſequitur; Fortius vero attenta ſub-
ſtantia diſpoſitionis, cum Teſtator in ſecundo
Caſu non permanſerit in terminis primę ſubſtitu-
tionis reſtrictæ ad obitum filiorum ſine filijs, ſed
indeterminatè diſpoſuerit fauore totius familiæ,
omniumque Deſcendentium vocando Baſtardos
in defectum totius Lineæ directæ Deſcendentium
17 Legitimorum; Huiuſmodi enim indeterminata
diſpoſitio, & comprahenſio nouarum perſonarũ
in antecedenti ſubſtitutione non vocatarum de-
monſtrat diuerſitatem, & independentiam iſtius
diſpoſitionis ab altera *Menoch. conſil. 348. num. 43.*
Rota dec. 133. num. 5. & 6. par. 4. diuerſ. cum alijs
allegatis in ſimilibus terminis in d. Romana fideicom-
miſſi de Spiritibus d. §. Quæ comprahenſio; Et ſim-
18 pedit reſtrictionem ad perſonas ſupra expreſſas
Paſeth. conſil. 92. num. 10. verſ. hoc tantum adden.
Dec. conſil. 16. n. 23. & ſeqq. lib. 3. Menoch. conſil.
900. num. 18. verſ. ſeptimus eſt Caſus Grat. diſcept.
forenſ. cap. 828. num. 15. Fuſar. de ſubſtit. qu. 683.
num. 23. Rota in dicta Bonon. fideicommiſſi de Pan-
caldis 18. Iunij 1642. coram me §. Minus obſtat verſ.
19 *Quia concluſio non procedit*; Comprahenſio enim
nouarum perſonarum indicat voluntatem admit-
tendi quoſcunque Deſcendentes in infinitum,
licet in præcedenti caſu non fuerint comprehenſi,
vt in ſimilibus terminis optimè reſpondit *Rota in*
Bonon. Fideicommiſſimi de Secadinarijs 12. Decembris
1621. coram bon. mem. Merlino ante eius impreſſ. de-
ciſ 83. num 6. Deciſio autem *Romana fideicommiſſi*
de Coronis 28. Ianuarij 1647. coram me non appli-
catur; quia ibidem aderant diuiſiones relatiuæ,
& reſtrictiuæ ad perſonas ſuprà expreſſas, in qui-
bus etiam terminis procedunt deducta in *Romana*
fideicommiſſi de Fornicinis 7. Febr. 1635. coram eodem
bon mem. Merlino dec. 15. num. 5. cum ſeqq.

Indeque ceſſat *Conſ. Oldrad.* 21. communiter
20 approbatum, cum recipiatur dumtaxat vbi ſub-
ſtitutio eſt determinata, & reſtricta ad caſum obi-
tus primo inſtitutorum, ſecus vbi eſt indetermi-
nata, & concepta verbis indefinitis comprahen-
tibus (prout hic) totam familiam, tunc enim
21 intrat ſubſtitutio quandocumque ſiuè primi In-
ſtituti, ſiuè vlteriores ſine filijs deceſſerint iuxtà
diſtinctionem *Socc. in l. ſi ſilemus num 6. ff. de condit.*
& demonſtrat. Alex. conſil. 101. num. 13. & ſeqq.
lib 7. Dec. conſil. 636. num. 6. Pariſ. conſ. 13. n. 43.
cum ſeqq. par 2. Peregr. de fideicomm. art. 15. nu. 29.
Card. Mantic. de Coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 6.
num. 7. alijſque relatis reſpondit Rota coram bon mem.
Burano dec. 689. num. 1. cum ſeqq. coram bon. mem.
Merlin. dec. 360. num. 7. in Bonon. fideicommiſſi de
Naſcentorijs 23. Iunij 1642. coram Reuerendiſſimo D.
Salamantino §. & primo ex illis, & §. ſecundo ex illis
verſic. & ideò ſumus, ac in Rauennaten. Hæreditatis
7. Febeuarij 1648. coram Reuerendiſſimo D. Terra-
conen. §. Nam conditio.

Et euertitur etiam reſponſio, quod dicta ſub-
22 ſtitutio Illegitimorum videatur reſtricta ad obi-
tum filiorum primi gradus propter diſcretiuam
vocationem filiorum, & Nepotum ex *Sued. conſil.*
448. ſub num. 15. verſ. Prima namquè coniectura.

Vrgeret enim ſi ſubſtitutio ſimpliciter facta
23 eſſet caſu, quo filij maſculi ſine filijs decederent;
24 Verum quia in caſu noſtro Teſtator dictam ſub-
ſtitutionem concepit ſi filij maſculi per lineam
directam ex legitimo matrimonio Deſcendentes
deficerent, non cenſetur vtiquè ſe reſtrinxiſſe ad
filios primi gradus, ſed Nepotes etiam voluiſſe
comprahendere, vt conſuluerunt *Rimin. Iun. con-*
ſil. 744. num. 23. & ſeqq. Hier. Pappon. conſil. 2.
num. 26. Cyriac. contrauerſ. 281. num. 85. & ſeqq.
Rot. dec. 6. num. 21. & ſeqq. & dec. 21. num. 19. &
25 *ſeqq. par. 5. recent.* Alias enim dicta verba *per li-*
neam directam Deſcendentes otioſa penitus, & ſine
effectu remanſiſſent; *Bero. conſil. 151. num. 4. &*
ſeq. lib. 2. Fuſar. conſil. 2. num. 16. Perege. de fidei-
comm. art. 22. num. 54.

Ad *Deciſiones Robuſterij 118. par. 1. & 230. par. 2.*
diuerſ. in hac Cauſa factas pro excluſione Fidei-
commiſſi placuit Dominis reſponſio data in *De-*
ciſione bon. mem. Pyrouani §. Quia non dua tantum ad
finem.

Atquè ità fuit reſolutum vtraque &c.

RAVENNATEN. BONORVM.

Luna 24. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Res iudicata ſi per biennium, & vltra poſt interpo-
ſitam appellationem à Sententia valida, & iuſta
nihil fuerit actum in Cauſa, nec prorogata fata-
lia perindè inducitur ac ſi numquam fuiſſet ap-
pellatum. Extrema in Iudicio ſpolij neceſſaria
ſunt, antiqua poſſeſſio ſpoliati, & recens ſpolian-
tis, quibus concurrentibus ſpoliato reintegratio
conceditur, & ex quibus vtraque poſſeſſio adhũc
effectum requiſita ſufficienter probetur?

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in rem iudicatam perinde, ac ſi ab ea numquam fuerit appellatum, ſi per biennium, & vltra poſt interpoſitam appellationem, nihil fuit actum in Cauſa, nec prorogata fatalia.*

2 *Validitas Sententia ex Actorum reuolutione comprobatur.*

3 *In Iudicio ſpolij extrema neceſſaria ſunt, antiqua poſſeſſio ſpoliati, & eius Authorum, & recens ſpoliantis.*

4 *Spoliato conceditur reintegratio concurrentibus omnibus extremis in iudicio ſpolij neceſſarijs, nempe antiqua poſſeſſione ſpoliati, eiuſque Authorum, & moderna ſpoliantis.*

5 *Inſtrumenta Inueſtiturarum, & locationum illarum que renouationum plenè probant poſſeſſionem inter ipſos contrahentes, corumque hæredes, & ſucceſſores.*

6 *Amplia vt concurrentibus continuatis ſolutionibus Canonum concludenter probent poſſeſſionem Emphyteuta etiam in præiudicium Tertij.*

7 *Emphyteuta, non eſt veriſimile, quod Canones ſoluiſſet, niſi in poſſeſſione extitiſſet.*

8 *Probatio, quæ habetur ex confeſſione ipſius partis ſuperat omne genus probationum.*

9 *Teſtes deponẽtes de facto proprio ſuperlatiuè probãt.*

10 *Poſſeſ-*

Digitized by Google

10 *Poſſeſſio probatur ex ſubſtentatione litis.*

11 *Poſſeſſio illius, qui mandatum de manutenendo obtinuit probatur ex ipſa manutentione ab eo impetrata, cum hæc non concedatur niſi poſſidenti.*

12 *Spoliatus non poteſt reintegrari ad poſſeſſionem illorum bonorum, quæ eius Author per renuntiationem relaxauit.*

13 *Bona fuiſſe ab aliquo poſſeſſa probatur ex Inſtrumentis ex quibus talia bona tamquã ab eo poſſeſſa vocentur pro confine, nam alias inepta fuiſſet huiuſmodi confinis expreſſio.*

14 *Inſpectio loci, dicitur probatio per euidentiam, & omnes ſuperat probationes.*

15 *Teſtes non deponentes circa tempus, nec circa locum non attenduntur in Iudicio ſpolij, cum poſſint intelligi de tempore poſt commiſſum ſpolium, & de aliis bonis, quam de controuerſis.*

16 *Exceptio requirens maiorem indaginem, & altiorem diſcuſſionem in Iudicio ſpolii admitti non debet.*

17 *Fæminæ licet non comprehendantur in Inueſtitura poſſunt tamen tamquam hæredes maſculi inueſtiti petere executionem ſententiæ ad eius fauorem prolatæ, ac conſequi fructus à die motæ litis viuente maſculo decurſos, & eiuſdem litis expenſas.*

18 *Fides Baptiſmatis, ſi adminiculetur ex Inſtrumento diuiſionis Bonorum Patris plenè probat filiationem.*

DECISIO CCCCX.

PER Sententiam diffinitiuam pronunciauit anno 1636. Ordinarius Rauennaten., Ferdinandum Raſponum fore, & eſſe reintegrandum ad poſſeſſionem Tenimenti, cuiuſcunque quantitatis exiſtat, ſiti in Territorio Rauennæ in Villa S. Alberti, in loco nuncupato di S. Pietro in Armentario, iuxtà ab vno latere Canale nuncupatum Porculi, mediantibus DD. de Lupatellis, vltra, & citrà Aggeres circundantes vſque ab Eccleſiam, ſeù Cementa D. Petri in Armentario, ab alio Latere Padum, ſiuè illius Alueum, & veſtigia, ab alio latere Canale nuncupatum Nauigio vſque Aggeres circundantes incluſiuè, ſeù iuxtà DD. (dicto tamen Canali Nauigio mediante) de Brioſchis, Gimnanis, Saluiatis, Hæredes DD. Hieronymi Pellegrini, Alexandri Frutij, Iacobum Caldironum, D. Ruggerium Calbum, & Iura prædictorum Admodum RR. DD. Canonicorum Rauennæ, cum eorum tamen bonis ſitis intrà dd. Aggeres circundantes, & Bonificationem Gregorianam verſus oſtrum *Summar. impreſſo Eleonoræ, & Liuiæ de Raſponis num. 7.*

Appellarunt Agentes pro Canonicis, & Capitulo Rauennæ, & Cauſam appellationis committi curarunt in Rota, ſed vſquè adhuc illam non fuerunt proſequuti; Vndè obtenta pro parte dd. Eleonoræ, & Liuiæ filiarum, & hæredum dicti Ferdinandi interim defuncti ſolita Commiſſione executoriali, tranſportatiſque actis quæſitum fuit: An conſtet de re iudicata, quæ veniat exequenda, vel potius de Cauſis reſtitutionis in integrum; & affirmatiuè quoad primam partem, negatiuè verò quoad ſecundam Domini reſponderunt.

Cum enim ſupradicta ſententia lata fuerit de anno 1636 eodemque tempore interpoſita appel-
1 latio, & non ſolum toto ſequen. biennio; ſed nec etiam per 15. ferè annos ſubindè elapſos aliquid actum fuerit in cauſa, nec pro rogata fatalia, appellatio remanſit deſerta, & ſententia tranſiuit in rem iudicatam, perindè ac ſi ab ea non fuiſſet appellatum *cap. cum ſit Romana extra de appellat. Clem. ſi appellationem eod. tit. Auth. ei qui C. de temp. appell. veſtr. in praxi lib. 3. cap. 5. num. 2. Scacc. de appell. quæſt. 15. art. 8. num. 119. cum ſeqq. Rot. dec. 466. num. 2. & dec. 548. num. 2. part. 8. recent. & in Caietana Bonorum 3 Octobris 1646. coram me §. 2.*

Validitas d. ſententiæ ex actorum reuolutione
2 comprobata in dubium reuocata non fuit: Iuſtitia vero conuincitur, cum iuſtificentur omnia
3 extrema in iudicio ſpolij neceſſaria, nempè antiqua poſſeſſio dicti Ferdinandi, eiuſque Authorum & recens Capituli, & Canonicorum collitigan-
4 tium, quibus concurrentibus ſpoliato concedi ſolet reintegratio *cap. ad ſedem de reſtit. ſpol. Afflict. deciſ. 327. num. 2. Rota deciſ. 251. num. 4. part. 6. dec. 16. num. 1. dec. 186. & dec. 191. eodem num. 1. par. 7. recent.*

Probatur ſiquidem primum extremum, ex quo die 4. Maij 1542. Archiepiſcopus Rauennaten. Iure Liuelli in emphyteuſim conceſſit Ludouico Seniori de Raſponis vnum petium Terræ nuncupatum Valle Sancti Petri in Armentario quantecumque quantitatis exiſtat iuxtà ab vno capite Canale, ab alio capite Canale nuncupatum Canali del Porcolo, ab vno latere Padum, altero latere Canale nuncupatum la mena di S. Pietro in Armentario *d. Summ. impreſſo num.* 1. Et die 28. Nouembris eiuſdem anni 1542. Arcimiliarca Eccleſiæ Rauennaten. interueniente Capitulo eidem Ludouico conceſſit omnes Valles, & Iura Arcimiliarchiæ poſitas in eadem Valle Sancti Petri in Armentario iuxtà eundem Ludouicum à duobus, ſcilicet pro Iuribus acquiſitis ab Andrea de Tizzonis, & pro Iuribus acquiſitis ab Archiepiſcopo eodem *Summ. num* 2. ſed orta lite inter ipſum Ludouicum, Capitulum, & Canonicos ſuper confinibus, ea ſopita fuit per concordiam anno 1551. in qua conuentum fuit, quod ille pro Iuribus Cimiliarcatus deberet incipere à Pado, & proſequi, vt in ea dicitur *dietro al Canal del Nauigio per fino alla menadella di ſopra alla Baſtiola dicto Summ. num. 3.* Anno autem 1570. Hieronymus filius dicti Ludouici Senioris obtinuit renouationem ab Archiepiſcopo cum relatione ad antiquam Inueſtituram *Summ. num.* 4. & anno 1611. Ferdinandus Ludouicus Iunior, & Paulus filij eiuſdem Hieronymi conſimilem renouationem reportarunt, exprimendo vnum petium Terræ in loco detto Valle di S. Pietro in Armentario, iuxtà ab vno capite Canale Nauigij, ab alio capite Canale Porculi, ab vno latere Menadellam S. Petri in Armentario, ab alio latere Iura Canonicorum nouorum Vallenſium nunc Capituli, & Canonicorum Eccleſiæ Rauennaten. eodem *Summ. impreſſo num.* 5. Inſtrumenta enim Inueſtiturarum, & Locatio-
5 num, illarumque renouationum plenè probant poſſeſſionem inter contrahentes, eorumque hæredes, ſucceſſores. *Menoch. de retinen. remed 3. num. 571. & conſ. 701. num. 4. & 5. Boccacc. de Interd. vti poſſid. cap. 14. num. 7. & 16. Pract. Papien. inform. libell. pro turbat. poſſeſſ. verb. hodie num. 6. fol. mihi 428. Maſcard. de probat. concluſ. 1181. num. 1. part. 1. diuerſ. coram Card. Caual. dec. 446. num. 1. & in Aquilana bonorum 17. Iunij 1629. coram Remboldo apud Poſth. de manut. dec. 11. num. 1.*

Accedentibus præſertim tùm continuatis ſolutionibus Canonum relatis in eodem *Summ. eorundem de Raſponis num. 4. & 5.* quibus concurrentibus
6 etiam in præiudicium tertij Inſtrumentum Inueſtitu-

ſtituræ concludenter iuſtificat actualem poſſeſſio-
nem emphyteutæ *Menoch. de retinen. d. remed. 3. num.573. Maſcard. de probat. d. concluſ.* 1181. *num. 3. & ſeq. & num.* 10. eſſet enim pænitus Inueriſi-
7 mile, quod Raſponi Canones ſoluiſſent, niſi in poſſeſſione extitiſſent *Aret. in l. qui vniverſas §. quod per Colonum ſub num. 8. verſ. vndè licet ff. de acquir. poſſeſſ. Gabr. de locat. d. concluſ. 4. numer. 7. Rota in Regien. bonorum 15. martij 1630. coram bo: me: Coccino apud Poſtb. vbi ſupra dec. 291. num. 38. & in Vladislauien. Villa de Ippembruc 13. Aprilis 1646. coram me §. 2. ex continuatis ſolutionibus Ca-*
8 *nonum* Tùm propria confeſſione ipſorummet Canonicorum emiſſa in dicto Inſtrumento d. Concordiæ, vbi nominarunt poſſeſſorem dictum Ludouicum Seniorem ibi: *di eſſi beni eſſiſtenti appreſſo d. Caualiere Ludouico*, quæ propterea ſuperat omne genus probationum *Rota apud Cenc. de Cenſib. dec. 209. num. 3. & apud Poſtb. vbi ſuprà dec.601. nu.1.* Tum denique depoſitionibus Teſtium relatum in *d. Summ. impreſſo num. 6.* qui teſtificantur de affictibus dd. bonorum factis à Raſponis, eorumque effectuatione, ac depluribus alijs actibus poſſeſſorijs, de quibus plenè erant informati, cum eſ-
9 ſent affictuarij, & ſic tanquam deponentes de facto proprio ſuperlatiuè probant *Rota deciſ. 445. n. 2. verſ. nec non ex teſtibus par. 4. recent. & coram bo: me: Buratto dec. 765. num. 4. ibiq. Adden. litt. C.*

Secundum verò extremum, ſcilicet recens poſſeſſio Canonicorum, & Capituli controuerti non
10 poteſt, cum iuſtificetur non ſolum ex ſubſtentatione litis, vt dixit *Rota in Firmana Spolij 16. Decembris 1633. coram Panzirolo in recent. d. deciſ. 251. num. 3. par. 6.* ſed etiam ex manutentione per ipſos impetrata anno 1616. eorum *Summ. num. 9.* ex
11 quo probari poſſeſſionem illius, qui mandatum de manutenendo obtinuit, cum iſtud non concedatur, niſi poſſidenti reſpondit *Rota coram Card. Mantic. deciſ. 252. num. 2. In Aſſiſien. Succeſſionis 14. Maij 1630. coram Reuerendiſſ. Terracinen. §. quod autem iſta bona & in Peruſina Saluiani 3. Decembris 1640. coram R. p. d. Melzio §. Alterum verò verſ. verum etiam.*

Nec ſubſiſtit, quod dicta ſententia concedens reintegrationem ad poſſeſſionem totius tenimenti cuiuſcumque quantitatis exiſtat vltra, & citrà Aggeres circumdantes vſque ad Eccleſiam, ſeù Cementa Sancti Petri in Armentario ſub confinibus ab vno latere Canalis Porculi, ac ab alio Padi, & Canalis Nauigij reddatur exceſſiua, & ſic iniuſta, cum dictus Ludouicus Senior in Inſtrumentis præfatæ concordiæ ſibi ſolum reſeruatis Terris habitis à Cimiliarchia, quæ aſcendunt ad Tornaturas centum dumtaxat, vt conuincitur ex Inſtrumento aſſignationis factæ eidem Cimiliarchiæ anno 1522. *Summ. Canonicorum num. 1.* cætera bona dimiſerit Archiepiſcopo, & Canonicis, atque ideò Ferdinandus non potuerit plus obtinere, quam dd. Cenſum tornaturas, non autem
12 reintegrari ad poſſeſſionem aliorum bonorum, quæ eius Author per renunciationem relaxauit. *Abb. in cap. ſollicitè num.7. de reſtit. ſpol. Duran. deciſ. 158. num 2. & 3.*

Quoniam quicquid ſit de huiuſmodi dimiſſione ex ſequentibus comprobatur Iuſtitia dictæ ſententiæ; Nàm reſpectu vnius lateris, in quo deſcriptum fuit d. Canale Porculi mediantibus Lupatellis vltrà, & citrà Aggeres circumdantes vſque ad dictam Eccleſiam, ſeu Cementa Sancti Petri in Armentario exiſtentia huius confinis verificatur non ſolum ex prædictis inſtrumẽtis conceſſionis, & renouationum, ac ex depoſitionibus Teſtium, alijſque cumulatis ab Informantibus pro Raſponis, ſed etiam & clarius ex duobus inſtrumentis relatis in *d. Summ. num.8. & 9.* in quorum altero Aldobrandini de anno 1545. vendiderunt ſuas Terras Lupatellis vna cum toto Canale Porculi incipiendo à Ripa Padi, & percurrendo vſque ad confinia Sancti Petri in Armentario, in altero autem ijdem de Aldobrandinis anno 1548. tranſigendo cum Raſponis pro confinibus inter eos ſtatuerunt ſtadium Presbyterorum per longitudinem perticarum 680. quæ vt retulit Agrimenſor, non ſolum capit, ſed excedit ſpatium exiſtens inter Padum, & dictam Eccleſiam Sancti Petri in Armentario, ex quibus propterea clarè conuincitur, quod Canale Porculi eſt contiguum ſtadio Præsbyterorum, percurritque à Pado vſque ad dictam Eccleſiam, quodq. Ludouicus Raſponus
13 ibi poſſedit, alias autem inepta fuiſſet huiuſmodi confinis expreſſio. *Alexan. conſ. 89. num. 6. lit. 5. Mandell. conſ. 6. num. 9. Menoch. conſ. 1110. nu. 25. Peregr. de fideicom. art. 44. num. 19. Mareſc. var. reſol. lib. 1. cap. 41. & 42. Rota dec. 125. num.7. & dec. 236. num.9. par. 6. recent. cum alijs allegatis in Ariminen. fideicom. 14. Martij 1642. coram me §.3. ex enunciatiuis.*

Reſpectu autem alterius lateris, dum in ipſamet concordia in obiecto allegata expreſsè conuentum fuit, quod dictus Ludouicus pro Iuribus Cimiliarcatus incipere deberet à Pado, *& andar dietro al Canal Nauiglio per fino alla Menadella di ſopra alla Baſtiola d. Summ. impreſſo num. 3.* & ſic deſignantur pro confinibus Padus, Canale Nauigium, & Menadella ſuper Baſtiola, omiſſis primis duobus confinibus, nempe Pado, & Canale Nauigio, quæ adhuc ſunt certa, & ab Agentibus pro Canonicis non controuertuntur. Tertium ſcilicet *Menadella* ſuper Baſtiola probatur adfuiſſe in eodem loco, quo hodiè adeſt fouea tendens verſus Sanctum petrum in Armentario intra Arginèm circumdantem è conſpectu Canalis Nauigij, quæ fouea etiam de præſenti nuncupatur *Menadella*, vt probatur ex atteſtatione relata in *dicto Summ. impreſſo num.* 16. & comprobatur, Tum ex alijs atteſtationibus explicitè referentibus, dictam Menadellam exiſtere intrà dictum Aggerem, & *l' Albarazzo eod. Summ. num. 13. 14. & 15.* Tum ex depoſitione Nicolai ſeptemcaſtelli, qui fuit Affictuarius dd. de Raſponis ab anno 1607. vſque ad annum 1610. & atteſtatur poſſediſſe omnes terras ſitas intrà dd. fines, nempè à Pado vſque ad Aggerem circundantem *ſcorrendo dietro à certo confine che ſi dice eſſerui gia ſtata il Canal del Nauigio dicto Summ. num. 6.* cui eſt conformis depoſitio Ioannis Toſnoui, qui & ipſe eſt Affictuarius eorumdem, & infra eadem Confinia poſſedit ab anno 1600. ad annum 1604. *eodem nu.*6. atque conueniunt atteſtationes Andreæ Bizzarri, & aliorum relatæ ſub *num.* 20. Tum denique ex ipſamet ſententia reintegratoria ordinarij Rauennæ; nam ipſe conſiderata Planta in actis exhibita, factoque acceſſu ad locum differentiæ iudicauit Ferdinandum eſſe reintegrandum, inſpectio enim loci dicitur
14 probatio per euidentiam, & omnes ſuperat probationes *l. pen. ibiq; DD. ff. fin. regund. Mandell. conſ. 316. num. 1. ibique Add. littera A. cum alijs allegatis in Romana domus 16. Martij 1646. coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbobono §. cum enim verſ. ſed tantum abeſt.*

Cum

Digitized by Google

Cum igitur intra dictos fines petita, & conceſſa legatur præfata reintegratio non poteſt proinde dicta ſententia de exceſſu, aut Iniuſtitia redargui, cum exinde concludenter appareat, dictam reintegrationem non fuiſſe petitam, neque conceſſam ſuper Terris dimiſſis, vel renuntiatis, ſed tantummodo ſuper reſeruatis, & contentis intrà fines expreſſos, ſuppoſitum autem, quod Cimiliarchia poſſideret ſolummodò tornaturas centum, diluitur ex ipſomet Inſtrumento præfatæ aſſignationis, quæ facta fuit cum expreſſione, quod ipſa ibidem haberet alias Terras, quibus dd. centum tornaturæ additæ fuerunt ibi: *Centum tornaturarum additarum alijs terris, quas omnes deindè anno 1542. integraliter conceſſit ſupradicto Ludouico ſenieri d. Summ. Canonicorum num. 1. & 3.* Ipſe autem ibi poſſidebat non ſolum dictas Terras habitas à Cimiliarchia, ſed etiam alias ſibi conceſſas ab Archiepiſcopo, & vlterius diuerſas alias acquiſitas titulo emptionis, vt apparet in ipſiuſmet Inſtrumentis conceſſionum, & emptionum relatum in *dicto Summ. impreſſo num. 1. & 2. cum ſeqq.* Teſtes vero pro altera parte adducti non fuerunt ha-
15 biti in aliqua conſideratione, quia nil certi deponunt circa tempus, nec circa locum, ideoque intelligi poſſunt de tempore poſt commiſſum ſpolium, & de alijs bonis, quam de controuerſis.

Nec obſtat exceptio, quod fœminæ non com-
16 prehenduntur in Inueſtituris controuerſis, quia cum requirat altiorem indaginem, & exactiorem diſcuſſionem in huiuſmodi Iudicio ſpolij admitti non debet *Bald. in l. ſi vxorem num. 17. C. de condit. inſert. & in l. final. C. quorum bonorum Dec. conſ. 424. num 19. Gratian. diſceptat. 558. num. 40 cum alijs plenè relatis in Fanen. ſeu Senogallien. bonorum ſuper Immiſſione 14. Maij 1646. coram R. p. d. meo Meltio ſub 5. exhibuit enim.* Cumque ſententia in ſpolio lata fuerit ad fauorem Ferdinandi maſculi tunc viuentis, qui deceſſit anno 1640. & agenti tam nomine proprio, quam nomine Ludouici, & Pauli eius fratrum, qui illius fauore renunciauerant, adhuc poſſunt fœminæ tanquã illius filiæ, &
17 hæredes petere executionem dictæ ſententiæ, vt conſequantur fructus à die motæ litis, viuentibus dictis maſculis, decurſos, & eiuſdem litis expenſas, vt in ſimilibus terminis reſponſum fuit in *Barchinonen. fructuum Vicaria 14. Februarij 1648. §. nam id verùm coram Eminentiſſimo Cardinale Corrado & in Conchen. Beneficij 26. Nouembris 1650. coram Eminentiſſ. D. Card. Ottobono §. finali.*

Legitimatio autem perſonarum earumdem Eleonoræ, & Liuiæ Agentium iuſtificata apparet ex fide Baptiſmatis, quæ cum adminiculetur, ſiuè ex Inſtrumento diuiſionis bonorum eiuſdem Ferdinandi earum Patris, ſiuè ex Inſtrumento tranſactionis initæ cum Fiſco, qui cum eis transe-
18 git vti illius filiabus eodem *Summ. num. 1.* plenè probat filiationem, vt dixit *Rota coram bo: mem: Buratto deciſ. 709. num. 5.*

Et ita vtraque &c.

LEODIEN. CANONICATVS.

Veneris 28. Martij 1653.

ARGVMENTVM.

Agenti vigore ſubrogationis gratioſè conceditur Immiſſio, abſque eo, quod eius præcedentem gratiam iuſtificare debeat docto de ipſius Clericatu qui probatur ex litteris patentibus de obitu Collitigantis in poſſeſſione, qui probatur per Teſtes de publica voce, & fama iuncto Inſtrumento illius adeptionis, quæ non docto de alterius intermedia occupatione præſumitur continuata vſque ad mortem, & docto denique de lite inter ipſos vertente qui probatur ex ſententia appellatione, & cauſæ commiſſione, de qua lite ſufficit, quod conſtet eo modo, quo fuit Papæ narrata, etiam ſi non eſſet ſuper Titulo, ſed ſuper ſolo poſſeſſorio.

SVMMARIVM.

1 *Subrogato in Iuribus defuncti collitigantis debetur Immiſſio concurrentibus requiſitis neceſſarijs, nempe eius Clericatu, obitu collitigantis in poſſeſſione, & lite inter ipſos vertente.*

2 *Clericatus iuſtificatur ex litteris patentibus.*

3 *Obitus collitigantis in poſſeſſione probatur ex Teſtibus deponentibus de publica voce, & fama.*

4 *Poſſeſſio probata ex Inſtrumento adeptionis non docto de alterius intermedia occupatione præſumitur continuata vſque ad mortem.*

5 *Subrogatus in Iuribus defuncti præſumptionem continuatæ poſſeſſionis vſque ad mortem allegare poteſt, ſicut poterat ipſe Defunctus.*

6 *Litis pendentia probatur tam ex ſententia, quam ab appellatione ab ea interpoſita, & commiſſa cum clauſula quam, & quas, & toto negotio principali.*

7 *Mandatum de prouidendo, tribuit tantum actionem perſonalem ad implorandum officium Iudicis, nec efficit, vt lis dicatur pendere ſuper titulo, nec reddit Beneficium litigioſum.*

8 *Subrogato gratioſe, vt concedatur Immiſſio ſufficit, quod lis ſit iuſtificata eo modo quo fuit Papæ expoſita, etiam ſi non eſſet ſuper Titulo, ſed ſuper ſolo poſſeſſorio.*

9 *Conditio in litteris adiecta,* dumodo intruſus non ſit *remanet iuſtificata, ſi conſtet impetrantem nunquam habuiſſe poſſeſſionem, nec fructus aliquos ante Gratiam percepiſſe.*

10 *Subrogatus dum agit vigore gratioſæ ſubrogationis debet dumtaxat docere de eius Clericatu, de obitu collitigantis in poſſeſſione, & litis pendentia, ſaltem eo modo, quo fuit Papæ narrata, abſque eo quod opus habeat gratiam præcedentem iuſtificare.*

11 *Per contradictas in Beneficialibus mortuo collitigante rectè proceditur, tam contra, ſua intereſſe putantes, quam etiam contra intruſum.*

DECISIO CCCCXI.

Canonicatum, de quo eſt quæſtio, Eccleſiæ Collegiatæ S. Odulphi Oppidi Loſſenſis Leodien. Diœceſis à Sede Apoſtolica obtinuerat Guilielmus Vandemborg, quem ob non expreſſionem Beneficiorum alias obtentorum Ioannes Vvalſarz ab eadem ſede impetrauit reportata etiam in partibus ad ſui fauorem ſententia. Quare cauſa ad Rotam deuoluta per appellationem à dicto Guilielmo interiectam, Ioannes per obitum collitigantis habita ſubrogatione in Iuribus defuncti petebat Immiſſionem in poſſeſſione dicti Canonicatus, quam ipſi concedendam eſſe Domini
1 cenſuerunt, quia iuſtificauit omnia requiſita, nempè eius Clericatum, obitum Collitigantis in poſſeſſione, & litem inter eos vertentem. *Card. Seraph. deciſ. 990. num. 1. Gregor. dec. 32. per tot. & dec. 307. num. 1. Rota deciſ. 7. num. 8. par. 7. recent. cum alijs relatis in Gerunden. Prioratus 27. Iunij 1644. coram R. p. d. meo Bichio §. Cum autem.*

Clericatus ſiquidem iuſtificatur ex litteris pa-
2 tentibus relatis in proceſſu de partibus fol. 31. vt dixit *Rota coram Gregor. deciſ. 78. num. 5. in Cluſina Be-*

Digitized by Google

na Beneficij 26. Februarij 1649. coram R. p. d. meo Veroſpio §. Clericatus & prius in Valentina Parochialis de Montbada 28. Iunij 1647. coram me §. Thomam vero.

Obitus collitigantis in poſſeſſione probatur ex
3 Teſtibus de publica voce, & fama relatis in *Sum. Informantis num.* 5. quos ſufficere in terminis dixit
4 *Rota coram Gregor. dec. 394. num.* 5. Iuncto præſertim publico Inſtrumento illius adeptionis, dicto *Summ. num.* 7. quæ non docto de alterius intermedia occupatione præſumitur continuata vſque ad mortem *l. ſiue poſſidetis C. de probat. Rota deciſ. 4. eod. tit. in nou. coram Gregor. dicta deciſ. 394. num. 4. & in recent. deciſ. 523. num. 1. part. 2.* Et hanc
5 continuationis præſumptionem optimè allegare poteſt ſubrogatus, ſicut poterat allegare ipſe defunctus, vt dixit *Rota d. dec. 523. ſub d. numer. 1. verſ. Cum hoc allegetur & in alijs relatis per Adden. ad Gregor. d. deciſ. 307. ſub numer. 24. verſ. verum quicquid.*

Litis denique iuſtificatio oritur tàm ex dicta
6 ſententia *Summ. num.* 1. quàm ex appellatione à Guilielmo interpoſita, & ad eius Inſtantiam Rotæ commiſſa cum clauſula *quam, & quas, totoque negocio principali*, vt dictum fuit in *recen. deciſ. 341. num. 2. par. 1. in d. Gerunden. Prioratus §. lis probatur & in Bouen. Abbatia 3. Iulij 1645. coram bon. mem. Arguelles §. lis inter.*

Et licet in eadem ſententia dicatur, Canonicatum eſſe Ioanni conferendum, & aſſignandum, & ſic non in vim prouiſionis, ſed ſimplicis mandati
7 de prouidendo, quod cum tribuat tantum actionem perſonalem ad implorandum Iudicis officiũ non efficit, vt lis dicatur pendere ſuper Titulo, nec reddit Beneficium litigioſum *gloſſ. in cap. 2. verb. finita vt lit. pend. in 6. Vitalin. in Clem. 2. nu. 62. & ſeqq. eod. tit. cum cæteris allegatis in d. Gerunden. Prioratus §. Quamuis introducta.*

Nihilominus quia in iſtis litteris relatis in dicto *Summ. num. 6.* Papæ narratum fuit, quod Ioannes obtinuerat mandatum de prouidendo, & in eius executionem Iudex pronunciauerat Canonicatum ſibi conferri, & aſſignari intrat proinde concluſio in his terminis ſæpiùs à Rota canonizata, quod ſufficiat narrare litem eo mo-
8 do, quo Pontifici fuit expoſita, etiamſi non eſſet ſuper Titulo, ſed ſuper ſolo poſſeſſorio *Card. Seraphin. dec. 090. num. 7. Rot. dec. 71. num. 12. part. 6. recent. in Lucana Parochialis de Ripafracta 26. Maij 1634. coram bo: mem. Coccina in Meſſanen. Archiepiſcopatus 5. Maij 1642. ac 19. Ianuarij 1643. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano in d. Gerunden. Prioratus §. verum quicquid ſit & in d. Cluſina Beneficij §. Altera demum verſ. cum ad hunc ſubrogationis effectum.*

Cæterum conditio in eiſdem litteris adiecta
9 ibi: *dummodo intruſus non ſis*, ſatis iuſtificata remanet, dum Ioannes nullam habuit poſſeſſionem dicti Canonicatus, & eius fructus ante ſubrogationem nunquam percepit. *Rota deciſ. 531. ſub num. 2. par. 2. recent. ac in Valentina Rectoria 22. Iunij 1650. coram R. p. d. meo Bichio §. penult. verſ. & ad obiectum.*

Nec tenetur exhibere alias litteras Apoſtolicas
10 ſuæ præcedentis, & principalis prouiſionis; quia cum hodie agatur vigore iſtius ſubrogationis, quę eſt noua, & ſeparata gratia, ſatis eſt eam producere, & verificare, præuia iuſtificatione proprij Clericatus, obitus collitigantis in poſſeſſione, & litis pendentia, ſaltem eo modo, quo fuit narrata, vt optimè diſtinguendo firmauit *Rota coram Pan. deciſ. 669. num. 8. cum trib. ſeqq. & in eadem Valentina Rectoria 31. Iulij 1651. coram eod. R. p. d. meo Bichio §. 2. quia.*

Atque ità fuit reſolutum per contradictas; nam
11 mortuo collitigante rectè ita proceditur, vt dixit *Rota dec. 8. vt lit. pend. in nou. Caſſad. eod. tit. deciſ. 621. & 629. num. 3. in fine par. 1. recent. & coram bo. mem. Merlino dec. 73. num. 13.* vbi ſubditur, id locum habere, tam contra omnes ſua Intereſſe putantes, quam etiam contra intruſum.

ROMANA CENSVS.

Luna 28. Aprilis 1653.

ARGVMENTVM.

Creditor poteſt agere contra debitorem ſui debitoris, & contra eum omnes actiones exercere, quæ eius debitori competunt, & qualiter de realitate crediti conſtare dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatam.*

2 *Inſtrumentum Camerali obligatione munitum, paratam habet executionem.*

3 *Amplia tam fauore creditoris, quam eius hæredum.*

4 *Creditor, contra debitorem ſui debitoris, poteſt exercere omnes actiones eius debitori competentes.*

5 *Cenſus abſque pecunia, ſed ex credito non ſuſtinetur tamquam impoſitus contra expreſſam formam Pianæ Conſtitutionis.*

6 *Creditum ſatis dicitur iuſtificatum, & reale, ex Apoca manu debitoris ſcripta, & ſubſcripta eiuſque proprio ſigillo munita.*

7 *Solutio regulariter cedit in diſſolutionem propriæ non autem alienæ obligationis.*

8 *Solutio ab allegante plenè, & concludenter eſt iuſtificanda, & ſatis eſt, vt de ea poſſit dubitari, ne veniat attendenda.*

9 *Deciſiones ex ſtilo Rotæ veniunt ſupponendæ, nec eſt incidenter ab eis recedendum, ſed ipſis inhærendum.*

DECISIO CCCCXII.

COmes Bernardinus à Porta vti hæres Comitis Hipoliti olim mariti, & hæredis Vincentiæ Thieuiæ Creditricis Iſabellæ Gonzaghæ ex cauſa dotis eiuſdem Vincentiæ in certis bonis aſſignatæ, & poſteà euictæ, egit contra Bona hæreditaria Io: Georgij Cæſarini debitoris eiuſdem Iſabellæ pro fructibus cenſus ſcut. auri 2000. per illum impoſiti, & venditi dictæ Iſabellæ 21. Ianuarij 1570. & ab A. C. impetrauit mandatum exequutiuum pro fructibus dicti cenſus ad effectum, vt ſibi ſatisfieret de medietate d. dotis, ac de fructibus, & damnis paſſis in totum aſcendentium ad ſcuta 8950. ſed deuoluta mihi cauſa appellationis dubitaui An, & pro qua ſumma ſit relaxandum mandatum, & relaxandum eſſe pro ſumma inferius exprimenda Domini reſponderunt.

Creditum enim Bernardini aduerſus Iſabellam non controuertitur, illud verò ipſius Iſabellæ contra Ducem reum conuentum iuſtificatur ex
1 publico Inſtrumento impoſitionis dicti cenſus, quod facit probationem probatam *cap. cum dilecti vbi Abb. num. 3. de donat. Bart. in l. 1. num. 8. ff. de non. oper. nunc Bald. in l. intereſt num. 2. C. de*
2 *ſolut.* & tanquam Camerali obligatione munitum paratam habet executionem *Caſtr. in l. poſt rem iudicatam in fin. ff. de re iudic. Gall. de oblig. Camer. par. 1. quæſt. 2. num. 12. & 18. vbi Zacch. num. 5. cum ſeqq. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 736. num. 1. & 2. & in Camerinen donationis 4. Maij 1640. coram*

ram

Digitized by Google

ram bo. me. Pironano §. Quia D. Victoria , tàm fa-
3 uore ipſius Iſabellæ, eiuſque hæredum *Rota in Bo-
non. obligationis Cameralis de Campeggys 12. Maij
1594. coram* Robuſterio *& in Romana Cenſus 10. Fe-
bruarij 1645. coram R.p.d. meo Meltio apud Zacch. de
oblig. Camer. dec. 93. num. 23. & dec. 253. num. 2.*
4 quàm fauore Bernardini eius Creditoris, qui pro-
ptereà exercere poteſt omnes actiones eidem Iſa-
bellæ ſuæ debitrici competentes *l. nomen ibiq; com-
muniter DD. C. quæ res pign. oblig. poſſ. Bart. in l.
cum grege §. cum pignori num. 3. ibique Salyc. pariter
num. 3. ff. de pignor. Surd. conſ. 4. num. 23. Thomat.
deciſ. Macerat. 44. num. 11. & 12. cum alys allegatis
in Romana Saluiani de Caſalibus, 21. Iuny 1641. co-
ram me penes Zacch. vbi ſupra deciſ. 189. num. 37.
& 38.*

Non obſtat, quod dictus cenſus impoſitus fue-
5 rit non præſente pecunia, ſed ex credito contra
expreſſam formam Piauę Conſtitutionis. Quia
S. D. N. in plena ſignatura huiuſmodi nullitatem
ſanauit cum clauſula: *conſtito de vero credito*, quæ
6 verificatur ex apoca promiſſionis ſcut. auri 4000.
factæ ad fauorem dictæ Iſabellæ pro ſupplemento
ſuæ dotis per Iulianum Authorem dicti Io: Geor-
gij illius propria manu ſubſcripta, & proprio ſi-
gillo munita *Summ. Bernardini num.* 8. quæ proin-
de crediti veritatem, & realitatem oſtendit, vt in
puncto huiuſmet cenſus latè firmatum fuit in alia
Romana cenſus inter ipſum Ducem Cæſarinum, &
Franciſcam Iſabellam Malateſtam *24. Ianuarij &
13. Iuny 1646. coram R.p.d. meo Pentingerio & 14.
Iuny 1652. coram R p.d. meo Meltio.*

Nec refert, quod Maximilianus Gonzaga Pa-
ter dictæ Iſabellæ perſoluerit Theodoro Thieno
illius viro ex cauſa dictæ dotis conſimilem ſum-
mam ſcut. auri 4000. in tot gemmis, & pecunia
numerata; Quia; vt optimè reſpondetur in præ-
dictis deciſionibus, huiuſmodi ſolutio non eſt re-
ferenda in cauſam promiſſionis factæ à Iuliano
Cæſarino, ſed in cauſam propriæ obligationis
ipſius Maximiliani ſoluentis, dum ipſa ſolutio
7 de Iuliani promiſſione non loquitur; Regulariter
enim ſolutio cadit in diſſolutionem propriæ, non
autem alienæ obligationis *l. & magis 4. & l. cum
ex pluribus 97. ff. de ſolut. Bald. in l. 1. circa finem ff.
eod. Menoch. lib. 3. præſumpt. 136. numer. 8. & 9.
Gratian. diſcept. 224. numer. 27. & diſceptat. 962.
numer. 40. cum ſeqq.* Ideoque ſtant ſimul, quod
Theodorus anno 1565. receperit à Maximiliano
ſupradictam pecuniarum, & gemmarum quanti-
tatem, illamque pænes ſe retinuerit, ac de ea diſ-
ſoluerit, & nihilominus in ſuo robore permanſe-
rit obligatio Iuliani, ſaltem pro dicta rata ſcut.
auri bis mille, pro qua fuit Impoſitus cenſus,
dum concludenter non iuſtificatur, quod Maxi-
milianus perſoluerit, & Theodorus receperit ad
effectum illum liberandi à propria ipſius obliga-
8 tione, ſatiſque eſt, vt de hoc potuit dubitari, nè
dicta ſolutio illi, eiuſque hæredibus ſuffragari va-
leat, nam regulariter ab allegante plenè, & con-
cludenter iuſtificari debet. *Salyc. in l. 2. num. 15.
C. de Iur. emphyt natt. conſ. 226. num. 3. Surd. deciſ.
105. num. 9. San. me. Gregor. deciſ. 139. num. 1. &
2. Rot. in Romana Cenſus 14. Decembris 1648. co-
ram R.p.d. meo Biebio §. 3. accedit;* Cumque habea-
9 mus punctuales deciſiones ſuper hoc ipſo cenſu
emanatas cum reſponſionibus ad allegatum ſo-
lutionis obiectum, incidenter ab eis non eſt rece-
dendum, ſed ipſis inhærendum; quia iuxtà lau-
dabilem ſtylum huius Sac. Tribunalis veniunt

ſupponendæ, vt reſponſum fuit *coram Buratto dec.
596. num. 1. & deciſ. 8 7. numer. 4. ac in Bituntina
cenſus 5. Iuly 1649. coram bo. mem. Arguelles §. 1.
verſ. Tum quia Rota.*

Fuit itaque reſolutum relaxandum eſſe manda-
tum pro fructibus dicti Cenſus ad effectum, vt
Comes Bernardinus ex eis pro nunc ſibi ſolum
ſatisfiat de concurrenti quantitate ſcut. 8000.
pro quibus Bona ſtabilia aſſignata fuerunt, & de-
inde euicta, non autem de prætenſis fructibus, &
damnis paſſis, occaſione dictæ euictionis, cum
ex hactenus deductis adhuc ipſa iuſtificata non
fuerint.

Et ità vtraque &c.

CATHACEN. HÆREDITATIS.

Lunæ 28. Aprilis 1653.

ARGVMENTVM.

Res empta à grauato hęrede eius nomine proprio,
& pecunia retracta ex redemptione cenſus fidei-
commiſſarij, licet regulariter acquiratur emptori,
eiuſque hæredibus, cum obligatione ſolum reſti-
tuendi prætium fideicommiſſario, hoc tamen
limitatur, quando adeſt præceptum Teſtatoris de
reinueſtienda pecunia, tunc enim res præſumitur
empta in executionem dicti præcepti, & tàquam fi-
deicōmiſſario ſubrogata, ſpectat ad fideicōmiſſa-
rium, quamuis empta proprio nomine grauati fi-
deicommiſſo inter diuidentes reciproco, & non-
dum purificato, ex quibus clauſulis, & coniectu-
ris præſumatur renunciatum?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum purificatur per verificationem con-
ditionis.*
2 *Res empta ab hærede grauato eius proprio nomine
de pecunia retracta ex retrouenditione cenſus fi-
deicommiſſarij acquiritur emptori, ſub obligatione
ſolum reſtituendi pratium.*
3 *Declara hoc tantum procedere in ſimplici hærede
grauato abſque vllo præcepto Teſtatoris de rein-
ueſtiendo.*
4 *Hæres grauatus non cogitur eſſe Procurator, ſeù
negotiorum geſtor pro fideicommiſſario.*
5 *Hæres grauatus emens rem ex pecunia fideicommiſſi
præſumitur in dubio voluiſſe acquirere ad ſui, &
hæredum commodum non autem pro fideicommiſ-
ſario.*
6 *Emptio facta ab hærede grauato cum pecunijs fidei-
commiſſi, quæ ex præcepto Teſtatoris erant inue-
ſtiendæ pro fideicommiſſario, etiam ſi ſit facta
proprio nomine pro ſe, & hæredibus cenſetur fa-
cta hæreditati, & ad commodum fideicommiſſa-
ſariorum.*
7 *Hæres grauatus licet ex pecunijs fideicommiſſi rem
proprio nomine emerit, quando adeſt præceptum
Teſtatoris de inueſtienda præſumitur voluiſſe im-
plere obligationem ſibi iniunctam, & in eius exe-
qutionem pecunias inueſtire.*
8 *Res empta de pecunia retracta ex retrouenditione
cenſus fideicommiſſi, quam Teſtator reinueſtiri
mandauit, tamquam ſubrogata in locum rei fi-
deicommiſſariæ cadit ſub fideicommiſſo.*
9 *Hæres grauatus à Teſtatore reinueſtire pecuniam ex
retrouenditione cenſus recuperandam, tunc fortius cen-
ſetur reinueſtimento feciſſe ad fauorem fideicom-
miſſi, licet proprio nomine acquiſiuerit ſi conſtat
ipſum tunc tēporis nō habuiſſe alias pecunias, ſed
immo fuiſſe ære alieno grauatum.*

10 *Epiſtola formiter recognita contra ſcribentem, eiuſque hæredes plenam facit probationem.*

11 *Fideicommiſſo inter diuidentes reciproco, & nondum purificato, non cenſetur per ſimplicem diuiſionem renuntiatum, quamuis de illo diuidentes certam ſcientiam habuerint.*

12 *Amplia maxime quando diuidẽtes in prohœmia diuiſionis non expreſſerunt, quod volebant vindicare libertatem bonorum, & facultatem de illis liberè diſponendi, ſed ſolum dixerunt velle diſſoluere communionem.*

13 *Euictionis promiſſio facta à diuidentibus non inducit renuntiationem fideicommiſſi inter diuidentes reciproci, & nondum purificati.*

14 *Euictionis promiſſia non includit eam euictionem, quæ prouenit ex natura rei, & iuxta diſpoſitionem authoris.*

15 *Fideicommiſſo inter diuidentes reciproco, & nondum purificato non cenſetur renuntiatum per ſimplicem diuiſionem licet diuidentibus fuerit iniunctum onus ſoluendi ratam æris alieni.*

16 *Amplia etiam ſi fuerit facta promiſſio de habendo diuiſionem ratam, gratam, & firmam, ac ſemper & perpetuo abſeruandam, & contra non faciendum.*

17 *Item amplia licet in diuiſione fuerit appoſita clauſula* ad habendum, *dum non eſt extenſa cum licentia alienandi, ſed legitur cæterata, & appoſita in executiuis.*

18 *Fideicommiſſa inter diuidentes reciproco non cenſetur per ſimplicem diuiſionem renuntiatum, licet in ea expreſsè fuerit præſeruatum aliud fideicommiſſum.*

19 *Actus æquiuocus non eſt ſufficiens ad inducendam remiſſionem fideicommiſſi inter diuidentes reciproci, & nondum purificati.*

20 *Fideicommiſſarius ſi nõ impugnat diſpoſitionem hæredis grauati ad illius fauorem ordinatam, ſed illam acceptat, ipſa repugnare non dicitur antiquiori fideicommiſſo.*

21 *Fructus cenſus decurſi, & non exacti in vita grauati ſpectant ad fideicommiſſum.*

22 *Fallit in legatario, & fiduciario particulari.*

DECISIO CCCCXIII.

POſtquam Domini ordinarunt, quod videretur de bono Iure, datis hincindè cautionibus, ſuſpenſiſque diſputationibus ſuper manutentione, ac reſpectiuè ſuperattentatis, propoſito hodiè dubio, reſolutum fuit, conſtare de bono Iure Horatij quoad cenſus, & eorum fructus, quo verò ad mobilia de bono Iure legatariorum.

Controuertebatur enim cenſus fortis principalis ducatorum 880. debitus à Barone Claraualliſ & pro medietate obuentus Vitalino, ac pro altera medietate obuentus Decio in Inſtrumento diuiſionis inter ipſos, ac Horatium, & Ferdinandum fratres de ſcolio celebrarę 13. Auguſti 1622. *Summ. num.* 5. Et quidem bonum Ius Horatij redditur clarum, quia reſpectu portionis ſpectantis ad Vitalinum, iſte in ſuo Teſtamento eum vniuerſalem hæredem ſubſtituit Decio morienti ſine filijs, prohibita omni detractione cuiuſcunque quartæ *d. Summ. num. 6.* Portio autem obuenta Decio, seù potius integer cenſus, cadit ſub alio antiquiori fideicommiſſo q. Bartoli ſcogli communis Patrui, qui dictos fratres vniuerſales hæredes ſibi inſtituerat, eoſque ad inuicem, reciprocè ſubſtituerat, ſi ſine filijs decederent *eodem*
1 *Summ. num.* 1. Vndè verificata conditione vtriuſque ſubſtitutionis per obitum Decij ſine liberis, vtrumque fideicommiſſum ad fauorem Horatij fratris ſuperſtitis purificatum fuit, vt dixit *Rota coram bo. mem. Merlino deciſ. 654. num.* 10.

Non obſtat, quod Decius dictum cenſum acquiſiuerit nomine ſuo, & fratrum, non expreſſo nomine fideicommiſſi per Bartolum conſtituti.

Quia cum iſte in ſuo Teſtamento expreſsè ordinauerit, quod pecuniæ ex retrouenditione eius cenſuum hęreditariorum retrotrahendæ in alijs cenſibus, vel bonis ſtabilibus reinueſtirentur. Princeps verò ſquillacis debitor eiuſdem fideicommittentis ex cauſa cenſus ſortis principalis ducatorum 10300. illum redemerit anno 1610. perſoluta in manibus Decij pręfata pecuniarum quantitate *d. Summ. num.* 2. quæ iuxta dictum præceptum ſpecialiter reinueſtita pro fideicommiſſo nullatenus iuſtificatur, intrat vtique præſumptio, quod Decius voluerit dicto præcepto ſatisfacere per ſubſequutam emptionem cenſus controuerſi ducatorum 8000. ſibi venditi anno 1612. à Barone Claraualliſ, quamuis in Inſtrumento emptionis hoc ſpecificè non expreſſerit, ſed proprio, & fratrum nomine contraxerit, li-
2 cet enim communis ſit opinio, quod res taliter
empta acquiratur emptori ſub obligatione ſolum
reſtituendi pręcium. *Bart. in l. Imperator §.
cum autem num. 1. ff. de leg. 2. Menoch. conſ. 213.
num. 23. Peregr. conſ. 31. num. 11. verſ. 2. Caſuſ.
lib. 4. & in tract. de fideicom. art. 44. num. 28. Rota
deciſ. 421. num. 4. verſ. quæ duo & num. 14. & 15.
poſt Cenc. de Cenſ. coram Buratto dec. 784. num. 1.
2. & per tot. & coram Dunoz. dec. 63. num.* 2. Hoc
3 tamen procedit in ſimplici hærede abſque vllo
præcepto Teſtatoris de inueſtiendo, cum enim
4 hæres non cogatur eſſe Procurator, seù negociorum
geſtor pro fideicommiſſario *l. Poſtulante §.
ſed & in huiuſmodi ff. ad Trebell. Peregr. dicto conſ.
31. dicto num. 11. verſ. 2. quia hæres & de fideicom.
art. 44. num. 28. verſ. Nam non cogitur* in dubio
5 præſumitur voluiſſe acquirere ad ſui, & hæredum
commodum. In quibus terminis loquuntur omnes
allegatæ auctoritates. Vbi autem (prout hic)
6 ex præcepto Teſtatoris pecunię ſunt deſtinatæ ad
emptionem, & inueſtiendæ pro fideicommiſſo,
non obſtante ſtipulatione pro ſe, & hæredibus,
acquiſitio cenſetur facta hæreditati, & ad commodum
fideicommiſſariorum *ad text. in l. qui negatiationem
vbi Bart. ff. de admin. Tutor. Molin de
primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 4. num. 34. verſ. in caſu
autem, de quo agitur Peregr. deciſ. Patau. 2. ſub nu
9. verſ. ſed tamen vt ſupra dicebam Surd. deciſ. 15.
num. 28. & 29. Rota deciſ. 651. n. 2. par. 2. rec.* cum
alijs in puncto allegatis in *Bonon. Bonorum 17. Iunij
1641. §. Ioannes enim verſ. & in exequutionem
præcepti & 21. Februarij 1642. §. minus referre cum*
7 *ſeq. coram me*; Præſumitur enim, quod Decius
voluerit implere obligationem ſibi iniunctam à
Teſtatore, & in eius exequutionem pecunias inueſtire.
*Peregr. dicto art. 44. dicto numer. 28. verſ.
Quorum Surd. dicta deciſ. 15. num. 12. & ſeq.* Rota
*in d. Bonon. Bonorum coram me 21. Februarij 1642.
§. Pro reſponſione tamen verſ. Præſumitur enim,* &
conferunt adducta per *Maſcambr. conſ. 29. numer.
214. cum ſeqq. & num. 239. & 240. ac in Meleuſtana
Territorij 3. Iunij 1650. §. Contraria verò coram*
8 *me* & conſequenter dictus cenſus tanquam ſubrogatus
in locum fideicommiſſarij cadit ſub dicto
fideicommiſſo *d. l. Imperator 72. d. §. Cum autem
ff. de leg. 2. Caſtr. conſ. 326. numer. 3. parte. 2.*

Giouagn.

Digitized by Google

Gionagn. conſ. 23. num. 11. lib. 2. Surd. d. decis. 15.
num. 18. Giurb. deciſ. 112. num. 21. Rota in Bonon.
fideicom. de Formagliariis 17. Februarii 1592. coram
Clar. me. Card. Hieronymo Pamphylio & 2. Aprilis
1593. coram Litta apud eundem Gionagn. d. conſ. 23.
num. 19. & numer. 24. cum cæteris adductis in dicta
Bonon. Bonorum coram me 17. Iunii 1641. d. §. Ioan-
nes enim verſ. Itâ per conſequens.

Idquè eo certius in Caſu noſtro. Tum quia
9 non conſtat, dictos fratres tunc temporis alias
pecunias habuiſſe, imò potiùs fuiſſe ære alieno
grauatos eodem Summar. num. 11. quod benè ad
propoſitum ponderauit Rota in Auenionen. fideicom-
miſſi 14. Nouembris 1614. coram bon. mem. Remboldo
apud Cenc. de Cenſib. dec. 469. num. 8. verſ. & quod
non conſtat; Tùm etiam quia ipſemet Decius per
Epiſtolam formiter recognitam Ferdinando fra-
tri ſignificauit deſtinaſſe reinueſtire cum Barone
Clarauallis dictas pecunias reſtitutas à Principe
10 Squillacis eodem Summ num. 3. quæ contra Scri-
bentem, eiuſque hæredes plenam facit probatio-
nem l. Publia §. fin. vbi Bart. ff. depoſit. Iaſ. in repet.
l. admonendi num. 139. & ſeqq. ibique Rip. num. 133.
ff. de Iur. Iurand. Menoch. de arbitr. caſ. 94. n. 9. Rota
coram Cardinali Seraph. dec. 996. num. 1. in Romana
Diuiſionis 10. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio
§. Non obſtat, quod Epiſtola, & in Romana Locorum
Montium 11. Maij 1643. coram me §. Extrema enim
verſ. Sed clarius.

Nec ſubſiſtit, quod per prædictam Deciſionem
renunciatum fuerit dicto fideicommiſſo.

Quia in contrarium ſtat concluſio communi
11 DD. calculo recepta, nempè, quod per ſimpli-
cem diuiſionem non cenſetur renunciatum fidei-
commiſſo inter diuidentes reciproco non dum
purificato, ſed futuro, & ſub certa conditione
purificando, quamuis de illo diuidentes certam
ſcientiam habuerint l. cum Pater §. Hæreditatem
il 2. ff. delegat. 2. DD. in l. qui Roma §. Duos fratres
ff. de verb. oblig. cum alijs plenè congeſtis in Romana
fideicommiſſi de Maximis 11. Ianuarij 1649. coram
12 me §. Diuiſio verò. Præſertim quia in prohemio
ipſius diuiſionis expreſſum non fuit, quod diui-
dentes volebant vendicare libertatem bonorum,
& facultatem de illis liberè diſponendi, ſed ſo-
lum pro Cauſa diuidendi adduxerunt, vt vnuſ-
quiſquè ſuam portionem agnoſceret, & regeret,
Cenſuſque exigeret, cum alias bona communiter
poſſeſſa deteriorentur, & ſic ſolum intellexerunt
diſſoluere communionem, vt in puncto ponderat
Peregr. conſil. 91. num. 6. verſic. In propoſito autem
cum duob. ſeqq. lib. 1. alijque adducti per Cancer.
var. reſol. tom. 3. cap. 15. num. 277. cum ſeqq. & in
ſimilibus terminis comprobatum fuit in Tuderti-
na Donationis 17. Iunij 1652. coram me §. Nec ſub-
ſiſtit.

Nec vlla vis fieri poteſt ſuper Clauſulis in eadē
13 diuiſione adiectis: Promiſſio enim euictionis
14 non includit eam, quæ prouenit ex natura rei,
& iuxtà diſpoſitionem communis Authoris, Bart.
in l. qui Roma §. Duo fratres num. 10. ff. de verb.
obligat. Peregr. de fideicomm. art. 52. num. 69. Rot.
coram bon. mem. Buratto dec. 89. num. 8. & in dicta
Romana fideicommiſſi de Maximis coram me §. Nec
15 contrarium, vbi vlterius excluditur Coniectura
deducta ex onere diuidentibus iniuncto ſoluendi
16 ratam æris alieni, & in §. Idquè etiam reijcitur
Clauſula promiſſionis habēdi diuiſionem ratam,
gratam, & firmam, ac ſemper, & perpetuò ob-
ſeruan. & contra non facien. Nullumque pariter
17 effectum operatur Clauſula ad habendum, dum
non eſt extenſa cum licentia alienandi, ſed legi-
tur cæterata, & appoſita in exequutiuis, Buratt.
18 dicta dec. 89. num. 5. & 6. Reſeruatio autem al-
terius fideicommiſſi antiquioris, relicti à Ferran-
te Auo non excludit perneceſſe fideicommiſſum
Bartoli, vt reiecta contraria opinione ſequendo
Sententiam Bero. conſil. 111. num. 36. cum ſeqq. tra-
dit Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 539. n. 180. in fin. verſ.
19 ſed melius; Onus ſoluendi maiorem partem æris
alieni impoſitum vni ex diuidentibus, cum im-
poni poterit, ex quo maior erat eius portio bo-
norum redditur actus ſaltem equiuocus, & ſic
inſufficiens ad remiſsionem fideicommiſsi Buratt.
ſæpius alleg. deciſ. 89. num 16. & in d. Romana fi-
deicommiſſi de Maximis dicto §. Nec contrarium in fin.
obſeruantia deniquè non adeſt, ſolum enim de-
ducitur, quod Valentinus vnus ex diuidentibus
ſuam portionem nouo fideicommiſſo ſuppoſuit,
ſed non conſtat, quod ille ſenſerit de portione
20 huius Cenſus ſubiecta fideicommiſſo Bartoli, &
in omnem caſum dum Horarius iſtius fideicom-
miſſarius non impugnat, ſed acceptat illius diſpo-
ſitionem, ipſa repugnare non videtur dicto anti-
quiori fideicommiſſo ex adductis à Peregr. dicto
conſil. 63. num. 6. & 7. lib. 4. & de fideicom. art. 44.
num. 32. cum ſeqq.

His diſpoſitis clarum pariter reſultat illius bo-
num ius reſpectu fructuum eiuſdem Cenſus, ſiuè
agatur de iam exactis in ſumma ſcut. 1030. ſiuè
de alijs decurſis poſt purificationem dd. fideicō-
miſſorum, & in futurum decurendis, nec intrat
21 quæſtio, An fructus Cenſuum decurſi in vita
grauati, & non exacti ſpectent ad fideicommiſ-
ſarium, cuius affirmatiuam tenuit Rota apud Cenc.
22 de Cenſib. dec. 458. per tot. Negatiuam verò in Le-
gatario, & Fideicommiſſario particulari, ſequuta
fuit coram Card. Mamica dec. 14. pariter per tot.
quia hodiè non agitur, niſi de fructibus matura-
tis poſt mortem Vitalini pro portione ſpectante
ad Horatium, ex quibus ipſe exegit dictos Du-
catos 1030. & de fructibus alterius portionis
maturatis poſt mortem Decij.

Cęterum bonum Ius Legatariorum quoad mo-
bilia hæreditaria Decij Indubium ab Informanti-
bus reuocatum non fuit, cum deducatur ex teſta-
mento illius ad hunc effectum cōprobato in alia
præcedenti reſolutione capta coram me die 7. Iunij
præteriti.

Et itá omnibus Informantibus &c.

CÆSENATEN. CENSVS.

Veneris 2. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Manutentioni, ſeù reintegrationi locus eſſe non po-
teſt ſi bona fuerunt iudicialiter ſubhaſtata, & de-
liberata, quatenus illorum ſuahaſtatio iuſtifice-
tur, & Iudex ritè, & rectè proceſſerit, Cenſus
quando eſt nulliter impoſitus ratione ſoltus ma-
teriæ, non autem ratione formæ, debitor non
liberatur à ſolutione fructuum, ſaltem loco dam-
norum, & Intereſſe, & an hoc procedat, ſi cen-
ſus fuerit impoſitus ſuper bonis Emphyteuticis
reſeruato conſenſu Domini directi, cum Clauſu-
la non alias, aliter, nec alio modo conſenſu de-
ficiente Iniuſtitia ſentētiæ licet poſt executionem
iuſtificari debeat ex ijſdem actis, & non admit-
tantur nouæ probationes, quando tamen admit-
tatur coadiuuatio antiquarum?

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Subhaſtatio, & Iudicialis deliberatio impedit manutentionem, ſeu reintegrationem ad bona ſubhaſtata, quatenus ſubhaſtatio iuſtificetur, & Index ritè, & rectè proceſſerit.*

2 *Iudex procedendo executiuè ad ſubhaſtationem bonorum, nulliter agit ſi Inſtrumentum Crediti non fuit productum in forma probanti, neque extenſa obligatio Cameralis, neque præceſſit Decretum niſi infra tres.*

Declara vt num. 16.

3 *Proceſſus dicitur nullus, ſi non fuit doctum de mandato procuræ iuxta repetitas proteſtationes partis.*

4 *Iudex nulliter procedit, ſi Acta non fuerunt integrè traſportata.*

5 *Manutentio ſine actuali poſſeſſione non datur.*

6 *Apoca priuata à Creditore confecta fauore debitoris cum promiſſione de illo non moleſtando excludit omnem, & quamcumque actionem.*

7 *Bona Emphyteutica ſunt prohibita alienari, vel hyppotecari ſine conſenſu Domini directi.*

8 *Cenſus impoſitio facta ab Emphyteuta ſuper bonis Emphyteuticis non habito conſenſu Domini directi, immò eo diſſentiente remanet nulla, & inualida.*

9 *Manutentio, ſeu reintegratio Actori conceditur ſtāte nullitate, & Iniuſtitia ſubhaſtationis.*

10 *Manutentionis, ſeù reintegrationis remedium exerceri poteſt pro recuperatione naturalis poſſeſſionis in qua quis turbatus extitit.*

11 *Hæres iuuari poteſt poſſeſſione Defuncti, pro obtinenda manutentione, ſeu reintegratione, attento ſtatuto continuante poſſeſſionem defuncti in Hæredem.*

12 *Inſtantia capta per defunctum tranſit in Hæredem etiam ad effectum, vt illi competat manutentio ex perſona Defuncti, qui illam petijt.*

13 *Hæres proſequi poteſt iudicium motum à Defuncto, & probata poſſeſſione ſui Auctoris, ex perſona illius obtinere manutentionem, eodem modo, quo ipſe illam obtinuiſſet, ſi viueret.*

14 *Ciuilis poſſeſſio numquam ammittitur, non probata patientia, & acquieſcentia ſpoliati, quæ præſumi non poteſt, ſi lis ſemper durauerit.*

15 *Præſcriptio ſi lis ſemper durauerit incohari, nec perfici poteſt.*

17 *Proteſtatio de legitimatione Procuratoris ad effectum, vt acta ſint nulla, debet eſſe in omnibus actibus repetita.*

18 *Procurator, licet collitigans de eius legitimatione proteſtatus non tenetur mandatum exhibere, ſi poſtea tamquam talis in toto proceſſu citatus fuerit, cum exinde approbatus dicatur.*

19 *Proteſtationis effectus ſemper durat, donec ſit factus aliquis actus contrarius.*

20 *Quaſi poſſeſſio exigendi cenſus ad effectum manutentionis, iuſtificatur etiam ex vnica ſolutione.*

21 *Manutentio Iure optimo illi competit, qui probat eius quaſi poſſeſſionem.*

22 *Promiſſio de non moleſtando ex contraria innobſeruantia præſumitur ineffectuata.*

23 *Manutentio conceditur probanti quaſi poſſeſſionem rejecta ad petitorium exceptione, quæ aliquo modo ſit dubia.*

24 *Cenſus quando nulliter eſt impoſitus ratione ſolius materiæ, non autem ratione formæ, tunc debitor non liberatur ab onere ſoluendi fructus, ſaltem loco damnorum, & Intereſſe.*

25 *Iudex dum ex deductis coram eo non errauit in Iure, ſed in facto, & ex culpa partis, quæ aliquid non iuſtificauit, neque allegauit, non dicitur vim intuliſſe, neque reum conuentum ſpoliaſſe.*

26 *Iniuſtitia ſententiæ poſt exequutionem debet iuſtificari ex iiſdem actis non autem ex nouiter deductis.*

27 *Cenſus impoſitio ſuper re Emphyteutica deficiente conſenſu Domini directi habetur pro non facta ſtante illius reſeruatione, cum Clauſula non alias, aliter, nec alio modo.*

28 *Cenſus impoſitio ſuper re Emphyteutica reſeruato Domini conſenſu, tamquam conditionalis reſoluitur ceſſante conſenſu, perindè ac ſi nihil ab initio fuiſſet geſtum.*

29 *Iniuſtitia, & iniquitas ſententiæ, dum iuſtificari debet ex iiſdem actis, licet non admittatur noua probatio admitti tamen, & attendi ſolet coadiunatio probationum factarum.*

30 *Declara hoc tantum procedere quando præceſſit ſubſtantia probationum ad inſtruendum Animum Iudicis neceſſaria licet pro formalitate Iudicij, vel pro maiori illarum dilucidatione aliquid deſideretur.*

DECISIO CCCCXIV.

SVper quadam Poſſeſſione tornaturarum 50. poſita in agro Rauennæ in Villa Sapis, ſeù Regraginæ impoſuerunt Ioſeph, & Io: Baptiſta fratres de Cortellinis 27. Ianuarij 1574 annuum Cenſum ſcut. 56. auri, quem pretio ſcut. 700. ſimilium vendiderunt Comiti Ioanni Tiberto; Cumque de anno 1595. ceſſauerint in ſolutione fructuum illius, egit Cinthia Tiberta Vxor relicta dicti Ioannis prędefuncti, obtinuitque ab A. C. mandatum de manutenendo vna cum executiuo pro fructibus vſquè tunc decurſis, & illius vigore de anno 1597. ſubhaſtari, ac deliberari feciſſe dicitur duo petia Terræ tornaturarum 16. circiter ad dictum Ioſephum ſpectantia, ſed Interpoſita appellatione, Cauſaque commiſſa bon: mem: Orſino cum Clauſula *ſi quid exequen.* ipſe dictum mandatum de manutenendo exequi mandauit, & dupplicatum conceſſit; Iterumque interiecta appellatione, Signatura Cauſam commiſit in Rota cum Clauſula *non retardata ſolutione*, vndè ſucceſſiuis temporibus, maturatis alijs fructibus, relaxata aſſeruntur vigore eiuſdem mandati de manutenendo diuerſa alia mandata executiua, & in ipſorum executionem ſubhaſtata pariter, & deliberata ſupponuntur Conuentui, & Fratribus S. Rocchi Cæſenæ, ac Litis Conſortibus quædam Poſſeſſio Tornaturarum 60. ſita in Comitatu Ceruiæ in Villa *Caſtione*, quam ſpectaſſe prætenditur ad Iacobum Coſtellinum filium, & hæredē dicti Ioſephi, qui de anno 1620. Cauſam reaſſumpſit, ſed examinatis nonnullis Teſtibus ad effectum iuſtificandi, quod ipſe de anno 1605. & 1606. poſſederit dictam Poſſeſſionem, quæ de præſenti poſſidetur à dictis Litis Conſortibus, vſquè ad obitum acquieuit, quo ſequuto Fabritius eius filius, & hæres proſequendo eamdem Cauſam petijt coram me mandatum de manutenendo, ſeù de reintegrando ad eamdem Poſ-
1 ſionem: Verùm quià petitæ ſiuè Manutentioni, ſiuè reintegrationi obſtare videbatur prædicta Iudicialis ſubhaſtatio, & deliberatio, quatenus iuſtificetur, & Iudex ritè, & rectè proceſſerit per *text. in l. Iuſtè poſſidet, & l. qui vniuerſas, §. Cum Prætor, ff. de acquir. poſſeſſ. Angel. in l. clam poſſidere, §. Qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. eod.* Ideò ſuper hoc ſequentia à Partibus hinc indè deducta fuerunt.

Dice-

Digitized by Google

Dicebatur enim pro Fabritio, in actis non cō-
ſtare de Decreto de ſubhaſtando, & deliberando,
& quatenus iuſtificetur, Iudicem nulliter, & in-
2 iuſtè ad illud proceſſiſſe; Nulliter ſiquidem, ex
quo Inſtrumentum dicti Cenſus non fuit produ-
ctum in forma probant, non fuit extenſa obliga-
tio Cameralis, non præceſſit decretum, *niſi infrà*
tres, non fuit doctum de mandato Procuræ Iuxtà
3 repetitas Proteſtationes, & demùm ex quo Acta
non fuerunt integrè tranſportata; Iniuſtè autem;
4 Tum quia Cinthia obtinuit mandatum de manu-
tenendo, non probata eius actuali quaſi Poſſeſſio-
ne, ſine qua manutentio non datur *l. 1. in princ.*
5 *ff. vti poſſid.* Tùm quia Ioſeph (contra quem de-
cretum fuit dictum mandatum de manutenendo)
licet legatur obligatus in Inſtrumento dicti Cen-
ſus vna cum Io: Baptiſta fratre, habebat tamen
à Tiberto Creditore promiſſionem de illo non
moleſtando per Apocam priuatam ab ipſo confe-
6 ctam anno 1586. & relatam in *Summar. Fabritij*
num. 2. quæ excludit omnem, & quamcunque
actionem, *Menoch conſil. 401. num. 188. Aldouin.*
conſil. 70. num. 102. Rota panes Zacch. de oblig. Ca-
mer. dec. 25. num. 1. Tùm etiam quia dictus Cen-
ſus erat nullus, tanquàm impoſitus ſuper bonis
emphyteuticis Eccleſiæ Ceruienſis reſeruato illius
conſenſu cum Clauſula *non alias, aliter nec alio*
modo, qui præſtitus non apparet, imò ex hoc ca-
pite Cardinalis ViceComes tunc Epiſcopus eiuſ-
dem Eccleſiæ de anno 1631. acceptauit Bonorum
deuolutionem, & nouam Inueſtituram conceſſit
prædicto Iacobo, ſubſequuta eius actuali poſſeſ-
ſione, quam probant teſtes adducti in *d. Summar.*
7 *num. 6.* Cum enim dicta bona eſſent prohibita
alienari, & hypothecari ſine conſenſu Domini
8 directi, impoſitio dicti Cenſus facta per Emphy-
teutas, non habito dicto Cenſenſu, quinimò Ec-
cleſia explicitè diſſentiente ob acceptationem de-
uolutionis, remanet nulla, & inualida, vt in ip-
ſiſſimis terminis alterius Cenſus impoſiti ſuper
eodem fundo per eoſdem Ioſephum, & Io: Bapti-
ſtam de Coſtellinis 30. Auguſti eiuſdē anni 1574.
ad fauorem hæredum quondam Benedicti Petro-
belli reſpondit *Rota in Rauenaten. Cenſus 7. Apri-*
lis 1617. coram bon. mem. Vbaldo apud Cenc. de Cen-
ſib. dec. 75. per tot.

Ideoque ſtantibus nullitate, & iniuſtitia præ-
9 dictæ ſubhaſtationis Fabritio Actori concedenda
ſubdebatur petita manutentio, ſeù Reintegratio
Iuxtà ſtylum Rotæ, quæ ſolet cumulare huiuſmo-
10 di remedia ſubordinatè exercenda pro recupera-
tione naturalis poſſeſſionis, in qua quis turbatus
extitit, vt Reſpondit *Rota in recen. dec. 560. n. 3.*
& 4. par. 1. coram San. Mem. Gregor. dec. 555. n. 1.
cum alijs allegatis per Modern. Peruſ. de manut. ob-
11 *ſeru. 57. num. 82.* Quamuis ipſe numquam poſ-
ſederit, cum Iuuari poſſit Poſſeſſione Iacobi Pa-
tris, ſiuè Attento Statuto Cæſenæ continuante
Poſſeſſionem defuncti in hæredem *Rota dec. 150.*
num. 4. par. 4. diuerſ. & coram Andr. dec 36. num. 1.
12 ſiuè ſtante Iudicio moto ab eodem Iacobo, cuius
Inſtantia tranſit in hæredem, qui illum proſequi
13 poteſt, & probata Poſſeſſione ſui Authoris ex
perſona illius obtinere manutentionem eodem
modo, quo ipſe illam obtinuiſſet, ſi viueret,
l. hæres abſens ff. de Iudic. DD. in cap. quia licet, eod.
tit. Menoch. de retin. remed. 3. num. 62. Rota panes
Paciſic. de Saluian. dec. 141. num. 3. coram Buratto
dec. 935. n. 2. in Senogallien. Prædij 27. Iunij 1644.
& 28. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Meltio, &
in Terracinen. Hæreditatis 12. Iunij 1649. coram me
§. primo.

Nec obſtat allegata decennalis acquieſcentia,
14 ſiuè præſcriptio etiam longiſſimi temporis; Quia
cum lis ſemper durauerit, non poteſt præſumi pa-
tientia, nequè acquieſcentia, ſine quibus poſſeſ-
ſio Ciuilis, nunquam ammittitur, vt in terminis
reſpondit *Rota in Romana Domus 1. Iunij 1639. &*
15 *13. Iunij 1640. coram Cardinali Panzirolo*, multo-
que minus præſcriptio inchoari, & perfici valuit
ex adductis in *Auenionen Saluiani 10. Martij 1649.*
§. 1. & 2. coram R.P.D. meo Bichio.

Informantes verò pro Conuentu, & Conſorti-
bus conſtare aſſerebant de ſubhaſtatione, ac deli-
beratione ſupradictæ Poſſeſſionis iudicialiter fa-
ctis ex Iuribus relatis in eorum *Summar. ſub nu. 1.*
& tuentes validitatem, & Iuſtitiam eiuſdem deli-
berationis, Reſpondebant adductis nullitatibus,
16 quod primæ tres non afficiunt Iudicium manu-
tentionis, in cuius executionem relaxatis dictis
mandatis executiuis deuentum fuit ad dictam de-
liberationem, ſed percutiunt Iudicium executi-
uum prius intentatum, quod fuerat derelictum;
17 Exceptio autem mandati Procuræ non fuit in
18 omnibus actibus reperita; quinimò ille Procu-
rator tanquam talis à Collitigante in toto pro-
ceſſu citatus fuit, & ſic vtpotè ab ipſo approbatus
non tenebatur mandatum exhibere, cum exindè
diceretur à dictis Proteſtationibus receſſum, *Surd.*
dec. 104. num. 12. Rot. deciſ. 088. num. 3. par. 1.
diuerſ. & dec. 55. num. 5. par. 2. recent. coram Card.
19 *Mellino dec. 12. num. 11. & 12.* vbi quod effectus
proteſtationis ſemper durat, donec ſit factus ali-
quis actus contrarius, & in *Ciuitaten. Archipræsby-*
teratus 24. Martij 1645. coram me, §. Quia præter
quod verſ. ſed in caſu. Actorum verò integra tran-
ſportatio conuincitur ex Inſpectione, & Reuolu-
tione proceſſuum, in quibus contineri affirmabāt
omnia acta tunc temporis actitata.

Obiectam demum Iniuſtitiam Remoueri dice-
bant, ex quo quaſi poſſeſsio Cinthiæ præ cæteris
iuſtificata remanebat ex teſtibus relatis in eorum
Summar. num. 2. concludentibus, Ioſephum di-
uerſas pecuniarum ſummas pro fructibus dicti
Cenſus diuerſis vicibus perſoluiſſe tam Iuliæ Ti-
bertæ hæredi dicti Comitis Ioannis, quam ipſi
Cinthiæ matri, & hæredi d. Iuliæ, ac reſpectiuè
Vxori eiuſdem Ioannis, ex quibus illi acquiſita
20 fuit quaſi poſſeſsio manutenibilis, cum ad iſtum
effectum etiam vnica ſolutio ſufficiat, *Abb. in cap.*
in cap. cum Eccleſia Sutrina num. 23. vbique Ripa
num. 52. de Cauſ. poſſeſſ. & propr. Rota in Bergomen.
Penſionis 23. Martij 1649. coram bon. mem. Coccino
21 *§. 1. in fine*; Itaut propterea iure optimo ipſi
competeret Manutentio vulg. *§. Retinendæ Inſt.*
de Interd.

Nec obſtat dictum pactum, ſeu Promiſsio de
illo non moleſtando; quia cum ipſemet Ioſeph
poſt dictam promiſsionem per Decennium per-
ſoluerit dictos fructus, nedum primo emptori,
ſed etiam dictis Iuliæ, & Cinthiæ, quæ poſtmo-
dum obtinuit (vt dictum eſt) mandatum de ma-
22 nutenendo, vel dicta promiſsio ex contraria ob-
ſeruantia præſumitur ineffectuata ex adductis in
ſimilibus terminis in *Fulginaten. Saluiani 1. Iulij*
1643. coram R.P.D. meo Bichio panes Zacch. de oblig.
Camer. dec. 213. num. 9. Vel ſaltem de hoc poterat
23 dubitari, quod ſufficit, vt illi concederetur
manutentio ex poſtea acquiſita quaſi poſſeſsione
exigendi, reiecto ad petitorium articulo allegatæ
pro-

Digitized by Google

promiſsionis, *Rota dec. 270. num. 4. par. 1. recent. apud Poſth. de manut. dec. 85. num. 8. & 9. & deciſ. 390. num. 7. & 8. ut in Bonon. Bonorum de Felictnis 10. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Bichio.*

Minuſuè releuat adducta nullitas Impoſitionis dicti Cenſus; Quia quicquid ſit, An Inſtrumentum Inueſtituræ ſit in forma probanti, quod expreſsè reſeruatum fuit in *dicta Deciſ. Vbaldi antè num. 1.* & An conſtet quod bona Cenſuata ſint eadem cum compræhenſis in dicta Inueſtitura; nam Cenſus fuit impoſitus ſuper bonis exiſtentibus in Agro Rauennæ, in Villa Sapis, ſeù Rigaginæ, Inueſtitura autem loquitur de bonis ſitis in Villa Preſabechi; Cum exinde ad omne peius
24 reſultare poſſet nullitas ratione ſolius materiæ, nõ releuabatur debitor ab onere ſoluendi fructus ſaltem loco damnorum, & Intereſſe, vt diſtinguendo inter nullitatẽ ratione formę, & nullitatẽ ratione materiæ *Cenc. de Cenſ. q. 88. ſub n. 15. verſ. ego verò pro diſſolutione vbi refert, et ſequitur Card. Seraph. dec. 787. ſub n. 12. & optimè firmauit Rota in Romana Saluiani 20. Martij 1651. coram R. P. D. meo Veroſpio §. Si quidem conſtat verſ. quinimò.*

Ponderantes vlterius, quod non fuerint ſubhaſtata eadem met bona Cenſuata, ſuper quibus (vt prætenditur) cadit prohibitio alienationis, & hypothecæ, ſed alia bona ab illis pænitus diuerſa, exiſtentia in Comitatu Ceruiæ in Villa *Cuſtione* ad Ioſephum debitorem ſpectantia, & ad Iacobum eius filium peruenta, tanquam illius hęreditaria; Quodque coram Iudice dictæ deliberationis nunque allegata, nec iuſtificata fuit prædicta prohibitio, ex quo reſultare deducitur nul-
25 litatem dicti Cenſus, atquè ideo cum Iudex ex deductis coram ipſo non errauerit in Iure, ſed in facto culpa partis, quæ illud non iuſtificauit, nequè allegauit, non dicitur, vim intuliſſe, nequè reum Conuentum ſpoliaſſe Iuxtà *Doctr. Abb. in cap. ex inſinuatione num. 4. de procurat. quam ſequitur Dec. conſil. 125. num. 8. & comprobauit Rota in Cornetana Reintegrationis 16. Decembris 1641. coram R. P. D. meo Bichio §. Tandem non obſtat, & in Romana Saluiani 18. Ianuarij 1647. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. ſub §. In omnem Caſum, verſ. & ſi*
26 *Iudex*; Ad iſtum enim effectum Iuſtitia ſententiæ metienda venit ex iiſdem actis, non autem ex nouiter deductis, vt probatur in eadem *Romana Saluiani dicto §. Et in omnem Caſum*; Alias autem iuſtus Iudiciorum ordo peruerteretur, ſi prius exequerentur ſententiæ, deindè verò probationes fierent, vt pluribus adductis Authoritatibus reſponſum fuit in *Romana Vinea 27. Aprilis 1646. §. Nam equidem, & 7. Iunij 1647. § Quia neque coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado, ut prius coram Cardinali Canal. dec. 633. num. 6.*

Duo tamen replicabantur à ſcribentibus pro
27 Fabritio, Alterum quod Cenſus non ſolum fuit nulliter impoſitus, ſed impoſitio habetur pro non facta, ſtante expreſſa reſeruatione conſenſus Eccleſiæ Dominæ directæ ſub Clauſula, *Non alius, alter, nec alio modo*, quæ (vt dictum eſt) non ſolum non conſenſit, ſed expreſse diſſenſit acceptan-
28 do Deuolutionem; Huiuſmodi enim reſeruatio inducit conditionem, ac adimit conſenſum ab ipſo actu, & operatur reſolutionem contractus vſque ab initio perindè ac ſi nihil fuiſſet geſtum, vt in puncto dixit *Rota coram Card. Canal. dec. 253. num. 3. repetita penes Cenc. de Cenſ. dec. 345. nu. 3. cum duob. ſeqq. quam refert, & ſequitur idem Cenc. quæſt. 22. ſub num. 8. verſic. Verum in iſtis Caſibus.*

Alterum verò, quod licet coram Iudice non fuerit allegata, nequè Iuſtificata ſupradicta prohibitio, nihilominus productum fuerat Inſtrumentum Impoſitionis dicti Cenſus, in quo cum adſit prædicta reſeruatio, conſenſus Eccleſiæ Dominæ directæ Iudex congruè cognoſcere potuit fundum Cenſualem eſſe emphyteoticum Eccleſiaſticum, & ſic prohibitum alienari, & hypothecari: Vndè poſtrema, & recens Iuſtificatio prohibitionis po-
29 tius dicitur coadiuuatio probationum factarum, quam noua probatio, quæ admitti, & attendi ſolet etiam quando (prout hic) Iniuſtitia, & Iniquitas ſententiæ iuſtificari debet ex iiſdem actis, *Caſ. de Graſſ. dec. 20. num. 11. de probat. San. mem. Gregor. deciſ. 272 num. 6. ibique Adden. num. 9. Duran. deciſ. 172. num. 7. cum alijs allegatis in Ariminen. Molendini 1. Iunij 1640. coram R. P. D. meo Bichio §. vltimo, & in Romana Retentionis Domorum 23. Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Vero-*
30 *ſpio §. Non obſtat, quod ad excludendam.* Huiuſmodi tamen Concluſio intelligenda eſt ſano modo, quando ſcilicet pręceſſit ſubſtantia probationum ad inſtruendum Animum Iudicis neceſſaria, licet pro formalitate Iudicij, vel pro maiori earum dilucidatione aliquid deſideretur, vt declarauit *Rota in d. Romana Vinea 7. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado §. Quia Concluſio hac.*

Aſſerta autem reſeruatio Eccleſiæ non legitur in Inſtrumento Impoſitionis dicti Cenſus, ſed ibi ſolum dicitur: *Et ſaluo Iure Eccleſiæ tantum, & non vlter, alias, nec alio modo.*

Adductæ prætenſiones, & obiectiones ob ipſarum difficultatem exactiorem expoſcunt diſcuſſionem; ideò libenter ſuper eis iterum DD. conſulerem; Atquè ità &c.

ROMANA DOMORVM.

Lunæ 5. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Pactum de ſublocando, finita Locatione, fauore Conductoris adiectum, donec ei reficiantur melioramenta, illis non refectis durat retentis terminis primæ locationis, quod ſi pactum fuerit in voluntatem Conductoris collatum per dictionem facultatiuam *Poſſa* durabit locatio vſque ad tempus motæ litis . . . . . vel eius Hæredes quandocumque locatoribus diſdictam indiceret, & quando pactum de ſublocando tribuat dumtaxat Actionem perſonalem?

SVMMARIVM.

1 *Locatio ad certum tempus duratura, eo terminato ipſa pariter terminata videtur.*
2 *Pactum de ſublocando, licet collatum in voluntatem Conductoris eſt validum.*
3 *Locatio duratura vigore pacti de ſublocando, donec Conductori melioramenta reficiantur, cenſetur repetita, & continuata vſque ad effectiuam illorũ refectionem.*
4 *Sublocatio, præſuponit præſeruatiuam locationis.*
5 *Verba continuare ac ſublocare demonſtrant ſublocationes eſſe faciendas ex eodem Iure primæ locationis, in qua facultas ſublocandi erat conceſſa.*
6 *Continuatio nil aliud eſt, quam prioris actus diffuſio, & prorogatio retentis iiſdem terminis.*
7 *Locationis contractus tranſit ad Hæredes.*
8 *Obligatio Cameralis de ſui natura eſt tranſitoria ad hæredes contrahentium, tam actiuè, quam paſſiuè.*
9 *Obſeruantia declarat intentionem contrahentium continuandi locationem.*

10 *Loca-*

Digitized by Google

10 *Locatio cenſetur continuata pro tempore, quo conduƈtor inſtetit in re locata eandem ſublocando.*

11 *Sublocatio cum perceptione penſionum æquiparatur aƈtuali inſiſtentiæ, & inhabitationi.*

12 *Melioramenta debentur melioranti vna cum fruƈtibus.*

13 *Retentio pro melioramentis non præſtat Ius ſublocandi.*

14 *Melioramenta non preſumuntur dediſſe cauſam ſublocationibus factis, dum id Conduƈtor, vel eius Hæredes explicite non declararunt.*

15 *Sublocatio dum non fuit facta de ſolis melioramentis, ſed de integra re conducta, cenſetur facta ex pacto ſublocandi inter contrahentes ſtipulato, & iuxta naturam precedentis locationis.*

16 *Conduƈtor, ex ſolo pretextu melioramentorum, lucrari non debet annuos redditus totius rei conducta.*

17 *Pactum de ſublocando, tunc ſolum prabet actionem perſonalem, quando Conduƈtor, vel eius Haredes aliquando poſſeſſionem rei ammiſiſſent.*

18 *Verbum facultatiuum* poſſa *non importat neceſſitatem, ſed libertatem.*

19 *Pactum de ſublocando, donec reficiantur melioramenta in facultatem Conduƈtoris collatum, poteſt, quandocumque ab ipſo, vel eius ſucceſſoribus diſdici etiam non refectis melioramentis.*

DECISIO CCCCXV.

D. Tiberius de Amolaria, & Conſortes locarunt 11. Aprilis 1611. & ad fabricandum conceſſerunt quondam Michaeli floretto nonnullas domus, & apothecas ſitas ad Macella Corborum pro annua penſione ſcut. 230. iſtamque locationem duraturam conuenerunt per nouem annos tunc proximos, adiecto pacto, ibi: *Che finiti li noue anni Michele debba liberamente reſtituire quelle Botteghe, e membri, quali non ſi trouarono ſeruite per vſo proprio ſuo, e de ſuoi heredi reſtituendoli però la rata del denaro in quelle ſpeſo, altrimente poſſa continuare in ſullocarle tre anni per tre anni finche d. danaro gli ſarà reſtituito ſumm. locatorum num. 1.*

Obijt Florettus 18. Auguſti 1620. & ſic finito Nouennario, facto prius teſtamento, in quo ſcriptis ſibi hæredibus Societate B. Mariæ de Horto Vrbis ac Societatibus Santiſſimi Sacramenti Sancti Petri, Charitatis Sancti Iacobi Terræ Cathinariæ expreſsè mandauit per deputatos d. Societatis B. Mariæ de Horto locari prædictas domos, & apothecas, donec expenſæ melioramentorum reſtituerentur, ac inter cætera reliquit Iacobæ Maonæ eius vxori pro ſuis alimentis, donec naturaliter vixerit annua ſcuta 150. percipienda ex penſionibus earumdem domorum *d. Summ. nu. 2.*

Continuarunt locatores per plures annos in perceptione dd. penſionum, ſed orta controuerſia inter ipſos, & Iacobam legatariam, introducta fuit cauſa coram Iudice R. Fabricæ S. Petri, qui die 1. Iulij 1639. per modum prouiſionis, & ſine præiudicio Iurium partium mandauit, vt ex penſionibus earumdem domorum primo loco ſoluerentur dicta annua ſcuta 230. locatoribus, & ſecundo verò loco annua ſcuta 150. legatariæ, & reſiduum deponeretur *Summ. Iacoba nu.* 60. Verum cauſa appellationis à Ven. Congregatione eiuſdem Fabricæ mihi commiſſa cum voto Rotæ, quia principalis difficultas huius cauſæ pendebat à diſcuſſione, an locatio duraret, hodie propoſito dubio Domini reſponderunt, locationem duraſſe vſque ad tempus motæ litis.

Quamuis enim à principio conuentum fuerit,
quod locatio duraret pro nouennio, & propterea
1 eo terminato, ipſa pariter terminata videatur ad
text. in l. ſtatum liberum §. *Itthum ff de leg.* 2. ni-
hilominus ſtante prædicta ſubſequenti conuentio-
ne, quod ſi locatores poſt nouennium conducto-
ri non reſtituerent valorem melioramentorum,
poſſet ipſe continuare in ſublocando corpora lo-
cata de triennio in triennium, donec ipſi fieret
prædicta reſtitutio, quod pactum licet collatum
2 in voluntatem conductoris validum eſſe compro-
bat *Gabr. conſ.* 73. *num.* 6. & 7. *lib.* 1. quem alijs
adductis refert, & ſequitur *Gratian. diſcept. for. cap.*
534. *num.* 9. & 10. locatio cenſetur repetita, &
3 continuata vſque ad actualem, & effectiuam re-
ſtitutionem, ac refectionem dd. melioramento-
rum, vt in puncto huius pacti reſpondit *Rota cor.*
Card. Caual. dec. 219. *num.* 7. & ponderata clauſu-
la: *Donec. In Mediolanen. Bonorum* 19. *Ianuarij*
1650 *coram bo. mem. Arguelles* §. *non eſt vſque vbi*
cumulantur plures DD. auctores & facit Bart. in l. fi-
deicommiſſa 11. §. *ſi quis alicui decem num.* 1. *verſ.*
Imò intelligitur quoties ff. de leg. 3. attentis præſer-
tim verbis eiuſdem pacti, ibi: *continuare à ſullocar-*
4 *le*; ſublocatio enim præſupponit præſeruatiuam
locationis, cumque etiam in primo nouennio
5 fuiſſet conceſſa facultas ſublocandi, verbum illud
continuare: demonſtrat ſublocationes eſſe facien-
das ex eodem Iure locationis in futurum duratu-
6 ræ vſque ad dictam reſtitutionem; nam continua-
tio nil aliud eſt, quam prioris contractus diffuſio,
& prorogatio retentis ijſdem terminis. *Ripa in*
in rubr. extr. de Iudic. num. 6. *Cagnol. in rubr. ff. de*
orig. Iur. num. 1. *ad med. verſ. & ſic continuatio.*

Non obſtat, quod conductor obierit ſtatim
7 elapſo nouennio; quia contractus locationis tran-
ſit ad hæredes *l. ſed addes* 21. §. *ſi quis mulierem in*
fin. ibi: *ex conducto actionem etiam ad hæredem tran-*
ſire palam eſt ff. locat. & l. viam veritatis 10. *C. eod.*
Cancer. var. reſol. lib. 5. *cap.* 15. *in princ. Card.*
Mantic. de tacit. lib. 5. *tit.* 4. *num.* 13. *& deciſ.* 209.
num. 3. *Rota in Maceraten. grani* 9. *Iunij* 1593. *coram*
Orano apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 139. *nu.* 12.
ponderatis præcipuè tum obligatione Camerali,
qua munitum fuit Inſtrumentum dictæ locationis,
8 quæ pariter de ſui natura eſt tranſitoria ad hære-
des contrahentium, tàm actiuè, quam paſſiuè, vt
dixit *Rota in Bonon. obligationis de Campeggys* 12.
Maij 1594. *coram Robuſterio & in Romana cenſus* 10.
February 1645. *coram* R. *p. d. meo Meltio penes eum-*
dem Zacch. deciſ. 93. *num.* 23. *& deciſ.* 253. *num.* 2.
Tum teſtamentaria, & codicillari diſpoſitione
ipſius Floretti conductoris, in quibus mandauit
per ſupradictos deputatos domus locari, & relo-
cari, donec expenſæ melioramentorum reſtitue-
rentur *d. Summ. locatorum num.* 2. Tùm demum
continuatis ſublocationibus per illos ſucceſſiuè
factis, ex quibus propterea non ſolum deſumitur
9 obſeruantia, ex qua declaratur contrahentium
intentio continuandi locationem, donec fieret d.
reſtitutio *l. ſi de interpretatione ff. de legib. Aym. conſ.*
101. *num.* 3. *Hondel. conſ.* 92. *num.* 27. *lib.* 1. Rot.
deciſ. 256. *num.* 6. *&* 7. *par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 218.
num. 10. *par.* 7. *recen.* ſed etiam reſultat vera, &
10 actualis inſiſtentia in re conducta, quæ primæ lo-
cationis continuationem importat pro tempore,
quo inſtererunt *l. item quæritur* 14. §. *qui impleto ff.*
locat. Gomeſ. var. reſolut. tit. de locat. & conduct. to.
2. *cap.* 3. *ſub numer.* 15. *verſ. ſed in domo Bero conſ.*
153. *num.* 13. *lib.* 1. *verſ. & quid. Menoch. lib* 3.
præſumpt. 85. *num.* 7. *Cyriac. contr.* 67. *numer.* 51.
ſublo-

Digitized by Google

11 ſublocatio enim cum perceptione penſionum
æquiparatur actuali inſiſtentiæ, & inhabitationi
ex optimè deductis in *Romana Domorum in Burgo*
12. Nouembris 1649. coram Eminentiſſ. D. Card. Ot-
thobono §. elicitur.

Nec obſtat, quod dictæ ſublocationes fieri po-
tuerint ad effectum retinendi, & recipiendi vtili-
tatem ex ipſis melioramentis, quæ vna cum fru-
12 ctibus debentur melioranti *l. aduerſus C. locat. Ga-*
br. conſ. 80. nu. 8. lib. 2. Card. Mantic. d. lib. 5. tit.
7. num. 26. Rot. in Lauretana Domus 10. Iunij 1644.
coram R. *p. d. meo Bichio in fin.* quoniam retentio
13 pro melioramentis non præſtabat Ius ſublocan-
di, nec præſumitur dediſſe cauſam ſublocationi-
14 bus factis, dùm id conductor, eiuſque hæredes
explicitè non declararunt, vt reſpondendo ad
conſil. Bero 140. num. 43. lib. 1. benè declarauit Rot.
in Romana affictus Lacus 3. Iulij 1633. coram bo: me:
15 *Pironano §. neque vrget.* Cumque ſublocationes
non fuerint factæ de ſolis melioramentis, ſed de
Integris domibus, & apothecis, vtiq; factæ cen-
ſentur ex ſupradicto pacto inter contrahentes ſti-
pulato, & ſic iuxtà naturam ipſius locationis,
16 alias autem ſine vlla cauſa locatores amiſiſſent
annuos redditus ſcut. 230. antiqui ſtatus dd. do-
morum, quos lucrati eſſent hæredes dicti condu-
ctoris ex ſolo prætextu melioramentorum contra
omnem Iuris, & æquitatis rationem; Gratiſque
17 dicitur pactum de ſublocando præbere ſolam
actionem perſonalem, quia obiectum procederet,
ſi conductor, vel eius hæredes aliquando poſſeſ-
ſionem rei amiſiſſent, in quibus terminis loqui-
tur *Gabr. conſ. 88. num. 1. lib. 1. cum alijs ab infor-*
mantibus allegatis.

Verùm DD. reſoluerunt locationem duraſſe
vſque ad tempus motæ litis, quia cum ſupradi-
ctum pactum collatum fuerit in liberam volunta-
tem conductoris, vt demonſtrat verbum faculta-
18 tiuum, *poſſe*, quod non importat neceſſitatem,
ſed libertatem *l. ſæpè ff. de offic. Præſid. l. 1. C. quo*
mod. & quand. Iud. gloſſ. in cap. ſtatutum verb. poſſit
de reſcript. S. me: Greg. XV. deciſ. 85. num. 7. Rot.
deciſ. 329. num. 3. par. 2. & deciſ. 497. num. 128.
par. 5. rec. quandocunque & ex nunc ab ipſo, vel
19 eius ſucceſſoribus diſdici potuit, etiam non refe-
ctis melioramentis; Ideoque contraria voluntate
declarata, initio litis dicitur diſdicta. Quod au-
tem tempus ſit attendendum, An ſcilicet primor-
dialis Introductionis cauſæ de anno 1639. quo in-
ter locatores, & legatariam actum fuit dumtaxat
ſuper conſignatione penſionum, An verò quando
pro parte eiuſdem legatariæ explicitè oppoſitum
fuit, locationem eſſe terminatam, ex quo argui
poſſe videtur animus vlterius non continuandi,
in alia diſputatione particulariter diſcuti pote-
rit, aduertendo vlterius, An ſufficiat lis, & op-
poſitio facta per legatariam, vel potius ſit neceſ-
ſaria oppoſitio ipſorum hæredum.

Et ità vtraque &c.

ROMANA PRÆTENSI FIDEICOMMISSI DE Tronſarellis.

Lunæ 12. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum reſtrictum ad filios illorumque
deſcendentes non egreditur familiam effectiuam
Inſtitutorũ, neque debet extendi ad alios de fami-
lia in diſpoſitione non comprehenſa. Legatum
ſi concurrat fauor piæ cauſæ non fit caducum, ſi
legatarius prædeceſſerit Teſtatori, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum expirat in perſonam vltimi vo-*
cati, quando nullus alius ſupereſt, cui ex Iu-
dicio Teſtatoris ſit facienda reſtitutio.

2 *Prohibitio detractionum, dum eſt reſtricta ad voca-*
tionem filiorum illorumque deſcendentium, non
egreditur deſcendentes lineæ effectiua perſonarum
Inſtitutarum, nec extendit fideicommiſſum vltra
perſonas expreſſe conſideratas.

3 *Obſeruantia ſubſequuta plurimum attendi ſolet pro*
incluſione, vel excluſione fideicommiſſi.

4 *Fideicommiſſum, dum expirauit, vltimus vocatus*
poteſt ad libitum diſponere de bonis fideicommiſ-
ſarijs.

5 *Salutaneum competit pro legato concurrentibus omni-*
bus extremis ad id neceſſarijs.

6 *Legatum, quando eſt pium, & concurrit fauor Ec-*
cleſiæ non efficitur caducum etiam ſi legatarius
prædeceſſerit Teſtatori.

7 *Legatum, quando concurrit fauor piæ cauſæ, vt ſu-*
ſtineatur, nil intereſt quod onus illud adimplendi
ſit nominatim iniunctum certæ perſonæ, nec quod
certus gradus non ſuccedat.

8 *Legatum fauore piæ cauſæ dicitur relictum in omni-*
bus gradibus, qui tenentur illud adimplere, non
ſecus, ac ſi eis in caſu, qui euenit ſpecialiter, &
expreſſè fuiſſet adiectum onus illud adimplendi.

DECISIO CCCCXVI.

ANtonius Tronſarellus in vltimo Elogio inſti-
tuit ſibi hæredes vniuerſales Petrum Franci-
ſcum, Horatium, & Octauium eius filios cum
reciproca ſubſtitutione in caſum obitus ſine pro-
le maſculina, ſeù fœminina, & cum prohibitio-
ne detractionum adiecta ratione ibi: *Ex quo in-*
tendit ipſe Teſtator, omnia bona præfata hæreditatis
integrè, & abſque aliqua detractione, & diminutione
deuenire ad ipſos eius filios ſuperuiuentes, deſcenden-
tes ex ipſis, vel eorum altero in legitimo matrimonio
natos, & manuteneri, & conſeruari in familia, &
agnatione dd. de Tronſarellis, familiæ, & domus.

In vim huius diſpoſitionis poſtremus ſuperſtes,
nempè Octauius omnia paterna bona poſſedit, &
in Teſtamento Inſtituta hærede vniuerſali Clara
Radice eius matre legauit Io: Iacobo Tronſarello
bona exiſtentia in Ciuitate Galleſij, & Terra Su-
riani eorumque Territorijs, cum hoc, quod ſe-
quuta legatarij morte eius hæredes tenerentur
omnia præſata bona vendere pro iuſto pretio ad
effectum illud erogandi in conſtruenda Cappella
in Eccleſia Sancti Famiani loci Galleſij ſub In-
uocatione B. Mariæ Virginis, ac Imaginibus SS.
Octauij, & Philippi Nerij, eamque condecenter
dotandi, & in euentum, in quem dicti hæredes
in hoc deficerent per ſex menſes poſt obitum d.
legatarij, tali caſu ſubſtituit, & ſuccedere voluit
Præsbyteros, & officiales tunc temporis in dicta
Eccleſia S. Famiani exiſtentes.

Io: Iacobus legatarius prędeceſſit Octauio Te-
ſtatori, quo etiam defuncto d. hæredes nunquam
curarunt dictam Cappellam ædificari; vndè in-
troducta cauſa in Rota, dubitatum fuit, An con-
ſtet de fideicommiſſo, vel potius Eccleſiæ S. Fa-
miani ſit danda Immiſſio, & negatiuè quoad pri-
mam partem, affirmatiuè verò quoad ſecundam
Domini reſponderunt,

Quandoquidem fideicommiſſum ab Antonio
conſtitutum expirauit in perſonam Octauij vlti-
1 mo loco ſine filijs defuncti, cum nullus ſupereſſet
cui ex Iudicio Teſtatoris eſſet facienda reſtitutio
l. cum Pater §. libertis in fin. & l. qui ſolidum §. præ-
dium

Digitized by Google

dium vbi communiter DD. ff. de legat. 2. Rota deciſ. 203. num. 1. par. 2. recen. cum alijs plenè relatis à Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 551. & quæſt. 735. vtrobique num. 1.

Non obſtat, quod prohibendo detractiones addiderit d. verba ibi: *manuteneri, & conſeruari in familia, & Agnatione dd. de Tronſarellis familia, & domus.*

Quia cum reſtricta fuerit ad præcedentem vo-
2 cationem eius filiorum, illorumque deſcendentium, non ampliant, neque extendunt fideicommiſſum vltrà perſonas expreſsè conſideratas, ſed reſtringuntur, & declarantur ſecundum qualitates ipſius diſpoſitionis, neq; egrediuntur deſcendentes lineæ effectiuæ perſonarum inſtitutarum iuxtà celebre *conſ. Dec. 636. num. 7. & 12.* à Doctoribus communiter approbatum, & à Rota quotidiè comprobatum, & ſignanter in *Romana fideicommiſſi de Fonnirinis 7. Februarij 1635. coram bo. me. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 669. num. 5. cum ſeqq. repetita in recen. deciſ. 15. par. 7. in Bonon. fideicommiſſi de* Ruggerijs *14. Iunij 1647. coram* Reuerendiſſimo *D. meo Decano §. 4. denique cum ſeqq. & in Romana fideicom. de Coronis 28. Ianuarij eiuſdem anni & 12. Iunij* 1651. *coram me*, quæ ſunt adeò punctuales, vt pro deciſione huius caſus ſatis ſit, illas ſolum allegare.

Idque clarè agnouerunt ipſimet Petrus Franciſcus, & alij de Tronſarellis collitigantes filij, & hæredes d. Ioannis Iacobi legatarij, quia per ſententiam latam à Iudice de voto Congregationis montium declarari curarunt dictum fideicommiſſum Antonij expiraſſe per mortem dd. Petri Franciſci Sen. Horatij, & Octauij ſine filijs *Sum. informationis num. 4.* illiuſque vigore obtinuerunt liberationem nonnullorum locorum montium à nexu d. fideicommiſſi in litteris Patentibus adiecto, illaque vti libera diſtraxerunt, & alienarunt *d. Summ. nu. 5.* Hinc enim elicitur tàm propria
3 ipſorum confeſſio, quam ſubſequuta obſeruantia, quæ plurimum attendi ſolet pro incluſione, vel excluſione fideicommiſſi *ad text. in l. minimè ff. de leg. & in cap. cum dilectus de conſuetud. Fuſar. conſ. 114. nu. 4. & de ſubſtit. quæſt. 500. nu. 4. cum alijs* ad propoſitum allegatis *in Auenionen. fideicom. 30. Aprilis 1646. coram* R. p. d. *meo Veroſpio §. Accedit his omnibus & in Romana fideicom. 14. Febr. præteriti coram me §. 4. demum.*

Expirato priori fideicommiſſo d. Octauius vl-
4 timus vocatus liberè diſponere potuit de bonis fideicommiſſarijs, vt probant authoritates in principio allegatæ, atque ideò intrat reſolutio ſecundæ partis dubij pro immiſſione ad fauorem Eccleſiæ legatariæ, quia legatum apparet ex dicto teſtamento eiuſdem Octauij relato in *Summ. nu. 2.* aliaque extrema tanquam indubitata controuerti
5 non poſſunt, & pro legato competit Saluianum *l. 1. C. commun. de legat. vt latè pertractata materia reſpondit Rota in Viterbien. Caſtrorum 12. Iunij 1623. coram bo. me. Coccino & in* Rauennaten. *Saluiani 26. Maij 1634. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. in recen. deciſ. 438. & deciſ. 541. per tot. par. 5.*

Non obſtat, quod dictus Io: Iacobus legatarius, cuius hæredes debebant adimplere dictum, legatum, prædeceſſerit Teſtatori; quia cum lega-
6 tum ſit Pium, & concurrat fauor Eccleſiæ non fuit effectum caducum, vt probat *Tiraq. de Priuil. pia cauſ. priuil. 62. per tot.* ea ratione, quia in hac materia fauorabili Eccleſiæ nil intereſt, quod onus ſit impoſitum nominatim certę perſonę, nec
7 quod certus gradus non ſuccedat, ſed ſemper dicitur impoſitum omnibus gradibus, qui tenentur illud adimplere non ſecus, ac ſi eis, & in caſu, qui euenit ſpecialiter, & expreſsè fuiſſet adiectum *DD. l. Imperator ff. de leg. 1. Rom. in auth. ſimiliter in 30. ſpecial. num. 88. C. ad leg. Falcid. Dec. conſ. 181. ſub num. 6. verſ. Et hoc in tantum Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 1. nu. 16. & 17. Grat. diſcept. for. cap. 603. num. 2. cum ſeqq.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE NICOLINIS.

Ven. 23. Maii 1653.

ARGVMENTVM.

Datio in ſolutum bonorum fideicommiſſi facta mulieri pro ſatisfactione ſuæ dotis per hæredem grauatum poſt quam illam mediante aſſignatione bonorum liberorum eidem facta, & ab ea acceptata erat iam ſatisfacta non ſuſtinetur in præiudicium fideicommiſſarij, etiam ſi fideicommiſſarius eſſet hæres grauati, ſed cum beneficio legis, & Inuentarij, & quid ſi eſſet hæres ſimpliciter? quod tamen procedit niſi prior aſſignatio fuiſſet potius cauſa præambula ad dationem in ſolutum poſtea ſubſequutam, quia realis, & effectiua aſſignatio, & quando talis dicatur, & an datio in ſolutum bonorum fideicommiſſi exceſſiua in parte, corruat in totum? Mulier creditrix pro ſua Dote, ſi vna cum filijs habitauerit, eorumque bona, & fructus omnes longe maioris quantitatis, quam eſſet eius creditum adminiſtrauerit ſibi ſatisfeciſſe præſumitur.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſarius ſicuti poſſet agere ad immiſſionem vigore antiquioris fideicommiſſi contra collitigantem, ſi poſſideret ita multo magis poteſt illum agentem ex poſteriori fideicommiſſo repellere.*

2 *Alienatio facta contra expreſſam prohibitionem Teſtatoris non abdicat dominium bonorum à fideicommiſſo, neque illud transfert in acquirentem.*

3 *Datio in ſolutum facta ex falſa cauſa, eſt nulla, & inualida.*

4 *Hæres grauatus non poteſt alienare proprietatem bonorum fideicommiſſi pro debito iam extincto.*

5 *Hæres grauatus non poteſt debitum iam ſolutum diuerſimodè ſoluere, & contra expreſſam Teſtatoris prohibitionem.*

6 *Mulier quæ pro ſatisfactione ſuæ dotis prius acceptauit aſſignationem bonorum liberorum, non poteſt ab ea recedere, & bona fideicommiſſi in ſolutum recipere in præiudicium fideicommiſſarij.*

7 *Præſertim ſi prima aſſignatio fuit effectum ſortita.*

8 *Datio in ſolutum ſi probetur effectum ſortita, præſumitur effectuata in totum ſi ſit indiuidua.*

9 *Datio in ſolutum per verba præſentis temporis concepta, actus perfectionem demonſtrat, non autem ſimplicem præparationem, & præambulum.*

10 *Datio in ſolutum, quæ fit in exequutionem Inſtrumenti præambuli, iuxta illud fieri, & regulari debet.*

11 *Mandatum factum Procuratori ad aliquem actum regulatur iuxta modum Inſtrumenti præambuli in cuius executionem emanauit, nec poteſt Procurator illius formam excedere.*

12 *Amplia hoc etiam procedere ſi in mandato adeſſet clauſula,* cum pactis Procuratori bene viſis, *quia ſemper reſtringitur ad formam dicti præambuli, & ad arbitrium boni viri.*

13 *Exceſſus in parte operatur, vt aſſignatio bonorum*

Digitized by Google

fideicommiſſi facta mulieri pro ſua dote corruat in totum.

14 *Quartum dotale, debitum vigore ſtatuti Vrbis defertur tantum mulieri, quo ad vſum fructum extantibus filiis communis matrimonii.*

15 *Quartum dotale dum debetur mulieri, dumtaxat quo ad vſumfructum pro illius ſatisfactione proprietas bonorum fideicommiſſi irreuocabiliter aſſignari non poteſt, neque dari in ſolutum.*

16 *Fructus dotales ſolui non poſſunt ex proprietate bonorum fideicommiſſi, ſed dumtaxat ex illorum fructibus.*

17 *Mulier, ſi cum filiis habitauerit eorumque bona adminiſtrauerit, fructuſque percepit longè maioris quantitatis, quam eſſet illius creditum pro fructibus dotalibus, præſumitur de illis ſibi ſatisfeciſſe.*

18 *Mulier tenetur imputare alimenta, quæ percepit ab hæredibus grauatis in eius fructus dotales, cum æquum non ſit, quod conſequatur vtrumque.*

19 *Hæres etiam non beneficiatus poteſt impugnare, & retractare alienationem bonorum fideicommiſſi ad ſe ſpectantium à Defuncto nulliter, & in validè factam.*

20 *Hæres beneficiatus à Creditore hæreditatis, cui per defunctum fuerunt data in ſolutum tantumdem ex bonis hæreditariis eidem refundere debet, quantum ei intersit ob ammiſſionem bonorum fideicommiſſariorum.*

21 *Declara hoc non procedere, ſi ante dationem in ſolutum bonorum fideicommiſſi creditor erat iam ſatisfactus.*

22 *Exceptio turbida, & requirens altiorem indaginem reiicitur ad petitorium nec poteſt impedire immiſſionem ex fideicommiſſo claro, & quod probatur incontinenti.*

DECISIO CCCCXVII.

AGnouerunt Informantes pro DD. Marchione,
& fratribus de Palumbaria, primam aſſigna-
tionem locorum 30. non autem ſex ſupra 30.
montis fidei, cenſus ſcut. bis mille, & Caſalis
Spezzamazzæ ad fauorem Lucretiæ communis
matris, pro ſatisfactione ſuæ dotis, ac fructuum.
& Quarti dotalis, fuiſſe factam cum onere fidei-
commiſſi, & pro eo tantum Iure, quod in iiſdem
bonis competebat Angelo, & Fabio eorum vita
durante, vt latè probatum fuit in *deciſ. huius cauſæ*
edita coram me 28. Aprilis 1651. Vndè in hodierna
diſputatione totam vim conſtituerunt ſuper alte-
ra aſſignatione eorumdem bonorum facta eidem
Lucretiæ 16. Iunij 1627. ab Angelo Rodulpho
tanquam Procuratore præfatorum Fabij, & An-
geli illius filiorum ex mandatis procuræ rogatis
6. & 20. Maij 1616. in qua dictus Procurator pro
ſolutione eorumdem creditorum illi dedit in ſo-
lutum præfata bona etiam quoad proprietatem
ſub expreſſa aſſertione, quod non erant ſuppoſita
alicui fideicommiſſo purificato, vel purificando
Summ. DD. de Palumbaria nu. 1. & 2. Verum DD.
adhuc cenſuèrunt vrgere exceptionem antiquio-
ris fideicommiſſi per Hieronymum Ceulum ſuper
dictis bonis conſtituti, & purificati ad fauorem
D. Tiberij, quod cum contineat in ventre expreſ-
1 ſam prohibitionem alienationis, ſuffragatur ei-
dem ad repellendos DD. de Palumbaria agentes
ex fideicommiſſo poſteriori Lucretiæ, prout in
fortioribus terminis ſuffragaretur ad obtinendam
contra ipſos Immiſſionem ſi poſſiderent, quia
2 propter expreſſam alienationis prohibitionem
nunquam bonorum dominium exijſſet de fidei-
commiſſo, nec per aſſignationem tanquàm de re
libera factam ab Angelo, & Fabio hæredibus
grauatis tranſire potuiſſet in Lucretiam *Ruin. conſ.*
23. num. 13. lib. 5. Theſaur. deciſ. 96. num. 2. Rot.
deciſ. 72. num. 1. part. 1. recen. & deciſ. 108. num.
1. & 2. coram Card. Caual.

Non obſtat dicta ſecunda aſſignatio facta, vt
in ea aſſeritur, pro ſolutione dictæ dotis, quarti,
& fructuum dotalium.

Quia cum Lucretia de eis tunc temporis eſſet
3 ſatisfacta, mediante prima aſſignatione anni
1645. hæc ſecunda redditur nulla, & inualida,
tam propter falſitatem cauſæ. *Bart. in l. domus 52.*
ſub num. 4. verſ. ſi ignorabat ff. de condit. indeb. Ruin.
conſ. 160. num. 26. lib. 2. Gabr. conſ. 62. numer. 3.
cum ſeqq. iuncto num. 21. lib. 2. cum aliis per Rotam
coram bo. me. Merlino dec. 309. lu 1. num. 5. Quam
4 etiam ex eo, quod hęredes grauati non potuerunt
alienare proprietatem bonorum fideicommiſſi
5 pro debito iam extincto, vel idem debitum po-
ſtea diuerſimodè ſoluere mediante ſecunda aſſi-
gnatione contra expreſſam Teſtatoris prohibi-
tionem; minuſque potuit Lucretia à prima aſſi-
6 gnatione, quam acceptauerat in præiudicium
Tiberij, aliorumque fideicommiſſariorum rece-
dere, vt in ſimilibus terminis dixit *Rota dec. 192.*
num. 5. par. 1. recent. Cum præſertim prima aſſi-
7 gnatio fuerit effectum ſortita per illius productio-
nem, & translationem litterarum patentium, ac
fructuum perceptionem *Sum. D. Tiberii nu. 11. &*
12. Bece. conſ. 6. nu. 6. Rota dec. 36. nu. 6. part. 8.
8 *recen.* Effectuatio enim quoad loca montium pro-
bat effectuationem in totum proptèr indiuiduita-
tem aſſignationis, vt prætet allegatos in altera
deciſione 5. Et denique in fin. dixit Rota in Tiburtina
aſſignationis dotis 9. Decembris 1626. coram bo. me.
Pirouano & in Barcbinonen. Iuriſdictionis 8. Aprilis
1647. coram R. p. d. meo Bichio verſ. Nec refert.

Nec ſubſiſtit, quod dicta aſſignatio ſit agnitio
crediti, vel potius præambulum ad aſſignationem
faciendam.

Quia obiectum tollitur ex verbis pręſentis tem-
poris in ea adiectis, ibi: *Aſſegnano à detta Signora*
9 *Lucretia per hauerne quietanza &c.* quæ actus perfe-
ctionem demonſtrant, non autem ſimplicem prę-
parationem, & præambulum. *Rota dec. 293. nu.*
12. & 13. part. 5. recen. Iuncta præſertim illius
effectuatione ante mandata ad faciendam ſecun-
10 dam aſſignationem; vltra quod ſi fuiſſet præam-
bulum iuxta illud, & ſic quoad fructus tantum,
& cum onere fideicommiſſi ſecunda aſſignatio
fieri debuiſſet, nec potuiſſet Procurator illius for-
mam excedere, quia mandatum ei datum intelli-
11 geretur iuxtà formam ipſius præambuli, in cuius
executionem emanauit, & à quo proptereà regu-
lari debet *Alexan. conſ. 156. ſub nu. 8. verſ. his non*
attentis & dec. 288. ſub nu. 14. Rot. dec. 114. nu. 4.
par. 1. recen. & in Romana Vineæ 26. Iunii 1645.
coram R. p. d. meo Bichio in princ. Non obſtante clau-
12 ſula *cum pactis Procuratori bene viſis*, quia reſpicit
reſtrictionem ad formam dicti præambuli, & ad
arbitrium boni viri ex Iuribus allegatis in alia
Romana Vineæ 23. Iunii 1642. coram eodem D. meo
Bichio in fine.

Prætcrea dicta ſecunda aſſignatio excedit cre-
ditum aſſignatariæ in maxima quantitate, cum
valor bonorum aſſignatorum aſcendat ad ſcuta
19. mil. circiter, creditum veró non excedat ſcu-
ta ſex mille, videlicet ſcuta 4000. quæ in contan-
ti Adriano Viro ſoluta fuerunt, & alia ſcuta bis

mille

Digitized by Google

mille in tot gemmis eis tradita , exceſſus enim
13 operatur , vt aſſignatio bonorum fideicommiſſi
coreuat in totum *l. ſi non ſortem §. Centum ibique*
Bart. num. 6. ff. de cond. indeb. Surd. conſ. 39. num. 5.
cum ſeqq. Rot. dec. 33. num. 6. par. 2. diuerſ. cum alijs
in puncto allegatis coram bo. me. Merlin. d. dec. 309.
num. 6. & in Romana Cenſus 26. Iunij 1647. coram
R. p. d. meo Bichio §. penultimo verſ. vndè minus .
Neque ad iſtum effectum pro augumento crediti eſt calculandum quartum dotale , & fructus pariter dotales decurſi vſque ad diem aſſignationis .

Quia vt firmatur *in deciſione §. Et denique*, quar-
14 tum dotale ex *diſpoſitione ſtatuti vrbis lib. 1. cap. 131.*
ad Lucretiam ſpectabat ratione ſolius vſusfructus
ob exiſtentiam filiorum communis ,matrimonij ,
& dictum fuit in *Romana Reintegrationis 31. Maij*
1649. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono §.
15 *neque obſtat*, ideoque pro illius ſatisfactione pro-
prietas bonorum fideicommiſſi irreuocabiliter
aſſignari non potuit, neque dari in ſolutum ; fru-
16 ctus verò non ex ipſa ſubſtantia , ſed ex fructibus
pariter, & redditibus eorumdem bonorum erant
perſoluendi ſecundum opinionem quamvti ve-
riorem ſequuta fuit *Rota coram Card. Seraph. deciſ.*
481. num. 2. in Firmana, ſeu Maceraten. Dotis 9. Iu-
nij 1645. coram eodem Card. Otthobono §. Quæ qui-
dem verſ. Quo verò ad fructus in Aueuionen. Pecunia-
ria 5. Aprilis 1647. coram R p. d. meo Veroſpio §. Has
tamen fructus & 4. Decembris eiuſdem anni coram R.
p. d. meo Meltio §. finali; Cumque Lucretia cohabi-
17 tauerit cum filijs , eorumque bona , & fructus
omnes longè maioris quantitatis adminiſtrauerit
de illis ſibi ſatisfeciſſe præſumitur *gloſſ. & DD. in l.*
peculium la 2. gloſ. præterea ff. de pecul. Angel. in l.
ſed ſi damnum §. pecul. num. 3. ff. eod. Neuiz. conſ.
57. num. 10. Rot. apud Paciſſc. de Saluian. deciſ. 87.
num. 2. cum alijs allegatis in Recanaten. Manutentionis
27. Iunij 1642. coram me §. Ceſſatque difficultas; vel
18 ſaltem in dictos fructus imputare tenetur alimen-
ta , quæ ab hæredibus granatis percepit , cum
æquum non ſit , quod conſequatur vtrumque , vt
probat *Peregrin. conſ. 100. num. 5. 6. & 7. lib. 3.*
Gratiſque dicitur , ipſam non adminiſtraſſe
pro tempore , quo manſit in Monaſterio , quod
fuit ingreſſa anno 1616. quia contrarium apparet
ex partitis relatis in *Sum. reſponſionis pro Ceulo nu.*
1. ex quibus patet , quod ferè per totum annum
1624. & ſic de tempore , quo permanebat in Mo-
naſterio , præfatam adminiſtrationem continua-
uit percipiendo fructus bonorum ad eius filios
ſpectantium, & de eis ad ſui libitum diſponendo.

Non obſtat , quod D. Tiberius ſit hæres dd. aſſignantium .

Quia, vt reſpondetur in dicta *deciſ. §. Parum ob-*
ſtante , illorum hæreditatem adiuit cum beneficio
legis , & Inuentarij , & ſinè præiudicio dicti an-
tiquioris fideicommiſſi, quinimò cum d. aſſigna-
tio , ex iam dictis , ſit nulla , & inualida etiam
19 circumſcripto beneficio Inuentarij illam impu-
gnare , & retractare poteſt retinendo , ac etiam
aſſequendo ex propria perſona omnia , & ſingula
bona , quæ ſub dicto antiquiori fideicommiſſo
compræhenduntur , vt præter adductos in eadem
deciſione pleniſſimè reſpondit Rota in Romana fideic. de
Zuccaris 4. Februarij 1650. §. Præterea verſ. Quod
magis & 24. Aprilis 1651. §. Nec obſtat quod fratres
verſ. Tum quia coram Reuerendiſſ. D. meo Decano .
20 Et quamuis replicetur, quod ſaltem teneatur cre-
ditori , ſeu aſſignatariæ , eiuſque hæredibus tan-

rum refundere de bonis hæreditarijs aſſignantium
quantum illorum intereſt ob amiſſionem rei aſſi-
gnatæ ex *Velaſc. Conſult. 69. num. 19. & 20. alijq;*
ab informantibus latè allegatis ; Obiectum non ap-
plicatur , cum aſſ. creditum Lucretiæ , quando in
21 eius ſatisfactionem emanauit ſecunda aſſignatio
iam fuiſſet extinctum per primam aſſignationem
morte aſſignantium nuper expiratam , ideoque
nihil adeſt , quod aſſignatariæ , vel eius hæredi-
bus iuſtè refici debeat , dum eius ſatisfactionem
ex dicta prima aſſignatione conſequuta fuerat .

Denique in omnem euentum ponderabant Do-
22 mini , quod exceptio antiquioris fideicommiſſi
deducta per Reum conuentum eſt omninò clara ,
& in continenti iuſtificata, replicatio autem acto-
rum , qui conantur ſubſtinere dictam ſecundam
aſſignationem pro euerſione d. fideicommiſſi, vel
abſolute tollitur , vel ſaltem redditur adeò turbi-
da , ac altiorem requirens Indaginem ; Itaut pro-
pterea non ſit admittenda in hoc Iudicio poſſeſ-
ſorio ad effectum obtinendi immiſſionem , ſed
reijcienda ad petitorium firmo remanente in poſ-
ſeſſione Ceulo in dicto fideicommiſſo antiquiori
compræhenſo .

Et ità Domini ſteterunt in deciſis vtraque parte informante &c.

CALAGVRITANA BENEFICII.

Ven. 23. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Beneficium illi venit ad iudicandum qui vltra concurſum requiſitorum à Clementina Conſtitutione maiores qualitates iuſtificauit , quam pars aduerſa probauerit nempe grandiorem ætatem antiquius Sacerdotium , & approbationis ad audiendas confeſſiones , & exercendam curam Animarum ; vbi quod qualitas oriunditatis dicitur iuſtificata ab eo , qui eſt oriundus in loco beneficij, cui eſt vnita Eccleſia controuerſa , licet non ſit oriundus eiuſdem Eccleſiæ , & quando electo ad Benefitium nouum examen ſit concedendum , ſi primum fuit nulliter factum ?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium eſt ei ad iudicandum in concurſu, qui habet digniores qualitates .*

2 *Examen factum ſine concurſu , & contra formam Clementina Conſtitutionis eſt nullum .*

3 *Nouum examen regulariter ſolet denegari ei , qui in primo examine fuit nulliter examinatus ; quando interceſſit tempus conſiderabile .*

4 *Declara hoc tantum procedere ſi nouum examen petatur ab eo , qui fuit in primo reprobatus , ſecus ſi ab eo , qui ab examinatoribus fuit approbatus .*

5 *Benefitium eſt illi adiudicandum , qui vltra concurſum requiſitorum à Clementina Conſtitutione maioribus pollet qualitatibus, nempè grandioris ætatis , antiquioris Sacerdotij , & approbationis ad audiendas confeſſiones , & exercendi curam Animarum .*

6 *Teſtes nulliter examinati lite pendente ſine litteris remiſſorialibus , & ſine citatione partis , nullum gradum probationis faciunt .*

7 *Dignior ad effectum obtinendi prælationem ad Benefitium ille non dicitur, qui pendente lite ſuper huiuſmodi prælatione , fuit aliquas dignitates aſſecutus .*

8 *Oriundus loci , vbi vacat Benefitium , cui eſt vnita Eccleſia , perindè habetur , ac ſi eſſet oriundus*

Digitized by Google

eiuſdem Eccleſiâ vnita cum beneſitio ,
9 *Dignior , in adiudicatione Beneſitu venit collitiganti præferendus .*

DECISIO CCCCXVIII.

IMpugnabatur ſolùm ab Emanuele Monte Iuſti-
tia ſententiæ Rotalis adiudicãtis Beneficiũ con-
trouerſum Ioanni Guttierez , ex quo ipſe maiori-
bus prætendebat præcellere qualitatibus , & præ-
ſertim quia vſque & de anno 1640. aſſecuutus
fuerat in Iure Canonico gradum Baccalaureatus,
& exercuerat officium Inquiſitoris , Viſitatoris
Tuden. & Vicarij Generalis in Diœceſi Cartha-
ginen. ex quo eſt Oriundus ex Ciuitate Calagu-
ritana , vbi eſt ſitum beneſitium , de quo agitur ,
Ioannes verò ex oppido de Aldeanuena ; & de-
mùm quia alias fuit approbatus, imò in concurſu
præelectus ad Parocchialem in Diœceſi Tuden.
Ioannes verò ſæpius reprobatus , & ſignanter an-
anno 1651. in vacatione alterius Beneficij in ea-
dem Ciuitate Calagnritana , quas quidem quali-
1 tates plurimum attendendas eſſe ad obtinendam
Prælationem reſpondit *Rota deciſ.61. num.1. part.
3. recen. In Calagnritana Beneſitij de Lumbreras 4.
Iulij 1646. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono &
in Calagnritana Beneſitij de Auſeyo 1. Iulij 1652. co-
ram* R.*p.d. meo Veroſpio* §. *Siquidem* .

Non obſtante, quod examen Emanuelis fuiſſet
2 nullum tanquam habitum ſine concurſu aliorum
Oppoſitorum ; Imò per tres ferè menſes antè con-
tra formam Clementinæ Conſtitutionis .

Quia in omnẽ caſum ipſe offerebat ſubire no-
3 uum examen , licet enim regulariter iſtud dene-
gari ſoleat , quando interceſſit tempus conſidera-
4 bile , hoc tamen poteſt habere locum , quando
petitur ab eo , qui fuerat in primo reprobatus ;
nam contra ipſum concurrit præſumptio , quod
medio tempore potuit ediſcere , & effici doctior ;
ſecus autem eſt in eo , qui in primo examine ab
Examinatoribus approbatus fuit , in ipſo enim
ob antecedentem appellationem concurrit præ-
ſumptio eius habilitatis, etiamſi primum examen
patiatur aliquam nullitatem approbatus admitti-
tur ad nouum , quamuis interim non modicum
tempus interceſſetit , vt optimè diſtinguendo re-
ſponſum fuit in *Calaguritana Beneficij Sancti Mar-
tini 15. Martij 1652. coram R. P. D. meo Albergato*
§. *His tamen* , & §. *Eoquè magis* .

Quod demum dicebatur , Emanuelem poſſide-
re Beneficium Parochiale ingentis redditus, Ioan-
nem verò eſſe pauperiorem , & Carere Beneficijs
excluditur à Teſtibus relatis in eius *Summar. n.16.
& 17.* ex quibus iuſtificatum apparet, Ioannem
habere annuatim de redditibus Eccleſiaſticis ſcu-
ta 300. ipſum verò Emanuelem eſſe pauperio-
rem .

His tamen non obſtantibus Domini exiſtima-
runt Sententiam Rotalem eſſe confirmandam ;
5 quia Ioannes Guttierez vltra Concurſum Requi-
ſitorum à Conſtitutione Clementina maioribus
pollet qualitatibus , nempè grandioris ætatis, an-
tiquioris Sacerdotij, & approbationis ad audien-
das fidelium Confeſſiones, & exercendam Curam
animarum, quæ vtpotè concludenter iuſtificatæ
ipſi tribuunt prælationem , vt præter Authorita-
tes allegatas in *deciſ. huius Cauſa ſub die 10. Apri-
lis 1652. coram R.P. D. meo Meltio in puncto reſpon-
dit Rota in Calaguritana Beneficij 27. Nouemb. 1648.
coram R. P. D. meo Bichio* §. *Eſt vero Didacus cum
ſeqq.*

Quia excepta qualitate Oriunditatis , & gra-
dus Baccalaureatus , quæ ex ſequentibus non
ſuffragantur, ceteræ omnes probantur vel ex ſim-
pliciattestatione Epiſcopi Carthaginen. eius Pa-
6 trui , vel ex depoſitionibus Teſtium , qui vtpotè
nulliter examinati hac lite pendente ſine litteris
Remiſſorialibus , & abſque Citatione partis nul-
lum gradum probationis faciunt , vt in terminis
in hac eadem Rota reſolutum fuit in *Calaguritana
Beneficij de Murillo coram R. P. D. meo Albergato* ,
7 quinimò Officium Inquiſitoris , Viſitatoris , &
Vicarij aſſequutus fuit eadem lite pendente , vt
patet in eius *Summar. num.6.* & animaduertit *Rota
in alia Calaguritana de Bilbao* 10. *Februarij præteriti
coram R. P. D. meo Peutingerio* §. *Et quod attinet* ;
Qualitas verò oriunditatis non eſt habenda in
conſideratione , quia concurrit etiam in Ioanne ,
dum Eccleſia Aldeanouæ eſt vnita Eccleſiæ SS. Ia-
cobi , & Andreæ , vbi vacat Beneficium contro-
uerſum , vt deponunt Teſtes relati in *Summario
8 Ioannis num.* 3. quæ quidem vnio efficit , vt ipſe
habeatur perindè acſi eſſet oriundus eiuſdem Ec-
cleſiæ iſtius Beneficij , vt in ſimilibus terminis di-
xit *Rota in alia Calaguritana Beneficij 13. Maij 1652.
coram R.P.D. meo Bichio verſ. Cumque ijdem Teſtes:*
Gradus verò Baccalaureatus præter quod non iu-
ſtificatur per exhibitionem Priuilegij , remanet
ſolus , & ſic inſufficiens ad excludendam perlo-
cationem debitam Ioanni ob tot alias numero
plures qualitates ſupra ponderatas ; Concurren-
te inſuper ipſius paupertate in dicta Deciſione
perpenſa , quæ cum non excludatur à prædictis
teſtibus nulliter examinatis , ipſe remanet paupe-
9 rior , & vti præpollens maioribus qualitatibus
collitiganti præferendus eſt, *vt in Calaguritana
Beneficij 2. Decembris 1652. coram R. P. D. meo Bi-
chio, in Calaguritana Beneficij de Occon 14. Maij præ-
teriti coram Reuerendiſſimo D. Decano, & in Calagu-
ritana Beneficij SS. Iacobi , & Andreæ 9. huius coram
R. P. D. meo Albergato* .

Et ità vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Luna 26. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Pecunia , quæ de ordine meo Titio nil poſtulanti fuit perſoluta , an cenſeatur mutuata , an depoſitata , an potius donata relinquitur in dubio prudentis Iudicis arbitrio , qui talem initum fuiſſe contractum pronunciabit, qualis ſuadetur ex coniecturis , quæ vel perſonam dantis, vel recipientis merita , & qualitates, vel tempus , vel actus ipſos contemporaneos concernunt, quæ omnia hic examinantur.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia , dum fuit alicui perſoluta , nec ex verbis à tradente , vel recipiente prolatis in actu traditionis apparet ex quo contractu tunc relinquitur prudentis iudicantis arbitrio , qui talem contractum initum fuiſſe pronuntiabit, qualis probabiliter ſuadetur ex coniecturis .*

2 *Pecunia alicui perſoluta abſque expreſſione Cauſæ , præſumitur donata attenta arctiſſima amicitia, & ſanguinis coniunctione , qua inter dantem , & recipientem intercedebant .*

3 *Item inter nobiles , ac diuites ; ac in aliqua inſigni dignitote conſtitutos .*

4 *Pecunia eo animo alicui perſoluta , vt recipienti acquiratur, & numquam amplius ad dantem reuertatur , dicitur donata .*

5 *Dictio taxatiua ſolo in fine poſita , totam præceden-*

tem,

Digitized by Google

tem, qualificat diſpoſitionem, & quamcumque aliam excludit Cauſam.

6 *Pecunia abſque expreſſione Cauſa alicui perſoluta, non animo repetendi, ſed gratuito donandi cenſetur tradita dum prius fuit oblata ad mutuum, & deinde in poſteriori oblatione mutuum fuit ommiſſum, & adiecta verba omnimodam largitatem præſeferentia.*

7 *Verba non poſſunt dici curialia, quando fuerunt emiſſa cum tertio, cui Animus potuit apertè declarari.*

8 *Verba tunc ſolent conſiderari tamquam offitioſa, & curialia, quando cum eis non concurrit aliquis actus poſitiuus.*

9 *Secus autem quando cum verbis coniungitur traditio rei, hoc enim caſu non poſſunt dici officioſa, & Curialia cum executio oſtendat oppoſitum.*

10 *Animus qualis fuerit in antecedentibus optimè dignoſcitur.*

11 *Confeſſio filij magnum facit adminiculum contra Patrem cuius voluntas præſumitur ab ipſo non ignorari.*

12 *Voluntas Agentis elicitur à Cauſa motiua diſpoſitionis, à qua ipſa diſpoſitio regulatur, extenditur, & ampliatur.*

13 *Pecunia abſque expreſſione Cauſa alicui perſoluta, præſumitur donata, ſi unquam vel iudicialiter, vel extraiudicialiter fuit repetita.*

14 *Amplia, vt etiam admittatur taciturnitas per duos tantum Annos.*

15 *Donandi Animus, & voluntas, vt arguatur multū inſeruiunt nobilitas, & diuitiæ diſponentis.*

16 *Pecunia alicui tradita abſque expreſſione cauſa, præſumitur donata illi, quando recipiens in articulo mortis inter cætera eius debita, quæ commemorauit, de hac mentionem non fecit.*

17 *Donatio principaliter metienda venit ab animo dantis, & non recipientis.*

18 *Donationis coniectura poteſt etiam deſumi ex animo recipientis ſi in ipſo nobilitatis bona fama, ac morum, & integritatis certa qualitas concurrat.*

19 *Mutuum ex quo quis agit eſt plenè, & concludenter ab eo probandum.*

20 *Ordo poſterior in confirmatione præcedentis emanatus, eamdem Cauſam cenſetur continere, licet in ipſo maior quantitas pecuniarum exprimatur.*

21 *Relatum non debet attendi vbi referens ſpecialem determinationem contineret.*

22 *Relatum non debet attendi, vbi apparet diſponentem aliter voluiſſe diſponere in referente, quam diſpoſuerat in relato.*

23 *Pecunia alicui tradita abſque expreſſione cauſa non præſumitur data animo repetendi, ex quo recipiens quietantiam fecerit, & tradens illum deſcripſerit debitorem in ſuis codicibus familiaribus, cum hæc poſſint dici geſta in ordine ad Capſorem.*

24 *Maximè concurrentibus vrgentiſſimis coniecturis ex quibus donandi Animus elicitur.*

DECISIO CCCCXIX.

NOnnullas conſcripſerat Epiſtolas Nobilis Vir Lucas Iuſtinianus tunc Iannenſis Reipublicæ Dux Mauritio eius Correſponſali, in quarum alia ſub die 22. Octobris 1644. certioratus, quod bon: mem: Horatius Iuſtinianus promotus fuerat ad Epiſcopatum Nucerinum demandauit dicto Mauritio in hæc verba: *V. S. mi ſarà gratia dargli la qui incluſa, & accennarli, che ſe io vaglio in ſeruirlo me le offero prontiſſimo, e ſe di preſente biſognaſſe valerſi per maggior ſua commodità di ſcudi mille di giuli dieci, V. S. gle li dia con prenderne riceuuta, e obligo, come parrà à V. S. perche me li renderà quādo più commandarà, e gli ſarà di guſto*; In alia autem ſub die 10. Martij 1645. pro moto eodem Horatio ad Cardinalitatus Apicem declarans ingens; ipſius Animi gaudium non ſine magna ſpè ſublimioris fortunæ iniunxit eidem Mauritio ibi: *Voglio credere che V. S. debba hauer fatta l' offerta al Signor Cardinal noſtro ſecondo l' ordine, che gle ne diedi meſi ſono, e che egli m' hauerà fatto l' honore, e gratia di valerſene, quando nò, ne confermo à V. S. l' ordine, & è che le paghi ſcudi tre mila di coteſta moneta, dico tre mila, ad ogni ſuo cenno, parendomi, che di preſente poſſa biſognarne. e lo ſeruirà di ſomma magiore, quando ſi compiacerà d' accennarmelo, douendo eſſere egli Padrone di me, e di quanto poſſiedo, ſenza però volere, nè pretendere da Sua Eminenza &c. ſolo la ſua gratia, e ſeruirlo &c.*

Primus Ordo nullum habuit effectum, quia Horatius tunc Epiſcopus mutui oblationem accipere recuſauit; Poſt aliquot tamen menſes iuxta præſcriptum alterius Epiſtolæ tranſmiſſæ dicta die 10. Martij 1645. fuerunt perſoluta eidem Horatio tunc Cardinali ſcuta tria millia, ipſoque in humanis agente Lucas nec vnquam Illorum reſtitutionem vllo modo requiſiuit, nec de ea verbum ſaltem aliquando habuit; Poſtquam verò Cardinalis vita functus eſt tunc Iudicium coram A. C. introduxit pro illorum repetitione contra eius hæredem, fauorabilemque ſententiam reportauit; Verum deuoluta ad me Cauſa appellationis dubitaui An conſtaret de Credito ſcut. trium millium, & maturè diſcuſſo negocio negatiuam Sententiam Domini fuerunt amplexi.

Licet enim ad quæſtionem à Doctoribus agitatam in *l. cum quid ff. ſi cert. petat.* inter ſe diſcrepantes nonnulli putauerint ſimilem oblationem eſſe contractum mutui, alij verò depoſiti, vel Innominatum, & demum gratuitam alij dona-
1 tionem; Omnes tamen conueniunt, quod ſi ex verbis à tradente, vel recipiente prolatis in quo actu traditionis qualitas Contractus congruè dignoſci non valeat, huiuſmodi Controuerſia ex facti Circumſtantijs, peculiaribuſque Coniecturis veniat dirimenda, itavt prudens, & æquus Iudex talem initum fuiſſe contractum exiſtimet, qualis probabiliter ſuadetur, perpenſis omnibus, quæ vel perſonam Dantis, vel Recipientis merita, & qualitates, vel tempus, vel actus ipſos cōtemporaneos concernunt, ità magiſtraliter docet *Bart. in d. l. cum quid num. 11. verſ. Sed ſi ſimpliciter, ibique Alciat. num. 58. cum duob. ſeqq. ff. ſi cert. petat. cum alijs Concordantibus relatis in Romana ſcut. 4000. 4. Iulij 1635. coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 692. ſub num. 19. repetita in recen. deciſ. 69. eodem num. 19. par. 7. & in Romana Pecuniaria 17 Martij 1647. Coram Reuerendiſſimo Tarraconen. ſub §. 1.*

In propoſito autem Caſu plures, atquè vrgentes facti Circumſtantiæ, & Coniecturæ perpenſæ fuerunt, quæ mutuum, vel depoſitum omnino excludentes liberam viſæ ſunt præſeferre donatio-
2 nem: Præmiſſis enim arctiſſima Amicitia, & Sanguinis Coniunctione, quæ inter dantem, & recipientem intercedebant, vt conuincunt mutuæ vtriuſque Epiſtolæ ſub diuerſis temporibus exara-
3 tæ, eorumdemque nobilitate, ac dignitate, cum Lucas tunc eſſet (vt dictum eſt) Dux Reipublicæ Ianuenſis, & Ditiſſimus, Horatius verò S. R. E. Cardinalis, quas qualitates pro euincen-
do

Digitized by Google

do donandi animo ponderarunt *Bart. in d. l. Cum*
qoid ſub d. num. 11. verſ. Item ſi erat fortè, ibique
Alciat. num. 59. Surd. conſil. 534. num. 40. & 41.
Card. Mantic. de tacit. lib. 12. tit. 19. n. 9. & tit. 22.
num. 7. cum alys adductis in dicta Romana ſent. 4000.
num. 20. tum 7. ſeqq. Superius relata verba dictæ
poſteriotis Epiſtolę poſt datum ordinem emiſſa,
ibi: *Senza però volere, ne pretendere da Sua Eminen-*
4 *za &c. ſolo la ſua gratia, e ſeruirlo*, præciſam ape-
riunt mandantis voluntatem, quod ſicut ex ſua
mera liberalitate non requiſitus, ſed proprio mo-
tu præfatam trium millium ſcut. numerationem
fieri iubebat,ità pariter numerandam quantita-
tem recipienti acquiri intendebat, vt nunquam
amplius ad ſe ipſum foret reuerſura; Hoc enim
abſolutè conuenit donationi, nam vt ait *Vulpia-*
nus in l. 1. in princ. ff. de donat. Dat aliquis ea mente,
vt ſtatim velit accipientis fieri, nec vllo Caſu ad ſe re-
uerti, & propter nullam aliam Cauſam facit, quam
vt liberalitatem, & munificientiam exerceat, hæc pro-
priè donatio appellatur; idemque ſubdit in ſubſe-
quenti §. *Igitur*, ibi: *& factum demonſtramus, quod*
ab eo proficiſcitur, qui liberalitatis gratia aliquid dat,
vt confeſtim faciat accipientis, nec vnquam vllo facto
ad ſe reuerti velit, cum cæteris congeſtis *Modern.*
Neapolitan. in ſumm. deciſ. tom. 3. tit. de donat. int.
vin. & donat. Cauſ. mort. 10. num. 1. vſque ad 9.
5 Attenta percipuè illa dictione taxatiuæ *Solo*, quæ
tanquam in fine poſita totam præcedentem qua-
lificat diſpoſitionem, & quamcunque aliam ex-
cludit Cauſam, vel remunerationem *l. non ſolum*
§. tale ff. de liber. legat. Perindè ac ſi Lucas dixiſſet,
ex cauſa huius ſolutionis nolo, quod Cardinalis
mihi ad aliud teneatur, quam ad ſuam præſtan-
dam gratiam.

Quod clarius comprobatur ex præcedenti ob-
latione, dùm recipiens erat tantùm Epiſcopus;
Iſta enim cum diuerſis Cauthelis mutuum redo-
lentibus facta fuit, ibi: *V. S. gle li dia conprender-*
ne riceuuta, e obligo come parrà à V. S. perche me li
renderà quando più commandarà, e gli ſarà di guſto;
6 Vndè dum in dicta poſteriori Epiſtola non ſolum
omnia præfata omiſit, ſed verba omnimodam
largitatem præſeferentia adiecit, & aſſiagitatam
prius reſtitutionem in hac non requiſiuit, ſed
dumtaxat recipientis beneuolentiam peroptauit;
Vtiquè ex huiuſmodi diuerſo modo offerenti
enumerata pecunia non animo repetendi, ſed
gratuito donandi verè tradita fuiſſe cenſetur, vt
ponderat *Surd. d. conſil. 534. ſub num. 29. verſ. po-*
ſtremò quod dates Rota in d. Romana Sent. 4000. ſub
num. 41. verſ. præſertim vero, & num. 42. Prætenſ-
ſio autem, quod verba dictæ poſterioris Epiſtolæ
ſint curialia, & officioſa in propoſito non ſubſi-
7 ſtit; Tum quia non fuerunt emiſſa cum ipſo Car-
dinali recipiente, ſed cum tertio, nempè Mauri-
tio, cui eius animum apertè declaraſſet, provt
ſecerat in antecedenti, ſi mutuare intendiſſet, ex
8 adductis per *Odd. conſil. 64. num. 81. & 82.* Tum
etiam quia verba tunc conſiderari ſolent vti offi-
cioſa quando cum eis non concurrit aliquis actus
poſitiuus, in quibus terminis loquuntur *Coru.*
conſil. 129. num. 7. lib. 3. Ladertb. conſil. 101. ſub
9 *num. 1. alyque ab altera parte allegati*; Secus autem
quando cum eis coniungitur (provt hic) tradi-
tio rei; hoc enim caſu non amplius poſſunt dici
officioſa, & curialia, cum executio oſtendat op-
poſitum, vt optimè declarat *Modern. Mantuan.*
contr. for. cap. 120. num. 49. Idquè certius conuin-
citur ſiuè ex ſubſequenti declaratione facta ab
eodemmet Luca in alia Epiſtola ſub die 6. Ianua-
rij 1646. ibi: *Il Signor Cardinale non hà altra, ne*
magiore obligatione meco, che di honorarmi di ſuoi
commandi &c. ſiue ex confeſſione Laurentij illius
filij, nunc in Cauſa Actoris, qui viuente Cardi-
nali explicite faſſus fuit, dictas pecunias illi fuiſ-
10 ſe donatas, *Summar. hæredis num. 4. & 7.* Ex ſub-
ſequentibus enim optimè dignoſcitur qualis fue-
rit Animus in antecedentibus *l. ſed & Iulianus §.*
Proindè ff. ad macedon. l. ſi ſeruus plurium §. fin. ff.
11 *de legat. 1.* Et confeſſio filij magnum facit admi-
niculum contra Patrem, cuius voluntatem
præſumi debet ab ipſo non ignorari, vt benè in
ſimilibus terminis notauit *Alexan. cōſ. 69. n. 5. lib. 2.*
cum alys relatis per Menoch. cauſ. 1153. n. 14. & 15.

Valde etiam vrget occaſio, quæ ſolutioni Cau-
ſam dedit, nempè Promotio recipientis ad Car-
dinalatum, & maior indè ſpes à Luca concepta,
ac in dicta Epiſtola cum maxima Animi alacrita-
te ſignificata, Solet enim huiuſmodi Perſonarum
gratia, & beneuolentia nedùm actuali, & conti-
nuo ſeruitio, ſed etiam muneribus occupari, at-
que ideò exindè proportionata, & veriſimilis ad
fuiſſe videtur occaſio, quæ Lucam ad donandum
potius quam mutuandum impuliſſe cenſetur; Ad
12 eliciendam enim voluntatem agentis ſemper re-
currendum eſt ad Cauſam motiuam diſpoſitionis,
à qua ipſa diſpoſitio regulatur, extenditur, &
ampliatur, vt optimè ponderatur in *dicta Romana*
Sent. 4000. coram bon. mem. Merlino ſub n. 27. verſ.
Tertia Coniectura eſt cum trib: ſeqq.

Accedunt pariter, tàm taciturnitas ipſius Lu-
13 cæ, qui donec vixit Cardinalis nunquam dd. pe-
cuniarum reſtitutionem petijt, ſiuè iudicialiter,
ſiue extraiudicialiter, vt animaduertitur in *eadem*
Romana Sentorum 4000. num. 36. vbi admiſſa fuit
14 taciturnitas per duos tantum annos, & in *d. Ro-*
mana Pecuniaria Coram Reuerendiſſimo Tarraconen.
§. Secundam recenſebant; Quam etiam aſſertio di-
cti Mauritij, quod ipſe Lucas, & Petrus Iuſtinia-
nus amis Conſanguineus concurrebant inuicem
liberali emulatione erga Cardinalem *d. Summar.*
num. 5. vt verificetur itaque terminus iſte concur-
ſus, & emulationis pernecеſſe ſequitur, quod ſi-
cut Petrus donauerat, ita pariter Lucas donare
15 voluerit, præſertim cum non ſolum pari nobili-
tate, & diuitijs, ſed ſublimioris gradus dignita-
te præfulgeret, quod pro iudicanda mente, &
voluntate diſponentis multum inſeruit *Aldobr.*
conſil. 99. num. 21. lib. 1.

Pręterea plures concurrunt declarationes emiſ-
ſæ a Cardinali de donatione ſibi facta à Luca, &
honorifici tractatus hac expreſſe de cauſa ab
eodem habiti erga Laurentium Lucæ filium, nec
16 non eiuſdem Cardinalis commemoratio in arti-
culo mortis totius æris, alieni, quod relinque-
bat, nulla facta mentione de huiuſmodi pecunia-
rum ſumma; Integerrima enim, & ſemper per-
ſpecta innocens Religioſiſſimi Cardinalis Con-
ſcientia, tam notabilem pecuniarum quantitatē
ſilentio nullatenus prætерijſſet, ſi dono verè ac-
ceptam non habuiſſet, præſertim in extremo vitæ
diſcrimine, in quo æternæ ſaluti ſedulo inuigi-
lans vir probitate, & ſcientia inſignis ſe ſe qua-
cunque etiam minima, leuique culpa exonerare
voluiſſe cenſetur, adeò ut ſicut de alijs debitis
quantumuis exiguæ, & paruæ quantitatis men-
tionem fecerit; Ita etiam de controuerſa feciſſet,
ſi dubitare potuiſſet, eam ſibi non fuiſſe donatā,
ſed mutuatam, vt in ſimilibus terminis dixit *Ro-*

ta in

Digitized by Google

ta in Vrbeuetana Cenſus 22. Iuny, & 17. Decembris 1635. ac 18. Aprilis 1636. coram bon. me. Moimanno in recent. dec. 72. num. 2. cum ſeqq. dec. 81. num. 7. & 8. & dec. 119. num. 2. par. 7. & in Romana Fructuum Cenſus 11. Decembris 1645. coram me §. eoque
17 *magis*; Et licet donario principaliter metienda
18 videatur ab Animo dãtis, Attamen præter quod ex Animo etiam recipientis Rota deduxit Coniecturam Donationis ſi in ipſo (pront hic) nobilitatis, bonæ famæ, ac morum, & integriratis certa qualitas concurrat, vt in *dicta Romana Scutorum 4000. num. 43.* In caſu noſtro Animus recipientis habet concomitantiam præſumptæ voluntatis ipſiuſmet dantis, quæ ex ſupradictis ſaltem omnibus ſimul iunctis concludenter reſultat, cum tamen ſatis ſit reddere dubiam probationẽ
19 Actoris, vt obtinere non valeat, ex quo Agens ex mutuo plenè, & concludenter illud probare tenetur *l. Actor 23. vbi Bald. in princ. C. de probat. Pacian. hoc tract. lib. 1. cap. 68. num. 53. & in his terminis Rota in d. Romana Scut. 4000. num. 67. & in dicta Romana Pecuniaria §. 6. fuit in fine.*

Nec ſubſiſtit, quod Poſterior ordo emanauerit in confirmationem præcedentis loquentis de mutuo, ob illa verba, ibi: *Voglio credere, che V. S. debba hauer fatto l' offerta al Signor Cardinal noſtro ſecondo l' ordine che gle ne diedi meſi ſono &c. quando nõ*
20 *ne confermo à V. S. l' ordine, & è &c.* Ideoque in ipſo eadem Cauſa reperita dicatur addita ſolum maiori quantitate ex *Caſtr. conſil. 418. per tot. par. 2.*

Quia præter quod diuerſitas notabilis ſummæ, & qualitatum in dicta Poſteriori Epiſtola ſub die 10. Martij 1645. expreſſarum nullo modo compatibilium cum prçcedenti ſub dicta die 28. Octobris 1644. præſumere facit, quod poſtremus ordo non referatur ad iſtam cum cauthelis, & reſeruationibus mutuum redolentibus exaratam, ſed ad aliam intermediam, quæ dd. vltimæ ſub dicta die 10. Martij 1645. conueniat in ſumma, &
21 qualitatibus; Dum ordo poſterior continet verba Donationem præſeferentia, ipſi inhærendum eſt, non autem priori relato, *Card. Seraph. dec. 1083.*
22 *num. 4.* Cumque ex ſupra ponderatis clarè prorſus appareat, Diſponentem aliter voluiſſe diſponere in ordine referente, quam diſpoſuerat in relato, ille non autem iſte videtur attendendus, vt ex Decio firmat *Peregr. de fideicom. art. 16. n. 111. verſic. limita niſi* quem refert, & ſequitur *Add. ad bon. mem. Buratt. dec. 52. n. 13.* Præſumitur enim, quod ſcuta mille, quæ Lucas mandauerat ſolui Horatio tũc Epiſcopo ex Cauſa mutui poſt quinque menſes ipſa cum alijs ſcutis bis mille intelligi voluerit donata eidem Horatio tũc inter Cardinales adſcripto, dum ex prædictis tam apertè deſumitur donandi animus.

Nec refert, quod Cardinalis quietantiam fe-
23 cerit Mauritio de pecunia recepta, quodque Lucas in ſuis Codicibus familiaribus poſt aliquot dies illum ſcripſerit debitorem. Quia vtrumque reijcitur in *dicta Romana Scut. 4000. num. 42. verſ. Nullius comprobata in dicta Romana Pecuniaria §. non obſtat numeratio*, ex quo ſcilicet geſta præſumun-
24 tur in ordine ad capſorem; Et in omnem euentum illis perualere debent tot aliæ Coniecturæ ſupra ponderatæ, & deſumptæ ex verbis ipſius ordinis, diuerſitate diſponendi, Cauſa diſpoſitionis, & actibus ab vtraque geſtis tam contemporaneè, quam poſt factam numerationem, ex quibus non mutuandi, ſed donandi certus Animus, & voluntas elicitur.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FRVCTVVM CENSVS.

Ven. 30. Maij 1653.

ARGVMENTVM.

Eccleſia, quæ cum beneplacito Apoſtolico ſuper eius bonis Cenſum impoſuit, cum pacto, quod in caſum redemptionis fieri deberet depoſitum ad effectum reinueſtiendi pro fideicommiſſarijs non liberatur ſi ſimpliciter ſoluat Creditori, licet pecuniæ fuiſſent poſtea per Creditorem reinueſtitç, & inueſtimentũ euanuerit, & licet in Beneplacito, & licentia Apoſtolica, non fuerit expreſſum onus faciendi depoſitum, & ex quibus deducatur onus depoſiti fuiſſe magis iniunctum Eccleſiæ ſoluenti, quam Creditori recipienti?

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum Apoſtolicum niſi fuerit obtentum in Creatione Cenſus ab Eccleſia impoſiti, Cenſus non ſuſtinetur.*

2 *Clauſula* tenoris &c. *indicat actualem, & realem fuiſſe factam.*

3 *Obſeruantia contractus facit præſumere illum fuiſſe ritè, & rectè geſtum ſeruatis omnibus ſolemnitatibus requiſitis.*

4 *Probatio non præſumptiua ſed plena reſultat ex pluribus ſimul iunctis.*

5 *Pactum in Inſtrumento Cenſus appoſitum, quod debitor in caſu redemptionis teneatur facere depoſitum ad effectum reinueſtiendi pecuniam directè impedit facultatem redimendi, nec immutat naturam contractus Cenſualis.*

6 *Pactum, quod Eccleſia in caſu redemptionis Cenſus teneatur facere depoſitum ad effectum reinueſtiendi pecuniam non eſt illi præiudiciale, cum eadem facilitate fit depoſitum, qua fit ſolutio, imò eſt ei fauorabile.*

7 *Pactum quod Eccleſia non erat præiudiciale, ſed fauorabile, non erat Pontifici exprimendum, quia non retraxiſſet, ſed incitaſſet ad conceſſionem Beneplaciti.*

8 *Beneplacitum Apoſtolicum obtentum pro venditione, non extenditur ad pactum retrouendendi, niſi exprimatur.*

9 *Pactum retrouendendi immutat naturam Venditionis, & potens fuiſſet Principem retrahere ſi ei fuiſſet expoſitum.*

10 *Procurator ſibi imputare debet, ſi ſciens legem contractus, quam ipſe ſtipulatus fuerat, & ex qua contins agendo poterat præiudicium euitare illam ſeruare neglexit.*

11 *Pactum faciendi depoſitum adiectum in Inſtrumento, dum non eſt adimplendum poſt factam ſolutionem, eius implementum ſpectat ad Creditorem recipientem, non autem ad debitorem ſoluentem.*

12 *In vno eodemq; Inſtrumento, non datur prius, ac poſterius, ſed omnia Iuris Cenſura, cenſetur ſimultaneè coniuncta.*

13 *Onus depoſiti cenſetur iniunctum debitori, dum ipſe ex Verbis Inſtrumenti dumtaxat liberationem conſequebatur facto depoſito.*

14 *Dictio* ita tamen *totam præcedentem diſpoſitionem modificat, & declarat.*

15 *Implementum per æquipollens allegari non poteſt, dum exinde non ſequitur idem effectus.*

DECISIO CCCCXX.

EX defectu non ſeruatæ formæ adiectæ in Teſtamento Io: Antonij Senioris, & in Inſtrumento

Crea-

Digitized by Google

Creationis Cenſus, de quo agitur in *deciſ. 22. Iu-
nij 1646. coram me* dixerunt Domini Mandatum
A. C. eſſe exequendum, idemque hodiè reſpon-
derunt, Cauſa ter propoſita.

Nec ſubſiſtit, quod ſuper dicta Creatione non
1 interuenerit Beneplacitum Apoſtolicum, ideo-
que obſtet Diſpoſitio *Extrauag. ambitioſæ de reb.
Eccleſ. non alienan.*

Quia plura concurrunt, quæ illius exiſtentiam
concludenter iuſtificare videntur, & ſignanter
eius repetitio facta ab ipſomet Procuratore Ge-
nerali Ordinis dd. Canonicorum in actu petendi
licentiam pro Impoſitione dicti Cenſus à Cardi-
nale Protectore, cui directum fuerat, quæ in his
verbis ſupponit eius dimiſſionem penes acta No-
tarij rogati, ibi: *Repetijt Breue S. D. N. ſub Da-
tum Romæ apud S. Petrum die 4. dicti menſis Martij*
1586. *dicto Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Car-
dinali præſentatum, & in actis mei dimiſſum &c.
Summario Buſchæ num.* 2. Atteſtatio eiuſdem Car-
dinalis Protectoris, qui concedendo dictam li-
centiam profeſſus fuit vidiſſe, & conſideraſſe
omnia pro exequutione dicti Breuis neceſſaria,
illiſque viſis, & conſideratis iuxtà eius formam
dictam licentiam conceſſit *eodem num.* 2. Reitera-
tæ confeſſiones, tam dicti Procuratoris Genera-
lis, quam eorumdem Canonicorum emiſſæ in In-
ſtrumentis dictæ Impoſitionis, eiuſque ratifica-
tionis capitulariter factæ, in quibus vlterius No-
tarius ſubdit, ſibi originaliter exhibitum, & tra-
2 ditum cum Clauſula *tenoris &c.* dicto *Summario
num.* 3. quæ realem, & actualem indicat factam
fuiſſe illius productionem, *Gratian. diſcept.* 121.
num. 33. *Buratt. deciſ.* 730. *num.* 3. *Add. ad Gregor.
deciſ.* 59. *nu.* 13. *Rota in Romana Locorum Montium*
3. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Meltio §. Validi-
tas verſ. viſum etiam*; & deniquè ſubſecuta obſer-
uantia reſultan. non ſolum ex ſolutionibus Fru-
ctuum, ſed etiam ex reſtitutione ſortis facta
in actu ſupradictæ extinctionis, quæ facit præſu-
3 mere actum fuiſſe ritè, & rectè geſtum, ſeruatis
omnibus ſolemnitatibus, ex adductis *in Narnien.
Bonorum* 19. *Iunij* 1617. *coram Sacrato in recent. dec.*
4 694. *num.* 2. *par.* 8. *recen.* Ex pluribus autem ſimul
iunctis non præſumptiua, ſed plena reſultat pro-
batio, *Bald. conſil.* 3. *num.* 4. *lib.* 3. *Soccin. Iun.
conſil.* 32. *num.* 24. *& conſil.* 39. *num.* 14. *lib.* 2. *Ro-
man. conſil.* 7. *num.* 3. *Cyriac. contr.* 291. *num.* 21.
bon. mem. Coccin. deciſ. 297. *num.* 2. *cum alijs allega-
tis in Romana Diuiſionis* 20. *Iunij* 1640. *corā R. P. D.
meo Bichio §. Nec obſtat, & in ſimilibus terminis in
Colonien. Vicariæ* 24. *Ianuarij proximè præteriti coram
R. P. D. meo Meltio.*

Non obſtat, quod in dicto Breue, neque in
prædicta licentia inſertum fuerit dictum pactum
faciendi depoſitum ad effectum inueſtiendi pro
fideicommiſſarijs.

Quia, vt reſpondetur in dicta *Deciſione §. Quod
5 autem cum ſeqq.* huiuſmodi pactum nec directè,
neque indirectè impediebat facultatem redimen-
di, nec mutabat, aut alterabat naturam Con-
6 tractus, minuſque erat Canonicis præiudiciale
cum eadem facilitate fiat depoſitum, qua fit ſo-
lutio, quinimò erat admodum fauorabile, cum
plura pericula potuiſſent incurri in libera ſolu-
tione, quam in Depoſito, ex quo in hoc non erat
indaganda perſona cui fieri debuiſſet ſolutio,
prout indaganda fuiſſet in libera ſolutione, quæ
fieri debebat in manibus fideicommiſſarij, &
propter hanc maiorem ſecuritatem reſultantem
ex depoſito paſſim Debitores malent deponere,
7 quam ſoluere; Dum autem pactum non erat præ-
iudiciale, ſed fauorabile, non erat Pontifici ex-
ponendum, quia non retraxiſſet, ſed inuitaſſet
ad conceſſionem Licentiæ, *cap. poſtulaſti de Re-
ſcript. Fælin. in cap. ſuper litteris num.* 2. *eod. tit.
Soccin. Sen. conſil.* 164. *nu.* 3. *lib.* 2. *Cæſar. de Graſſ.
dec.* 119. *alias* 8. *num.* 1. *& ſeq. de preben. Rot. de-
ciſ.* 73. *de reſcript. in antiqu. coram Pan. deciſ.* 198.
num. 9. *&* 10. *& deciſ.* 206. *num.* 23. *& coram bon.
mem. Merlino deciſ.* 243. *num.* 5. *&* 6. Vndè non
8 applicatur ſimile de pacto retrouendendi, ad
quod non extenditur Aſſenſus venditioni præſti-
tus, niſi exprimatur ex *Surd. deciſ.* 220. *num.* 5. *&
9 Gizzarell. deciſ.* 67. *nu.* 4. Cum illud alteret ſub-
ſtantiam Contractus, & potens ſit retrahere Prin-
cipem, quorum neutrum conſiderari poteſt in
pacto de quo agitur; Præiudicium verò deducen.
ex huiuſmodi neceſſitate deponendi, vtpotè me-
rè euentuale oriens potius ex incuria, & negli-
gentia Procuratoris, quam ex natura pacti non
eſt conſiderabile, & ſibi imputet Procurator qui
10 probè ſciens, leges Teſtamenti, & Impoſitio-
nis, quam idemmet ſtipulatus fuerat, illas ſer-
uare neglexit, ex quibus cautius agendo potuiſ-
ſet præiudicium euitare, vt probat *text. in §. ſi ve-
rò non fecerit Auth. de hæred. & falcid.* ibi: *Sed da-
bit ei pœnam exactio ſuæ malignitatis cum traſcenderit
leges, ex quibus cautè omnia agens nihil poterat dam-
nificari, quem expendit Rota in Viterbien. Caſtrorum*
11. *Martij* 1626. *coram bon. mem. Coccino in recent.
deciſ.* 4. *num.* 16. *par.* 5.

Nec refert, quod duo ſint pacta appoſita in
Inſtrumento dictæ Impoſitionis inter ſe diſtincta,
& ſeparata, alterum reſpiciens formam redem-
ptionis, pro cuius adimplemento contrahentes,
nihil aliud voluerunt, quam, vt fieret Reſtitutio
integræ ſortis vna cum fructus vſquè tunc decur-
ſis, alterum verò reſpiciens Depoſitum pecuniarū
ad effectum illas inueſtiendi cum iiſdem Vincu-
lis, & Conditionibus, quod tanquam politum
11 independenter à primo, & adimplendum poſt fa-
ctam ſolutionem, eius Implementum ſpectaret
ad Creditorem recipientem, non autem ad Cano-
nicos ſoluentes.

Quia præter quod in vno, eodemque Inſtru-
12 mento non datur prius, nec poſterius, ſed om-
nia Iuris Cenſura cenſentur ſimultaneè coniun-
cta *Bart. in l. Contractus n.* 5. *&* 6. *C. de fid. Inſtr.
Cagnol. in l. ſecta num.* 157. *ff. ſi cert. pet. Surd. conſ.*
217. *num.* 9. *Rota in Romana Saluiani de Caſalibus*
11. *Martij* 1643. *coram R. P. D. meo Peutingerio
§. Hinc non obſtat*; Obiectum corruit ex clara, &
oculari lectura ipſius Inſtrumenti, vbi poſt ad
ſcriptam facultatem redimendi, & adiectum pa-
ctum deponendi ſequuntur hæc verba ibi: *Ità ta-
men quod facto dicto Depoſito ex parte dictæ Congre-
gationis, & Canonicorum modo, & forma prædictis
dicta Congregatio, & Canonici ſint, & cenſeantur li-
13 beri, & ad aliquid aliud non teneantur &c.* Hinc
enim ſatis aperta eruitur Contrahentium intentio
iniungendi onus deponendi, ipſimet Congrega-
tioni, & Canonicis, dum ipſi tunc ſolum libera-
tionem conſequebantur quando depoſitum ex eo-
rum parte, modo, & forma prædictis, nempè ad
effectum Inueſtiendi pro fideicommiſſarijs actua-
liter factum eſſet, prout in Teſtamento, & ibidem
14 cauebatur, Dictio enim illa, *Ita tamen*, totam
præcedentem diſpoſitionem modificat, & decla-
rat, *Surd. conſil.* 315. *num.* 29. *Capic. deciſ.* 108.
num. 6.

Digitized by Google

numer. 6. cum ſeqq. Card. Seraphin. deciſ. 447. num. 3.

Cæterum nec refragatur repetitum Implementum per æquipollens, ex quo pecuniæ per Canonicos reſtitutæ ab Enea reinueſtitæ fuerunt in alio Cenſu: Quia cum huiuſmodi Inueſtimentum euanuerit, ex quo fuit factum ſine vllo onere fideicommiſſi propter liberam ſolutionem factã à Canonicis, quæ fuit origo totius mali, alle-
15 gari nequit adimplementum per æquipollens, dum exindè non ſequitur Idem effectus ex authoritatibus allegatis in dicta *deciſ. §. demum nihil relenat*.

Et ita Domini ſteterunt in deciſis vtraque parte Informante &c.

BONONIEN. PECVNIARIA.

Luna 16. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Maritus, dum habebat ab Vxore generale mandatum ad adminiſtrandum omnia illius bona extra dotalia probato quod aliqua bona particulariter adminiſtrauerit, exindè generalis adminiſtratio præſumitur, adeo vt ipſe, vel eius Hæres de vniuerſis bonis teneatur Vxori rationem reddere, quæ generalis adminiſtratio probata in præteritum, dicitur etiam probata, & continuata in futurum vſque ad mortem, vſquequo probetur mandatum fuiſſe reuocatum, & ex quibus illius reuocatio præſumatur?

SVMMARIVM.

1 *Adminiſtratio probatur ex Inſtrumentis locationum factarum ab Adminiſtratore, quæ fuerint effectuatæ mediante perceptione affictuum.*

2 *Maximè accedente mandato ipſiuſmet Domini ad adminiſtrandum.*

3 *Mandatum ad adminiſtrandum bona præſumitur continuatum, donec reuocatum probetur.*

4 *Maritus ex bonorum locatione facta nomine Vxoris ſemper dicitur adminiſtraſſe tamquam illius Procurator, licet in dicta locatione comprehenderentur etiam aliqua bona propria eiuſdem mariti.*

5 *Adminiſtrator voluntarius, non autem neceſſarius regulariter rationem reddere non tenetur, niſi de adminiſtratis.*

6 *Maritus, dum conſtat de generali mandato ei per Vxorem dato ad adminiſtrandum omnia ſua bona extradotalia probato aliquo actu particulari tantum cenſetur generaliter omnia bona adminiſtraſſe.*

7 *Actus particularis non attenditur, ſed cauſa vniuerſalis.*

8 *Teſtes deponentes de certa ſcientia, & quorum dicta adminiculantur ex Inſtrumentis optimè probant.*

Item ſi roborentur Iuris præſumptione, & ex ſolito ibidem.

9 *Adminiſtratio facta in præteritum arguit adminiſtrationem in futurum.*

10 *Maritus bona extradotalia Vxoris ſolet adminiſtrare.*

11 *Teſtes examinati in Iudicio Criminali pro informatione Curiæ, & ſine Citatione partis non probant in Ciuili.*

12 *Confeſſioni partis potius eſt deferendum, quam Teſtibus contrarium deponentibus.*

13 *Teſtibus potius creditur circa ea, quæ deponunt in interogatorijs, quam teſtificatis ſuper Articulis.*

14 *Adminiſtrare dicitur etiam ille, qui per alium adminiſtrat.*

15 *Mandatum ab Vxore factum Viro ad adminiſtrandum ſua bona extradotalia, non cenſetur reuocatum ex eo, quod Vxor adminiſtrationi ſimpliciter præfuerit, neque ipſa adminiſtrauerit.*

16 *Mulier, quæ adminiſtrationi omnium bonorum, tam propriorum Viri, quam ſuorum extradotalium præfuit, ſicuti non cenſetur ex hoc bona Viri adminiſtraſſe, ita nec ſua extradotalia, ſed ſimpliciter præfuiſſe illorum adminiſtrationi à viro dependente.*

17 *Teſtes deponentes inueriſimilia, & ſibi metipſis contrarij omnem fidem amittunt.*

18 *Teſtes numero plures, & coniecturis adminiculati, ſunt præferendi paucioribus non adminiculatis, & incongruam rationem adducentibus ſuarum depoſitionum.*

19 *Infirmitas, quæ in præteritum non fuit impedimento ad impediendam adminiſtrationem non cenſetur eſſe impedimenti ex poſt, niſi grauior probetur effecta.*

20 *Podagra non impedit adminiſtrationem, aliaque munia patrimonialia, ſed ſolum corporalia.*

21 *Actus æquiuocus nullius eſt relenantia, ad effectum probandi adminiſtrationem bonorum.*

Pars II.

DECISIO CCCCXXI.

SEntentia Rotalis condemnans Beccadellum hæredem Laurentij Bonſignorij ad ſolutionem libr. 30. mille ex Cauſa adminiſtrationis bonorum extradotalium Geſiæ Vxoris geſtæ à dicto Laurentio illius Viro ab anno 1621. & continuatæ vſque ad annum 1637. quo ipſe deceſſit, hodiè fuit confirmata.

Quoniam huiuſmodi Continuatio ſatis ſuper-
1 que probatur ex duobus Inſtrumentis, altero locationis dd. bonorum factæ ad Nouennium à dicto Bonſignorio de anno 1622. effectuatæ mediante perceptione affictuum, comprobatur ex verbis alterius ſequentis Inſtrumenti, ibi, *Cum ſolutione tunc facta &c.* & altero diſtributionis eorumdem Affictuum in certas pagas do ann. 1626. *Summar. Geſiæ num. 3.* quæ indubitatam præſeferunt Viri adminiſtrationem *l. Codicillis* 91. §. *Inſtituto filio ff. de leg. 2. cum alijs latè congeſtis in deciſione in hac Cauſa emanata coram Eminentiſſimo D.*
2 *Cardinali Ottibobono* 10. *Ianuarij* 1650. §. 1. Accedente præſertim eius præcedenti mandato iuſtificato ex confeſſione ipſiuſmet Bonſignorij emiſſa in alio antecedenti Inſtrumento anni 1651.
3 quod hodiè non controuertitur, quod præſumitur continuatum, donec reuocatum probetur, *l. ſi quis alius 27. §. qui mandatum ff. mandat. Bald. in cap. ea parte num. 13. de reſcript. Card. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 22. num. 1. Rota dec. 387. num. 24. par. 5. recent.*

Non obſtat, quod in dicta Locatione comprehenderentur etiam quædam bona propria Viri, eamque fecerit maritus nomine ſuo, & Vxoris; Quia quidquid ſit, An hoc iuſtificetur, ſatis eſt,
4 quod ibidem comprehenſa fuerint aliqua ad Geſſiam ſpectantia ad effectum, vt ex ipſa Locatione facta etiam nomine Vxoris verificatum remaneat, ipſum ea bona adminiſtraſſe tanquam illius Procuratorem, *Dec. conſ. 510. num. 4. Bero. conſil. 199. num. 3. & 7. lib. 1. cum alijs allegatis in Romana, ſeu Veliterna Affictus 13. Ianuarij proximè præteriti coram R. P. D. meo Bichio §. Tantum autem.*

Nõ obſtat, quod nõ verſemur in Adminiſtrato-
5 re neceſſario, ſed voluntario, qui regulariter non tenetur reddere rationem, niſi de adminiſtratis

ex deductis in *Romana Domus 17. Martij 1649. coràm eodem D. meo Bubio §. Non alterum*; Vrgeret
enim niſi ex dicta Confeſſione Boniſignorij aperte
conſtaret de generali mandato ei dato per
Vxorem ad adminiſtrandum omnia ſua bona,
6 hoc enim ſtante, ſufficit docere de aliquo parti-
culari actu ad effectum præſumendi, ac probandi
vniuerſalem adminiſtrationem cum attendatur
7 potius Cauſa vniuerſalis, quam ipſe actus par-
ticularis, vt reſponſum fuit in *Romana Locorum
Montium 4. Iulij 1640. coram bon. mem. Coccino, &
in Marſicen. Iuriſdictionis 17. Iunij 1647. pariter co-
ram R.P.D. meo Bichio §. & vltro.*

Et hanc generalem adminiſtrationem viri con-
tinuatam vſquè ad obitum probant Teſtes pro
Geſſia examinati, qui etiam coarctant negati-
uam excluſiuam eius adminiſtrationis, excepto
tantum quodam Horto nuncupato di Calamo-
8 ſco; Quorum dicta ſunt attendenda; Tum quia
deponunt de certa ſcientia, *Rot. dec. 243. n. 12. par. 6
deciſ. 270. num. 1. & dec. 283. num. 2. par. 7. recent.*
& adminiculantur à præfatis Inſtrumentis, *Rota
deciſ. 147. num. 3. par. 1. recent. & coram San. mem.
Gregor. deciſ. 340. num. 6.* Tum quia roborantur
Iuris præſumptione, quæ ex adminiſtratione in
9 præteritum arguit adminiſtrationem in futurum,
*Rota dec. 237. num. 2. & deciſ. 321. num. 4. par. 1.
10 recen.* Tum denique quia iuuantur à ſolito, quod
Viri adminiſtrent bona extradotalia Vxorum,
*Rota deciſ. 343. num. 3. par. 4. recen. cum alijs in d.
dec. §. eadem verò adminiſtratio.*

Nec obſtant Teſtes pro altera parte adducti;
11 examinati enim in Iudicio Criminali pro Infor-
matione Curiæ ſine Citatione partis non probant
in Ciuili, vt comprobatum fuit in alijs *deciſioni-
bus huius Cauſæ coram R. P. D. meo Bichio 26. Maij
1645. §. Aſſertum verò infra verſ. Teſtes tandem, &
19. Ianuarij 1646. ſub §. minus vrgent, & coram
12 D. Card. Ottobono §. Neque obſtant*; Illis verò cum
Remiſſoria A. C. negantibus, adminiſtrationem
geſtam à Laurentio anno 1620. repugnat penitus
propria confeſſio ipſius Laurentij emiſſa in dicto
Inſtrumento anni 1621. cui potius, quam dictis
teſtibus videtur deferendum, *vt reſpondetur in di-
cta Deciſione D. Cardinalis Ottboboni dicto §. nequè
obſtant, verſic. ſed etiam quia*; Alij verò poſtremò
examinati cum Litteris Remiſſorialibus Rotæ po-
tius retorquentur contra producentem, dum ex-
preſsè fatentur, quòd Laurentius erat Dominus,
& vniuerſaliter adminiſtrabat omnia bona, quod-
que vt ipſi referunt: *Quello ordinaua il Signor Lo-
13 renzo ſi faceua, & eſſeguiua*; Cumquè præfata
deponant in Interrogatorijs, ipſis ſtandum eſt po-
tius, quam teſtificatis ſuper articulis, vt dixit
*Rota deciſ. 774. num. 3. par. 3. recent. & in Elnen.
Iuriſdictionis 19. Iunij 1647. coram Reuerendiſſimo
D. meo Decano §. final verſ. Nequè Teſtes.*

Non obſtante, quod Geſſia, vt prætenditur,
exegerit redditus bonorum, retinuerit Crume-
nam, & ſatisfecerit, ac ſoluerit Creditoribus, &
domeſticis: Quia cum dicti Teſtes vlterius de-
ponant, ipſam non diſpoſuiſſe de dictis bonis,
vel pecunijs ad ſui libitum, illas conuertendo in
proprios vſus, ſed eas expendiſſe ſemper de man-
dato Viri, ſignanter ſatisfaciendo eius Credito-
ribus, qui in faciem ipſius Laurentij receptas, &
quietantias faciebant, inferri non poteſt, niſi
quædam adminiſtratio ſubordinata, & depen-
dens ab adminiſtratione Viri, ſeù potius ſimplex
aſſiſtentia, quæ eo magis comprobat, ipſum
14 Virum adminiſtraſſe, cum dicatur adminiſtrare
etiam ille, qui per alium adminiſtrat, *l. Tres Tu-
tores §. non ſolum, & l. Ità autem §. geſſiſſe ff. de ad-
miniſtr. Tut. l. verò Procuratori ff. de ſolut. gloſſ. in l.
quicunque §. non tamen verſ. dumtaxat ff. de Inſtit.
act. Gratian. diſcept. 677. num. 23. cum alijs allega-
tis in dicta deciſ. R. P. D. mei Bichi ſub dicta die 19.
Ianuarij 1646. §. Cum preterea*; ſtant enim ſimul,
quod Vxor adminiſtrationi præfuerit, quodquè
15 Vir adminiſtrationem continuauerit, neque ex-
indè præcedens mandatum dicitur reuocatum,
*cap. ſi quem de procur. in 6. Pariſ. conſ. 88. num. 24.
& ſeqq. lib. 4.*

Præcipuè ponderando, quod ijdem Teſtes ſub-
16 dunt, mulierem præfuiſſe adminiſtrationi om-
nium bonorum, tam propriorum, quam Lau-
rentij Viri; Vndè ſicut abſurdum eſſet intelligere
eorum dicta de plena, & abſoluta adminiſtratio-
ne in bonis Laurentij, ità etiam in proprijs re-
ſtringi debent ad ſolam adminiſtrationem depen-
17 dentem à Viro, alias autem inueriſimilia depo-
nerent, & eſſent ſibimet ipſis contrarij, quod eis
tolleret omnem fidem, *Bald. conſ. 314. in fin. lib. 2.
Alexand. conſil. 2. num. 11. lib. 7. Pariſ. conſil. 58.
num. 80. lib. 4. San. Mem. Gregor. deciſ. 471. n. 5.*

Et in omnem Caſum Teſtes Geſſiæ cum ſint
18 numero plures, & adminiculentur tot Coniectu-
ris ſupra ponderatis ſemper eſſent præferendi de-
ponentibus pro Beccadello paucioribus, non ad-
miniculatis, & incongruam prorſus adducenti-
bus rationem ſuarum depoſitionum, dum aiunt,
Laurentium non potuiſſe adminiſtrare, ex quo
19 laborat podagra, & tamen cum aliundè probe-
tur huiuſmodi morbo laboraſſe etiam anno 1620.
ſicut tunc temporis talis Infirmitas non erat im-
pedimento, quia Laurentius bona extradotalia
adminiſtraſſet, ità etiam non verificatur, potuiſ-
ſe ab ea impediri poſt annum 1521. cum ab illis
præcisè non deponatur de maiori impedimento,
& grauiori infirmitate, *Gabr. conſil. 51. num. 30.
verſ. Tamen id non obſtat. lib. 1. Card. Mantic. de
tacit. lib. 7. tit. 22. num. 46. Card. Put. deciſ. 287.
num. 4. lib. 3. in corr. & deciſ. 100. num. 22. cum
20 ſeqq. par. 1. diuerſ.* Podagra enim non impedit
adminiſtrationem, aliaque munia patrimonia-
lia, ſed ſolùm Corporalia ad *text. in l. podagræ 3.
C. qui morb. ſe excuſ. lib. 10. Pariſ. de reſign. lib. 5.
part. 3. num. 42. relati in dicta deciſione ſuò §. æs
alienum.*

Deniquè nil facit, quod anno 1629. Geſſia
dederit ad ſocietatem animaliũ libras 400. Quia
cum illas congerere potuerit ex fructibus prædicti
Horti de *Calamoſco* ſibi reſeruatis, vel exindè non
21 reſultat, quod alia bona adminiſtrauerit, vel
ſaltem tanquam actus æquiuocus nullius eſt rele-
uantiæ *cap. Quoniam contra de probat. l. non fatetur
C. eod. cum vulgar.* Et hinc non obſtan. *Surd. conſ.
290. num. 25. Menoch. dec. Lucen. 69. num. 16. Fon-
tanell. de pact. nupt. Clauſ. 6. gloſſ. 2. par. 7. nu. 42.*
Quia procedunt (vt in eis legitur) quando con-
cludenter iuſtificatur ex actibus poſitiuis, quod
Vxor bona extradotalia adminiſtrauerit, vel
quod fructus de ipſius conſenſu in communes, &
promiſcuos vſus conuerſi fuerunt, contrarium
in caſu noſtro apparet ex latè firmatis in omni-
bus prædictis deciſionibus.

Ideoquè cum ex his appareat Iuſtitia Senten-
tiæ Rotalis, eiuſque validitas non reuocetur in
dubium, pro eiuſdem confirmatione reſolutum
fuit vtraque parte Informante, &c.

LVCA-

Digitized by Google

LVCANA BONORVM.

Veneris 20. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis etiam elapſo quadriennio probata tamen enormiſſima læſione, quæ leſio non conſideratur circa rem præſcriptã, ſed reſpectu totius Patrimonij, adeovt Eccleſiæ præſcriptionem paſſæ vltra rem præſcriptam, non remanet in bonis, vnde ſubſtentari poſſit; neque huiuſmodi reſtitutio peti poteſt contra Tertium poſſeſſorem, niſi prius excluſis bonis alienantium pro releuatione, & eorum hæredum hocque procedit etiam ſi ageretur contra aliam Eccleſiam, & quænam Eccleſia inter poſſidentem, & vindicantem bona agat de damuo vitando?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſuccurritur per reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptioaem longiſſimi temporis, & elapſo quadrienaia.*

2 *Declara tamen hoc procedere, quando docetur de enormiſſima læſioae.*

3 *Læſio enormiſſima, ad effectum obtiaendi reſtitutionem in integrum aduerſus præſcriptionem longiſſimam elapſo quadriennio, probanda eſt aon reſpectu ad rem præſcripram, ſed ad totum Patrimonium.*

4 *Amplia vt opus ſit, quod præſcriptionem paſſo vltra rem præſcriptam non remaneat, vnde viuere poſſit.*

5 *Reſtitutia non datur ſine læſione.*

6 *Petens reſtitui in integrum aduerſas præſcriptioaem, prius debet excutere bona alienantium, & eorum Hæredum pro ſua releaatione, antequam poſſit reſtitutioaem obtinere aduerſus tertium Poſſeſſorem.*

7 *Reſtitutia in integrum, quando agitur inter duas Eccleſias non datur contra illam Eccleſiam, quæ tractat de damno vitando.*

8 *Eccleſia illa dicitur tractare de damno vitando in concurſu alterius Eccleſiæ, quæ rem ſuam ammittit, & agit reiuendicatione contra aliam Eccleſiam.*

9 *Declara hoc intelligi, quando alia Eccleſia, à qua res vendicatur eam habuit titulo lucratiuo, ſecus ſi illam habuit titulo oneraſo.*

10 *Eccleſia illa præfertur, qua eſt rea, & conueaitur ab alia Eccleſia, & potior eſt illius Cauſa, quamuis vtraque Eccleſia agat de damno vitando.*

DECISIO CCCCXXII.

FVerat coram Me decisum 17. Iunij 1652. Eccleſiæ Sancti Petri maiori Lucen. competere reſtitutionem in integrum aduerſus Præſcriptionem ſeptuaginta quinquè annorum allegatam à Monaſterio SS. Bartholomei, & Pontiani poſſeſſore bonorum, de quibus agitur, ſed Cauſâ hodiè denuo diſcuſſa Domini receſſerunt à Deciſis.

Quamuis enim Eccleſiæ ſuccurri ſoleat per hu-
1 iuſmodi Reſtitutionem aduerſus præſcriptionem
etiam longiſſimam, cum de ſtylo Curiæ non attendatur lapſus quadriennij ex auctoritatibus in
2 deciſione allegatis; Hoc tamen intelligitur procedere quando docetur de enormiſſima læſione, vt originaliter declarat *gloſſ. in cap. 1. in fin. de reſtit. in integr. in 6. Dec. conſil. 36. circa finem, Iaſ. conſil. 55. num. 5. lib. 1. Odd. de reſtit. in integr. par. 1. quæſt. 19. art. 7. ſub num. 66. verſ. in contrarium eſt communis Gratian. diſcept. for. cap. 601. numer. 45. cum ſeqq. Rot. deciſ. 247. num. 8. part. 4. diuerſ. coram Pen. deciſ. 461. num. 5. & in recent.*

3 *deciſ. 484. num. 49. & 50. par. 6.* Quæ probanda
eſt non reſpectu ad rem præſcriptam, ſed ad to-
4 tum Patrimonium, itaut opus ſit, quod vltra
rem præſcriptam non remaneat præſcriptionem paſſo, vndè viuere poſſit, *Socc. Sen. conſil. 266. num. 24 & ſeqq. lib. 2. Natt. conſil. 525. num. 50. lib. 3. Gonzal. ſuper reg. 8. Cancell. gloſſ. 21. nu. 21. & ſeqq. vſque ad 28. Gratian. vbi ſupra cap. 148. num. 21. cum ſeqq. Rota deciſ. 428. num. 3. par. 1. diuerſ. & admiſit in d. deciſ. 284. ſub num. 50. par. 6. recent.*

Hoc autem Dominis hodiè viſum non fuit iuſtificatum, imò contrarium apparere, ex quo Priores Eccleſię, cuius nomine reſtitutio prætenditur, continuo commodè vixerunt ex redditi-
5 bus bonorum illius, & ſic cum ceſſet requiſita
Læſio, non datur in integrum reſtitutio, vt in terminis latè probatur in *deciſ. 428. num. 1. & 2. par. 1. diuerſ.*

Præterea competit Priori actio pro ſui releua-
6 tione contra hæredes alienantium, quorum bona excutere debet antequam reſtitutio petat aduerſus Monaſterium tertium poſſeſſorem, *Abb. in cap. Auditis 15. num. 15. ſub num. 34. verſ. tenetur tamen Prælatus de Præſcrips. Balb. eodem tract. part. 1. 5. par. princip. quæſt. 2. num. 5. inter tract. magn. tom. 17. fol. 87. Theſaur. deciſ. Pedem. 103. ſub num. 9. verſ. & ad hoc facit* Roder. *Suarez alleg. 21. num. 7. Coſt. remed. ſubſid. 48. num. 4.*

Et quatenus replicatur in *deciſione ſub §. final.* alienantium bona non ſupereſſe, corruit, quod Monaſterio ſuccurri non poſſit agendo contra Releuatores, cum ſint ijdemmet Alienantes, eorumque hæredes, & hinc ex alio etiam excluditur dicta reſtitutio in integrum, nempè ex quo
7 agitur inter duas Eccleſias, quarum priuilegia
conquaſſantur, vel præfertur ea, quæ agit de
8 damno euitando, qualis licet dicatur, quæ rem
ſuam amittit, vt reſpondit *Rota in Feretrana Parochialis 11. Februarij 1628. coram Cardinale Verili*
9 *apud Poſth. de manut. deciſ. 518. num. 7.* Hoc ta-
men intelligendum eſt quando alia Eccleſia; à qua res præſcripta vindicatur, eam habuit titulo lucratiuo, ſecus verò ſi illam habuerit, vt in caſu noſtro, titulo oneroſo, tunc enim etiam in ea verificatur Amiſſio rei propriæ, *Peregrin. conſil. 77. ſub num. 39. lib. 1. Amat. deciſ. March. 77. num. 9. cum concordantibus allegatis in* Romana, *ſeù Peruſina Cenſus 23. Iunij 1645. coram R. P. D.*
11 *meo Bichio §. vltimo;* Cumque de cætero ſit rea,
& conueniatur, potior eſt Cauſa ipſius, quamuis vtraque agat de damno euitando. *Bald. in l. Iubemus num. 1. C. ad Trebell. Amat. d. deciſ. 77. dicto num. 9. San. mem. Gregor. deciſ. 473. num. 14.* Rota *in Anconitana Cenſus 7. May 1646. ſub §. 1. verſic. Cui rationi accedit alia coram R. P. D. meo Peutingerio, & 1. Iunij 1649. coram me §. Quia præter quod in fine.*

Atque ità vtraque &c.

LEODIEN. DECIMARVM.

Lunæ 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi decimas debetur Capitulo pro quo non ſolum concurrit aſſiſtentia Iuris ratione vniuerſalis curæ Animarum, quam exercet loco Parochi, ſed etiam actualis poſſeſſiò exigendi, quæ probatur ex continuatis locationibus omnium decimarum, & licet per longum tempus non

Digitized by Google

exegerit ſufficit tamen Capitulo ad effectum manurentionis Ciuilem poſſeſſionem ſemper animo retinuiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum exercens curam Animarum loco Parochi, habet aſſiſtentiam Iuris pro exigendis decimis.*

2 *Locationes decimarum ſi ſint plures, & antiquiſſima præſumuntur effectuatæ, & probant quaſi poſſeſſionem manutenibilem illas exigendi fauore locatoris.*

3 *Maximè iunctis depoſitionibus Teſtium affirmantium illarum effectuationem, & perceptionem Decimarum.*

4 *Laudum ſuper compromiſſo emanatum non importat receſſum ab aſſiſtentia Iuris, neque inducit nouationem extinctiuam, ſed ſolum cumulatiuam.*

5 *Laudum non habuiſſe effectum, neque fuiſſe acceptatum apparet ſi à ſententia Iudicis ad formam laudi emanata fuerit appellatum.*

6 *Laudum quod non fuit acceptatum, quamuis ſit antiquiſſimum non eſt attendendum.*

7 *Obſeruantia ſeu antiquitas laudi nihil operatur dum illud non fuit acceptatum, multoque magis ſi conſtet de contraria obſeruantia.*

8 *Laudum licet fuerit in Iudicio productum, non cenſetur acceptatum, dum illius productio fuit facta cum proteſtatione illud non approbandi.*

9 *Maximè ſi illud producens iudicialiter petitionem fecerit, quæ dicto laudo repugnet, cum hic reſultet intentio producentis illud impugnandi potius, quam acceptandi.*

10 *Scriptura in actis producta non cenſetur approbata, niſi conſtet de intentione producentis.*

11 *Laudum cuius efficacia, & ſubſiſtentia, eſt turbida, & altiorem requirit indaginem, in Iudicio petitorio diſcuti debet, non retardata manutentione à Poſſeſſore petita.*

12 *Confeſſio emanata in libello partis aſſerentis decimas ſibi non fuiſſe ſolutas, dum apparet de contrario, ſcilicet de quaſi poſſeſſione illas exigendi, vel præſumitur erronea. vel ſaltem non excludit, quia poſſeſſor ſemper animo retinuerit Ciuilem poſſeſſionem, quamuis decimæ ſibi non fuiſſent ſolutæ.*

13 *Manutentio dum fuit petita conuincit poſſeſſorem ſe numquam habuiſſe pro ſpoliato.*

14 *Poſſeſſio Ciuilis Animo retenta ſufficit ad effectum obtinendi manutentionem.*

15 *Locatio decimarum facta cum clauſula tales, quales habet locator, non excludit comprehenſionem omnium decimarum.*

DECISIO CCCCXXIII.

AD excludendam petitam manutentionem à Capitulo, & Canonicis Sancti Materni in quaſi poſſeſſione percipiendi integram decimam tàm groſſam, quam minutam ſcribentes pro Communitate, & hominibus Villarij duo obiecta amplius non tacta nouiter excitarunt. Alterum nempè quod aſſiſtentia Iuris per illos allegata ſublata, & extincta fuerit per compromiſſum inter ipſos, & Villarios in communes arbitros factum de anno 1374. & laudum deſuper emanatum. Alterum veró, quod nullam haberent poſſeſſionem de tempore motæ litis, dum in libello anni 1590. faſſi fuerunt, quod Villarij per 30. annos non ſoluerunt decimas controuerſas.

Verum his non obſtantibus DD. inhærendo fundamentis deciſionum editarum *coram R. p. d. meo Meltio 16. Iunij 1651.* ſuper manutentione, & *27. Ianuarij antecedentis, ac 22. Aprilis 1652.* ſuper petitorio, iterum exiſtimarunt Capitulo, & Canonicis dandum eſſe mandatum de manutenen-
1 do, quia non ſolum pro eis concurrit aſſiſtentia Iuris ratione vniuerſalis Curæ Animarum, quam exercent loco Parochi per Vicarios ab eis pro tempore deputatos, ſed etiam actualis quaſi poſſeſſio iuſtificata ex pluribus locationibus continuatis ab anno 1527. vſque ad annum 1613. quæ cum ſint plures, & antiquiſſimæ præſumuntur ef-
2 fectuatæ, & probant quaſi poſſeſſionem manutenibilem, iunctis potiſſimè depoſitionibus Teſtium
3 illarum effectuationem, & perceptionem dd. Decimarum affirmantium ex *Iuribus plenè allegatis in prædictis deciſionibus.*

Nec obſtat dictum primum obiectum; quia
4 compromiſſum, ſiuè etiam laudum deſuper latum non importat receſſum ab aſſiſtentia Iuris, neque inducit nouationem extinctiuam, ſed ſolum cumulatiuam *Iaſ. conſ. 16. num. 6. & 7. lib. 1. & conſ. 168. num. 31. cum duob: ſeqq. lib. 4. Gratian. diſcept. 557. num. 32. cum ſeqq.* ea ratione, quia compromiſſum non cenſetur factum ad alium effectum, niſi vt arbitri cognita Iuris aſſiſtentia pro Canonicis curam Animarum habentibus, Communitatem ad ſoluendas decimas condemnent. Animaduertendo inſuper quod laudum non ha-
5 buit effectum, & non fuit acceptatum; Communitas enim, & homines dicti loci Villarij illud expreſsè impugnarunt, dum à ſententia Iudicis de Partibus ad illius formam emanata appellationem interpoſuerunt, & in quarta Inſtantia obtinuerunt ſententiam declarantem benè appellatum, & malè iudicatum. Quinimo vſque ab initio cauſæ ſemper ſuſtinere voluerunt, quod decima minuta ſolum debeatur de certa ſpecie, nempe lanarum ouium, & veruecum negatis omnibus alijs, ex quo vtiq; faſſi fuerunt inobſeruantiam, & impugnationem dicti laudi, quod plures alias decimas deberi ſtatuit, & in aliquibus alijs iura partium reſeruauit, ac propterea non vide-
6 tur attendendum, quamuis ſit antiquiſſimum, quià antiquitas, ſiuè obſeruantia, & multò ma-
7 gis cum obſeruantia contraria nihil operatur, vt dixit *Rota coram Card. Mellino deciſ. 48. num. 11. & 12. & in Placentina Beneficij 11. Maij 1646. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. ſub 5. non obſtat ſententia.*

Non refragante, quod Capitulum, & Cano-
8 nici illud in Iudicio produxerint, quia productionem fecerunt cum proteſtatione illud non approbandi, quæ eius acceptationem excludit. *Rot. deciſ. 3. de fidei. Inſtrum. in nou. coram ſan. me. Gregor. deciſ. 467. num. 9. & coram bo. me. Buratt. dec. 708. num. 6.* Præſertim quia Iudicialiter petierunt
9 omnem ſpeciem decimæ minutæ, quod repugnat pænitus dicto laudo, & ſic demonſtrat producentis intentionem illud potiùs impugnandi, quam acceptandi, cum præter intentionem producentis
10 nunquam inducatur acceptatio ſcripturæ productæ, *Rota d. 304. nu. 21. par. 5. recen.* Ac in omnem caſum efficacia, & ſubſiſtentia dicti laudi vti tur-
11 bidiſſima, & ex iam dictis altiorem requirens indaginem in iudicio petitorio melius diſcuti poterit non retardata interim manutentione a poſſeſſore petita, vt probant *auctoritates allegatæ in dicta deciſ. R. p. d. mei Melij ſuper manutentione ſub 5. neque releuans verſ. Tum quia hæc exceptio.*

Neque obſtat ſecundum; Quia cum appareat ex dictis locationibus Capitulum, & Canonicos non ſolum vſque ad annum 1590. ſed etiam, vltrà

annum

Digitized by Google

annum 1613. extitiſſe in dicta quaſi poſſeſſione percipiendi omnes decimas minutas, contraria
12 confeſſio ſi quæ reſultat ex dicto libello, vel detegitur erronea, vel ſaltem non excludit, quia Canonici ſemper animo retinuerint eorum ciuilem poſſeſſionem, quamuis Villarij actualiter decimas non ſoluiſſent, quod clarius oſtenditur ex
13 ſubſequuta petitione manutentionis, quæ conuincit, ſe nunquam habuiſſe pro ſpoliatis, ſufficie
14 enim ſola poſſeſſio ciuilis animo retenta ad effectum obtinendi manutentionem, vt dixit *Rot. coram ſan. me. Gregor. deciſ. 9. num. 6. & deciſ. 307. num. 6. & 7. ac penes Poſth. de manut. deciſ. 226. nu. 4. cum alijs per ipſum allegatis obſeruat. 16. num. 25. & 34.*

Denique non releuat, quod in locationibus factis de annis 1529. 1532. & 1586. Canonici locauerint decimas tales, quales habent, quia exindè non ſequitur, quod non locauerint omnes decimas in alijs locationibus de annis 1540. 1568. & 1613. explicitè compræhenſas; nam dicta clau-
15 ſula, *Tales quales habent*, non excludit omnium compræhenſionem *ad not. in l. Emptori 14. C. de act. empt. & vend. cum alijs relatis in Romana depoſiti 24. Aprilis 1648. coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono ſub §. nam cum ex tenore.*

Quoad prętenſam conſuetudinem non ſoluendi dictas decimas integras minutas, de qua deponunt Teſtes Communitatis Domini tranſierunt cum reſponſionibus latiſſimè relatis in *dictis deciſionibus R.p.d. mei Meltij.*

Et ità vtraque &c.

LICIEN. ADMINISTRATIONIS.

Lunæ 23. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Arbitrium intrat ad effectum ſuperſedendi in executione concurrente rationabili cauſa. Tutor dum non recuſat reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, & eam reddat eo modo, quo poteſt non eſt cogendus ad factum melioris redditionis ſi ei ſit impoſſibile, ſed loco facti tenetur ad intereſſe arbitrio boni Viri taxandum, & contra eum iuratur in litem ſi Actor proprium intereſſe probare nequeat, quod Iuramentum Tutor euitare poteſt, ſi aliunde, quam ex libro tutelari paratus ſit reddere rationem, & donec redditio rationis diſcutitur contra eum debet in executione ſuperſederi.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio vltimo loco emanata venit attendenda.*

2 *Arbitrium licet reguletur à Iure multum tamen remittit de rigore Iuris ad effectum ſuperſedendi in executione, attenta præſertim iuſta, & rationabili cauſa.*

3 *Tutor ſi reddat adminiſtrationis ſuæ rationem eo modo quo poteſt non eſt cogendus ad factum melioris redditionis ſi ſibi ſit impoſſibile, ſed loco huius facti tenetur ad intereſſe prudentis Iudicantis arbitrio taxandum.*

4 *Iuramentum in litem datur contra Tutorem, dum ſufficientem rationem eius adminiſtrationis non reddit; ſi Actor proprium Intereſſe probare non poſſit.*

5 *Tutor etiam ſi non confecerit librum rationum nihilominus euitare poteſt Iuramentum in litem, ſi aliunde, quam ex libro paratus ſit reddere rationem.*

6 *Tutor ſi pro meliori redditione rationis nouas ſcripturas produxerit donec iſtæ diſcutiuntur ſuperſederi debet in executione mandati ad factum.*

7 *Tutor dum ſcripturæ per eum productæ non ſufficiunt pro redditione rationis tenetur ad intereſſe à Iudice liquidandum prævio Iuramento Actoris in litem, ſi ille meliorem redditionem rationis facere non poteſt.*

DECISIO CCCCXXIV.

PRæcedentibus duabus deciſionibus æditis 25. Februarij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono & 18. Martij 1652. coram R.p.d. meo Celſo pronunciatum fuit, Nicolaum non reddidiſſe ſufficientem rationem hæreditatis, bonorum & fructuum ſpectañ ad Mattheum eius nepotem, ſententiaſque latas ſuper non ſufficienti redditione rationis eſſe confirmandas decernendo mandatum ad factum pro noua redditione rationis, & declarando eumdem Nicolaum teneri ſoluere ducatos 523. & tradere ſextam partem certorum bonorum.

Appellauit Nicolaus, & Signatura primo loco reſcripſit quoad dictas duas vltimas partitas ſimpliciter, quo vero ad nouam redditionem rationis ſine præiudicio trium conformium, ſed deindè idem Nicolaus aliam impetrauit Commiſſionem mihi directam cum facultate, & poteſtate etiam quoad dictum mandatum ad factum ſimpliciter, vel alias prout Iuris fuerit arbitrio Rotæ ſuperſedendum; vnde ad formam huius poſtremæ
1 Commiſſionis, quæ venit attendenda *cap. cæterum vbi gloſſ. & DD. de reſcript.* hodie dubitaui. An intret arbitrium, & Domini affirmatiuè reſponderunt ad effectum ſuperſedendi in executione dicti mandati pro tempore Rotæ benè viſo: arbitrium
2 enim licet reguletur à Iure, multum tamen remittit de Iuris rigore, vt in proximis terminis ad effectum ſuperſedendi in executione reſpondit *Rota deciſ. 435. num. 2. & 15. par. 8. recen.* Attenta pręſertim iuſta, & rationabili cauſa *Buratt. deciſ. 442. num. 1.* quæ in caſu noſtro concurrit, nam cum
4 Nicolaus non recuſet reddere rationem ſuæ adminiſtrationis, & eam reddat eo modo, quo poteſt, quatenus non ſit ſufficiens, neque legitima, vt firmant deciſiones, non eſt cogendus ad factum melioris redditionis, ſi ſibi ſit impoſſibile, ſed loco facti ſuccedit eius obligatio ad intereſſe prudentis iudicantis arbitrio taxandum, & contra
4 ipſum iurari poteſt in litem ſi actor proprium intereſſe probare nequiuerit *l. 3. §. præterea ff. ad exhib. gloſſ. in l. 1. §. Officio verb. tenebitur ibiq; Accurſ. ff. de tutel. & ration. diſtrah. Rip. in l. admonendi nu. 115. ff. de Iur. Iuran. Plot. in tract. de in lit. iuran. ſeu in l. quando numer. 237. 242. & 246. C. vnde vi Socin. ſen. conſ. 46. num. 4. vol. 1. Kelan. conſ. 49. num. 24. vol. 1. Ruin. conſ. 29. num. 11. in fin. & in vol. 5. Eſcobar. de ratiocin. c. 9. num. 17. & 68. Gutier. de tutel. & Cur. par. 2. cap. 1. ſub num. 19. verſ. idem probat, ac tenet & num. 27. Saluſt. in prax. lib. 2. cap. 18. num. 9. cum trib. ſeqq. Caputaq. deciſ. 157. num. 5. & 6. par. 2.*

Eò facilius quia de recenti d. Nicolaus pro pleniori redditione rationis diuerſas alias ſcripturas
5 exhibuit priùs non productas; cum enim Tutor etiamſi non confecerit librum rationum, nihilominus euitare poſſit Iuramentum in litem, ſi aliunde quam ex libro paratus eſt reddere rationem iuxtà *Conſ. Calcan. 93. circa med. verſ. ergò debebit, quod ſecuta fuit Rota in Romana Tutelæ de Aſtallis 16. Decembris 1585. coram Gyptio & in Romana Tutelæ de Maſeo 27. Ianuarij 1586. & 23. Ianuarij 1587. coram eodem apud Farinac. conſ. 96. nu. 52. & 53.*

Digitized by Google

52. *&* 53. *lib.* 1. Vtique omnis æquitas expoſcit,
6 vt donec dd. ſcripturæ diſcutiantur, ſuperſedeatur
in executione d. mandati ad factum; ex illarum
enim diſcuſſione forſan haberi poterit effectus di-
ctæ redditionis rationis, & ſic ceſſaret remedium
d. mandati, alias autem ſi ipſæ non ſufficerent,
7 tunc ſaltem intraret obligatio Nicolai ad Intereſ-
ſe à Iudice liquidandum præuio Iuramento acto-
ris, ſi ille meliorem redditionem rationis facere
non poterit ex *Iuribus ſupra allegatis*.

Et ità &c.

ROMANA CENSVS.

Luna 23. Iuny 1653.

ARGVMENTVM.

Tertius dum aliqualiter, & apparenter docet de
eius intereſſe debet admitti ad cauſam, qui ſi ve-
niat adhærendo Iuribus Collitigantis admittitur
tantum in ſtatu, & terminis, ſi autem ex Iure
proprio, & independenter ab alijs habet electio-
nem veniendi ad cauſam, vel in ſtatu, & termi-
nis, vel vt in prima quam electionem habet inui-
to etiam Collitigante, qui prius Iudicium inco-
hauit.

SVMMARIVM.

1 *Tertius debet ad cauſam admitti, qui docet de eius Intereſſe non ſolum reſpectu debitoris, ſed etiam reſpectu Concreditoris, qui iudicium incohauit.*

2 *Tertius vt admittatur ad cauſam ſufficit quod aliqualiter etiam ſummariè, & apparenter doceat de eius intereſſe.*

3 *Creditores quando ſunt pares in tempore, tunc intereſt Creditoris non litigantis ad Cauſam admitti cum alio Concreditore, & cum eo concurrere contra communem debitorem, ne ille præueniat capiendo poſſeſſionem, ex qua poſſit effici potior.*

4 *Tertius dum adhæret perſonis Collitigantium, & yſdem Iuribus vtitur venit ad cauſam in ſtatu, & terminis faciendo omnia Acta ſua.*

5 *Tertius veniens ad deducendum principaliter ius ſuum independenter à Collitigantibus duplici via poteſt inſiſtere, vel veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis, vel principaliter committi faciendo nouam cauſam tamquam in prima pro ſuo Intereſſe.*

6 *Tertius qui venit ad cauſam principaliter pro Iure ſuo, ille ſolum habet electionem veniendi, vel vt in prima, vel in ſtatu, & terminis.*

7 *Amplia, vt iſte Tertius poſſit obtinere admiſſionem in ſtatu, & terminis etiam inuita altero ex Collitigantibus, qui Iudicium inchoauit.*

DECISIO CCCCXXV.

VErtente lite inter DD. Marcellum Creſcentium
& Marcellum Gherardum ſuper aſſociatione
ad poſſeſſionem Caſalis nuncupati *Acquatrauerſa*,
certorumque aliorum bonorum pro ſatisfactione
fructuum Cenſus ſortis principalis ſcut. bis mille
impoſiti à fratribus de Creſcentijs, & venditi Io:
Baptiſtæ Gherardo 11. Martij 1602. Henricus Al-
phonſus hæres fideicommiſſarius Petri Alphonſi
Senioris obtinuit Commiſſionem admiſſionis ad
cauſam cum ſolita clauſula, *Docto de Intereſſe*, &
propoſito dubio, Domini affirmatiuè reſponde-
1 runt, quia docet de ipſius intereſſe, non ſolum
reſpectu Creſcentij debitoris, ſed etiam reſpectu
Gherardi Concreditoris, qui Iudicium inchoa-
uit.

Reſpectu ſiquidem Creſcentij, ex quo exhibet
Inſtrumentum publicum alterius cenſus ſimilis
ſummæ ſcut. bismille impoſiti à dd. fratribus de
Creſcentijs ſuper ijſdem bonis, & venditi d. Petro
Alphonſo Seniori eadem die, qua impoſitus, ven-
ditus fuit ille, pro quo agit Gherardus, legiti-
matque ſuam perſonam ex ſententijs, & mandato
de manutenendo in poſſeſſione d. cenſus ab ipſo
impetratis eius *Sum. num.* 1. 2. *&* 3. quæ exubera-
re videntur, cum ad iſtum effectum ſufficiat, quod
2 aliqualiter, etiam ſummariè, & apparenter do-
ceatur de intereſſe. *Innoc. in cap. veniens il 2. verb.
Incontinenti de teſtib. Felin. in cap. cum ſuper num. 16.
de ſent. & re iudic. Biſignet. deciſ. 1. de reſcript. cum
alys allegatis in Romana de Alexys 29. Febr. 1644.
coram me.*

Reſpectu vero Gherardi, quia cum ſint Credi-
3 tores pares in tempore, ex quo vtrumque Inſtru-
mentum celebratum fuit ſub eadem die, ipſius
valdè intereſt inhærere Gherardo ſubſtinenti fun-
dum cenſualem eſſe liberum à fideicommiſſo alle-
gato per Creſcentium communem debitorem, &
cum eo concurrere, nè ille præueniat capiendo
poſſeſſionem, ex qua poſſet effici potior Iuxtà
*diſpoſitionem text. in l. in pari ff. de reg. Iur. Card.
Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 22. num. 15. cum alys re-
latis in Meleuitana Pecuniaria 31. Ianuarij 1651. co-
ram me §. vltimo.*

Non obſtat, quod Henricus veniens ex proprio
Iure, & independenter à Collitigantibus, nouum
Iudicium, & nouam cauſam inchoare teneatur.

Quia per quod, vt dictum eſt, adhæret Ghe-
4 rardo vtendo ijſdem Iuribus contra Creſcentium
allegantem aſſ. fideicommiſſum, & ſic venit ad
cauſam in ſtatu, & terminis faciendo omnia acta
ſua. Veriùs eſt, quod tertius veniens ad dedu-
5 cendum principaliter Ius ſuum independenter à
Collitigantibus, duplici via inſiſtere poteſt, vel
veniendo ad cauſam in ſtatu, & terminis, vt facit
Henricus, vel principaliter committi faciendo
pro ſuo Intereſſe nouam cauſam tanquam in pri-
ma, vt optimè declarauit *Rota coram Card. Sera-
phino deciſ. 906. ſub num. 1. verſ. quod ſi quis coram
Card. Mellino deciſ. 325. num. 3. cum quatuor ſeqq.
& in alijs adductis per Adden ad Gregor. deciſ. 259.
num. 3. & 4.* vbi firmat, quod iſtam electionem
6 non habet niſi ille tertius, qui venit principaliter
pro iure ſuo, ac faciunt adducta in *Senogallien. bo-
norum 30. Maij 1644. coram me §. licet enim*. Iſtam-
7 que admiſſionem in ſtatu, & terminis obtinere
poteſt etiam inuito altero ex Collitigantibus, qui
iudicium inchoauit Iuxtà *conſ. Federic. de Sen. 242.
num. 1. & per tot.*

Et ita vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI de Mutis.

Veneris 27. Iulij 1653.

ARGVMENTVM.

Non eget Argumento, nec Summario.

DECISIO CCCCXXVI.

CVm tota huius cauſæ diſceptatio reſtricta fuerit
ad quantitatem Caſalis Polidori An eſſet ſcili-
cet rubr. 90n. vt aſſerebant DD. Octauius, & fra-
tres de Mutis, vel potius rubr. 450. dumtaxat iux-
tà prætenſionem Reorum conuentorum placuit
Dominis, vt procederetur ad illius menſuratio-
nem; vndè de ordine Rotæ deputaui Agrimenſo-
rem, qui menſurato integro Caſale vulgariter nun-
cupato *Torre in Pietra*, illoque diuiſo in pluribus
Tenutis, inter cætera retulit, Tenutam ſignatam
A. A. A. rubr. 451. $\frac{1}{4}$ nuncupari *Caſtel Lombardo*,
S. Angelo, e Prataccio, eamque ſine vlla contro-
uerſia

Digitized by Google

uerſia ſpectaſſe ad DD. de Mutis, Tenutam ſignatam B. rubr. 147. $\frac{1}{2}$ à reis conuentis denominari *Torricella de Cenci*, ab Actoribus verò affirmari, eam contineri ſub eodem corpore *di Caſtel Lombardo, e Sant Angelo*, cum reperiatur terminata, & circundata Columnellis ſignatis ſtemmatibus DD. de Mutis, Tenutam ſignatam C. rubr. 141 $\frac{1}{2}$ à dictis reis conuentis nuncupari *Quartaccio de Cenci*, ab Actoribus verò *Polidoro*, eamque identificari præuijs alijs duobus Columnellis ſignatis ijſdem ſtemmatibus, Tenutam deniquè ſignatam D. rubr. 145 $\frac{1}{2}$ ab ijſdem reis conuentis vocari *Leprignano*, cum alias ſpectauerit ad DD. de Celſis, & Mancinis, ab Actoribus pariter denominari *Polidoro*, & contineri ſub ipſorum prętenſione.

Exhibita in actis Notarij cauſæ huiuſmodi relatione, cum Planta ab eodem Agrimenſore deſuper confecta, dubitaui An ſit ſtandum, vel recedendum à deciſis, & reſolutum fuit, ſtandum eſſe in deciſis ſub die 1. Decembris 1651. pro Immiſſione fratrum de Mutis ſuper ſola quantitate rubr. 22. cum dimidio.

Omiſſa enim pro diſcuſſione d. relationis, quæ ex eius lectura negocij veritatem clarè non aperit, ratio reſolutionis fuit, quia Partes hincinde concorditer conueniebant, quod Valerianus Teſtator vnus ex filijs, & hæredibus Io: Franciſci de Mutis pro ſua tertia parte, vſque ad obitum poſſedit rubra 151. Caſalis controuerſi; vndè cum reliquerit duos filios, nempè Cæſarem, & Britium, pars vnius cuiuſque iſtorum fuit rubr. 75. atque ideò detractis à portione Cæſaris, hodie ſolum petita rubr. 30. aſſignatur pro dotibus Lucretiæ, & Liuię eius filiarum remanet ipſa in ſolis rubris 45. quorum medietas ſpectans ad Alexandrum alterum ex filijs prædicti Cæſaris, quæ continetur in ſententia Rotali, non excedit dicta rubr. 22. cum dimidio, & conſequenter ſuper ipſis tantummodo factis prius detractionibus iam firmatis concedi debet Immiſſio, vt probatur *in deciſ. edita dicta die 1. Decembris* 1651. §. *Verum hoc etiam admiſſo*.

Quatenus verò additur, quod portioni, ſeù dictæ tertiæ parti ad Valerianum proprio Iure ſpectanti accreuerit alia tertia pars coæqualis quantitatis rubr. 151. quæ ſpectaſſe dicitur ad Iacobum illius fratrem, reſpectiuè alium ex dictis filijs Io: Franciſci, & ideò, an iſta tertia pars eſt ſubiecta fideicommiſſo per dictum Iacobbum conſtituto, & ſpectat ad ipſos de Mutis ad illud vocatos, an verò remanſit libera pęnes dictum Cæſarem, & ex ea ſunt faciendæ detractiones, non autem ex portione Valeriani fideicommiſſo grauata DD. approbando reſponſionem eiuſdem deciſionis *ſub* §. *vltimo* abſolutè dixerunt hoc non eſſe præſentis indaginis, quia dilucidatio huius prætenſionis pendet à diſcuſſione Teſtamenti eiuſdem Iacobi, & iuſtificatione identitatis eius bonorum, quæ cum aduc facta non fuerint ad particularem diſputationem ſunt reijcienda.

Et ita quia fundamenta dictæ deciſionis etiam quoad alia firmiter ſubſiſtunt, reſponſum fuit ſtandum eſſe in *deciſ. 1. Decembris* 1651.

Vtraque &c.

HIERACEN. BENEFICIORVM.

Ven. 27. Iunij 1653.

ARGVMENTVM.

Manutentio in poſſeſſione Beneficij eſt concedenda probanti eius poſſeſſionem ex Inſtrumento illius actualis apprehenſionis factæ à Procuratore ad id ſpecialiter deputato, quę de Iure præſumitur continuata vſque ad diem motæ litis, non docto de alterius intermedia legitima appræhenſione; hoc que non obſtante poſſeſſione poſterius capta, & non citato anteriori poſſeſſore pro vt requirit illam apprehendens, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit illum poſſidere. Hæc enim dicitur turbatiua, & Clandeſtina, nec impedit manutentionem anteriori, qui non habuit ſe pro ſpoliato.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in poſſeſſione Beneficij conceditur probanti eius poſſeſſionem ex Inſtrumento illius actualis apprahenſionis facta à Procuratore ad id ſpecialiter deputato.*

2 *Poſſeſſio Inſtrumentalis capta à Procuratore ad id ſpecialiter deputato ſufficit ad effectum manutentionis.*

3 *Iunctis præſertim ſucceſſiuis locationibus, quæ inſeruiant pro adminiculando mandato Procuræ, & comprobant continuationem dicta Inſtrumentalis poſſeſſionis.*

4 *Poſſeſſio Inſtrumentalis de Iure præſumitur continuata vſque ad diem motæ litis non docto de alterius intermedia legitima apprehenſione.*

5 *Poſſeſſio poſterior capta non citato anteriori poſſeſſore vt opus eſt ſiue apprehendens ſciuerit, ſiue ignorauerit illum poſſidere, dicitur Clandeſtina, & turbatiua, neque impedit anteriori manutentionem, dum non habuit ſe pro ſpoliato.*

6 *Cedens manutentionis Iudicio excuſatur quidem ab expenſis mandati de manutenendo, quatenus alter non obſtante ceſſione velit illud expedire, ſed non ideo Ceſſionarius prohibetur illud obtinere.*

7 *Præſertim non facta reſtitutione, vel ſufficienti oblatione eorum, quæ in huiuſmodi ceſſione valide requirantur.*

8 *Exceptio Iuris patronatus, tamquam reſpiciens Titulum non eſt diſcutienda in ſummariſſimo Iudicio manutentionis, ſed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO CCCCXXVII.

PEtebant mandatum de manutenendo in poſſeſ-
ſione, ſeu quaſi quorumdem Beneficiorum exi-
ſtentium in Ciuitate Hieracen. Flaminius Marcel-
linus, Antonius Campius, Iacobus, & Paulus
de Tramallis, cui petitioni hodie Domini annue-
1 runt, quia probatur ipſorum poſſeſſio ex Inſtru-
mentis actualis appræhenſionis factæ à Procura-
toribus ad id ſpecialiter conſtitutis, vt latius pa-
2 tet in eorum *Summ. num.* 1. 2. 3. & 5. quæ Inſtru-
menta ſufficere ad iſtum effectum dixit *Rota in
Tallen. Prioratus 6. Iunij 1642. coram* R. *p. d. meo
Bichio*; Innectis præſertim ſucceſſiuis locationibus
3 ſignanter factis ab Antonio Campio, & Iacobo
Tramallo, vt in nouo *Summ. num.* 2. & 3. quæ in-
ſeruiunt, quatenus opus ſit, pro adminiculandis
præcedentibus procuræ mandatis, vt ſubditur in
eadem *Tallen. Prioratus*, & comprobat continua-
tionem dictæ Inſtrumentalis poſſeſſionis, licet
4 etiam de Iure præſumatur continuata vſque ad
diem motæ litis, non docto de alterius intermedia
legitima appræhenſione, vt dixit benè *Rota deciſ.
202. num. 3. part. 2. diuerſ. coram Card. Seraph. de-
ciſ. 327. numer. 3. & deciſ. 1065. num. 2. & alibi
paſſim.*

Non obſtat poſſeſſio eorumdem Beneficiorum
capta de recenti per Virgilium Galluccium. Quia
5 cum ſit poſterior, & apprahenſa illis non citatis,
vt opus eſt, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit illos
poſſidere. *Rota deciſ. 284. num. 17. part. 5. recen.
In Callien. Prioratus 5. Iulij 1649. in fin. & in Mele-*

utana

Digitized by Google

uitana Commenda 15. *Iunn* 1650. §. *Paſtrema coram R.p.d. meo Bicbio*, dicitur clandeſtina,& turbatiua, neque ipſis impedit manutentionem, dum non habuerunt ſe pro ſpoliatis *cap. licet cauſam de probat. l. Clam. poſſidere* §. *Qui ad nundinas ff. de acqu. poſſeſſ. ſau. me. Gregor. decif.* 171. *num.* 2. *cum cateris allegatis in Beneuentana Parocchialis* 29. *Nouembris* 1649. *caram me* §. *Nec viſa fuit*.

Ceſſio autem, ſeu renunciatio facta pet Virgilium dubio manutentionis ante propoſitionem in actis Notarij Cauſæ contra Marcellinum d. *Summ.*
6 *num.* 1. poteſt illum excuſare ab expenſis mandati, quatenus Marcellinus velit non obſtante ceſſione illud expedire, ſed non ideò iſte prohibetur obtinere mandatum de manutenendo præſertim non
7 facta reſtitutione, vel ſufficienti oblatione eorum, quę in huiuſmodi ceſſionibus validè requiruntur; Et ſemper ſuper ſunt alij Inſtantes in ceſſione non compręhenſi; Quibus proptertà petita manutentio denegari non poteſt.

Cæterum exceptio Iuriſpatronatus vti reſpi-
7 ciens Titulum non eſt diſcutienda in hoc ſummariſſimo manutentionis; vt ſæpius reſoluit *Rot. & alijs omiſſis in Regien. Parochialis* 5. *Martij* 1649. *in fine coram Eminentiſſ. D. Card. Otthobono*.

Et ità vnica tantum &c. altera tamen Parte citata.

RAVENNATEN. BONORVM
Emphyteuticorum.
Ven. 27. *Iunij* 1653.

ARGVMENTVM.

Identitas probatur ex duobus ſolis demonſtrationibus, ſeu confinibus maximè in antiquis, licet vnum confine ſit particulare, alterum generale. Probata autem identitate in emphyteuticis, conceditur immiſſio ad inſtar *l. fin. C. de Adict. diu. Adr. toll.*

SVMMARIVM.

1 *Identitas Bonorum ſatis probata dicitur ex duabus ſolis demonſtrationibus.*

2 *Identitas bonorum concludentius iuſtificari non poteſt, quam partis Confeſſione.*

3 *Identitas bonorum ſufficienter iuſtificatur ex eadem quantitate tornaturarum; & conuenientia duorum confinium.*

4 *Amplia licet vnum confine ſit particulare, alterum verò generale; maximè in antiquis.*

5 *Immiſſio probata identitate bonorum concedi ſolet in emphyteuticis vigore Inueſtiturarum ad inſtar* l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.

DECISIO CCCCXXVIII.

PRo adiudicatione trium corporum bonorum emphyteuticorum, quæ olim poſſidebantur per Franciſcum Donatum, ad fauorem Io: Baptiſtæ Gordij reſponſum fuit *ſub die* 27. *Martij* 1651. *coram me*; Cui reſolutioni aequieſcebant informantes pro Antonio Donato, controuertebant tamen illorum identitatem vltro prætendentes ibidem comprænhendi etiam acquiſitiones bonorum; Ideò propoſito à me dubio, ſuper quibus bonis ſit danda immiſſio concedendam eſſe ſuper dd. tribus Corporibus emphyteuticis inferius exprimendis reſponſum fuit, quia ex ſequentibus probatur illorum identitas.

Quo enim ad partem domus poſteriorem in petitione contentam probatur eſſe eadem de qua d. Franciſcus inueſtitus fuerat, ex quo non ſolùm concordat locus, vbi eſt poſita, nempè in *Guaſta S. Petri Maioris*, ſed etiam conueniunt tria confinia, ſeu demonſtrationes, ſcilicet via publica à parte anteriori, & Iura Eccleſiæ de domo ſerrata *Summ. Informationis num.* 2. Cum tamen duæ de-
1 monſtrationes ſufficiant ad probandum identitatem iuxtà *theor. Bart. in l. demonſtratio falſa* 17. *nu.* 14. *ff. de condit. & demonſtrat. cum alijs allegatis in Ariminen. fideicom.* 14. *Martij.* 1640. §. *Quæ probationes & in Peruſina Bonorum* 14. *Iunij* 1647. §. *Idq; efficacius coram me*. Quinimò apertiſſimè conuincitur ex propria confeſſione ipſiuſmet Antonij Collitigantis, qui prætendens ſuccedere vti proximior maſculus d. Franciſci, non ſolum in eius bonis liberis, ſed etiam in emphyteuticis Eccleſiaſticis adiuit Manſionarios Eccleſiæ Proprietariæ, & ab eis reportauit Inueſtituram dictæ Partis domus ſub expreſſione eorumdem confinium, & ſub narratiua, quòd eſſet eadem, de qua alias inueſtitus fuerat dictus Franciſcus *eodem Summ. num.* 3.
2 Identitas concludentius iuſtificari non poteſt, quã partis confeſſione, vt in his terminis alijs relatis reſpondit *Roſa in Bonon. fideic. de Deſiderijs* 24. *Martij* 1626. *coram bo. me. Merlino deciſ.* 341. *num.* 3.

Petium Terræ ſub proprietate Abbatis S. Petri in Vinculis poſitum in Villa Hoſtiani tornaturarum 20. circiter contentum in Inueſtitura facta Franciſco 4. Iunij 1621. iuſtificatur pariter quoad ipſius identitatem, ex quo licet in dicta Inueſtitura non exprimantur certa confinia, niſi relatiuè ad aliam renouationem anni 1592. & hæc pariter ſit releuatiua ad diuiſionem anni 1587. dicto *Sum. num.* 4. 5. & 6. Adſunt tamen in d. diuiſione pro confinibus via publica, bona viandoli, & Villas S. Petri in Vinculis concordatq; numerus torna-
3 turarum, nempè 20. circiter, quæ adamuſſim ſunt expreſſa in petitione relata in *d. Summ. num.* 1 quę
4 videntur ſufficere quamuis vnum confine ſit particulare; alterum verò generale, & alia non conueniant, maximè in antiquis, vt reſponſum fuit in *Ferrarien. ſeù Camaclen. bonorum de Naſellis* 7 *Iunij* 1627. *coram bo me. Coccino in recen. deciſ.* 81. *num.* 17. *par.* 5. Iuncta inſuper poſſeſſione per eumdem Antonium adepta poſt obitum dicti Franciſci de eodem petio Terræ, in cuius Inſtrumento eadem confinia leguntur deſcripta *d. Summ. nu.* 7.

Identitas denique vnius ſpatij Terreni olim hortiui hodiè verò caſamentiui probatur ex conuenientia duorum confinium expreſſorum in eius Inueſtitura, videlicet bona Nicolai Mercati, & à tribus lateribus bona d. Franciſci Donati *Summ. num.* 8. quæ adunguem concordant cum confinibus expreſſis in d. petitione.

Probata itaque identitate competit Immiſſio,
5 quæ vigore Inueſtiturarum concedi ſolet in emphyteuticis ad inſtar *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* Iuxtà tradit *in recen. deciſ.* 585. *num.* 22. *par.* 5. *deciſ.* 204. *num.* 6. *deciſ.* 214. *num.* 14. *& deciſ.* 242. *num.* 3. *part.* 7.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. BENEFICII.
Veneris 27. *Iunij* 1653.

ARGVMENTVM.

Manutentio in Beneficio eſt illi concedenda, qui probat eius Inſtrumentalem poſſeſſionem captam à Procuratore quæ eſt manutenibilis non docto de alterius tunc temporis legitima poſſeſſione, licet non conſtet de legitimo mandato procuræ in perſonam apprehendentis, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio in poſſeſſione Beneficij conceditur probanti*

Digitized by Google

bantı eius poſſeſſionem ex publico Inſtrumento illias adeptionis.

2 *Poſſeſſio licet Inſtrumentalis eſt manutenibilis non docto de anteeedenti alterius apprehenſione.*

3 *Amplia etiam ſi non doceatur de legitimo mandato procura in perſonam illius, qui illam cæpit nomine poſſidentis.*

4 *Ratificatio poſſeſſionis per Procuratorem adepta reſultat ex petita manutentione per poſſidentem.*

5 *Ratificatio poſſeſſionis per alium apprehenſa æquiparatur mandato etiam ſpeciali, & retrotrahitur ad diem adeptionis.*

6 *Præſertim dum non agitur de præiudicio alterius intermedij legitimi Poſſeſſoris.*

DECISIO CCCCXXIX.

VAcante de menſe Septembris proximipræteriti ſimpliei Beneficio ſub Inuocatione S. Nicolai in Eeeleſia S. Georgij in Poggiali Ciuitatis Bononiæ, de illo ab Ordinario prouiſus fuit D. Carolus Emanuel Vizzanus, qui 14. Deeembris ſequentis eius actualem poſſeſſionem fuit adeptus, cumque Carnlus Podius ſuper dicto Beneficio, eiuſque poſſeſſione eum moleſtare velle iactauerit commiſſa mihi eauſa Iactationum, & moleſtationum huiuſmodi propoſui dubium ſuper manutentione, & Domini reſponderunt pro D. Vizzano infor-
1 mante, quia ex publieo Inſtrumento relato in eius
Summ. num. 2. eoueludenter iuſtifieat adeptionem
ſuæ poſſeſſionis ſuò dicta *die* 14. *Decembris proximipræteriti*, quæ lieet inſtrumentalis, nihilominus
2 eſt manutenibilis, non docto de anteeedenti alterius apprehenſione *vulg. l. Prædia ff. de acqu. poſſeſ. Rota coram bo. me. Merlino deciſ.* 9. *num.* 1. *& alibi paſſim.*

Non obſtat, quod non doeeatur de mandato
3 Procuræ in perſonam illius, qui eius nomine di-
ctam poſſeſſionem cæpit. Quia eum ipſe vtatur
4 præfata poſſeſſione, petendo manutentionem ex-
inde reſultat eius ratificatio, quæ æquiparatur
5 mandato etiam ſpeciali, & retrotrahitur ad diem
adeptionis, partim dum non agitur de præiudi-
6 cio alterius Intermedij legitimi poſſeſſoris *l. quod ſi de ſpeciali ff. de minor. Rota coram Card. Mantic. deciſ.* 227. *num.* 2, *&* 3. *& coram bon. me. Merlin. dec.* 878. *num.* 4.

Et ità &c.

LEODIEN. PERSONATVS DE FLERON.

Veneris 4. Iulij 1653.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus probatur ex enuneiatiuis, quę tamen debēt eſſe ſupra eentum Annos ſecus autem ſi recentes, & præſertim ſi emanauerint ab habentibus Intereſſe, & ab ijs ad quos de Iure patronatus cognoſcere non ſpectabat, multoque magis dum principaliter dubitatur de exiſtentia Iuriſpatronatus, tune enim ex iſtis enuntiatiuis non probatur Iuſpatronatus, & per conſequens prouiſus ab Ordinario tamquam de libero venit abſoluendus ab impetitis.

SVMMARIVM.

1 *Enuntiatiua recentes non iuſtificant Iuſpatronatus, ſed debent eſſe ſupra centum annos.*

2 *Enuntiatiua emanata ab ijs de quorum proprio intereſſe agebatur tamquam à Perſonis ſuſpectis, non probat Iuſpatronatus, nec attendi debet.*

3 *Enuntiatiua licet emanata ab executore litterarum Apoſtolicarum, dum tamen ad eum non ſpectabat de Iurepatronatus cognoſcere illud non probat, præſertim ſi emanauerit ſine cauſa cognitiane.*

4 *Executoris aſſertio facta ſine cauſa cognitione libertati Eccleſiæ præiudicare non valet.*

5 *Enuntiatiua Iuſpatronatus non probant quando principaliter dubitatur de illius exiſtentia in concurſu habentis prouiſionem ab Ordinario, tamquam de libero.*

6 *Vltimus ſtatus plurimum attendi debet ad effectum iudicandi qualitatem Beneficij.*

7 *Reus etiam in Beneficialibus obtinere poteſt ex non Iure Actoris, quando non petit Ius ſuum canonicari, ſed ſimpliciter ab impetitis abſolui.*

8 *Reus conuentus, eſt abſoluendus ex eo quod probatio Actoris redditur turbida.*

DECISIO CCCCXXX.

CVm prætenderent Thomas Bulienne, & Bartholomeus Rolantz Perſnnatum, de quo agitur, non eſſe liberæ Collationis, ſed de Iurepatronatus annexo Caſtro de Fleron diſcutiendum propoſui an conſtet de Iurepatronatus, ſeu potius ſit danda abſolutoria Ioanni Stochem eollitiganti prouiſo ab Ordinario, tanquam de libero, & negatiuè quoad primam partem, affirmatiuè vero quoad ſecundam Domini reſponderunt; Quia iuſtificatio aſſ. Iuriſpatronatus deducitur ſolum ex duabus enuneiatiuis, quarum prima emanauit anno 1620. in quodam Inſtrumento tranſactionis initæ inter Capitulum Aquiſgranen. & Comitem de Bucquoi emptorem dicti Caſtri, vbi enunciatur, quod in principali venditione eiuſdem Caſtri reſeruatum fuerat eidem Capitulo dictum Iuſpatronatus, ſecunda verò emiſſa fuit anno 1623. per executorem Apoſtolicum datum in litteris à Summo Pontifiee eoneeſſis ſuper confirmatione alienationis einſdem Caſtri, qui approbando alienationem addidit hæc verba: *Vna cum Iurepatronatus Iuribus, cenſibus &c.* Vndè cum iſtæ enun-
1 ciatiuę ſint recentes prętenſum Iuſpatronatus non
iuſtificant, quia debent eſſe ſupra centum annos *Card. Mantic. deciſ.* 88. *num.* 4. *Buratt. deciſ.* 478. *numer.* 12. *Rota apud Vbitan. de Iurepatr. deciſ.* 25. *num.* 9. *cum alijs allegatis in Lucana Iuriſpatronatus* 10. *Ianuarij* 1645. §. *neque ad probandum &* 3. *Decembris* 1646. §. *Nec in hoc coram Reuerendiſſimo D. Terracinen.*

Præſertim ex quo prima emanauit ab ijs, de
2 quorum proprio intereſſe agebatur, & ſic tanquam
à perſonis ſuſpectis multominus attendi debet. *Aretin. in cap. eam cauſam il terzo num.* 21. *verſ. ſed tamen aduerte de probat. Rota deciſ.* 160. *num.* 9. *par.* 1. *& deciſ.* 405. *num.* 2. *par.* 2. *recen. apud Vbitan. de Iurepatr. d. deciſ.* 25. *num.* 11. *& in dicta Lucana Iuriſpatronatus* 3. *Decembris* 1646. *dicto* §. *Nec in hoc verſ. & cum ageretur.* Altera verò licet prodie-
3 rit ab executore, attamen quia ad ipſum non ſpe-
ctabat cognoſcere de exiſtentia dicti Iuriſpatronatus eius aſſertio præſertim facta ſine cauſæ co-
4 gnitione libertati Eccleſiæ præiudicare non valet,
vt dixit *Rota deciſ.* 53. *num.* 7. *par.* 1. *recent.*

Quæ tantomagis procedunt cum principaliter
5 dubitetur de exiſtentia dicti Iuriſpatronatus in
concurſu habentis prouiſionem tanquam de libero, pro quo inſuper concurrit vltimus ſtatus comprobatus ex collatione Ordinarij effectuata per ſubſequentem poſſeſſionem *Summar. informat. num.*
6 *nu.* 4. qui plurimum attendi ſolet ad effectum iudicandi qualitatem Beneficij, vt reſpondit. *Rot. coram Card. Seraphino deciſ.* 1103. *num.* 5. *& deciſ.* 1120. *num.* 2. *coram Card. Caual. deciſ.* 350. *num.* 2. *& deciſ.* 389. *num.* 6. *in recent. deciſ.* 297. *numer.* 5. *par.* 5. *& in Neapolitana Cimiliarcatus* 26. *Iunij* 1647.

Digitized by Google

coram R. p. d. meo Bichio §. quarto dirimit omnem
Centrouerſiam.
His itaque poſitis conſequens eſt, vt eidem
Prouiſo tanquam delibero danda ſit abſolutoria
ab impetitis per prætendentes Iuſpatronatus,
7 quia in Beneficialibus reus obtinere poteſt ex non
Iure Actoris quando non petit ius ſuum canoni-
zari, ſed ſimpliciter ab impetitis abſolui, vt op-
timè diſtinguendo tradit *Felin. in cap. clim* 25. *ſub*
num. 10. *verſ. limita* 3. *de reſcript. Rota deciſ.* 4. *nu.*
2. *de re indic. in nou.* eandemque diſtinctionem
canonizauit *Rota in Leodien. Beneficij* 24. *Februarij*
1644. *coram R. p. d. meo Bichio* §. *non obſtat*, *quod*
productio verſ. quicquid ſit ad effectum, & ſimplici-
ter pro abſolutoria reſpondit *in Abulen. portionis*
14. *Iunij* 1647. *coram R. p. d. meo Celſo* §. *fin.* vbi
8 firmatur, reum conuentum eſſe abſoluendum ex
eo, quod probatio Actoris reddebatur turbida.
Et ità vtraque &c.

TVDERTINA SVCCESSIONIS.

Veneris 4. Iulij 1653.

ARGVMENTVM.

Sententia, quatenus ſit valida, & iuſta tranſit in
iudicatum, & appellatio efficitur deſerta ſi cauſa
non fuerit commiſſa infra decendium à die reue-
rentialium, quod tamen limitatur, quando ap-
pellans infra dictos decem dies fecit diligentias
pro committenda appellatione, vel præſentauit
commiſſionem coram Domino Regente Cancel-
lariæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio efficitur deſerta, & ſententia tranſit in*
indicatum, ſi cauſa commiſſa non fuerit infra de-
cendium à die Reuerentialium.

2 *Limita, vt non procedat, quando appellans infra di-*
ctos decem dies fecit diligentias pro committenda
appellatione, vel præſentauit commiſſionem co-
ram Domino Regente Cancellariæ.

3 *Sententia dicitur valida concurrentibus in proceſſu*
omnibus requiſitis per deciſ. Caputaque 260.
part. 2.

4 *Nepos ex ſorore præmortua æqualiter ſuccedit in bo-*
nis auunculi ab inteſtato defuncti cum eius ma-
tertera.

5 *Statutum præferens agnatos, Cognatis in Hæredita-*
te defuncti non comprehendit bona exiſtentia extra
Territorium ſtatuentium.

6 *Statutum non ligat Clericos, quamuis fuerit Apoſto-*
lica auctoritate confirmatum.

DECISIO CCCCXXXI.

APpellauerat à Sententia Rotali Procurator
Franciſcæ Aptiæ de Compagnis ſub die 19.
Octobris 1652. cui Iudex dedit Reuerentiales in
forma, ſed commiſſionem appellationis non
prius impetrare curauit, quam ſub die 21. No-
uembris ſequen. & ſic poſt 32. diem; Vnde meri-
tò conſtare de re iudicata hodie reſolutum fuit;
1 Quia cum cauſa commiſſa non fuerit infra decen-
dium à die dd. Reuerentialium, ſed poſt dies 32.
appellatio remanſit deſerta, & ſententia fecit
tranſitum in iudicatum *Caſſad. deciſ.* 4. *ante num.*
1. *de appell. Caputaq. deciſ.* 31. *num.* 1. *& per tot.*
par. 1. *Cæſar de Graſſ. deciſ.* 3. *num.* 1. *de reb. Ec-*
cleſ. non alien. Lancell. de attent. par. 2. *cap.* 12. *nu.*
60. *inter tract. magn. tom.* 5. *fol. mihi* 347. *à tergo*
Scacc. de appell. cap. 14. *num.* 7. *Marcheſ. de commiſſ.*
par. 2. *cap.* 1. *num.* 43. *cum alijs allegatis coram bon:*
me. Buratt. deciſ. 764. *num.* 1.
Et quamuis hæc concluſio limitationes reci-
2 piat, vt non procedat, quando appellans infrà
dictas decem dies fecit diligentiã pro committen.
appellatione, vel præſentauit commiſſionem co-
ram D. Regente Cancellariæ, vt optimè pro li-
mitatione tradit *Lancell. d. cap.* 12. *numer.* 65. *cum*
ſeqq. & ſecuta fuit Rota coram bo: me: Buratt. deciſ.
171 *num.* 6. *& in Romana Alimentorum ſcut. mille*
27. *Iunij* 1639. *coram R. p. d. meo Bichio* §. *primo*.
Nihilominus hæc limitatio non applicatur caſui
noſtro, quia non docetur de præſentata infra di-
ctos decem dies, nec de diligentijs pro commit-
tenda appellatione, ſed in actis adeſt ſola com-
miſſio, quæ peruenit ad Banchum Curſorum di-
cta die 21. Nouembris 1652.
Cæterum conſtat de validitate ſententiæ Rota-
3 lis, quæ in dubium reuocari non poteſt concur-
rentibus in proceſſu omnibus requiſitis Iuxtà vul-
gatam *deciſ. Caputaque* 260. *par.* 2. Iuſtitia verò
clara apparet ex *deciſione edita coram R. p. d. Meltio*
22. *Maij* 1652. vbi firmatur ſucceſſionem in bonis
4 & hæreditate Io. Lucidi de Aptis ab Inteſtato de-
functi æqualiter, & pro medietate deberi ipſi
Franciſcæ illius ſorori, & Io: de Oddis eius ne-
poti ex Lucretia altera ſorore Iuxtà diſpoſitionem
Auth. ceſſante, & Auth. poſt fratres C. de legit. hæ-
red. & in §. *Si igitur defunctus Auth. de hæred. ab In-*
teſt. venien. Et ſtatutum Tudertinum de *Succeſſ. ab*
Inteſt. Rubr. 56. *diſtin.* 2. præferens agnatos Co-
5 gnatis non comprehendere bona exiſtentia extrà
Territorium ſtatuentium, nec ligare Ioannem vti
Clericum, quamuis authoritate Apoſtolica con-
6 firmatum, vt latè comprobatum fuit *in dicta deci-*
ſione multis rationibus, & authoritatibus, quibus ad-
di poteſt Bonon. hæreditatis 28. *Iunij* 1652. *coram R.*
p. d. meo Bichio.
Et ità vnica tantum &c.

LEODIEN. PERSONATVS DE FLERON.

Mercurij 29. Nouembris 1653.

ARGVMENTVM.

Abſolutio ab incurſu declaratoriæ eſt concedenda
petenti, poſt quam paruerit mandato Rotali de
manutenendo, adhibuerit diligentias, vt amo-
ueantur impedimenta, & turbationes, & expen-
ſas refecerit, in quibus fuit in ipſa declaratoria
condemnatus, & ex quibus de his omnibus ſuffi-
cienter ad hunc effectum apparere dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Mandato de manutenendo ad effectum obtinendi*
abſolutionem ab incurſu declaratoriæ ſatis dici-
tur paritum ab eo, qui nunquam fuit in poſſeſ-
ſione, nec vllos fructus percepit ſi patientiam
præſtet ſine vlla contradictione.

2 *Declara vt inſimul etiam requiratur paritio verba-*
lis legitime facta offerendo ſe paratum huiuſ-
modi patientiam præſtare, & mandatis Rotali-
bus obtemperare.

3 *Diligentia pro remouendis impedimentis, quæ poſ-*
ſeſſori præſtantur à Tertio tunc ſolum ſunt fa-
cienda ad euitandam declarationem, & impe-
trandam abſolutionem à Collitigante quando Ter-
tius colluderet cum principali, vel eius nomine
poſſideret.

4 *Secus autem ſi impedimenta proueniant à Tertio*
proprio marte, illa inferente, neque principa-
lis poſſideat, vel per ſe, vel per ipſum impe-
dientem.

5 *Patientia cum verbali, oblatione ſufficit ei, qui*
nunquam fuit in poſſeſſione, nec fructus percepit
ad

Digitized by Google

ad euitandam declaratoriam, & obtinendam abſolutionem.
6 *Expenſæ factæ in expeditione declaratoriæ ſi iam ſint liquidatæ collitiganti ſunt prius reficiendæ, quam obtineri poſſit abſolutio ab illius incurſu.*
7 *Expenſæ factæ in expeditione declaratoriæ ſunt reficiendæ pro virili non autem in ſolidum à petente abſolutionem, ſi in iiſdem alij fuerunt condemnati.*
8 *Declaratoria ad hoc vt propter eius nullitatem non ſit attendenda, debet eſſe adeo palmaris, & notoria nullitas, vt nullo velamine offuſcari poſſit.*
9 *Iniuſtitia declaratoriæ non excuſat à paritione cum non ſpectet ad condemnatum cognoſcere de iniuſtitia ſententiarum Rotalium.*

DECISIO CCCCXXXII.

NE concederetur abſolutio hodiè petita à Bartholomeo, contra quem relaxata fuerat declaratoria ob non paritionem mandati Rotalis de manutenendo, Tria obijciebant Informantes pro Ioanne Stochem, ſcilicet, deficere paritionem, nullas adhibuiſſe diligentias, vt amouerentur Impedimenta, & turbationes, quæ prætenduntur dicto Ioanni illatæ ab Archidiacono, & Decimatoribus ſuper poſſeſſione, & perceptione fructuum Perſonatus controuerſi; & demum deficere refectionem expenſarum factarum occaſione dictæ declaratoriæ, & in quibus fuit Bartholomeus in ea condemnatus.

Ad primum reſpondebatur, quod mandatum de manutenendo nullum continet præceptum poſitiuum explendum à Bartholomeo, qui nun-
1 quam fuit in poſſeſſione dicti Perſonatus, nec
aliquos fructus percepit, ideoque ſimplex patientia ſine contradictione ſufficiat pro paritione, vt dixit Rota *coram bon. mem. Buratt. deciſ. 933. num. 1. & deciſ. 947. pariter num. 1. ac in recent.*
2 *deciſ. 407. num. 5. par. 8.* & licet inſimul requi-
ratur paritio verbalis legitimè facta, exhibendo ſe paratum huiuſmodi patientiam præſtare, & mandatis Rotalibus, ſeù verius Apoſtolicis obtemperare, vt limitando dictam Concluſionem reſpondit Rota *in recent. deciſ. 319. num. 1. par. 2. deciſ. 614. num. 2. par. 3. In Conchen. Decimarum dell'Infantado 26. Aprilis 1619. coram Andrea §. Sed pra paritione, In Mediolanen. Bonorum 15. Februarij 1630. coram bon. mem. Coccino apud Paſth. de manut. deciſ. 272. num. 3. In Ampurien. & Ciuitaten. Electionis Vicarij 20. Octobris 1649. coram* R. P. D. *meo Meltio §. ad Intimationem verſ. & in terminis euitand. In Leodien. Vicariæ 4. Iulij proximi preteriti coram R. P. D. meo Bichio §. Neque Robertus, & prius in Burgen. Decimarum 11. Februarij 1650. coram me §. Quia præter quod.* Nihilominus quia ipſemet Barthomeus perſonaliter comparuit in actis Notarij Cauſæ, & expreſsè proteſtatus fuit, nunquam ſe oppoſuiſſe exequutioni mandati Rotalis, nec de præſenti illam impedire, neque impugnare, imò quamcunque patientiam præſtare, vt idem mandatum ſuum ſortiatur effectum eius *Summar. num. 7.* hoc vtique ſufficit pro paritione.

Quod verò requirantur diligentiæ pro remo-
3 uendis impedimentis, quæ poſſeſſori præſtantur
à Tertio, procedit in caſu, quo Tertius colluderet cum principali, vel eius nomine poſſideret, in quibus terminis loquitur, *Rota in Colonien. Monaſterij 7. Maij 1639. coram Card. Vbaldo in recent. deciſ. 276. num. 2. cum ſeqq. par. 2.* & optimè declaratum fuit in *Marſicen. Iuriſdictionis 10. Maij 1649. Coram R. P. D. meo Bichio §. Nec Archipre-*
4 *sbytero cum ſeqq.* Ideoque non applicatur Caſui
noſtro, cum allegata Impedimenta proueniant à Decimatoribus ſoluere recuſantibus, & ab Archidiacono proprio marte illa inferente, neque aliqua iuſtificatur iſtorum Colluſio cum Bartholomeo Collitigante, qui (vt dictum eſt) nunquam poſſedit, aut fructus percepit, nec perci-
5 pere tentauit, ac proindè certum eſt, quod Pa-
tientia cum dicta verbali oblatione ſibi ſufficere debet ad euitandam Declaratoriam, & impetrandam abſolutionem Iuxtà authoritates ſupra allegatas.

Demum quoad Tertium cum Bartholomeus in Sententia declaratoria condemnatus fuerit in expenſis, eius occaſione factis, quæ hodiè ſolum
6 petuntur, & hæ liquidatæ fuerint in ducatis tri-
ginta auri, ac pro eis relaxatum, & expeditum mandatum executiuum, non poteſt ipſe petitam abſolutionem obtinere, niſi illas reficiat, atque anteà collitiganti reſtituir, vt in his terminis reſpondit Rota *coram bon. mem. Merlino deciſ. 481. num. 1. in dicta Ampurien. & Ciuitaten. Electionis Vicarij coram* R. P. D. *meo Meltio §. fin. & in Leodien. Canonicatus Sancti Martini 31. Ianuarij proximi preteriti coram me §. neque Capitulo verſ. Præſertim quoad expenſas.* Atq; ità Domini exiſtimarunt dandam eſſe petitam abſolutionem, refectis tamen prius à Bartholomeo expenſis dictæ Declaratoriæ pro ſua rata, videlicet pro quinta parte
7 dd. Ducatos auri triginta, quia cum in Senten-
tia ipſius Declaratoriæ non ſolum ipſe, ſed etiam tres Decimatores, & Archidiaconus declarentur excommunicati, & omnes in expenſis condemnentur, ipſæ pro virili tantummodo, non autem inſolidum ab illis refici debent Iuxtà diſpoſitionem *text. in l. 1. C. ſi plures vna ſententia, & in l. Paulus reſpondit vbi gloſſ. ff. de re iudic. Borgnin. deciſ. 15. num. 31. par. 1. Caputaq. deciſ. 343. per tot. par. 1. cum alijs per Rot. in Romana Superuiuentiæ 3. Iulij 1634. coram Cardinale Panzirolo §. principalem ſententiam, & in Meleuitana Expenſarum 1. Februarij 1651. coram me §. Ex parte verò cum ſeq.*

Ea autem, quæ deducebantur contra validitatem, & Iniuſtitiam dictæ Declaratoriæ, non
8 fuerunt habita in aliqua conſideratione; Quia
ad ipſum effectum nullitas debet eſſe adeò palmaris, & notoria, vt nullo velamine offuſcari
9 poſſit, prætextus verò Iniuſtitiæ non excuſat à
paritione, cum non ſpectet ad condemnatum cognoſcere de Iuſtitia, aut Iniuſtitia Sententiarum Rotalium, vt alijs adductis authoritatibus optimè reſponſum fuit in *Barchinonen. Iuriſdictionis 5. Iulij 1649. coram* R. P. D. *meo Bichio §. Tum etiam quia.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA PRÆTENSI SVPPLEMENTI Dotis.

Veneris 5. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Promittens aſſignare annuum redditum Eccleſiæ pro eius dotatione, ſatisfacit eidem aſſignando bona ſtabilia tanti redditus, neque ad aliquid aliud tenetur, ſi tractu temporis redditus bonorum diminuantur, ſecus autem ſi promiſſa fuerit annua quantitas, & quare? & quid ſit huiuſmodi aſſignatio haberet tractum ſucceſſiuum,

& eſſent correſpectiua ad manutentionem Eccleſiæ?

SVMMARIVM.

1 *Promittens aſſignare annuum redditum ſatisfacit aſſignando ſtabilia tanti redditus.*

2 *Contrarium verò procedit, quando promittitur annua quantitas, quia ſcilicet promiſſio annui redditus importat, quod donatario datur Ius reale, quod non importat promiſſio quantitatis.*

3 *In aſſignatione annui redditus, fuiſſe aſſignatam proprietatem fundi, non autem ius ſimpliciter percipiendi quot Annis redditum de manu Hæredis, arguitur ex facultate actualem poſſeſſionem apprehendendi aſſignatario attributa.*

4 *Promittens annuam quantitatem non liberatur aſſignando ſtabilia tanti redditus, ſi poſtea redditus bonorum diminuantur.*

5 *Idem eſt quando quantitas eſt in obligatione, fundus autem in ſolutione.*

6 *Promittens aſſignare annuum redditum, ſatisfacit aſſignando ſtabilia tanti redditus, nec tenetur ſupplere, ſi poſtmodum redditus fuerint diminuti, cum ad hunc effectum attendatur tempus aſſignationis, non autem ſubſequens.*

7 *Dotatio ſi ab initio fuit ſufficiens, non tenetur dotans ad ſupplendum diminutionem poſtea contingentem.*

8 *Obligatus tradere liberatur ſi ab initio rem fecerit accipientis, & caſu poſtea contingens cedit periculo Domini.*

9 *Patronus, ſi ab initio Eccleſiam legitimè, & ſufficienter dotauerit, ad nihil amplius tenetur, ſi tractu temporis dos minuatur, ſed detrimentum cadit Eccleſiæ.*

10 *Supplicationis forma alterari non poteſt.*

11 *Proteſtatio facta per dotantem Eccleſiam, quod non vult teneri ad euictionem, aut conſeruationem annui redditus, ſi nihil in contrarium fuit in ſupplicatione expoſitum, illius formam non alterat, ſed inſeruit pro declaratione.*

12 *Promiſſio aſſignandi annuum redditum pro ſubſtentatione monialium, vti habens tractum ſucceſſiuũ non ſufficit implementum, niſi perpetuo duret.*

13 *Declara hoc tantum procedere, ſi implementum deficeret culpa donatoris, vel ſi promiſſa fuiſſet annua quantitas, quotannis præſtanda.*

14 *Quantitas quotannis præſtanda, ſi promiſſa fuerit, promittens non ſatisfacit per aſſignationem ſtabilium.*

15 *Promittens annuum redditum ſatisfacit per aſſignationem ſtabilium.*

16 *Redditus annuus ſi fuerit promiſſus dicitur impleta promiſſio per aſſignationem ſtabilium tanti redditus non attento futuro euentu, qui cadit periculo accipientis, licet cauſa aſſignamenti ſit perpetua.*

17 *Donatori ſufficit rem promiſſam donatario tradidiſſe, licet apud eum perpetuò non duret.*

DECISIO CCCCXXXIII.

BOn: mem: Cardinalis Gymnaſius ad impetrandum à *fel. record. Vrbano VIII.* erectionem Monaſterij Monialium Diſcalceatorum ſub regula Sanctæ Thereſiæ aſſignare obtulit pro earum ſubſtentatione annuum redditum ſcu. 2800. monetæ Romanæ. Sanctiſſimus annuit precibus ex nunc, poſtquam ipſe Cardinalis dictum annuum, & perpetuum redditum, vt ſupra, aſſignauerit, & non alias; & Cardinalis in executionem gratiæ aſſignauit promiſſum redditum in Locis 239. Montium Cameralium non vacabilium, ac in Cenſu ſcut. 25500. ferentibus tamen redditum, pacto tamen adiecto, & non alias, quod ſi d. annuus redditus ſcut. 2800. per extinctionem, vel reductionem reſpectu Locorum Montium, & Cenſus huiuſmodi, ſeù quacunque alia de Cauſa, etiam incogitata, minueretur, Cardinalis, & ſui nec ad euictionem, & conſeruationem illius, nec ad aliud quicquam teneantur, quia cum huiuſmodi pacto, & conditione talem aſſignationem facere declarauit, aliter non dotaſſet, nec aſſignaſſet *Summ. hæredis num. 2.*

Acceptarunt Moniales aſſignationem, & illius realem poſſeſſionem apprehenderunt Locorum Montium, & Cenſus. At quia fructus Cenſus anno 1639. & deindè fructus Montium reducti fuerunt ad minorem quantitatem, coram A. C. Baranzono petierunt Supplementum dicti redditus diminuti, à Catherina præfati Cardinalis nepte, & hærede, quæ tamen abſoluta fuit ab impetitis: Vndè in gradu appellationis dubitatum fuit, An aſſignatio facta per bon: me: Cardinalem ſuffragetur, & affirmatiuè reſponſum;

1 Quia nimirum promittens aſſignare annuum redditum ſatisfacit, aſſignando ſtabilia tanti redditus, vt probat *text. in l. ſi quis argentum §. ſi verò redditus, C. de donat. vbi Cyn. num. 3.* Conciliando Iura, quæ videbantur contraria in *l. vltima ff. de contrab. empt. & in l. Caius ff. de annu. le-*

2 *gat.* contrarium procedere ait, quando promittitur annua quantitas, ſecus ſi promittatur annuus redditus, quia ſcilicet promiſſio annui redditus importat, quod Donatario datur Ius reale, quod non importat promiſſio quantitatis, *Surd. conſil. 319. num. 16. verſic. vel ſimpliciter nulla facta expreſſione fundorum*, quod idem repetit in *tract. de alim. tit. 9. quæſt. 40. ſub num. 17. Soccin. Iun. conſ. 60. num. 41. lib. 4. quem ſequuntur Mantic. de Coniect. vltim. volunt. lib. 9. tit. 2. num. 3. Caſtrill. quotidian. controuer. Iur. lib. 4. cap. 33. num. 9.*

Facilius autem in propoſito, quo idenimet Pontifex in Breui Apoſtolico facultatem dedit Monialibus redditus huiuſmodi, & eorum proprietatis realem, & actualem poſſeſſionem liberè

3 apprehendendi, quod ſatis clarè ſignificat redditum huiuſmodi non eſſe quotannis capiendi de manu hæredis, ſed faciendi aſſignationem fundorum tanti redditus, quorum poſſeſſionem Moniales capere poſſent, vt benè ad propoſitum ponderat *Soccin. Iun. dictu conſil. 60. ſub num. 39.*

4 *verſ. Quartò conſiderandum lib. 4.* Doctores vero adducti pro altera parte vel loquuntur in promiſſione annuæ quantitatis ingenere, in quibus terminis loquitur *Caſtr. conſil. 47. numer. 3. lib. 2.*

5 Vel vbi quantitas eſt in obligatione, fundus autem in ſolutione, in quibus terminis loquuntur *Cephal. conſil. 351. numer. 15. & ſeqq. & Hunded. conſil. 41. num. 13. & 14. lib. 1.* qui caſus longè ſunt diuerſi.

Satisfecit itaquè Cardinalis propriæ obliga-

6 tioni, aſſignando Cenſus, & Loca Montium tanti redditus, nec tenetur ſupplere ſi poſtmodum redditus fuerint diminuti, cum ad hunc effectum inſpiciatur tempus dotationis, & aſſigna-

7 tionis, non ſubſequens; Itaut ſi ab initio dotatio fuerit ſufficiens, non teneatur Dotans ad ſupplendum diminutionem poſteà cõtingentem, vt dixit *Rota apud Pan. dec. 66. num. 9. & in puncto dotis aſſignatæ in Cenſibus dictum fuit in dec. 283. num. 23. & 24. par. 4. recent. & in Camerinen. Do-*

tis Ec-

Digitized by Google

tis Eeclesia 22. Iunij 1650. verſic. Reſpectu verò eo-
8 *ram R. P. D. meo Meltio*; obligatus enim tradere
liberatur, ſi ab initio rem fecerit accipientis, &
caſus poſtea contingens cedit periculo Domini,
l. 1. C. de pericul. & commod. rei vendit. l. plerum-
que ff. de Iur. dot. Natt. conſil. 353. num. 4. Menoch.
conſil. 26. num. 16. & conſil. 155. num. 34. & ſeqq.
9 Eſtquè de natura dotationis, vt legitimè ab ini-
tio facta, & ſufficienter Patronus ad nihil am-
plius teneatur ſi tractu temporis minuatur, ſed
detrimentum cedit Eecleſiæ, *Lotter. de re beneſ.*
lib. 2. quaſt. 14. num. 12. Rota deciſ. 230. num. 5.
part. 1. & deciſ. 56. num. 3. par. 2. diuerſ. & dec.
521. num. 2. par. 2. recen. & coram Pan. d. dec. 616.
num. 9.

Idquè claris verbis expreſſit Cardinalis in actu
aſſignationis proteſtans nolle teneri de euictione,
aut conſeruatione redditus, ſi ex quauis Cauſa
10 minui contingeret, licèt enim alterari non poſſit
11 forma ſupplicationis, quia tamen in ſupplica-
tione nihil fuit in contrarium expoſitum, eſtque
(vt dictum eſt) de natura dotationis, vt futurus
euentus cedat Eccleſiæ commodo, vel incommo-
do, non dicitur alterata forma, ſed proteſtatio
præfata inſeruit pro declaratione. vt in proximis
terminis aduertit *Amat. var. reſol. lib. 1. reſol. 21.*
ſub num. 9. verſ. ſecus in dubio.

Nec obſtat, quod promiſſio aſſignamenti fue-
12 rit correſpectiua ad manutentionem Monialium,
ideoquè vt habens tractum ſucceſſiuum non ſuf-
ficiat Implementum, niſi perpetuò duret ad *text.*
in l. ſi quis ità legauit, ff. de cond. & demonſtr. Gam.
13 *dec. 24. num. 12. Buratt. dec. 48. num. 11.* Vrgeret
enim obiectum, ſi implementum deficeret Culpa
14 Donatoris, vel ſi promiſſa fuiſſet annnua quan-
titas quot annis præſtanda, cui non ſatisfieret
15 per aſſignationem ſtabilium. At cum promiſſa
fuerit aſſignatio perpetui redditus, cui ſatisfit
16 per aſſignationem ſtabilium, nihil refert, quod
Cauſa aſſignamenti ſit perpetua, adhuc enim di-
citur impleta promiſſio per aſſignationem ſtabi-
lium, quæ tunc temporis ferant hunc redditum,
non attento futuro euentu, qui ſuppoſita valida
aſſignatione ab initio cum translatione Dominij
17 cedit periculo Domini ex ſupra adductis, Dona-
tori vero ſufficit nem promiſſam ſemel Dona-
tarijs tradidiſſe, licet apud eos perpetuò non
duret *l. ſi quis hæredes C. de Inſtit. & ſubſtit. l. hæ-*
redibus in princ. ff. ad Trebell. Surd. conſil. 36. n. 27.
Et ità vtraque &c.

MELEVITANA TERRITORII.

Mercurij 10. Decembris 1653.

A R G V M E N T V M.

Reintegratio non datur abſque anteriori poſſeſſione, & quando locum ſibi vindicet Statutũ continuans poſſeſſionem defuncti in hæredem. Immiſſio non competit hæredi hæredis grauati cõtra fideicommiſſarium, quoties ille incontinenti docet de Iure ſuo poſſidet ſine vitio, & nihil eſt detrahendum, quando nihil eſt detrahendum poteſt fideicommiſſarius propria authoritate ingredi poſſeſſionem etiam non citato Hærede grauati, & quando detractio Trebellianicæ cenſeatur prohibita, & à quo ſit detrahenda, & ex quibus bonis ſit deducenda legitima, & ex quibus ſoluenda debita fideicommittentis?

S V M M A R I V M.

1 *Reintegratio ei non competit, qui numquam poſſedit.*

2 *Statutam continuans poſſeſſionem defuncti in Hæredem, non habet locum in bonis fideicommiſſi, quando fideicommiſſum eſt clarum.*

3 *Fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem hæredi grauati contra ipſum petitam, dum incontinenti docet de Iure ſuo poſſidet ſine vitio, & nihil eſt de trahendum.*

4 *Fideicommiſſarius, quando nihil eſt detrahendum ex bonis Fideicommiſſi poteſt ſine vitio ſpolij illorum poſſeſſionem apprehendere, etiam non citato hærede grauati.*

5 *Amplia maximè ſi in Inſtrumento donationis, & fideicommiſſi adſit Clauſula Conſtituti.*

6 *Ex Clauſula Conſtituti tacitè videtur data facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate.*

7 *Fideicommiſſarius cui eſt data facultas à Teſtatore poſſeſſionem ingrediendi propria authoritate, poteſt illam ingredi abſque citatione, vel Iudicis decreto.*

8 *Filius ſi legitimam ſibi aſſignatam in certis bonis acceptauit, eius acceptationis vigore non poteſt amplius variare.*

9 *Hæres filij, qui legitimam ſuper certis bonis acceptauit non poteſt variare, ſicut ipſe filius non poſſet.*

10 *Trebellianica cenſetur à Teſtatore prohibita, quando mandauit reſtitui eius Hæreditas tota, integra, nec diminuta.*

11 *Trebellianica poteſt prohiberi etiam filijs primi gradus.*

12 *Amplia, ne dum expreſsè, ſed etiam tacitè.*

13 *Trebellianica non detrahitur ceſſante qualitate hæreditaria, cum adinuenta fuerit fauore vltimæ voluntatis.*

14 *Trebellianica detractio ei non competit, qui fuit grauatus reſtituere per fideicommiſſum, non vt Hæres, ſed vt Donatarius.*

15 *Aes alienum Teſtatoris ſolui debet ex eius bonis liberis, ſi extant, non autem ex bonis particulari fideicommiſſo ſubiectis.*

16 *Hæres grauatus, qui bona libera Teſtatoris alienauit præſumitur reimburſatus de ære alieno per ipſum perſoluto, donec melius contrarium probetur.*

17 *Hæres grauatus ſoluens æs alienum Teſtatoris contractum ſuper re fideicommiſſo particulari ſubiecta, poteſt illud ab ea deducere, vel ipſam ſimili onere denuo grauare.*

18 *Declara hoc tantum procedere, niſi adſint alia bona libera ex quibus ſoluere potuerit, vel niſi ſit, vel præſumatur ſatisfactus ex alienationibus.*

19 *Hæres illius, qui de euictione tenetur, repellitur exceptione* l. Vindicantem *ff. de Euict.*

20 *Hæres beneficiatus tenetur ſeruare factum defuncti, quouſque ſuppetunt vires Hæreditariæ.*

D E C I S I O CCCCXXXIV.

CVmulus Charitatis melitæ obtinuit Reintegrationem à Rota ad poſſeſſionem medietatis Territorij controuerſi, eo quia tunc reuocatum extitit in dubium, An illa comprænderetur ſub fideicommiſſo in contractu donationis Conſtituto per Franciſcum Ferrum, anno 1579. præſertim ex quo acquiſita dicebatur per Gregorium Iuniorem ipſius filium nomine proprio: Terminato autem dicto Iudicio in poſſeſſorio quoad iſtam medietatem idem Cumulus petebat ſimiliter reintegrari, ſeù potius immitti in poſſeſſionem alterius medietatis ad dictum Franciſcum, dum viuebat, ſpectantis, & ſub dicta eius fidei-

com-

commiſſo contentæ; Verum Cumulo nec reinte-
grationem, nec Immiſſionem competere fuit re-
ſolutum.

Non competit ſiquidem reintegratio, quia
1 ipſe nunquam poſſedit controuerſam medieta-
tem, *Rota deciſ. 556. num. 1. par. 4. recent.* Nec
poſſeſſionem educere poteſt ex Conſtitutione Re-
gni Siciliæ continuatiua poſſeſſionis defuncti in
2 hæredem, quia ceſſat huiuſmodi Conſtitutionis
effectus in bonis fideicommiſſi quando (prout
hic) fideicommiſſum eſt clarum, vt firmatum
fuit in *Deciſione huius Cauſa ſuper altera medietate
3. Decembris 1649. coram Eminentiſſimo D. Cardi-
nali Ottbobono, §. Nec relenat, & prius in Terraci-
nen. fideicommiſſi 14. Decembris 1643. coram eodem
§. Nec Statutum vbi allegantur concordantes, ac in
terminis huius Conſtitutionis Milanen. deciſ. 3. nu-
mer. 245.*

Nec debetur Immiſſio, quia Fabritius Teſta-
3 ferrata, & litis Conſortes rei conuenti, ad quo-
rum fauorem Fideicommiſſum purificatum
fuit, ſunt legitimi Contradictores, cum in con-
tinenti doceant de Iure ſuo, poſſideant ſine vi-
tio, & nihil ſit detrahendum ex doctrin. *Bart. in
l. final. num. 22. & ſeq. C. de edict. Din. Adr. toll.*
ſæpiſsimè per Rotam comprobata, & ſignater
in *Amerina Caſtri Guardiæ 10. Martij 1651. coram
Reuerendiſſimo Terraconen. §. 1.*

Quod in continenti doceant de Iure ſuo eui-
denter patet, quia fideicommiſſum; cuius vigo-
re fuit capta poſſeſſio, eſt clarum, & litterale,
eiuſque pariter purificatio clara eſt ad fauorem
Reorum, nec de Identitate bonorum dubitatur,
quod reſpectu huius medietatis ab Agentibus pro
Cumulo nunquam fuit reuocatum in dubium, &
de præſenti abſolutè admittitur.

Indequè cum nullæ competant Detractiones
4 (vt inferius probabitur) potuerunt Fabritius, &
Conſortes ſine vitio ſpolij illius poſſeſſionem ap-
prehendere, etiam non citato hærede grauari,
vt dixit *Rota in Senogallien. Fideicommiſſi 22. Maij
1606. coram Cardinali Sacrato, in Romana de Capi-
zucchis 1. Iunij eiuſdem anni coram Lancellotto, &
alijs allegatis in Bonon. fideicommiſſi de Blanchis 28.
Iunij 1647. coram Reuerendiſſimo Terraconen. §. Ni-
5 hil obſtat verſ. Vlterius quia*; Præſertim cum in di-
cto Contractu donationis, & fideicommiſſi adſit
Clauſula Conſtituti *Summario Fabritij, & Conſor-
6 tum num. 3.* ex quo tacitè videtur data facultas
capiendi poſſeſſionem propria authoritate *Alex.
in Addit. ad Bart. in l. 1. ff. quor. Legator. Cuman.
conſil. 61. in fin. Odd. conſil. 78. numer. 22. & ſeqq.
lib. 2. Menoch. de adipiſc. remed. 2. num. 77. Angel.
de legitim. Contradict. quaſt. 10. num. 22. & ſeqq.*
7 Et ſic licet Fideicommiſſario abſque alia Cita-
tione, vel Decreto Iudicis ingredi poſſeſſionem,
vt admittitur in alia deciſione huius Cauſæ *coram
me 3. Iunij 1659. §. Nec huiuſmodi*, & præter Au-
thoritates ibi allegatas tenuit *Rota in Reatina
Succeſſionis 27. Maij 1642. coram R. P. D. meo Pen-
tingerio §. Non obſtat verſ. Quia concluſio, & in d.
Amerina Caſtri Guardiæ corã D. Tarraconen. §. Tum
etiam verſ. ſtante itaque.*

Non competunt detractiones; Nam legitima,
& Trebellianica ab Actoribus non prætenduntur,
& ex abundanti legitima iam fuit aſſignata in
alijs bonis, & aſſignatio per Gregorium filium
8 acceptata, *dicto Summ. num. 4.* cuius acceptatio-
nis vigore ſicut ipſe filius non poſſet variare, *Pie.
in l. in quartam num. 183. ff. ad leg. falcid. Surd. de
alim. tit. 9. quaſt. 34. num. 18. & 19. Card. Seraph.
deciſ. 1365. num. 6. & 20. San. Mem. Gregor. dec.
9 186. numer. 4.* Ita nec Cumulus eius hæres vulg.
10 *l. Cum à matre C. de rei vindic.* Trebellianica verò
ob præceptum fideicommittentis de reſtituendo
Territorium totum, integrum, & non diminu-
tum, *dicta Summar. d. num. 3.* reſpectu medietatis
tantum, de qua agitur in præſenti, cenſetur pro-
hibita, *Ripa in l. Centurio num. 130. verſ. contra-
rium ff. de vulg. & pupill. Menoch. conſil. 1084.
num. 20. & 21. & conſil. 1145. ſub num. 18. Card.
Seraphin. dec. 1023. num. 7. Rota in recent. dec. 453.
ſub num. 3. par. 1. & in Bonon. Succeſſionis 17. Iunij
1647. coram R. P. D. meo Bichio §. His poſitis verſ.
11 & gratis*; Vt potuit etiam filijs primi gradus,
*Iaſ. conſil. 89. num. 5. lib. 1. Dec. conſil. 495. nu-
mer. 22. & ſeqq. Alexan. conſil. 29. num. 2. lib. 5.
Rota deciſ. 318. num. 3. par. 1. deciſ. 185. num. 13.
deciſ. 226. num. 14. & deciſ. 330. num. 24. part. 5.
12 recent.* Nedum expreſsè, ſed etiam tacitè, vt
articulo plenè diſcuſſo reſpondit *Rota in Peruſina
de Alphanis 27. Martij 1620. coram clar. mem. Coc-
cino in recent. deciſ. 651. num 3. cum ſeqq. part. 8.*
13 Vltra quod Trebellianica non detrahitur ceſſan-
te qualitate hæreditaria cum adinuenta fuerit fa-
uore vltimæ voluntatis, & ſic non competit ei,
qui (prout hic) grauatus fuit reſtituere per fidei-
commiſſarium, non vt hæres, ſed vt donatarius
l. Mulier §. Vt Trebelliano ff. ad S. C. Trebell.
cum cæteris in puncto allegatis in *Peruſina Bonorũ
14. Iunij 1647. coram me §. finali.*

Æs autem alienum (vt aſſeritur) ſolutum Cre-
15 ditoribus ſiue Gregorij Senioris, ſiuè Franciſci
fideicommittentis non eſt detrahendum ex hac
medietate particulari fideicommiſſo ſubiecta,
dum apparet ex Inuentario bonorum hæredita-
riorum eiuſdem Franciſci relato in *dicto Summar.
num. 6.* ipſum reliquiſſe quam plura bona libera
tam ſtabilia, quam mobilia, & ingentem pecu-
niarum quantitatem *l. cum pater §. Libertus ibique
gloſſ. verb. ne id alienarent ff. de leg. 2. Peregrin. de
fideicomm. art. 40. numer. 22. Molin. de Primogenit.
Hiſpan lib. 1. cap. 10. num. 4. & ſub num. 10. verſ.
non autem vbi Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 541. num. 19.
& ſeqq. Rota in Romana fideicommiſſi de Zuccaris
4. Februarij 1650. coram Reuerendiſſimo D. meo De-
cano §. Detracta igitur, verſ. & Prætereà, & in Me-
leuitana Cenſus 5. Decembris eiuſdem anni §. Tolli-
tur Tertio, & 29. Ianuarij 1652. §. Vltimo coram
16 R. P. D. meo Peutingerio*; Cumquè Gregorius
Iunior Donatarius grauatus pro maiori parte
dicta bona libera alienauerit *d. Summar. num. 5.*
ac reliqua penes ſe retinuerit, ex eis vtiquè in-
tegrè reimburſatus præſumitur (donec melius
contrarium probetur) de prætenſo ære alieno
per ipſum perſoluto *ad text. in l. Marcellus vbi
communiter DD. ff. ad Trebell. Alexan. conſil. 3.
num. 4. & ſeq. lib. 3. Peregr. de fideicomm. art. 39.
num. 2. in fin. Rot. deciſ. 680. num. 7. par. 1. diuerſ.
coram Card. Caual. deciſ. 130. num. 4. & in recent.
deci. 449. num. 6. par. 1. & coram bon: me: Merlino
dec. 707. num. 4.*

Nec refert, quod ſolutum fuerit æs alienum
17 contractum ſuper hac ipſa Territorij medietate,
quo caſu grauatus ſuper ea illud poteſt deduce-
re, vel eamdem rem ſimili onere denuò grauare
ex *Molin. dicto cap. 20. num. 25.*

Hoc enim eſt intelligendum, niſi adſint alia
18 bona, ex quibus ſoluere potuerit, aut debuerit,
& niſi ex illis fuerit, vel præſumatur reimburſa-
tus,

Digitized by Google

tus, vt præſumitur ex ſupra firmatis, nulla enim
æquitas patitur, vt petere valeat quod intus ha-
19 bet; Et inſuper cum Franciſcus Donator pro-
miſerit euictionem *dicto Summar. d. num. 3.* Gre-
gorius illius hæres, ſeù Cumulus eius ſucceſſor
repellitur exceptione *l. Vindicantem ff. de euict.*
20 quamuis fueri- beneficiatus, cum adhuc tenea-
tur ſeruare illius factum quouſquè ſuppetunt Vi-
res hæreditariæ, *Menoch. conſil. 84. num. 4. San. Mem. Gregor. dec. 418. num. 6. ibique Adden. n. 15.*
Aſſertio autem, quod ſatisfacta Imperia fidei-
committentis Vxore de ſua dote ex dictis pecu-
nijs in illius hæreditate repertis, cætera bona
libera vel eſſent propria filiorum, vel non ſufficerent pro integra ſatisfactione dicti ætis alieni, meliorem iuſtificationem expoſcit.

Et itá vtraque &c.

MELEVITANA DONATIONIS.

Veneris 12. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Donatio facta ſponſo, & filijs licet regulariter quæratur omnibus filijs eiuſdem ſponſi, ſiue ex primo, ſiuè ex ſecundo, vel vlteriori matrimonio ſuſcepti fuerint; maximè ſi donatio facta non fuerit contemplatione certi matrimonij; attamen ſi fuit facta ſponſo, & ſponſæ, & eorum filijs, nepotibus, & deſcendentibus, dicitur tantum reſtricta ad filios, & deſcendentes ex illo matrimonio, ex quibus hoc deducatur?

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ſponſo regulariter quæritur omnibus filijs eiuſdem ſponſi ſiue ex primo matrimonio ſuſcepti fuerint, ſiue ex ſecundo, & vlteriori quocumque.*

2 *Donans, & Donatarius præſumuntur habere æqualem affectionem erga omnes ipſius Donatarij filios ex quocumque matrimonio ſuſceptos.*

3 *Filiorum mentio facta ab vno ex Coniugibus reſpectu alterius non cenſetur cogitatum de filijs alterius Matrimonij, ſed præſumuntur odio habiti.*

4 *Secus autem ſi illorum mentio fiat à Tertio, tunc enim cenſentur contemplati filij ex quocumque matrimonio ſuſcepti.*

5 *Donatio facta vni Coniugum, & eorum filijs, non cenſetur connexiuè facta ad comprehendendum dumtaxat communes filios illius Coniugis ex quocumque ſuſcipiantur matrimonio.*

6 *Præſertim dum non fuit facta intuitu, & contemplatione illius matrimonij, nec contemplata perſona vtriuſque Coniugis, ſed vnius dumtaxat.*

7 *Donatio pro omnibus, & quibuſcumque Iuribus donatario competentibus, cenſetur facta animo compenſandi id ad quod donans ex cauſis expreſſis tenebatur donatario.*

8 *Filij ſine vlla diſtinctione primi, vel ſecundi matrimonij æqualiter ſuccedunt in bonis eorum Patris, ſiue maternis, ſiue paternis ipſius.*

9 *Donatio cenſetur à Patre ſtipulata fauore omnium filiorum tam primi, quam ſecundi matrimonij, dum bona donata fuerunt ſubrogata in locum bonorum ipſius Patris, in quibus omnes filij erant æqualiter ſucceſſuri.*

10 *Donatio facta ſponſo, & ſponſæ ad fauorem eorum filiorum, & deſcendentium non poteſt ſuffragari filijs ſecundi matrimonij.*

11 *Filij in donatione nominati perdictiones ſuorum, & eorum ſepius repetitus poſt ſpecificatus perſonas ſponſi, & ſponſæ, quibus fuit facta donatio, indicat de ſolis filijs illius matrimonij fuiſſe intellectum, eoſque ſolos in donatione contemplatos.*

12 *Filij ex certa Vxore ſi fuerunt vocati, excluduntur cæteri alterius mulieris.*

13 *Clauſula*, e conuerſo *indicat correſpectiuitatem.*

14 *Donatio facta ſponſo correſpectiuè ad dotem ei traditam ab Vxore, & in eius recompenſam, non poteſt prodeſſe ipſius filijs ex ſecundo matrimonio, dum donatarius illam aſſequitur ex primo.*

15 *Donatio facta ſponſo in recompenſa dotis habita ab Vxore, non cenſetur facta ſola contemplatione Viri, ſed etiam Vxoris, cuius Pater tantam dotem non dediſſet, nec veriſimiliter matrimonium contraxiſſet, ſine hac correſpectiua donatione.*

16 *Donatio facta ſponſo, ac ſponſæ eorumque filijs, nepotibus, & deſcendentibus cum ſtricta prohibitione alienandi inducit perpetuum fideicõmiſſum fauore filiorum vtriuſque Coniugis copulatiuè, cum onere vnius reſtituendi alteri.*

17 *Donatarius non poteſt in præiudicium filij ex prima Vxore ſuſcepti diſponere de bonis donatis fauore alterius filij ſecundi matrimonij in donatione non comprehenſi.*

18 *Dictio* vt ſupra *refertur ad ea, de quibus ſuperius mentio facta fuerat.*

19 *Ignorantia probabilis excuſat à contraria obſeruantia.*

20 *Hæres grauatus, ſicuti non poteſt expreſſè fideicommiſſarijs præiudicare, ita multo minus tacitè, obſeruando contrarium.*

21 *Præſcriptio, vt dicatur completa debet ſubduci tempus pupillaris, & minoris ætatis illius contra quem præſcribitur.*

22 *Pater eſt vſufructuarius bonorum Vxoris, & filiorum.*

23 *Iudex iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem eius anteriori poſſeſſione.*

DECISIO CCCCXXXV.

VT videretur de bono iure prius ſimpliciter 31. Martij, & deindè etiam ad effectum manutentionis 20. Iunij 1653. Rota reſpondit, ſuper quo hodiè aſſumpta diſputatione, reſolutum fuit, Conſtare de bono Iure Io: Vincentij, & filiorum, ſeu (quod idem eſt) Donationem medietatis Territorij, & Viridarij *Talpuales* nuncupatorum, & annuarum vnciarum 20. Cenſualium factam per ſaluum Xerri Ioannij Antonio Nepoti in Inſtrumento Sponſalium per ipſum, & Agatucciam Habelam contractorũ 4. Septembris ſuffragari dumtaxat filijs dicti Matrimonij, excluſis alijs ſecundi matrimonij.

Licet enim regulariter Donatio facta Sponſo
1 quæratur omnibus filijs eiuſdem ſponſi, ſiue ex
primo matrimonio ſuſcepti fuerint, ſiuè ex ſecun-
do, & vlteriori quocunque propter æqualem af-
2 fectionem, quam erga omnes habere præſumi-
tur, tam Patrus Donans, quam Pater Donata-
rius, vt per *text. in l. 3. C. de inoffic. teſtam.* Arti-
culo maturè diſcuſſo, dictum fuit in *Piſauren. Donationis 8. Februarij 1647. & 31. Ianuarij 1648. coram Eminentiſſimo Cardinali Otthobono, & per auctoritates ibidem adductas tradit Cancer. var. reſol. tom. 3. cap. 7. num. 101.* diſtinguens *numer. 104.*
3 quod ſi ab vno ex Coniugibus reſpectu alterius
fiat mentio filiorum, non cenſetur cogitatum
de filijs alterius matrimonij, quia præſumuntur

odio

4 odio habiti; At ſi mentio filiorum fiat à Tertio
in donatione facta vni Coniugum, & eorum fi-
5 lijs, non cenſetur connexiuè facta ad comprehen-
dendum dumtaxat communes filios, ſed diſcre-
tiuè, vt capiat filios illius Coniugis ex quocun-
que ſuſcipiantur matrimonio ſecundum *Bald. in Auth. qui rem num. 6. & 7. C. de Sacroſan. Eccleſ. Fontanell. de pact. nupt. Clauſ. 4. gloſſ. 9. part. 1. nu. 36. verſ. Per hac ega, Cutell. de donat. contempl. matrim. tract. 2. diſpuc. 1. ſpecial. 36. num. 9. verſic. quodſi ità, & num. 12. & 13.*

Quod fortius admittendum videbatur in pro-
6 poſito, quo Donans non videtur donaſſe intuitu,
& contemplatione certi matrimonij, nec con-
templaſſe perſonam vtriuſquè Coniugis (ſed ne-
potis dumtaxat, dum profeſſus fuit) ſe donare
Io: Antonio pro omnibus, & quibuſcunque Iuri-
bus eidem Donatario competentibus, tam ex
cauſa paternæ, & maternæ Succeſſionis, quam
adminiſtationis tutelæ ipſius Donatarij geſtæ à
7 Donante. Hinc enim donatio cenſetur facta
animo compenſandi, quod donans ex dictis Cau-
ſis tenebatur Donatario ad *text. in l. Cum pater 30. ff. de Iur. dot. & in l. huiuſmodi §. Cum pater, ff. de legat. 1. Aym. conſil. 149. num. 3. verſ. Item qñ legat. Honded. conſil. 50. num. 20. cum ſeqq. lib. 2. Menoch. conſil. 56. num. 36. & praſumpt. 110. num. 3. lib. 4. Facbin. controu. Iur. lib. 5. cap. 33.*
8 *verſ. quod igitur*; Indeque ſicuti ad eius filios de-
uentura erant bona paterna, & materna, & id
totum, quod donans eidem debebat ex Cauſa
adminiſtrationis tutelæ, nulla adhibita diſtin-
ctione primi, aut ſecundi matrimonij ad *text. in l. 1. C. de legit. hared. & in l. Cum alijs 4. §. ad maternas C. de ſecun. nupt. §. Nec illud quoquè, Auth. de nupt. cum alijs in d. Piſauren. Donationis 8. Februarij 1647. §. Cui quidem, & in Foroſempronien. Bonorum 14. Martij 1650. coram R. P. D. meo Bl-*
9 *ebio verſ. Vndè eo non inſtituto*; Ità cenſetur dona-
tionem ſtipulaſſe ad eorumdem fauorem, vt ad
eoſdem deuenirent bona donata, eorum loco
ſubrogata, *Iaſ. conſil. 231. num. 2. lib. 2. Burſatt. conſil. 298. num. 18. Menoch. conſil. 70. num. 9. & ſeqq. Peregrin. conſil. 35. num. 7. lib. 3. Giouagn. conſil. 23. numer. 11. Surd. dec. 15. num. 21. Rota apud Card. Seraph. dec. 477. num. 11. cum alijs allegatis in Bonon. Bonorum 17. Iunij 1641. & 21. Februarij 1642. & in Cathacen. Hareditatis 28. Aprilis proximipreteriti coram me.*

Attamen quia Donatio ſpecificè facta fuit
ſponſo abſenti Notario pro eo ſtipulante cum
Clauſula *Ad habendum* per præfatos Sponſum, &
Sponſam, & cum pacto (ſunt verba Donatio-
nis) *Quod omnia, & ſingula bona ſupra dotata, & donata, ac aſſignata, & aſſignanda prafatis ſponſo, & ſponſa intelligantur, & ſint, ac eſſe debeant vinculata tam prafata ſponſa, quam eidem ſponſo diuiſim, vt ſuprà, & eorum filijs, nepotibus, pronepotibus, & poſteris, ac Deſcendentibus in perpetuum, & in infinitum; Ità quod nec eiſdem ſponſis, neque eorum cuiuslibet licebit, nec licitum erit bona pradicta ven-*
10 *dere, alienare &c.* non poteſt ſuffragari filijs ſe-
11 cundi matrimonij, quia dictiones illæ, *ſuorum, & eorum*, poſt ſpecificatas perſonas ſponſi, &
ſponſæ ſæpius repetitæ indicant de ſolis filijs il-
lius Coniugij fuiſſe intellectum; eoſquè ſolos in
donatione contemplatos *l. ſi inter virum, & vxorem 24. ff. de pact. dotal. Bertazzol. Conſ. Ciuil. 234. num. 6. & ſeq. Gabriel. conſ. 13. num. 2. & 3. Simon. de Prat. conſil. 56. num. 13. lib. 1. Molin. de Rit. nupt. lib. 1. quaſt. 11. num. 19. & ſeqq. & numer. 38. in fin. Modern. Mantuan. contr. for. cap. 497.*
12 *num. 10. Boer. dec. 276.* Vocatis enim filijs ex
certa vxore excluduntur cæteri alterius mulieris,
vt ad Litteram probat *text. in l. filius 28. num. 1. verſ. ſi quis*, ibi: *Si quis ex certa vxore natum ſcribit haredem in periculum rumpendi Teſtamentum deducit, ex alia ſuſceptis liberis, ff. de liber. & poſth. ibique gloſſ. verb. ſi quis alijque plures congeſti à dicto Moderno Mantuan. vbi ſupra dicto cap. 497. num. 10.*

Idquè clarius demonſtrat Correſpectiuitas
eiuſdem donationis ideo factæ ſponſo ab eius
Patruo, ex quo ab altera parte Sponſæ Pater in-
13 ſignem dotem eidem conſtituerat ſcut. 3650.
vt indicat Clauſula in principio adiecta, Ibi:
E conuerſo, Rota dec. 123. num. 4. par. 2. & dec.
14 *405. antè nu. 1. par. 4. diuerſ.* Propter hanc enim
Correſpectiuitatem, quam Donatarius non aſ-
ſequitur ex ſecundo matrimonio, non poteſt il-
lius filijs prodeſſe, ſed confunditur cum promiſ-
15 ſione dotis, & in eius recompenſam facta cen-
ſetur non ſola contemplatione Viri, ſed Vxoris,
cuius Pater tantam dotem non dediſſet, nec ve-
riſimiliter matrimonium contraxiſſet ſine hac
correſpectiua Donatione, *Natt. conſ. 609. num. 3. Menoch. conſil. 723. num. 74. Surd. conſil. 457. numer. 21. verſic. quinto cum eodem Rouit. conſil. 94. num. 11. & ſeqq. lib. 1. Io: Franc. à Ponte conſil. 25. ſub. num. 3. lib. 1. Modern. Lucen. conſil. 7. num. 13. & 14. Cutell. vbi ſupra de donat. contempl. matrim. tract. 2. diſp. 1. ſpecial. 36. num. 24.*

Et comprobat pactum adiectum in ſecundo
Capitulo, quod bona dotata, & donata ſponſo,
& ſponſæ eſſent vinculata tam ſponſæ præfatæ,
quàm eidem ſponſo, diuiſim vt ſuprà, & eorum
filijs, nepotibus, pronepotibus, ac poſteris,
& deſcendentibus in perpetuum, & in infinitum,
Ità tamen quod nec eiſdem ſponſis, nec eorum
cuilibet licebit bona præfata vendere, alienare,
nec de eis diſponere, niſi tamen de eorum legi-
16 tima; Exindè enim inductum fuit perpetuum
fideicommiſſum fauore filiorum vtriuſquè Con-
iugis copulatiuè cum onere vnius reſtituendi al-
teri, ad *text. in l. filius fam. §. Diui il ſecundo ff. de legat. 1. Bart. in l. qui Roma §. Cohæredes numer. 3. verſic. quod puto verum ff. de verbor. oblig. Card. Canal. dec. 167. num. 1. cum alijs latè congeſtis in Mediolanen. Bonorum 6. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio verſ. quod autem attinet, & 31. Martij 1649. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado verſic.*
17 *Quod fideicommiſſum*; Vndè non potuit ſponſus,
& Donatarius in præiudicium filiæ ex prima
Vxore ſuſceptæ de bonis donatis diſponere fa-
uore alterius filiæ ſecundi matrimonij in præfa-
ta donatione non comprehenſæ, vt probat *text. in ſupradicta l. ſi filius 28. dicto §. 1. ff. de liber. & poſth. Rouit. d. conſil. 94. num. 14. & ſeqq. Molin. de Rit. nupt. dicta quaſt. 11. num. 19. & ſeqq. Non at-*
18 *tento verbo, Diuiſim vt ſupra*, cum appoſitum
fuerit ad euitandam communionem bonorum
Iuxtà conſuetudinem Melitæ, de qua ſuperius
mentio facta fuerat, & ad quam proindè præfata
dictio refertur, *Surd. conſ. 313. num. 48. cum vulga.*

Et hinc non applicantur reſolutiones contra-
riæ in ſupra relata *Piſauren. Donationis*, cum ni-
mis diſſent à Caſu noſtro, ex quo ibi nec nomi-
nati, nec contemplati fuerunt filij, minuſuè ad-
erant verba reſtrictiua, *eorum, & ſuorum*, in
quibus terminis ædem Deciſiones admittunt

eon.

contrarium intellectum, & multò minus aderant pacta prohibentia diſpoſitionem, ſed imò data facultas liberè diſponendi, ex qua colligitur ſolam ſponſi perſonam fuiſſe contemplatam. At in propoſito pacta ſuadent contrarium: vt admittunt *Cancer. Cultell. Molin. & Fontanell. locis ſupra allegatis.*

Super obſeruantia contraria non poteſt fieri
19 fundamentum propter probabilem ignorantiam
20 Agatucciæ filiæ prioris matrimonij, quæ in omnem Caſum ſicuti non potuiſſet fideicommiſſarijs expreſsè præiudicare, Ità multo minus tacitè obſeruando contrarium, *Bellon. Iun. conſil. 1. num. 103. cum ſeqq. Rota coram bon. mem. Coccino dec. 343. ſub num. 4. verſ. non obſtat, & in Romana fideicommiſſi 7. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Zo-*
21 *rate in fine*; Præſcriptio autem non eſt completa, cum ſit ſubducendum tempus pupillaris, & minoris ætatis eiuſdem Agatucciæ, *l. fin. ibique gloſſ. verb. eas, C. in quib. Cauſ. reſtit. in Integr. non eſt neceſſ. l. non eſt incognitum, C. quib. non ſubijciat longi temp. præſcript. Odd. de reſtit. in Integr. quæſt. 90. num. 8. Rota deciſ. 383. num. 2. verſic. Quam verò par. 4. diuerſ.*

Ex quibus dictum fuit conſtare de bono Iure
22 Ioannis Vincentij Galea mariti Agatucciæ, & Patris reſpectiuè, & vſufructuarij bonorum eius, ſuorumque filiorum, ſibique dandam eſſe manu-
23 tentionem, cum ex facto Iudicis iniuſtè procedentis non fuit eius anteriori poſſeſſione priuatus *cap. Licet Epiſcopus de Præben. in 6. cap. Licet Cauſam de probat, l. Clam. poſſidere §. Qui ad nundinas ff. de acquir. poſſeſſ.*

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA PAROCHIALIS.

Luna 15. Decembris 1653.

ARGVMENTVM.

Liquidacio fructuum, qui fuerunt attentatè percepti ſpectat ad eum, qui petit procedi ad vlteriora in negocio principali, quomodo autem de ſtylo Rotæ admittatur attentans ad huius modi liquidationem faciendam, & ex quibus iuſtificata remaneant, non minus clarè, quam eruditè tractatur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus attentate recepti ſunt liquidondi ob eo, qui petit procedi ad vlteriora in negocio principali, et de ſtylo Rotæ quomodo ſernetur in praxi?*

2 *Terminus ad probandum quando præfigitur ad fauorem Actoris extra Italiam, de ſtylo Curiæ ſunt quatuor menſes.*

3 *Dictio*, circiter, *aliquid minuit prudentis Iudicis arbitrio.*

4 *Et verificatur etiam in decima parte minus.*

5 *Valor beneficij, quomodo per vtrum modum probetur?*

6 *Liquidatio fructuum vt potè difficilis probationis, contentatur leuioribus iuſtificationibus.*

7 *Fructuum perceptio probatur ex ſola poſſeſſione iunctis adminiculis.*

8 *Remiſſoria dato vni ex collitigantibus eſt communis etiam olteri od reprobandum.*

9 *Intellige procedere quando in litteris remiſſorialibus fuit datus terminus reprobatorius, ſecus contra.*

10 *Adde quod licet Iudex delegatus non poſſit recipere teſtes ſuper reprobatione, tenetur tamen recipere proteſtationem.*

11 *Exceptiones contra perſonas teſtium non admittun-*

tur in Iudicio ſummariiſſimi poſſeſſorij.

12 *Item quando non requiritur plena, ſed ſufficit leuis probatio.*

13 *Teſtium perſona an cenſeantur approbata ex quo pro illis examinandis fuerunt data interrogatoria, & conſtitutus Interpes abſq; vlla proteſtatione.*

14 *Teſtes deponentes de proprio iudicio, nullum gradum probotionis conſtituunt.*

DECISIO CCCCXXXVI.

Poſt relaxatum à me de ordine Rotæ mandatum de manutenendo ad fauorem Ioannis Matthei Habelæ contra Dominicum Magrum in poſſeſſione Parochialis controuerſę pro reuocatione attentatorum iuxta deciſiones æditas 26. Maij, & 31. Iulij 1651. ac poſſeſſione ſubſecuta, dictus Dominicus condemnatus ad reſtitutionem fructuum facto depoſito vnius Iulij, cum obligatione ſoluendi reſiduum poſt illorum liquidationem, obtinuit Commiſſionem mihi directam præfixionis termini pro liquidatione facienda
1 Iuxtà ſtylum, cuius vigore petens procedi ad vlteriora in negotio principali poſtquam attentauit, ipſe liquidare debet fructus reſtituendos, vel Impetrate Commiſſionem, vt præfigatur terminus alteri Parti ad liquidandum, vt de huiuſmodi ſtylo reſtatur *Rota coram Card. Seraph. dec. 655. numer. 4. & in Pientina Iuriſpatronatus 1. Februarij 1599. §. Nequè obſtabat, quod fructus coram Corduba*, quam poſteà ſæpiſſimè approbauit, vt in *Meleuitana Bonorum 1. Iulij 1652. coram Nauorro §. Probatur enim confirmata 4. Iulij 1650. coram R. P. D. meo Putingerio §. Neque Vniuerſitas, & in Meleuitana Territorij 26. Iunij 1651. coram me, §. Vltimo*; Cuius Commiſſionis vigore ad Inſtan-
2 tiam eiuſdem Dominici, præuia Citatione aſſignaui Ioanni Mattheo terminum quatuor menſium, prout regulariter fieri ſolet ad fauorem Actoris ad probandum quando præfigitur extrà Italiam, vt eſt Inſula Melitæ, vt per *text. in l. 1. C. de dilat. teſtantur Senerol. de remiſſ. litigat. cap. 24. num. 2. & 3. Buccocc. de litter. remiſſ. cap. 7. num. 4. vbi in fine* dicit, quod ità in Curia ſeruatur: Compilato autem Proceſſu, eoque in Rota tranſportato, dubitaui; Pro qua ſumma eſſet relaxandum mandatum, tam pro fructibus, quam pro damnis, & intereſſe. Et Domini quoad fructus relaxandum eſſe dixerunt in ſcutis 290. Teſtes enim concorditer deponunt redditus Parochialis controuerſæ ſpectantes ad Parochum abſquè vllo onere expenſarum annuatim aſcendere ad ſcuta 250. computatis, tam certis, quam incertis, & à die 8. Auguſti 1650. qua Magrus attentatè illius poſſeſſionem accepit vſque ad diem 3. Octobris 1651. qua Habela illam recuperauit, Procuratorem Attentantis fructus percipiſſe ad ſcuta 300. circiter aſcenden. *dicto Summ.*
3 *num. 7. & 9.* Dictio enim (*circiter*) aliquid minuit prudentis Iudicis arbitrio, *Buratt. dec. 722.*
4 *num. 3.* vt verificatur etiam in decima parte minus *Corn. conſil. 59. num. 5. lib. 4. San. Mem. Gregor. deciſ. 128. numer. 6. Roto in Bonon. Terrorum 16. Iunij §. finali 12. Decembris 1642. §. Tandem coram R. P. D. meo Bichio, & in Romana Penſionis 19. Ianuarij 1640. coram me §. penult.* Vndè diſtribuendo annuum valorem ſcut. 250. in 13. menſes, & dies 25. fructus attentatè percepti ad prædictam quantitatem ſcut. 290. aſcendere calculantur.

Nec dubitatum fuit, quin dicti Teſtes plenè iuſtificent præfatum valorem, quia ipſi non ſo-

Digitized by Google

lùm deponunt de auditu, ſed etiam teſtificantur
per optimas rationes, ex quo nempè viderunt li-
bros Parocchiales, & ex quo ſunt practici dictæ
5 Parocchialis, quem eſſe verum modum probandi
valorem tradit *Bart. in l. 1. num. 15. & ſequen. ff.
ſi cert. pet. Felin. in cap. Cum cauſam numer. 5. verſ.
Tertiò declara de Teſtib. Farinac. eod. tract. quaſt. 70.
num. 164 & ſequen. Menoch. lib. 6. præſumpt. 24.
num. 11. cum ſeqq.* Quos in terminis ſecuta fuit,
*Rota in Calagyritana Beneficij 2. Decembris 1652.
coram R. p. d. meo Bichio §. vt conſtat*; eoque magis
ad effectum liquidationis fructuum, de qua agi-
6 tur, quæ vtpotè difficilis probationis contenta-
tur leuioribus Iuſtificationibus, vt poſt *Bald. Corn.
& alios reſpondit Rota coram Card. Seraph. dec. 1132.
num. 1. & per tot. & in recen. deciſ. 271. numer. 2.
cum duobus ſeqq. par. 8.*

Minuſque heſitandum videtur, quin fructus
dicti temporis perceperit Dominicus; Tùm quia
concludenter probatur à dictis Teſtibus, eos fuiſ-
ſe perceptos ab eius Procuratore, tùm etiam quià
dùm toto eo tempore controuerſam Parochialem
7 poſſedit, eos percepiſſe præſumitur, maximè iun-
ctis partitis adnotatis in libro Parochiali, & rela-
tis in dicto *Summ. numer. 11. Card. Seraph. deciſ.
1245. num. 6. San. me. Gregor. deciſ. 50. numer. 2.
Card. Canal. deciſ. 586. num. 1. Buratt. deciſ. 173.
num. 3. & 4. ibique Adden. num. 9. Rota in recen. de-
ciſ. 269. num. 2. part. 1. & in Aquiſgranen. Canoni-
catus 22. Maij 1648. coram me §. Et licet.*

Non obſtat, quod Iudex remiſſorialis denega-
uerit probationes à Dominico petitas ſuper re-
probatione Teſtium.

Licet enim regulariter remiſſoria data vni ex
collitigantibus ſit communis etiam alteri ad pro-
8 bandum iuxtà doctrinam *Vitalian in Clem. ſæpè §.
verum num. 25. ff. de verb. ſignif. Seuerol. vbi ſuprà
cap. 22. num. 4. Adden. ad Buratt. deciſ. 501. num. 3.*
9 Hoc tamen procedit, quando in litteris remiſſo-
rialibus ſpecialiter datur terminus reprobatorius,
ſecus autem quando (prout hic) in litteris datus
non fuit, tunc enim Iudex remiſſorialis non po-
teſt admittere partem ad reprobandum, cum ca-
reat Iuriſdictione, & ſi eam admitteret proceſſus
reprobatorius eſſet nullus, vt dixit *Rota coram Bu-
ratt. deciſ. 587. num. 7. in fin. Adden. ad eundem di-
cta deciſ. 501. num. 3. verſ. At niſi.* Ex commu-
10 niori enim DD. ſententia d. Iudex non poteſt re-
cipere Teſtes ſuper reprobatione, niſi ſpecialiter
talis facultas ſibi conceſſa fuerit, licet recipere
teneatur proteſtationem *Innoc. in cap. Licet cauſam
ante num. 1. verb. potuit ibiq; Io. Andr. num. 4. &
Bellamer. num. 8. in 1. oppoſitione de probat. Iaſ. in l.
2. num. 9. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. ſpecul. tit. de
teſte §. Qualiter num. 21. Seuerol. vbi ſupra cap. 36.
per tot. Afflict. in conſtit. Regn. lib. 2. rubr. 29. de
conſtit. in pecuniar. num. 3. verſ. 3. quæro Buccac. vbi
ſupra cap. 8. num. 11. verſ. de iſta clauſula.*

Plura inſuper concurrunt, quæ huiuſmodi re-
probationem excludere videntur, & primo quod
agitur de liquidatione fructuum pro terminatio-
ne reuocationis attentatorum, & ſummariſſimi
11 Iudicij poſſeſſorij, in quo regulariter non admit-
tuntur exceptiones contra perſonas teſtium. *Co-
uar. pract. quaſt. cap. 17. num. 4. verſ. Septimo eſt
Capic. deciſ. 55. per tot. Farinac. de teſtib. quaſt. 62.
limit. 9. num. 193. cum duob. ſeqq. Card. Seraph. de-
ciſ. 342. in fin. & deciſ. 561. in princ. San. me. Gre-
gor. deciſ. 449. num. 10. ibiq; Adden. litt. E. Card.
Canal. deciſ. 44. num. 4. Rota deciſ. 564. in fin. part.
5. & deciſ. 156. num. 4. par. 6. recent.*

Secundò quòd dictæ exceptiones perſonales
non recipiuntur, quando (prout hic) non requi-
12 ritur plena, ſed ſufficit leuis probatio *Zuccard. in
in l. fin. num. 302 verſ. ſi verò lex C. de edict. Diu.
Adr. tollen. Menoch. de arbitr. quaſt. 32. numer. 11.
Farinac. d. quaſt. 62. d. limit. 9. num. 195.*

Tertiò demum, quod Dominicus approbaſſe
videtur perſonas dd. Teſtium, dum Interrogato-
13 ria dedit, & interpetrem conſtituit pro illis
examinandis ſine vlla proteſtatione reſpiciente
illorum perſonas, & non agitur de Teſtibus om-
ninò inhabilibus, *vt not. Imol. in cap. cum dilectus
il ſecondo num. 34. de conſuetud. Felin. in cap. inti-
mauit num. 10. de teſtib. Clar. in §. fin. quaſt. 34. in
annot. num. 39. Afflict. deciſ. 351. num. 8. Farinac.
d. quaſt. 62. lim. 8. num. 175. cum ſeqq. vbi numer.*
185. diſtinguit inter approbationem dicti, & ap-
probationem perſonæ.

Quo verò ad damna, & Intereſſe in ſcutis 60.
à Ioanne Mattheo prætenſa Domini dixerunt,
non eſſe relaxandum mandatum; nàm Teſtes pro
huiuſmodi liquidatione examinari ſimpliciter
14 deponunt de proprio Iudicio *Summ. n. 10.* Ideoq;
nullum gradum probationis faciunt *Honded. conſ.
79. num. 37. lib. 1. Caputaque deciſ. 278. num. 1.
par. 3. Rota deciſ. 245. num. 1. part. 1. deciſ. 173.
num. 6. & deciſ. 407. num. 35. par. 5. recent.*

Et ità vnica tantùm &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI, SEV SALVIANI.

Veneris 23. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Emptor rei fideicommiſſo ſuppoſitæ, cui in licentia Pontificis fuerat iniunctum onus inueſtiendi pretium ad fauorem fideicommiſſariorum non poteſt ab ijs moleſtari, facto legitimè Inueſtimento, licet poſtea illud abſque eius culpa euaſerit minus Idoneum, & inexigibile; ſi autem onus inueſtiendi illi non fuerit impoſitum, ſed aliter inter partes conuentum cum Auctoritate Pontificis, tunc neque de verſione, neq; de Inueſtimenti effectuatione tenetur eſſe ſollicitus; & an ex eo cenſeatur illi iniunctum onus inueſtiendi, quod Inueſtimentum debebat fieri cum eius conſenſu.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus extinguitur mediante reſtitutione ſortis principalis, legitimè facta.*

2 *Inueſtimentum non fuiſſe tutum, neque exigibile, probari debet de tempore Inueſtimenti nec ſufficit ſi ex poſt euaſerit minus Idoneum abſque culpa inueſtientis.*

3 *Inueſtimentum ſi fuit legitimè factum, licet ex poſt abſque culpa Inueſtientis euaſerit minus Idoneum, & inexigibile adhuc forma Breuis mandantis fieri tutum Inueſtimentum dicitur ad vnguem ſeruata.*

4 *Emptor rei fideicommiſſo ſuppoſita, vel habens cauſam ab eo præfertur fideicommiſſarijs ſuper re empta facto legitimè Inueſtimento ad eorum fauorem ad quod ipſe tenebatur licèt poſtea illud abſque eius culpa euaſerit minus idoneum, & inexigibile.*

5 *Emptor rei fideicommiſſo ſuppoſita regulariter tenetur eſſe ſollicitus de verſione, & inueſtimenti effectuatione.*

6 *Secus tamen eſt quando aliter inter partes, accedente Principis Auctoritate conuentum fuit.*

7 *Emptor rei fideicommiſſo ſubiecta, dum ex partium conuentione accedente Principis Auctoritate ſoluc*

libe-

Digitized by Google

*liberatus ab onere inueſtimenti, alienatio ſubſti-
netur, & ipſe eſt tutus, etiam ſi verſio pecunia-
rum in cauſam expreſſam non probetur, vel mi-
nus legitimè facta fuerit.*
8 *Emptor rei fideicommiſſo ſuppoſitæ; cui onus inue-
ſtiendi non fuit impoſitum, & quem partes, &
Pontifex voluerunt eſſe ſecurum; non poteſt à fi-
deicommiſſarijs moleſtari non facto pecuniarum
inueſtimento, ſed debent agere contra alienan-
tem.*
9 *Onus inueſtiendi pretium cenſetur iniunctum empto-
ri dum eius conſenſus in inueſtimento fuit requiſi-
tus ad inuigilandum pro indemnitate fideicommiſ-
ſariorum.*
10 *Secus ſi ſimpliciter requiſitus fuerit pro maiori eius
cautione, & ad hoc vt inueſtimentum ſtare de-
beret principaliter hypothecatum pro ſui ſecuri-
tate.*
11 *Conſenſus Emptoris requiſitus in inueſtimento pre-
tij ſimpliciter pro illius ſecuritate non debet in
eius odium retorqueri, nec exindè deſumi, quod
illi fuerit iniunctum onus inueſtiendi.*
12 *Reo ſufficit vincere per non Ius Actoris.*
13 *Actor vt dignoſcatur quiſnam ſit, & quis reus, at-
tenditur principium, & origo cauſæ.*
14 *Actor ab initio ſemper durat talis.*
15 *Cauſa cenſetur eadem in ſecunda, & vlteriori in-
ſtantia, qualis erat in prima.*

DECISIO CCCCXXXVII.

VT recederetur à reſolutione coram me emana-
ta 1. Iulij 1652. vbi deciſum fuerat, eſſe lo-
cum ſtatuto de duabus conformibus, ſcribentes
pro ſororibus de Amodeis non contendebant am-
plius extinctionem trium cenſuum firmatam in
tribus præcedentibus deciſionibus huius cauſæ,
ſed iterùm deducebant in venditione Palatij con-
trouerſi fideicommiſſarij q. Franciſci Contugij
ſeruatam non fuiſſe præciſam formam licentiæ
Apoſtolicæ circa tutum Inueſtimentum ibidem
iniunctum, & de nouo allegabant, D. Marchio-
niſſam Liuiam Primam Sanctaecruciam longè an-
teà fuiſſe ſatisfactam de ſuo credito dotali, pro
quo dictum Palatium poſſidet.

His tamen non obſtantibus Domini ſteterunt
in deciſis; non ſubſiſtit enim primum obiectum,
quia Inueſtimentum primo loco ſecutum in dictis
tribus cenſibus cum eodem Tarquinio emptore
tutum omninò fuit, & ſecurum, ſicut ſubſecuta
obſeruantia demonſtrauit, cum ille tam integros
fructus perſoluerit, quam ſortem principalem
1 actualiter reſtituerit, qua reſtitutione mediante
legitimè facta, illi fuerunt extincti, vt compro-
batur *in 2. deciſione Reuerendiſſimi D. mei Decani* 26.
Nouembris 1650. *§. neque releuat verſ. dicebatur &
in deciſ. R. P. D. mei Celſi* 28. *Aprilis* 1651. *§. &
2 nihilominus*; vndè eſto etiam, quod vltimum inue-
ſtimentum deinde factum cum Franciſco Iuniore
de Sancta Cruce tempore contractus non eſſet
exigibile, vt probari debet ex firmatis inter eaſ-
dem partes in *Romana Saluiani* 20. *Aprilis* 1640. *co-
ram Card. Panzirolo §. Tum quia, & impotentia, &
in d. 2. deciſione Reuerendiſſimi D. mei Decani d. §.
neque releuare verſ. illud autem*, vel ex poſt euaſerit
3 minus idoneum, & inexigibile. Hoc tamen tri-
bui non poteſt culpæ Tarquinij, ſed Franciſci,
nec proinde efficit, quod forma Breuis ad vn-
guem ſeruata non fuerit, nullumque præiudicium
4 affert Creditoribus eiuſdem Tarquinij, qualis eſt
Marchioniſſa, vt præferendi non veniant Amo-
deis fideicommiſſarijs, creditoribus Franciſci *l.
vlt. §. & ſi præfatam ibique gloſſ. verb. accomodare
C. de Iur. deliber. & l. cum emancipati §. Illud autem
ff. de collat. Fontanell. de pact. nupt. Clauſ.* 4. *gloſſ.*
9. *part.* 2. *num.* 51. *Rota in Anconitana Cambiorum*
18. *Maij* 1646. *coram R. P. D. meo Meltio §. non
obſtat quod creditum.*

Et inſuper iterum Domini ponderarunt, quod
5 licet regulariter Emptor rei fideicommiſſo ſubie-
ctæ debeat eſſe ſollicitus de verſione, & inueſti-
menti effectuatione, vt notat *Bart. in l. doli num.*
7. *ff. de nouat. Giurb. deciſ.* 79. *num.* 7. *Manent. de-
ciſ.* 31. *num.* 27. *Rota deciſ.* 131. *num.* 6. *cum ſeqq.
par.* 7. *recen. & in Bonon. fideic. de Rubeis* 4. *Maij*
1641. *coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado*, ſecus
6 tamen eſt quando aliter inter partes (prout hic)
accedente Principis auctoritate conuentum fuit;
7 Tunc enim ſemper ſubſtinetur alienatio, & em-
ptor, qui ex dicta partium conuentione ab onere
inueſtiendi liberatus fuit, tutus eſt etiamſi verſio
pecuniarum in Cauſam expreſſam non probetur,
vel minus legitimè facta fuerit, iſtoque caſu com-
8 petit quidem actio vocatis ad fideicommiſſum
contra alienantem, ſed non contrà emptorem,
quem Partes, & Pontifex voluerunt eſſe ſecurum,
vt poſt *Vinc. de Franc. deciſ.* 355. *num.* 6. diſtin-
guendo in his terminis reſpondit *Rota in Romana
domus* 16. *Nouembris* 1643. *coram me ſub §. Vltrà
quod, nec Iulius*, quæ comprobata fuit in *Romana
Vineæ* 2. *Maij* 1644. *coram R. P. D. meo Bichio §.
Conſenſus autem verſ. licet enim*, ac prius inter eaſ-
dem partes in d. *Romana Saluiani* 23. *Ianuarij* 1643.
*coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Et hinc verſ.
ceſſat difficultas.*

Nec ex eo, quod Inueſtimentum fieri debebat
de conſenſu Tarquinij emptoris, cenſetur illi onus
9 inueſtiendi iunctum, quia eius conſenſus non fuit
requiſitus ſimpliciter, vt proinde onerata cenſe-
retur eius conſcientia ad inuigilandum pro in-
demnitate fideicommiſſariorum, in quibus termi-
nis procedit contraria concluſio firmata in dicta
Romana Vinea coram D. meo Bichio §. nocet, ſed ſo-
10 lum pro intereſſe ipſius emptoris, vt patet, tàm
ex conuentione, quod dictum Inueſtimentum ſta-
re deberet primario, & principaliter hypotheca-
tum pro ſui ſecuritate, quam ex expreſſa declara-
tione, quod mora, & negligentia venditoris in
inueſtiendo, illi nocere non poſſet; Vnde retor-
11 queri non debet in eius odium, nec exinde deſu-
mi, quod oneratus fuerit pro inuigilantia inueſti-
menti. vt rectè ad propoſitum reſpondit *Rota de-
ciſ.* 210. *num.* 15. *& deciſ.* 312. *num.* 41. *part.* 6. *re-
cen. & in Romana fructuum dotis* 21. *Aprilis* 1651. *co-
ram me §. quoniam prædicta circa fin. verſ. alias au-
tem.*

Secundum autem obiectum ſatisfactionis faci-
liori reſponſione tollitur, quia nempè omiſſa di-
ſcuſſione veritatis, & iuſtificationis. Hoc pro-
deſſe non poterit in hoc iudicio Amodeis origi-
naliter actricibus omni actione, vt ſupra pro præ-
tenſa immiſſione omninò carentibus; Ideoque
12 Marchioniſſæ reæ conuentæ ſufficit vincere per
non Ius actoris *l. vltima C. de rei vindic. l. cogi C.
de petit. hæred. Caputaque deciſ.* 11. *num.* 1. *cum ſeqq.
par.* 1. *Card. Caual. deciſ.* 606. *num.* 11. *Rota deciſ.*
284. *ſub num.* 4. *& deciſ.* 293. *num.* 9. *part.* 1. *recen.*
Ad dignoſcendum enim quis ſit actor, & quis ſit
13 Reus attenditur principium, & origo cauſæ.
Aym. conſ. 182. *num.* 2. *Oſaſch. deciſ. Pedemont.* 151.
num. 5. *Mohed. deciſ.* 5. *ante numer.* 1. *verſ. quia eſt*

inſpicienda de indic: Rota diuerſ. deciſ. 423. *numer.* 3.
par. 1. *& in recen. deciſ.* 30. *num.* 10. *par.* 5. Actor
14 autem ab initio ſemper durat talis *l.* 3. *C. de ap-*
pell. Rota deciſ. 495. *num.* 13. *part.* 8. *recen.* Nam
15 cauſa cenſetur eadem in ſecunda, & vlteriori in-
ſtantia qualis erat in prima *gloſſ. in l. ità demum*
verb. agitur ibique Salyc. in fin. & in l. Inuitus num.
15. *C. de procurat. Rota Bonon. diuerſ. deciſ.* 138. *nu.*
116. *& Rota noſtra coram bo. mem. Caccino deciſ.* 42.
num. 6. *& in cæteris adductis in Eugubina Prædij* 14.
Iunij 1649. *coram me* §. *Quia cum emanauerit.*

Et ita vtraque &c.

BAREN. SEV NVLLIVS PECVNIARIA.

Veneris 23. *Ianuarij* 1654.

ARGVMENTVM.

Ad beneficium, *deducto ne egeat* is admittitur qui de tempore obligationis erat ſub paterna poteſtate, & ſe vna cum patre obligauit quatenus tamen ab eius hæreditate abſtinuerit; ſecus autem ſi de eo tempore erat emancipatus, vel aliter ſui Iuris effectus tunc enim, vt admittatur ad huiuſmodi beneficium, debet concludenter probare paupertatem, ſiue ſe obligauerit ex cauſa neceſſaria, ſiuè voluntaria, ſiue autem ſit Clericus, & velit gaudere beneficio *Cap. Odoardus de ſolut.* vltra probationem paupertatis, docere debet ſe eſſe ſacris ordinibus inſignitum, vel Beneficiatum, vel alicui Eccleſiæ inſeruite.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium* deducto ne egeat *non competit filio familias, qui contraxit ſui Iuris effectus.*

2 *Beneficium* deducto ne egeat *competit filio familias, qui vna cum eius Patre ſe obligauit, dum tamen à Paterna hæreditate ſeſe abſtinuerit.*

3 *Filius familias, qui ſe cum eius Patre obligauit ſi de tempore obligationis erat ſui Iuris, & habebat proprium peculium, iuuari nequit Beneficio* deducto ne egeat.

4 *Creditor, qui vna cum Patre voluit filium obligari contraxiſſe cenſetur intuitu tam paternæ hæreditatis quam principaliter bonorum ad ipſum filium proprio iure ſpectantium.*

5 *Beneficium* deducto ne egeat *non habet locum niſi per concludentes probationes paupertatis, & inopiæ calamitas iuſtificetur.*

Amplia ſiuè ſimus in ea, qui ſe obligauit ex cauſa neceſſaria, ſiuè voluntaria ibid.

6 *Debitor, ſi concludenter inopiam, & paupertatem iuſtificauerit, admittitur temperamentum aſſignandi omnia bona Creditori, cum onere ipſum alendi.*

7 *Debitor, qui habet vnde ſoluat, non venit admittendus ad beneficium* deducto ne egeat *cum præſumatur illud deducere ad defatigandam creditorem.*

8 *Beneficium* Cap. Odoardus de ſolut. *non procedit niſi fauore Clerici pauperis, & ſoluere non valentis.*

9 *Clericus ad hoc vt admittatur ad Beneficium* Cap. Odoardus, *vltrà paupertatem, debet iuſtificare, ſe ſacris ordinibus eſſe inſignitum, vel beneficiatum, vel alicui Eccleſiæ inſeruire.*

DECISIO CCCCXXXVIII.

PRætendebat Io: Baptiſta, & Pompeius fratres de Continiſijs admittendos eſſe ad beneficium deducto ne egeat, cum tàm prima obligatio de anno 1632. quàm ſecunda de anno 1634 ab ipſis contracta fuerit, dùm erant filij familias vna cum Io: Vincentio ipſorum Patre, ex quo ſeſe obligauerint pro dote ad fauorem ſororis ex mera liberalitate, nulla neceſſitate adſtringente, & demùm quia tanquam Clerici iuuentur beneficio *Cap. Odoardus de ſolut.*

Verum propoſito hodiè dubio Domini reſponderunt, non competere Continiſijs Beneficium deducto ne egeant.

Prætextus enim patriæ poteſtatis præterquod in
facto non ſubſiſtit, quia conſtat ex publico inſtru-
mento relato in *Summ. Mirti num.* 1. ipſos fuiſſe
emancipatos de anno 1630. quod etiam ſub Iura-
mento affirmarunt in Inſtrumento ſecundæ obli-
gationis eodem *Summ. num.* 2. & proindè cum
1 contraxerint ſui Iuris effecti non gaudent dicto
Beneficio, vt notat *gloſſ. in l.* 2. *verb. cuius ff. quod*
2 *cum eo*, dum non iuſtificant à paterna hæreditate
ſeſe abſtinuiſſe; Et vlterius dùm de tempore obli-
3 gationis proprium peculium habebant iuxta præ-
ciſam ipſorum confeſſionem in dicto Inſtrumen-
to iureiurando firmatam iuuari non poſſunt be-
neficio *l.* 1. *&* 2. *ff. & C. quod cum eo*, quia Mirtus
4 Creditor intuitu tàm paternæ hæreditatis, quam
principaliter bonorum ad ipſos proprio Iure ſpe-
ctantium contraxiſſe cenſetur *Caſtr. in d. l.* 2. *in fin.*
verſ. idem dicendum Franc. deciſ. 70. *per tot. Coſt. de*
remed. ſubſid. remed. 28. *num.* 2. *&* 3. *Gratian. di-*
ſcept. 576. *num.* 1. *cum ſeqq. Rota in Anconitana Pe-*
cuniaria 1. *Iulij* 1612. *coram bo. me.* Remboldo *apud*
Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 204. *nu.* 4.

Minus ſuffragatur ſecundus obligationis con-
tractus ex mera liberalitate; Quia ad effectum, vt
5 quis non conueniatur, niſi in quantum facere po-
teſt, ſiuè ſumus in neceſſaria, ſiuè in voluntaria
obligatione opus eſt per concludentes probatio-
nes iuſtificare paupertatis, & inopiæ calamitatem
vt poſt *Bart. in repetit. extrauag. ad reprimendum*
verb. Summariè ſub num. 30. *verſ. & idem puto tra-*
dit. Caſt. d. remed. 28. *num.* 6. *verſ. ſecundò requiri-*
tur, & antè num. 9. *verſ. quintus & vltimus*, qua
6 probata admittitur temperamentum traditum à
Gratian. diſcept. 799. *num.* 45. aſſignandi ſcilicet
creditori omnia bona cum onere alendi debito-
rem, in caſu autem noſtro non ſolùm paupertas,
& inopia iuſtificata non fuit, ſed imò vltrà pecu-
lium vt ſupra probatum ex dicta iurata confeſſio-
ne apparet ex fide Communitatis Ciuitatis Alta-
muræ relata in dicto *Summ. num.* 4. dd. fratres eſſe
7 valde diuites, ideoque ceſſat ratio Commiſera-
tionis, & ſic non videntur admittendi ad dictum
beneficium, cum præſumantur, illud deducere
ad defatigandum creditorem, vt notat *Add. ad*
deciſ. Theſaur. 119. *verſ. & haberet vnde ſolueret*
cum alijs plenè allegatis in *Romana prætenſæ abſo-*
lutionis 18. *Iunij* 1646. *coram R. P. D. meo Meltio*
apud Zacch. vbi ſupra dec. 165. *nu.* 18.

Qua propter nec poteſt allegari Beneficium
8 *Cap. Odoardus*, quia non verſamur in paupere ſol-
uere non valente, vt præciſe requirit textus, ibi:
Sed propter rerum inopiam ſoluere non valentem, &
ibi; *Quatenus ſi conſtiterit, quod prædictus O. in to-*
tum, vel pro parte non poſſit ſoluere debita, & ſequun-
tur *Couar. var. reſol. lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 9. *Marc.*
Ant. Gennen. in pract. Archiepiſ. Cur. Neapol. cap. 3.
9 *num.* 18. Illudque multominus prætendi valet à
Pompeio, quia licet ipſe enuncietur Clericus, at-
tamen non iuſtificatur ſacris ordinibus inſigni-
tus, aut beneficiatus, vel quod alicui Eccleſiæ
inſeruiat, vt requiri vltrà paupertatem firmant
Graſſ. de effect. Cleric. effect. 7. *num.* 4. *Ciarlin. Con-*
trou. Forenſ. lib. 1. *cap.* 101. *num.* 7. *Gennen. d. cap* 3.

ſub

Digitized by Google

ſub nam. 3. Gratian. diſcept. 222. numer. 39. & 40. Moder. Sicul. de beneſ. deduct. nè egeat queſt. 10. nu. 28. & 29. Rot. in Romana Ceſſionis bonorum 19. Aprilis 1652. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. final.

Et ità vtraque &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI de Rodulphis.

Lunæ 26. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Inueſtimentum pecuniarum in bonis ſtabilibus factum ab hærede vſufructuario cenſetur factum ſecundum præambulum Teſtatoris præceptum eidem iniunctum, & ſic non ex fructibus ad ipſum ſpectantibus, ſed ex proprietate fideicommiſſi fauore fideicommiſſariorum, & ex quibus coniecturis hoc veriſimiliter deducatur? Tutor, vel eius hæredes dum librum computorum non exhibent ideò non exhibere præſumuntur, quia illis obeſſe poſſit nec eis dandum eſt Iuramentum quod illum non habeant, nec dolo habere deſierint cum teneantur ex officio libros cuſtodire. Tranſactio dum non impugnatur, ſed ſolum inſtatur pro adimplemento ab eo qui ex ſui parte adimpleuit, ſufficit probatio non adimplementi per præſumptiones.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtimentum referri debet ad cauſam præambulæ diſpoſitionis, ac factum cenſetur in executionem præcedentis præcepti Teſtatoris, dum de alia cauſa veriſimiliori non conſtat.*

2 *Inueſtimentum ab hærede vſufructuario factum ex proprietate iuxta Teſtatoris diſpoſitionem factum cenſetur non autem ex fructibus, qui non erant inueſtiendi, ſed liberè ad ipſum ſpectabant.*

3 *Dos, quæ ex præcepto Teſtatoris ſoluenda venit ex fructibus, ſi illi non adſint, quia ſunt inueſtiti, ſolui debet ex inueſtimento loco fructuum ſubrogato, potius quam ex proprietate fideicommiſſi.*

4 *Occultans, ſeu renuens exhibere ſcripturam ex qua facti veritas haberi poteſt, præſumitur contra illum facere, & ei obeſſe.*

5 *Præſumptiones efficaciores redduntur contra eum qui renuit exhibere ſcripturam ex qua facti veritas haberi poſſet.*

6 *Tutori, nec eius hæredibus conceditur Iuramentum quod librum rationum non habeant nec dolo deſierint habere cum omnes libros teneantur ex officio cuſtodire.*

7 *Ignorantia rerum ſuarum veriſimiliter non præſumitur.*

8 *Tranſactio, præſertim diù obſeruata vt reſcindatur, non ſufficit probatio per præſumptiones.*

9 *Tranſactio, dum non impugnatur, ſed inſtatur pro adimplemento, & executione pacti, & Clauſulæ ſalutaris in ea appoſita ſufficit probatio per præſumptiones.*

10 *Implementum tranſactionis legitimè peti poteſt ab eo, qui ex parte ſua illam adimpleuit.*

DECISIO CCCCXXXIX.

IN hac cauſa ſub die 14. Iunij 1652. coram me firmatum fuit ad fauorem illorum de Ferulis non eſſe locum reſciſſioni Tranſactionum, ex quo fratres de Rodulphis illas impugnantes concludenter non probarũt valorem bonorum Iulij Cæſaris fideicommittentis aſcendere ad ſummam ab ipſis prætenſam pro illarum euerſione; nam partitæ deſcriptæ in calculo tunc ab Actoribus exhibito patiebantur non leues difficultates ex rationibus in deciſione deductis, & ſignanter ſeptima ſcut. 8126. 80. demenda erat à calculo, quia præſumebantur prouenire non ex proprietate bonorum fideicommiſſariorum, ſed potius vel ex illorum fructibus ad Europam, eiuſque filios ſpectantibus, & à Tranquillo de Bartellis Depoſitario ab ipſa deputato in maiori ſumma veriſimiliter exactis, vel ſaltem ex capitalibus cenſuum retrouenditorum; quæ mulier in ſecunda Tranſactione receperat pro legitima filiorum. Verùm reſtricta diſputatione de ordine Rotæ ad hanc ſeptimam tantum hodiè reſolutum fuit, deciſionem eſſe reformandam, dictamque partitam non eſſe demendam à calculo.

Mandauerat enim in ſuo Teſtamento Iulius Cæſar Rodulphus, quod ſi aliquis illorum, qui alias ſibi cenſus vendiderant, vellet illos redimere, tenerentur ſui hæredes illos retrouendere, pretium tamen deponi deberet vbi, vel pænes quam Europæ eius vxori videbitur, & placebit, poſteà inueſtiendum in alijs cenſibus, vel bonis ſtabilibus, & aliter è manibus depoſitarij leuari non poſſit, vt in *Summ. impreſſo fratrum de Rodulphis num. 1. littera D.*

Poſt lapſum fere vndecim annorum à die obitus Teſtatoris ſub die 19. Decembris 1595. Europa per publicum Inſtrumentum abſoluit dictum Tranquillum de dictis ſcutis 8126. 80. per ipſum, eius, ſuorumque filiorum nomine à diuerſis exactis, & receptis vſque ad illam diem, quia ſponte confeſſa fuit in pecunia numerata in pluribus vicibus, & ſolutionibus ea recepiſſe, illaque fuiſſe expenſa, & erogata in emptionem bonorum ſtabilium, & cenſuum, vt latius in dicto *Summ. num. 11.*

His poſitis ceſſat, quod dictæ Pecuniæ videantur potius prouenire ex fructibus, quam ex proprietate bonorum, de quibus agitur. Quia cum Teſtator eligi mandauerit depoſitarium ad ſolum effectum recipiendi capitalia cenſuum deinde reinueſtienda in alijs cenſibus, vel bonis ſtabilibus,
1 tam electio depoſitarij, quam exactiones poſteà ſubſequutæ referri debent ad Cauſam præambulæ diſpoſitionis, ac factæ cenſentur in exequutionem præcedentis præcepti de ſola proprietate loquentis, dum de alia cauſa veriſimiliori non conſtat iuxtà *theor. Bart. in l. Triticum 94. num. 2. ff. de verb. oblig. Mandell. Alb. conſ. 322. num. 16. Aym. conſ. 158. num. 13. Sard. deciſ. 15. num. 12. Rota deciſ. 262. num. 5. par. 1. diuerſ. deciſ. 292. num. 2. par. 2. recen. & in Romana Pecuniaria 8. Iunij 1646. coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado §. Deindè confirmatur verſ. ac proinde.*

Attenta præcipuè confeſſione Europæ, quod pecuniæ à depoſitario exactæ, ac eiſdem conſignatæ in emptionem bonorum ſtabilium, & cenſuum erogatæ, & inueſtitæ fuerant; fructus enim
2 non erant inueſtiendi, ſed liberè ſpectabant ad Europam, & filios, ideoque huiuſmodi confeſſio in proprietate dumtaxat iuxtà Teſtatoris diſpoſitionem verificari poteſt *ad text. in l. fin. vbi Bart. ff. de alim. pupill. præſtan. Surd. conſ. 164. nu. 26. & 27. & d. deciſ. 15. num. 13. cum ſeqq.* Præſertim cum nullibi conſtet, dictum depoſitarium fuiſſe à muliere deputatum ad exigendum, & exigiſſe alium non fideicommiſſarium, nec turbant, ſed potius præſata comprobant ſubſequentia verba dictæ confeſſionis ibi: *Et in alijs expenſis, & neceſſitatibus factis per ipſam D. Europam, & filios;* Nam de fructibus non pro ſolis neceſſitatibus, ſed pro cauſa etiam merè voluntaria ad libitum Eu-

ropa,

ropa, & filij diſponere poterant.

Animaduertendo inſuper, quod dicti fructus non excedebant annuatim ſcuta 1500. vix ſufficientia pro ſubſtentatione honeſtæ familiæ, vt comprobauit obſeruantia ſubſecuta; nam de anno 1594. pro conſtitutione dotis Iuliæ Teſtatoris filiæ, quæ iuxtà illius voluntatem ex fructibus ſolui debuiſſet, ſoluta fuit ex capitali ſub aſſertione, quod fructus non aderant, vt eſt in confeſſio inter partes. Dum igitur ex fructibus d. anno dos ſolui non potuit ob ipſorum carentiam, inueriſimile, imò impoſſibile prorsùs videtur, quod triennio ſumma tàm ingens ſcut. 8126. 80. ex ijſdem fructibus conflari potuerit, non obſtante

3 quod tempore ſolutionis dictæ dotis fructus non adeſſent, quia eſſent inueſtiti, nam tunc ſolui debuiſſet ex reinueſtimento loco fructuum ſubrogaro, potius quam ex proprietate fideicommiſſi ad *l. qua tutor. C. de admin. tutor. l. magis puto §. ne tamen ff. de reb. eor. Gabr. conſ. 118. ſub num. 6. verſ. 3. quia lib. 1.* cum alijs allegatis in *Romana fideic. de Zuccaris 4. Februarij 1650. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano §. Altera verò circa fin. & in Romana fideicom. de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram me §. ſi autem verſ. & quatenus.*

Eoque facilius recipienda eſt hæc interpretatio in præſenti caſu, quo Europa ſponte confeſſa fuit adeſſe librum depoſitariæ nuncupatum *De Cenſi*, vbi dixit apparere mentiones, partitas, & computa ibi deſcripta, & annotatur, illumque ſibi fuiſſe conſignatum à depoſitario, confirmando, & emologando omnia, & ſingula in eo contenta, vt latius in d. *Inſtrumento relato in d. Summ. nu. 11.*

4 cum enim huius facti veritas haberi poſſit ex d. libro, dum à ſerulis Europæ hæredibus non exhibetur, ideò non exhibi præſumitur, quia illis obeſſe poſſit *Ruin. conſ. 182. num. 43. lib. 2. Gregor. deciſ. 521. num. 8. & deciſ. 537. nu. 3.* & con-

5 ſequenter efficaciores redduntur prædictæ ponderationes excluſiuæ reinueſtimenti ex fructibus, vt in ſimili dictum fuit in *Romana Penſionis 19. Ianuarij 1646. coram me ſub §. Idque etiam* non attento

6 Iuramento ab informantibus pro ſerulis oblato, quod dictum librum non habeant, nec dolo deſierint habere, quia quicquid ſit ad alios effectus iſtud non admittitur in Tutore, qualis erat Europa, neque in eius hæredibus, cum teneantur ex officio libros cuſtodire *Socin. Sen. conſ. 190. ſub num. 5. verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus lib. 2. Bero conſ. 191. num. 21. lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 1224. num. 2. Merlin. deciſ. 569. num. 8.*

Ceſſare etiam videbatur, quod ſaltem dicta pecuniarum ſumma proueniat ex capitalibus cenſuum retrouenditorum Europæ in ſecunda tranſactione aſſignatis pro legitima filiorum, cum enim ibi mulier receperit cenſus extinctos, huiuſmodi receptio verificari non poteſt in cenſibus à depoſitario 27. annis antè retrouenditis, & reinueſtitis, niſi noua extinctio iuſtificetur, ſi enim intellexiſſet Europa ex cauſa dictæ legitimæ recipere cenſus à depoſitatio retrouenditos, & reineſtitos, eos vtique expreſſiſſet, cum illorum re-

7 inueſtimentum veriſimiliter non ignorauit *l. quiſquis maior C. de reſcind. vend. Bocr. deciſ. 43. nu. 12 Rot. deciſ. 289. num. 48. part. 6. recent.*

Non obſtat, quod ad effectum reſcindendi

8 tranſactiones, præſertim diù obſeruatas non ſufficiat probatio per præſumptiones.

9 Quia hodie non impugnantur tranſactiones, neque ipſarum obſeruantia, ſed ſolum inſtatur pro adimplemento, & executione pacti, & clauſulæ ſalutaris in prima tranſactione adiectæ habendi rationem ad commodum tranſigentium de omnibus in futurum detegendis pro rata ad vnum quemque ipſorum ſpectante, vt deducitur in præcedenti *deciſione §. ſexta ſeutorum*, prædictumque

10 implementum à fideicommiſſarijs legitimè peti poteſt, cum ex parte ſua tranſactiones adimpleuerint *l. actionem l. ſi profundo l. quamuis & l. vbi pactum C. de tranſact. Surd. deciſ. 266. num. 12. Rot. deciſ. 136. num. 1. & 2. par. 5. recent.*

Atque ità vtraque &c.

AVXIMANA FIDEICOMMISSI
De Tibaldinis.
Luna 26. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitiones ad fauorē ſtirpis, Agnationis, domus, & familiæ collectiuo nomine factę regulantur ad ſimilitudinem ſucceſſionis ab inteſtato, ideoque ei, qui vult ſuccedere ſufficit probare ſe infra decimum Conſanguinitatis gradum eſſe Teſtatori coniunctum, & quomodo probetur huiuſmodi Conſanguinitas latè diſſeritur. Vocatio proximiorum expirat in primo admiſſo, dum ex verbis vel alijs legitimis coniecturis concludenter non apparet Teſtatorem voluiſſe perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum inter eos ordinare, & quę nam ſint coniecturæ id ſuadentes? Renunciatio hæreditatis quando pernceſſe inducat illius præcedentem agnitionem, & quando non?

SVMMARIVM.

1 *Conſanguinitas probatur ab eo qui vti conſanguineus ſemel atque iterum interuenit authorizando contractus.*

2 *Amplia, vt non ſolum probetur contra eos, prò quibus contractum authorizauit, verum etiam contra habentes cauſam ab ijs.*

3 *Confeſſio nocet nedum confitenti, ſed habentibus cauſam ab eo.*

4 *Conſanguineus propriè dicitur qui eſt intra gradum ſucceſſibilem, decimum ſcilicet de iure Ciuili.*

5 *Diſpoſitio ad fauorem ſtirpis, Agnationis, domus, & familia collectiuo nomine facta, regulatur ad ſimilitudinem ſucceſſionis ab inteſtato.*

6 *Conſanguinei ex generali Conſtitutione Marchiæ, non poſſunt admitti ad authorizandum contractos, niſi exiſtant in gradu ſecundum Ius Canonicum computandi vſque ad ſeptimam generationem.*

7 *Statutum, ſeu conſtitutio loquens de conſanguineis, debet potius interpretari de proximioribus ſecundum Ius Ciuile vltimo loco ſeruandum.*

8 *Statutum, ſeu conſtitutio vocans ad conſenſum præſtandum Conſanguineos proximiores, intelligitur de Conſanguineis extantibus in gradu ſucceſſibili.*

9 *Statutum vocans ad authorizandum contractum Conſanguineos, adijciendo qualitatem proximitatis, eos vocaſſe cenſetur tantummodo ratione ſucceſſionis ex quo lex præſumit diligentius res contrahentis curare.*

10 *Decretum Iudicis interpoſitum in contractu generaliter ſuper omnibus facit præſumere conſanguinitatem in inſtrumento expreſſam, eſſa veram, & in eodem gradu, quem requirit conſtitutio.*

11 *Decretum interpoſitum generaliter ſuper contractu, intelligitur interpoſitum etiam ſuper enunciatis, & incidenter prolatis.*

12 *Secus autem, quando decretum non eſt generaliter*

inter

Digitized by Google

interpoſitum ſuper omnibus , vel eſt reſtrictum ad aliquem actum particularem .

13 *Proximiorum vocatio expirat in primo admiſſo dum ex verbis , vel alijs legitimis coniecturis concludenter non apparet , Teſtatorem voluiſſe inter eos inducere perpetuum , & ſucceſſiuum fideicommiſſum .*

14 *Vocati nomine collectiuo , dum non apparet Teſtatorem voluiſſe inter eos perpetuum , & ſucceſſiuum fideicommiſſum ordinare per vulgarem tantummodo ſubſtituti dicuntur .*

15 *Subſtitutio vulgaris in primo adeunte expirat , & euaneſcit ,*

16 *Fideicommiſſum perpetuum , & ſucceſſiuum inter omnes collectiuè vocatos cenſetur inductum ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutiuum cum tractu futuri , & ſucceſſiui temporis , & reciproca fideicommiſſaria , & in infinitum , & ex ratione conſeruandæ Agnationis .*

17 *Secus ſi non concurrant huiuſmodi coniecturæ .*

18 *Agnationis contemplatio excluditur , ex quo Teſtator etiam filias fœminas poſuit in conditione .*

19 *Renunciatio hæreditatis tunc illius agnitionem , & aditionem importat , quando actus renunciationis fuit principaliter ordinatus ad adeundum , & acquirendum .*

20 *Item quando renuncians vtitur verbis ceſſionem, & translationem Iurium importantibus .*

21 *Et idem eſt , quando bona , ſeu Iura hæreditaria vendit .*

22 *Secus ſi ſit ſimplex renunciatio , quæ perneceſſe non implicat actum agnitionis hæreditatis renunciatæ , ſed congruè verificari poteſt in repudiatione .*

23 *Amplia etiam ſi renunciatio facta fuerit ad fauorem alicuius .*

24 *Renunciatio dicitur facta ad fauorem alicuius licet non transferat , ſed ſolum extinguat Iura apta alteri nocere .*

DECISIO CCCCXL.

EX quo Io: Baptiſta de Tibaldinis filius q. Hortentij concludenter non iuſtificauerat , ſe infrà decimum conſanguinitatis gradum Ioanni de Tibaldinis fideicommittenti eſſe coniunctum ; Et quia de tempore mortis Coſmi alterius ex hæredibus Inſtitutis vltimo loco ſequutæ ſupererat alter Io: Baptiſta filius q. Hippolithi , qui ex eodem Teſtatoris Columnello , & illi , atque granato longè proximior erat , illiuſque fideicommiſſariam hæreditatem agnouiſſe videbatur per Iurium renunciationem ab ipſo factam ad fauorem Catherinæ Teſtatoris filiæ , reſolutum fuerat coram me 5. Iulij 1651. non conſtare de fideicommiſſo , quod ſuffragetur d. Io: Baptiſtæ q. Hortentij , ſed ex nouiter hodiè in facto deductis Domini receſſerunt à deciſis .

Ceſſare enim viſum fuit primum deciſionis fundamentum , tàm ex Teſtibus relatis in eius *Sum. num.* 2. & ex fide ſecretarij Communitatis *num.* 4. concludentibus, Hortentium eius Patrem verè fuiſſe Conſanguineum Io: Teſtatoris , quam
1 ex Inſtrumentis , in quibus ad Inſtantiam Coſmi, & Bartholomei fil. eiuſdem Io: d. Hortentius non in defectum , & loco conſanguineorum , ſed vti conſanguineus ſemel , atque iterum interuenit , authorizando contractus ab eis celebratos *eodem Summ. num.* 3. Ideo conſanguinitas in dubium reuocari non poteſt , vt dixit *Rota deciſ. 176. nu. 6. verſ. & in alio par. 1. recen. & coram Card. Caual. deciſ. 268. num. 5.* Præſertim ab habentibus cau-
2 ſam à dictis Coſmo , & Bartholomeo , quorum Confeſſio illis præiudicat ex adductis per *Buratt. deciſ. 733. num. 5.* Cumque conſanguineus pro-
4 priè dicatur qui eſt intra gradum ſucceſſibilem , decimum ſcilicet de Iure Ciuili , vt notat *Lamberteng. de Contract. gloſſ. 11. verb. agnati num. 48. Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. gloſ. 9. nu. 22. & 23.* Indè ſequitur , quod aut attendatur particulare ſtatutum Ciuitatis Auximi , & d. Hortentius ſaltem in decimo gradu Teſtatoris filijs erat coniunctus , & de conſequenti eodem gradu iungebatur Teſtatori Io: Baptiſta illius filius , quod ſufficit in
5 his diſpoſitionibus ad fauorem ſtirpis , Agnationis , domus , & familiæ collectiuo nomine factis, quæ regulantur ad ſimilitudinem ſucceſſionis ab inteſtato ex allegatis in *deciſione d. die emanata ſub §. Ratio reſolutionis .* Aut verò attendi debeat generalis Conſtitutio Marchiæ , & in proximiori gradu exiſtebat, cum ex forma ipſius admitti non
6 poſſint ad authorizandum contractus conſanguinei , niſi exiſtant in gradu ſecundum Ius Canonicum computandum vſq; ad ſeptimam generationem , vt tradit *Boccacc. ad d. conſtit. gloſſ. 3. nu. 90.* referens , quod huiuſmodi conſtitutio in illis verbis indeffinitis ibi : *ſine conſenſu duorum conſanguineorum proximiorum* intelligi debet perindè ac ſi ſubiunxiſſet : *In gradu ſecundum Ius Canonicum* ea
7 ratione , quia cum pro omnibus conſanguineis interpretari poſſit ſecundum Ius Canonicum, potius quàm ſecundum Ius Ciuile vltimo loco ſeruandum interpretanda venit . Et regulariter vbi-
8 cumque prouthic , ſtatutum , vel Conſtitutio vocat ad Conſenſum præſtandum Conſanguineos proximiores , intelligitur de conſanguineis exiſtentibus in gradu ſucceſſibili , quia addijciendo
9 qualitatem proximitatis , eos vocaſſe cenſetur tantummodo ratione ſucceſſionis, ex quo lex præſumit diligentius res contrahentis curare iuxtà *theor. Bart. in l. Tranſactionem 35. num. 3. verſ. ſed ſi à ſtatuto* , quam ſequuntur *Bald. ibidem numer. 4. verſ. ſed ſi dicit & Iaſ. num. 3. alijſque communiter C. de tranſact. Pariſ. conſ. 59. num. 10. lib. 3. Caſſan. ſuper Conſuetud. Burgund. rubr. 4. §. 7. tit. qui debeant. ſucceder. in princ. Creſcent. deciſ. 4. numer. 8. de Conſt. Pic. ad ſtat. vrb. gloſſ. 13. ſub num 7.*

Non obſtante fide extraiudiciali notariorum dictæ Ciuitatis pro Sinibaldis adducta, quod paſſim admittantur in contractibus conſanguinei remotiſſimi , quia præter quod eſt fides ſimplex , ac facta lite pendente , non loquitur in ſpecie de contractibus factis cum decreto Iudicis , quales
10 ſunt ſupradicti; decretum enim interpoſitum cum clauſula generali facit præſumere conſanguinitatem , in inſtrumento expreſſam , eſſe veram , & in eodem gradu , quem requirit Conſtitutio , cum
11 id cadat etiam ſuper ibidem enunciatis , vt dixit *Rota deciſ. 316. num. 17. par 2. diu. cum alijs plenè congeſtis per eund. Pic. vbi ſupra gloſſ. 21. numer. 20.*
12 Licet ſecus dicendum ſit quando decretum caret dicta clauſula, vel eſt reſtrictum ad aliquem actum particularem , vt declarauit *Rota deciſ. 535. num. 5. coram bo. me. Merlino repetita in recen. deciſ. 81. eodem num. par. 6. & in Interamnen. bonorum 1. Februarij 1641. §. Nec videbatur coram me .*

Secundum verò deciſionis fundamentum adhuc hodie approbatum fuit à DD. in ea parte , in
13 qua firmatur , quod vocatio proximiorum expiret in primo admiſſo , dum ex verbis , vel ex alijs legitimis coniecturis , quæ in caſu noſtro deſiderantur concludenter non apparet , Teſtatorem voluiſſe

Digitized by Google

huiſſe perpetuum, & ſucceſſiunm inter eos ordina-
14 re fideicommiſſum, tunc enim vocati nomine
collectiuo per vulgarem tantummodò ſubſtituti
dicuntur, quæ in primo adeunte expirat, & euane-
15 ſcit Iuxtà diſtinctionem *Cuman. communiter receptam in l. Cum ita §. in fideicom. num. 4. ff. de legat. 2. & in l. Gall. §. quidam ante numer. 8. verſ. Item cum Teſtator ff. de liber & Poſth.* pluribus authoritatibus comprobatur *in d. deciſione §. Quia contraria*, & præter ibi allegatos optimè diſtinguendo declarauit *Rota in Peruſina fideic. de Puntianis 20. Aprilis 1646. coram R. P. D. meo Peutingerio*. Et quamuis ibidem pro perpetuo, & ſucceſſiuo fideicommiſſo reſponſum fuerit; in caſu tamen dictæ deciſionis concurrebant digreſſus ad plures gra-
16 dus ſubſtitutionum cum tractu futuri, & ſucceſſiui temporis reciproca fideicommiſſaria, & in infinitum, & ratio conſeruandæ agnationis, vt deducitur *in §. limitatur enim cum ſeqq. & in §. fin.* quæ cum in caſu noſtro deficiant; nam omnes
17 ſubſtitutiones ab vnico euentu dependent reciproca non adeſt, & contemplatio agnationis excluditur, ex quo Teſtator etiam filias fœminas poſuit in conditione firma prorſus, & in concuſſa remanet in hac parte ratio dictæ deciſionis.

Quatenus verò in ea firmatur, quod alter Io: Baptiſta filius q. Hippolithi Teſtatori, atque grauato proximior huiuſmodi fideicommiſſum agnouerit propter renunciationem ab eo factam ad fauorem Catherinæ contrarium verius eſſe in propoſita facti ſpecie nunc Domini exiſtimarunt;
19 ſimiles enim renunciationes tunc agnitionem, atque aditionem important, quando actus renunciationis principaliter ordinatus fuit ad adeundum, & acquirendū ex firmatis in *Romana fideicommiſſi de Druſolinis 21. Iuny 1652. coram me §.*
20 *Quoniam quicquid*, & quando renuncians vtitur verbis ceſſionem, & translationem Iurium importantibus, in quibus terminis loquitur tàm *Surd. conſ. 244. num. 19. & conſ. 523. num. 8. quam Rot. in recen. deciſ. 649. num. 2. & per tot. part. 3. deciſ. 74. num. 8. & deciſ. 106. num. 6. part. 7. recent. & in Romana fideicom. de Mutis 2. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Meltio ſub §. 1.* Vel demum quando
21 bona, ſeù Iura hæredirària vendit, qui eſt caſus deciſionis *Put. 437. lib. 1. in Corr.* ſecus autem in caſu noſtro, quo actus renunciationis non fuit ordinatus ad adeundum, & acquirendum, nec d. Io: Baptiſta vendidit bona, vel Iura hæreditaria, neque vſus fuit verbis importantibus ceſſionem, & tranſlationem Iurium, ſed ſimplicem renun-
22 ciationem ibi *renunciauit, & expreſsè renunciat Iuribus &c.* quæ propterea non implicant per neceſſe actum agnitionis fideicommiſſi renunciati, ſed congruè verificari poſſunt in repudiatione *l. ſicut C. de repud. hered. Bald. conſ. 403. numer. 3. lib. 1. Soccin. Sen. conſ. 91. num. 5. lib. 1.* & diſtinguendo vtrumque caſum admittit *Rota d. deciſ. 649. d. num. 2. & 3. par. 3. recen.* ac *melius firmatur in Bonon. fideicommiſſi de Vizzanis 15. Iuny 1643. coram*
23 *R. P. D. meo Bichio §. Vlt. in fin.* Vbi optimè ſubditur hoc procedere, etiamſi renunciatio facta
24 fuerit ad fauorem alicuius, cum dicatur ad fauorem etiam ea renunciatio, quæ non transfert, ſed extinguit Iura apta alteri nocere.

Et ità dumtaxat exprobata conſanguinitate in certo gradu, & ex quo d. renunciatio non imporportat agnitionem d. fideicommiſſi Domini receſſerunt à deciſis vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Ven. 30. Ianuarij 1654.

ARGVMENTVM.

Statutum Vrbis *lib. prim. cap. 142.* diſponens quod filij in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati habet etiam locum quando filij ſunt poſiti in conditione pacti reuerſiui appoſiti fauore donantis, quod ſcilicet decedente donatario ſine filijs donata ad ipſum reuertantur, & hoc ſiuè donans in caſum mortis donatarij ſine filijs ſeipſum ſubſtituerit, ſeu alium extraneum, quod tamen non procedit, ſi concurrant contrariæ coniecturæ de quibus latè in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 142. *diſponens quod filij in conditione poſiti cenſeantur diſpoſitiuè vocati, habet etiam locum, quando filij ſunt poſiti in conditione in contractibus.*

2 *Statutum Vrbis* lib. 1. cap. 142. *cum loquatur de filijs poſitis in conditione fideicommiſſi non videtur extendendum ad filios poſitos in conditione pacti reuerſiui.*

3 *Statuta strictè intelliguntur in caſu expreſſa.*

4 *Filij poſiti in conditione fideicommiſſi cenſentur vocati ex tacita voluntate, & affectione Teſtatoris cum præſumatur illis voluiſſe præferre ſubſtitutum extraneum.*

5 *Filij, quando ponuntur in conditione pacti reuerſiui fauore donantis appoſiti, non cenſentur diſpoſitiuè vocati, cum tunc non agatur de vocatione ſubſtituti extranei, in cuius concurſu filij præſumuntur prædilecti.*

6 *Filij poſiti in conditione pacti reuerſiui cenſentur poſiti ad impediendam reſolutionem donationis, & reuerſionem ad donantem, non autem ad inducendam illorum vocationem.*

7 *Pactum reuerſiuum non importat diſpoſitionem, ſed actum reſoluit, perindè ac ſi factus non fuiſſet.*

8 *Filij in conditione poſiti ſtante ſtatuto Vrbis cenſentur diſpoſitiuè vocati, etiam in contractibus.*

9 *Pactum reuerſiuum, continet ſubſtitutionem, etiam ſi appoſitum ſit fauore donantis.*

10 *Fideicommiſſum dicitur à fide, ex eo quod fides accipientis adſtringitur ad reſtituendum in aliquem caſum, vel euentum.*

11 *Pactum reuerſiuum, ſi importat fideicommiſſum quando eſt appoſitum fauore extranei, idem eſt quando eſt appoſitum fauore donantis, cum nulla aſſignari poſſit differentia ratio.*

12 *Filij poſiti in conditione pacti reuerſiui fauore donantis appoſiti, neceſſariò cenſentur per fideicommiſſum vocati ne præferatur donanti, & ne ſuccedat extantibus filijs extraneus, quem donans illis non extantibus excludere voluit.*

13 *Filij poſiti in conditione per donantem videntur principaliter poſiti vt admittantur ad bona Parentum, non autem ſimpliciter pro excluſione ſubſtituti, quem donator excludere poterat non vocando.*

14 *Filij poſiti in conditione pacti reuerſiui dicuntur diſpoſitiuè vocati, quamuis pactum non ſit appoſitum fauore extranei, ſed fauore ipſiuſmet donatarij.*

15 *Filij poſiti in conditione pacti reuerſiui fauore donantis appoſiti dicuntur diſpoſitiuè vocati vigore ſtatuti* lib. 1. cap. 142.

16 *Filij poſiti in conditione non cenſentur diſpoſitiuè vocati, concurrentibus contrarijs coniecturis.*

17 *Clauſula cæterata* præſenti &c. *comprahendit quoſcumque hæredes, & ſucceſſores, etiam extraneos, & pu-*

Digitized by Google

& pugnat penitus cum fideicommiſſaria vocatione.

18 *Bona donata eo ipſo, quod promiſſa fuerunt haredibus & ſucceſſoribus quibuſcumque congruè deprabenditur ad excludendum fideicommiſſum eoſdem haredes, & ſucceſſores quoſcumque fuiſſe in donatione incluſos, & comprahenſos.*

19 *Proprietas conſiſtit in libera facultate diſponendi, & in irreuocabili acquiſitione dominij.*

20 *Clauſula* ad habendum, *licet nihil operetur, dum ex multis coniecturis conſtat fuiſſe inductum fideicommiſſum, multum tamen facit ſi multa concurrant pro illius excluſione.*

21 *Clauſula* ad habendum *ſuapiè natura tribuit facultatem diſponendi in extraneos.*

22 *Vocatio legitimi ſucceſſoris nō reſtringitur ad liberos, ſed comprahendit, etiam tranſuerſales omneſque alios, qui ex diſpoſitione Iuris vocantur ab inteſtato.*

23 *Donator ſi expreſsè renunciauit* l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. *ſignum eſt quod in donatione non comprahenduntur filij donatarij, alias donans propria ſobolis alterius filios præpoſuiſſet contra inſitam à natura Parentibus charitatem.*

24 *Filij in ſecunda donatione vocati non cenſentur in primo comprahenſi, ſiuè quia ſecunda fuiſſet ſuperflua ſiuè quia expreſsè contrahentes filios vocarunt, quando illos voluerunt comprehendere.*

25 *Coniecturæ efficaciores, & potentiores præualent minus efficacibus, & debilioribus iſtaque magis attendi debent.*

26 *Ratio conſeruandi bona in linea maſculina, reſtricta ad caſum delicti, non extendit fideicommiſſū ad caſum mortis.*

27 *Inſinuationis defectus non probatur ex lectura Inſtrumenti donationis, cum potuerit ſeparatim fieri.*

28 *Inſinuatio in donatione præſumitur ex lapſu trium Annorum cum obſeruantia.*

29 *Tutor non poteſt antiquum cenſum extinguere, & nouum ſtatim imponere cum ammiſſione melioris fundi, anterioritatis in præiudicium pupilli, qui propterea ex primæuo iure agere poteſt, ac ſi ſecundus contractus factus non eſſet.*

DECISIO CCCCXLI.

INformantes pro D. Creſcentio inſiſtentes iterum
ſuper Conditione adiecta in Donatione contro-
uerſa, quod quatenus Io: Baptiſta Donatarius
ſine filijs maſculis legitimis, & naturalibus ex
legitimo matrimonio procreandis decederet,
tunc, & eo caſu bona donata reuerterentur, &
deuoluerentur ad Donantes, obtinuerunt pro
tertia vice audiri ſtrictè ſuper articulo, An filij
in dicta Conditione poſiti cenſeantur diſpoſiti-
uè vocati, ſuper quo aſſumpta hodiè diſputatio-
ne prodijt reſolutio pro Confirmatione præceden-
tium deciſionum.

Quamuis enim ſcribentes hinc indè non con-
1 trouerterent, nequè controuerti poſſit, quin
Statutum Vrbis *lib. 1. cap. 142.* habeat locum
etiam quando filij ſunt poſiti in Conditione in
Contractibus, cum affirmatiuam ſemper incon-
cuſsè tenuerit *Rota, & ſignanter in recent. dec. 732.
num. 1. par. 3. dec. 142. ſub num. 3. par. 4. & dec.
473. num. 1. & 2. par. 8.*

Acriter tamen contendebant, An id habeat
locum quando filij ſunt poſiti in Conditione
pacti reuerſiui appoſiti fauore donantis, quod
Donatario decedente ſine filijs donata ad ipſum
reuertantur; Scribentes enim pro Gherardo, &
Alphonſo dicebant filios iſto caſu non cenſeri
vocatos inhærentes tam verbis ipſius Statuti,
2 quod cum loquatur de filijs poſitis in conditio-
ne fideicommiſſi non videtur extendendum ad
3 poſitos in conditione pacti reuerſiui; quià ſtatu-
ta ſtrictè intelliguntur in Caſu expreſſo *Bart. in
l. omnes Populi numer. 53. verſ. Circa præmiſſa ff. de
Iuſt. & Iur. Bald. in l. Teſtamentum num. 5. C. de
teſtam. Decian. reſponſ. 43. num. 3. lib. 2. Maſcard.
de gener. Statut. Interp. concl. 4. num. 1. & ſeqq.*
4 Quam etiam rationi, quia in fideicommiſſis agi-
tur de concurſu ſubſtituti, & filiorum, quibus
Teſtator non præſumitur, velle præferre ſubſtitu-
tum extraneum; Ideoquè cenſentur vocati ex
tacita voluntate, & affectione Teſtatoris Iuxtà
*text. in l. Cum acutiſſimi C. de fideicom. & in l. Cum
Auus ff. de condit. & demonſtr.* quæ ratio cеſſat,
5 imò contraria militat, quando filij ponuntur in
conditione pacti reuerſiui; nam tunc non agitur
de vocatione alicuius extranei, in cuius concur-
ſu filij præſumuntur prædilecti. Addentes Inſu-
6 per quod poſitio filiorum in conditione pacti re-
uerſiui tendit ſolummodò ad Impedien. reſolu-
tionem Donationis, & reuerſionem ad donan-
tem, non autem ad Inducendam vocationem,
7 quia huiuſmodi pacta non important diſpoſitio-
nem, ſed actum reſoluunt perindè, ac ſi factus
non eſſet *l. 2. ff. de in diem adiect. Vaſq. quaſt. illuſtr.
lib. 3. cap. 99. ſub num. 2. verſ. Reſolutiuæ condi-
tiones, Menoch. conſil. 388. num. 16. Rota in Roma-
na Pratenſi fideicommiſſi 30. Aprilis, & 8. Nouem-
bris 1638. coram bon. mem. Coccino* comprobata
in præcedentibus deciſionibus huius Cauſæ emiſ-
ſis *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottbobono, &
coram me.*

Informantes verò pro Creſcentio ſe fundantes
8 in regula indubitata, quod ſtante Statuto Vrbis
filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè
vocati, etiam in Contractibus replicabant, ni-
hil obſtare, quod ſtatutum loquatur de filijs po-
9 ſitis in conditione fideicommiſſi, quia pactum
reuerſiuum verè continet ſubſtitutionem, etiam
ſi appoſitum ſit fauore Donantis. vt probat
*Manfred. Gonean. apud Theſaur. dec. 270. num. 20.
in fin. verſic. Sexto ſi ſubſtitutus eſſet*, ibi: *Multò
magis idem dicendum eſt, cum ipſemet donator fuerit
ſubſtitutus, vt bona ad eum deferantur, Cancer. var.
reſol. par. 3. cap. 21. ſub num. 95.* Quod etiam ra-
10 tione probatur, quia ſi fideicommiſſum dicitur
ex eo, quod fides accipientis adſtringitur ad
reſtituendum in aliquem Caſum, vel euentum,
cum fideicommiſſum dicatur à fide, vt habetur
in *princ. Inſtit. de fideicomm. hæredit.* nec fides ac-
cipientis minus ſit adſtricta ſi reſtituendum ſit
Extraneo, quam ſi retrodandum ſit donanti;
11 Vtiquè ſicut certum eſt, quod pactum reuerſi-
uum importat fideicommiſſum, quando eſt ap-
poſitum fauore extranei vt præter *Gonean., &
Cancer. ſupra allegatos probant Roderic. Suarez. conſ.
10. num. 43. Aym. conſil. 19. num. 7. in fin. & 8.*
Ità quoque idem dicendum, quando pactum re-
uerſiuum appoſitum fuit fauore Donantis, cum
12 nulla aſſignari poſſit differentiæ ratio; Imò vi-
detur iſto caſu, quod maiori ratione filij poſiti
in conditione pacti reuerſiui dici debeant per fi-
deicommiſſum vocati, quia ſi donans adeò do-
natarij filios dilexit, vt illis exiſtentibus nolue-
rit bona donata ſibi reſtitui, illis autem defi-
cientibus ſe ipſum ſubſtituerit pro excluſione
extranei, vt conſiderat *Gonean. dicta deciſ. 270.
num. 29.*

num. 29. verſ. ſi donator, neceſſario fatendum eſt
filios in conditione poſitos eſſe vocatos, nè bo-
na tranſeant ad extraneum hæredem contra
mentem ipſius donantis, quem ipſe excludere
voluit, & ſubdit *Gouean. loco alleg.*

Et hinc patet, non ſubſiſtere, quod filij di-
cantur poſiti in conditione ad excluden. Subſti-
tutum, & pactum reuerſiuum tendat ſolummo-
dò ad impediendam reſolutionem Donationis;
13 Nam poſitio in conditione videtur principali-
ter facta, vt filij admittantur ad bona Paren-
tum, non autem pro excluſione ſubſtituti, quem
Donator excludere poterat non vocando, vt
ponderat *Gabr. conſil. 115. num. 11. verſ. Si qui-
dem putatur lib. 1. per gloſſ. in l. ſi filius familias 117.
§. Cum quis rogatus verb. extiterint verſic. vel die
ſecus, ff. de legat. 1. & tenuit. Rot. in Romana Dotis*
14 *10. Ianuarij 1639. coram bon. me. Pirouano*, & in-
diſtinctè, quod filij poſiti in conditione pacti
reuerſiui dicantur diſpoſitiuè vocati, quamuis
non ſit appoſitum fauore extranei, ſed fauore
ipſiuſmet Donatoris probat text. *in l. Inter ſocerū
§. Cum inter ff. de pact. dotal.* Ibi: *Cum inter Pa-
trem, & Generum, Conueniret vt in matrimonio ſine
liberis defuncta filia dos Patri reſtituatur id actum in-
ter Contrahentes intelligi debet vt liberis ſuperſtiti-
bus filia defuncta dos retineantur*, per quem textum
ita reſpondit *Bald. in l. Pro hæreditarijs numer. 26.
verſ. dubitari non poſſet C. de hæred. act. Caſtr. in l.
ſi cum dotem num. 9. ff. ſolut. matrim.* Et compro-
batur ex eo, quod omnes ferè Doctores, qui te-
nent, filios in conditione poſitos in contracti-
bus cenſeri vocatos, ſe fundant in *dicto §. Cum
inter, & ſignanter Iaſ. in l. pecuniam num. 2. ff. ſi
cert. pet.* quem cæteri ſequuntur. Et demùm ita
tenendum dicebatur, cum Rota præcisè tenue-
rit hanc opinionem in *Romana Domorum de Scian-
deleſiis 4. Aprilis 1636. coram Panzirol. in recent.
deciſ. 114. num. 3. & 4. par. 7.* In cuius diſputa-
tione, & Poſitione, licet allegatæ fuiſſent om-
nes illæ rationes, quæ pro contraria Sententia
15 hodiè repetuntur, tamen Rota reſpondit, quod
filij poſiti in conditione pacti reuerſiui appoſiti
fauore Donantis dicuntur diſpoſitiuè vocati vi-
gore Statuti Vrbis *d. cap. 142.*

Cæterum, quidquid ſit de prædictis opinioni-
bus quamquam nonnullis ex dd. hæc ſecunda
videretur verior, & æquior, tamen reſolutum
fuit non poſſe habere locum in iſto Caſu, ſtanti-
bus Circumſtantijs in hoc facto concurrentibus,
16 propter quas pronunciandum eſſe pro excluſio-
ne vocationis firmauit *Rota in Auenionen. fidei-
commiſſi 30. Aprilis 1646. §. Vndè non videntur co-
ram R. P. D. meo Veroſpio, & 22. Aprilis 1652.
§. fin. coram R.P.D. meo Celſo.*

Præmiſſis enim Coniecturis ponderatis in ſe-
cunda deciſione edita coram me 14. Februarij
1653. in ſuo robore vigentibus, nempè, quod
donatio totaliter eſt directa in perſonam Io:
Baptiſtæ nulla vnquam facta mentione, eius fi-
liorum, quinimò ſub expreſſa declaratione,
quod ad eam donantes deueniebant ob amorem,
& beneuolentiam, qua illum proſequebantur.
Quod prohibitio delicti ad eumdem Ioannem
Baptiſtam dumtaxat filijs non nominatis reſtri-
cta fuit. Quod ibidem liberata fuerunt bona
donata ab antiquis Fideicommiſſis, & Donata-
rius in Capitulis matrimonialibus eadem bona
liberare promiſit ab anteriori hypotheca Con-
ſtantiæ matris ad effectum aſſecurandi Dotem
ſuæ Vxoris. Quodque tam in noua Creatione
Cenſus controuerſi, quam in alijs debitis con-
temporaneè Contractis à Donatario, & donan-
tibus ſemper ſub Iuramento affirmatum fuit, di-
cta bona eſſe libera ab omni, & quocunque fi-
deicommiſſo, ex quibus proindè elicitur mens
contrahentium, & ſubſequuta obſeruantia ex-
cluſiua cuiuſcunque ſubſtitutionis, & fideicom-
miſſariæ vocationis ex Iuribus in *d. deciſ. allegatis
§. Neque obſtat cum tribus ſeqq.*

Aliæ inſuper Coniecturæ, & facti Circumſtan-
tiæ hodiè conſideratæ fuerunt, quæ clarè ſuadent,
Donatarium nullo onere reſtitutionis fauore
eius filiorum grauatum extitiſſe, ſed amplam,
& liberam facultatem de bonis donatis ad libi-
tum diſponendi eidem fuiſſe conceſſam, quæ re-
ſultat ex pluribus, &

Primò ex Clauſula cæterata, *Præſenti &c.* ſub
17 qua cum veniant quicūque hæredes, & ſucceſſo-
res etiam extranei, *Card. Seraph. dec. 703. num. 3.
Rota in Romana Dotis 30. Maij 1644. coram R. P. D.
meo Peutingerio relatis in deciſ. huius Cauſa emanata
coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono 12. Iu-
nij 1651. §. Nec facit*, pugnat pœnitùs cum fidei-
commiſſaria vocatione, vt dictum fuit in dicta
*Romana Pratenſi fideicommiſſi coram bon. mem. Coc-
cino allegata in eadem deciſ. Eminentiſſimi Otthoboni
ſub dicto §. nec facit, in Romana Donationis de Inca-
ſatis 12. Februarij 1628. coram bon. mem. Merlino
inter Impreſſ. deciſ. 392. ſub num. 5. verſ. ſed etiam
quoniam, & in dicta Auenionen. fideicommiſſi coram
R. P. D. meo Veroſpio §. Tum etiam ex ſtipulatione,
& coram R. P. D. meo Celſo §. In Contrarium verò;*
Et quamuis dicta Clauſula, *Præſenti*, non ſit
cæterata in prima parte donationis, talis tamen
legitur in alijs partibus ſubſequentibus, vbi agi-
tur de liberatione à moleſtijs, ac de reinueſti-
18 mento faciendo eo ipſo enim, quod hæc pro-
miſſa fuerunt hæredibus, & ſucceſſoribus qui-
buſcunque congruè deprehenditur, eoſdem hæ-
redes, & ſucceſſores quoſcunquè fuiſſe in dona-
tione incluſos, & comprehenſos, vt ſic arguen-
do reſponſum fuit in *Ariminen. Saluiani 19. Iunij
1643. coram R.P.D. meo Bichio §. Et hæc opinio, ac
in dicta Auenionen. fideicommiſſi coram R.P.D. meo
Celſo §. Quæ Coniectura.*

Secundo; Quia Donatores voluerunt, quod
Donatarius integrè frueretur bonis donatis tam
19 reſpectu proprietatis, quam vſusfructus, inte-
gritas autem reſpectu Proprietatis conſiſtit in
libera facultate diſponendi, & irreuocabili ac-
quiſitione dominij ad *text. in l. Pomponius in princ.*
20 *ff. de acqu. poſſeſſ.* Quod idem demonſtrat Clau-
ſula, *Ad habendum*, ibidem ſuperaddita, quæ
licet nihil operaretur, ſi ex alijs conſtaret in-
ductum eſſe fideicommiſſum, vt ait *Honded. con-
ſil. 40. num. 73. lib. 1*, vtique tamen eſt momenti,
dum tot concurrunt ad excluſionem Fideicom-
21 miſſi; Nam ſuaptè natura tribuit facultatem
ſponendi in extraneos, vt dixit *Rota deciſ. 535.
num. 25. part. 5. recent. & in Rauennaten. Domus
17. Martij 1651. coram Reuerendiſſimo Tarraconen.
in princ.*

Tertiò, Quia caſu, quo Donatarius propter
delictum mæreretur confiſcationem, voluerunt
Donatores, quod fieret Locus alteri legitimo
22 Succeſſori, ac ſi ipſe naturaliter obijſſet; Voca-
tio enim legitimi ſucceſſoris non reſtringitur ad
Liberos, ſed comprehendit etiam Tranſuerſales,
omneſque alios, qui ex diſpoſitione Iuris vo-
cantur

Digitized by Google

cantur ab inteſtato *l.3. §. de illo ff. pro Soc. Alexan-
in l. Ex facto §. final. ſub num. 9.1 verſ. putarem ff.
ad Trebell. & conſil. 188. num. 17. verſ. patet quia
lib. 5. Alciat. conſ. 98. num. 1. & ſeqq. lib. 9. Grat.
conſil. 63. num. 29. lib. 1. Ruin. conſil. 174. nu. 6.
& ſeqq. lib. 2. Dec. conſ. 32. n. 3. Socc. Sen. conſ. 12.
num. 4. lib. 3. Card. Mantic. de Coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 11. tit. 1. nu. 10. Peregr. de fideic. art. 32.
num. 49. verſ. Attamen communis*.

Quartò, Quia ijdem donatores ibidem ex-
23 preſsè renunciarunt *l. ſi vnquam C. de reuoc. do-
nat.* volentes per ſuperuenientiam liberorum non
reuocari donationem, ſignum euidens, quod in
ipſa non erant compræhenſi, ex propria perſo-
na filij Io: Baptiſtæ donatarij, alias autem fra-
ternam ſobolem propriæ præpoſuiſſet contra
inſitam à natura Parentibus Charitatem, vt con-
ſiderauit *Rota in dicta Romana Donationis de Iaca-
ſatis coram bon. mem. Merlino dicta deciſ. 392. dicto
num. 5.*

Quinto, Demum ex noua donatione biennio
poſt facta ab ijſdem donatoribus fauore eiuſdem
Io: Baptiſtæ cum ampliſſimo fideicommiſſo ad
fauorem eius filiorum, quos ſuſceperat, totiuſq;
24 ipſius deſcendentiæ maſculinæ, quæ quidem
noua donatio clarè indicat in antecedenti illos
non fuiſſe compræhenſos, ſiuè quia alias reſpe-
ctu ipſorum iſta fuiſſet ſuperflua, ſiuè etiam quia
quando voluerunt filios compræhendere illos ex-
preſsè vocarunt argumento *text. in l. vnica §. ſin
autem C. de caduc. tollen.*

Coniecturæ verò in contrarium deductæ ex
qualitate maſculinitatis, & legitimitatis, cum
qua dd. filij fuerunt poſiti in conditione, & ex
natura contractus, ac donationis rerum particu-
25 larium non fuerunt per Dominos habitæ in con-
ſideratione, quia præpollentes, & efficaciores
exiſtimarunt ſuperius ponderatas, aliaſque in
dicta ſecunda deciſione congeſtas, quibus pro-
ptereà potius videtur inhærendum, quam con-
trarijs debilioribus, & minus efficacibus, vt di-
ctum fuit in dicta *Auenionen. fideicommiſſi coram
RR. PP. DD. meis Veroſpio, & Celſo*, vbi vlterius
dictæ Coniecturæ ſingulariter refelluntur.

Ratio autem conſeruandi bona in linea ma-
26 ſculina, vtpotè reſtricta ad Caſum delicti non
extendit fideicommiſſum ad caſum mortis, vt
reſpondetur in *dicta deciſione huius Cauſæ coram
Eminentiſſimo Otthobono §. final. & in prima coram
me ſub die 11. Martij 1652. pariter §. finali.*

Neque ad infringendam d. priorem donatio-
nem meretur allegari defectus Inſinuationis;
27 Tum quia eius negatiua non probatur ex Lectu-
ra Inſtrumenti cum potuerit ſeparatim fieri *Tho-
mat. deciſ. Macer. 13. num. 18. & deciſ. 63. num. 41.
Rota apud Gilian. ad Statut. Peruſ. deciſ. 22. nu. 13.*
28 Tum etiam quia præſumitur ex lapſu 3. anno-
rum cum obſeruantia, *Put. deciſ. 132. ſub num. 1.
lib. 2.* in Correctis *Rota in Romana fideicommiſſi de
Coſciaris 16. Martij 1648. coram Eminentiſſimo D.
Cardinali Corrado §. Præter quod, & in Beneuenta-
na Manutentionis 9. Iunij 1649. coram R. P. D. meo
Peutingerio §. nec refert, verſ. Illa ex curſu.*

Quarè cum vlterius etiam ſubſiſtat vltimum
fundamentum dictæ poſtremæ deciſionis de-
ductum ex antecedenti Impoſitione Cenſus,
de quo agitur, quem dum bona contro-
29 uerſa allegantur fideicommiſſo obnoxia, non
potuerunt Tutores voluntariè extinguere, & no-
uum ſtatim imponere cum ammiſſione anterio-
ritatis, & fundimelioris in præiudicium Pupilli,
qui propterea exprimendo Iure agere poteſt, ac ſi
ſecundus Contractus factus non eſſet, vt præter
Auctoritates ibi allegatas probant *Textus Clari
in l. ſi tutela 9. in fin. ff. de admin. Tutor, & in l. non
omni 16. C. eodem, Surd. deciſ. 299. num. 4. & 5.*
Domini ſteterunt in deciſis omnibus Informan-
tibus, nempè Creſcentio, Gherardo, & Alphon-
ſo &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Ven. 30. Ianuarij 1654.

A R G V M E N T V M.

Subſtitutio facta in caſum mortis ſine filijs, expi-
rat ſequuta morte cum filijs iuxta *Conſil. Oldrad.
21.* & licet iſti filij in conditione poſiti cenſean-
tur diſpoſitiuè vocati per Statutum Vrbis, non
tamen intelliguntur grauati reſtituere Nepoti-
bus, licet cum ipſis in conditione poſitis, dum
Teſtator vſus fuit dictione alternatiua ſeù, &
multo minus cenſentur grauati reſtituere prone-
potibus pariter in conditione poſitis, licet Te-
ſtator vſus fuerit copula *Et*, quæ tunc in alterna-
tiuam reſoluitur.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio facta in caſum obitus ſine filijs, expirat ſe-
quuta morte cum filijs iuxta* conſil. Oldrad. 21.
2 *Filij in conditione poſiti, licet ex Statuto Vrbis
cenſeantur diſpoſitiuè vocati, exindè tamen
non cenſentur alijs ſubſequentibus reſtituere gra-
uati.*
3 *Ex vocatione actiua non benè infertur ad paſſiuam,
niſi ex vrgentibus coniecturis conſtet de mente fi-
deicommittentis grauandi vocatum.*
4 *Dictio alternatiua ſiuè de ſui natura importat
vulgarem tantum ſubſtitutionem, non fideicom-
miſſariam.*
5 *Vulgaris ſubſtitutio expirat in primo adeunte.*
6 *Filij in conditione poſiti cum nepotibus, & prone-
potibus per dictionem ſiuè, non cenſentur gra-
uati illis reſtituere, cum in alternatiuis ſufficiat
quod prima pars in ipſis filijs verificata fuerit.*
7 *Dictio,* Et, *inter nepotes, & pronepotes adiecta
reſoluitur in alternatiuam, quando inter filios, &
Nepotes Teſtator vſus fuit dictione alternatiua,
ne melioris ſint conditionis pronepotes remotio-
res, quam Nepotes proximiores.*
8 *Subſtitutio facta Patri, ſine filijs dicitur vulgaris
tantum, quæ expirat Patre adeunte.*
9 *Subſtitutio facta vltimo morienti inducit recipro-
cam inter omnes vocatos.*
10 *Fideicommiſſum purum, & abſolutum deducitur
ex ratione conſeruandi Agnationem, alijs vrgen-
tibus Coniecturis.*
11 *Ratio conſeruandi bona in Agnatione excluditur ex
ipſa reſtrictione grauantis ad perſonam hæredis
inſtituti.*

DECISIO CCCCXLII.

NOn conſtare de fideicommiſſo Iacobi purifi-
cato ad fauorem DD. Octauij, & fratrum
de Mutis in Portione Caſalis Polidori fuit reſo-
lutum; Cum enim Iacobus Teſtator in eius te-
ſtamento inſtituerit ſibi Hæredes Valerianum,
& Nicolaum eius germanos fratres in partibus,
& portionibus in teſtamento expreſſis, & ſignan-
ter Valerianum in portione Caſalium, eorum-
que Tenimentorum Polidori, Pernæ, & Moro-
nis, ac deindè ſubiunxerit, quod ſi ipſe decede-
ret ſine filijs, ſiuè Nepotibus, & pronepotibus
maſculis legitimis, & naturalibus ex linea ma-

ſculina Deſcendentibus moreretur Nicolao, vel
filijs, ſiuè nepotibus, & pronepotibus maſculis,
& è conuerſo idem diſpoſuerit de portione ip-
ſius Nicolai ad fauorem eiuſdem Valeriani, &
1 filiorum, vtiquè per obitum Valeriani cum filijs,
nempè Cæſare, & Fabritio, qui pariter filios
habuerunt (vt non controuertitur) præfatum
fideicommiſſum expirauit iuxtà *vulg. conſil. Ol-*
2 *drad. 21. ſæpiſſimè à Rota approbatum* Et licet di-
cti eius filij tanquam poſiti in conditione ex
Statuto Vrbis dicantur diſpoſitiuè vocati, Ex-
indè tamen nō cenſentur alijs ſubſequentibus re-
3 ſtituere grauati, Cum ex vocatione actiua non
benè inferatur ad paſſiuam, niſi ex vrgentibus
Coniecturis aperta illos grauandi eliciatur fidei-
committentis voluntas, vt in his terminis reſpō-
dit *Rota in Romana hæreditatis de Fuſcurinis 12. Fe-
bruarij* 1588 *coram Gypsio, & in Romana Hæredi-
tatis, & Viridarij 27. Ianuarij 1597. coram Cordu-
bo relatis per Fenzon. in annot. ad dictum Statutum
cap.145. n.19* ac latè admittitur reſpectu fidei-
commiſſi per Valerianum Conſtituti in deciſio-
ne huius Cauſæ 15. *Ianuarij* 1648. *coram R. P. D.
meo Meltio §. 1. verſ. Nec aliquid facere*, & gene-
raliter in *recent. deciſ. 486. num. 22. par. 1. coram
bon. mem. Merlin. deciſ. 269. num. 3. & in Bonon.
ſeù fideicommiſſi de Sanctis 17. Maij 1647. coram
R. P. D. meo Bichio §. Et quamuis verſic. Eſto
etiam.*

Non obſtat, quod Teſtator in Conditione non
ſolum poſuerit Valeriani filios, ſed etiam eius
nepotes, & pronepotes maſculos legitimos, &
naturales ex linea maſculina Deſcendentes, qua-
les ſunt Actores.

Quia cum dicta Conditio reſpectu nepotum
concepta fuerit per dictionem alternatiuam
4 ibi: *ſine filijs, ſine nepotibus*, quæ de ſui natura
importat vulgarem tantum ſubſtitutionem, non
fideicommiſſariam *Alciat. conſ 89. num. 5. lib. 9.
Rimin. Iun. conſil. 458. num. 43. Odd. conſil. 92.
num. 21. Bellon. Iun. conſil. 26. num. 29. & 30.
Altograd. conſil. 49. num. 23. Peregr. de fideicomm.
art. 18 num. 24. verſic. quo circa Decium, Card.
Mellin. deciſ. 373. num. 19. Rota in Foroliuien. fi-
deicommiſſi 22. Aprilis 1625. coram Remboldo apud
Merlin. de legitim. deciſ. 119. num. 3. & in Peruſina
fideicommiſſi de Pontanis 20. Aprilis 1646. coram
R. P. D. meo Peutingerio §. Non obſtat quod in vlti-*
5 *mo*) Huiuſmodi vulgaris ſubſtitutio expirauit in
filijs primò adeuntibus, *l. poſt aditam C. de impub.*
6 *& alijs ſubſtit.* Ideoque nullum grauamen reſtitu-
tionis ad fauorem nepotum, vel pronepotum
inductum fuit, cum in alternatiuis ſufficiat,
quod prima pars in ipſis filijs verificata fuerit,
vt ad propoſitum tradit *Soccin. Sen. conſil. 111.
num. 7. verſic. Quinto hanc opinionem lib. 1. Bellon.
Iun. d. conſil. 26. dicto num. 29. & 30. cum alijs in
puncto allegatis coram Card. Mellino dicta deciſ. 373.
dicto num. 19. & in dicta Foroliuien. fideicommiſſi*
7 *ſub dicto num. 3.* Et in hoc eodem ſenſu alterna-
tiuæ poſitæ inter filios, & nepotes ſumenda eſt
Copula, *Et*, inter nepotes, & pronepotes adie-
cta nè melioris ſint Conditionis pronepotes re-
motiores, quam nepotes proximiores, ad quod
abſurdum euitandum dicta dictio, *Et*, reſolui-
tur in alternatiuam, prout quandoquè fieri ſolet
*Roman. conſil. 460. num. 4. Imol. conſil. 101. num. 4.
& 6. cum concordantibus adductis à Modern. Luſitan.
diſſ. 110. n. 37.* Eoque magis attentis verbis ſubſti-
tutionis Valeriani, ſiuè eius deſcendentium
directa ad Nicolaum, ibi: *Moriatur dicto Vale-*
8 *riano, ſiuè filijs &c.* ex quibus clarius datur in-
telligi poſitos in conditione vocatos eſſe per ſo-
lam vulgarem, & ſoli primo hæredi iniunctum
fuiſſe onus reſtituendi, vt probant Iura ſuperius
allegata, & conferunt adducta per *Surd. conſil.
448. num. 29. cum alijs plenè relatis à Modern. Man-
tuan. contron. for. cap. 281. num. 57. cum ſeqq. vbi
latè comprobat d. conſ. Oldrad.*

Nec obſtat, quod in Deciſionibus huius Cau-
ſæ *coram R. P. D. meo Meltio* ſuper fideicommiſſo
Valeriani emanatis 19. *Februarij* 1646. *& 15. Ia-
nuarij* 1648. recedendo ab opinione Oldradi reſpō-
ſum fuerit purum, & abſolutum in omnibus, &
omni caſu fuiſſe inductum fideicommiſſum;
9 Quia ibidem iniunctum erat vltimo ex filijs, &
hæredibus grauatis onus reſtituendi hęreditatem
dicto Nicolao, ac inducta fuerat inter omnes
reciproca ſubſtitutio, pluresque concurrebant
10 Coniecturæ efficaciter ſuadentes voluntatem
Teſtatoris inſtituendi purum, & abſolutum fi-
deicommiſſum in omnibus, & conſeruandi
agnationem, quæ in hoc teſtamento Iacobi non
ſolum non concurrunt, quinimò ex eius lectura
11 excluduntur, & ſignanter excluditur Animus
conſeruandi bona in agnatione ex ipſa reſtri-
ctione grauantis ad perſonam hæredis Inſtituti,
vt notant *Surd. d. conſ. 448. num. 59. Fuſar. conſ.
178. num. 7. verſ. Et quando.*

Et ità vtraque Parte Informante reſolutum
fuit, non conſtare de fideicommiſſo Iacobi, re-
iectis ad aliam diſputationem ijs, quæ diceban-
tur circa Detractiones reſpicientes fideicommiſ-
ſum Valeriani, de quo nunc non agitur.

BONON. FIDEICOMMISSI IO: MARIÆ DE Bologninis.

Mercurij 4. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Attentata ceſſant. quando non adeſt contemptus
Iudicis, neque eius Iuriſdictionis nec præiudi-
cium partis. Primus acquirens ex titulo onero-
ſo, licet diſponere poſſit de Emphyteuſi ex pa-
cto, & Prouidentia in præiudicium vocatorum
illa tamen non venit, ſub generali diſpoſitione
eius bonorum, niſi de ea fiat ſpecialis mentio,
quod maximè procedit, ſi Teſtator diſpoſitio-
nem reſtrinxit ad bona ſua. Grauatus præſumi-
tur de omnibus detractionibus ſatisfactus con-
currente ommiſſione Inuentarij, & alienationi-
bus licet factis ex cauſa neceſſaria pro ſoluendo
ære alieno Teſtatoris dum alienationes ſunt ex-
ceſſiuę niſi ipſe doceat de ſtatu hæreditatis, &
alienationes non æquare legitimam, & Trebel-
lianicam, & quando dicatur vrgere neceſſitas
alienandi pro ſatisfaciendis Creditoribus de-
functi?

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio appellationis, dum non fuit facta ſim-
pliciter ſinè præiudicio trium conformium, ſed
in eo quo ſint conformes, cenſetur præſeruata
exequutio in partibus dumtaxat conformibus, in
difformibus autem ſuſpenſa.*

2 *Exequutio interim non eſt permiſſa donec cognoſca-
tur de conformitate ſententiarum, quando com-
miſſio appellationis non fuit facta ſimpliciter ſi-
ne præiudicio trium conformium ſed in eo quo
ſint conformes.*

3 *Declara, vt ſit permiſſa annuente Iudice, &
dum nō pars informat ſuper illarum difformitate.*

4 *Attentato ceſſant, quando non adeſt contemptus Iudicis, ſeu eius Iuriſdictionis neque præiudiciam partis.*

5 *Fructus imputari non poſſunt in Trebellianicam, quando verſamur in filijs primi gradus.*

6 *Lis dicitur etiam introducta ſuper fideicommiſſo quod fuit diſcuſſum per modum replicationis ad elidendam rei exceptionem, licet ſuper eo principaliter non fuerit diſceptatum per modum Actionis.*

7 *Bona Emphyteotica ex pacto, & prouidentia non veniunt ſub generali Inſtitutione hæredis, ſed in ais ſuccedant ex propria perſona comprehenſi in Inueſtitura.*

8 *Renouatio Inueſtituræ ob lineam finitam non dicitur noua, ſed antiqua Emphyteuſis, ideoque is in cuius perſona renouatur non dicitur primus acquirens.*

9 *Præſertim ſi renouatio Inueſtituræ non fuit facta ſub nouis pactis.*

10 *Emphyteuſis non venit ſub generali diſpoſitione bonorum, etiam in caſu quo primus acquirens ex titulo oneroſo poſſet de illa diſponere in præiudicium vocatorum, cum requirat ſpecificam expreſſionem.*

11 *Quod maximè procedit, quando Teſtator reſtrinxit diſpoſitionem ad bona ſua.*

12 *Bona Emphyteotica non ſunt propria Teſtatoris, nam poſt eius mortem ſunt reſtituenda ſucceſſiuè vocatis.*

13 *Bona acquiſita nomine proprio poſt obitum fideicommittentis ab hærede grauato, ad ipſum iure proprio ſpectat, nec cadit ſub fideicommiſſo.*

14 *Diuiſio facta inter fratres, non probat bona diuiſa fuiſſe paterna, quando longum tempus intercesſit à die obitus Patris.*

15 *Secus verò ſi diuiſio adminiculetur ex ſimili deſcriptione facta à Patre in eius Teſtamento.*

16 *Fideicommiſſarius habet facultatem, vel agendi pro reſtitutione rei alienatæ, vel excipiendi computationem pretij in cauſam detractionum.*

17 *Confeſſio nocet confitenti neque impugnari poteſt ab habentibus cauſam ab eo.*

18 *Detractiones legitimæ, & Trebellianica præſumuntur conſumpta ex alienationibus factis ab hærede grauato, excedentibus debita perſoluta fideicommittentis.*

19 *Detractiones legitima, & Trebellianica præſumuntur conſumpta, ex alienationibus factis ab hærede grauato ex cauſa dumtaxat voluntaria, ſecus vero ex cauſa neceſſaria.*

20 *Hæres grauatus vt excuſetur ab alienationibus tamquam factis ex cauſa neceſſaria, conſtare debet ex ipſomet pretio alienationum fuiſſe ſolutum æs alienum fideicommittentis, vel Creditores prò ſatisfactione inſtetiſſe.*

21 *Alienationes factæ ab hærede grauato pro ſoluendo ære alieno Teſtatoris ſunt neceſſaria, in eo autem in quo excedunt æs, alienum ſunt voluntaria.*

22 *Detractiones præſumuntur conſumpta ab hærede grauato ex alienationibus factis ex cauſa neceſſaria, ſed excedentibus æs alienum Teſtatoris tantum non confectione Inuentarij.*

23 *Hæres grauatus præſumitur ſatisfactus de detractionibus ex alienationibus voluntaria factis, ad quem effectum non attenditur quod alienationes ſint modicæ quantitatis.*

24 *Detractionum conſumptio fundatur in ommiſſione Inuentarij, & aliquibus alienationibus, quæ facti præſumere in hæreditate adfuiſſe alia bona ſufficientia pro detractionibus.*

25 *Hæres grauatus abſque confectione Inuentarij bona modicæ quantitatis, de quibus conſtat, ita etiam præſumitur alienaſſe, & ſubtraxiſſe alia bona, & quidem magni valoris, de quibus non conſtat.*

26 *Donec tamen contrarium ab ipſo iuſtificetur firmando ſtatum hæreditatis.*

27 *Mobilia pretioſa, & ſolida materia veriſimiliter adeſſe poterant in hæreditate fideicommittentis, vbi agitur de familia nobili, & honeſta.*

28 *Mobilia pretioſa, & ſolida materia in legitimam imputantur.*

29 *Tranſactio, quæ non eſt de Actis non attenditur, nec probat.*

30 *Tranſactio non probat ad fauorem aliorum in ea non comprehenſorum.*

31 *Confeſſio emanata in tranſactione non ſemper firmat ſtatum veritatis quæ veniat attendenda.*

DECISIO CCCCXLIII.

RESolutum fuit non conſtare de attentatis, quia licet ſignatura non commiſerie Cauſam ap-
1 pellationis ſine præiudicio trium Conformium
ſimpliciter, ſed in eo quo ſint conformes, quod indicat voluiſſe preſeruare exequutionem in partibus dumtaxat conformibus, illam verò ſuſpē-
2 dere in difformibus, ideoquè donec cognoſceretur de conformitate ſententiarum interim exequutio non eſſet permiſſa, nihilominus quia in
3 Caſu noſtro facta fuit annuente Rota, neque tunc (Palmerijs, & litis Conſortibus non Informantibus) deducta fuit difformitas earumdem
4 exindè ceſſant attentata, cum non adſit contemptus Iudicis, ſeu eius Iuriſdictionis, nequè præiudicium partis, cui ex Inferius deducendis nullæ competunt detractiones, *Innoc. in cap. 1. verb. præiudicium vt lit. pend. Rot. deciſ. 25. ſub num. 2. deſcript. in nou. Egid. deciſ. 528. num. 1. Lancellott. de attent. in præfat. num. 26. & 27. & tit. de attent. lit. pend. cap. 4. num. 512.*

Quatuor enim detractiones prætendebantur à Palmerijs, & Conſortibus. Prima ſcilicet bonorum Franciſci Patris Io: Mariæ fideicommittentis, cum ille inſtituerit hæredem vniuerſalem d. Io: Mariam, cum onere reſtituendi eius hæreditatem ſuis filijs, & deſcendentibus.

Secunda Debitorum eiuſdem fideicommittentis ab Authoribus eorumdem de Palmerijs perſolutorum in ſumma conſtituente libr. 51337.

Tertia legitimæ illis debitæ ex perſonis filiorum Io: Mariæ.

Quarta Denique Trebellianicæ, quæ in fru-
5 ctibus imputari non poteſt, cum verſemur in filijs primi gradus *l. Iubemus C. ad Trebellian.*

Verum ad primam reſponſum fuit, quod eadem bona, per Franciſcum relicta, proueniunt ex alio antiquiori fideicommiſſo q. Ioannis Senioris illius Patris ad fauorem Thadei de Bologninis purificato; Vndè ipſe ex Iure dicti antiquoris fideicommiſſi illa conſequi debet, & ſic non ſunt detrahenda, non obſtante, quod lis mota nō fuerit ſuper dicto antiquiori fideicommiſſo, ſed ſolum ſuper fideicommiſſo per Ioan-
6 nem Mariam conſtituto, quia cum illud diſcuſſum fuerit in prioribus Inſtantijs per viam replicationis conſecutiuè ad actionem intentatam, ob exceptionem à Reis conuentis oppoſitam de dicto fideicommiſſo Franciſci, vt conſtat ex deciſionibus, tam Rotæ Bononiæ, quam Rotæ

noſtræ

Digitized by Google

noſtræ, & ſignanter coram Reuerendiſſimo Terra-
cinen. 24. May 1645. §. Hæc autem cum ſeq. ſatis
videtur etiam ſuper dicto antiquiori fideicom-
miſſo lis introducta cap. 1. de lit. conteſt. cap. du-
dum il 2. §. licet de elect. l. rem non nouam 12. §. Pa-
troni C. de Iudic. Card. Mantic. dec. 204. num. 6.
Rota in Senogallien. Prædij 28. Iunij 1645. coram
R. P. D. meo Meltio §. Nec facit, & in Melcuitana
Antianitatis 20. Nouembris 1648. coram R. P. D.
meo Bichio §. Secundo modo.

Ad ſecundam verò dictum fuit, quod licet in
dubium non reuocentur ſolutiones Debitorum
aſcendentes ad libras 51337. Auctores tamen ip-
ſorum de Palmerijs remanſerunt eis pluſquam
ſatisfacti ob inſignes alienationes bonorum fi-
deicommiſſariorum d. Io: Mariæ conſtituentes
ſummam libr. 128709.

Et quamuis inter dd. alienationes enumere-
tur pro quantitate librarum 64. mille renuncia-
tio bonorum emphyteuticorum facta per graua-
tum fœminis prætendentibus ſe in Inueſtitura
comprehenſas, quæ computanda non videntur,
7 cum re vera dicta bona ſint emphyteotica ex pa-
cto, & prouidentia, quæ propterea non veniunt
ſub generali Inſtitutione hæredis, ſed in eis ſuc-
cedunt ex propria perſona compræhenſi in Inue-
ſtitura, Bart. in l. vt Iuris Iurandi §. ſi liberi ſub
num. 6. ff. de oper. libert. Rimin. Sen. conſil. 239.
num. 2. & 4. Soccin. Iun. conſil. 72. num. 35. ante
fin. & num. 47. vol. 1. Rota in Bonon. de Bologninis
coram Seraph. dec. 124. num 1. repetit. in par. 1. di-
uerſ. dec. 154. pariter num. 1. in Romana Domus,
& emphyteuſis 6. Martij 1595. coram rec. me. Car-
dinali Hieronymo Pamphylio, quæ eſt dec. 219. nu-
mer. 10. par. 4. diuerſ. & coram San. mem. Gregor.
dec. 271. num. 1. ibique Adden. num. 27. Parum
obſtante, quod Ioannes Maria eſſet primus ac-
8 quirens, quia præter quod in eius perſona reno-
uata ſolum fuerat Inueſtitura ob lineam finitam,
quæ non dicitur noua, ſed antiqua emphyteuſis,
Bart. in l. ſi mihi, & Titio num. 7. ff. de verb. oblig.
9 præſertim dum ſub nouis pactis facta non fuit ex
adductis in Romana Donolutionis Domus 14. De-
cembris 1651. & 21. Iunij 1652. coram R.P.D. meo
10 Bichio, ſatis eſt reſpondere, quod etiam in Caſu
quo primus Acquirens ex titulo oneroſo diſpo-
nere poſſit de emphyteuſi in præiudicium voca-
torum; Illa tamen non venit ſub generali diſpo-
ſitione, cum requirat ſpecificam expreſſionem
Rota d. dec. 219. ſub num. 10. verſ. Et hoc non ob-
ſtante par. 4. diuerſ. Add. ad Gregor. d. dec. 271. ſub
11 d. num. 27. verſic. Nihilominus non venit, quod
percipuè procedit quando Teſtator, prout hic,
diſpoſitionem reſtrinxit ad bona ſua. Aym. conſ.
12 25. num. 19. Inferens, quod bona emphyteotica
non dicuntur ſua, niſi in vita, nam poſt mortem
ſunt reſtituenda ſucceſſiuè vocatis, Surd. dec. 93.
num. 19. in fin. & num. 20. Rota dec. 375. ſub n. 7.
verſ. alia ex pacto par. 1. recent. cum cæteris allega-
tis per Adden. vbi ſupra ſub dicto num. 27. verſ. &
hoc tanto magis.

Et quamuis etiam inter eaſdem alienationes
calculentur venditio Domunculę in Via Hieruſa-
lem pro libris mille, & alienatio Crediti Mon-
tis Molendinorum libr. 3800. quæ non videntur
accepto ferendæ ad debitum dd. alienantium,
13 ex quo non cadunt ſub dicto fideicommiſſo Io:
Mariæ, ſed ad illos Iure proprio ſpectabant,
nam Domuncula acquiſita fuit poſt obitum eiuſ-
dem Io: Mariæ ab eius filijs nomine proprio,
Summar. illorum de Palmerijs num. 6. Creditum
verò Montis Molendinorum poſt eiuſdem obitū
dd. filijs delatum fuit ex hæreditate Ioannis An-
dreæ de Bologninis eodem Summar. num. 9.

Adhuc tamen his tribus partitis in totum
conſtituentibus libras 68800. detractis à dictis
libris 128709. ſuperſunt alienationes in ſumma
librarum 59909. quæ ſuperant ſolutiones debi-
torum aſcendentes ad dictas libras 51337. in li-
bris 8572.

Nec ſubſiſtit, quod Creditum Montis Morel-
lorum librarum 450. Domus cum Apotheca del
Mercato di mezzo valoris librarum 4800. & Apo-
theca in Platea magna aliarum librarum 2000.
non probentur fuiſſe de bonis Io: Mariæ fidei-
committentis, quodque filatorium pro fabri-
cando ſerico librarum 4986. & Creditum cum
hæreditate Bartholomei librarum 5573. non poſ-
ſint dici alienata, cum filatorium venditum fue-
rit Æmilio Cohæredi, & adhuc extet pœnes hæ-
redem dicti Æmilij, qui obtulit illud reſtituere,
ex quo conſeruatur in eodem ſtatu, quo erat de
tempore venditionis, Creditum verò cum Bar-
tholomeo non probatur exactum, nequè vendi-
tum, aut ceſſum alicui.

Quoniam illa tria priora Corpora, nempè
Creditum Morellorum, Domus cum Apotheca
del Mercato di mezzo, & Apotheca in Platea ma-
gna probantur hæreditaria Io: Mariæ ex Inſtru-
mento diuiſionis ſequutę inter eius filios de anno
1586. vt de ſingulis patet in regiſtro fol. 655. à ter-
14 go, & fol. 663. & quamuis prædicta diuiſio tan-
quam facta poſt longum tempus à die mortis
Teſtatoris bonorum identitatem de per ſe ſola
ſufficienter non videatur iuſtificare, vt dixit Ro-
ta coram bon. mem. Merlino dec. 383. num. 4. cum
15 ſeqq. & dec. 369. ante num. 1. attamen cum ad-
miniculetur ſimili deſcriptione facta per Ioannē
Mariam fideicommittentem in ſuo Teſtamento
illam concludenter verificare dicitur, vt poſt
Bald. & alios reſpondit Rota in Bonon. fideicommiſſi
de Amorinis 18. Maij 1648. coram R.P.D. meo Mel-
tio in Bonon. fideicommiſſi de Naſcentorijs 20. Iunij
1650. coram R. P. D. meo Celſo 4. Iulij 1653. §. Et
vltimo. Non ſubſiſtente, quod diuidentes ad
prædictam diuiſionem deuenerint ſub aſſertione,
quod intendebant diuidere omnia bona commu-
nia ad ipſos delata ex diuerſis hæreditatibus, &
ſignanter etiam Ioannis Andreæ, Bonauenturæ,
& aliorum de Bologninis, quia verius eſt in ipſa
fuiſſe ſolum compræhenſam proprietatem cuiuſ-
dam Domus hæreditariæ dicti Ioannis Andreæ,
cætera vero bona fuiſſe diuiſa vti hæreditaria
Io: Mariæ d. regiſtro fol. 639. cum ſeqq. quæ vlte-
rius pro talibus comprobantur ex lectura prædi-
cti Teſtamenti. Reſpectu autem filatorij reſpon-
ſum fuit, quod dum de ipſo nulla redditur ra-
tio, & alienatio in cohæredem grauatum facta
fuerit; Nam ſemper fideicommiſſarij habent fa-
16 cultatem, vel agendi pro reſtitutione rei, vel
excipiendi computationem pretij in Cauſam de-
tractionum, vt dixit Rota coram bon. mem. Merli-
no dec. 831. num. 2. Creditum deniquè cum hære-
ditate Bartholomei exactum fuiſſe per dictos
grauatos concludenter probatur ex ipſorum iu-
17 rata Confeſſione dicto Regiſtro fol. 669. à
tergo, & ſequentibus, quæ propterea à Palme-
rijs ab eis Cauſam habentibus impugnari non
valet, Buratt. deciſ. 788. num. 4. ibique Adden.
littera A. cum vulg.

Cum

Digitized by Google

Cum itaq; firmum remaneat, alienationes ex-
18 cedere debita perſoluta in ſupradictis lib. 8572.
exinde reſultat præſumpta conſumptio tertiæ, &
quartæ detractionis legitimæ ſcilicet & Trebel-
lianicæ, iuxtà opinionem Rotæ, quam vti verio-
rem latè firmauit in *Peruſina bonorũ 30. Maij* 1650.
coram me §. legitimam verò.

Nec releuat, quod dd. alienationes factæ fue-
rint ex cauſa neceſſaria, nempè pro ſoluendo ære
19 alieno, ideoque ex illis non reſultet d. præſum-
ptio conſumptionis detractionum, licet ſecus ſit
in alienationibus factis ex cauſa voluntaria, vt
diſtinguendo firmatum fuit in *Peruſina fideicom.
de Rodulphinis pariter coram me 14. Iuny* 1652. *§.
quoniam alienationes verſ. & primò*.

Quia præterquod in caſu noſtro non probatur
20 ex ipſomet pretio alienationum ſolutum fuiſſe
æs alienum, vel Creditores pro ſatisfactione in-
ſtetiſſe, vt opus eſſe animaduertit *Rota in Romana
fideicom. de Zuccaris 4. February* 1650. *coram* R.p.d.
meo Decano ſub §. detracta igitur, ſemper eſt verum,
21 quod in exceſſu alienationes ſunt voluntariæ, &
22 propterea ex ipſis, iuncta non confectione In-
uentarij reſultat præſumptio conſumptionis de-
23 tractionum, ad quem effectum non attenditur,
quod alienationes voluntariæ ſint modicæ quan-
titatis, quia vbicunque prout hic, non oſtendi-
tur Inuentarium, nec aliundè conſtat de vero ſta-
tu hæreditatis, ratio conſumptionis non funda-
tur in eo, quod grauatus ſit ſatisfactus de detra-
ctionibus ex illis alienationibus iuſtificatis, ſed
24 in mala præſumptione reſultante ex omiſſione
inuentarij, & aliquibus alienationibus, quæ fa-
cit præſumere in hæreditate abfuiſſe alia bona
ſufficientia pro detractionibus, quodque ſicut
25 grauatus voluntariè alienauit ea parua, de qui-
bus conſtat; Ita etiam alienauerit, & ſubtraxerit
alia, & quidem magna, de quibus non conſtat,
26 donec contrarium ab ipſo iuſtificetur, firmando
ſtatum hæreditatis, vt declarando deciſiones in
contrarium allegatas plenè reſponſum fuit in di-
cta *Peruſina Bonorum coram me §. Quo vero ad modi-
citatem*, maximè in propoſito, quod vlterius nul-
la redditur ratio de mobilibus, & tamen cum
27 agatur de familia nobili, & honeſta veriſimiliter
in hæreditate fideicommittentis adeſſe poterant
mobilia prætioſa, & ſolidæ materiæ, quæ in le-
28 gitimam imputantur, vt dictum fuit in dicta
*Romana fideicom. de Zuccaris coram Reuerendiſſimo
D. meo Decano §. quod autem*.

Non obſtat Tranſactio inita cum illis de Cla-
ris, in qua Thãdeus Bologninus faſſus fuit, de-
tractiones ex quarta parte ſpectante ad Aemilium
importare libr. 45. millium. Quia ſufficit reſ-
29 pondere dictam Tranſactionem non eſſe de actis.
Rota in Romana fideicom. de Campionis 5. Maij 1651.
coram R. p. d. meo Veroſpio §. vlt. verſ. cum illa.
30 Quodque non probat ad fauorem aliorum in
tranſactione non comprehenſorum; Nam ea,
31 quæ tranſigendo fatentur, non ſemper firmant
ſtatutum veritatis, quæ venit attendenda per ea,
quæ dixit Rota *in Romana Reſciſſionis tranſactionis
26. Iunij* 1651. *coram Eminentiſſimo D. Card. Corra-
do §. nec turbat*.

Et ita vtraque &c.

SENOGALLIEN. FIDEICOMMISSI.

Ven. 6. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Filij, & hæredes, dum fuerunt vocati non requiri-
tur ad effectum ſuccedendi verificatio vtriuſque
qualitatis, ſed ſufficit, quod volens ſuccedere ſit
filius, licet non ſit hæres vel ſit hæres, licet non
ſit filius; ſecus tamen eſt, quando fuerunt vocati
hæredes, & filij & quænam ſit differentia, & an
hoc procedat æqualiter in contractibus, ac in
vltimis voluntatibus?

SVMMARIVM.

1 *Hæredes, & filij quando fuerunt vocati tunc ad effe-
ctum ſuccedendi copulatiue neceſſe' eſt probare
vtramque qualitatem, hæreditariam ſcilicet, &
filiationis.*

2 *Copula, & poſita in contractibus inter verba* filijs,
& hęredibus, *regulariter ſtat qualificatiuè, &
reſtrictiue.*

3 *Secus in vltimis voluntatibus in quibus copula, &
ſtat ampliatiuè, & augumentatiuè etiam ad hæ-
redes extraneos.*

4 *Filij, & hæredes, quando fuerunt vocati in vltimis
voluntatibus admittuntur filij etiam non hæredes,
& hæredes etiam non filij, niſi reſultet ſenſus in-
congruus contra mentem Teſtatoris.*

5 *Copula, & licet quando eſt poſita inter verba* filijs
& hæredibus *ſtet ampliatiuè, ſecus tamen eſt
quando eſt poſita inter verba hæredibus, & filijs,
tunc enim non ſtat ampliatiuè, ſed reſtrictiuè, &
qualificatiuè.*

6 *Hæredes, & filij, quando fuerunt vocati, tunc ne-
ceſſarium eſt concurſum vtriuſque qualitatis adeo
vt non admittantur hæredes, niſi ſint de filijs, nec
filij, niſi ſint hæredes.*

7 *Copula, &, aliquando ſtat etiam declaratiuè, &
expoſitiuè pro* Ideſt.

8 *Copula, &, poſita inter verba hæredibus, & filijs,
ſtat reſtrictiuè, & qualificatiuè, requirens vtri-
uſque copulatæ qualitatis concurſum.*

9 *Teſtator, quando ſemper de filijs, & hæredibus fuit
diſeretiuè locutus, cenſetur vtique voluiſſe con-
curſum vtriuſque qualitatis quando poſtea copula-
tiuè vocauit hæredes, & filios.*

10 *Qualitas hæreditaria, quoties requiritur ex diſpoſi-
tione hominis, vel per Contractus, vel per vlti-
mam voluntatem probari debet cum effectu me-
diante actuali aditione hæreditatis.*

11 *Quicquid ſit in qualitate requiſita per diſpoſitionem
legis.*

12 Reus *& poſſeſſor licet non probet aditionem hæredi-
tatis ei tamen ſufficit agentem excludere ex quo
non iuſtificat ſe vel eius Auctorem habuiſſe quali-
tatem à Teſtatore requiſitam.*

DECISIO CCCCXLIV.

Filijs, & hæredibus Hieronymæ Saculæ ex eius
perſona agentibus non eſſe dandam Immiſſio-
nem Domini reſponderunt, quia non iuſtificant
in ea vtramque qualitatem hæreditariam, & filia-
tionis copulatiuè requiſitam; Lactantius enim
Teſtator inſtituto ſibi hærede vniuerſali Cæſare
ex filio prædefuncto nepote, et, eiuſque filijs, &
deſcendentibus ſine filijs legitimis, & naturali-
bus ſubſtituit, ibi: *per la metà di tutte le ſue ſoſtan-
ze gl'heredi, e figliuoli del Capitano Mallio ſecoli fra-
tello di detto Sig. Teſtatore, e per l'altra metà nel me-
deſimo Caſo inſtituiſce, e ſoſtituiſce Meſer Camillo Mo-
reſi Nepote di eſſo Teſtatore &c.* Ideo ad obtinen-
1 dam immiſſionem ex perſona Hieronymæ non
ſufficit docere fuiſſe filiam Capitanei Mallei, niſi
copulatiuè probetur fuiſſe quoque hæredem, vt
tradit *Bart. in l. vt Iuſiurandum §. ſi liberi num.* 3. *ff.
de oper. libert. & in l. ex facto §. vlt. num. 2. verſ. &
vbi etiam ibique Caſtr. ſub num. 4. in fin. verſ. ſed ſi
poneretur ff. ad Trebell. & in l. Gallus §. etiam ſi pa-*

rente

Digitized by Google

*rente num. 6. ff. de liber. & poſthum. Iaſ. in l. 2. nu.
188. C. de Iur. emphyt. idem Caſtr. conſ. 77. nu. 7. &
conſ. 259. num. 3. lib. 1. Bald. conſ. 455. numer. 1.
& conſ. 259. num. 3. lib. 1. Bald. conſ. 455. num. 1.
lib. 3. Aym. conſ. 131. num. 7. Mandell. conſ. 490.
nam. 6. Clar. in §. Emphyteuſis quaſt. 37. ſub num. 2.
verſ. Aut vero eſt conceſſa Griaell. deciſ. Rolan. 18.
num. 11. verſ. contrariam verò opinionem. Rota de-
ciſ. 673. num. 17. & 18. par. 1. recen. & in Aretina.
fideicom. 4. Februarij 1647. coram R. P. d. meo
Veroſpio ſub §. Hac autem v rſ. & quoties.*

Et quamuis complures teneant Concluſionem
2 procedere in contractibus, nempè in feudo, em-
phyteuſi, vel ſimili, in quibus Copula, &, poſi-
ta inter verba *filijs*, & *haredibus* regulariter ſtat
qualificatiuè, & reſtrictiuè, in quibus terminis
loquuntur ferè omnes prædictę authoritates, ſecus
3 verò in vltimis voluntatibus in quibus ſtare ſolet
augmentatiuè, & ampliatiuè etiam ad hæredes
4 extraneos, itaut propterea in ipſis admittantur
filij, etiam non hæredes, & hæredes, qui non
ſint de liberis, niſi reſultet ſenſus incongruus
contrà mentem Teſtatoris, vt docet idem *Bart. in
d. l. Gallus d. §. etiamſi parente num. 6. ff. de liber. &
poſthum. Peregr. conſ. 59. ſub num. 6. verſ. quamuis
licet & num. 7. verſ. inter. autem lib. 5. & de fideic.
art. 32. num. 14. cum trib. ſeqq. & ſub num. 18. verſ.
ſed contra Cardin. Mantic. de Coniect. vltim. volunt.
lib. 8. tit. 14. ſub num. 21. verſ. Caterum in vltimis
voluntatibus Gratian. diſcept. 530. num. 43. Rot. apud
Seraph. dec. 604. num. 5.*

Attamen dixerunt Domini caſum hunc eſſe
extra terminos huius difficultatis, quia Teſtator
5 non vocauit filios, & hæredes in quibus terminis
adeſt prædicta Doctorum diſcrepantia, ſed vo-
cauit hæredes, & filios ibi: *gl'heredi, e figliuoli del
Capitano Mallio*, Hoc enim caſu quia præcedit
genus, & ſubſequitur ſpecies omnes conueniunt
dictam Copulam, &, non ſtare ampliatiuè, ſed
reſtrictiuè, & qualificatiuè ad *text. in l. ſed & ſi
adijciatur ff. pro Soc.* & ſic neceſſarium eſſe concur-
6 ſum vtriuſque qualitatis, adeout non admittan-
tur hęredes, niſi ſint de deſcendentibus, nec de-
ſcendentes, niſi ſint hæredes, vt optimè *Cepol.
conſ. 15. num. 3. & 4. Odd. conſ. 46. num. 14. & 15.
Peregr. de fideicom. d. art. 32. num. 48. verſ. limita
8. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 339. numer. 70. & quaſt.
340. num. 14.* eandemque diſtinctionem in ſimili-
bus terminis ſequuta fuit *Rota coram Card. Manti.
deciſ. 19. num. 4. verſ. ſed in caſu propoſito*; Ideoq;
7 non refert, quod d. Copula, &, aliquando ſtet
etiam declaratiuè, & expoſitiuè pro *Ideſt*; Quia
8 vt firmant prędictæ authoritates in iſtis terminis
ſtat reſtrictiuè, & qualificatiuè requirens vtriuſq;
Copulatæ qualitatis concurſum.

Nec ſubſiſtit, quod Teſtator promiſcuè vſus
fuerit verbo, *heredi*, & verbo, *figli*, & ſic illa pro
9 Sinonimis habuerit; Quia vbicunque filios voca-
re voluit ſine qualitate hæreditaria non addidit
verbum, *heredi*, vt fecit in ſubſtitutione Camilli,
ibi *E caſo che detto Camillo moriſſe ſenza figli in loco
ſuo ſucceda &c.* vbi tamen dictam qualitatem re-
quiſiuit, vt fecit reſpectu Mallij eam expreſſit,
ibi: *gl'heredi, e figlioli del Capitano Mallio*; vndè
argumentum retorquetur ex notatis per *Rum. conſ.
124. num. 5. ad fin. lib. 3. quem alijs relatis ſequitur
Mantic. vbi ſupra lib. 11. tit. 14. num. 10.* Nec vis
fieri poteſt ſuper ſubſequentibus verbis, ibi: *E
caſo che li ſopradetti heredi del Capitano Mallio, e Ca-
millo, ò ſuo fratello*, vrgeret enim obiectum ſi Teſta-
tor dixiſſet, *e di Camillo*, quo caſu cum præceden-
tia verba, *li ſopradetti heredi*, directa eſſent ad per-
ſonas illius filiorum probabiliter argui poſſet, Te-
ſtatorem illa habuiſſe pro Sinonimis, dum in con-
ditione illius filios poſuerat ſimpliciter, non
adiecta qualitate hæreditaria, ſecus verò dum di-
xit, *li ſopradetti heredi del Capitano Mallio, e Ca-
millo*, hoc enim caſu cum verba ſint directa ad
eius propriam perſonam intelligenda ſunt ad for-
mam præcedentis diſpoſitionis, nec reſpiciunt
eius filios, de quibus ibi nullam mentionem fe-
cit.

Coniectura vero deſumpta ex eo, quod Mal-
lius tempore, quo Lactantius condidit Teſtamen-
tum, non haberet, niſi vnicum filium maſculum,
& duas fœminas, quatenus in facto ſubſiſtat,
quod valde controuertitur, operaretur ſolum,
quod ſub plurali vocatione filiorum venirent non
ſolum maſculi, ſed etiam fœminæ; At non ideò
excluderet requiſitam qualitatem hæreditariam,
vt ſuprà firmatum eſt.

Nec refert, quod Hieronima in potentia, &
habitu fuerit hęres Mallij Patris; Quia magis re-
10 cepta eſt opinio, quod vbicunque (prout hic)
ex diſpoſitione hominis, vel per contractum, vel
per vltimam voluntatem deſideratur qualitas hæ-
reditaria, probari debet cum effectu; nempè ha-
bitu, & actu mediante actuali aditione, quicquid
11 ſit in qualitate requiſita per diſpoſitionem legis,
vt poſt *Bart. in l. gerit 67. ſub num. 5. ff. de acquir.
hared. probauit Rum. conſ. 29. num. 8. & conſ. 120.
num. 2. lib. 2. Menoch. conſ. 958. num. 15. vſque in
fin. Peregr. d. art. 32. ſub num. 23. verſ. & hac ve-
rior videtur Fuſar. d. quaſt. 340. ſub num. 2.* Adi-
uiſſe autem non probatur; Imò contrarium patet
non ſolum ex quo per ſtatutum erat excluſa ob
exiſtentiam maſculorum, ſed etiam ex quo per
annos 30. & vltra, quibus ſuperuixit poſt obitum
Patris, nunquam petijt Immiſſionem tanquam
illius hęres, ſed vti dotata, permiſit hęreditatem
poſſideri per fratres, atque vlterius producendo
Laudum diuiſionis d. hęreditatis factę per maſcu-
los ſatis facto proprio declarauit non adiuiſſe,
nec velle adire; Quod autem adiuerint maſculi
probatur ex prædictis, & alijs adductis ab Infor-
12 mantibus, licet opus non ſit hoc iuſtificare, cum
ſufficiat reis, & poſſeſſoribus excludere agentes,
ex quo non iuſtificant ipſorum Auctricem actu
habuiſſe dictam qualitatem hęreditariam *ad text.
in l. vltima C. de rei vindicat.*

Et ità vtraque &c.

ARETINA PLEBANIÆ.

Vener. 6. Februarij. 1654.

ARGVMENTVM.

Præſentatus eſt ad Beneficium inſtituendus probata
vacatione, præſentatione facta in tempore eius
habilitate, & exiſtentia atque pertinentia Iuriſ-
patronatus ad pręſentantes, & qualiter hęc om-
nia dicantur probata? Iuſpatronatus autem an
probetur ex ſententia Ordinarij lata ſuper illius
Canonizatione in contradictorio Iudicio, & cita-
to Promotore Fiſcali menſæ Epiſcopalis, & pro-
uiſo Apoſtolico in iudicatum tranſacta? vbi quod
probatur ex centenaria, vel quadragenaria cum
fama, quando non ſumus in priuatis, in quibus
præſumptio vſurpationis non cadit præſertim
concurrentibus adminiculis de quibus in deciſio-
ne, & quando attendatur vltimus ſtatus Beneficij.
& quando non?

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Præsentatns est ad Beneficium instituendus probata vacatione, præsentatione facta in tempore eius habilitate, & existentia, atque pertinentia Iurispatronatus ad præsentantes.*

2 *Vacatio Beneficij probatur ex confessione partis collitigantis venientis ex eadem vacatione.*

3 *Patroni layci habent præscriptum quadrimestre ad præsentandum.*

4 *Instrumentum præsentationis plenè probat præsentationem fuisse factam intra quadrimestre præscriptum Patronis laycis ad præsentandum.*

5 *Habilitas præsentati probatur ex eius apprabatione facta ab examinatoribus Synodalibus, quibus est deferendum.*

6 *Existentia, & pertinentia Iurispatronatus ad præsentantes probatur ex sententia ordinarij lata super illius canonizatione in Contradictorio Iudicio, & citato Promotore Fiscali mensæ Episcopalis, & prouiso Apostolico in iudicatum transacta.*

7 *Ordinarij locorum valdè difficiles sunt in admittendo Patronatu, nisi de eo plenè constet.*

8 *Sententia Ordinarij Canonizatoria Iurispatronatus debet probari effectuata, aut ex actis iustificari.*

9 *Ius patronatus non præsumitur vsurpatum, quando sumus in priuatis, in quibus vsurpationis præsumptio non cadit, nec intrat dispositio* Sac. Concil. Trid. sess. 25. cap. 9. de reform.

10 *Ius patronatus vt dicatur iustificatum sufficit probatio centenaria, vel quadragenaria cum fama.*

11 *Quadragenaria, & Centanaria ad effectum probandi existentiam, & pertinentiam Iurispatronatus resultat ex publicis Instrumentis mediantibus continuatis præsentationibus effectum sortitis.*

12 *Iuris patronatus existentia, & illius pertinentia ad præsentantes iustificatur ex præsentationibus spatium centum Annorum effectuatis.*

13 *Ius patronatus, & quasi possessio præsentandi quæ competebat defuncto suffragatur etiam illius filijs.*

14 *Filiatio concludenter iustificatur ex Testamento in actis parte citata producto, in quo filij nominantur, & vti tales instituuntur hæredes.*

15 *Ennnciatiuæ antiquissimæ tàm Summorum Pontificum, quàm ordinariorum diuersis temporibus, & in pluribus, ac diuersis scripturis emanatæ vim habent ad probationem Iurispatronatus.*

16 *Iuspatronatus bene infertur ab exercitio actus Patrono competentis.*

17 *Insigna, & Arma Familiæ deposita, & posita in Ecclesia eandem antiquitatem præseferentia, quàm habet ipsa Ecclesia eo magis comprobant Ecclesiam esse de Iure patronatus illius familiæ.*

18 *Adminicula, quæ de per se vti singula non prosunt vnita iuuant.*

19 *Prouisiones Apostolicæ non immutant naturam Beneficij, nec præiudicant patronis, nisi id exprimant.*

20 *Vel nisi in simul concurrant actus positiui contrarij seruituti, puta quia Patroni voluerint præsentare, & fuerint reiecti.*

21 *Vltimus status non est attendendus, quando concludenter constat de antecedenti statu Ecclesiæ, tunc enim possessorium absoluetur à petitorio.*

DECISIO CCCCXLV.

PEtrum de Cerretanis præsentatum esse instituendum hodiè decisum fuit ex vulgata Conclusio-
1 ne, quod præsentatus institui debet probata vacatione, Præsentatione facta in tempore, eius habilitate, & existentia, atque pertinentia Iurispatronatus ad præsentantes *cap. Monasterium 16. quæst. 7. cap. cum Bertoldus, ibique Abb. num. 12. de re iudic. Rota decis. 680. num. 3. par. 1. decis. 337. num. 1. part. 2. & decis. 674. num. 3. par. 3. decis. 152. num. 1. & decis. 505. pariter num. 1. par. 5. recent.*

Probatur siquidem vacatio Plebaniæ contro-
2 uersæ ex Confessione Siringhi Piccolominei collitigantis venientis ex eadem vacatione. *Card. Put. decis. 171. num. 1. lib. 1. in Corr. Card. Mantic. decis. 132. num. 1. Rota in Bonon. Archipresbyteratus 23. Martij 1648. coram Eminentissimo D. Card. Corrado §. Nam quæ fuerunt.*

Præsentationem fuisse peractam intrà quadri-
3 mestre Pattonis laycis ad præsentandum præscriptum clarè liquet ex Instrumento præsentationis
4 secutæ sub die 17. Aprilis 1652. quinquè post dies ab obitu Cosmi de Petris vltimi Rectoris *Summar. Infortunatis num. 3.* quod facit plenam probationem, vt in his terminis *Rota decis. 232. num. 9. par. 5. recent. apud Modern. Pisan. de Iure patr. decis. 123. n. 11. & in d. Bonon. Archipræsbyteratus §. Quæ verò vers. & ab hominibus.*

Habilitas Petri præsentati conuincitur ex eius
5 approbatione facta ab Examinatoribus Synodalibus coram D. Archiepiscopo Senarum à Rota deputato *eodem Summ. num. 6.* quibus est deferen. *gloss. in Clem. 1. verb. reputamus de concess. præb. Card. Mantic. decis. 208. num. 4. Card. Canal. dec. 299. num. 3. cum seqq. in d. Bonon. Archipræsbyteratus d. §. Quæ verò vers. ac demùm, & in Eugubina Coadiutoriæ 3. Iunij 1650. coram me, §. hac deficere.*

Existentiæ demùm, & pertinentiæ Iurispatro-
6 natus iustificatio desumpta fuit ex sententia ab ordinario lata 12. Maij 1618. super illius canonizatione in contradictorio citatis Ptomotore Fiscale mensæ Episcopalis, & Prouiso Apostolico in iudicatum transacta *eodem Summar. num. 1.* cui admodum deferri solet, quia locorum Ordi-
7 narij valdè difficiles sunt in admittendo Patronatu, nisi de eo plenè constet, vt ponderauit *Rota decis. 11. de Iur. patron. in nou. Card. Seraphin. dec. 1232. num. 2. in Tirasonen. Cappellaniæ 14. Ianuarij 1644. coram Reuerendissimo Terracinen. §. postmodùm vers. quæ sententia in Compostellana Parochialis 10. Februarij 1645. coram* R. P. D. *meo Verospio §. dum enim, vers. Tùm demùm in Mediolan. Prioratus 14. Martij 1646. coram Eminentissimo D. Cardinali Corrado §. Tertio duæ sententiæ, & in alia Mediolanen. Iurispatronatus 30. Ianuarij præteriti coram R. P. D. meo Albergata §. penult.*

Et quamuis ad istum effectum sententia proba-
8 ri debeat effectuata, aut ex actis iustificari, vt responsum fuit in eadem *Lucana Iurispatronatus* 10. *Ianuarij 1645. coram eodem D. Terracinen.* vbi receditur à præcedenti, & allegantur concordantes, præsertim quià tunc non obtinuit præsentatus, sed Prouisus Apostolicus, & Rota in alia lite super hac ipsa Plebania noluit dictam sententiam attendere, vt explicitè habetur in *Aretina Plebaniæ 27. Martij 1620. §. nequè etiàm apparet, & 15. Maij eiusdem anni §. placuit tamen coram bon. mem. Dunozetto Archiepiscopo Selencien.* Nihilominus hodiè eius Iustificatio ex sequentibus concludenter comprobari visa fuit.

Præmisso enim, quod versamur in priuatis, in

9 quibus proindè cum non cadat vſurpationis præ-
ſumptio, non intrat diſpoſitio Sac. Conc. Trident.
10 ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. ſed ſufficit probatio cen-
tenariæ, aut quadragenariæ cum fama, iuxtà
conſ. Feder. de ſen. 234. num. 3. verſ. ad propoſitum
à Rota ſemper approbatum, & præ cæteris in Bo-
nonien. Iuriſpatronatus de Butrigarijs 16. Martij
1641. coram R. P. D. meo Bichio in dicta Lucana
Iuriſpatronatus coram D. Terracinen. in Alexandrina
Archiepræsbyteratus 1. Iulij 1648. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Decano, in Balneoregien. Iuriſpatrona-
tus 9. Decembris 1650. coram Eminentiſsimo D. Car-
dinali Otthobono, & in d. Mediolanen. Iuriſpatrona-
tus coram R.P.D. meo Albergato §. 1.

Ex publicis documentis nedùm quadragena-
11 ria, ſed centenaria, & vltra conuincitur median-
tibus continuatis præſentationibus effectum ſor-
titis, etenim anno 1402. ad præſentationem illo-
rum de Cerretanis prouiſus fuit de Plebania
controuerſa Bartholomæus de Tignano d. Summ.
num. 8. qui de conſenſu eorumdem patronorum
illa permutauit cum Alberto Canonico de anno
1430. num 9. & 10. per cuius liberam dimiſſio-
nem præſentatus, inſtitutus, & immiſſus fuit in
illius poſſeſſionem Vrbanus Dominici Senen. an-
no 1444. num. 12. & 13. Cumquè per obitum
dicti Vrbani vacaſſet anno 1494. præſentatus pa-
riter, & inſtitutus fuit Raphael Petruccius nu. 15.
& 16. ob cuius ceſſionem præſentatus extitit a
Patronis, & à Papa prouiſus de illorum conſen-
ſu Antonius de Placidis cum diſpenſatione Apo-
ſtolica ſuper ætate, & defectu natalium anno
1501. num. 19. qui in illius poſſeſſionem conti-
nuauit vſquè ad annum 1523. nu. 20. & 21.

Cum igitur adſint Præſentationes ſpatio an-
norum 120. effectuatæ ab anno ſcilicet 1402. ad
annum 1523. quibus Eccleſia, de qua agitur con-
tinuò collata fuit vti de Iurepatronatus ad præ-
12 ſentationem dd. de Cerretanis patronorum, per
conſequens ſufficienter iuſtificata remanet, tàm
illius exiſtentia, quàm pertinentia ad dictos Pa-
tronos præſentantes, vt probant authoritates, &
deciſiones ſuprà allegatæ, dictaque Iuſtificatio
13 ſuffragatur etiam Petro, Hieronymo, Anibali,
& Deſiderio Pompilio, qui Petrum præſentarunt,
cum ſint filij Azolini, Muſciatti: & Aldobran-
di de Cerretanis, qui exiſtebant in quaſi poſſeſ-
ſione præſentandi, & dictam ſententiam obtinue-
rant Rota deciſ. 337. num. 3. part. 2. recent. & in
alijs allegatis in Piſtorien. Beneficij 19. Aprilis 1652.
coram R. P. D. meo Celſo §. pertinentia cum ſeq. Ex
14 publicis enim Inſtrumentis Teſtamentorum in
actis Notarij Cauſæ parte citata productis illo-
rum filiatio concludenter iuſtificatur, dùm ibi-
dem nominantur filij, & vti tales inſtituuntur
hæredes, Bald. in cap. ex tranſmiſſa ſub num. 4. de
reſtit. ſpoliat. Gozzad. conſil 11. num. 52. & ſeqq.
Surd. conſ. 1. num. 47. Rota deciſ. 472. nu. 8. par. 1.
recent. & in Reatina Succeſsionis 15. Aprilis 1641.
coram R.P.D. meo Pentingerio § 1.

Nec deficit fama pluribus adminiculis fulcita,
15 & ſignanter ex antiquiſſimis enunciatiuis, tam
de anno 1381. in Teſtamento q. Chriſtophori de
Cerretanis, quàm Summorum Pontificum, & ip-
ſorummet Ordinariorum diuerſis temporibus, &
in pluribus, & diuerſis ſcripturis emanatis dicto
Summar. num. 17. quæ vim obtinent, ad tradit.
per Aretin. in cap. Cum Cauſa num. 6. & 20. de pro-
bat. Rota apud Modern. Piſan. de Iurepatr. dec. 129.
num. 7. & coram Buratt. deciſ. 142. num. 11. deciſ.
172. num. 1. deciſ. 636. num. 4. ac in alijs allega-
tis in dicta Mediolanen. Prioratus coram D. Cardinali
Corrado §. Quarto concurrunt, & in dicta Mediola-
nen. Iuriſpatronatus coram D. meo Albergato §. Fama
verò.

Ex licentia vendendi quandam Domum Pleba-
niæ obtenta de anno 1449. de conſenſu, & ad
ſupplicationem eorumdem de Cerretanis vti pa-
tronorum dicto Summar. num. 14. Patronale enim
16 Ius benè infertur ab exercitio actus patrono
competentis, Io: Andr. in cap. quod alicui gratioſè
in fin. de reg Iur. in 6. Abb. in cap. 1. verſ. & hæc
faciunt de Relig. Domib. Federic. de Sen d. conſ. 234.
ſub num. 4. verſ. undè cum appareat, quem refert,
& ſequitur Rocch. de Curt. de Iurepatr. quæſt. 15.
numer. 30. Lotter. de benef. lib. 1. quæſt. 11. nu-
mer. 66.

Ex Armis, & Inſignibus familiæ Cærrætaniæ
17 depictis, & exiſtentibus in Eccleſia huius Pleba-
niæ in eandem antiquitatem, quam habet ipſa
Eccleſia præſeferentibus, Rota coram bon. mem.
Coccino deciſ. 230. num. 1. in Cathacen. Eccleſiæ 23.
Iunij 1642. & 10. Iunij 1644. coram R. P. D. meo
Bichio, & 1. Iulij eiuſdem anni coram Eminentiſſimo
Card. Cecchino, & in dicta Mediolanen. Prioratus co-
ram Eminentiſſimo Corrado §. 6. Inſignia.

Et demum ex ſupradicta ſententia Ordinarij,
quæ ſaltem omnia prædicta adminiculatur, & ef-
ficaciorem vim illis tribuit, quæ etiamſi de per
18 ſe vti ſingula non prodeſſent, ſimul vnita iuuant
Buratt. d. deciſ. 172. num. 26. & in d. Bonon. Ar-
chipræsbyteratus §. Sexto demum vbi alij cumulan-
tur.

Non obſtant Prouiſiones Apoſtolicæ, & vlti-
19 mus ſtatus Collatiuus; illæ enim non immutant
naturam Beneficij, nec præiudicant Patronis,
niſi vel id exprimant. Calderin. conſ. 26. in fin. de
præben. Seraph. deciſ. 1301, num. 2. Rota deciſ. 359.
num. 8. par. 1. diuerſ. & in dicta Lucana Iuriſpatro-
natus 29. Ianuarij 1644. coram Reuerendiſſimo Ter-
20 racinen. §. Non obſtant, vel minimè concurrant
actus poſitiui contrarij ſeruituti, putà quia Pa-
troni voluerint præſentare, & fuerint reiecti Ge-
min. in cap. cum de beneficio num. 9. de præben. in 6.
Rot. deciſ. 109. num. 8. par. 2. diuerſ. dec. 53. n. 17.
par. 5. recent. coram Dunan. deciſ. 74. num. 59. in
dicta Bonon. Iuriſpatronatus de Butrigarijs coram D.
meo Bichio §. firmata etiam in dicta Lucana Iuriſpatro-
21 natus ſub dicto §. Non obſtant. Ille verò non at-
tenditur, quando per ſententiam in iudicatum
tranſactam, & centenariam, vel quadragena-
riam cum fama; publicis Inſtrumentis, compro-
batam conſtet de antecedenti ſtatu ſeruituris,
tunc enim poſſeſſorium à petitorio abſorbetur,
Rota deciſ. 42. num. 7. & deciſ. 372. num. 15. par. 5.
recent. coram bon. mem. Merlino deciſ. 45. num. 6.
& 7. & deciſ. 60. num. 8. & in Comen. Cappellaniæ
27. Aprilis 1648. & in Volaterrana Cappellaniæ 27.
Iunij 1650. & 20. Aprilis 1651. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Decano.

Tandem non obſtant dd. deciſiones emiſſæ co-
ram bon. mem. Archiepiſcopo Seleucien. quia vt
patet ex illarum lectura potius fauent huic parti,
nam admiſerunt præfata eſſe apta ad canonizan-
dum Iuſpatronatus, licet non ſufficerent ad effe-
ctum, vt iam pro canonizato haberetur ad impe-
diendum proceſſum executiuum eius, qui habe-
bat titulum indubitatum ex vacatione in menſe.

Et ità vnica tantùm &c.

RO-

ROMANA REINTEGRATIONIS.
Lunæ 23. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Reintegratio ad poſſeſſionem bonorum non conceditur, quando Iudex neque nulliter neque iniuſtè proceſſit Nullitas autem non oritur ex eo, quod Iudex Laycus ſit Religioſis incompetens, dum Religioſus eſt Actor, & quando, & à quibus Iudicis Incompetentia debeat, & poſſit opponi? prout neque ex eo oritur nullitas, quod ſententia ſit executioni demandata intrà tempus ad appellandum, dum appellatio poſteà non fuit interpoſita, quamuis tunc executio ſit reuocanda ſaltem per modum nullitatis, & an omnis executio veniat reuocanda? Iniuſtitia verò ad effectum ſpolij Iudicialis, conſtare debet, ex iiſdem actis? Reintegratio non conceditur ei, qui ſe habuit prò ſpoliato, vel facto proprio cecidit à poſſeſſione, neque habentibus cauſam ab eo?

SVMMARIVM.

1 *Reintegratio non datur aduerſus ſententiam in iudicatum tranſactam, & exequutioni demandatam, niſi ex iiſdem Actis, de eius nullitate, & iniuſtitia adeo notoria conſtet vt dici poſsit Iudicem neglecto Iuris ordine, tamquam priuatum proceſsiſſe, & ſic poſſeſſorem ſpoliaſſe.*

2 *Religioſus, quando eſt Actor, tenetur ſequi Forum rei, & Iudicem laycum adire.*

3 *Bulla Pauli III. inter eius impreſſas 36. Bullari nou. par. 1. fol. 553. dat Eminentiſs. D. Card. Vrbis Vicario Iuriſdictionem in cauſis Religioſorum actiuè, & paſsiuè.*

4 *Incompetentia Iudicis layci poteſt opponi à Religioſo collitigante, vel à Card. Vicar. Vrbis, ad quorum fauorem emanauit Bulla Paul. non autem à layco.*

5 *Executio ſententiæ facta intra decendium ad appellandum, licet poſtea appellatum non fuerit reuocatur ſaltem per viam nullitatis.*

6 *Declara hoc tantùm procedere in exequutione obliqua, non autem indirecta, qualis eſt actualis poſſeſio rei in ſententia comprahenſa.*

7 *Executio directa non reuocatur nec minus per viam nullitatis quando ſententia tranſiuit in iudicatum.*

8 *Fructuum liquidatio non eſt neceſſaria in exequutione ſententiæ, vbi certa quantitas fructuum ex inſtrumento venditionis liquidè conſtat.*

9 *Iniuſtitia ſententiæ ad effectum ſpolij Iudicialis debet iuſtificari ex iiſdem actis.*

10 *Sententia einſque executio videtur ab eo confirmata, & approbata, qui ab ea non appellanit.*

11 *Poſſeſſor qui, neque à ſententia neque ab eius executione appellauit habuit ſe pro ſpoliato, & facto proprio cecidit à poſſeſsione.*

12 *Reintegratio peti non poteſt ex perſona illius, qui facto proprio cecidit à poſſeſsione, & habuit ſe pro ſpoliato.*

DECISIO CCCCXLVI.

Reſolutum fuit non eſſe dandam Reintegrationem Philippo, & Paulo Æmilio de Comitibus aduerſus Sententiam Curiæ Capitulinæ latam anno 1628. ad fauorem Patrum Sancti Caroli ad Catinarios, & exequutioni demandatam ſuper aſſociatione ad Vineam controuerſam, quia non

1 conſtat ex iiſdem actis: vt opus eſt, de nullitate, & Iniuſtitia dictæ ſententiæ adeo clara, & notoria, vt probabiliter dici valeat, Iudicem neglecto Iuris ordine, tanquam priuatum proceſſiſſe, & ſic poſſeſſorem ſpoliaſſe, vt reſpondit *Rota in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram Cardinali Sacrato apud Modern. Peruſ. de manut. deciſ. 9. ſub num. 19. cum plurib. ſeqq.* ſæpiſsimè comprobata in innumeris allegatis in *Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado §. final.*

Nullitas autem deducta ex defectu Iuriſdictionis Cauſæ Capitolinæ in Cauſis Religioſorum

2 remouetur, ex quo in dicto Iudicio Patres erant Actores, & ſic tenebantur ſequi forum Rei, vt probat *text. apertus in cap. ſi Clericus laycum de for. comp. Alex. conſil. 103. num. 7. lib. 5. Roland. conſil. 24. num. 8. vol. 4. Marant. in prax. par. 4. diſtinct. 11. num. 2. German. de Sacr. Immunit. tit. de Iur. Inr. lib. 3. cap. 21. num. 215. fol. 360. Modern. ſicul. de effect. Cleric. effect. 1. num. 523. D. Epiſc.*

3 *Eugubin. deciſ. for. Eccleſ. 100. num. 15.* nihil refragante Bulla Pauli Tertij inter eius Impreſſas 36. *Bullar. nou. par. 1. fol. 553.* Dante Eminentiſſimo D. Cardinali Vrbis Vicario Iuriſdictionem in Cauſis Religioſorum actiuè, & paſſiuè; Quia præter quod intelligi poteſt in actionibus perſonalibus, non autem in Reſcriptis, qualis eſt hęc,

4 quæ fuit mota in Curia Capitulina, cum de hoc non excipiant Religioſi, aut Cardinalis Vicatius, ad quorum fauorem, Bulla Paulina emanauit, non videtur, quòd laycus de eo poſſit excipere, qui tunc de Incompetentia Fori non oppoſuit ad doctrin. *Bart. in l. 2. num. 8. & 10. ff. de except. rei Iudic. Soccin. Sen. conſil. 78. num. 8. lib. 4. Surd. conſil. 1. numer. 84. Rota deciſ. 265. num. 3. verſ. Tum quia hac exceptio par. 1. dec. 447. nu. 39. par. 5. & dec. 232. num. 17. par. 8. recent.*

Nec refert, quod Sententia fuerit demandata exequutioni intrà decendium ad appellan. & abſquè liquidatione fructuum decurſorum.

Quoniam primum obiectum ceſſat ex quo nun-

5 quam fuit appellatum, & quamuis etiàm appellatione deſerta intret reuocatio per viam nullitatis Iuxtà *deciſ. Caſ. de Graſſ. 2. alias 108. de appell.*

6 Hoc tamen procedit in exequutione obliqua, non autem in directa, qualis eſt actualis poſſeſ-

7 ſio rei in ſententia comprahenſæ, quæ non reuocatur, nec minus per viam nullitatis quando ſententia tranſiuit in iudicatum, vt optimè diſtinguendo reſpondit *Rota coram Buratto deciſ. 77. num. 4. In Romana fideicommiſſi de Capiteferreo 10. Iunij 1644. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado §. Prætereà ex alio, & prius in Gerunden. Beneficij 16. Martij 1643. coram me, §. & licet de ſtylo,*

8 ſecundum verò corruit, quia certa fructuum quantitas ex ipſo Inſtrumento venditionis liquidò conſtabat *Rolan. conſ. 14. num. 13. lib. 1. Gratian. diſcept. 22. num. 1.*

Iniuſtitia verò principaliter deducta, ex quo ſententia concedat aſſociationem pro ſcutis 600, abſquè vinculo inueſtiendi appoſito in Inſtrumento venditionis, & non computaris Canonibus Proprietario ſolutis, vrgeret quidem; ſed quia non apparet de præfatis oppoſitum in actis

9 Curiæ Capitulinæ, non eſt attendenda, cum Iniuſtitia ſententiæ ad effectum ſpolij Iudicialis ſit probanda ex iiſdem actis, vt præter deciſiones in principio allegatas reſpondit *Rota dec. 479. numer. 1. & 2. par. 4. diuerſ. & in recent. deciſ. 306. num. 34. cum duob. ſeqq. part. 7. & coram Daran. dec. 454. num. 4.*

Prætetea cum Auctor petentium reintegratio-

10 nem à dicta ſententia; nec ab eius exequutione

Digitized by Google

appellauerit, illam approbaſſe, & confirmaſſe
videtur, vt pluribus adductis auctoritatibus re-
ſpondit *Rota in Aquilana Iuriſpatronatus 4. Iunij
1646. coram D. Cardinali Corrado §. Quia cum ab
eo, verſ. Et videtur appellans, & in Narnien. Iu-
riſpaſcendi 23. Maij 1653. coram R. P. D. meo Ve-
11 roſpio §. Vltimo*, & ſic habuit ſe pro ſpoliato
12 Imò facto proprio cecidit à poſſeſſione, quo ca-
ſu ex eius perſona peti non poteſt reintegratio.
*Imol. in cap. ſæpè de reſtit. ſpol. Capataq. dec. 170.
num. 1. & 2. par. 3. Rota dec. 25. num. 4. & dec.
462. num. 2. verſic. Vndè Archipræsbyter par. 1. &
dec. 506. num. 2. & 3. par. 8. recent.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA, SEV ALBANEN. BENEFICII.

Veneris 27. Februarij 1654.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo ab vno Iudice obten-
tum, pendente lite coram alio, & poſt præſen-
tatam perſonaliter Inhibitionem eſt attentatum,
& reuocandum licet cauſa ex poſt fuerit remiſ-
ſa eidem Iudici, qui mandatum expediuit,
quod attentatū ſi pars in Iuriſdictione conſenſit,
nec inſteterit, pro illius reuocatione, reuocatur
officio Iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo non poteſt abſque vitio attentatorum coram vno Iudice obtineri pendente lite coram alio.*

2 *Multoque minus poſt præſentatam perſonaliter Inhibitionem.*

3 *Attentaſſe non dicitur, qui ſtante remiſſione cauſa adeundem Iudicem illam fuit coram eo proſequutus, dum tamen ante remiſſionem cauſa Iudicem non adiuerit.*

4 *Remiſſio cauſæ ad Iudicem, cum non afficiat regulariter niſi futura, non excuſat geſta ante ipſum pendente lite coram alio Iudice, attenta maximè Inhibitione.*

5 *Attentata ſaltem officio Iudicis cuius Authoritas Læſa fuit, ſunt reuocanda, licet pars conſenſerit.*

DECISIO CCCCXLVII.

Commiſſa mihi ad Inſtantiam Marci Antonij
Scharamucchiæ Cauſa Iactationis, & Iacta-
tionum contra Ferdinandum Rotundum, ac de-
creta, & expedita ſolita Citatione cum Inhibi-
tione, illaque 27. Octobris 1650. eius Procura-
tori, & 5 Decembris eiuſdem anni perſonaliter
dicto Ferdinando præſentata; idem deindè adi-
uit A. C. à quo mandatum de manutenendo ob-
tinuit, illiuſque vigore fructus Beneficij contro-
uerſi percipit; Vndè dubitaui; An conſtet de
attentatis, quæ veniant reuocanda, & affirma-
tiuè fuit reſponſum.

Pendente enim Cauſa in Rota ex dicta Com-
1 miſſione Iactationis, & Iactationum abſquè vi-
tio attentatorum non potuit adiri A. C. & ſub
die 21. eiuſdem menſis Decembris mandatum
de manutenendo obtineri *cap. 1. & 2. vt lit. pend.
in 6. gloſſ. in cap. 1. verb. momenti de Cauſ. poſſeſſ.
& propriet. Menocch. de recuper. remed. 15. n. 219.
cum alijs allegatis in Piſauren. Penſionis 29. Aprilis
1648. coram R. P. D. meo Bichio §. Nam etſi*; Mul-
2 toque minus poſt Inhibitionem Rotalem ante-
cedenter perſonaliter præſentatam dicta die 5.
eiuſdem *cap. non ſolum de appell. in 6. Put. deciſ.
385. per tot. lib. 2. in corr. Caputaq. deciſ. 93. per
tot. par. 2. Rota in Caſtragaſtana Diſtributionum,
Attentatorum 17. Februarij 1645. & in Luceorien.
Attentatorum 26. Iunij 1648. coram me.*

Nec refert, quod Eminentiſſimus D. Cardi-
3 nalis Signaturæ Iuſtitię Præfectus Cauſam remi-
ſerit ad eundem A. C. vrgeret enim ſi huiuſmo-
di Remiſſio præceſſiſſet dictum mandatum de
manutenendo; nam dici non poteſt attentaſſe,
qui attenta huiuſmodi Remiſſione coram A. C.
Cauſam proſequutus fuit ex adductis in *Romana
Locorum Montium 14. Maij 1649. coram R. P. D.
4 meo Bichio*, ſecus autem dum fuit poſterior.
nempè die 2. Martij 1651. ex fide decreti origi-
naliter in actis producta; Cum enim regulariter
non afficiat, niſi futura, *Lancell. de attent. par. 2.
cap. 20. in præfat. num. 12. Adden. ad Buratt. deciſ.
902 num. 5. Rota in nullius, ſeù Albanen. Attenta-
torum 1. Iulij 1647. coram eodem D. meo Bichio
§. 1.* Geſta ante ipſam ob pendentiam litis in
Rota, & prædictam Inhibitionem ab attentatis
excuſari non poſſunt *dicto cap. non ſolum cum alijs
ſupra allegatis.*

Nec iſto caſu releuat ſubſequens conſenſus
5 Partis in illius Iuriſdictionem, quo minus at-
tentata ſaltem officio Iudicis, cuius Authoritas
læſa fuit, reuocari debeant, *Rota deciſ. 79. ſub
num. 2. par. 2. recent. In Romana Vinea 31. Mar-
tij 1645. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottho-
bono in Romana fideicommiſſi, ſeù Attentatorum 17.
Maij 1647. coram bon. mem. Arguellez §. Nec fue-
runt in dicta Luceorien. Attentatorum §. Tum etiam
quia in fine, & in Melenitana Parochialis 26. Maij
1651. coram me in fine.*

Et ita vnica tantum &c.

BONONIEN. BONORVM;

Lunæ 2. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Sententia, quæ ſimpliciter Immiſſionem non con-
cedit, ſed dumtaxat facta liquidatione, exequi
non poteſt, niſi liquidatio præcedat, ideoque
poſſeſſio capta non facta liquidatione tamquam
nulla, & ſpoliatiua non impedit manutentionem
anteriori poſſeſſori.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quæ non dat ſimpliciter Immiſſionem ſed dumtaxat facta liquidatione. illa non præcedente ad illius executionem deueniri non poteſt.*

2 *Poſſeſſio capta in exequutionem Sententiæ Immiſſionis, non purificata conditione liquidationis facienda, tamquàm nulla, & ſpoliatiua, non impedit manutentionem anteriori poſſeſſori.*

3 *Nec ſuffragatur ſubſequuta Periti æſtimatio.*

4 *Periti æſtimatio facta ſine decreto Iudicis, & Citatione partis non eſt attendenda.*

5 *Verbum* Petijt, *ſignificat reiectionem petitionis, & oſtendit, quod petitum decretum antecedenter factum, fuerat reuocatum, & circumductum.*

6 *In ſtipulationibus ſtrictè fieri debet interpretatio ad limites promiſſionis, & verborum.*

7 *Valor rei euicta, non probatur ex Inſtrumentis Venditionum eiuſdem rei quæ non per tempus contractas, nec ſequuta euictionis, ſed ſunt longè anteriora.*

DECISIO CCCCXLVIII.

Marchioni Io: Mariæ Fontanæ immiſſio per
duas Sententias in poſſeſſionem bonorum,
de quibus agitur, vti Ceſſionario Laurentij Pac-
chion, reſolutum fuerat 13. Maij 16 0. Dandum
eſſe mandatum de manutenendo ipſo ſolùm In-
formante; Verum hodie audita etiam altera
Parte,

Digitized by Google

parte, facto aliter ſe habente, & Domini in con-
trariam deuenerunt ſententiam.

Etenim animaduertebant, quod ſententiæ non
1 concedunt Marchioni Immiſſionem ſimpliciter,
ſed expreſſam habent in ventre conditionem li-
quidationis faciendæ, *Summar. Cattanei num. 3.*
qua non præcedente (vt opus eſt) ad illarum exe-
cutionem deueniri non potuit, *Soccin. Iun. conſil.
67. num. 19. verſ. aliquando verò lib. 1. Surd. con-
ſil. 186. num. 22. & conſ. 410. num. 54. verſ. Præ-
tereà cum trib. ſeqq. Peregr. de fideicomm. art. 50.
num. 83. Rota in Anconoritana Computorum 28.
Maij 1614. coram Sanctiſsimo D. N. apud Zacch. de
oblig. Cam. deciſ. 228. num. 1. 2. & 3. & in Ferra-
rien. Supplementi legitimæ 28. Iunij, & 1. Decem-
bris 1645. coram Reuerendiſsimo D. meo Decano,*
2 Ideoque poſſeſſio capta non purificata dicta
conditione fuit nulla, & ſpoliatiua, quæ propte-
reà non impedit manutentionem Cattaneo an-
teriori poſſeſſori. *Angel. in l. Clam poſsidere §. Qui
ad nundinas numer. 1. & 4. ff. de acquir. poſſeſſ.
Card. Seraphin. dec. 1041. num. 3. Buratt. dec. 165.
num. 3. cum alijs allegatis in dicta Ferrarien. Supple-
menti legitimæ.*

Indeque non releuat ſubſequuta Periti æſtima-
3 tio, eoque minus cum facta fuerit ſine decreto
4 Iudicis, & Citatione partis, *Bart. in l. Theo-
pompus ſub num. 9. ff. de dot. prælegat. Salyc. in l.
final. num. 10. C. de contrah. empt. Gratian. diſcept.
for. cap. 529. num. 29. & 30. Buratt. deciſ. 14.
num. 22. cum trib. ſeqq. Rot. in recent. deciſ. 17.
num. 1. par. 7. & in Romana Dotis 27. Iunij 1644.
coram R. P. D. meo Meltio in princ.*

Antecedens autem decretum de æſtimatione
facienda euanuit prorſus; Quia ſubindè Iudex
ab eo repoſuit *dicto Summar. num. 9.* Et licet Mar-
chio iterum citauerit Cattaneum ad viden. ſub-
delegari Iudicem in partibus ad effectum eligen-
di Peritos pro æſtimandis dictis bonis, nihil ta-
men obtinuit, & Iudex reſpondit *Petit eodem*
5 *Summ. dicto num. 9.* quod ſignificat Rejectionem
petitionis, & oſtendit, quod decretum ſimilis
ſubdelegationis antecedenter factum iam fue-
rat reuocatum, & circumductum. *Buratt. deciſ.
574. num. 11. & pleniſsimè in Cernien. Bonorum
29. Maij 1647. coram Reuerendiſsimo Terracinen.
§. Nam per hoc.*

Adfuiſſe etiam in dictis Sententijs exceſſum
addebant; nàm pro tornaturis 47. euictis con-
ceſſa fuit Immiſſio ſuper tornaturis 110. & ta-
men Cattaneus in caſu euictionis, & ſuccum-
bentiæ promiſerat in Inſtrumento tranſactionis
relaxare Laurentio tornaturas 110. quatenus
Monterentij, & Hortaſani tantam quantitatem
euincerent, ſin autem minorem, eam dumtaxat
ratam, pro qua pateretur euictionem *d. Summ.
num. 1.* Vndè ſequuta euictione ſolum pro Tor-
naturis 47. non potuit Marchio Ceſſionarius
6 Laurentij maiorem quantitatem prætendere;
In ſtipulationibus enim ſtrictè fieri debet inter-
pretatio ad limites promiſſionis, & verborum,
*l. quicquid ad ſtringenda, & l. ſi ſtipulatio iſta §. In
ſtipulationibus, ff. de verb. oblig. Hond. conſil. 111.
num. 25. & 26. lib. 1. Menoch. conſil. 763. num. 2.
Rota deciſ. 50. num. 4. & 5. par. 1. recent. & coram
Duran. deciſ. 268. num. 11.* Gratiſque dicitur,
quod ſtante euictione in parte licuerit in to-
tum à Tranſactione recedere, hoc enim re-
pugnat verbis expreſſis illius continentibus,
quod ſi euinceretur rata bonorum aſſignato-
rum, pro ea tantum agi poſſet.

Nec obſtat, quod rata euicta, licet minoris
quantitatis, in ſententijs contentis iuxtà prædi-
ctam æſtimationem Periti, Inſtrumenta vendi-
tionum, & fidem vniuerſitatis locis, quibus
deciſio innititur *ſub §. Nec ſubſiſtit.*

Nàm Periti æſtimatio ex defectu Decreti Iu-
dicis, & Citationis nulla eſt ex allegatis; Inſtru-
7 menta verò venditionum (præter quod potius
contrarium innuere videntur) non percutiunt
tempus Contractus, nec ſequutæ euictionis, ſed
longè anteriora ſunt, ideoque non releuant, vt
pluribus adductis authoritatibus dixit *Rota co-
ram Buratto deciſ. 234. num. 10. ibique Adden. lit-
tera A.* & ex eadem reſponſione præter deducta
ab Informantibus tollitur fides vniuerſitatis.

Et ità vtraque &c.

MELEVITANA BONORVM.

Ven. 6. Martij 1654.

A R G V M E N T V M.

Immiſſio in Saluiano competit donatario ſuper re-
bus donatis probata poſſeſſione donantis de
tempore donationis, & Hypotheca, licet Sen-
tentia Criminalis declarans donationem nul-
lam, & ſimulatam non fuerit in Sententia Ciui-
li reuocata, dum Sententia Ciuilis fuit lata ex
nouo proceſſu vt in Prima? Actor dū petit vnam
rem ex vna cauſa, & aliam poſſidet ad reum
ſpectantem ex alia cauſa, vterque debet experiri
Iura ſua, nec interim datur compenſatio de ſpe-
cie ad ſpeciem, ſecus ſi agatur ex eodem con-
tractu ex quo hinc indè fuit aliquid correſpecti-
uè promiſſum, & in quibus caſibus ſit locus re-
tentioni, & compenſationi? Detractiones præ-
ſumuntur conſumptæ iunctis alienationibus cū
ommiſſione Inuentarij?

S V M M A R I V M.

1 *Immiſſio in Saluiano competit donatario ſuper rebus donatis probata poſſeſſione donantis de tempore donationis, & Hypotheca.*

2 *Sententia ſubſequens vbi fertur ſuper nouo proceſſu, & probationibus factis, ex integro non eſt neceſſaria reuocatio antecedentis contrariæ.*

3 *Sententia ex nouo Proceſſu fertur vt in prima quo caſu non eſt neceſſaria reuocatio ſententiæ contrariæ.*

4 *Sententia Criminalis lata pro fiſco contra donatorem, ob ſimulatam donationem, non præiudicat donatarijs in ea non citatis.*

5 *Bona tradita in dotem Viro in æſtimata, non tranſeunt è dominio Vxoris.*

6 *Bona non dotalia permutata cum bonis dotalibus, tranſeunt in dominium Vxoris, eique ſuper eis competunt eadem actiones, quæ competebant ſuper bonis proprijs.*

7 *Agere non poteſt ex contractu, in quo aliquid hinc indè fuit reſpectiuè promiſſum, qui illum non impleuit.*

8 *Agens pro reſciſſione contractus ex quo aliquid percepit debet prius percepta reſtituere.*

9 *Detractiones Poſſeſſori competentes ſuper bonis poſſeſſis, impediunt Actors Immiſſionem donec factæ fuerint.*

10 *Compenſatio non datur de ſpecie ad ſpeciem, vbi Actor petit vnam rem ex vna cauſa, & poſſidet aliam ad reum pertinentem ex alia, tunc enim vterque Iura ſua debet experiri.*

11 *Retentio vnius rei pro alia non datur ſi poſſidetur ex cauſa diuerſa.*

12 *Actio-*

Digitized by Google

12 *Actiones quando competunt ex diuerſis Inſtrumentis, & res ſunt ſeparata, tunc vna actio aliam non impedit.*

13 *Actor contra reum agere poteſt prò conſecutione vnius rei, etiamſi ei non reſtituat rem quam debet, quando res ſunt ſeparata, & actiones competunt ex diuerſis Inſtrumentis.*

14 *Exceptio non implementi non obſtat agenti ex diuerſo contractu.*

15 *Immò nec agenti ex eodem, quando res, & capitula ſunt ſeparata.*

16 *Immiſſio expreſſè concesſa in deciſiane cenſetur etiam conceſſa in Sententia Rotali, cum deciſio dicatur pars ſententia, & n. 17.*

18 *Detractiones præſumuntur conſumpta ommiſſione Inuentarij, & alienationibus copulatinè concurrentibus.*

19 *Inuentarium vnius, non ſuffragatur alteri ex diuerſa cauſa ſuccedenti.*

20 *Inuentarium longè ante obitum donatoris confectum ſi donatio etiam bona futura comprehendebat non ſuffragatur donatario grauato reſtituere dum donator media tempore potuerit alia plura acquirere.*

21 *Dos, qua conſiſtit in ſtabilibus datis, ineſtimatis, contra ea dumtaxat cõpetit actio prò repetitione.*

22 *Dos promiſſa in pecunia ad effectum repetendi, debet probari ſoluta.*

23 *Fideicommiſſum particulare, tenetur hares Inuentarium non conficiens integrum præſtare.*

DECISIO CCCCXLIX.

IMmiſſionem conceſſam Cumulo Charitatis Melitæ, & Hoſpitali S. Spiritus Donatarijs Ioannis Xara ſuper prædijs nuncupatis Taxirim, & Taeimum, iterum concedendam eſſe dixerunt Domini, confirmando Sententiam Rotalem, quia nimirum ex Confeſſione eiuſdem Virginiæ Auctricis Patrum S. Dominici conſtat de tempo-
1 re donationis fuiſſe à Donatore poſſeſſa, ideò vigore hypothecæ in donatione appoſitæ competit Donatarijs Immiſſio in Saluiano ex adductis in *deciſ. edita 1. February 1651. coram Eminentiſsimo Ottbobono.*

Nec releuat, quod reuocata non fuerit Sententia Criminalis declarans donationem inuali-
2 dam, & ſimulatam, quia huiuſmodi reuocatio non eſt neceſſaria vbi ſententia ſubſequens fertur ſuper nouo proceſſu, & probationibus factis ex integro, vt aduertit *Gabr. conſil. 54. ſub num. 8. verſ. teſtium lib. 1.* & eo relato *Rota in Marſicen. Iuriſdictionis 17. February 1647. §. 1. in fin. coram*
3 *R. P. D. meo Bichio*, quia nimirum ex nouo Proceſſu ſententia fertur, vt in prima, quo caſu non eſt neceſſaria reuocatio ſententiæ cõtrariæ, *Rota deciſ. 161. num. 2. in fin. par. 1. recent. allegata in dicta Marſicen. & in Romana fideicommiſsi de Spiritibus 14. Iunij 1645. coram me §. Altera verò nul-*
4 *litas*, ſed eo minus quia Sententia Criminalis lata pro Fiſco contra Donatorem non afficit, nec præiudicat Donatarijs non citatis ex plenè adductis in *dicta deciſ. Eminentiſſimi Ottboboni verſ. nec demum releuat*, & tamen reuocata fuit in partibus in alia ſententia data in *Summar. additionali Hoſpitalis, & Cumuli num. 1.*

Et licet dicta Prædia data fuerint in dotem
5 inæſtimata Ioanni Donatori ab Angelica eius Vxore, à cuius propterea dominio non exierunt, vt cauetur in *l. In rebus 30. C. de Iur. dot. Pinel. in l. 1. numer. 14. part. 3. C. de bon. mater.*
6 Quia tamen poſtmodum cum alijs ſui viri, permutauit, hæc tranſierunt in dominium viri, & permutata in dominium Vxoris, ſuper quibus proindè competunt ſibi eædem actiones, quæ competebant ſuper Tenutis proprijs ad *text. in l. Imperator §. vltimo ff. de legat. 2. Bald. in Auth. ſi qua mulier num. 5. C. ad vell. Decian. conſ. 55. num. 76. lib. 3. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 3. num. 22.* loquens in ſpecie de fundo dotali permutato cum non dotali, *& tit. 5. num. 7.* vltrà alios relatos in *deciſione 19. Aprilis 1652. coram R. P. D. meo Celſo §. penult.*

Maior oriebatur difficultas, ex quo conceſſa fuit libera Immiſſio Cumulo ſuper his Tenutis, quæ concedi non poterat, niſi cum Clauſula *reſtitutis bonis permutatis*, quæ adhuc retinet penes ſe per *text. in l. Iulianus §. Offerri de act. empt.*
7 ſed animaduerſum fuit diſpoſitionem præfati Text. procedere vbi agitur ex eodem Contractu, in quo aliquid hincindè fuit correſpectiuè promiſſum, quo caſu agere non poteſt eo contra-
8 ctu, qui eum non impleuit, vel vbi quis reſcindere velit Contractum, ex quo aliquid percepit, hoc enim non licet, niſi prius reſtituantur percepta ex adductis in *deciſ. 273. num. 21. coram*
9 *San. Mem. Gregor.* vel demum vbi Poſſeſſori competerent ſuper bonis poſſeſſis aliquæ detractiones, quo pariter caſu non datur Actori Immiſſio niſi factis huius modi detractionibus, vt pluribus relatis dictum fuit in *Romana fideicommiſſi de Melliuis 5. Decembris 1645. corã Me, & in Senogallien. fideic. 7. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Bichio.*

Secus autem eſt vbi Actor petit vnam rem ex
10 vna Cauſa, & poſſidet aliam ad reum pertinentem ex alia Cauſa; tunc enim quia vna res non habet connexionem cum alia, nec poſſeſſio vnius eſt correlatiua ad poſſeſſionem alterius, vterque debet experiri Iura ſua, nec Interim datur compenſatio de ſpecie ad ſpeciem *Mantic. de tacit. lib. 10. tit. 10. num. 8. Fachin. controu. Iur. lib. 11.*
11 *cap. 7. per tot. Surd. deciſ. 184. num. 7.* vel retentio vnius rei pro alia ſi poſſidetur ex Cauſa diuerſa, *Canal. deciſ. 539. num 4. & deciſ. 543. num. 3.* Et hic eſt caſus noſter, quia Cumulus, & Hoſpitale petunt Immiſſionem ſuper his Tenutis tanquam donatarij Ioannis; Patres vero Dominicani petunt Immiſſionem ſuper bonis permu-
12 tatis tanquam hæredes Virginiæ: Cum ergo res ſint ſeparatę, & actiones competant ex diuerſis
13 Inſtrumentis, vna non impedit aliam, ſed poſſunt donatarij Ioannis agere, & obtinere contra Dominicanos etiamſi non reſtituerint quod eiſdem debent, vti hæredibus Angelicæ ex adductis *coram San. Mem. Gregor. deciſ. 541. num 1.*
14 Exceptio enim nõ Implementi non obſtat agen-
15 ti ex diuerſo Contractu, Imo nec Agenti ex eodem Contractu ſi res, & Capitula ſint ſeparata, *Natt. conſ. 133. num. 1. Add. ad eundem littera A. Rota apud Pacific. de Saluian. Interd. dec. 54. n. 1. Add. num. 17. & benè ad propoſitum Rot. dec. 202. ſub num. 4. verſ. dicit par. 1. diuerſ.*

Et tamen in Sententia Rotali lata ad fauorem Cumuli, & Hoſpitalis non fuit denegata
16 Immiſſio Patribus ſuper bonis permutatis; Imò cum expreſsè conceſſa fuerit in deciſionibus cenſetur in Sententia reſeruata, cum Deciſiones di-
17 cantur pars ſententiæ, & hæc ab illis interpretationem recipiat, *Scacc. de ſent. & re iudic. Gloſſ. 14. quæſt. 17. num. 72. & ſeqq.* & eo relato *Rota in Melevitana Auttoritatis 20. Nouembris 1648. corã R. P. D. meo Bichio §. Complectitur verò.*

Detra-

Detractiones, quæ iterum opponuntur, reſpon-
ſum fuit non competere, ex quo Virginia non
confecit Inuentarium bonorum paternorum, &
plures fecit alienationes, quibus copulatiuè con-
18 currentibus intrat præſumptio ſatisfactionis ex
ex plenè deductis *in Peruſina bonor. 30. Maij 1650.
coram me*. Nec ſuffragatur Inuentarium confectum
19 à fiſco, cum Inuentarium vnius non ſuffragetur al-
teri ex diuerſa cauſa ſuccedenti, *Giurb. ad Conſuet-
tud. Meſſanen. par. 1. cap. 9. Gloſſ. 5. num. 43. Rota
in Bonon. fideicom. de Glanariuis 10. Decembris 1638.
coram Reuerendiſſ. Taraconen. & in Romana fideicom.
de capite ferreo 19. Februarij 1646. coram Eminentiſſ.
D. Cardinali Corrado*, Multoque minus ex quo con-
20 fectum fuit longè antè donatoris deceſſum, quo
medio tempore potuit donator alia plura acquire-
re, & omnia cadebant ſub donatione etiam futu-
rorum.

Dos autem Angelicæ conſiſtit in ſtabilibus datis
21 inæſtimatis, ideo contra ea ſolum competit actio
ex *conſ. Alexan. 38. num. 2. in fin. lib. 2.* cum alijs
relatis in poſtrema *deciſ. R. p. d. mei Celſi*; Reſi-
22 duum verò promiſſum in pecunia non probatur
ſolutum, vt debet, ad effectum repetendi *Rota dec.
5. num. 12. part. 6. recen.* & obſtat ſemper defectus
Inuentarij propter quem detractiones fieri non
poſſunt, præſertim ſuper fideicommiſſo particulari
quod hęres Inuentarium non cōficiens tenetur in-
tegrum præſtare, vt cauetur *in l. fin. C. de Iur. de
liber. Peregr. conſ. 64. num. 14. & 15. lib. 3.* & latè
explicatum fuit *in Bonon. fideicom. ſeu domus 30.
Aprilis 1646. coram R. p. d. meo Bichio §. hoc poſito*.

Et ità vtraque &c.

COMEN. FVNERALIVM.

Lunæ 16. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Funeralia, quæ in Parochialibus Collegiatis ratione ſepulturæ percipiuntur in Ciuitate debentur Præpoſito, & ſingulis Canonicis pro virili, cum in illis cura habitualis Animarum ſpectet ad Capitulum, & cura actualis ad Prępoſitum licet ſecus ſit in Cathedralibus, & ex quibus Parochialis dicatur Collegiata? Transactio inita inter Præpoſitum & Canonicos non afficit Succeſſores quando ſuper Iure Capituli in ea non interuenit conſenſus omnium Canonicorum, nec fuit impetratum Beneplacitum Apoſtolicum, vel Authoritas Epiſcopi, & an ſufficiat Tranſactionem confirmatam à ſolo Vicario, & in quibus actibus conſenſus omnium Canonicorum ſit neceſſarius?

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia præſumitur Collegiata ex longo exercitio Actuum qualitatem Collegialitatis neceſſariò præſeferentium nempè communis ſigilli, communis Archæ, communis Maſſæ, & Sindici, & communis ſeruitij, & ſimilium.*

2 *Cura habitualis Animarum ſpectat ad Capitulum in Eccleſia Collegiata licet ſecus ſit in Cathedrali.*

3 *Funeralia in Eccleſijs Collegiatis non ſpectant ſoli Præpoſito, ſed ad Capitulum.*

4 *Libris Capituli, plena fides adhibetur contra Capitulares, licet ſecus contra extraneum.*

5 *Funeralia, quando conſtat fuiſſe ſemper percepta à Miniſtro Capituli, & æqualiter repartita inter Præpoſitum, & Canonicos, ex eo fundata remanet intentio ipſius Capituli, tam reſpectu Curæ habitualis, quam reſpectu pertinentiæ eorundem funeralium.*

6 *Cura habitualis præſumitur pertinere ad Capitulum quando conſtat eidem Capitulo fuiſſe iunctas expenſas Curam Animarum reſpicientes, & ab ipſo fuiſſe actualiter factas.*

7 *Præpoſitus licet fuerit in Inſtrumento prius nominatus, & deinde Canonici cum tamen id euenire potuerit ob præeminentiam perſonæ, præſumitur ipſum tamquam vnum de Capitulo fuiſſe contemplatum.*

8 *Confeſſio, quæ eſt relatiua ad ad aliquod Inſtrumentum non eſt attendenda, niſi exhibito relato.*

9 *Cura habitualis Animarum dum conſtat eſſe penes Capitulum confeſſio ipſius Capituli, quod Cura ſpectat ad Præpoſitum, debet intelligi de Cura actuali.*

10 *Præpoſitus in Eccleſia Collegiata licet Cura actualis Animarum ſit penes ipſum, & ab eo dumtaxat actu exerceatur prætendere non poteſt integra emolumenta, ſed repartienda ſunt in capita inter ipſum & Canonicos.*

11 *Canonicis in Eccleſia Collegiata debentur emolumenta æqualiter cum Præpoſito habente Curam actualem Animarum cum iſti exequantur cætera munera ipſius Curæ recitando horas diuinas, celebrando miſſas, & canendo.*

12 *Tranſactio inita inter Præpoſitum, & Canonicos ſuper Iure Capituli abſque conſenſu omnium Canonicorum non afficit Succeſſores.*

13 *Conſenſus omnium Canonicorum eſt omnino neceſſarius in actibus voluntarijs, quando actus non ſunt vtiles Capitulo, licet ſecus ſit concurrente vtilitate.*

14 *Tranſactio facta à Capitulo non afficit Succeſſores, quando non apparet omnes Canonicos fuiſſe conuocatos.*

15 *Canonici, qui non fuerunt conuocati in Tranſactione facta à Capitulo, ipſi, vel eius Succeſſores bene dare poſſunt de contemptu.*

16 *Tranſactio facta à Capitulo ſuper Iure ipſius Capituli, ad hoc vt ſuſtineatur, & poſſit Succeſſores afficere, requiritur Auctoritas Sedis Apoſtolicæ, vel Epiſcopi, nec ſufficit illam fuiſſe confirmatam à ſolo Vicario.*

17 *Amplia, licet non agatur de alienatione Iuris Capituli extra Eccleſiam.*

18 *Beneplacitum Apoſtolicum non præſumitur niſi ex obſeruantia triginta annorum.*

DECISIO CCCCL.

Diſſidebant inter ſe Capitulum, & Præpoſitum Eccleſiæ Sancti Fidelis Comen. circa perceptionem emolumentorum funeralium, Illorum ſcilicet, quæ debentur Rectori ratione ſepulturæ, & ſimilium, tanquam fructus Curæ (non tamen Ruralium, nempè funerum extrà Ciuitatem, quæ integra deberi præpoſito ratione ſui laboris à Capitulo non controuertebatur) diſputato itaque cui & pro qua rata debeantur prædicta emolumenta funeralium, Domini reſponderunt deberi præpoſito, & ſingulis Canonicis pro virili.

Præmiſſo enim, quòd d. Eccleſia ſit collegiata,
1 vt partes conueniunt, atque conuincitur ex longo
exercitio actuum qualitatem Collegialitatis neceſ-
ſariò præſeferen. nempè communis ſigilli, com-
munis maſſæ, & Sindici, ac communis ſeruitij.
& ſimilium, quæ recenſentur per *Hoſtien. in cap.
nobis col. 2. verſ. & notandum de iurepatr.* quem alij
plenè allegatis ſequuta fuit *Rotæ in Meſſanen. Ar-
chipræsbiteratus 3. Ianuarij 1648. cor. Eminentiſſ. D.
Card. Corrado §. Quod autem Eccleſia ſit Collegiata.
verſ. vel ex longo*.

Indè ſequitur, quod de Iure communi, licet ſe-

cus

Digitized by Google

2 cus ſit in Cathedrali, in quibus terminis loquitur
deciſio Alexandrina funeralium 1. Iulij 1630. coram
bon. me. Merlino inter eius impreſſ. 480. num. 5. cum
ſeq. Cura Animarum ſpectet habitu ad Capitu-
lum, vt firmant Calderin. conſ. 18. poſt med. & per
tot. de praben. Oldrad. conſ. 67. ſub num. 1. verſ. er-
gò dicam. Roman. conſ. 325. num. 3. Gabr. conſ. 190.
num. 7. lib. 2. Lap. alleg. 5. num. 7. verſ. & ſolum in
Collegiata Put. deciſ. 2872. per tot. lib. 1. in Corr. &
Rota in Recen. deciſ. 340. num. 1. verſ. in Eccleſia
autem par. 2. & in Romana vicariæ 8. Nouemb. 1621.
coram bon. me. Coccino pariter in recen. deciſ. 316. nu.
1. & 3. par. 8.

Atque ideò ex eadem Iuris communis diſpoſi-
3 tione non ſoli Præpoſito, ſed ad Capitulum ſpe-
ctant funeralia. cap. ex parte & cap. cum ſuper de
ſepult. in punct. Gabr. d. conſ. 190. numer. 8. lib. 2.
quem admiſit Rota in Romana funeralium 14. Decem-
bris 1620. coram bo. me. Coccino & in indiuiduali-
bus terminis ſequuta fuit in Romana Iurium Paro-
chialium 4. Decembris 1651. coram R. p. d. meo Celſo
§. Hoc poſito.

Comprobantur præfata ex partitis extractis ex
4 libris Capituli, quibus contra Capitulares, prout
eſt Præpoſitus, plena fides adhibetur, licet ſecùs
contrà extraneum, vt notat Anchar. conſ. 44. num.
6. Menoch. conſ. 512. num. 1. Rot. coram Buratt. dec.
539. num. 3. & deciſ. 598. ſub num. 16. in recen. dec.
491. in fin. par. 8. & in d. Romana Iurium Parochia-
lium §. maximè cum illorum; Ex illis enim apparet,
quod ab antiquiſſimo tempore controuerſa emo-
lumenta percepta fuerunt à Miniſtro capituli, &
repartita inter Præpoſitum, & Canonicos pro vi-
5 rili Summ. Capituli num. 9. & 10. ex qua quidem
perceptione, & coæquali repartitione eò magis
fundata remanet intentio Capituli, tàm reſpectu
Curæ habitualis, quàm de conſequenti reſpectu
pertinentiæ eorumdem emolumentorum, vt in ter-
minis ponderauit Rota coram Cardinali Seraph. dec.
839. ſub num. 4. verſ. ex quibus omnibus in d. Roma-
na Iurium Parochialium §. Conſtat autem, & §. Pro-
ut etiam.

Et tanto certius dd. partitas librorum Capituli
in propoſito attendendas eſſe dixerunt Domini,
quia corroboratur adminiculo Teſtium eandem
perceptionem factam à Miniſtro Capituli, & viri-
lem repartitionem affirmantium d. Summ. num. 11.
6 viſitationum, in quibus ipſi Capitulo iniunctæ
fuerunt expenſæ curam Animarum reſpicien. eod.
Summ. num. 1. prout ab ipſo actualiter factæ fuerunt
num. 8. quarum expenſarum onus optimè arguit
ad fauorem illius pertinentiam Curæ habitualis
iuxtà prædictam deciſ. Card. Seraph. 839. num. 1. &
2. Ac demum aliorum Inſtrumentorum, in quibus
explicitè enunciatur, funeralia, de quibus agitur,
ſpectare ad Capitulum eod. Summ. num. 2. & 3. &
quamuis in d. Inſtrumentis priùs nominatus fuerit
7 Præpoſitus, & deinde Canonici; Attamen cum
id euenerit ob præheminentiam perſonæ, non ar-
guit in Præpoſito medietatem Iuris, ſed ipſum
tanquam vnum de Capitulo fuiſſe contemplatum,
iux. theoricam Bart. in l. ſi ſeruus communis 167. ſub
num. 4. verſ. nam ille vnus ff. de ſtipul. ſeru. quam
in proximis terminis ſequuta fuit Rota in montis
Alti Beneficij 28. Iunij 1645. coram R. p. d. meo Bichia
§. verum.

Non obſtat, quod de anno 1569. Canonici faſſi
fuerint curam, tam in præſentia Præpoſiti, quàm
in abſentia ad ipſum ſpectare.

Quia præter quod tam d. confeſſio, quam ſen-
8 tentia deſuper emanata vt potè relatiuæ ad cer-
tum Inſtrumentum Inueſtituræ anni 1498. non vi-
deutur, attendendũ niſi exhibito telato ad notata
in Auth. ſi quis in aliquo C. de eden. Buratt. d. 1. n. 10.
& deciſ. 754. n. 3. Dum ex tot alijs apparet, curam
9 habitualem eſſe pænes Capitulum, eadem confeſ-
ſio, & ſententia intelligendæ ſunt de cura actuali,
vt benè ad propoſitum reſpondit Rota coram eodem
Buratt. dec. 214. num. 6. in d. Romana vicariæ coram
bo. me. Coccino in recen. dec. 316. num. 9. & 10. par.
8. & in Barchinonen. Vicariæ 17. Maij 1624. coram
bo. me. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 115. num. 10.
10 Exindè tamen quod cura actualis ſit pænes ipſum
& ab eo dumtaxar actu exerceatur prætendere non
poteſt integra emolumenta, ſed repartienda ſunt
in capita inter ipſum, & Canonicos, cum iſti cæ-
11 tera munera exequantur, recitandum horas diui-
nas, celebran. miſſas, & canendo, in quorum re-
compenſationem d. emolumenta ipſis debentur,
vt optimè probat Gabr. d. conſ. 190. numer. 8. cum
ſeqq. lib. 2. Rot. in d. Romana Iurium Parochialium
coram R. p. d. meo Celſo d. §. Hoc poſito.
12 Non obſtat Tranſactio anni 1629. quæ dimi-
diam præpoſito tribuit.

Quia non afficit Succeſſores; tùm ex defectu
13 conſenſus omnium Canonicorum omninò neceſ-
ſarij in actibus voluntarijs, quando, vt in caſu
noſtro, vtiles non ſunt, licet ſecus ſit concurrente
vtilitate, vt tradunt Abb. Butr. & alij allegati in de-
ciſ. huius cauſæ edita ſuper manutentione coram R. p. d.
meo Meltio 7. Iunij 1651. §. Prima autem. Præſertim
14 cum non appareat, omnes Canonicos fuiſſe con-
uocatos, vt debuit ex allegatis in Cauallicen. Ca-
nonicatus 4 Martij 1616. coram Card. Sacrato ſub §. 1.
15 Qui propterea, ſiuè eius Succeſſores benè dare
potuerunt de contemptu Innoc. in cap. in Geneſi 55. n.
8. verſ. iſtis computatis ibique Abb. num. 10. de elect.
Calder. conſ. 11. de Iurepatr. per tot. Lambertin. de
Iurepatr. lib. 2. par. 2. art. 19. num. 15. & 16. Gon-
zal. ſuper regul. 8. gloſ. 56. num. 79. Rota coram Bu-
ratt. deciſ. 351. num. 4. & in Sulmonen. Beneficij 25.
Iunij 1646. coram R. p. d. meo Peutingerio § penul-
timo.
16 Tùm etiam quia confirmata fuit à ſolo Vicario
quod non ſufficit, ſed requiritur authoritas Sedis
Apoſtolicæ, vel Epiſcopi, licet non agatur de
17 alienatione extra Eccleſiam, vt in his præciſis
terminis reſpondit. Rota in d. Alexandrina funera-
lium 29. Nouembris 1630. coram bon. me. Merlino in-
ter eius Impreſſ. deciſ. 490. num. 8. & 9. repetita in
recen. deciſ. 410. iiſdem numer. part. 5. Non attentis
auctoritatibus allegatis in d. deciſ. D. mei Meltij §.
fin. quia ibi concluſio non firmatur, & cautè cum-
que ageretur in Iudicio manutentionis ſubditur
ſufficere poſſe de hoc dubitari, nè interim retar-
dari poſſit manutentio Præpoſito; cumque dicta
concordia celebrata fuerit de anno 1629. non ad-
18 eſt obſeruantia tanti temporis, quæ ſufficiat ad
præſumendum Beneplacitum Apoſtolicum, nem-
pè 30. annorum ex allegatis per Adden. ad Gregor.
deciſ. 354. ſub numer. 18. verſ. minuſquam ſequuta
fuit Rota in Romana deuolutionis domus 4. Decembris
1651. coram R. p. d. meo Bichio §. vlt. in fin.

Et ità &c.

CO-

Digitized by Google

COMEN. CANONICATVS.

Lun. 23. Martij 1654.

ARGVMENTVM.

Lis dum non fuit Papæ narrata in genere non eſt opus iuſtificare illam ſuper titulo Beneficij, ſed ſufficit illam verificare eo modo, quo fuit expreſſa: non dicitur autem iuſtificata, nec introducta ex ſola Commiſſione cauſæ, abſque Citatione ad dicendum contra, etiam ſi commiſſio impetrata fuerit vtraque parte informante, & ſi narratiua loquatur de lite introducta, ſiue commiſſa, debet intelligi de commiſſione effectuata per ſucceſſiuam citationem ad dicendum contra, & quando lis inter vtramque partem dicatur introducta, & quando quo ad impetrantem dumtaxat commiſſionem, & quid requiratur adhoc vt lis introducta quo ad impetrantem, dicatur etiam introducta quo ad alteram partem.

SVMMARIVM.

1 *Lis vbicunque non narratur Papæ in genere, non eſt opus illam iuſtificare ſuper titulo Beneficij, ſed eam verificare ſufficit eo modo quo fuit narrata.*

2 *Lis non dicitur introducta ex ſola commiſſione Cauſæ abſque citatione ad dicendum contra, etiam ſi commiſſio vtraque parte informante fuiſſet obtenta.*

3 *Lis quando fuit narrata, & narratiua loquitur de lite introducta, ſeu commiſſa debet intelligi de commiſſa cum effectu, hoc eſt cum ſubſequuta citatione ad dicendum contra.*

4 *Commiſſio Cauſæ regulariter habet in ventre conditionem, quatenus impetrans ea vti velit.*

5 *Impetrans commiſſionem, non aliter ea vti velle dicitur, quàm ſi citauerit ad dicendum contra.*

6 *Impetrans Commiſſionem Cauſæ poteſt pænitere, & illi renunciare non citando ad dicendum contra.*

7 *Lis licèt expreſſa fuerit à Papa in collatione Beneficij* Commiſſa, *cenſetur contemplatus effectus commiſſionis, hoc eſt litis pendentia per quam manus aliorum collatorum eſſent ligata.*

8 *Litis pendentia inducitur ex commiſſione cauſæ cum ſubſequuta citatione ad dicendum contra.*

9 *Litis pendentia ligat manus cuiuslibet alterius Collatoris, & collatio Beneficij ſit à Papa, donec lis finiatur.*

10 *Commiſſio ea attenditur, quæ primò fuit præſentata Iudici in ea nominato.*

11 *Commiſſione altera pars vti non poteſt inuito impetrante, niſi illa fuerit præſentata Iudici in ea nominato.*

12 *Litis pendentia non dicitur inducta, nec firmata Iuriſdictio Iudicis ex ſola præſentatione commiſſionis, ſed vlterius adhunc effectum Citatio requiritur ad dicendum contra.*

13 *Commiſſionis notitia de ſe ſola non ſufficit ad inducendam litis pendentiam.*

14 *Lis dicitur introducta quo ad impetrantem per Commiſſionem Cauſæ, & decretum citationis cum Inhibitione, eiuſque expeditione.*

15 *Declara hoc non procedere quo ad alteram partem, nam præfata non ſufficiunt, ſed vlterius requiritur dictam citationem contra eam fuiſſe, legimè executum, & in Actis reproductam.*

DECISIO CCCCLI.

FRanciſcus Perettus Prouiſus fuit à Sede Apoſtolica de Canonicatu controuerſo Eccleſiæ Collegiatæ SS. Petri, & Stephani Oppidi Bellinzonæ Comen. Diœceſis ſub narratiua, quòd vacauerat lite pendente in Rota ſuper Iure conferendi inter D. Epiſcopum Comen. ex vna, & Capitulum d. Collegiatæ ex alterà; Sed propoſito dubio, an eius Literæ Apoſtolicæ ſint iuſtificatæ; itaut veniant exequendæ, negatiuè fuit capta reſolutio, Quia deeſt iuſtificatio dictæ litis.

Licèt enim vbicunque Papæ non narratur,
1 prout hic, lis in genere non ſit opus illam iuſtificare ſuper Titulo Beneficij, ſed eam verificare ſufficiat eo modo, quo fuit narrata. *Sarn. in regul. de Triennal. quæſt. 11. num. 13. in fin. verſ. vbi verò Card Seraph. deciſ. 990. num. 7. Rot. in recent. deciſ. 71. n. 12. par. 6. in Meſſanen. Archipresbyteratus 5. Maij 1642. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Nec dicatur verſ. & in omnem euentum, in Gerunden. Prioratus 27. Iunij 1644. coram R. P. D. m. Bichio §. Verum quidquid ſit de his, in Cluſina Beneficij 26. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Verospio §. Altera demum verſ. Cum adhunc, & in Leodien. Canonicatus 28. Martij 1653. coram me §. Nihilominus quia;* In propoſito tamen nulla adeſt Iuſtificatio, nec minus ad formam narratiuæ, nempè litis ſuper Iure conferendi, quia emanauerat
2 ſolùm Cauſæ Commiſſio Rotæ directa, quæ abſque Citatione ad dicen. contra, litem non induxit, etiamſi vtraque Parte informante obtenta fuiſſet in Signatura Iuſtitiæ. *Aret. conſ. 33. ſub num. 3. & 4. San. Mem. Gregor. deciſ. 94. num. 2. Rot. in recent. deciſ. 493. num. 8. par. 5. in Beneuentana Attentatorum 2. Decembris 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio §. Attentata verò, in Romana Locorum Montium 14. Maij 1649. §. Primo, & ſeqq. & in Rheginen. Attentatorum 12. Decembris 1653. §. 2. quod coram R. P. D. meo Bichio, & prius in Romana Legati 4. Iulij 1642. per tot. & in Florentina Parochialis 26. Iunij 1647. §. 1. Circa finem coram me.*

Non obſtat, quòd narratiua loquatur de lite
3 introducta, ſeù commiſſa: Quia intelligi debet de Commiſſa cum effectu, hoc eſt cum Citatione ſucceſſiua ad dicen. contra, Regulariter enim
4 Commiſſio habet in ventre conditionem, quatenus Impetrans ea vti velit, vt dixit *Rota in Burgen. de Arrogio 24. Nouembris 1593. coram Litta apud Marcheſ. de commiſſ. part. 1. fol. 171. num. 1. coram Buratt. deciſ. 138. num 3. in dicta Rheginen. Attentatorum dicto §. 2. quod verſ. Quia cum illud, & in dicta Romana Legati ſub §. Quia dicta Deci-*
5 *ſio;* Non aliter autem vti velle dicitur, quàm ſi citauerit ad dicen. contra, & interim poteſt pœ-
6 nitere, & illi renunciare, vt poſt *Innoc. & Hoſtien. tradit. Butr. in cap. ex conquæſtione num. 12. verſ. ante ergo de reſtit. ſpoliat. Feder. de Sen. conſil. 248. num. 5. & 6. Achill. deciſ. 10. num. 1. de Reſcript. Rota in dicta Burgen. de Arrogio num. 2. coram Buratto d. deciſ 138. num. 4. in dicta Romana Locorum Montium, & in d Rheginen. Attentatorum vbi ſupra coram R. P. D. meo Bichio, & in d. Romana Legati coram me ſub d. §. Quia d. Deciſio.*

Eoque magis quia conſtat ex verbis dictæ Prouiſionis Apoſtolicæ immediatè ſequentibus Papam intellexiſſe de Commiſſione effectuata, & litis pendentiam inducente, ibi, *& in deciſa pendente &c. ſine præiudicio litis pendentia &c.*, & ibi: *Nulluſque de illis præter nos hac vice diſponere po-*
7 *tuerit, nec poteſt.* Hinc enim Pontifex contemplaſſe videtur Commiſſionis effectum, hoc eſt, litem, per quam manus aliorum Collatorum eſſent ligatæ, ideoque ſub illo verbo *Commiſſa* non intellexit, niſi de Commiſſione cum ſubſe-
8 quuta Citatione, per quam inducitur litis pen-

Digitized by Google

9 dentia, & ligantur manus cuiuslibet alterius
Collatoris, donec lis finiatur. *cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. Card. Seraph. dicta deciſ. 990. num. 8. in fin. Rota in d. Gerunden. Prioratus §. Nam respondet verſ. Quia propter, in Hiſpalen. Beneficij 24. Ianuarij 1650. §. Et exinde, & in Valentina Rectoria 22. Iunij eiuſdem anni §. quo verò ad Caput. coram R.P.D. m. Bichia.*

Nec etiam refert, quòd in dicta Commiſſione adeſſet nomen Iudicis, eaſque fuerit præſen-
10 tata; Quia vel hoc procedit ad effectum præuentionis, ad quem attenditur Commiſſionis præſentatio, vt alijs relatis dictum fuit in *Vlixbonen. Matrimonij 19. Nouembris 1625. coram bon. mem. Coccino in recent. deciſ. 401. num. 1. par. 5.* Vel vt
11 altera Pars poſſit illa vti inuito Impetrante, quòd alias facere non poterit, vt firmatum fuit in *Salamantina Penſionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubalo apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol.*
12 *172. num. 1. & 2.* Sed non indè ſequitur, quod ſit firmata Iuriſdictio, & inducta litis pendentia, quia ad hunc effectum vltrà viſum, & præſentationem requiritur etiàm Citatio, vt dixit *Rota deciſ. 258. num. 1. part. 2. recent.* ponderans copulatiuè Commiſſionem, & Citationem, & pleniùs diſtinguendo poſt *Aret. Lancellott. & alios* firmatum fuit in *dicta Romana Legati coram me §. Quia fuit reſponſum, vbi vlterius ſub dicto § quia dicta Deciſio* ex eadem ratione reſpondet ad obie-
13 ctum notitiæ Commiſſionis, quæ de ſe ſola non ſufficit ad inducen litis pendentiam ex authoritatibus ibi allegatis.

Citatio deniquè expedita ſub die 3. Iulij 1653. cum longè emanauerit poſt vacationem Canonicatus controuerſi ſequutam de Menſe Aprilis antecedentis, non releuat, cum tunc temporis non eſſent ligatæ manus Ordinarij, qui propterea dictum Canonicatum validè conferre potuit, vt fecit de Menſe Maij eiuſdem Anni Io: Antonio Mollio Colligitanti eius *Summar. num. 2.*
14 Vltrà quod licèt lis dicatur introducta quoad Impetrantem per Commiſſionem Cauſæ, & Decretum Citationis cum Inhibitione, eiuſque expeditionem, *Caſſad. d. deciſ. 6. num. 3. Rot. de-*
15 *ciſ. 4. vt lit. pend. in non.* Attamèn quoad alteram partem præfata non ſufficiunt, ſed vlteriùs requiritur (quod in propoſito non iuſtificatur) dictam Citationem contra eam fuiſſe legitimè exequutam, & in actis reproductam, *Clem. fin. vbi DD. vt lit. pend. Dec. conſil. 460. num. 28. Guidop. conſ. 66. num. 9. & conſil. 69. nu. 10. Socein. Sen. conſ. 45. num. 7. verſic. & hoc forte lib. 1. Card. Canal. deciſ. 499. num. 1. Rota apud Paſib. de manut. deciſ. 289. numer. 7., & 8. & in Ianuen. Pecuniaria, ſeù prætenſarum Attentatorum 20. Aprilis 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano ſub §. Non obſtat verſ. Nihilominus.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA, SEV ALBINGANEN. BONORVM.

Mercurij 18. Martij 1654.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Aggrauatoria relaxatur contra non parentem mandatis Rotalibus poſt executam declaratoriam, ſeruatis ſolitis terminis ad videndum ſe aggrauari cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum.*

2 *Creſcente contumacia, & potentia parere debentis, creſcere debet, & pæna, vt tandem reſipiſcat, & debitam paritionem oſtendat.*

DECISIO CCCCLII.

RElaxata Declaratoria iuxtà Deciſionem coram me emanaram 1. Iulij 1648. eaquè legitimè intimata, & affixa locis ſolitis, cum Stephanus Balbus, & Conſortes mandatis Rotalibus, ſeù veriùs Apoſtolicis nunquam parere cu-
1 rauerint, ſed indurato corde, Cenſuras ſubſtineant, ſeruatis nuperrimè ſolitis quatuor terminis ad videndum ſe aggrauari cum interuallo 10. dierum inter vnum, & alterum Iuxtà praxim relatam à *Veſtr. lib. 8. cap. vlt. num. 19.* & propoſito particulari Dubio, Domini reſolue-
2 runt dandam eſſe aggrauatoriam; Quià creſcente contumacia, & proteruia parere debentis creſcere debet, & pæna, vt tandem reſipiſcat, & debitam paritionem oſtendat *cap. veritatis de dol. & contum. & cap. Quoniam frequenter §. final. ibiquè gloſſ. verb. ad alteram vt lit. non conteſt. cum concordan. allegat. in Cæſaraguſtana Diſtributionum, ſeù Attentatorum 13. Nouembris 1647. & in Leodien. Præpoſituræ de Nanſinnes 15. Martij 1652. coram me.*

Et ità per Contradictas &c.

BONON. APOTHECÆ PILARVM.

Mercurij 18. Martij 1654.

Argumento non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Apocha ſubſcripta Signo Crucis, plenè probat contra ſubſcribentem, non ſecus ac ſi totaliter eius manu ſcripta fuiſſet.*

2 *Periti Relationi ſtandum eſt perindè ac ſi ab vtraque parte electus fuerit, dum pars, quæ illum deputauit, nihil deducit in contrarium, & altera pars eius relationem acceptat.*

DECISIO CCCCLIII.

COnſtare de integra Reſtitutione Capitalis præterquàm quoad libras ter ſupra ſexcenta ad fauorem Sororum de Stephanis reſolutum fuit; quià Conſtantiæ Bertolellæ tempore eius cœptæ adminiſtrationis Apothecæ controuerſę conſignatum fuit Capitale librarum 3731. Solid. 8. vt
1 patet ex Apocha Conſignationis ab ipſa ſigno Crucis ſubſcripta, quę contra eandem plenè probat non ſecus ac ſi totaliter eius manu ſcripta fuiſſet *l. ſicut §. Non videtur ibique Bart. nu. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat. Iaſ. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus num. 12. ff. de verb. obligat. Felin. conſ. 2. num. 29. Caſtr. conſil. 216. ſub nu. 1. lib. 1. Menoch. lib. 3. præſumpt. 66. nu. 7. Gabr. eod. tit. concl. 3. num. 1. & ſeq. Rota coram Gregor. deciſ. 454. num. 5. ibique Add. numer. 7. coram Buratt. deciſ. 750. num. 1. apud Pacific. de Salutan. deciſ. 261. num. 8. & in Leodien. Pecuniaria 2. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio §. Et de cętero;* E conuerſo autem Capitale ab ea reſtitutum non excedit valorem librarum 3127. Sol. 19. & den. 6.
2 vt conſtat ex relatione Periti ab ipſa electi, cui ſtandum videtur perindè ac ſi ab vtraquè parte electus fuiſſet, dum ipſa illum deputauit, & hodiè in contrarium nihil deducit, ac Sorores de Stephanis colligitantes dictam relationem acceptant, *Alex. conſil. 179. num. 8. lib. 2. & conſil. 12. num. 6. lib. 6. Cæſar de Graſſ. deciſ. 9. num. 8. de ſent. & re iudic. Rot. deciſ. 230. num. 5. par. 1. & deciſ. 284. num. 4. par. 2. recent.* cum cęteris in fortioribus allegatis in *Romana Supplementi legitimæ 6. Iulij 1646. coram Me ſub §. Non obſtat;* Vndè meritò integræ reſtitutioni Capitalis deeſſe

deeſſe libras 603. Solid. 8. den. 6. monetæ fuit reſolutum.

Reiecerunt tamen DD. ea, quæ deducebantur ſuper reſtitutione Secreti conficiendi pilas odoriferas, ſiuè ſuper prætenſa prohibitione Conſtantia dicto Secreto illas componat: quià non ſpectant ad hoc Iudicium vlterioris executionis mandati de manutenendo à Rota relaxati.

Et ita vnica tantum &c.

LEODIEN. OFFICII, SEV CAPELLANIÆ Epiſcopalis.

Lunæ 4. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Inhibitio Rotalis, ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta ſemper eſt timenda, & cauſat attentata, quæ ante omnia veniunt reuocanda, licet perſonalitee executa non fuerit, ſed tantummodo domi dimiſſa Copia, cum Affixione ad Valuas ſi non erat tutus acceſſus, vel ſi Iudex, vel pars de ea notitiam habuerit, eoque grauiora redduntur attentata ſi pars habuerit recurſum ad Laicos pro contemnenda Iuriſdictione Rotali.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio Rotalis, ſinè iuſta, ſinè iniuſta ſemper eſt timenda, & facit vt omnia in eius contemptum deindè geſta ſint attentata, & in primis, & ante omnia veniant reuocanda.*

2 *Executio Inhibitionis domi dimiſſa copia cum affixione ad Valuas Eccleſiæ æquipollet perſonali intimationi, dum concludenter probatur non tutus acceſſus.*

3 *Citatio domi executa ſuffragatur, & citatum arctat, perindè ac ſi perſonaliter contra eum executa fuiſſet, ſi de ea notitiam habuit.*

4 *Inhibitionis ſcientiam Iudex habuit, & attentata commiſit, dum illam explicitè reiecit in ſua ſententia poſt Inhibitionem prolata.*

5 *Inhibitio Rotalis ſperni non poteſt licèt ſit iniuſta, ſed recurrendum eſt ad Pontificem prò laceratione commiſſionis, vel ad Rotam pro moderatione eius Inhibitionis.*

6 *Iudex Inferior, non debet cognoſcere de viribus Inhibitionis.*

7 *Attentata eo grauiora ſunt, dum pars habuit recurſum ad Regios ad effectum magis contemnendi Iuriſdictionem Rotalem.*

DECISIO CCCCLIV.

IN ſpretum Rotalis Inhibitionis præſentatæ Iudici, & Parti vltima Septembris 1651. idem Iudex, nempè Conſeruator Studij Louanij pronunciauit 23. Martij 1652. pro validitate Collationis Officij, ſeù Capellaniæ controuerſæ factæ à Decano, & Rectore eiuſdem Vniuerſitatis ad fauorem Martini Bredal, eiuſque executione, & manutentione, *Summar. num.* 4. & 5. Vndè ad Inſtantiam Dioniſij Fabri illius Poſſeſſoris, qui Inhibitionem Rotalem obtinuerat per Contradictas Dubitaui, An conſtet de attentatis, quæ veniant reuocanda, & Domini affirmatiuè reſponderunt ex vulgata regula quòd Inhibitio Rotalis,
1 ſiuè iuſta, ſiuè iniuſta, ſemper eſt timenda, &
facit, vt omnia in eius contemptum deindè geſta attentatorum vitio laborent, ac in primis, & antè omnia veniant reuocanda *cap. non ſolùm de appell. in 6. Put. deciſ. 385. per tot. lib. 2. in correct. Caputaq. deciſ. 93. per tot. par. 2.* cum cæteris allegatis in *Cæſarauguſtana Diſtributionum, ſeù Attentatorum 17. Februarij 1645. in Lucerien. Attentatorum 26. Iunij 1648. & in Nicien. Prioratus 13. Decembris 1650. coram Me.*

Nec refert, quòd neutris fuerit perſonaliter præſentata, ſed ſolùm Domi exequuta cum dimiſſione Copiæ in manibus Ancillæ, & affixione alterius Copiæ ad Valuas Eccleſiæ Collegiatæ.

Quoniam præter quod ſi concludenter proba-
2 retur non tutus acceſſus, huiuſmodi exequutio
æquipolleret perſonali Intimationi, vt dictum
fuit in alia *Leodien. Præpoſituræ de Nauſinnes 6. Martij 1651. coram me §. Quia cum id fieri.* Et ſubſequuta ſcientia eiuſdem Inhibitionis, quàm vterquè habuit ex reiteratis proteſtationibus à Dioniſio factis, & relatis in *dicto Summ. num.* 7. Cita-
3 tio Domi executa ſuffragatur, & citatum arctat
perindè ac ſi perſonaliter executa fuiſſet *Clem. cauſam in fine de elect. Felin. in cap. cum ſit Romana num. 15. de appell. Rota deciſ. 11. in fin. de dol. & contum. & deciſ. 151. num. 6. par. 2. diuerſ. coram bon. mem. Coccino deciſ. 10. num. 3. in Piſanien. Pecuniaria 15. Ianuarij 1652. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottbobono §. neque Comites, & in Leodien. Succeſſionis, ſeù Attentatorum 19. eiuſdem coram R. P. D. meo Bichio, §. Animaduertendo,* ac in fortioribus terminis ad effectum concedendi declaratoriam in *Leodien. Abbatiſſatus 20. Iunij 1644. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. §. ſupradicta autem, & in dicta Cæſarauguſtana Diſtributionum 25. Maij 1646. coram me §. Quia cum agatur, verſ. & qui-*
4 *dem*; Præſertim quià in dicta ſententia prædicti
Conſeruatoris explicitè reiecta legitur dicta Inhibitio Rotalis, quòd in puncto ad hunc effectum ponderatum fuit in *Aſtoricen. Parochialis de Rautana 28. Iunij 1652. coram R. P. D. meo Bichio §. probat in fin.*

Nec obſtat, quòd vigore particularium Priuilegiorum dictæ Vniuerſitatis Cauſa in partibus eſſet cognoſcenda, nec debuerit committi in Ro-
5 ta, quià non propterea ſperni potuit Inhibitio
Rotalis, eiuſque Iuriſdictio, ſed recurren. erat ad Pontificem, & eius Signaturam pro laceratione Commiſſionis, vel ad Rotam pro moderatione
6 ſuæ Inhibitionis, cum non ſpectet ad Inferiores
cognoſcere de viribus illius, vt dixit *Rota coram Sau. mem. Gregor. deciſ. 435. num. 5. coram bon. me. Coccino deciſ. 74. num 4. in Peruſina Attentatorum coram Patriarcha Manzanedo apud Zacch. de obligat. Camer. deciſ. 87. num. 8. & in Bonon. Attentatorum 18. Iunij 1646. §. Quia cum Signatura, & in Viterbien. Canonicatus 26. Iunij 1652. §. Quia præterquod verſ. exceptio autem coram me.*

Ceterum eò grauiora viſa fuerunt attentata,
7 quià Martinus nõ erubuit recurrere ad Regios ad
effectum magis contemnendi Iuriſdictionem Rotalem, vt in *Summ. numer.* 6. & 7. ſicuti conſiderauit *Rot. in Calagnritana beneficij de Guinea 14. Febr. 1653. coram R. p. d. meo Peutingerio §. itaque remaneret.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA BONORVM.

Lunæ 18. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Bona emphyteutica finita inueſtitura deuoluuntur ad dominum directum, dummodo à vinculo feudalitatis liberata non fuerint; Bonorum autem libertas excluditur ab inueſtituris ſæpius iteratis, & recognitionibus inueſtitorum per longum temporis ſpatium continuatis, ex quibus domi-

Digitized by Google

nium domini directi, & feudalitas ad omnem effectum, etiam contra tertium iuſtificatur, & quid requiratur ad effectum præſcribendi libertatem bonorum; inueſtitura quando dicatur per errorem conceſſa, & quando præſumatur ſuſcepta à debitore in fraudem creditorum.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica defectis omnibus in inueſtitura comprehenſis, deuoluuntur ad dominum directum.*

2 *Inueſtitura, ſæpius iterata, & recognitionibus Inueſtitorum ſuffultæ longo temporis ſpatio excludunt ſtatum libertatis, ac dominium domini directi, & feudalitatem bonorum ad omnem effectum etiam contra tertium iuſtificant.*

3 *Bonorum libertas legitimè præſcribitur ex curſu triginta annorum cum bona fide.*

4 *Emphyteuta non poteſt controuertere dominium, neque feudalitatem domino directo, quam eius auctor agnouit, & facto ipſo approbauit.*

5 *Proteſtatio contraria facto non attenditur, & factum præualet verbis.*

6 *Inueſtitura, quando emanauit ob ignorantiam liberationis bonorum à feudalitate dicitur erronea ſecus ſi emanauit ſcienter ob inualiditatem ipſius liberationis.*

7 *Error omnis tollitur ex facti veritate.*

8 *Bona feudalia iuxta ſtylum Status Mantuani æſtimantur quinto minus.*

9 *Sententia executoris declarans contractum eſſe vtilem Eccleſiæ, nihil ponit in eſſe, dum re ipſa apparet iniuſta.*

10 *Error, vt excludatur ſufficit poſſe dubitari cum ipſe requirat concludentes, & neceſſarias probationes.*

11 *Bona feudalia in ſtatu Mantuano ex antiqua conſuetudine ſunt redacta ad inſtar allodialium.*

12 *Bona feudalia, quando ſunt redacta ad inſtar allodialium ſunt alienabilia etiam in extraneos, & veniunt ſub generali hypotheca, & obligatione bonorum.*

13 *Creditor Emphyteutæ, poteſt ſibi ſatisfieri ex ipſius bonis, quamuis feudalibus, quando illa ſunt redacta ad inſtar allodialium.*

14 *Inueſtitura non poteſt dici impetrata à debitore in fraudem creditorum, quando bona feudalia ſunt redacta ad inſtar allodialium, ex quibus poſſunt creditores ſatisfieri.*

15 *Inſtrumenta publica, & ſcriptura ſemper veniunt præferenda depoſitionibus teſtium.*

16 *Dominium directum infeudantis optimè probatur ex confeſſione ſubinfeudantis.*

17 *Confeſſio ſubinfeudantis probat dominium infeudantis, & ipſis contrahentibus aliiſque ab eis cauſam habentibus præiudicat, & contra ipſos plenam facit probationem.*

18 *Inueſtituræ licet non reperiantur adnotata in libris menſæ Epiſcopalis dominæ directæ, attamen omiſſio adnotationis illas non viciat, dum exhibentur publica, & clara inſtrumenta.*

DECISIO CCCCLV.

Conſtare de bono Iure menſæ Epiſcopalis Mantuæ Domini reſponderunt; quia cum Comes Vincentius Caſſinus (cui anno 1647. à Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Mantuano in feudum per viam renouationis conceſſæ fuerant pro ſe, ſuiſque hæredibus ex eo legitimè deſcendentibus vniuſcuiuſque ſexus, Terræ, de quibus agitur ſitæ in loco *dell' Angelo* bubulcarum 230. circiter.) Sine filijs deceſſerit, & ſic defecerint omnes

1 in inueſtitura comprehenſi, clara vtique remanet deuolutio earundem terrarum ad fauorem menſæ Epiſcopalis Dominæ directæ §. *Emphiteuſim Anth. de non alienan. reb. Eccleſ. Caſtr. conſ. 68. numer. 1. lib. 2. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 42. ſub num. 1. verſ. 3. modo finitur Card. Caual. deciſ. 564. num. 1. Rot. in recen. deciſ. 390. numer. 2. part. 1. deciſ. 36. num. 1. & deciſ. 121. num. 18. part. 8. in Rauennaten. Domus 14. Iunij 1649. & 17. Martij 1651, coram Reuerendiſſimo D. Tarraconen. & in Romana Caſalis veteris 5, Maij 1653. coram R. P. D. meo Albergato.*

Non obſtat, quod anno 1555. præuio Beneplacito Apoſtolico, & ſententia illius Executoris dictæ Terræ vna cum alijs in totum bubulcarum 1300. à Vinculo feudalitatis liberatæ fuerint, ſolutis menſæ Epiſcopali ducatis 433. in bubulcis 29. terrarum *Summar. Commitiſſæ numer. 1. & 2.*

Quoniam dictam liberationem non habuiſſe effectum oſtendunt ſucceſſiua inueſtiturarum inſtrumenta ab anno 1569. citra, in quibus Terræ controuerſæ tanquam feudales à menſa conceſſæ fuerunt prius filijs Hieronymi Piperarij, qui dictam liberationem obtinuerat, ac deinde alijs, & ſignanter dicti Comiti Vincentio Authori D. Comitiſſæ Caſtrobarchæ Colligitantis *Summar. menſæ num. 1. & 2.* huiuſmodi enim Inue-
2 ſtituræ ſæpius iteratæ, & recognitionibus inueſtitorum ſuffultę ſpatio circiter octuaginta annorum prætenſum libertatis ſtatum excludunt, ac dominium menſæ, & feudalitatem ad omnem effectum, etiam contra tertium iuſtificant iuxtà doctrinam *Bart. communiter receptam in l. ad probationem C. locat.* Ripa *in l. ſi rem aliquam num. 39. ff. de acquiren. poſſeſſ. Dec. conſ. 146. num. 14. Rot. deciſ. 91. numer. 1. & per tot. & deciſ. 591. numer. 1. & 2. part. 4. diuerſ. in recen. deciſ. 290. num. 1. & 4. part. 1. deciſ. 79. numer. 4. cum quatuor ſeqq. & deciſ. 359. numer. 7. part. 5. & deciſ. 164. numer. 4. & 5. cum ſeqq. part. 6. Card. Caual. deciſ. 269. num. 3. vſque in finem Buratt. deciſ. 602. numer. 2. ibique Adden. numer. 25. cum ſeqq. in Portuen. Stagni 10. Iunij 1637. coram Cardinal. Panzirolo §. quarta ex ſucceſſiuis cum ſeqq. & in Auximana Pradij 15. Maij 1645. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Dominium verò*, illam-
3 que legitimè præſcriptam oſtendunt, ad quem effectum ſufficit ſolus curſus triginta annorum cum bona fide *l. ſi quis emptionis C. de præſcript. 30. annorum* & in puncto *Aluarot. in cap. ſi quis per triginta numer. 2. cum ſeqq. ſi de feud. fuer. controu. Roſſental. de feud. tom. 1. cap. 6. concl. 77. num. 9. & concl. 81. numer. 1.* Rot. *in Rhegien. bonorum 15. Martij 1630. coram bon. mem. Coccino apud. modern. Peruſ. de manut. deciſ. 293. numer. 9.* Eoque magis contra Comitiſſam habentem cauſam ab Inueſtito, qui in vltimo ſtatu bona controuerſa tanquam feudalia acquiſiuit; vndè
4 qualitatem iſtam feudalem, quam eius Author agnouit, & facto ipſo approbauit, negare non poteſt. *Odd. conſ. 6. numer. 3. Decian. conſ. 78. numer. 41. lib. 3. Valaſc. de emphyt. quæſt. 9. num. 15. cum alijs alleg. in Auenionen. Saluiani 10. Februarij 1651. coram* R. *P. D. meo Bichio §. eo magis in fin.* Et licet proteſtatus fuerit d. inueſtituram recipere citra præiudicium iurium quorumcumque ſuorum, præſertim dictæ liberationis; ſimilis tamen proteſtatio per Epiſcopum infeudantem admiſſa non fuit, ſed expreſsè reic-

Digitized by Google

ſta, dictuſque Vincentius ab ea facto ipſo receſ-
ſit, cum dictæ reiectioni acquieuerit, inueſti-
turam receperit ad formam antiquarum, & ſub-
ſequentibus annis canones perſoluerit, tanquam
de bonis feudalibus, nulla amplius adhibita pro-
teſtatione; ideoque quidquid in verbis dictum
5 fuit, factum prævalet, & attenditur, vt poſt
Bald. & alios reſpondit *Rota apud Modern. Pe-
ruſ. de manut. deciſ. 275. numer. 16. cum duobus
ſeqq.*

Non obſtat, quod ſtante d. liberatione ſub-
ſequentes inueſtituræ, & recognitiones fuerint
erroneæ.

6 Error enim excluditur, animaduertendo, quod
inueſtituræ non emanarunt ob ignorantiam di-
ctæ liberationis, quo caſu poſſet error allega-
ri, ſed ob illius nullitatem, vt legitur; tàm in
ſupplici libello pro obtinenda prima inueſtitura
à filijs dicti Piperarij porrecto ibi: *Atteſo, che la
liberatione fatta è nulla*, & ibi: *non eſſendo la Cor-
te predetta liberata legitimamente. Summ. Comitiſſa
numer. 8. & 9.* quàm in alia ſubſequenti, quæ
Eraſmo Abduæ illius creditori anno 1570. con-
ceſſa fuit, narrata in ventre d. liberationis, &
inhærendo illius nullitati in prima expreſſæ *eo-
7 dem Summ. numer.* 10. facti enim veritas tollit
omnem errorem *l. ſi ſeruum §. fin. ff. de legat. 1.
Dec. conſ. 116. numer. 4. Rota deciſ. 548. num. 3.
par. 5. recen.*

Nullitas autem enunciata prouenire potuit ex
modicitate pretij, ſeu recompenſæ datæ pro
ea obtinenda; nam pro terris aſcendentibus ad
bubulcas 1300. ſolùm datæ fuerunt bubulcæ 29.
8 & tamen dari debuiſſet ſaltem 260. valutata feu-
dalitate ad rationem quintæ partis iuxtà ſtylum
ſtatus Mantuani, de quo teſtatur *Ciriac. contr.
9 162. numer.* 20. Non obſtante ſententia executo-
riis declarante dictam liberationem eſſe vtilem
Eccleſiæ, dum re ipſa iniuſta apparet *l. 4 §. con-
demnatum ff. de re iudic. Card. Caual. deciſ. 467.
10 num. 2.* ſufficitque de hoc poſſe dubitari ad ex-
cludendum aſſertum errorem, quippe qui requi-
rit concludentes, & neceſſarias probationes, vt
notant communiter ſcribentes *in cap. vlt. de
confeſſ. & in l. ſi per errorem ff. de Iuriſdict. omn.
Iudic. Rot. dec. 128. num. 13. par. 6. recen. Buratt.
dec. 200. num. 3.*

Neque etiam obſtat, quòd prima inueſtitura
impetrata fuerit in fraudem creditorum d. Pi-
perarij, qui deceſſerat non ſoluendo.

Quia (omiſſis exceptionibus, quæ dantur iu-
ribus ad hunc effectum per Comitiſſam adductis)
quæ dedit cauſam nouæ conceſſioni, & vlterius,
11 ex quo in ſtatu Mantuano bona feudalia ex anti-
qua conſuetudine ſunt reducta ad inſtar allodia-
lium, vt referunt *Dec. conſ. 586. numer. 2. Pariſ.
conſ. 13. num. 27. part. 1. Burſatt. conſ. 3. num.
47. Modern. mart. conſ. 192. num. 14. referens Ma-
nent. conſ. 106. Modern. Mantuan. contr. 324. num.
12 1. cum ſeqq.* & ſic alienabilia in extraneos, quæ
propterea veniunt ſub generali hypotheca, &
obligatione bonorum, vt alijs relatis dictum
fuit in d. *Auenionen. Saluiani 20. Martij* 1650. *coram
R. P. D. meo Bichio §. ortus hypotheca*; Ideoque
13 cum licuiſſet creditoribus dicti Piperarij ex ip-
ſius bonis ſatisfieri, quamuis feudalibus (vt ſi-
gnanter obtinuit d. Eraſmus Abdua vnus ex cre-
14 ditoribus) neceſſariò excluditur fraus per ea,
quæ in ſimilibus terminis tradunt *Aym. conſ. 319.
ante numer. 10. verſ. ideò in actu Surd. deciſ. 30.
numer. 37. & 38. Gregor. deciſ. 195. num. 10. &
11. & deciſ. 459. numer. 8. & 9. Rot. deciſ. 413.
numer. 2. part. 2. recen. & in Tudertina donationis
17. Iunij 1652. coram me §. vltimo.*

Nec obſtant Teſtes vltimo loco examinati de-
ponentes de libertate bonorum quoad Terras ſi-
tas in locis nuncupatis *Doſſo dell' inferno, e Boſco
della caccia* comprehenſas in eodem inſtrumento
liberationis, ex quo inferebatur libertas etiam
quoad controuerſas.

Quia (vltrà quod acta remiſſoriæ non fuerunt
integrè tranſportata) contrarium deprehenditur
15 ex prædictis publicis inueſtiturarum inſtrumen-
tis de ijſdemmet Terris *d. Summ. menſa numer. 2.*
dd. Teſtium depoſitionibus præferendis *l. cenſus
ff. de probat. Card. Caual. deciſ. 294. num. 1. bon.
mem. Coccin. deciſ. 235. numer. 17.* & in terminis
*Rot. deciſ. 310. num. 61. part. 6. recen. & in Mele-
uitana feudi 26. Maij 1651. coram Reuerendiſſimo
Tarraconen. in fin.* Et quamuis dd. inueſtituræ fa-
ctæ fuerint à Marchione Gonzaga poſſeſſore
Curiæ Podij, ipſe tamen ibidem aſſeruit illas fa-
cere authoritate renouatæ conceſſionis in feudum
ſibi factæ à menſa Epiſcopali cum facultate ſub
infeudandi relata in d. *Summ. num.* 5. Et ſic ipſa-
16 met ſubinfeudantis confeſſione iuſtificatur ori-
ginale dominium Eccleſiæ infeudantis, quæ qui-
dem confeſſio contrahentibus, & alijs ab eis cau-
17 ſam habentibus præiudicat, & contrà ipſos ple-
nam facit probationem *Rum. conſ. 50. numer. 11.
& ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 449. num. 38. cum alijs* in
his terminis allegatis in *d. Portuen. ſtagni cor. Card.
Panzirolo §. 2. ex quo cum ſeqq.*

Nihilquè refert, quòd ex diligentijs factis in
libris menſę Epiſcopalis inueſtituræ non reperian-
tur adnotatæ; quia omiſſio adnotationis illas
18 non vitiat, dùm exhibentur publica, & clara
inſtrumenta *ad text. in l. ſi librarius ff. de regul. Iur.
Rota dec. 502. num. 10. part. 1. recen. Buratt. deciſ.
10. ſub numer. 10. & deciſ. 932. num. 2.*

Et ità &c.

TVDERTINA DONATIONIS.

Lunæ 18. Maij 1654.

ARGVMENTVM.

Donatio non præſumitur ſimulata, niſi probetur, nec probatur ſimulatio ex coniecturis ceſſante cauſa ſimulandi, quæ tamen non requiritur vbi adeſt confeſſio contrahentium clara, & non dubia. Reuocatio donationis in dubio non præſumitur, & ex quibus dicatur reuocata.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula conſtituti, & hypotheca omnium bonorum in prima donatione appoſita, efficiunt vt anterior donatarius non obſtante ſubſequuta traditione poſteriori præferri debeat.*

2 *Donatio dum non eſt vniuerſalis, nec comprehendit omnia bona præſentia, & futura, iura, & actiones, ſuſtinetur licet quantitas reſeruata ad effectum teſtandi eſſet modica.*

3 *Donatio, quæ comprehendit omnia bona præſentia, & futura, licet corrueret quo ad bona futura, ſuſtinetur tamen quo ad præſentia virtute iuramenti in ea appoſiti.*

4 *Simulatio contractus non probatur ex coniecturis ceſſante cauſa ſimulandi.*

5 *Declara hanc cauſam non requiri quando habetur à contrahentibus confeſſio ſimulationis.*

6 *Confeſſio ſimulationis, ſatis eſt, quod non ſit clara, & certa, ad hoc vt non præiudicet confitenti.*

7 *Simu-*

7 *Simulatio contractus, non inducitur ex dubia confeſſione contrahentium.*
8 *Diuiſio, ad quam partes potuerunt deuenire ex alia cauſa non inducit renunciationem præcedentis donationis, vbi in ea nullum adeſt verbum præferens liberam facultatem diſponendi.*
9 *Eoque magis dum donans, & donatarius etiam poſt diuiſionem continuarunt poſſidere prò indiuiſo.*
10 *Probationes, quæ ſingula non iuuant vnita concludenter: probant.*
11 *Donatio vt non cenſeatur reuocata nec ei renunciatum, ex ſubſequuta diuiſione bonorum donatorum inter donantem, & donatarium, ſatis eſt quod diuidentes ad illam deuenerint alio motiuo, quam renunciandi, & reuocandi.*
12 *Donatio in dubio nunquam dicitur reuocata.*
13 *Clauſula in executiuis appoſita nihil operatur.*
14 *Verba, ſunt intelligenda ſingula ſingulis congruè referendo, ne præiuditium inferatur.*

DECISIO CCCCLVI.

IN hac noua propoſitione ſcribentes pro Petro Falco, & Conſortibus primò inſiſtebant ſuper obiecto traditionis bonorum donatorum factæ ſecundo donatario, & circa modicam reſeruationem in prima donatione adiectam ſcut. quinque dumtaxat ad effectum teſtandi, cum vtrumque latè remoueatur in *deciſione coram me emanata 17. Iunij* 1652. primum ſcilicet ex clauſula conſti-
1 tuti, & hypotheca omnium bonorum in d. prima donatione appoſitis, quę efficiunt, vt anterior Donatarius non obſtante ſubſequuta traditione poſteriori præferri debeat ex authoritatibus ibi allegatis *ſub* §. *quia prater quòd*; ſecundùm
2 verò ſiue ex quo d. donatio non eſt vniuerſalis, cum non compræhendat iura, & actiones, ſiuè ratione Iuramenti, ex quo ſubſtinetur ſaltem
3 quoàd bona præſentia iuxtà opinionem, quam aliàs amplexa fuit *Rota in deciſionibus ibidem relatis* §. *quia prædicta &* §. *Prætereà*.

Maximam tamen vim faciebant ſuper diuiſione concorditer facta poſt d. donationem inter donantem, donatarium, & Portium communem fratrem, ex ea deſumentes tùm donationis ſimulationem, tùm ſaltem illius reuocationem, cum impoſſibile ſit, quòd donatio, per quam Portio Rugerij ab eo abdicata fuerat, & in Paridem translata, ſubſiſtat, quodque deindè idem Rugerius aduiſſus fuerit ad diuiſionem bonorum, cum ipſo Paride, & Portio fratribus, & aſſignari ſibi tertiam partem obtinuit.

Nihilominus Domini ſteterunt in deciſis; ſi-
4 mulatio enim non concluditur ex coniecturis ceſſante cauſa ſimulandi iuxta doctrinam *Bart. in l. poſt contractum numer.* 3. *ff. de donat.* à Rota ſæpius comprobatam in deciſionibus plenè congeſtis in d. præcedenti deciſione huius cauſę §. *final.* &
5 gratis dicitur cauſam non requiri quando adeſt confeſſio contrahentium, quià talis confeſſio in caſu noſtro nullibi legitur, & quæ deducitur ex d. diuiſione eſt proſſus immaginaria, vt inferius
6 probabitur, ſatiſque eſt, non eſſe claram, & certam, vt confitenti non præiudicet *Mohed. deciſ.* 2. *de Reſt. ſpol. Buratt. deciſ.* 183. *num.* 17. *Rot. deciſ.* 443. *num.* 8. *part.* 1. *recent. & in Romana, ſeù Veliterna Aſſictus* 24. *Nouembris* 1653. *coram R. P. D.*
7 *meo Bichio* §. 2. *quia in fin.* Et tanquam dubia ſimulationem non inducat per ea, quæ in his terminis dixit. *Rota in recen. deciſ.* 413. *numer.* 5. *par.* 2.

Reuocatio autem omninò excluditur, cum
8 d. diuiſio fieri potuerit, prout facta fuit, ad euitandam vlteriorem bonorum communionem cum d. Portio communi fratre, cumque nullum aliud præſeferat verbum importans liberam facultatem diſponendi non induxit præcedentis donationis renunciationem, ſiue illius reuocationem, vt præter authoritates allegatas *in dec.* §. *nec ſubſiſtit* tradit in puncto *Cancer. var. reſol. tom.* 3. *cap.* 15. *num.* 277. *cum ſeqq.* & in proximis terminis reſponſum fuit *in Cathacen. Hæreditatis* 28. *Aprilis* 1653. *coram me* §. *quia in contrarium verſ. præſertim*; Eoque magis cum donans, & donatarius
9 etiam poſt d. diuiſionem continuauerint poſſidere pro indiuiſo, vt probatum fuit ex teſtibus, inſtrumento locationis, & partitis libri Cathaſtri Ciuitatis Tudertinæ *in Summ. Bonauenturæ prima poſitionis num.* 4. 5. & 7. quæ & ſi de per ſe pate-
10 rentur aliquam difficultatem, ſimul iuncta ſufficienter iuſtificant d. ſubſequutam communem poſſeſſionem iuxtà *gloſ. in l.* 2. *verb. legitimè ff. de excuſat. tutor.* quam expendit *Rota coram Gregor. deciſ.* 245. *num.* 2.

Imò animaduertebant DD. quod non poterat aliter quàm cum interuentu Rugerij donantis fieri diuiſio, quià cum ipſe quoque Parides donatarius in eodem inſtrumento donationis bona ſua reciprocè, & pariſormiter donaſſet eidem Rugerio adiecto vtrinque pacto reuerſiuo ad donantem in caſu obitus alterius eorum ſine filijs *d. Summ. Bonauentura num.* 1. ſatis non erat, quod interueniret ſolus Parides, & ſibi etiam portionem Rugerij applicaret, ſed vtriuſque interuentus deſiderabatur, nàm ſicut requirebatur, & ſufficiebat interuentus Paridis reſpectu portionis ei donatæ à Rugerio, ità pariter requirebatur etiam interuentus Rugerij reſpectu portionis ei reciprocè donatę à Paride, vt prouindè meritò in tres partes quot erant fratres fuerit facta diuiſio, ſaltem ad effectum dignoſcendi quid, & quantum Rugerius Paridi, & è conuerſo Parides donaſſet Rugerio; ſatiſque eſt ad illam alio mo-
11 tiuo, quam renunciandi, & reuocandi donationem deuentum fuiſſe, ne illi renunciatum, ipſaque reuocata dicatur, vt præter authoritates ſuprà allegatas *Rota deciſ.* 92. *num.* 12. *part.* 5. *recen.*
12 Et in dubio ſemper iudican. eſt, donationem non eſſe reuocatam, vt ad literam probat. *Textus in l. cum hic ſtatus in fine, ibi: Sed vbi ſemel donatorem pænituit etiam hæredi reuocandi poteſtatem tribuimus ſi apparet defunctum euidenter reuocaſſe voluntatem, quod ſi in obſcuro ſit, procliuior eſſe debet Iudex ad comprobandam donationem ff. de donat. inter vir. & vxor. Aym. conſ.* 450. *numer.* 9. *Becc. conſ.* 181. *num.* 35. *Giurb. obſeruat.* 44. *num.* 10. *par.* 1.

Non obſtat, quod diuidentes promiſerint diuiſionem perpetuò ratam habere pro ſe, & eorum hæredibus, tùm quia hęc promiſſio vti appo-
13 ſita in clauſulis executiuis nihil operatur. *Peregr. conſ.* 93. *num.* 15. *lib.* 1. *Buratt. deciſ.* 89. *num.* 11. *Rota in Romana fideicommiſſi de Maximis* 11. *Ianuarij* 1649. *coram me* §. *nec obſtat quod Virginia*; Tum etiam quia eſt compatibilis cum donatione, cum intelligi poſſit abſolutè quoad Perſonam Portij, inter ipſos autem Rugerium, &
14 Paridem ſeruata forma reciprocæ donationis, & ſic ſingula ſingulis congruè referendo, vt fieri debet, vt in ſimilibus terminis. *Cephal. conſ.* 345. *numer.* 14. *Hond. conſ.* 54. *numer.* 18. *lib.* 1. *Facchin. contron. Iur. lib.* 7. *cap.* 64. *Cardin. Seraph.*

Seraphin. deciſ. 1023. *numer.* 4. *Rota deciſ.* 192. *num.* 6. *par.* 8. *recen.*

Et ità vtraque &c.

LEODIEN. BONORVM,
ſeù Attentatorum.
Veneris 29. *Maij* 1653.

ARGVMENTVM:

Inhibitio Rotalis non minus inhibitum, quam obtinentem afficit, ideoque quidquid agit iſte poſt inhibitionem, & litem eſt attentatum, pro cuius reuocatione conceditur patri colliganti mandatum de manutenendo, quatenus probet eius poſſeſſionem, & quando intret regula qui continuat non attentat.

SVMMARIVM.

1 *Lis reſpectu impetrantis inducitur ex commiſſione cauſa ab ipſo impetrata, & in actis reproducta cum decreto citationis cum inhibitione.*

2 *Ampliæ etiam ad effectum, vt quidquid poſteà ab ipſo fuit geſtum, attentatum dicatur.*

3 *Inhibitio Rotalis non minus inhibitum, quàm obtinentem afficit.*

4 *Declara hoc procedere quo ad inhibitionem iudicialiter conceſſam in cauſa litigioſa, & iam inſtructa, ſecùs autem de inhibitione, vel prouiſione extraiudiciali habente ſolummodò vim ſequeſtri.*

5 *Appellatio facit deuoluere Iudici appellationis cognitionem omnium in proceſſu deductorum licet in ſententia ſpecialiter nominata non fuerint.*

6 *Clauſula* quam, & quas, cum annexis connexis totoque negocio principali, *in commiſſione appoſita, transferunt ad Iudicem appellationis cognitionem omnium à iure principali dependentium quamuis ad ſpeciem deducta non fuerint.*

7 *Continuatio poſſeſſionis pendente lite non excuſat ab attentatis, quando fuit facta mediante facto Iudicis.*

8 *Manutentionis conceditur attentata paſſo pro reuocatione attentatorum.*

9 *Poſſeſſio concludenter probatur ex confeſſione colitigantis.*

DECISIO CCCCLVII.

AD inſtantiam Io: Iacobi de Valengin. Rotæ commiſſa cauſa appellationis ab ipſo interpoſita à ſententia lata ab Officiali Eccleſiaſtico Leodien *Summ. informantis num.* 7. ac illius vigore ſolita inhibitione ſub die 9. Februarij 1646. expedita vna cum literis compulſionalibus, quibus in partibus compulſari obtinuit acta, & proceſſus illius cauſæ *d. Summ. num.* 8. *&* 9. Nihilominus reuoluto pallio adiuit Iudices Laicos Curiæ de Hermalle, extorſitque ab ipſis decretum Sayſiniæ, vt aiunt in illis partibus, pro poſſeſſione in bonis, de quibus agitur ſub 9. Decembris 1648. *d. Summ. numer.* 10. ac ad plura alia iudicialia deuenit, & ſignanter incidendo arbores ex quadam ſylua ſeptem fagorum quoad vſufructum, & proprietatem, vt aſſeritur, relicta Catherinæ Baroniſſæ de Ichay colligâti, & illius poſſeditrici; Ideoque ad illius Inſtantiam dubitaui, an conſtet de attentatis, adeo vt Baroniſſæ ſit dandum mandatum de manutenendo, & affirmatiuè in omnibus fuit capta reſolutio.

Attentata ſiquidem ſunt clara, quia decretum Sayſiniæ, inciſio arborum, aliaque in partibus deindè peracta, geſta fuerunt tàm pen-
1 dente lite in Rota ex commiſſione ab ipſomet Io: Iacobo impetrata, & in actis reproducta cum decreto ſolitæ citationis cum inhibitione, quod extunc reſpectu impetrantis litem induxit
2 ad effectum, vt quidquid poſteà geſtum fuit, attentatum dicatur *Staffil. de Signat. liter. Iuſt.* §. *bis igitur generaliter congeſtis num.* 15. *Parif. conſ.* 81. *numer.* 1. *lib.* 4. *Rot. deciſ.* 6. *vt lit. pend. in nou. Caſſad. deciſ.* 6. *num.* 3. *ſuper regul. Mohed. deciſ.* 1. *num.* 1. *de cauſ. poſſ. & prop. Card. Cunal. deciſ.* 658. *num.* 2. *&* 5. *in Roſſanen. Decimarum* 28. *Nouembr.* 1639. *coram* R. P. D. *meo Bichio* §. *pendentia verò verſ. quod ex nunc*, & admiſſum fuit in *Ianuen. Pecuniaria, ſeu prætenſorum Attentatorum* 20. *Aprilis* 1640. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano ſub* §. *non obſtat, quod prædicti verſ. nam licet*, quam poſt expeditam Rotalem
3 inhibitionem, quæ non minus inhibitum, quam obtinentem afficit, vt in puncto dictum fuit *in Romana fideicommiſſi, ſeu Attentatorum* 27. *Maij* 1647. *coram bon. mem. Arguelles* §. *Præſertim & relata d. deciſ.* 6. *Caſad. ſuper regul.* diſtinguendo
4 inter inhibitionem, (prout hic) iudicialiter conceſſam in cauſa litigioſa, & iam inſtructa, & ſimplicem inhibitionem, ſeù prouiſionem extraiudicialem habentem ſolam vim ſequeſtri admittit *Rota in Ianuen. fructuum dotis* 8. *Febr. eiuſdem anni* 1647. *coram me* §. *Nec ſubſiſtit iuncto* §. *ſequen.*

Nec dicatur litem in Rota introductam non comprehendiſſe d. Syluam, quia contrarium conſtat ex poſitionibus ab eodem Io. Iacobo coram d. Officiali Leodien. primo Iudice exhibitis, in quibus in ſpecie narrauit, Catherinam exceſſiſſe in inciſione Arborum d. Syluæ, & ex eius iudiciali comparitione *d Summ. num.* 3. qua-
5 propter appellatio deinde ab eodem inter poſita, & Rotæ commiſſa, ad eam deuoluit cognitionem etiam ſuper d. ſylua in proceſſu deducta, quamuis in ſententia ſpecialiter non nominata *l. eos la prima in prine. C. de appell. Rota in Ianuen. attentatorum* 26. *martij* 1604. *coram Card. Sacrato apud Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *fol.* 64. *ſub numer.* 3. *verſ. & ad hoc* præſertim ob clauſulas
6 ampliſſimas cum omnibus annexis, connexis, totoque negocio principali, ac quam, & quas in d. commiſſione adiectas translatiuas ad Iudicem appellationis cognitionem omnium a Iure principali dependendentium, quamuis ad ſpeciem deducta non fuerint. *Caſſad. deciſ.* 9. *num.* 13. *de cauſ. poſſ. & propr. Rota in recen. deciſ.* 342. *num.* 2. *part.* 1. *in Barchinonen. Iuriſdict.* 18. *Iunij* 1640. §. *nec releuare coram Card. Panzirolo in Calaritana Attentatorum* 28. *Aprilis* 1651. §. 1. *in fin. coram R. P. D. meo Bichio & in Colonien Vicariæ* 24. *Ianuarij* 1653. §. *neque ſubſiſtere verſ. Idquè magis coram R. p. d. meo Meltio.*

Non obſtante prætextu continnationis poſ-
7 ſeſſionis; quia non prodeſt quando (prout hic) continuatio facta fuit mediante facto Iudicis, vt dictum fuit in *Bonon. Bonorum* 17. *Martij* 1649. *coram R. P. D. meo Bichio in Illerden. Decimarum* 28. *Iunij eiuſdem anni coram Eminentiſſ. D. Cardinali Ottobono In Cathacen. Hæreditatis* 1. *Febr.* 1651. *& in Roſſanen. Iuriſpatronatus* 10. *Febr.* 1653. *coram me.*

Firmatis itaque attentatis, conſequens eſt; vt ſint reuocanda, & pro illorum reuocatione
8 concedenda Manutentio Catherinæ iuxtà *deciſ. Card. Seraph.* 1176. *numer.* 6. quam continuò ſequuta fuit *Rota* & ſignanter in recen. *deciſ.* 507. *num.*

Digitized by Google

numer. 2. verſ. & ità Petrus part. 4. in Iannen. Parochialis 10. Decembris 1647. & in Auenionen. hæreditatis 10. Iunij 1648. coram R.P.D. meo Veroſpiu & priùs in Baren. ſeu Nullius Pecuniaria 24. Ianuarij 1646. §. Quia dum A.C. & in Melenitana Parochialis 31. Iulij 1651. §. 1. coram me. Probat enim ſuam poſſeſſionem nedum ex priuata atteſtatione ejus operariorum relata in d. *Sum. num.* 16. ſed etiam ex propria confeſſione ipſiuſmet collitigantis ſuprà memorata, quæ exuberat. *Rota poſt 2. vol. conſ. Farin. deciſ. 247. ſub num. 2. cum cæteris allegatis à modern. Peruſ. de manut. obſeru. 23. num. 14.*

Et ità vnica tantum &c.

CALAGVRITANA BENEFICII de Lanciego

Mercurij 3. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Conſtitutio Clem. VIII. edita ſuper Beneficijs Calaguritanis, præſcribit in eorum adiudicatione præferendum eſſe digniorem: dignior autem eſt ætate ſenior; Sacerdos reſpectu Clerici, licet Beneficium ordinem Sacerdotalem non requirat: Approbatus ab Ordinario ad audiendas fidelium confeſſiones per totam diœceſim, & denique pauperior inter concurrentes, & quid ſi alter fuerit ab Ordinario inſtitutus, & an ſemper inſtituto aſſiſtat Iudicium Ordinarij. Regula de Triennali ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Clem. VIII. edita ſuper Beneficijs Calaguritanis mandat in illorum adiudicatione præferri digniorem.*

2 *Dignior ad effectum obtinendi prælationem in adiudicatione Beneficij dicitur ætate Senior.*

3 *Sacerdos concurrens cum Clerico in adiudicatione Beneficij ſemper præfertur, licet Beneficium ordinem Sacerdotalem non requirat.*

4 *Dignior dicitur pro reportanda adiudicatione Beneficij, qui fuit ab Ordinario approbatus ad audiendas fidelium Confeſſiones per totam Diœceſim, & iſta qualitas alijs potentior exiſtimatur.*

5 *Paupertas quando de cæteris qualitates colliti-gantium ſunt pares, vel pauperis præpollentes ſemper tribuit prælationem in adiudicatione Beneficij.*

6 *Ordinarius quando ex ſe confert Beneficium, tunc præſumptio Iuris ſtat pro illius Iudicio, ſecùs quando ad præſentationem aliorum, quorum voluntatem ſequi tenetur.*

7 *Regula de Triennali non intrat, quando poſſeſſio non fuit pacifica, & ab ea fuit appellatum.*

8 *Effectus turbatiuus reſultans ex appellatione, & lite Iudiciali, continuo durat, donec iſta terminet, vel per ſententiam ſuper deſertione, vel per rem iudicatam.*

9 *Secus in effectu turbatiuo ex moleſtijs extraiudicialibus reſultante.*

DECISIO CCCCLVIII.

Beneficium controuerſum dimidium nuncupatum vacans in Eccleſia Parochiali Oppidi de
Lanciego cēſuerunt Domini adiudicandum eſſe
Martino de Vgalde informanti; quia præter qualitates naturalitatis, & Patrimonialitatis requiſitas à Conſtitutione *Clementis VIII.* ſuper huiuſ-
1 modi Beneficijs Calaguritañ edita digniorem ſe
oſtendit, Ideò in concurſu Ioannis de Mendieta
collitigantis eſt præferendus iuxtà præſcriptum
dictæ Conſtitutionis, quam comprobauit *Rota* pluribus deciſionibus Calaguritanis, & ſignanter *in Beneficij della Caſa della Reina 27. Martij 1648. coram Reuerendiſſimo Terracinen. In alia Beneficij 27. Nouembris eiuſdem anni, & in alia ſimili 15. Ianuarij 1652 coram R. p. d. meo Bichio, ac in Beneficij de Lequiſitio 23. Maij 1653. coram R. p. d. meo Celſo & in Beneficij de Herze 16. Martij proximi præteriti coram* Reuerendiſſimo *D. meo Decano* & alibi paſſim.

Oſtendit ſiquidem ſe eſſe digniorem. Primo
2 quià eſt ætate Senior; Iſta enim qualitas pro obtinenda Prælatione ex *Bald. conſ. 167. in fin. verſ. & in dubio lib. 4. & Gutier. conſ. 2. num. 27.* ponderata fuit *in Calaguritana Beneficij de Cornago 28. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbob. in Beneficij de Lumbreras 18. Martij 1652. §. hinc reſultat & in alia Beneficij 10. Aprilis eiuſdem anni §. maiores autem coram R. p. d. meo Meltio.*

Secundò quià eſt Sacerdos, Ioannes verò ſimplex Clericus; Sacerdos enim concurrens, cum
3 alio, hac qualitate carente in adiudicatione Beneficij ſemper præfertur, licet Beneficium ordinem Sacerdotalem nō requirat; nam ſemper eſt verum, quod ille ſit dignior ratione ordinis Præsbyteratus, vt in dicta *Beneficij de la Caſa della Reina coram* Reuerendiſſimo *Terracinen. §. quod autem. In alia Beneficij 20. Nouembris 1648. coram R.p.d. meo Peutingerio in principio & in d. Benef. de Lumbreras coram R. p. d. meo Meltio §. quod autem.*

4 Tertiò quia fuit approbatus ab Ordinario ad audiendas fidelium Confeſſiones per totam Diœceſim Calaguritanam, quod non ſolet committi, niſi viris doctrina, & probitate proſtantibus, & ſic iſta qualitas potentior alijs habetur pro reportanda adiudicatione, vt alijs relatis dictum fuit in *Beneficij de Niena 28. Aprilis 1651. in Beneficij de Bilbao 28. Iunij eiuſdem anni coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono, & in dicta Beneficij 10. Aprilis 1652. coram R. P. D. meo Meltio §. fauet præterea.*

Quartò, Deniquè quià eſt pauper eius *Sum-*
5 *mario num. 5.* Paupertas enim quando de cætero qualitates collitigantium ſunt pares, vel Pauperis præpollentes ſemper tribuit prælationem Iuxtà diſtinctionem firmatam in *Calaguritana Beneficij de Auſejo 27. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Bichio §. final.*

Non obſtat, quòd Ioanni aſſiſtat Iudicium Ordinarij, qui illum inſtituit.

Quià obiectum procedit quando Ordinarius ex
6 ſe confert, ſecùs quando ad præſentationem aliorum, & tenetur ſequi illorum voluntatem, hoc enim caſu ceſſat præſumptio, quæ aliàs Iudicio Ordinarij aſſiſtere ſolet, *Card. Seraph. deciſ. 968. num. 1. in fin. Rot. in Calaguritana Beneficij de Ocon. 15. Decembris 1649. coram bo: me. Arguelles, & 13. Ianuarij 1653. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, §. Non obſtat quòd ordinarius, & in Beneficij de Murillo 14 Febraarij eiuſdem anni coram R.P.D. meo Albergato §. Quòd Petrus,*

Nec dicatur Ioannem eſſe triennalem poſſeſſorem; Quià cum ab eius Inſtitutione ſtatim
7 fuerit appellatum *dicto Summar. num. 8.* poſſeſſio non fuit pacifica; Ideoque non intrat Regula de Triennali vt alijs relatis dictum fuit in *Calaguritana Beneficij de Vinſilla 1. Iulij 1652. §. Non obſtat Triennalis, & in Anglonen. Archipresbyteratus 24. Aprilis præteriti ſub §. 1. coram R. P. D. meo Alber-*
8 *gato*; effectus enim turbatiuus ex dicta appellatione, ac lite Iudiciali reſultans continuo durat,

donec

Digitized by Google

donec iſta terminet, vel per rem iudicatam, vel
per ſententiam ſuper deſertione, vt diſtinguendo
9 inter litem Iudicialem, & moleſtias extraiudi-
ciales reſponſum fuit in *Calaguritana Beneficij
S. Ioannis de Molinar 29. Maij 1652 coram me §. vl-
timo comprobata in dicta Anglonen. Archipresbyteratus
§. nec ex eo.*

Et ità vnica tantùm &c.

CATHACEN. BENEFICIORVM.

Lunæ 8. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Gratia Apoſtolica dùm eſt in omnibus iuſtificata venit exequenda, & ex quibus Vacatio per obitum, Clericatus, & habilitas impetrantis, Valor per non exceſſum, & denique quod Beneficium ſit ſine Cura, ſatis dicatur iuſtificatum? Vnio Beneficiorum non probatur ex publica voce, & fama, ſed vel Immemorabilis requiritur, vel quadragenaria cum Titulo, & qualiter probetur Immemorabilis?

SVMMARIVM.

1 *Gratia Apoſtolica dum eſt in omnibus iuſtificata venit exequenda.*

2 *Vacatio Beneficij per obitum vltimi poſſeſſoris in menſe reſeruato Sedi Apoſtolicæ iuſtificatur ex partita libri Defunctorum Eccleſiæ Parochialis.*

3 *Confeſſio Collitigantis emiſſa in precibus ab eo porrectis ſufficit contra eum ad probandam Vacationem per obitum in menſe reſeruato.*

4 *Clericatus probatur ex literis patentibus.*

5 *Clericatus de quo Papa teſtatur in Literis Prouiſionis, non eget alia iuſtificatione, cum literæ in ea parte dicantur in forma gratioſa.*

6 *Beneficium in dubio præſumitur ſimplex, & ſine reſidentia.*

7 *Valor narratus per non exceſſum iuſtificatur ex ſemi plena probatione.*

8 *Petitio nunquam attenditur, ſed conceſſio.*

9 *Conceſſio ſtrictior petitione, demonſtrat noluiſſe concedentem, quæ non expreſſit concedere, licet fuerint petita.*

10 *Teſtes ad probandam Immemorabilem non ſufficiunt quod deponant de auditu, ſed debent de ea deponere cum requiſitis per gloſſ in cap. 1. de Reſcript. num. 6.*

11 *Vnio beneficij vt dicatur iuſtificata probari debet Immemorabilis, niſi concurrat quadragenaria cum Titulo, & bona fide.*

12 *Vnio probari non poteſt per publicam vocem, & famam, ſed vel per Immemorabilem, vel per quadregenariam cum titulo.*

13 *Petens vnionem Beneficiorum concludit non adeſſe aliam vnionem præcedentem, & magis antiquam, quia ille non petijſſet Beneficia vniri, ſi iam fuiſſent vnita.*

14 *Petens Immitti fatetur ſe non poſſidere.*

15 *Status collatiuus excludit Vnionem Beneficij, & ſufficit prò Iuſtificatione Prouiſionis Apoſtolicæ reiecta ad aliam inſpectionē pleniori vnionis cognitione.*

DECISIO CCCCLIX.

GRatiam Prouiſionis Apoſtolicæ de Beneficijs
S. Catharinæ *della Rocca Falluta*, & Sancti
Gregorij Caſalis *dell' Albi* Cathacen. Diœceſis à
Ioſepho Anania impetratæ viſum fuit in omni-
1 bus eſſe iuſtificatam, & ſic exequendam *cap. Si
Capitulo, ibique gloſſ. verb. Exequatur de conceſſ.
præben. in 6. cap. ſi quando de Reſcript.*

Vacatio enim Beneficiorum per obitum vltimi
2 poſſeſſoris Menſe Iulij 1651. Sedi Apoſtolicæ re-
ſeruato concludenter iuſtificatur ex partita libri
Defunctorum Eccleſiæ Parochialis, ex teſtibus
3 coram Executore formiter examinatis, atquè ex
propria Confeſſione Canonicorum Collitigan-
tium emiſſa in precibus ab ijſdem Epiſcopo
porrectis, *Summario Ananiæ num.* 4. quàm contrà
confitentesj ſufficere adhuc effectum reſpondit *Ro-
ta coram Card. Mantica deciſ. 132. num. 1. in Bonon.
Archipresbyteratus 23. Martij 1648. coram Eminen-
tiſſimo D. Card. Corrado §. Namque fuerunt, & in
Aretina Plebaniæ 6. Februarij proximi præteriti co-
ram me §. Probatur ſiquidem.*

Clericatus, & habilitas Impetrantis prætet-
4 quod ex literis patentibus, & ex alia Confeſſio-
ne eorundem Canonicorum concluduntur, pro-
5 batione non egent, quià de his teſtatur S.D.N. in
literis dictæ Prouiſionis, quæ in hac parte ſunt
in forma gratioſa, vt dictum fuit in *Barchino-
nen. Parochialis de Palax* 20. *Iunij* 1650. *coram
R P.D. meo Albergato §. Quòd verò.*

Quòd Beneficia controuerſa ſint ſine Cura,
& perſonalem reſidentiam non requirant, taſſi
pariter fuerunt ijdem Canonici Collitigantes
6 *dicto Summar. num.* 5. ſufficitque Iuris præſum-
ptio, ex qua Beneficium in dubio præſumitur
ſimplex, & ſine reſidentia, vt dixit *Rota coram
Card. Canal. deciſ. 55, num. 5. deciſ. 315. num. 3. &
deciſ. 517. num. 8. coram Durano deciſ. 433. num. 9.
& in recent. deciſ. 86. num. 2. par. 1. deciſ. 564.
num. 8. & deciſ. 567. num. 21. par. 5. & deciſ. 583.
num. 9. par. 8.*

Valor deniquè per non exceſſum expoſitus in
Ducat. 24. Auri de Camera per duos Teſtes co-
ram dicto Executore examinatos ex certa ſcien-
tia, & facto proprio deponentes, optimè com-
7 probatur *dicto Summ. num. 6.* Cum tamen pro ſimi-
li narratiua iuſtifican. ſemiplena probatio ſatis
ſit ex tradit in *Bonon. Abbatia 3. Iulij 1645. coram
bon. mem. Arguelles §. valor expreſſus In Calaguritana
Præſtimonij 10. Maij 1649 coram Eminentiſſimo
D. Cardinali Otthobono §. Probatur verſ. valor enim
in Burgen. Beneficiorum 31. Ianuarij 1652. coram
R. P.D. meo Celſu §. ex ijſdem circa finem, & priùs
in Ferrarien. Archidiaconatus 20. Aprilis 1646. coram
me §. valor per non exceſſum.*

Nec obſtat allegatæ vnionis exceptio: Aut
enim deducitur ex Sententia ab Ordinario lata
de anno 1593. & licèt in ea enumerentur alia
decem Beneficia, non tamen comprehendit con-
trouerſa *dicto Summar. ſub num. 7.* Nihil refragan-
te, quòd petitio porrecta pro obtinenda dicta
vnione, de his quoquè loquatur, quià non atten-
8 ditur quid petitum, ſed quid conceſſum, Imò
9 conceſſio ſtrictior petitione demonſtrat noluiſſe
concedentem, quæ non expreſſit concedere, li-
cèt fuerint petita, *ad text. in cap. nonne de præ-
ſumpt. in l. Inter ſtipulantem §. ſi ſtipulante ff. de
verbor. oblig. in l. Maritus in fin. C. de procurat. &
in §. Quoties Inſtit. de Inutil. ſtipulat. gloſſ. in §. Præ-
tereà verb. non reſpondeat Inſt. eodem Soccin. Sen.
conſil. 131. ſub num. 9. verſ. Imò videtur lib. 1.
Card. Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 10. num. 16.
Rota in ſimilibus terminis, in Romana Attentorum
22. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio §. Igitur
reſcriptum.*

Aut verò prætenditur antiquiſſima per Teſtes,
vt dicitur, comprobata, & ſatis eſt reſpondere,
quòd dd. Teſtes ad hunc effectum relati in *Sum-
mario Capituli, & Canonicorum ſub num. 2. & ſeqq.*

Digitized by Google

ſolùm deponunt de auditu, nec teſtificantur de
10 Immemorabili, cum requiſitis per *gloſſ. in c. 1. de*
11 *reſcript. in 6.* vt neceſſarium eſt ad ſimilem pro-
bationem vnionis, niſi concurrat quadragenaria
cum titulo, & bona fide: *Oldrad. conſil. 296 nu-
mer. 3. Falin conſ. 2. num. 2. 3. & 11. Rebuff. in praxi
tit. de vnion. benefic. numer. 35.* Rot. *deciſ. 9. & 10.
per tot. de Reb. Eccleſ. non alienan. in antiqu. coram
Pen. deciſ. 562. num. 10.* vbi quòd vnio probari
12 non poteſt per publicam vocem, & famam,
ſed vel per immemorabilem, vel per quadrage-
nariam cum titulo *coram bon. mem. Coccino deciſ.
235. num. 2. & 3. in recent. deciſ. 448. num. 15.
par. 8. & in Eccleſien. Vnionis 26. Iunij 1648. §. quo-
niam, & 26. Aprilis 1652. ſub §. 1. verſ. Itaut ad
ipſum effectū coram* Reuerendiſſimo *Domino meo De-
cano.*

Cumque dicto Anno 1593. Canonici Colliti-
gantes petierint horum Beneficiorum Vnionem,
13 quæ conceſſa non fuit, exindè prorſus excludi-
tur prætenſio antecedentis magis antiquæ, quià
illi tunc non petijſſent dicta Beneficia vniri, ſi
14 iàm fuiſſent vnita, ad inſtar illius, qui petens
immitti fatetur ſe non poſſidere, vt dixit Rota
*apud Modern. Mantuan. de manut. deciſ. 119.
num. 3. & deciſ. 182. pariter num. 3. & faciunt ad-
ducta in Aceruen. Vicarij 1. Iulij 1652. coram R. P. D.
meo Bichio.*

Cæterum dùm vltimus ſtatus Beneficiorum,
15 de quibus agitur, eſt collatiuus, vt admittunt
Informantes pro Capitulo, & ſic vnionis exclu-
ſiuus, *Gregor. deciſ. 77. num. 3.* hoc ſufficit pro
Iuſtificatione Prouiſionis Apoſtolicæ reiecta ad
aliam Inſpectionem pleniori vnionis cognitione,
vt reſponſum fuit in *Celſonen. Parochialis de Ber-
reda 1. Iulij 1643. coram R. P. D. meo Pentingerio
§. Igitur in vnione, In Gerunden. Prioratus 14. Iu-
nij 1645. §. Contrarium verò, In Hiſpalen. Beneficij
24. Ianuarij 1650. §. Vndiquè igitur, & in Vicen.
Parochialis 20. Iunij eiuſdem anni ſub §. Vnionis
autem, & 20. Martij 1651. §. final. coram R. P. D.
meo Bichio.*

Et ità vtraquè &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE Druſolinis.

Ven. 12. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta de aliquo, & eius filijs, licèt regulariter reſpectu filiorum intellagitur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per ſolam vulgarem non autem per fideicommiſſariam, hoc tamen non procedit, quando Teſtator ſub vnica Periodo, & Oratione ſubſtitutionem de omnibus ſub commemoratione mortis concepit, per verba futuri temporis, ſed dumtaxat vbi verba habentia tractum temporis ſucceſſiuum ſunt ad Perſonam Patris reſtricta, & quando inter omnes collectiuè vocatos cenſeatur inducta reciproca ſubſtitutio? Monaſterium non ſuccedit loco filij, quando Teſtator vocauit filios legitimos, & naturales.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca non reſtringitur ad ſolos hæredes inſtitutos, ſed extenditur, & comprehendit etiam ipſarum filios ſub eadem oratione, & contextualiter vocatos.*

2 *Verbum,* quos, *eſt relatiuum, & de ſuì natura refert omnes perſonas proximas in diſpoſitione nominatas, habetque vim expreſſionis propriorum nominum, perindè ac ſi Teſtator ſingulos nominaſſet.*

3 *Subſtituto fit locus per mortem illius, cui fuit expreſſè ſubſtitutus.*

4 *Subſtitutio facta de aliquo, & eius filijs, regulariter reſpectu filiorum intelligitur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per ſolam vulgarem.*

5 *Declara hoc non procedere, ſi Teſtator in vnica Periodo, & Oratione tam reſpectu Patris, quàm filiorum ſubſtitutionem concepit per verba futuri, & ſucceſſiui temporis, compendioſam ſubſtitutionem importantia.*

6 *Subſtitutio facta alicui, quandocunque deceſſerit dicitur compendioſa.*

7 *Subſtitutus per ſubſtitutionem compendioſam cenſetur vocatus nedum per Vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam.*

8 *Subſtitutio Fideicommiſſaria continetur in compendioſa.*

9 *Verba habentia tractum temporis ſucceſſiuum dum ſunt reſtricta ad perſonam Patris, non important fideicommiſſariam ſubſtitutionem reſpectu filiorum.*

10 *Secus tamen eſt quando verba prædicta etiam filios comprehendunt, tanquam vocatos in eadem oratione, & periodo.*

11 *Subſtitutio antecedens dum continet vulgarem, & fideicommiſſariam ita pari modo ſubſequens ſi ſit facta relatiuè ad præcedentem.*

12 *Verba,* ſimili modo, *relatiua ſunt, & repetitiua omnium qualitatum in ſuperiori diſpoſitione expreſſarum.*

13 *Subſtitutus poſtquam omnes vocati ſiuè filij deceſſerint cum dictione reſtrectiua,* Tunc, & eo caſu &c. *antequam admittatur, in omnibus conditia debet adimpleri, & filij vnius ex vocatis illum excludunt.*

14 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria perneceſſe cenſetur inducta inter omnes vocatos, quoties omnes in totum debent excludere ſubſtitutum.*

15 *Monaſterium non ſuccedit loco filij, quando fuerunt vocati legitimi, & naturales.*

16 *Verba* legitimos, & naturales, *deſignant ſolos filias natos per naturam fuiſſe in ſubſtitutione vocatos.*

17 *Fideicommiſſario, vel habenti cauſam ab eo competit Immiſſio ſuper bonis fideicommiſſo ſubrogatis non ſecus ac competeret ſuper bonis à Teſtatore poſſeſſis.*

DECISIO CCCCLX.

ANdreas Druſolinus inſtituto ſibi vniuerſali hærede Laurentio filio, ei quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus decedenti (ſunt verba teſtamenti) *Subſtituit dictas Agatam, & Magdalenam eius filias legitimas, & naturales, Ipſarumque filios, & filias legitimas, & naturales, tam maſculos, quàm fœminas æquis portionibus in ſtirpes, & non in capita, quos ſimili modo alterum alteri ſubſtituit &c.* Defuncto Teſtatore obijt Laurentius ſine filijs, Magdalena verò profeſſionem emiſit in Monaſterio Sancti Siluestri de Capite; Cumque ex Agata ſuperextiterit Eliſabetha filia, hæc, ac deindè Valerius de Cocchis, & Conſortes ex illius perſona vigore prædicti fideicommiſſi Immiſſionem petierunt in poſſeſſionem Hoſpitij de quo agitur, quàm illis concedendam eſſe Domini dixerunt, niſi obſtet Retentio à Monialibus Colligantibus obiecta, de qua particulariter videri mandarunt.

Teſtator enim, decedente dicto Laurentio filio

Digitized by Google

lio quandocunque ſine filijs diſpoſitiuè vocauit.
nedum Agatam, & Magdalenam proprias filias,
ſed etiàm ipſarum filios, & filias, ac alterum
alteri ſubſtituit, vt oſtendit relata Teſtamenti
lectura, de quo latiùs in *Summar. Impreſſo illo-*
1 *rum de Cocchis num. 1.* & ſic in verbis adeſt ex-
preſſa Reciproca ſubſtitutio, quæ reſtringi non
poteſt inter ſolas Magdalenam, & Agatam, ſed
extenditur etiam, atquè comprehendit ipſarum
filios ſub eadem Oratione, & contextualiter vo-
catos ad *text. in l. & hæredi §. Qui diſcretas iuncto*
§. ſeq ff de vulgar. & pupillar. Alexan. conſil. 66.
num. 1. cum ſeqq. lib. 2. Soccin. Inn. conſil. 78. nu-
mer. 24. & 25. lib. 3. Laderch. conſil. 72. num. 13.
& ſeqq. Curt. Iun. conſil. 11. num. 5. lib. 1. Menoch.
lib. 4. præſumpt. 59. num 11. Peregrin. de fideicom.
art. 12. num. 75. Rot. in recent. deciſ. 361. ſub num. 9.
2 *par. prima*; Ponderando præſertim relatiuum il-
lud, *quos*, ibi: *Quos ſimili modo &c.* quod de ſui
natura refert omnes perſonas proximè in diſpoſi-
tione nominatas *l. à filio §. Teſtator, & §. Titius*
decedens, ff. de alim. & cibar. legat. Bero. conſ. 66.
num. 14. & 15. lib. 2. Surd. conſil. 336. num. 18. &
conſil. 352. num. 22. habetque vim expreſſionis
propriorum nominum copulatiuè, & coniunctim,
perindè ac ſi Teſtator quoad ſingulos appellatiuè
reciprocam expreſſiſſet ad *tradit per Rip. in l. 1.*
num. 196. verſ. ſed iſta Concluſio ibique Alciat. n. 87.
ff. de vulgar. & pupillar. cum alijs per Gratian. di-
ſceptat. 465. num. 70. & 72.

Atquè ideò ſubſtitutio purificata fuit ad fauo-
3 rem Eliſabeth filiæ Agatæ ſuperextantis, tàm
reſpectu portionis maternæ, quàm Magdalenæ
Monialis, cui expreſsè fuit reciprocè ſubſtituta
l. Lucius vbi Bart. cæterique ſcribentes ff. de vulgar.
& pupillar. l. 2. C. de Impuber. & alijs ſubſtit. Card.
Canal. deciſ. 167. numer. 3. & 4.

Non obſtat quòd regulariter ſubſtitutio facta
4 de aliquo, & eius filijs, reſpectu filiorum intelli-
gatur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per
ſolam vulgarem ex *gloſſ. & DD. in l. Gallus §. Qui*
rectè ff. de liber. & poſthum. Card. Caual. deciſ. 496.
num. 4.

Quia cum in caſu noſtro Andreas Teſtator
5 ſub vnica periodo, & oratione, tàm reſpectu
Agatæ, & Magdalenæ, quàm principaliter re-
ſpectu ipſarum filiorum ſubſtitutionem de om-
nibus ſub commemoratione mortis conceperit
per verba futuri, & ſucceſſiui temporis, ibi: *Cui*
Laurentio quãdocunq; ſine filijs legitimis, & naturalibus
decedenti ſubſtituit dictas Agatam, & Magdalenam
6 *&c. ipſarumque filios &c.* Quę compendioſa eſt.
gloſſ. & DD. in cap. 1. de teſtam. in 6. Gionzan.
conſil. 74. num. 26. & 27. lib. 1. Rot. deciſ. 656.
num. 2 par. 4. deciſ. 157. num 1. & deciſ. 579. nu 7.
7 *par. 9. recent.* Vtiquè tàm Agata, & Magdale-
na, quàm ipſarum filij æqualiter cenſentur vo-
8 cati, nedùm per vulgarem, ſed etiam per Fidei-
commiſſariam, quæ ſub compendioſa contine-
tur, *DD. communiter in l. Centurio ff. de vulgar. &*
pupillar. Anchar. in cap. ſi Pater num. 15. de te-
ſtam. Rota deciſ. 97. ſub num. 7. par. 4. recent. cum
cæteris allegatis *coram bon: mem: Merlino dec. 269.*
num. 1. & 2.

Et licèt vbicunque verba habentia tractum
9 temporis ſucceſſiuum restricta ſunt ad perſonam
Patris non important fideicommiſſariam reſpe-
ctu filiorum, in quibus terminis procedunt de-
ducta per *Rotam. coram Card. Caualer. deciſ. 496.*
10 *num* [illegible] *cum duobus ſeqq.* ſ[illegible] ſecus tamen eſt quando
P.. s 21

(prout hic) principaliter etiàm filios compre-
hendunt, vtpotè ſub eadem Oratione, & con-
textualiter vocatos, hoc enim caſu ipſorum vo-
catio non reſtringitur ad ſolam vulgarem, ſed
continet etiàm Fideicommiſſariam, vt decla-
rant *Cuman. in l. Cum ita §. In fideicomm. num. 4.*
ff. de legat. 2. Iaſ. in l. ſi quis hæredem num. 10. C. de
Inſtit. & ſubſt. Curt. Iun. conſil. 48. num 4. 5. & 6.
Soccin. Iun. conſil. 136 num. 18. lib. 3. Cephal. con-
ſil. 353. num. 59 verſ. Tertius eſt Caſus. Menoch.
conſil. 85. num. 54. & 67. & lib. 4. præſumpt. 71.
num. 35. Simon de Pret. de Interpret. vltim. volun.
lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. ſol. 9. num. 6. ſol. 280.
à tergo, & dubit. 4. ſolut. 2. numer. 15. verſ. Praci-
puum hoc vnum ſol. 333. pariter à tergo, Peregrin. de
fideic. art. 19. num. 7. & optimè Rota in Romana
fideicommiſſi de Vrſinis 9. Maij 1611. coram bon. me.
Pirouano in recent. deciſ. 320. part. prima repetit.
deciſ. 344. par. 2. per tot. & ſignanter num. 4. cum
ſeqq.

Indeq; ſicut ipſa prima ſubſtitutio vti comple-
11 ctens vulgarem, & Fideicommiſſariam plura
tempora continet tàm ante, quàm poſt aditam
hæreditatem, vt tradunt *DD. in dicta l. Centurio*
ff. de vulgar. & pupillar. Ità pari modo Reciproca
ſubſequenter adiecta quoad omnes fideicommiſ-
ſariam importat, & vtrumquè continet tempus
attentis verbis quibus concepta fuit, ibi: *Quos*
12 *ſimili modo alterum alteri ſubſtituit &c.* quæ relati-
ua ſunt, & repetitiua omnium qualitatum in ſu-
periori ſubſtitutione expreſſarum. *Alciat conſil.*
531. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Ruin. conſil. 169. nu. 3.
lib. 4. & ſeqq. Modern. Mantuan. contr 70. nu. 4.
Gratian. diſcept. 769. numer. 40. Card. Caual. de-
ciſ. 162 num. 2. Rot. in Auximana fideicommiſſi 22.
Martij 1638. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano
§. Idquè confirmatur.

Eo magis quià vltimo loco ſubſtituti fuerunt
pro medietate hæreditatis Cippus Domus Teſta-
toris, & pro alia medietate Societas Sanctiſſimæ
Trinitatis Vrbis, ſi Laurentius, Agata, & Mag-
dalena omnes morerentur ſine filijs, ibi; *Et caſu*
quo prædicti Laurentius, Agata, & Magdalena om-
nes morerentur ſine filijs legitimis, & naturalibus,
tunc, & eo caſu ſubſtituit eis &c. pro medietate &c.
13 Cum enim propterà filij vnius ex vocatis exclu-
dant ſubſtitutum in totum, ex quo ob illud no-
men collectiuum *omnes*, & ſubſequentem dictio-
nem reſtrictiuam *tunc, & eo caſu* in omnibus con-
ditio adimpleri debet, vt ſubſtitutus admitti
poſſit *Ripa in l. hæredes mei. §. Cum ita num. 143.*
ff. ad Trebell. Rim. Iun. conſil. 412. num. 43. &
ſeq. lib. 4. Cephal. conſil. 166. nu. 21. & 22. lib. 2.
Honded. conſil. 65. num. 24. lib. 2. Peregr. conſil. 31.
num. 4. lib. 3. Simon de Pret. vbi ſupra dubit. 3.
ſol. 2. numer. 9. & 10. ſol. 310. Fuſar. de ſubſtit.
quaſt. 473. numer. 118. & 119. Modern. Mantuan.
14 *contr. 521. num. 23. 28. & 29.* Sequitur perne-
ceſſe, quòd inter omnes inducta fuerit reciproca
fideicommiſſaria, & ſic quòd filij vnius ſubſtitu-
ri ſint in portione Patruorum, eum alias non ex-
cluderent ſubſtitutum in totum iuxtà mentem
Teſtatoris, quæ præcipuè attendi debet vulg.
l. In Conditionibus ff. de condition. & demonſtrat.

Nec in propoſito Monaſterium S. Siluestri, in
15 quo Magdalena Profeſſionem emiſit, ſuccedere
poteſt loco filij, quià ipſi non conueniunt ver-
ba, *legitimos, & naturales*, quibus filiorum ſub-
16 ſtitutio concepta fuit, quæ propterea deſignant
ſolos filios natos per naturam, vt reprobat. *Ca-*

cenſuum aſſignatorum fuiſſe priùs ab ipſa, eiuſ-
que filijs extinctam, vt deducitur in *d. 2. deciſ.
5. ceſſare etiam*. Secundum verò euaneſcit, quia
quietantia reportata fuit etiam nomine Ludoui-
ci, ex quo (vt ibidem dicitur) eius intuitu, &
contemplatione Magnificus d. cenſum impoſue-
4 rat: cumque de cætero concordet tàm quantitas,
quam nomina impoſitoris, & emptoris ſatis ex-
inde reſultat identitatis iuſtificatio, & exclu-
5 ditur pluralitas, quæ nec in dubio præſumitur
*Bald. conſ. 344. ſub numer. 2. lib. 2. Aquin. conſ.
198. numer. 1. & 2. & conſ. 582. lib. 2. Surd. conſ.
80. numer. 13. & ſeq. Menoch. de arbitr. caſ. 21?.
num. 9. præſumpt. 15. numer. 6. & 7. lib. 6. Bu-
ratt. deciſ. 288. num. 1.*

Ex eo autem, quod d. partita eſt reformanda
in dd. ſcut. 3357. 73. inferri non poteſt, quod
pro reliquis ſcut. 4269. 7. æquiuoca remaneat
præſumptio d. ſecundæ deciſionis, & ſic exclu-
datur læſio plenas exigens probationes; quoniam
6 pro d. quantitate, quæ concludenter non iuſtifi-
catur prouenire ex capitalibus in cauſam d. legi-
timæ per Europam receptis, præſumptio, quod
proueniant ex proprietate fideicommiſſaria om-
ninò ſubſiſtens, & firma remanet, quippe quæ
optimis nititur fundamentis, tàm tenuitatis fru-
ctuum, quàm propriæ confeſſionis ipſius Europę,
quod fuerant inueſtita, quæ in ſolo capitali cen-
ſuum fideicommiſſo ſubiectorum ex præcepto Te-
ſtatoris reinueſtiendo verificari poteſt; cumque
7 hodie amplius non allegetur læſio, nec agatur pro
reſciſſione tranſactionum, ſed ſolùm pro obſer-
uantia pacti ibidem appoſiti habendi rationem
ad fauorem fideicommiſſariorum de omnibus
in futurum detegendis non exigitur adeo plena
probatio, ex firmatis *in d. 2. deciſione §. vltimo*.
8 Præſertim dùm Feruli non exibent librum Bartel-
li, quem ad manus Europæ ipſorum Auctricis de-
ueniſſe ipſamet confeſſa fuit, & tanquam tutrix
cuſtodire tenebatur ratione officij, vt propterea
nec admittatur iuramentum, vt probant autho-
ritates allegatæ *in d. dec. 5. eoque facilius*, nullate-
9 nus ſubſiſtente, quòd huiuſmodi obligatio cuſto-
diendi extincta fuerit per dictas tranſactiones,
quia obiectum forſan procederet, ſi nihil ibidem
fuiſſet reſeruatum, in quibus terminis loquitur
Seraph. deciſ. 234. num. 1. alijque in contrarium
adducti, ſecus autem dum expreſsè reſeruatum
fuit quidquid ibi adnotatum non reperiretur, ſi-
gnum euidens, quòd partes intellexerunt, illum
ſemper eſſe cuſtodiendum, vt dignoſci poſſet quid
adnotatum, & quid omiſſum.

Et ità vtraque &c.

ASTORICEN. SEV NVLLIVS Iuriſdictionis.

Ven. 19. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Abbas, cui per Priuilegium Papæ fuit conceſſa iu-
riſdictio alicuius oppidi, illam poteſt exercere
priuatiuè quoad Epiſcopum licet oppidum ſit
intra fines illius Diœceſis, qui Abbas non poteſt
in præiudicium ſucceſſorum Iura Abbatiæ ex hu-
iuſmodi priuilegio competentia compromittere
abſque Beneplacito Apoſtolico, & per conſe-
quens laudum fauore Epiſcopi prolatum, non
afficit ſucceſſores Abbatiæ, & ex quibus huiuſ-
modi Beneplacitum probetur neque ſufficit præ-
ſumptum ex lapſu temporis, cum requiratur co-
pulatiuè obſeruantia dicti laudi, & quænam ob-
ſeruantia ſit ſufficiens, & quomodo probetur, &
quando priuilegium dicatur in forma probanti
productum, quamuis ſit tranſumptum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam de iure ſu-
per omnimoda Iuriſdictione in omnibus locis exi-
ſtentibus intra fines propriæ Diœceſis.*
2 *Epiſcopus, ſeu eius Vicarius explorare debet vo-
luntates Puellarum volentium ingredi Monaſte-
rium.*
3 *Amplia vt hoc habeat locum etiam in Monaſterijs
exemptis ab illius iuriſdictione.*
4 *Oppidum ſeparatum à Iuriſdictione Epiſcopi per
Priuilegium Papæ, & Abbati conceſſum, quam-
uis ſit intra limites eius Diœceſis, non dicitur am-
plius in Diœceſi, nec Diœceſis Epiſcopi.*
5 *Sed appellatur propria Diœceſis Abbatis.*
6 *Abbas, cui per priuilegium Papæ fuit conceſſa iu-
riſdictio alicuius Oppidi, ipſe ibidem dicitur Or-
dinarius, & Diœceſanus.*
7 *Abbas, cui per Priuilegium Papæ clauſula ſublata,
& decreto irritanti munitum fuit conceſſa iuriſ-
dictio alicuius Oppidi, poteſt ibi exercere omnes
actus iuriſdictionales priuatiuè quoad Epiſco-
pum.*
8 *Abbas non poteſt in præiudicium ſucceſſorum Iura
Abbatiæ competentia compromittere abſque Be-
neplacito Apoſtolico.*
9 *Beneplacitum Apoſtolicum dum fuit reſeruatum,
exindè clarè arguitur illud præcedenter non fuiſſe
conceſſum.*
10 *Beneplacitum Apoſtolicum ex lapſu temporis 30.
annorum non præſumitur, niſi concurrat obſer-
uantia.*
11 *Obſeruantia dum eſt minus remota ab actu celebrato,
non eſt attendenda, nec facit præſumere Bene-
placitum Apoſtolicum ex lapſu temporis.*
12 *Obſeruantia certitudinalis, & pacifica requiritur ad
præſumendum Beneplacitum Apoſtolicum ex lap-
ſu temporis 30. annorum.*
13 *Beneplacitum Apoſtolicum, vt præſumatur ex lapſu
30. annorum requiritur continuata, & ſucceſſi-
ua obſeruantia per dictum tempus.*
14 *Declara ab hac obſeruantia ſit detrahendum tempus
litis.*
15 *Scripturis potius credendum eſt, quam teſtibus.*
16 *Tranſumptum Priuilegij dum ſeruatis ſeruandis
fuit in actis productum, & ab altera parte nihil
de eo fuit oppoſitum plenam fidem meretur.*

DECISIO CCCCLXIII.

COnſtare de iuriſdictione Abbatis Villæ Fran-
chæ priuatiuè quoad Reuerendiſſimum Epi-
ſcopum Aſtoricen. propoſito particulari dubio
1 hodie Domini reſponderunt; quia licet Epiſco-
pus habeat intentionem fundatam in diſpoſitione
Iuris communis ſuper omnimoda iuriſdictione in
omnibus locis exiſtentibus intrà finem propriæ
Diœceſis *c. conquerente de offic. ordin. c. cum Epiſco-
pus eod. tit. in 6. c. conſtitutus de Relig. domib. c. om-
nes Baſilicæ 16 quæſt. 7.* & ſignanter ipſe, ſeù eius
2 Vicarius explorare debeat voluntates puellarum
volentium ingredi Monaſterium iuxtà diſpoſitio-
nem *Sac. San. Trident. Synod. ſeſſ. 25. c. 17. de Re-
3 gular.* quam habere locum etiam in Monaſterijs
exemptis tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. al-
leg. 100. num. 4. & de Iur. Eccleſ. lib. 1. c. 44. nu. 9.*
vbi refert plures declarationes Sac. Congregatio-
nis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sacri
Concilij Tridentini interpretum.

Nihilominus quia d. Abbas exhibuit ampliſ-
ſimum [illegible]

ſimum Priuilegium fel. rec. Clementis VII. anno
incarnationis Dominicæ 1533. 3. Kalend. Ianuarij,
ſuique Pontificatus anno 2. ipſius Anteceſſori con-
ceſſum, in quo d. Pontifex ſeparauit penitus Op-
pidum Villæ Franchæ, eiuſque Eccleſias, & ho-
mines à iuriſdictione Epiſcopi, & inhibendo nè
deſuper amplius ſe ingereret, eandemque Iuriſ-
dictionem omnimodè conceſſam Abbati præter
Sacrorum ordinum collationem eius Summ. num.
1. vtique dictum Oppidum exindè effectum fuit
4 Territorium ſeparatum, quamuis ſit intra limites
Diœceſis Aſtoricenſis, & non dicitur amplius in
Diœceſi, nec Diœceſis Epiſcopi gloſ. in Clem. pri-
mo §. volumus in verb. Diœceſanis ibique Card. num.
2. in 4. quæſt. Abb. num. 15. Imol. num. 28. & Vi-
talian. num. 4. de for. compet. Franc. in c. 2. §. ſtatu-
to num. 10. ad fin. verſ. ſed ſi per Priuilegium de
Conſtit. in 6. Rot. deciſ. 207. ſub num. 5. verſ. quæ
quidem par. 2. diuerſ. coram Card. Seraph. deciſ. 1273.
num. 4. & coram Martin. Andr. deciſ. 54. numer. 5.
5 ſed appellatur propria Diœceſis Abbatis. Anch.
in c. poſtulaſti num. 45. de for. comp. Gratian. diſcept.
for. cap. 212. num. 33. Rot. deciſ. 100. ſub num. 3.
apud Modern. de Iur. Abbat. & in Montis Caſſinen.
Iuriſdictionis 27. Martij 1651. coram R. p. d. meo
Bichio §. quapropter ipſe: ibidem dicitur ordina-
6 rius, & Diœceſanus iuxtà gloſſ. ſingularem in d.
Clem. 1. d. §. volumus d. verb. Diœceſanis Lotter. de
re benef. lib. 1. quæſt. 24. num. 127. & 132. Gratian.
d. cap. 212. num. 9. Modern. Carpen. Controuerſ. fo-
renſ. cap. 220. num. 71. lib. 2. cum alijs plenè al-
legatis in Auellina Iuriſdictionis 4. Iulij 1646. coram
Eminentiſſ. D. Card. Ottbobono §. quia cum in caſu,
7 atque ideò priuatiuè quoad alios omnes actus Iu-
riſdictionales ibi exercere poteſt, cum prædictum
Priuilegium clauſula ſublata, & decreto irri-
tanti munitum priuatiua iuriſdictio ipſi conceſſa
dicatur, vt aduertunt Garlinz. conſ. 142. num. 21.
& 22. Gratian. d. cap. 212. num. 112. & 113. Rot.
apud modern. de Iur. Abbat. deciſ. 117. num. 3. &
4. verſ. præterea tom. 3. & in dicta Montis Caſſinen.
Iuriſdictionis coram R. p. d. meo Bichio §. vlt. in fin.

Non obſtat laudum triennio poſt latum à Car-
dinali Quinencio, & alijs compromiſſarijs, quo
Iuriſdictio per dictum Priuilegium conceſſa re-
ſtricta, & moderata fuit.

Quia Abbas illius temporis non potuit in præ-
8 iudicio ſucceſſorum iura Abbatiæ ex dicto Priui-
legio competentia compromittere abſque Bene-
placito Sedis Apoſtolicæ c. veniens de tranſact. Vi-
talian. in Clem. 1. numer. 57. de offic. vicar. Calder.
conſ. 5. num. 1. de confeſſ. Caſtr. conſ. 336. num. 3.
lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 1278. num. 3. in recen. de-
ciſ. 480. num. 40. par. 1. in Rauen. exemptionis 22.
Iunij 1640. coram Reuerendiſſ. D. Salamantino. §.
quinimò cum alijs in puncto allegatis in Papien.
manutentionis 13. Martij præteriti coram R. p. d. meo
Peutingerio §. non obſtat laudum cum ſeqq.

Huiuſmodi Beneplacitum non probatur ex aſ-
ſertione dicti Cardinalis in illis verbis, ibi: &
ferendo ad dictum debitum effectum totum quod dictum
eſt per ſuam ſanctitatem Summ. Epiſcopi num. 9. ſiuè
quia non concludunt præcisè Beneplacitum Apo-
ſtolicum, ſiuè etiam quia illud non proceſſiſſe
9 concluditur ex lectura eiuſdem laudi, dum intrà
expreſſa legitur ipſius reſeruatio, ibi: relinquunt
in totum Beneplacitum ſuæ ſanctitatis: ex indè enim
clarè arguitur, illud præcedenter non fuiſſe con-
ceſſum, vt alijs allegatis dictum fuit in Aceruen.
Vicarij 1. Iulij 1651. coram R. p. d. meo Bichio &
in Cathacen. bonorum cor. me 8. currentis §. aut verò.

Minuſuè allegari poteſt præſumptum ex lapſu
10 temporis, quia copulatiuè requiritur obſeruan-
tia, vt reſpondit. Rota apud Pat. deciſ. 7. de præ-
ſumpt. coram bon. mem. Coccin. deciſ. 301. num. 2. &
3. in Peruſina Reintegrationis 3. Iunij 1 544. coram
Reuerendiſſimo Tarracauen. in Compoſtellana Paro-
chialis 10. Februarij 1645. coram R. p. d. meo Ve-
roſpio §. Quia cum ex titulo circa finem in eadem
Aceruen. Vicarij 10. Maij 1650. coram Eminentiſſi-
mo D. Card. Ottbobono §. final. & prius in Catetona
bonorum 10. Iunij 1648. §. præſumptio autem coram
me, ad quam probandam non ſufficiunt aliqui
actus Iuriſdictionales geſti ab Epiſcopo ab anno
1601. citrà; Tum quia hæc obſeruantia eſt nimis
11 remota à laudo lato per 80. ferè annos anteà, &
ſic non videtur attendenda, vt admiſit Rota in
Maioricen. Iuriſdictionis 8. Aprilis 1645. coram R.
p. d. meo Bichio §. 2. ſpecificè verſ. tum etiam quia, &
7. Martij 1636. corā Reuerendiſſ. Terracinen. rec. dec.
105. num. 9. & 10. part. 7. & in Barchinonen. Iu-
riſdictionis, cum de eodem tempore dentur alij
actus iuriſdictionales exerciti ab Abbate, & ſi-
gnanter circa ipſam explorationem voluntatis
Puellarum d. eius Summ. numer. 3. non poteſt ex
12 actibus allatis pro Epiſcopo adduci obſeruantia
certitudinalis, & pacifica, qualis ad hunc effe-
ctum requiritur, vt dixit. Rota in Auguſtana De-
cimarum 10. Iunij 1635. coram bon. mem. Cardinali
Macchiauello in recen. deciſ. 305. numer. 11. d. part.
7. cum alijs allegatis per add. ad Gregor. deciſ. 354.
ſub numer. 18. verſ. & etiam de huiuſmodi. Tùm
demum quia obſeruantia debet eſſe continuata,
13 & ſucceſſiua per 30. annos, vt dictum fuit in d.
Aceruen. Vicarij coram D. Cardinali Ottbobono dicto
§. vltimo in fin. in Romana Deuolutionis Domus 4.
Decembris 1651. coram D. meo Bichio §. final. & in
Comen. Funeralium 16 Martij proximi præteriti in fin.
14 coram me, & tamen à d. anno 1601. vſque ad
motam litem de anno 1615. cuius tempus eſt
ſubducen. Card. Seraph. deciſ. 1017. num. 13. non
ſunt elapſi 30. anni, vt patet.

Nec releuant Teſtes pro Epiſcopo examinati
deponentes, quòd ipſe ſolus exercuit iuriſdictio-
nem eius Summ. num. 11. quia contrarium proba-
15 tur ex ſcripturis pro Abbate ſupra recenſitis, qui-
bus magis eſt credendum, quàm teſtibus l. cenſus.
C. de probat. gloſ. in c. 30. loco verb. teſtium eod. tit.
Rot. dec. 64. num. 17. part. 5. recen. coram Duran.
dec. 131. nu. 3. cum cæteris congeſtis in Comen. Colle-
gij 15. Decemb. 1653. coram R. p. d. meo Priolo §.
quandoquidem, ponderando præſertim, quod Epi-
ſcopus aliquando petijt licentiam ab Abbate ex-
ercendi iuriſdictionem in hoc Oppido d. Summ.
Abbatis num. 4. quod clarius excludit veritatem
depoſitionis dd. teſtium.

Demum nec refert, quod d. Priuilegium Cle-
16 mentinum non ſit in forma probanti; quia cum
ſer. ſer. iudicialiter productum fuerit, & tunc tem-
poris pro parte Epiſcopi nihil oppoſitum, plenam
proinde fidem meretur, quamuis ſit tranſumptum,
vt dixit Rot. dec. 664. nu. 2. & 3. par. 3. recen. & in
Romana fideicom. 21. Iunij. 1652. cor. R. p. d. meo Ve-
roſpio §. vlt. Vltrà quod non videtur poſſe contro-
uerti ipſius exiſtentia, dùm de ipſo, eiuſque ſub-
ſtantia indiuidua mentio facta fuit in ſupradicto
laudo per Epiſcopum adducto, quod etiam exclu-
dit prætenſionem, quod illud non fuerit vſu rece-
ptum.

Et ità vtraque &c.

RO

Digitized by Google

cenſuum aſſignatorum fuiſſe priùs ab ipſa, eiuſque filijs extinctam, vt deducitur in *d. 2. deciſ. §. ceſſare etiam*. Secundum verò euaneſcit, quia quietantia reportata fuit etiam nomine Ludouici, ex quo (vt ibidem dicitur) eius intuitu, & contemplatione Magnificus d. cenſum impoſue-
4 rat: cumque de cætero concordet tàm quantitas, quam nomina impoſitoris, & emptoris ſatis exinde reſultat identitatis iuſtificatio, & exclu-
5 ditur pluralitas, quæ nec in dubio præſumitur *Bald. conſ. 344. ſub numer. 2. lib. 2. Aquin. conſ. 198. numer. 1. & 2. & conſ. 282. lib. 2. Surd. conſ. 80. numer. 13. & ſeq. Menoch. de arbitr. caſ. 213. num. 9. præſumpt. 15. numer. 6. & 7. lib. 6. Buratt. deciſ. 283. num. 1.*

Ex eo autem, quod d. partita eſt reformanda in dd. ſcut. 3357. 73. inferri non poteſt, quod pro reliquis ſcut. 4269. 7. æquiuoca remaneat præſumptio d. ſecundæ deciſionis, & ſic excludatur læſio plenas exigens probationes; quoniam
6 pro d. quantitate, quæ concludenter non iuſtificatur prouenire ex capitalibus in cauſam d. legitimæ per Europam receptis, præſumptio, quod proueniant ex proprietate fideicommiſſaria omninò ſubſiſtens, & firma remanet, quippe quæ optimis nititur fundamentis, tàm tenuitatis fructuum, quam propriæ confeſſionis ipſius Europę, quod fuerant inueſtita, quæ in ſolo capitali cenſuum fideicommiſſo ſubiectorum ex præcepto Teſtatoris reinueſtiendo verificari poteſt; cumque
7 hodie amplius non allegetur læſio, nec agatur pro reſciſſione tranſactionum, ſed ſolùm pro obſeruantia pacti ibidem appoſiti habendi rationem ad fauorem fideicommiſſariorum de omnibus in futurum detegendis non exigitur adeo plena probatio, exſiſtimatis *in d. 2. deciſione §. vltimo*.
8 Præſertim dùm Feruli non exibent librum Bartelli, quem ad manus Europæ ipſorum Auctricis deueniſſe ipſamet confeſſa fuit, & tanquam tutrix cuſtodire tenebatur ratione officij, vt propterea nec admittatur iuramentum, vt probant authoritates allegatæ *in d. dec. §. eoque facilius*, nullate-
9 nus ſubſiſtente, quòd huiuſmodi obligatio cuſtodiendi extincta fuerit per dictas tranſactiones, quia obiectum forſan procederet, ſi nihil ibidem fuiſſet reſeruatum, in quibus terminis loquitur *Seraph. deciſ. 234. num. 1.* alijque in contrarium adducti, ſecus autem dum expreſsè reſeruatum fuit quidquid ibi adnotatum non reperiretur, ſignum euidens, quòd partes intellexerunt, illum ſemper eſſe cuſtodiendum, vt dignoſci poſſet quid adnotatum, & quid omiſſum.

Et ità vtraque &c.

ASTORICEN. SEV NVLLIVS Iuriſdictionis.

Ven. 19. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Abbas, cui per Priuilegium Papæ fuit conceſſa iuriſdictio alicuius oppidi, illam poteſt exercere priuatiuè quoad Epiſcopum licet oppidum ſit intra fines illius Diœceſis, qui Abbas non poteſt in præiudicium ſucceſſorum Iura Abbatiæ ex huiuſmodi priuilegio competentia compromittere abſque Beneplacito Apoſtolico, & per conſequens laudum fauore Epiſcopi prolatum, non afficie ſucceſſores Abbatiæ, & ex quibus huiuſmodi Beneplacitum probetur neque ſufficit præſumptum ex lapſu temporis, cum requiratur copulatiue obſeruantia dicti laudi, & quænam obſeruantia ſit ſufficiens, & quomodo probetur, & quando priuilegium dicatur in forma probanti productum, quamuis ſit tranſumptum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam de iure ſuper omnimoda Iuriſdictione in omnibus locis exiſtentibus intra fines propria Diœceſis.*
2 *Epiſcopus, ſeu eius Vicarius explorare debet voluntates Puellarum volentium ingredi Monaſterium.*
3 *Amplia vt hoc habeat locum etiam in Monaſterijs exemptis ab illius iuriſdictione.*
4 *Oppidum ſeparatum à Iuriſdictione Epiſcopi per Priuilegium Papæ, & Abbati conceſſum, quamuis ſit intra limites eius Diœceſis, non dicitur amplius in Diœceſi, nec Diœceſis Epiſcopi.*
5 *Sed appellatur propria Diœceſis Abbatis.*
6 *Abbas, cui per priuilegium Papæ fuit conceſſa iuriſdictio alicuius Oppidi, ipſe ibidem dicitur Ordinarius, & Diœceſanus.*
7 *Abbas, cui per Priuilegium Papæ clauſula ſublata, & decreto irritanti munitum fuit conceſſa iuriſdictio alicuius Oppidi, poteſt ibi exercere omnes actus iuriſdictionales priuatiuè quoad Epiſcopum.*
8 *Abbas non poteſt in præiudicium ſucceſſorum Iura Abbatiæ competentia compromittere abſque Beneplacito Apoſtolico.*
9 *Beneplacitum Apoſtolicum dum fuit reſeruatum, exindè clarè arguitur illud præcedenter non fuiſſe conceſſum.*
10 *Beneplacitum Apoſtolicum ex lapſu temporis 30. annorum non præſumitur, niſi concurrat obſeruantia.*
11 *Obſeruantia dum eſt minus remota ab actu celebrato, non eſt attendenda, nec facit præſumere Beneplacitum Apoſtolicum ex lapſu temporis.*
12 *Obſeruantia certitudinalis, & pacifica requiritur ad præſumendum Beneplacitum Apoſtolicum ex lapſu temporis 30. annorum.*
13 *Beneplacitum Apoſtolicum, vt præſumatur ex lapſu 30. annorum requiritur continuata, & ſucceſſiua obſeruantia per dictum tempus.*
14 *Declara ab hac obſeruantia ſit detrahendum tempus litis.*
15 *Scripturis potius credendum eſt, quam teſtibus.*
16 *Tranſumptum Priuilegij dum ſeruatis ſeruandis fuit in actis productum, & ab altera parte nihil de eo fuit oppoſitum plenam fidem meretur.*

DECISIO CCCCLXIII.

Conſtare de iuriſdictione Abbatis Villæ Franchæ priuatiuè quoad Reuerendiſſimum Epiſcopum Aſtoricen. propoſito particulari dubio
1 hodie Domini reſponderunt; quia licet Epiſcopus habeat intentionem fundatam in diſpoſitione Iuris communis ſuper omnimoda iuriſdictione in omnibus locis exiſtentibus intrà finem propriæ Diœceſis *c. conquerente de offic. ordin. c. cum Epiſcopus eod. tit. in 6. c. conſtitutus de Relig. domib. c. omnes Baſilicæ 16 quæſt. 7.* & ſignanter ipſe, ſeù eius
2 Vicarius explorare debeat voluntates puellarum volentium ingredi Monaſterium iuxtà diſpoſitionem *Sac. San. Trident. Synod. ſeſſ. 25. c. 17. de Re-*
3 *gular.* quam habere locum etiam in Monaſterijs exemptis tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 100. num. 4. & de Iur. Eccleſ. lib. 1. c. 44. nu. 9.* vbi refert plures declarationes Sac. Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum.

Nihilominus quia d. Abbas exhibuit ampliſ-

ſimè ta z

ſimum Priuilegium *fel. rec. Clementis VII. anno*
incarnationis Dominica 1533. *3. Kalend. Ianuarij*,
ſuique Pontificatus anno 2. ipſius Anteceſſori con-
ceſſum, in quo d. Pontifex ſeparauit penitus Op-
pidum Villæ Franchæ, eiuſque Eccleſias, & ho-
mines à iuriſdictione Epiſcopi, & inhibendo nè
deſuper amplius ſe ingereret, eandemque Iuriſ-
dictionem omnimodè conceſſam Abbati ſpreter
Sacrorum ordinum collationem eius *Summ. num.*
1. vtique dictum Oppidum exindè effectum fuit
4 Territorium ſeparatum, quamuis ſit intra limites
Diœceſis Aſtoricenſis, & non dicitur amplius in
Diœceſi, nec Diœceſis Epiſcopi *gloſ. in Clem. pri-*
ma §. volumus in verb. Diaceſanis ibique Card. num.
2. in 4. quaſt. Abb. num. 15. Imol. num. 28. & Vi-
talian. num. 4. de for. compet. Franc. in c. 5. §. ſtatu-
to num. 10. ad fin. verſ. ſed ſi per Priuilegium de
Conſtit. in 6. Rot. deciſ. 207. ſub num. 5. verſ. quæ
quidem par. 2. diuerſ. coram Card. Sereph. deciſ. 1273.
num. 4. & coram Martin. Andr. deciſ. 54. numer. 5.
5 ſed appellatur propria Diæceſis Abbatis. *Anch.*
in c. poſtulaſti num. 45. de for. comp. Gratian. diſcept.
for. cap. 212. num. 33. Rot. deciſ. 100. ſub num. 3.
apud Modern. de Iur. Abbat. & in Montis Caſſinen.
Iuriſdictionis 27. Martij 1651. coram R. p. d. meo
Bichio §. quapropter ipſe: ibidem dicitur ordina-
6 rius, & Diæceſanus iuxtà *gloſſ. ſingularem in d.*
Clem. 1. d. §. volumus d. verb. Diaceſanis Lotter. de
re benef. lib. 1. quaſt. 24. num. 127. & 132. Gratian.
d. cap. 215. num. 9. Modern. Carpen. Controuerſ. fo-
renſ. cap. 220. num. 71. lib. 2. cum alijs plenè al-
legatis in *Auellina Iuriſdictionis 4. Iulij 1646. coram*
Eminentiſſ. D. Card. Otthobono §. quia cum in caſu,
7 atque ideò priuatiuè quoad alios omnes actus Iu-
riſdictionales ibi exercere poteſt, cum prædictum
Priuilegium clauſula ſublata, & decreto irri-
tanti munitum priuatiua iuriſdictio ipſi conceſſa
dicatur, vt aduertunt *Garlinz. conſ. 142. num. 21.*
& 22. Gratian. d. cap. 212. num. 115. & 113. Rot.
apud modern. de Iur. Abbat. deciſ. 117. num. 3. &
4. verſ. prætereà tom. 3. & in dicta Montis Caſſinen.
Iuriſdictionis coram R. p. d. meo Bichio §. vlt. in fin.

Non obſtat laudum triennio poſt latum à Car-
dinali Quineucio, & alijs compromiſſarijs, quo
Iuriſdictio per dictum Priuilegium conceſſa re-
ſtricta, & moderata fuit.

Quia Abbas illius temporis non potuit in præ-
8 iudicio ſucceſſorum Iura Abbatiæ ex dicto Priui-
legio competentia compromittere abſque Bene-
placito Sedis Apoſtolicæ *c. veniens de tranſact. Vi-*
talian. in Clem. 1. numer. 57. de offic. vicar. Calder.
conſ. 5. num. 1. de confeſſ. Caſtr. conſ. 336. num. 3.
lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 1278. num. 3. in recen. de-
ciſ. 480. num. 40. par. 1. in Rauen. exemptionis 22.
Iunij 1640. coram Reuerendiſſ. D. Salamantino. §.
quinimò cum alijs in puncto allegatis *in Papien.*
manutentionis 13. Martij præteriti coram R. p. d. meo
Peutingerio §. non obſtat laudum cum ſeqq.

Huiuſmodi Beneplacitum non probatur ex aſ-
ſertione dicti Cardinalis in illis verbis, ibi: *&*
ferendo ad dictum debitum effectum totum quod dictum
eſt per ſuam ſanctitatem Summ. Epiſcopi num. 9. ſiuè
quia non concludunt præcisè Beneplacitum Apo-
ſtolicum, ſiuè etiam quia illud non proceſſiſſe
9 concluditur ex lectura eiuſdem laudi, dum intrà
expreſſa legitur ipſius reſeruatio, ibi: *relinquunt*
in totum Beneplacitum ſuæ ſanctitatis: ex indè enim
clarè arguitur, illud præcedenter non fuiſſe con-
ceſſum, vt alijs allegatis dictum fuit *in Acernen.*
Vicarij 1. Iulij 1651. coram R. p. d. meo Bichio &
in Cathacen. bonorum cor. me 8. currentis §. aut verò.

Minuſuè allegari poteſt præſumptum ex lapſu
10 temporis, quia copulatiuè requiritur obſeruan-
tia, vt reſpondit. *Rota apud Put. deciſ. 7. de præ-*
ſumpt. coram bon. mem. Coccin. deciſ. 301. num. 2. &
3. in Peruſina Reintegrationis 3. Iunij 1544. coram
Reuerendiſſimo Tarraconen. in Compoſtellana Paro-
chialis 10. Februarij 1645. coram R. p. d. meo Ve-
roſpio §. Quia cum ex titulo circa finem in eadem
Acernen. Vicarij 30. Maij 1650. coram Eminentiſſi-
mo D. Card. Otthobono §. final. & prius in Caietana
bonorum 10. Iunij 1648. §. præſumptio autem coram
me, ad quam probandam non ſufficiunt aliqui
actus Iuriſdictionales geſti ab Epiſcopo ab anno
1601. citrà; Tum quia hæc obſeruantia eſt nimis
11 remota à laudo lato per 80. ferè annos anteà, &
ſic non videtur attendenda, vt admiſit *Rota in*
Maioricen. Iuriſdictionis 8. Aprilis 1645. coram R.
p. d. meo Bichio §. 2. ſpecificè verſ. tum etiam quia, &
7. Martij 1636. corā Reuerendiſſ. Terracinen. rec. dec.
105. num. 9. & 10. part. 7. & in Barchinonen. In-
riſdictionis, cum de eodem tempore dentur alij
actus iuriſdictionales exerciti ab Abbate, & ſi-
gnantèr circa ipſam explorationem voluntatis
Puellarum d. eius *Summ. numer. 3.* non poteſt ex
12 actibus allatis pro Epiſcopo adduci obſeruantia
certitudinalis, & pacifica, qualis ad hunc effe-
ctum requiritur, vt dixit. *Rota in Auguſtana De-*
cimarum 10. Iunij 1635. coram bon. mem. Cardinali
Macchiauello in recen. deciſ. 305. numer. 11. d. part.
7. cum alijs allegatis per add. ad Gregor. deciſ. 354.
ſub numer. 18. verſ. & etiam de huiuſmodi. Tùm
demum quia obſeruantia debet eſſe continuata,
13 & ſucceſſiua per 30. annos, vt dictum fuit in d.
Acernen. Vicarij coram D. Cardinali Otthobono dicto
§. vltimo in fin. in Romana Deuolutionis Domus 4.
Decembris 1651. coram D. meo Bichio §. final. & in
Comen. Funeralium 16 Martij proximi præteriti in fin.
14 *coram me*, & tamen à d. anno 1601. vſque ad
motam litem de anno 1615. cuius tempus eſt
ſubducen. *Card. Seraph. deciſ. 1027. num. 13.* non
ſunt elapſi 30. anni, vt patet.

Nec releuant Teſtes pro Epiſcopo examinati
deponentes, quòd ipſe ſolus exercuit iuriſdictio-
nem eius *Summ. num. 11.* quia contrarium proba-
15 tur ex ſcripturis pro Abbate ſupra recenſitis, qui-
bus magis eſt credendum, quàm teſtibus *l. cenſus.*
C. de probat. gloſ. in c. 30. loco verb. teſtium eod. tit.
Rot. dec. 64. num. 17. part. 5. recen. coram Duran.
dec. 131. nu. 3. cum cæteris congeſtis in Comen. Colle-
gij 15. Decemb. 1653. coram R. p. d. meo Priolo §.
quando enim, ponderando præſertim, quod Epi-
ſcopus aliquando petijt licentiam ab Abbate ex-
ercendi iuriſdictionem in hoc Oppido *d. Summ.*
Abbatis num. 4. quod clarius excludit veritatem
depoſitionis dd. teſtium.

Demum nec refert, quod d. Priuilegium Cle-
16 mentinum non ſit in forma probanti; quia cum
ſer. ſer. iudicialiter productum fuerit, & tunc tem-
poris pro parte Epiſcopi nihil oppoſitum, plenam
proinde fidem meretur, quamuis ſit tranſumptum,
vt dixit *Rot. dec. 664. nn. 5. & 3. par. 3. recen. & in*
Romana fideicom. 21. Iunij. 1652. cor. R. p. d. meo Ve-
roſpio §. vlt. Vltrà quod non videtur poſſe contro-
uerti ipſius exiſtentia, dùm de ipſo, eiuſque ſub-
ſtantia indiuidua mentio facta fuit in ſupradicto
laudo per Epiſcopum adducto, quod etiam exclu-
dit prætenſionem, quod illud non fuerit vſu rece-
ptum.

Et ità vtraque &c.

Digitized by Google

ROMANA VINEÆ.

Lun. 22. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Dominium directum licet ad effectum deuolutionis ſit plenè, & concludenter probandum, attamen ad effectum recognitionis, & perceptionis Canonum, Leuiores probationes ſufficiunt, & probatur dominium adhunc effectum ex enunciatiuis ipſius dominij, & Proprietatis ex promiſſionibus ſoluendi Canones, & ex ſuſceptionibus termino-rum ad illos ſoluendum, in Inſtrumentis publicis emanatis. Dominium bonorum quanto tempore præſcribatur ad effectum deuolutionis, & quanto tempore ad effectum percipiendi Canones, & contra quos præſcriptio non poſſit incipere, & contra quos incæpta non currat, & quomodo interrumpatur, & quando ea completa competat aduerſus eam reſtitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum, quando de eo principaliter non agitur ad effectum deuolutionis, ſed tamen incidenter ad ſolum effectum recognitionis, & perceptionis Canonum, exactæ non requiruntur, ſed leuiores probationes ſufficiunt.*

2 *Hæres inſtitutus in Teſtamento ex ſubſequuta bonorum poſſeſſione præſumitur hæreditatem adiuiſſe.*

3 *Dominium directum ad ſolum effectum recognitionis, & perceptionis Canonum probatur ex enunciatiuis ipſius dominij emanatis in publicis Inſtrumentis, & actualibus promiſſionibus ſoluendi Canones, & ſuſceptione termini ad illos ſoluendum.*

4 *Amplia hoc procedere tam contra ipſos enunciantes, & promittentes, quàm contra illorum ſucceſſores, nedùm vniuerſales, ſed ſingulares.*

5 *Dominium directum ad effectum deuolutionis non iuſtificatur ex perceptionibus Canonum niſi ad ſint ſolutiones per integrum lapſum 30. Annorum continuatæ.*

6 *Declara hoc non procedere quando agitur de probando dominio ad ſolum effectum ſolutionis Canonum, cum tunc ſufficiat lapſus breuioris temporis.*

7 *Sententia iniuſta non poteſt in rem iudicatam tranſire.*

8 *Præſcriptio dicitur interrupta per citationem ad ſoluendum.*

9 *Præſcriptio vt poſſit dici completa eſt ſubducendum tempus minoris ætatis.*

10 *Præſcriptio contra pupillos durante pupillari ætate non poteſt incipere.*

11 *Præſcriptio capta contra defunctum non continuat contra hæredes pupillos, ſed durante pupillari ætate obdormit.*

12 *Ignorantia, ſemper præſumitur in hærede.*

13 *Reſtitutio in integram aduerſus præſcriptionem triginta Annorum competit hæredi ex cauſa probabilis Ignorantiæ.*

DECISIO CCCCLXIV.

PRætendentes DD. Felix, & Chriſtophorus fratres de Cincijs ipſorum Authores indebitè fuiſſe ſpoliatos Canonibus Vineæ, de qua agitur, Iudicium reintegrationis introduxerunt coram A. C. Caballetto, à quo fauorabilem ſententiam reportarunt; Vndè in gradu appellationis Dubitaui 10. Iunij 1652. An ipſi eſſent reintegrandi ad Canones decurſos, & non ſolutos, & Domini ad rei veritatem melius indagandam mandarunt videri de bono Iure, ſuper quo aſſumpta hodiè diſputatione reſolutum fuit, conſtare de eorum bono Iure.

Præmiſſio enim, quòd vbicumque non agitur
1 principaliter de Dominio (prout hic) ad effectum illius Canonizationis, & deuolutionis, ſed tantum incidenter ad ſolum effectum recognitionis, & perceptionis Canonum, exactæ non requiruntur, ſed læuiores probationes ſufficiunt ex *notat. per Bart. in l. quidem in ſuo num. 4. verſ. Secundo Caſu ff. de cond. indeb. DD. communiter in l. Iudicia C. de re vind. Socc. Sen. conſil. 112. num 23. lib. 4. Gratian. diſcept. 912. num. 3. Rota in Romana prætenſa Deuolutionis 28. Iunij 1610. coram Patriarcha Manzanedo in recent. deciſ. 249. num. 2. par. 1. coram Buratt. deciſ. 788. ſub num. 2. coram bon. mem. Merlino deciſ. 253. num. 4. in Portuen. Stagni 19. Iunij 1637. coram Card. Punzirolo §. Cum. autem in Romana Vinearum 10. Iunij 1639. §. Num ſe fundarunt, & in Romana Saluiani, ſeù Attentatorum 29. Maij 1641. §. Vineam verò verſ. maximè cum non agatur coram Reuerendiſſimo Salamantino, & in Romana Domorum 13. Martij 1643. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. 1.*

Sufficientes viſæ fuerunt Iuſtificationes ab Actoribus ad hunc effectum exhibitæ. Celſus enim de Scuttis olim poſſeſſor Vineæ controuerſæ anno 1526. recognouit ſe debitorem Authorum de Cincijs occaſione Canonis iàm decurſis, aſſeruitque iſtam eſſe ſub ipſorum Proprietate, & futuros Canones ſoluere promiſit, *Summario Actorum num* 12. Cumque de anno 1543. conuentus fuiſſet pro ſolutione decurſorum deuenit ad tranſactionem, in qua præmiſſa enunciatiua eiuſdem Proprietatis Canones hactenus decurſos ſoluere ſe obligauit intrà certum tempus, remiſſa quadam portione *dicta Summar. num.* 13. Ac ſucceſſiuè anno 1548. Vineam vendidit Lucæ Centoſanti ſub eadem enunciatiua dictæ Proprietatis; & ſub expreſſo onere reſpondendi Cincijs annuũ Canonemquem actualiter Lucas emptor ſoluere promiſit *eod Summ. num.* 14.

Prædicto Lucæ ſucceſſit Antonius Nepos, qui
2 ab eo Inſtitutus hæres vniuerſalis *summ. num.* 16. ex ſubſequuta eius bonorum poſſeſſione, de qua in eodem *Summar. num.* 20. illius hæreditatem adiuiſſe præſumitur *§. pro hærede Inſtit. de hæred. qualit. & diff. Bald. conſil. 272. ſub num. 2. verſ. Tertia ratio eſt lib. 5. Aym. conſil. 33. num. 14. San. Mem. Gregor. deciſ. 7. nu. 5.* Ille verò anno 1565. imponendo ſuper dicta Vinea annuum Cenſum ſcut. decem venditum Franciſco Nardo illam aſſeruit ſub dicta Proprietate exiſtere *dicto nu.* 20. Ac reliquit Margharitum vnicam filiam, quæ nuptias contrahendo cum Bernardino Lucatello de anno 1591. illi in dotem tradidit eandem Vineam, præmiſſa eademmet enunciatiua dictæ Proprietatis *Summar. num.* 2. Bernardinus verò maritus anno 1596. ſuper illa alium Cenſum impoſuit ſcut. 22. cum dimidio, idemque aſſeruit *num.* 21. & pulſatus eodem anno à Lauinia Cincia Ceſſionaria Franciſci Cincij pro ſolutione Canonum decurſorum ad illos ſoluendum terminum ſuſcepit *num.* 22.

3 Similes enim nedùm enunciatiuæ Dominij, & Proprietatis, ſed actuales Promiſſiones ſoluendi Canones per publica Inſtrumenta iure iurando celebrata, & ſuſceptio termini, agnitionem, & Confeſſionem debiti præſeferunt, quæ dominium adhunc effectum optimè probant, vt de ſuſceptione ter-

ne termini eſt *text in l. ad ſolutionem* ibique *Bald.*
& Salycet. C. de re iudic. Buratt. deciſ. 144. *num.* 6.
& deciſ. 887. *eod. num.* 6. ac de enunciatiuis, &
promiſſionibus in his terminis probat *Bart. in l.*
Cum falſa num. 7. *verſ. prodeſt tamen C. de Iur. &*
fact. ignor. Ruin. conſil. 31. *num.* 1. *lib.* 4. *Aym. con-*
ſil. 20. *numer.* 11. *& conſil.* 157. *num.* 6. *cum ſeqq.*
Menoch. conſil. 226. *num.* 186. *in fin. & ſeq. Card.*
Seraphin. deciſ. 1387. *numer.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 1424.
4 *num.* 3. tàm contra Enunciantes, & promittentes,
quàm contra illorum Succeſſores *Ruin. conſil.* 50.
num. 13. *lib.* 1. *& conſil.* 128. *num.* 16. *lib.* 2. *Ro.*
deciſ. 200. *num.* 2. *par.* 1. *deciſ.* 193. *num.* 2. *par.* 2.
& deciſ. 261. *num.* 1. *par.* 5. *in dicta Romana Saluia-*
ni, ſeù Attentatorum coram Reuerendiſſimo *Salaman-*
tino dicto §. *Vineam verò*; Etiàm ſingulares *Rot. de-*
ciſ. 776. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 249. *num.* 3.
par. 1. *recent.* Et ſic tantò magis contra Andream,
& Alios de Boanis reos conuentos, qui ex per-
ſona Lucretiæ ipſorum matris, & Philippi Luca-
telli Patrui titulo vniuerſali ſucceſſerunt dictis
Margheritæ, & Bernardino Coniugibus *eod. Sum-*
mar. num. 17. 18. *&* 19.

Accedentibus præcipuè ſolutionibus Canonum
5 per 20. ſaltem annos *dicto Summar. num.* 1. quam-
uis enim ad deuolutionem neceſſaria videatur
Iuſtificatio integri lapſus 30. Annorum per *text.*
in l. ſi quis emptionis C. de præſcript. 30. *annor.* quam
in his terminis comprobauit *Rota in recent. deciſ.*
290. *num.* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 359. *num.* 11. *part.* 5.
6 Ad effectum tamèn ſolutionis Canonum ſufficit
lapſus breuioris tẽporis, vt reſpondit *Rota in Nea-*
politana Domus 16. *Decemb.* 1616. *coram Ottembergo.*

Non obſtat tum ſententia Capitolina abſolu-
toria à dicta ſolutione, quæ tanquam lata de an-
no 1597. aſſeritur in iudicatum tranſacta, Tùm
præſcriptio ex lapſu temporis abindè decurſi de-
ſumpta.

7 Sententia enim cum ex prædictis detegatur in-
iuſta in rem Iudicatam tranſire non potuit *DD.*
in l. 4. §. *Condemnatum ff. de re Iudic. Card. Seraph.*
deciſ. 1123. *num.* 6. *Rota in Terracinen. fideicommiſſi*
21. *Iunij* 1649. *coram Me*, §. *Tertio quoad alios.*
8 Præſcriptio verò cum Interrupta fuerit de anno
1642. per Citationem ad ſoluen. Canones *l. cum*
notiſſimi in princ. & §. *Immo C. de præſcript.* 30. *an-*
nor. Rot. deciſ. 208. *num.* 4. *par.* 1. *recent. cum cæte-*
ris allegatis in Auenionen. Saluiani 8. *Iunij* 1643. *co-*
ram R.P.D. meo Bichio §. *Non eſt completa* per lap-
ſum 30. annorum, nàm ſunt ſubducendi duo cir-
citer anni, quibus Fiſcus bona Franciſci poſſe-
9 dit, nec non ſubducendum eſt tempus minoris
10 ætatis Actorum, contrà quos, cum tunc eſſent
pupilli, durante pupillari ætate præſcriptio inci-
pere non potuit *l. ſicut verſ. ſed pupillari ætate C.*
vbi proximè gloſſ. in l. final. in verſ. final. C. in quib.
caſ. in integr. reſt. cum alijs per Rotam coram Buratt.
deciſ. 774. *num.* 3. *& in dicta Auenionen. Saluiani*
11 §. *Neque ſublata verſ. ſubducto etiam*; Et cæpta
obdormiuit *Balb. de præſcript. par.* 1. 6. *par. prin-*
cip. num. 33. *verſ. fallit in præſcriptione, & nu.* 34.
Thob. Non. conſ. 2. *numer.* 22. *Mareſcott. var. reſol.*
cap. 67. *num.* 24. *verſ. ſed quamuis lib.* 2. *Rot. deciſ.*
298. *num.* 12. *&* 17. *ac in Romana, ſeù Veliterna*
Pecuniaria 1. *Februarij* 1649. *coram me* §. *Nec obeſſe*
12 *poterit verſ. huiuſmodi enim*; Ac in omnem Caſum
propter probabilem ignorantiam, quæ ſemper in
hærede præſumitur, *Bart. in l. Emilius* 39. *num.* 5.
ff. de minor. Surd. conſil. 226. *num.* 10. *& ſeqq. Eu-*
gen. conſ. 95. *num.* 23. *lib.* 1. *Duran. dec.* 426. *nu.* 9.

13 Aduerſus dictam tricenariam præſcriptionem
competeret reſtitutio in Integrum, vt latè probat
Thob. Non. dicto conſ. 2. *num.* 23. *Rot. deciſ.* 387.
num. 1. *par.* 1. *diuerſ. coram Duran. dicta deciſ.* 426.
num. 12. *In Bononien. Fideicommiſſi* 22. *Iunij* 1639.
coram R. P. D. meo Bichio §. *fin. & in Beneuentana*
Domus 13. *Nouembris* 1648. *coram Eminentiſſimo D.*
Card. Ottbobono §. *Neque releuat.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMORVM.

Lunæ 22. *Iunij* 1654.

ARGVMENTVM.

Conductori, poſt locationem finitam competit re-
tentio aduerſus locatorem pro melioramentis do-
nec ſibi reficiantur impenſæ legitimè factæ, quòd
Ius retentionis tranſit ad quoſcumq; hæredes, ſiuè
vniuerſales ſiuè particulares etiã ſine ceſſione, nec
locatori conceditur manutentio exigendi penſio-
nes extincta locatione, ſed priuatiuè quo ad eum
conceditur Conductori in exactione affictus me-
lioramentorum ſtante pacto ſublocandi donec ea
reficiantur, ad quem effectum ſufficit vnica tan-
tum exactio.

SVMMARIVM.

1 *Calculus in actis productus inter eaſdem partes ple-*
nam facit probationem.
2 *Locator, durante locatione habet potiorem cauſam*
pro exigendis affictibus quam habeat Conductor
pro exigendis melioramentis.
3 *Conductori competit retentio rei conductæ donec ſibi*
reficiantur impenſæ ſuper ea legitimè factæ.
4 *Retentionis Ius tranſit ad quoſcunque ſucceſſores*
tam vniuerſales, quàm particulares etiam ſine
ceſſione.
5 *Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi affictus de-*
betur ex vnica tantum exactione.
6 *Poſſeſſio manutenibilis probatur ex decreto manuten-*
tionis.
7 *Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi impedi-*
tur quando conſtat de cauſa in futurum non obli-
gatoria.
8 *Locatori non competit manutentio in quaſi poſſeſſione*
exigendi affictus finita locatione.
9 *Locatori obſtat exceptio melioramentorum quorum*
vigore melioranti, & habenti cauſam ab eo com-
petit retentio.
10 *Manutentio reſtringitur ad limites poſſeſſionis.*

DECISIO CCCCLXV.

Sub die 5. Maij 1653. fuit coram Me reſolutum,
locationem Domorum, de quibus agitur, non
expiraſſe in primo Nouennio, ſed duraſſe vſquè
ad tempus motæ litis, reſeruato, vt particulari-
ter videretur, quod tempus eſſet attendendum,
An ſcilicet primordialis Introductionis Cauſæ de
anno 1639. An verò quando pro parte Iacobæ
explicitè oppoſitum fuit, Locationem eſſe ter-
minatam, & an ſufficeret lis, & oppoſitio facta
per ipſam, vel potius eſſet neceſſaria oppoſitio
hæredum Proprietariorum q. Michaelis Floretti
Conductoris.

Verùm ſublata hac diſcrepantia mediante
actuali diſdicta facta Locatoribus die 3. Martij
1651. per acta Bernaſconi Notarij Capitolini,
tàm à Locis Pijs hæredibus Proprietarijs, quàm
à dicta Iacoba legataria, ſub die 11. Maij præte-
riti propoſui dubium, An ipſi eſſet danda manu-
tentio, & à quo tempore, ſed ordinatum fuit,
vt videretur de bono Iure etiàm ad effectum Ma-
nutentionis, ſuper quo aſſumpta hodiè diſputa-

Digitized by Google

tione ad fauorem eiuſdem Iacobæ capta fuit re-
ſolutio, quià Florettus Conductor illi legauit
ſua vita durante annua ſcut. 150. percipienda ex
penſionibus dd. Domorum, quas ex pacto illa
meliorauerat cum Impenſa ſcut. 3576. & b. 23.
1 Iuxtà Calculum in actis productum, qui inter
eaſdem partes plenam facie probationem, vt di-
ctum fuit in *Romana Reintegrationis* 31. *Maij* 1649.
coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottbobono §. *Cal-
culus autem*, & *in Romana reſciſſionis tranſactionis*
16. *Iuny* 1651. *coram Eminentiſſimo D. Cardinali
Corrado* §. *Quia præter quod verſ. ſatis etiàm*.

2 Quapropter licèt durante Locatione potior
eſſet Cauſa Locatorum, ea tamen expirata me-
diante prædicta actuali diſdicta, ſicut compete-
ret Floretto melioranti retentio dd. Domorum,
donec ſibi reſtituerentur dicta ſcut. 3576. & b. 23.
tàm ex forma Inſtrumenti Locationis, quàm ex
3 Iuris communis diſpoſitione tribuente Conducto-
ri retentionem rei conductæ finita locatione,
donec ſibi reſtituátur Impenſæ ſuper ea legitimè
factæ *l. Colonus in fin. ff. de vi, & vi armat. Giurb.
plures referens deciſ.* 63. *num.* 11. & *ſeq. Modern.
Peruſ. de manut. obſeru.* 52. *num.* 17. & 18. *Rota in
Bonon. Bonorum* 18. *Decembris* 1620. *coram bo: mem.
Cardinali Fabritio Veroſpio*; Ità etiàm competit Ia-
4 cobæ eius Vxori, & Legatariæ, quià Ius reten-
tionis tranſit ad quoſcunque Succeſſores, tàm
vniuerſales, quàm particulares, etiàm ſine Ceſſio-
ne *Statil. Pacific. de Salarian. Iuterd. Inſpect.* 2. *cap.* 2.
num. 229. *Merlin. de pign. lib.* 4. *quæſt.* 192. *nu.* 3.
Giurb. d. dec. 63. *d. num.* 17.

Et hinc de Conſequenti eidem Iacobæ Compe-
tit manutentio, cum conſtet de ipſius actuali poſ-
5 ſeſſione exigendi dicta annua ſcuta 150. tàm ex
realibus exactionibus, quarum vnica ſufficit ad
effectum obtinendi mandatum de manutenendo,
vt dictum fuit in *Arboren. Penſionis* 1. *Iuly* 1647.
coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. *Dantur in Mel-
fien. Penſionis* 1. *Martij* 1649. *coram Reuerendiſſimo
D. Archiepiſcopo Tarraconen. ſub* §. 1. & *in Neapo-
litana Fructuum* 9. *Decembris* 16.0. *coram R. P. D.
meo Meltio pariter ſub* §. 1. *cum alijs alleg. per d. Mo-
6 dern. Peruſ. obſer.* 18. *num.* 17. quàm ex decreto
manutentionis bon: mem: Veſpignani Iudicis
Reuerendæ Fabricæ S. Petri, ex quo regulariter
probatur poſſeſſio manutenibilis, *Card. Mantic.
deciſ.* 252. *num.* 2. *Rota in Peruſina Saluiani* 3. *De-
cembris* 1646. *coram R. P. D. meo Meltio* §. *Alte-
rum verò verſ. Verùm etiam*, & *in Rauennaten. Bo-
norum* 24. *Martij* 1653. *coram Me* §. *Secundam verò
extremam*.

Et quidem terminata locatione, priuatiuè
7 quoad locatores; quià poſt finitam locationem
8 conſtat de Cauſa in futurum non obligatoria,
quæ impedit manutentionem Locatoribus, *Gra-
tian. diſcept.* 310. *num.* 75. *Modern. Peruſ. vbi ſu-
prà obſeru.* 64. *numer.* 11. & 14. *Rot. apud eundem
9 deciſ.* 181. *ſub numer.* 9. illique obſtat exceptio
melioramentorum, quorum vigore melioranti,
eiuſque legatarijs competit retentio ex ſuprà fir-
matis.

Quarè reſolutum fuit, conſtare de bono Iure
Iacobæ, & illi dandum eſſe mandatum de manu-
tenendo in quaſi poſſeſſione exigendi dicta an-
nua ſcuta 150. priuatiuè quoad Proprietarios
pro tempore decurſo, & decurrendo poſt termi-
natam locationem mediante ſupradicta diſdicta
computatis tamen iàm per d. Iacobam receptis,
pro tempore verò antecedenti, quo durauit Lo-
catio ſatisfactis priùs Locatoribus; quià tali mo-
10 do, & non aliter tunc exiſtebat in poſſeſſione,
ad cuius limites reſtringitur manutentio *Gregor.
deciſ.* 569. *num.* 3. *Buratt. deciſ.* 504. *num.* 11. *Rota
in recent. deciſ.* 76. *num.* 1. *part.* 5. & *in Anghiaren.
ſeù Tarſicen. Maſſæ communis* 3. *Iunij* 1650. *coram
Reuerendiſſimo Tarraconen. in principio*.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI IO: MARIÆ de Bologninis.

Veneris 26. *Iunij* 1654.

ARGVMENTVM.

Executio non poteſt dici attentata, vbi ceſſat con-
temptus Iudicis, & præiudicium partis. Hæres
grauatus, vt præſumatur ſatisfactus de detractio-
nibus legitimæ, & Trebellianicæ non eſt opus iu-
ſtificare integram illarum ſatisfactionem, ſed
ſufficit aliqua alienatio, iuncta omiſſione In-
uentarij.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ceſſant, tam in cauſis Eccleſiaſticis,
quam prophanis, vbi non adeſt contemptus Iudi-
cis, nec præiudicium partis.*

2 *Inſcriptio ſuper domo appoſita* N. N. fieri fecit,
*quando conſtat eandem domum fuiſſe antea ex-
tructam, perneceſſe referri debet ad ſolam reſtau-
rationem.*

3 *Reſtauratio ſimplex non autem noua ædificatio ali-
quando venit ſub verbo* fieri.

4 *Teſtator, dum in eius Teſtamento habuit expreſſam
relationem ad fideicommiſſum ab altero ordina-
tum, huius relationis vigore omnes ſubſtitutiones
in illo fideicommiſſo comprehenſæ per inde haben-
tur ac ſi ad fauorem omnium vocatorum de ver-
bo ad verbum in referente ſcriptæ, & repetitæ
fuiſſent.*

5 *Feminæ, quando ab inteſtato, vel ex Teſtamento
à ſucceſſione repellantur, non computantur in
numero liberorum ad augendam legitimam, ex
municipali diſpoſitione Statutorum Bononiæ.*

6 *Trebellianica poteſt à Teſtatore prohiberi, etiam
filijs primi gradus.*

7 *Confeſſio plenè probat contra habentes cauſam à
confitente.*

8 *Detractiones legitimæ, & Trebellianicæ vt cenſean-
tur conſumptæ, ſufficit probare aliquam aliena-
tionem iuncta omiſſione Inuentarij, nec eſt opus
integram ſatiſfactionem oſtendere.*

9 *Sententia, in qua fuit dictum* detractis detractio-
nibus deducendis *non dicit deberi detractiones,
ſed intelligitur illas reſeruare, quatenus compe-
tant de Iure.*

10 *Sententia vltima, in qua fuit dictum nullas compete-
re detractiones, non diſcordat, immò eſt confor-
mis cum prima in qua fuit pronunciatum* detra-
ctis detractionibus deducendis.

11 *Attentata non cenſetur executio quoties ceſſat dolus
Victoris in exequendo.*

12 *Sententia, in qua adeſt Clauſula*, deductis dedu-
cendis *exequi non poteſt, niſi prius conſtiterit
nihil eſſe detrahendum.*

13 *Sententia, in qua adeſt Clauſula* deductis dedu-
cendis, *poteſt exequi poſt quam fuerit per aliam
ſententiam declaratum nihil eſſe detrahendum,
nec eſt opus per tres conformes declarari detractio-
nes non deberi.*

14 *Sententiæ, ſtante Clauſula* ſine præiudicio trium
conformium, *poſſunt exequi in ea parte, in qua
ſunt conformes.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCCCLXVI.

DEciſionem coram me editam 4. Februarij præteriti hodiè Domini confirmarunt; Quià ſiuè
1 in Cauſis Eccleſiaſticis, ſiuè in prophanis attentata ceſſant quando non adeſt (prout hic) contemptus Iudicis, nec præiudicium partis, vt preter authoritates ibi allegatas in terminis Cauſæ Prophanæ reſpondit *Rota coram Card. Caual. deciſ. 499. num. 6. verſic. & vbi in recent. deciſ. 500. ſub num. 5. verſ. vltra quod par. 1. & dec. 708. num. 13. par. 3. & in Meleuitana Attentatorum 14. Martij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano ſub §. Similemque declarationem verſ. & in ſpecie*.

Contemptus ſi quidem Iudicis ceſſat ex deductis in Deciſione, & Partis præiudicium, ſuper quo conſiſtit totum huius Cauſæ momentum, in propoſito non adeſſe latè etiam probatur in eadem Deciſione; Quia Palmerijs, & Conſortibus prætenſa attentata paſſis, nullæ competunt Detractiones, & ſic euaneſcit ipſorum Intereſſe: Supponebatur enim conſiſtere aſſ. detractiones in bonis Franciſci Patris Io: Mariæ fideicommittentis, in debitis per Grauatos perſolutis, atquè in legitima, & Trebellianica.

Sed bona Franciſci cum proueniant ex alio antiquiori fideicommiſſo q Ioannis Sen. illius Patris ad fauorem ipſiuſmet Taddei de Bologninis purificato ex Iure illius ad ipſum ſpectant; Et licèt replicetur, quòd præter bona Paterna Fran-
2 ciſcus reliquerit aliqua propria, & ſignanter Palatium habens Inſcriptionem *Franciſcus fieri fecit*. Attamen præter quod iſtud iàm anteà extabat in bonis Ioannis, & ſic dicta Inſcriptio ad reſtaura-
3 tionem perneceſſe refertur, quæ aliquando venit ſub verbo *fieri*, vt probat *textus in l. 1. ff. de mort. inferen. & ſepulcr. ædifican.* ibi: *ædificare autèm non ſolum, qui nouum opus molitur, intelligendus eſt, ve-*
4 *rum is quoque, qui vult reficere*, cum Franciſcus relationem in omnibus, & per omnia fecerit ad fideicommiſſum illud Ioannis Patris *hodierno Summario Taddei num. 3.* huius relationis vigore omnes ſubſtitutiones in paterno Fideicommiſſo comprehenſæ perindè habentur, ac ſi ad fauorem eorundem vocatorum de verbo ad verbum in referente ſcriptæ, & repetitæ fuiſſent *l. poſthumis §. ſi paganus ff. de Iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. l. 1. C. de Codicill. Natt. conſil. 483. num. 2. Rot. deciſ. 386. num. 2. part. 4. diuerſ. & deciſ. 470. num. 1. par. 3. recent. ac in Romana fideicommiſſi de Maximis 15. Aprilis 1644. & 17. Maij 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio, ac 28. Ianuarij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono*.

Debita autem perſoluta licèt in Deciſione ſuppoſitum fuerit aſcendere ad libr. 51337. hodiè tamen clarè liquet non excedere libr. 14586. quià ſecunda partita continens pactum francandi libr. 2000. non eſſe accepto ferenda, ex quo non conſtat de ſolutione, ſexta verò, nona, decima, & vndecima conſtituentes lib. 35751. præter quod pari modo nonnullæ non probantur ſolutæ, non ſpectant ad hæreditatem Io: Mariæ, de qua agitur, cum non doceatur dd. ſummas ad eius manus perueniſſe, Detractis autem à dictis libris 14586. tribus partibus Camilli, Fuluij. & Pirri, Pars Æmilij communis Fratris, & Authoris Illorum de Palmerijs, non excedit libr. 3646. 10. Cui contra poſitis alienationibus factis per eundem Æmilium, & Io: Ludouicum eius nepotem aſcendentibus ad libr. 33230. *dicto Summario num. 1. lit. D.* Alienationes ſuperant dictam portionem Debitorum in libr. 29584.

Indeque pęnitus conſumptæ remanent legitima, & Trebellianica; Portio enim legitimæ dicti Æmilij eſt quarta pars Trientis totius hæreditatis aſcendens ad libr. 26984. Nàm valor Integræ hæreditatis fuit libr. 323812. 15. Iuxtà notulam relatam in *dicto Summario dicto num.* 1 & ſic triens eſt libr. 107937. quo diuiſo inter quatuor partes, quot erant filij maſculi Io: Mariæ, nempè prædicti Camillus, Fuluius, Pirrus, & Æmi-
5 lius (cum fœminæ ex municipali diſpoſitione Statutorum Bononiæ *lib. 4. rubr. de ſucceſſ. liberor. patri, vel matr. vel alijs Aſcendent. morient. ab inteſt. §. Declarantes Inſuper*, non computentur in numero liberorum ad augen. legitimam, quando (prout hic) ab inteſtato (vel ex teſtamento à ſucceſſione repelluntur.) Quarta pars Æmilii conſtituit dictas libr. 26984. à quibus detractis libr. 8994. pro tertia parte à Io: Ludouico relicta Claræ matri *d. Summ. num. 7.* quam ceſſit ad fauorem Taddei *num.* 8. Reſiduum dictæ Portionis legitimæ reducitur ad libr. 17986. & ſic remanentes alienationes illud traſcendunt in lib. 11598.

Trebellianica vero eſt quarta Pars bonorum fi-
6 deicommiſſi vniuerſalis; Quia ex particulari Teſtator expreſsè illam prohibuit *d. Summ. n. 9.* quod à Iure eſt permiſſum etiàm in præiudicium filiorũ primi gradus Iuxtà opinionem, quam ſeruat *Rota* comprobatam *coram Card. Seraph. deciſ. 570. num. 1. coram San. Mem. Gregor. deciſ. 421. num. 10. ibique Adden. lit. D. in recent. dec. 330. num. 24. par. 5. & in Reatina Succeſſionis 21. Maij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio §. Nam quoad Trebellianicam*; Valor autem bonorum fideicommiſſi vniuerſalis eſt libr. 182107. 13. 4. *eod. Summ. num. 1. lit. F.* quarum quarta pars aſcendit ad lib. 45526. 18. ex quibus demptis tribus portionibus dd. Camilli, Fuluii, & Pirri, portio Æmilii remanet libr. 11381. ex quibus deducta tertia parte relicta eidem Claræ, & ceſſa Taddeo, reliquum non excedit lib. 7585. 6. 10. & ſic adhuc ſuperſunt alienationes in libr. 4011. circiter.

Quòd autem ad Palmerios, non pertineat, niſi quarta pars dd. Detractionum, in dubium reuocari non poteſt; Quià non habent Cauſam, niſi mediatam à dicto Æmilio ex perſona dicti Io: Ludouici illius nepotis ex Lelio filio legitimato per reſcriptum, reliquæ verò tres partes aliorum Fratrum ſpectant ad Taddeum Iuxtà ipſorum Teſtamentarias Diſpoſitiones relatas in eius *Summ. additionali num. 1.*

Nec ſubſiſtit, quod bona per Æmilium, & Io: Ludouicum alienata non probentur fideicommiſſaria Io: Mariæ.

Quoniam apotheca in via Aurificum ſc. 1600. medietas poſſeſſionis Granaroli libr. 2000. & melioramenta ſuper bonis emphyteuticis aliorum libr. 6000. non controuertuntur, fuiſſe propria Io: Mariæ; creditum verò cum hæreditate Bartholomęi, quod dempta portione Æmilij, aſcendit ad libr. 4180. ab illis exactum fuit iuxtà ipſorum confeſſionem, quæ contra Palmerios
7 ab eis cauſam habentes plenè probat *Vulg. l. cum à Matre C. de rei vindic. cum cæteris in deciſ. allegatis ſub §. quoniam illa tria in fin.* domus denique in via Hieruſalem libr. 1000. & creditum montis Morellorum libr. 450. ſi demantur ab alienationibus, adhùc iſtæ ſuperant aſſertas detractiones debitorum, legitimæ, & Trebellianicæ in libr.

ſolùm deponunt de auditu, nec teſtificantur de
10 Immemorabili, cum requiſitis per *gloſſ. in c. 1. de*
11 *reſcript. in 6.* vt neceſſarium eſt ad ſimilem pro-
bationem vnionis, niſi concurrat quadragenaria
cum titulo, & bona fide: *Oldrad. conſil. 296. nu-
mer. 3. Falin conſ. 2. num. 2. 3. & 11. Rebuff. in praxi
tit. de vnion. benefic. numer. 35.* Rot. *deciſ. 9. & 10.
per tot. de Reb. Eccleſ. non alienan. in antiqu. coram
Pen. deciſ. 562. num. 10.* vbi quòd vnio probari
12 non poteſt per publicam vocem, & famam,
ſed vel per immemorabilem, vel per quadrage-
nariam cum titulo *coram bon. mem. Caccino deciſ.
235. num. 2. & 3. in recent. deciſ. 448. num. 15.
par. 8. & in Eccleſien. Vnionis 26. Iunij 1648. §. quo-
niam, & 26. Aprilis 1652. ſub §. 1. verſ. Itaus ad
ipſum effectũ coram* Reuerendiſſimo *Domino meo De-
cano.*

Cumque dicto Anno 1593. Canonici Colliti-
gantes petierint horum Beneficiorum Vnionem,
13 quæ conceſſa non fuit, exindè prorſus excludi-
tur prætenſio antecedentis magis antiquæ, quià
illi tunc non petijſſent dicta Beneficia vniri, ſi
14 iàm fuiſſent vnita, ad inſtar illius, qui petens
immitti fatetur ſe non poſſidere, vt dixit Rota
*apud Modern. Mantuan. de manut. deciſ. 119.
num. 3. & deciſ. 182. pariter num. 3. & faciunt ad-
ducta in Acerunen. Vicarij 1. Iuly 1652. coram R. P. D.
meo Bichio.*

Cæterum dùm vltimus ſtatus Beneficiorum,
15 de quibus agitur, eſt collatiuus, vt admittunt
Informantes pro Capitulo, & ſic vnionis exclu-
ſiuus, *Gregor. deciſ. 77. num. 3.* hoc ſufficit pro
Iuſtificatione Prouiſionis Apoſtolicæ reiecta ad
aliam Inſpectionem pleniori vnionis cognitione,
vt reſponſum fuit in *Celſonen. Parochialis de Ber-
reda 1. Iuly 1643. coram R. P. D. meo Peutingeria
§. Igitur in vnione, In Gerunden. Prioratus 14. Iu-
nij 1645. §. Contrarium verò, In Hiſpalen. Beneficij
24. Ianuarij 1650. §. Vndiquè igitur, & in Vicen.
Parochialis 20. Iunij eiuſdem anni ſub §. Vnionis
autem, & 20. Martij 1651. §. final. coram R. P. D.
meo Bichio.*

Et ità vtraquè &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE Druſolinis.

Ven. 12. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta de aliquo, & eius filijs, licèt regulariter reſpectu filiorum intellagitur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per ſolam vulgarem non autem per fideicommiſſariam, hoc tamen non procedit, quando Teſtator ſub vnica Periodo, & Oratione ſubſtitutionem de omnibus ſub commemoratione mortis concepit, per verba futuri temporis, ſed dumtaxat vbi verba habentia tractum temporis ſucceſſiuum ſunt ad Perſonam Patris reſtricta, & quando inter omnes collectiuè vocatos cenſeatur inducta reciproca ſubſtitutio? Monaſterium non ſuccedit loco filij, quando Teſtator vocauit filios legitimos, & naturales.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca non reſtringitur ad ſolos hæredes inſtitutos, ſed extenditur, & comprehendit etiam ipſorum filios ſub eadem oratione, & contextualiter vocatos.*

2 *Verbum*, quos, *eſt relatiuum, & de ſui natura refert omnes perſonas proximas in diſpoſitione nominatas, habetque vim expreſſionis propriorum nominum. perindè ac ſi Teſtator ſingulos nominaſſet.*

3 *Subſtituto fit locus per mortem illius, cui fuit expreſsè ſubſtitutus.*

4 *Subſtitutio facta de aliquo, & eius filijs, regulariter reſpectu filiorum intelligitur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per ſolam vulgarem.*

5 *Declara hoc non procedere, ſi Teſtator in vnica Periodo, & Oratione tam reſpectu Patris, quàm filiorum ſubſtitutionem concepit per verba futuri, & ſucceſſiui temporis, compendioſam ſubſtitutionem importantia.*

6 *Subſtitutio facta alicui, quandocunque deceſſerit dicitur compendioſa.*

7 *Subſtitutus per ſubſtitutionem compendiaſam cenſetur vocatus nedum per Vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam.*

8 *Subſtitutio Fideicommiſſaria continetur in compendioſa.*

9 *Verba habentia tractum temporis ſucceſſiuum dum ſunt reſtricta ad perſanam Patris, non important fideicommiſſariam ſubſtitutionem reſpectu filiorum.*

10 *Secus tamen eſt quando verba prædicta etiam filios comprehendunt, tanquam vocatos in eadem oratione, & periodo.*

11 *Subſtitutio antecedens dum continet vulgarem, & fideicommiſſariam ita pari modo ſubſequens ſi ſit facta relatiuè ad præcedentem.*

12 *Verba*, ſimili modo, *relatiua ſunt, & repetitiua omnium qualitatum in ſuperiori diſpoſitione expreſſarum.*

13 *Subſtitutus poſtquam omnes vocati ſiuè filij deceſſerint cum dictione reſtrectiua*, Tunc, & eo caſu &c. *antequam admittatur, in omnibus conditio debet adimpleri, & filij vnius ex vocatis illum excludunt.*

14 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria pernecesſe cenſetur inducta inter omnes vocatos, quoties omnes in totum debent excludere ſubſtitutum.*

15 *Monaſterium non ſuccedit loco filij, quando fuerunt vocati legitimi, & naturales.*

16 *Verba* legitimos, & naturales, *deſignant ſolos filios natos per naturam fuiſſe in ſubſtitutione vocatos.*

17 *Fideicommiſſario, vel habenti cauſam ab eo competit Immiſſio ſuper bonis fideicommiſſo ſubrogatis non ſecus ac competeret ſuper bonis à Teſtatore poſſeſſis.*

DECISIO CCCCLX.

ANdreas Druſolinus inſtituto ſibi vniuerſali hærede Laurentio filio, ei quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus decedenti (ſunt verba teſtamenti) *Subſtituit dictas Agatam, & Magdalenam eius filias legitimas, & naturales, Ipſarumque filios, & filias legitimas, & naturales, tam maſculos, quàm fœminas æquis portionibus in ſtirpes, & non in capita, quos ſimili modo alterum alteri ſubſtituit &c.* Defuncto Teſtatore obijt Laurentius ſine filijs, Magdalena verò profeſſionem emiſit in Monaſterio Sancti Siluestri de Capite; Cumque ex Agata ſuperextiterit Eliſabetha filia, hæc, ac deindè Valerius de Cocchis, & Conſortes ex illius perſona vigore prædicti fideicommiſſi Immiſſionem petierunt in poſſeſſionem Hoſpitij de quo agitur, quàm illis concedendam eſſe Domini dixerunt, niſi obſtet Retentio à Monialibus Colligantibus obiecta, de qua particulariter videri mandarunt.

Teſtator enim, decedente dicto Laurentio filio

Digitized by Google

lio quandocunque ſine filijs diſpoſitiuè vocauit,
nedùm Agatam, & Magdalenam proprias filias,
ſed etiàm ipſarum filios, & filias, ac alterum
alteri ſubſtituit, vt oſtendit relata Teſtamenti
lectura, de quo latiùs in *Summar. Impreſſo illo-*
1 *rum de Cocchis num.* 1. & ſic in verbis adeſt ex-
preſſa Reciproca ſubſtitutio, quæ reſtringi non
poteſt inter ſolas Magdalenam, & Agatam, ſed
extenditur etiam, atquè comprehendit ipſarum
filios ſub eadem Oratione, & contextualiter vo-
catos ad *text. in l. & hæredi §. Qui diſcretas iuncto
§. ſeq ff de vulgar. & pupillar. Alexan. conſil.* 66.
num. 1. *cum ſeqq. lib.* 2. *Soccin. Iun. conſil.* 78. *nu-
mer.* 24. *&* 25. *lib.* 3. *Laderch. conſil.* 72. *num.* 13.
& ſeqq. Curt. Iun. conſil. 11. *num.* 5. *lib.* 1. *Menoch.
lib.* 4. *præſumpt.* 59. *num* 11. *Peregrin. de fideicom.
art.* 12. *num.* 75. *Rot. in recent. deciſ.* 361. *ſub num.* 9.
2 *par. prima*; Ponderando præſertim relatiuum il-
lud, *quos*, ibi: *Quos ſimili modo &c.* quod de ſui
natura refert omnes perſonas proximè in diſpoſi-
tione nominatas *l. à filio §. Teſtator, & § Titia
decedens, ff. de alim. & cibar. legat. Bero. conſ.* 66.
num. 14. *&* 15. *lib.* 2. *Surd. conſil.* 336. *num.* 18. *&
conſil.* 352. *num.* 22. haberque vim expreſſionis
propriorum nominum copulatiuè, & coniunctim,
perindè ac ſi Teſtator quoad ſingulos appellatiuè
reciprocam expreſſiſſet ad *tradit per Rip. in l.* 1.
num. 196. *verſ. ſed iſta Concluſio ibique Alciat. n.* 87.
*ff. de vulgar. & pupillar. cum alijs per Gratian. di-
ſceptat.* 463. *num.* 70. *&* 72.

Atquè ideò ſubſtitutio purificata fuit ad fauo-
3 rem Eliſabeth filiæ Agatæ ſuperextantis, tàm
reſpectu portionis maternæ, quàm Magdalenæ
Monialis, cui expreſsè fuit reciprocè ſubſtituta
*l. Lucius vbi Bart. cæterique ſcribentes ff. de vulgar.
& pupillar. l.* 2. *C. de Impuber. & alijs ſubſtit. Card.
Caual. deciſ.* 167. *numer.* 3. *&* 4.

Non obſtat quòd regulariter ſubſtitutio facta
4 de aliquo, & eius filijs, reſpectu filiorum intelli-
gatur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per
ſolam vulgarem ex *gloſſ. & DD. in l. Gallus §. Qui
rectè ff. de liber. & poſthum. Card. Caual. deciſ.* 496.
num. 4.

Quià cum in caſu noſtro Andreas Teſtator
5 ſub vnica periodo & oratione, tàm reſpectu
Agatæ, & Magdalenæ, quàm principaliter re-
ſpectu ipſarum filiorum ſubſtitutionem de om-
nibus ſub commemoratione mortis conceperit
per verba futuri, & ſucceſſiui temporis, ibi: *Cui
Laurentio quãdocunq; ſine filijs legitimis, & naturalibus
decedenti ſubſtituit dictas Agatam, & Magdalenam*
6 *&c. ipſarumque filios &c.* Quę compendioſa eſt,
gloſſ. & DD. in cap. 1. *de teſtam. in* 6. *Giouagn.
conſil.* 74. *num.* 26. *&* 27. *lib.* 1. *Rot. deciſ.* 656.
num. 2. *par.* 4. *deciſ.* 157. *num* 1. *& deciſ.* 579. *nu.* 7.
7 *par.* 9. *recent.* Vtriquè tàm Agata, & Magdale-
na, quàm ipſarum filij æqualiter cenſentur vo-
8 cati, nedùm per vulgarem, ſed etiam per Fidei-
commiſſariam, quæ ſub compendioſa continc-
tur, *DD. communiter in l. Centurio ff. de vulgar. &
pupillar. Anchar. in cap. ſi Pater num.* 15. *de te-
ſtam. Rota deciſ.* 97. *ſub num.* 7. *par.* 4. *recent.* cum
cęteris allegatis *coram bon: mem: Merlino dec.* 269.
num. 1. *&* 2.

Et licèt vbicunque verba habentia tractum
9 temporis ſucceſſiuum reſtricta ſunt ad perſonam
Patris non important fideicommiſſariam reſpe-
ctu filiorùm, in quibus terminis procedunt de-
ducta per *Rotam. coram Card. Caual. d. deciſ.* 496.
10 *num* [illegible] *cum duobus ſeqq.* ſecus tamen eſt quando
[illegible]

(prout hic) principaliter etiàm filios compre-
hendunt, vtpotè ſub eadem Oratione, & con-
textualiter vocatos, hoc enim caſu ipſorum vo-
catio non reſtringitur ad ſolam vulgarem, ſed
continet etiàm Fideicommiſſariam, vt decla-
rant *Cuman. in l. Cum ita §. In fideicomm. num.* 4.
ff. de legat. 2. *Iaſ. in l. ſi quis hæredem num.* 10. *C. de
Inſtit. & ſubſt.* 1. *Curt. Iun. conſil.* 48. *num* 4 5. *&* 6.
Soccin. Iun. conſil. 136 *num.* 18. *lib.* 3. *Cephal. con-
ſil.* 343. *num.* 59 *verſ. Tertius eſt Caſus. Menoch.
conſil.* 85. *num.* 54. *&* 67. *& lib.* 4. *præſumpt.* 71.
num. 35. *Simon de Prat. de Interpret. vltim. volun.
lib.* 3. *interpret.* 3. *dubit.* 1. *fol.* 9. *num.* 6. *fol.* 280.
à tergo, & dubit. 4. *ſolut.* 2. *numer.* 15. *verſ. Præci-
puum hoc vnum fol.* 333. *pariter à tergo, Peregrin. de
fideic. art.* 19. *num.* 7. *& optimè Rota in Rumana
fideicommiſſi de Vrſinis* 9. *Maij* 1611. *coram bon. me.
Pirouano in recent. deciſ.* 320. *part. prima repetit.
deciſ.* 344. *par.* 2. *per tot. & ſignanter num.* 4. *cum
ſeqq.*

Indeq; ſicut ipſa prima ſubſtitutio vti comple-
11 ctens vulgarem, & Fideicommiſſariam plura
tempora continet tàm ante, quàm poſt aditam
hæreditatem, vt tradunt *DD. in dicta l. Centurio
ff. de vulgar. & pupillar.* Ità pari modo Reciproca
ſubſequenter adiecta quoad omnes fideicommiſ-
ſariam importat, & vtrumquè continet tempus
attentis verbis quibus concepta fuit, ibi: *Quos*
12 *ſimili modo alterum alteri ſubſtituit &c.* quæ relati-
ua ſunt, & repetitiua omnium qualitatum in ſu-
periori ſubſtitutione expreſſarum. *Alciat conſil.*
531. *num.* 6. *& ſeqq. lib.* 1. *Ruin. conſil.* 169. *nu.* 3.
lib. 4. *& ſeqq. Modern. Mantuan. contr* 70. *nu.* 4.
Gratian. diſcept. 769. *numer.* 40. *Card. Caual. de-
ciſ.* 162 *num.* 2. *Rot. in Auximana fideicommiſſi* 22.
Martij 1638. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano
§. Idquè confirmatur.*

Eo magis quià vltimo loco ſubſtituti fuerunt
pro medietate hæreditatis Cippus Domus Teſta-
toris, & pro alia mediatate Societas Sanctiſſimæ
Trinitatis Vrbis, ſi Laurentius, Agata, & Mag-
dalena omnes morerentur ſine filijs. ibi; *Et caſu
quo prædicti Laurentius, Agata, & Magdalena om-
nes morerentur ſine filijs legitimis, & naturalibus,
tunc, & eo caſu ſubſtituit eis &c. pro medietate &c.*
13 Cum enim propterà filij vnius ex vocatis exclu-
dant ſubſtitutum in totum, ex quo ob illud no-
men collectiuum *omnes*, & ſubſequentem dictio-
nem reſtrictiuam *tunc, & eo caſu* in omnibus con-
ditio adimpleri debet, vt ſubſtitutus admitti
poſſit *Ripa in l. hæredes mei. §. Cum ita num.* 143.
ff. ad Trebell. Rim. Iun. conſil. 412. *num.* 43. *&
ſeq. lib.* 4. *Cephal. conſil.* 166. *nu.* 21. *&* 22. *lib.* 2.
Honded. conſil. 65. *num.* 24. *lib.* 2. *Peregr. conſil.* 31.
num. 4. *lib.* 3. *Simon de Prat. vbi ſupra dubit.* 3.
fol. 2. *numer.* 9. *&* 10. *fol.* 310. *Fuſar. de ſubſtit.
quæſt.* 473. *numer.* 118. *&* 119. *Modern. Mantuan.*
14 *contr.* 521. *num.* 23. 28. *&* 29. Sequitur perne-
ceſſe, quòd inter omnes inducta fuerit reciproca
fideicommiſſaria, & ſic quòd filij vnius ſubſtitu-
ti ſint in portione Patruorum, cum alias non ex-
cluderent ſubſtitutum in totum iuxtà mentem
Teſtatoris, quæ præcipuè attendi debet vulg.
l. In Conditionibus ff. de conditiou. & demonſtrat.

Nec in propoſito Monaſterium S. Silueſtri, in
15 quo Magdalena Profeſſionem emiſit, ſuccedere
poteſt loco filij, quià ipſi non conueniunt ver-
ba, *legitimos, & naturales*, quibus filiorum ſub-
16 ſtitutio concepta fuit, quæ propterea deſignant
ſolos filios natos per naturam, vt reprobati. *Ca-*

ſolùm deponunt de auditu, nec teſtificantur de
10 Immemorabili, cum requiſitis per *gloſſ. in c. 1. de*
11 *reſcript. in 6.* vt neceſſarium eſt ad ſimilem pro-
bationem vnionis, niſi concurrat quadragenaria
cum titulo, & bona fide: *Oldrad. conſil. 296. nu-
mer. 3. Falia conſ. 2. num. 2. 3. & 11. Rebuff. in praxi
tit. de vnion. benefic. numer. 35. Rot. deciſ. 9. & 10.
per tot. de Reb. Eccleſ. non alienan. in antiqu. coram
Pen. deciſ. 562. num. 10,* vbi quòd vnio probari
12 non poteſt per publicam vocem, & famam,
ſed vel per immemorabilem, vel per quadrage-
nariam cum titulo *coram bon. mem. Coccino deciſ.
235. num. 2. & 3. in recent. deciſ. 458. num. 15.
par. 8. & in Eccleſien. Vnionis 26. Iuny 1648. §. quo-
niam, & 26. Aprilis 1652. ſub §. 1. verſ. Itaut ad
ipſum effectū coram Reuerendiſſimo Domino meo De-
cano.*

Cumque dicto Anno 1593. Canonici Colliti-
gantes petierint horum Beneficiorum Vnionem,
13 quæ concesſa non fuit, exindè prorſus excludi-
tur prætenſio antecedentis magis antiquæ, quià
illi tunc non petijſſent dicta Beneficia vniri, ſi
14 iàm fuiſſent vnita, ad inſtar illius, qui petens
immitti fatetur ſe non poſſidere, vt dixit *Rota
apud Modern. Mantuan. de manut. deciſ. 119.
num. 3. & deciſ. 182. pariter num. 3. & faciunt ad-
ducta in Aceruen. Vicarij 1. Iuly 1652. coram R. P. D.
meo Bichio.*

Cæterum dùm vltimus ſtatus Beneficiorum,
15 de quibus agitur, eſt collatiuus, vt admittunt
Informantes pro Capitulo, & ſic vnionis exclu-
ſiuus, *Gregor. deciſ. 77. num. 3.* hoc ſufficit pro
Iuſtificatione Prouiſionis Apoſtolicæ reiecta ad
aliam Inſpectionem pleniori vnionis cognitione,
vt reſponſum fuit in *Celſonen. Parochialis de Ber-
reda 1. Iuly 1643. coram R. P. D. meo Peutingerio
§. Igitur in vnione, In Gerunden. Prioratus 14. Iu-
nij 1645. §. Contrarium verò, In Hiſpalen. Beneficij
24. Ianuarij 1650. §. Vndiquè igitur, & in Vicen.
Parochialis 20. Iunij eiuſdem anni ſub §. Vnionis
autem, & 20. Martij 1651. §. final. coram R. P. D.
meo Bichio.*

Et ità vtraquè &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE Druſolinis.

Ven. 12. Iuny 1654.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio facta de aliquo, & eius filijs, licèt regulariter reſpectu filiorum intelligitur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per ſolam vulgarem non autem per fideicommiſſariam, hoc tamen non procedit, quando Teſtator ſub vnica Periodo, & Oratione ſubſtitutionem de omnibus ſub commemoratione mortis concepit, per verba futuri temporis, ſed dumtaxat vbi verba habentia tractum temporis ſucceſſiuum ſunt ad Perſonam Patris reſtricta, & quando inter omnes collectiuè vocatos cenſeatur inducta reciproca ſubſtitutio? Monaſterium non ſuccedit loco filij, quando Teſtator vocauit filios legitimos, & naturales.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio reciproca non reſtringitur ad ſolos hæredes inſtitutos, ſed extenditur, & comprehendit etiam ipſorum filios ſub eadem oratione, & contextualiter vocatos.*

2 *Verbum*, quos, *eſt relatiuum, & de ſui natura refert omnes perſonas proximas in diſpoſitione nominatas, habetque vim expreſſionis propriorum nominum. perindè ac ſi Teſtator ſingulos nominaſſet,*

3 *Subſtituto fit locus per mortem illius, cui fuit expreſſè ſubſtitutus.*

4 *Subſtitnſio facta de aliquo, & eius filijs, regulariter reſpectu filiorum intelligitur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per ſolam vulgarem.*

5 *Declara hoc non procedere, ſi Teſtator ſa vnica Periodo, & Oratione sam reſpectu Patris, quàm filiorum ſubſtitutionem concepit per verba futuri, & ſucceſſiui temporis, compendioſum ſubſtitutionem importantia.*

6 *Subſtitutio facta alicui, quandocunque deceſſerit dicitur compendioſa.*

7 *Subſtitutus per ſubſtitutionem compendioſam cenſetur vocatus nedum per Vulgarem, ſed etiam per fideicommiſſariam.*

8 *Subſtitutio Fideicommiſſaria continetur in compendioſa,*

9 *Verba habentia tractum temporis ſucceſſiuum dum ſunt reſtricta ad perſonam Patris, non important fideicommiſſariam ſubſtitutionem reſpectu filiorum.*

10 *Secus tamen eſt quando verba prædicta etiam filios comprehendunt, tanquam vocatos in eadem oratione, & periodo.*

11 *Subſtitutio antecedens dum contineat vulgarem, & fideicommiſſariam ita pari modo ſubſequens ſi ſit facta relatiuè ad præcedentem.*

12 *Verba*, ſimili modo, *relatiua ſunt, & repetitiua omnium qualitatum in ſuperiori diſpoſitione expreſſarum.*

13 *Subſtitutus poſtquam omnes vocati ſinè filijs deceſſerint cum dictione reſtrictiua*, Tunc, & eo caſu &c. *antequam admittatur, in omnibus conditio debet adimpleri, & filij vnius ex vocatis illum excludunt.*

14 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria perneceſſe cenſetur inducta inter omnes vocatos, quoties omnes in totum debent excludere ſubſtitutum.*

15 *Monaſterium non ſuccedit loco filij, quando fuerunt vocati legitimi, & naturales.*

16 *Verba* legitimos, & naturales, *deſignant ſolos filios natos per naturam fuiſſe in ſubſtitutione vocatos.*

17 *Fideicommiſſario, vel habenti cauſam ab eo competit Immiſſio ſuper bonis fideicommiſſo ſubrogatis non ſecus ac competeret ſuper bonis à Teſtatore poſſeſſis.*

DECISIO CCCCLX.

ANdreas Druſolinus inſtituto ſibi vniuerſali hærede Laurentio filio, ei quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus decedenti (ſunt verba teſtamenti) *Sabſtiunt dictas Agatam, & Magdalenam eius filias legitimas, & naturales, Ipſarumque filios, & filias legitimas, & naturales, tam maſculos, quàm fœminas æquis portionibus in ſtirpes, & non in capita, quos ſimili modo alterum alteri ſubſtituit &c.* Defuncto Teſtatore obijt Laurentius ſine filijs, Magdalena verò profeſſionem emiſit in Monaſterio Sancti Silueſtri de Capite; Cumque ex Agata ſuperextiterit Eliſabetha filia, hæc, ac deindè Valerius de Cocchis, & Conſortes ex illius perſona vigore prædicti fideicommiſſi Immiſſionem petierunt in poſſeſſionem Hoſpitij de quo agitur, quàm illis concedendam eſſe Domini dixerunt, niſi obſtet Retentio à Monialibus Colligantibus obiecta, de qua particulariter videri mandarunt.

Teſtator enim, decedente dicto Laurentio filio

lio quandocunque ſine filijs diſpoſitiuè vocauit,
nedum Agatam, & Magdalenam proprias filias,
ſed etiàm ipſarum filios, & filias, ac alterum
alteri ſubſtituit, vt oſtendit relata Teſtamenti
lectura, de quo latiùs in Summàr. Impreſſo illo-
1 rum de Cocchis num. 1. & ſic in verbis adeſt ex-
preſſa Reciproca ſubſtitutio, quæ reſtringi non
poteſt inter ſolas Magdalenam, & Agatam, ſed
extenditur etiam, atquè comprehendit ipſarum
filios ſub eadem Oratione, & contextualiter vo-
catos ad text. in l. & hæredi §. Qui diſcretas iuncto
§. ſeq ff de vulgar. & pupillar. Alexan. conſil. 66.
num. 1. cum ſeqq. lib. 2. Soccin. Iun. conſil. 78. nu-
mer. 24. & 25. lib. 3. Ladercb conſil. 72. num. 13.
& ſeqq. Curt. Iun. conſil. 11. num. 5. lib. 1. Menoch.
lib. 4. præſumpt. 59. num 11. Peregrin. de fideicom.
art. 12. num. 75. Rot. in recent. deciſ. 361. ſub num. 9.
2 par. prima; Ponderando præſertim relatiuum il-
lud, quos, ibi: Quos ſimili modo &c. quod de ſui
natura refert omnes perſonas proximè in diſpoſi-
tione nominatas l. à filio §. Teſtator, & §. Titia
decedens, ff. de alim. & cibar. legat. Bero. conſ. 66.
num. 14. & 15. lib. 2. Surd. conſil. 336. num. 18. &
conſil. 352. num. 22. habetque vim expreſſionis
propriorum nominum copulatiuè, & coniunctim,
perindè ac ſi Teſtator quoad ſingulos appellatiuè
reciprocam expreſſiſſet ad tradit per Rip. in l. 1.
num. 156. verſ. ſed iſta Concluſio ibique Alciat. n. 87.
ff. de vulgar. & pupillar. cum alijs per Gratian. di-
ſceptat. 463. num. 70. & 72.

Atquè ideò ſubſtitutio purificata fuit ad fauo-
3 rem Eliſabeth filiæ Agatæ ſuperextantis, tàm
reſpectu portionis maternæ, quàm Magdalenæ
Monialis, cui expreſsè fuit reciprocè ſubſtituta
l. Lucius vbi Bart. cæteriquè ſcribentes ff. de vulgar.
& pupillar. l. 2. C. de Impuber. & alijs ſubſtit. Card.
Caual. deciſ. 167. numer. 3. & 4.

Non obſtat quòd regulariter ſubſtitutio facta
4 de aliquo, & eius filijs, reſpectu filiorum intelli-
gatur facta ordine ſucceſſiuo poſt Patrem per
ſolam vulgarem ex gloſſ. & DD. in l. Gallus §. Qui
rectè ff. de liber. & poſthum. Card. Canal. deciſ. 496.
num. 4.

Quià cum in caſu noſtro Andreas Teſtator
5 ſub vnica periodo, & oratione, tàm reſpectu
Agatæ, & Magdalenæ, quàm principaliter re-
ſpectu ipſarum filiorum ſubſtitutionem de om-
nibus ſub commemoratione mortis conceperit
per verba futuri, & ſucceſſiui temporis, ibi: Cui
Laurentio quãdocunq; ſine filijs legitimis, & naturalibus
decedenti ſubſtituit dictas Agatam, & Magdalenam
6 &c. ipſarumque filios &c. Quę compendioſa eſt,
gloſſ. & DD. in cap. 1. de teſtam. in 6. Giouagn.
conſil. 74. num. 26. & 27. lib. 1. Rot. deciſ. 656.
num. 2. par. 4. deciſ. 157. num 1. & deciſ. 579. nu. 7.
7 par. 9. recent. Vtiquè tàm Agata, & Magdale-
na, quàm ipſarum filij æqualiter cenſentur vo-
8 cati, nedùm per vulgarem, ſed etiam per Fidei-
commiſſariam, quæ ſub compendioſa continc-
tur, DD. communiter in l. Centurio ff. de vulgar. &
pupillar. Auchar. in cap. ſi Pater num. 15. de te-
ſtam. Rota deciſ. 97. ſub num. 7. par. 4. recent. cum
cęteris allegatis coram bon: mem: Merlino dec. 269.
num. 1. & 2.

Et licèt vbicunque verba habentia tractum
9 temporis ſucceſſiuum reſtricta ſunt ad perſonam
Patris non important fideicommiſſariam reſpe-
ctu filiorum, in quibus terminis procedunt de-
ducta per Rotam coram Card. Caual. d. deciſ. 496.
10 num . cum duobus . ſecùs tamen eſt quando
P . ſ . l.

(prout hic) principaliter etiàm filios compre-
hendunt, vtpotè ſub eadem Oratione, & con-
textualiter vocatos, hoc enim caſu ipſorum vo-
catio non reſtringitur ad ſolam vulgarem, ſed
continet etiàm Fideicommiſſariam, vt decla-
rant Cuman. in l. Cum ita §. In fideicomm. num. 4.
ff. de legat. 2. Iaſ. in l. ſi quis hæredem num. 10. C. de
Inſtit. & ſubſtit. Curt. Iun. conſil. 48. num 4 5. & 6.
Soccin. Iun. conſil. 136 num. 18. lib. 3. Cephal. con-
ſil. 353. num. 59 verſ. Tertius eſt Caſus. Menoch.
conſil. 85. num. 54. & 67. & lib. 4. præſumpt. 71.
num. 35. Simon de Prat. de Interpret. vltim. volun.
lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. ſol. 9. num. 6. ſol. 280.
à tergo, & dubit. 4. ſolut. 2. numer. 15. verſ. Præci-
puum hoc vnum ſol. 333. pariter à tergo, Peregrin. de
fideic. art. 19. num. 7. & optimè Rota in Romana
fideicommiſſi de Vrſinis 9. Maij 1611. coram bon. me.
Pirouano in recent. deciſ. 320. part. prima repetit.
deciſ. 344. par. 2. per tot. & ſignanter num. 4. cum
ſeqq.

Indeq; ſicut ipſa prima ſubſtitutio vti comple-
11 ctens vulgarem, & Fideicommiſſariam plura
tempora continet tàm ante, quàm poſt aditam
hæreditatem, vt tradunt DD. in dicta l. Centurio
ff. de vulgar. & pupillar. Ità pari modo Reciproca
ſubſequenter adiecta quoad omnes fideicommiſ-
ſariam importat, & vtrumquè continet tempus
attentis verbis quibus concepta fuit, ibi: Quos
12 ſimili modo alterum alteri ſubſtituit &c. quæ relati-
ua ſunt, & repetitiua omnium qualitatum in ſu-
periori ſubſtitutione expreſſarum. Alciat conſil.
531. num. 6. & ſeqq. lib. 1. Ruin. conſil. 169. nu. 3.
lib. 4. & ſeqq. Modern. Mantuan. contr 70. nu. 4.
Gratian. diſcept. 767. numer. 40. Card. Caual. de-
ciſ. 162 num. 2. Rot. in Auximana fideicommiſſi 22.
Martij 1638. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano
§. Idquè confirmatur.

Eo magis quià vltimo loco ſubſtituti fuerunt
pro medietate hæreditatis Cippus Domus Teſta-
toris, & pro alia medietate Societas Sanctiſſimæ
Trinitatis Vrbis, ſi Laurentius, Agata, & Mag-
dalena omnes morerentur ſine filijs, ibi; Et caſu
quo prædicti Laurentius, Agata, & Magdalena om-
nes morerentur ſine filijs legitimis, & naturalibus,
tunc, & eo caſu ſubſtituit eis &c. pro medietate &c.
13 Cum enim propterà filij vnius ex vocatis exclu-
dant ſubſtitutum in totum, ex quo ob illud no-
men collectiuum omnes, & ſubſequentem dictio-
nem reſtrictiuam tunc, & eo caſu in omnibus con-
ditio adimpleri debet, vt ſubſtitutus admitti
poſſit Ripa in l. hæredes mei. §. Cum ita num. 143.
ff. ad Trebell. Rim. Iun. conſil. 412. num. 41. &
ſeq. lib. 4. Cephal. conſil. 166. nu. 21. & 22. lib. 2.
Honded. conſil. 65. num. 24. lib. 2. Peregr. conſil. 31.
num. 4. lib. 3. Simon de Prat. vbi ſupra dubit. 3.
ſol. 2. numer. 9. & 10. fol. 310. Fuſar. de ſubſtit.
quæſt. 473. numer. 118. & 119. Modern. Mantuan.
14 contr. 521. num. 23. 28. & 29. Sequitur perne-
ceſſe, quòd inter omnes inducta fuerit reciproca
fideicommiſſaria, & ſic quòd filij vnius ſubſtitu-
ti ſint in portione Patruorum, cum alias non ex-
cluderent ſubſtitutum in totum iuxtà mentem
Teſtatoris, quæ præcipuè attendi debet vulg.
l. In Conditionibus ff. de condition. & demonſtrat.

Nec in propoſito Monaſterium S. Silueſtri, in
15 quo Magdalena Profeſſionem emiſit, ſuccedere
poteſt loco filij, quià ipſi non conueniunt ver-
ba, legitimos, & naturales, quibus filiorum ſub-
16 ſtitutio concepta fuit, quæ propterea deſignant
ſolos filios natos per naturam, vt probant Ca-

 ſtr ſ.

ſtrenſ. contrarium tuentē in *Auth. niſi Rogati C. ad Trebell.* in terminis reſponder *Rota in Romana fideicommiſſi de Incoronatis 13. Maij 1639. §. Ex quibus verbis coram bo: me: Pironano.*

Conſtat itaquè ex prędictis de fideicommiſſo, eiuſquè purificatione ad fauorem Eliſabeth; Cumque Hoſpitium ſit ſubiectum fideicommiſſo vti ſubrogatum loco aliorum bonorum fideicommiſſi, ex quo fuit emptum mediante aſſignatione Cenſus, & Domus Andreæ fideicom-
37 mittentis; Ideò ex perſona eiuſdem Eliſabeth ſuper eo competit Immiſſio Vincentio de Cocchis, & Conſortibus illius filijs, & hæredibus non ſecus ac ſi competeret in bonis à Teſtatore poſſeſſis, *Buratt. deciſ. 229. num. 9. Rota in Interamnen. Prędij 31. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſima Tarraconen. §. Non releuat, & in Romana Locorum Montium 3. Iunij 16 0. coram R.P.D. meo Meltio §. Quibus non aduerſatur.*

Et ità vtraquè &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Lunæ 15. Iunij 1654.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Dos non eſt detrahenda ex bonis fideicommiſſo ſubiectis, extantibus aliis bonis liberis.*

2 *Filij ſuccedunt in hæreditate Patris pro æquis portionibus.*

3 *Filij coæqualiter ſuccedere debent, & inter illos ſeruanda eſt æqualitas in diuiſione hæreditatis paternæ.*

4 *Confeſſio probat contra confitentem, & habentem cauſam ab eo.*

DECISIO CCCCLXI.

IN poſtrema deciſione emanata ſuper fideicommiſſo Valeriani de Mutis 27. Iunij 1653. confirmando præcedentem ſub die 1. Decembris 1651. coram me, dictum fuit, Dandam eſſe Immiſſionem Fratribus de Mutis ſuper Rubris tantum 22. cum dimidio, factis prius detractionibus iàm firmatis; Quià vt ibi dicitur §. *Omiſſa enim*, Partes hinc indè, concorditer conueniebant, quòd dictus Valerianus Teſtàtor pro eius tertia parte vſquè ad obitum poſſedit Rubra 151. Caſalis controuerſi; Cumque reliquerit duos filios, nempè Cæſarem, & Britium pars vnius cuiuſquè illorum conſtituit 75. cum dimidio, & ſic detractis à portione Cæſaris, hodiè ſolùm petita Rubris 30. aſſignatis pro dotibus Lucretiæ, & Luciæ eius filiarum remanet ſolùm in Rubris 45. quorum medietas ſpectans ad Alexandrum alterum in Sententia Rotali, non excedit dicta Rubra vigintiduo cum dimidio.

Verùm repropoſita hodie Cauſa, reſolutum fuit, dictam poſtremam Deciſionem eſſe reformandam; quià cum eidem Cæſaris vti vocato ad alterum fideicommiſſum à Iacobo Fratre Valeriani conſtitutum, & in eius perſona terminatum obuenerint plura bona, & ſignanter alia portio huiuſmet Caſalis, quæ pœnes eum, & Britium Fratrem libera remanſerunt, vt deciſum fuit 30. Ianuarij proximiprętetiti omnibus Informantibus, & Deciſioni acquieſcentibus, conſequens eſt, vt detractiones dd. dotium, & æris alieni ex eius perſona prætenſæ non ſint faciendæ ex rata bonorum Fideicommiſſariorum Valeriani, ſed ex alia, alijſque bonis illi ex Teſtamento dicti Ia-
cobi obuentis, quæ Immunia ſunt ab omni one-
1 re fideicommiſſariæ reſtitutionis, Nàm extantibus bonis liberis minui non debent fideicommiſſo ſubiecta, vt milſies reſpondit *Rota*, & ſignanter in Deciſionibus relatis in *Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram me §. Imò nulla videtur, & §. ſed tollitur in fine.*

Nec ſubſiſtit, quòd vtraque Caſalis portio, tàm Valeriani, quàm Iacobi ſimul iuncta non excedat dicta Rubra 151.

Contrarium enim in facto deducebatur; nàm Ioanni Franciſco de Mutis condomino Caſalis controuerſi tres eius filij æqualiter ſucceſſerunt,
2 nempè Valerianus, Iacobus, & Nicolaus, & ſic vnicuique ipſorum de Iure obuenit tertia pars ſingulorum Corporum in illius hæreditate repertorum Iuxtà diſpoſitionem *text. in l. Inter filios C. fam. erciſc.* Valerianus autem pro ſua tertia parte d. Caſalis Iure proprio poſſedit rubra 151. vt firmatur in omnibus præcedentibus Deciſionibus coram me emanatis. Totidemque Rubra 151. pro alia eius tertia poſſedit Nicolaus; nàm Hieronymus eius filius die 24. Martij 1568. ex dicta tertia ad eius Patrem delata vendidit q. Carolo de Mutis rubra 103. pretio ſcut. 70. monetæ pro quolibet rubro, & die 8. Iulij eiuſdem anni eidem Carolo tradidit in Cauſam Dotis Fauſtinæ eius filiæ alia rubra 48. pro reſiduo dictæ tertiæ, vt conſtat ex publicis Inſtrumentis relatis in *Summ. Actorum num. 1. & 2.* Vndè tertia pars dicti Iacobi cohæredis debet aſcendere ad eandem
3 quantitatem rubrorum 151. ſicut poſtulat ratio coæqualis ſucceſſionis, & ſeruandæ inter liberos æqualitatis, vt dixit *Rota coram Buratt. deciſ. 480. num. 8. & in recent. deciſ. 345. num. 15. par. 8.* & conſequenter iuncta cum propria portione Valeriani conſtituit rubra 302.

Idquè comprobatur ex quo Cæſar 11. Iulij 1543. ſuper portione dicti Caſalis ſibi obuenta impoſuit annuum Cenſum ſcut. 30. & in Inſtrumento Impoſitionis iure iurando aſſeruit ad hue pœnes ipſum remanere ad minus rubra 125. *dicta Summar. num. 5.* Ac ſucceſſiuè vltrà quantitatem rubrorum 30. aſſignatam filiabus, Alexander eius filius anno 1583. vendidit bon: mem: Camillæ Perettæ quoddam reſiduum rubrorum 82. cum
4 dimidio eodem *Summario num. 7.* Aſſertio enim Cæſaris, & venditio facta ab Alexandro eius filio probant contra reos conuentos habentes Cauſam ab illis *vulg. l. cum à matre C. de rei vindic. Card. Seraphin. dec. 828. num. 5. Buratt. deciſ. 733. pariter num. 5.*

Et ità vtraquè &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSIMI DE Rodulphis.

Lunæ 15. Iunij 1654.

ARGVMENTO.

Non indiget.

SVMMARIVM.

1 *Exactoris deputatio, licet ſit generaliter facta, recipit tamen reſtrictionem ſecundum ſubiectam materiam.*

2 *Exactoris deputatio licèt ſit generaliter facta, regulatur tamen à ſua cauſa præcedente.*

3 *Filij pupilli, non præſumuntur pœnes ſe habere alia bona, quàm paterna, præſertim attento breui tempore, quòd poſt obitum Patris intercesſit.*

4 *Identitas Cenſus iuſtificatur, quoties concordat, tam quantitas, quam nomina Impoſitoris, & Emptoris.*

5 *Pluralitas in dubio nunquam præſumitur.*

6 *Læſio plenas probationes requirit.*

7 *Probatio adeo plena non exigitur, quando non agitur ad reſciſſionem tranſactionis, ſed ſolum prò obſeruantia pacti in ea appoſiti.*

8 *Tutor tenetur ratione officij cuſtodire librum computorum; quem conſtat habuiſſe ab exactore, vt propterea nec admittatur ad Iuramentum.*

9 *Obligatio primæua per tranſactionem extinguitur, niſi fuerit in ipſa tranſactione.*

DECISIO CCCCLXII.

SVb generali dubio, An eſſet locus reſciſſioni tranſactionum 14. Iunij 1652. negatiuè reſoluto dictum fuit, ſeptimam partitam ſcut. 8126. & baioc. 80. de quibus Europa quietantiam fecerat Tranquillo de Battellis Exactori, ſeù Depoſitario demendam eſſe à Calculo à Rodulphis exhibito, quià præſumebantur prouenire non ex proprietate bonorum fideicommiſſariorum, ſed potius, vel ex illorum fructibus ad Europam, eiuſque filios ſpectantibus, vel ex Capitalibus Cenſuum retrouenditorum, quæ illa in ſecunda Tranſactione acceperat pro legitima eorundem eius filiorum.

Sed de ordine Rotæ reſtricta diſputatione ad hanc ſeptimam partitam die 26. Ianuarij proximè præteriti, reſolutum fuit Deciſionem eſſe reformandam, dictamque partitam non eſſe à Calculo demendam; Quia præſumptio, quód dicta ſcuta 8126..80. prouenirent ex fructibus ceſſabat, ex quo Iulius Cæſar Teſtator ab Europa eligi mandauit Depoſitarium ad ſolum effectum recipiendi Capitalia Cenſuum deindè reinueſtienda in alijs Cenſibus, vel bonis ſtabilibus. Ideoque tàm illius electio, quàm exactiones deindè ab eo factæ referri debeant ad Cauſam præambulæ diſpoſitionis, & factæ dicantur in executionem præcedentis præcepti de ſola proprietate loquentis, attenta præcipuè tenuitate fructuum vix ſufficientium pro ſubſtentatione, & propria Confeſſione ipſius Europæ, quòd pecuniæ a Depoſitario exactæ, & conſignatæ in emptionem bonorum Stabilium, & Cenſuum erogatæ, & inueſtitæ fuerant, quod non congruit fructibus ad Europam, & filios ſpectantibus, ſed proprietati ex Teſtatoris præcepto reinueſtiendæ. Et ceſſare etiàm videbatur, quod ſaltem prouenerint ex Capitalibus ab Europa receptis ex Cauſa dictæ legitimæ; Quià in dicta ſecunda tranſactione ipſa aſſeruit Cenſus receptos eſſe extinctos, quod verificari non poterat in Cenſibus 27. annis antè à Depoſitario retrouenditis, & reinueſtitis.

Verùm repropoſita hodie Cauſa Domini non dubitarunt, quod dd. pecuniæ non prouenirent ex fructibus, ſed ex proprietate bonorum fideicommiſſariorum, licèt Feruli nuper exhibuerint publicum Inſtrumentum Deputationis dicti Depoſitarij non reſtrictæ ad pecunias fideicommiſſarias, ſed generalis comprehendentis omnes ad dictos filios quoquo modo ſpectantes *eorum Sum-*
1 *mario num.1.* Quià huiuſmodi generalis Deputatio reſtrictionem recipit ſecundùm ſubiectam materiam *l. ſi ſtipulans ff. de vſur. Corn. conſil.239. num.5. lib.1. Rota deciſ. 591. num. 11. par.1. diuerſ. coram Buratt. deciſ. 679. num. 7. & in recent. deciſ.*
2 *682. num. 29. part. 8.* atque regulariter à ſua Cauſa præcedente *ex theor. Bart. in l. adductis §.his*
3 *poſitis*; Cumque alia bona; quàm paterna apud filios pupillos non extarent, & induſtrios tunc adfuiſſe non præſumantur præſertim attento breui tempore inter obitum Patris, & exactiones *ad text. in l. 2. C. de Patr. Poteſt. Menoch. conſil. 207. num. 12. Ciriac. controu. 38. nu. 15. Surd. deciſ. 15. num. 10. cum ſeqq. Rota in Romana Redditionis rationis 23. Ianuarii præteriti coram Reuerendiſſimo D. meo Peutingero §. Hoc ſiquidem* vtiquè ad eadem paterna bona dicta Deputatio reſtringitur, & exactiones eius vigore ſubſequutæ, tàm ingentes quantitatis ſcut. 8126. 80. de proprietate inueſtienda, non autem de fructibus non inueſtiendis, & vix ſufficientibus pro familia factæ præſumuntur, donec contrarium concludenter iuſtificetur, & comprobatur in *d. ſecunda deciſ. §. Attenta præcipuè cum ſeqq.*

Sed debilitatam æſtimarunt reſponſionem, quód non prouenirent ex capitalibus cenſuum ab Europa receptis ex cauſa dictæ legitimæ, ideoque in hac parte reformandam eſſe dictam ſecundam deciſionem pro ſumma inferius exprimenda: quoniam ex alijs publicis inſtrumentis nouiſſimè pariter productis, & relatis *in dicto num. 2.* oſtenſum fuit, quod rata ſcutor. 2950. verè prouenit ex dictis capitalibus, nempè ſcut. 500. ſortis principalis cenſus cum Petro Iacobo Iuliani de Rubeis, ſcuta 250. duorum cenſuum cum Horatio Ludouici Cappoli, ſcut. 300. cum Rodulpho Hieronymi Banchetta, ſcut. 200. cum Becto Thomæ Derutæ, ſcut. 300. cum Ioſepho Raynaldo de Beuagna, alia ſcuta 300. cum Sebaſtiano Alexandri Ruſtici, ſcuta 200. cum Bartholomeo Nerone, & ſcut. mille cum Magnifico de Magnificis, vt patet ex combinatione dd. inſtrumentorum *d. num.* 2. cum deſcriptione cenſuum receptorum in dicta ſecunda tranſactione relata in *Summ. impreſſo illorum de Rodulphis primæ poſitionis num ſub lit. B. C. & D.* atque ideò è dd. ſcut. 8126. 80. quæ d. ſecunda deciſio refert in creditum fideicommiſſariorum detrahenda ſunt præfata ſcuta 2950.

Eodemque modo videntur detrahenda alia ſcuta 907. 73. nempè ſcuta 350. ad Bartellum peruenta pro ſorte duorum cenſuum, quos Europa proprio nomine emit poſt obitum viri à Ioſepho Victorino de Aſſiſio, & à d. Rodulpho Danzetto *d. Summ. Ferulorum d. num. 2. lit. D. & H.* ſcut. 500. ſortis principalis cenſus cum Laurentio de Socijs, qui licet non fuerit in deciſione comprehenſus, eiuſque capitale exactum fuerit à d. Depoſitario, attamen iam Europa huiuſmodi exactionem manifeſtauerat de anno 1628. & Rodulphis recompenſam dederat mediante publico inſtrumento relato in *Summ. Ferulorum primæ poſitionis num. 3.* & alia ſcut. 57. 73. quæ Bartellus exegit occaſione fructuum *d. hodierno Summ. d. num. 2. lit. B. & F.* ad Europam, & filios proprio Iure ſpectantium, & ſic detractis à d. ſcut. 8126. 80. omnibus dd. Partitis in totum conſtituentibus ſcuta 3857. 73. remanent in creditum fideicommiſſariorum ſola ſcut. 4269. 7. ad formam tranſactionum repartienda.

Nec ſubſiſtit, quod cenſus ſcut. mille cum Magnifico de Magnificis per Bartellum exactus ſit diuerſus ab aſſignato Europæ, ex quo ipſa illum recepit pro non extincto, iſte autem longè antè fuerat extinctus, ex quo Magnificus ex ſolutione facta Bartello quietantiam reportauit etiam pro Comite Ludouico de Marſcianis.

Primum enim corruit, aduertendo, quod in aſſignationem Europa non recepit hunc cenſum pro non extincto, imò dixit maiorem partem

censuum

cenſuum aſſignatorum fuiſſe priùs ab ipſa, eiuſ-
que filijs extinctam, vt deducitur in *d. 2. deciſ.*
5. eſſare etiam. Secundum verò euaneſcit, quia
quietantia reportata fuit etiam nomine Ludoui-
ci, ex quo (vt ibidem dicitur) eius intuitu, &
contemplatione Magnificus d. cenſum impoſue-
4 rat: cumque de cætero concordet tàm quantitas,
quam nomina impoſitoris, & emptoris ſatis ex-
inde reſultat identitatis iuſtificatio, & exclu-
5 ditur pluralitas, quæ nec in dubio præſumitur
Bald. conſ. 344. ſub numer. 2. lib. 2. Aquin. conſ.
198. numer. 1. & 2. & conſ. 282. lib. 2. Surd. conſ.
80. numer. 13. & ſeq. Menoch. de arbitr. caſ. 21?.
num. 9. præſumpt. 15. numer. 6. & 7. lib. 6. Bu-
ratt. deciſ. 285. num. 1.

Ex eo autem, quod d. partita eſt reformanda
in dd. ſcut. 3357. 73. inferri non poteſt, quod
pro reliquis ſcut. 4269. 7. æquiuoca remaneat
præſumptio d. ſecundæ deciſionis, & ſic exclu-
datur læſio plenas exigens probationes; quoniam
6 pro d. quantitate, quæ concludenter non iuſtifi-
catur prouenire ex capitalibus in cauſam d. legi-
timæ per Europam receptis, præſumptio, quod
proueniant ex proprietare fideicommiſſaria om-
ninò ſubſiſtens, & firma remanet, quippe quæ
optimis nititur fundamentis, tàm tenuitatis fru-
ctuum, quàm propriæ confeſſionis ipſius Europę,
quod fuerant inueſtita, quæ in ſolo capitali cen-
ſuum fideicommiſſo ſubiectorum ex præcepto Te-
ſtatoris reinueſtiendo verificari poteſt; cumque
7 hodie amplius non allegetur læſio, nec agatur pro
reſciſſione tranſactionum, ſed ſolùm pro obſer-
uantia pacti ibidem appoſiti habendi rationem
ad fauorem fideicommiſſariorum de omnibus
in futurum detegendis non exigitur adeo plena
probatio, exiſtimatis *in d. 2. deciſione §. vltimo*.
8 Præſertim dùm Feruli non exibent librum Barteli,
li, quem ad manus Europæ ipſorum Auctricis de-
ueniſſe ipſamet confeſſa fuit, & tanquam tutrix
cuſtodire tenebatur ratione officij, vt propterea
nec admittatur iuramentum, vt probant autho-
ritates allegatæ *in d. dec. §. eoque facilius*, nullate-
9 nus ſubſiſtente, quòd huiuſmodi obligatio cuſto-
diendi extincta fuerit per dictas tranſactiones,
quia obiectum forſan procederet, ſi nihil ibidem
fuiſſet reſeruatum, in quibus terminis loquitur
Seraph. deciſ. 234. num. 1. alijque in contrarium
adducti, ſecus autem dum expreſsè reſeruatum
fuit quidquid ibi adnotatum non reperiretur, ſi-
gnum euidens, quod partes intellexerunt, illum
ſemper eſſe cuſtodiendum, vt dignoſci poſſet quid
adnotatum, & quid omiſſum.

Et ità vtraque &c.

ASTORICEN. SEV NVLLIVS Iuriſdictionis.

Ven. 19. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Abbas, cui per Priuilegium Papæ fuit conceſſa iu-
riſdictio alicuius oppidi, illam poteſt exercere
priuatiuè quoad Epiſcopum licet oppidum ſit
intra fines illius Diœceſis, qui Abbas non poteſt
in præiudicium ſucceſſorum Iura Abbatiæ ex hu-
iuſmodi priuilegio competentia compromittere
abſque Beneplacito Apoſtolico, & per conſe-
quens laudum fauore Epiſcopi prolatum, non
afficit ſucceſſores Abbatiæ, & ex quibus huiuſ-
modi Beneplacitum probetur neque ſufficit præ-
ſumptum ex lapſu temporis, cum requiratur co-
pulatiue obſeruantia dicti laudi, & quænam ob-
ſeruantia ſit ſufficiens, & quomodo probetur, &
quando priuilegium dicatur in forma probanti
productum, quamuis ſit tranſumptum.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus habet intentionem fundatam de iure ſu-*
per omnimoda Iuriſdictione in omnibus locis exi-
ſtentibus intra fines propriæ Diœceſis.

2 *Epiſcopus, ſeu eius Vicarius explorare debet vo-*
luntates Puellarum volentium ingredi Monaſte-
rium.

3 *Amplia vt hoc habeat locum etiam in Monaſterijs*
exemptis ab illius iuriſdictione.

4 *Oppidum ſeparatum à Iuriſdictione Epiſcopi per*
Priuilegium Papæ, & Abbati conceſſum. quam-
nis ſit intra limites eius Diœceſis, non dicitur am-
plius in Diœceſi, nec Diœceſis Epiſcopi.

5 *Sed appellatur propria Diœceſis Abbatis.*

6 *Abbas, cui per priuilegium Papæ fuit conceſſa iu-*
riſdictio alicuius Oppidi, ipſe ibidem dicitur Or-
dinarius, & Diœceſanus.

7 *Abbas, cui per Priuilegium Papæ clauſula ſublata,*
& decreto irritanti munitum fuit conceſſa iuriſ-
dictio alicuius Oppidi, poteſt ibi exercere omnes
actus iuriſdictionales priuatiuè quoad Epiſco-
pum.

8 *Abbas non poteſt in præiudicium ſucceſſorum Iura*
Abbatiæ competentia compromittere abſque Be-
neplacito Apoſtolico.

9 *Beneplacitum Apoſtolicum dum fuit reſeruatum,*
exindè clarè arguitur illud præcedenter non fuiſſe
conceſſum.

10 *Beneplacitum Apoſtolicum ex lapſu temporis 30.*
annorum non præſumitur, niſi concurrat obſer-
uantia.

11 *Obſeruantia dum eſt minus remota ab actu celebrato,*
non eſt attendenda, nec facit præſumere Bene-
placitum Apoſtolicum ex lapſu temporis.

12 *Obſeruantia certitudinalis, & pacifica requiritur ad*
præſumendum Beneplacitum Apoſtolicum ex lap-
ſu temporis 30. annorum.

13 *Beneplacitum Apoſtolicum, vt præſumatur ex lapſu*
30. annorum requiritur continuata, & ſucceſſi-
ua obſeruantia per dictum tempus.

14 *Declara ab hac obſeruantia ſit detrahendum tempus*
litis.

15 *Scripturis potius credendum eſt, quam teſtibus.*

16 *Tranſumptum Priuilegij dum ſeruatis ſeruandis*
fuit in actis productum, & ob altera parte nihil
de eo fuit oppoſitum plenam fidem meretur.

DECISIO CCCCLXIII.

CONſtare de iuriſdictione Abbatis Villæ Fran-
chæ priuatiuè quoad Reuerendiſſimum Epi-
ſcopum Aſtoricen. propoſito particulari dubio
1 hodie Domini reſponderunt; quia licet Epiſco-
pus habeat intentionem fundatam in diſpoſitione
Iuris communis ſuper omnimoda iuriſdictione in
omnibus locis exiſtentibus intrà finem propriæ
Diœceſis *c. conquerente de offic. ordin. c. cum Epiſco-*
pus eod. tit. in 6. c. conſtitutus de Relig. domib. c. om-
nes Baſilicæ 16 quæſt. 7. & ſignanter ipſe, ſeù eius
2 Vicarius explorare debeat voluntates puellarum
volentium ingredi Monaſterium iuxtà diſpoſitio-
nem *Sac. Con. Trident. Synod. ſeſſ. 25. c. 17. de Re-*
3 *gular.* quam habere locum etiam in Monaſterijs
exemptis tradit *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. al-*
leg. 100. num. 4. & de Iur. Eccleſ. lib. 1. c. 44. nu. 9.
vbi refert plures declarationes Sac. Congregatio-
nis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sacri
Concilij Tridentini interpretum.

Nihilominus quia d. Abbas exhibuit ampliſ-
ſimum

ſimum Priuilegium fel. rec. Clementis VII. anno
incarnationis Dominicæ 1533. 3. Kalend. Ianuarij,
ſuique Pontificatus anno 2. ipſius Anteceſſori con-
ceſſum, in quo d. Pontifex ſeparauit penitus Op-
pidum Villæ Franchæ, eiuſque Eccleſias, & ho-
mines à iuriſdictione Epiſcopi, & inhibendo nè
deſuper amplius ſe ingereret, eandemque Iuriſ-
dictionem omnimodè conceſſam Abbati ſpreter
Sacrorum ordinum collationem eius Summ. num.
1. vtique dictum Oppidum exindè effectum fuit
4 Territorium ſeparatum, quamuis ſit intra limites
Diœceſis Aſtoricenſis, & non dicitur amplius in
Diœceſi, nec Diœceſis Epiſcopi gloſ. in Clem. pri-
ma §. volumus in verb. Diœceſanis ibique Card. num.
2. in 4. quaſt. Abb. num. 15. Imol. num. 28. & Vi-
talian. num. 4. de for. compet. Franc. in c. 2. §. ſtatu-
to num. 10. ad fin. verſ. ſed ſi per Priuilegium de
Conſtit. in 6. Rot. deciſ. 207. ſub num. 5. verſ. qua
quidem por. 2. diuerſ. coram Card. Seraph. deciſ. 1273.
num. 4. & coram Martin. Andr. deciſ. 54. numer. 5.
5 ſed appellatur propria Diœceſis Abbatis. Aub.
in c. poſtulaſti num. 45. de for. comp. Gratian. diſcept.
for. cap. 212. num. 33. Rot. deciſ. 100. ſub num. 3.
apud Modern. de Iur. Abbat. & in Montis Caſſinen.
Iuriſdictionis 27. Martij 1651. coram R. p. d. meo
Bichio §. quapropter ipſe: ibidem dicitur ordina-
6 rius, & Diœceſanus iuxtà gloſſ. ſingularem in d.
Clem. 1. d. §. volumus d. verb. Diœceſanis Lotter. de
re benef. lib. 1. quaſt. 24. num. 127. & 132. Gratian.
d. cap. 212. num. 9. Modern. Carpen. Controuerſ fo-
renſ. cap. 220. num. 71. lib. 2. cum alijs plenè al-
legatis in Auellina Iuriſdictionis 4. Iulij 1646. coram
Eminentiſſ. D. Card. Ottbobono §. quia cum in caſu,
7 atque ideò priuatiuè quoad alios omnes actus Iu-
riſdictionales ibi exercere poteſt, cum prædictum
Priuilegium clauſula ſublata, & decreto irri-
tanti munitum priuatiua iuriſdictio ipſi conceſſa
dicatur, vt aduertunt Garliuz. conſ. 143. num. 21.
& 22. Gratian. d. cap. 212. num. 112. & 113. Rot.
apud modern. de Iur. Abbat. deciſ. 117. num. 3. &
4. verſ. præterea tom. 3. & in dicta Montis Caſſinen.
Iuriſdictionis coram R. p. d. meo Bichio §. vlt. in fin.

Non obſtat laudum triennio poſt latum à Car-
dinali Quinencio, & alijs compromiſſarijs, quo
Iuriſdictio per dictum Priuilegium conceſſa re-
ſtricta, & moderata fuit.

Quia Abbas illius temporis non potuit in præ-
8 iudicio ſucceſſorum Iura Abbatiæ ex dicto Priui-
legio competentia compromittere abſque Bene-
placito Sedis Apoſtolicæ c. venient de tranſact. Vi-
talian. in Clem. 1. numer. 57. de offic. vicar. Calder.
conſ. 5. num. 1. de confeſſ. Caſtr. conſ. 336. num. 3.
lib. 1. Card. Seraph. deciſ. 1278. num. 3. in recen. de-
ciſ. 480. num. 40. par. 1. in Rauen. exemptionis 22.
Iunij 1640. coram Reuerendiſſ. D. Salamantino. §.
quinimò cum alijs in puncto allegatis in Popien.
manutentionis 13. Martij præteriti coram R. p. d. meo
Peutingerio §. non obſtat laudum cum ſeqq.

Huiuſmodi Beneplacitum non probatur ex aſ-
ſertione dicti Cardinalis in illis verbis, ibi: &
ferendo ad dictum debitum effectum totum quod dictam
eſt per ſuam ſanctitatem Summ. Epiſcopi num. 9. ſiuè
quia non concludunt præcisè Beneplacitum Apo-
ſtolicum, ſiuè etiam quia illud non proceſſiſſe
9 concluditur ex lectura eiuſdem laudi, dum infrà
expreſſa legitur ipſius reſeruatio, ibi: relinquunt
in totum Beneplacitum ſuæ ſanctitatis: ex indè enim
clarè arguitur, illud præcedenter non fuiſſe con-
ceſſum, vt alijs allegatis dictum fuit in Aternen.
Vicarij 1. Iulij 1651. coram R. p. d. meo Bichio &
in Cathacen. bonorum cor. me 8. currentis §. aut verò.

Minuſuè allegari poteſt præſumptum ex lapſu
10 temporis, quia copulatiuè requiritur obſeruan-
tia, vt reſpondit. Rota apud Put. deciſ. 7. de præ-
ſumpt. coram bon. mem. Coccin. deciſ. 301. num. 2. &
3. in Ceraſina Reintegrationis 3. Iunij 1544. coram
Reuerendiſſimo Tarraconen. in Compoſtellana Paro-
chialis 10. Februarij 1645. coram R. p. d. meo Ve-
roſpio §. Quia cum ex titulo circa finem in eadem
Aternen. Vicarij 30. Maij 1650. coram Eminentiſſi-
mo D. Card. Ottbobono §. final. & prius in Caietana
bonorum 10. Iunij 1648. §. præſumptio autem coram
me, ad quam probandam non ſufficiunt aliqui
actus Iuriſdictionales geſti ab Epiſcopo ab anno
1601. citrà; Tum quia hæc obſeruantia eſt nimis
11 remota à laudo lato per 80. ferè annos anteà, &
ſic non videtur attendenda, vt admiſit Rota in
Matoriten. Iuriſdictionis 8. Aprilis 1645. coram R.
p. d. meo Bichio §. 2. ſpecificè verſ. tum etiam quia, &
7. Martij 1636. corã Reuerendiſſ. Terracinen. rec. dec.
105. num. 9. & 10. part. 7. & in Barchinonen. Iu-
riſdictionis, cum de eodem tempore dentur alij
actus iuriſdictionales exerciti ab Abbate, & ſi-
gnantèr circa ipſam explorationem voluntatis
Puellarum d. eius Summ. numer. 3. non poteſt ex
12 actibus allatis pro Epiſcopo adduci obſeruantia
certitudinalis, & pacifica, qualis ad hunc effe-
ctum requiritur, vt dixit. Rota in Auguſtana De-
cimarum 10. Iunij 1635. coram bon. mem. Cardinali
Macchiauello in recen. deciſ. 305. numer. 11. d. part.
7. cum alijs allegatis per add. ad Gregor. deciſ. 354.
ſub numer. 18. verſ. & etiam de huiuſmodi. Tùm
demum quia obſeruantia debet eſſe continuata,
13 & ſucceſſiua per 30. annos, vt dictum fuit in d.
Aternen. Vicarij coram D. Cardinali Ottbobono dicto
§. vltimo in fin. in Romana Deuolutionis Domus 4.
Decembris 1651. coram D. meo Bichio §. final. & in
Comen. Funeralium 16 Martij proximi præteriti in fin.
14 coram me, & tamen à d. anno 1601. vſque ad
motam litem de anno 1615. cuius tempus eſt
ſubducen. Card. Seraph. deciſ. 1027. num. 13. non
ſunt elapſi 30. anni, vt patet.

Nec releuant Teſtes pro Epiſcopo examinati
deponentes, quòd ipſe ſolus exercuit iuriſdictio-
nem eius Summ. num. 11. quia contrarium proba-
15 tur ex ſcripturis pro Abbate ſupra recenſitis, qui-
bus magis eſt credendum, quàm teſtibus l. ceaſus.
C. de probat. gloſ. in c. 30. loco verb. teſtium eod. tit.
Rot. dec. 64. num. 17. part. 5. recen. coram Duran.
dec. 131. nu. 3. cum cæteris congeſtis in Comen. Colle-
gij 15. Decemb. 1653. coram R. p. d. meo Priolo §.
quando enim, ponderando præſertim, quod Epi-
ſcopus aliquando petijt licentiam ab Abbate ex-
ercendi iuriſdictionem in hoc Oppido d. Summ.
Abbatis num. 4. quod clarius excludit veritatem
depoſitionis dd. teſtium.

Denìm nec refert, quod d. Priuilegium Cle-
16 mentinum non ſit in forma probanti; quia cum
ſer. ſet. iudicialiter productum fuerit, & tunc tem-
poris pro parte Epiſcopi nihil oppoſitum, plenam
proinde fidem meretur, quamuis ſit tranſumptum,
vt dixit Rot. dec. 664. nu. 2. & 3. par. 3. recen. & in
Romana fideicom. 21. Iunij. 1652. cor. R. p. d. meo Ve-
roſpio §. vlt. Vltrà quod non videtur poſſe contro-
uerti ipſius exiſtentia, dùm de ipſo, eiuſque ſub-
ſtantia indiuidua mentio facta fuit in ſupradicto
laudo per Epiſcopum adducto, quod etiam exclu-
dit prætenſionem, quod illud non fuerit vſu rece-
ptum.

Et ità vtraque &c.

RO-

Digitized by Google

ROMANA VINEÆ.

Lna. 22. *Iuny* 1654.

ARGVMENTVM.

Dominium directum licet ad effectum deuolutionis ſit plenè, & concludenter probandum, attamen ad effectum recognitionis, & perceptionis Canonum, Leuiores probationes ſufficiunt, & probatur dominium adhunc effectum ex enunciatiuis ipſius dominij, & Proprietatis ex promiſſionibus ſoluendi Canones, & ex ſuſceptionibus terminorum ad illos ſoluendum, in Inſtrumentis publicis emanatis. Dominium bonorum quanto tempore præſcribatur ad effectum deuolutionis, & quanto tempore ad effectum percipiendi Canones, & contra quos præſcriptio non poſſit incipere, & contra quos incæpta non currat, & quomodo interrumpatur, & quando ea completa competat aduerſus eam reſtitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Dominium directum, quando de eo principaliter non agitur ad effectum deuolutionis, ſed tamen incidenter ad ſolum effectum recognitionis, & perceptionis Canonum, exactæ non requiruntur, ſed leuiores probationes ſufficiunt.*

2 *Hæres inſtitutus in Teſtamento ex ſubſequuta bonorum poſſeſſione præſumitur hæreditatem adiuiſſe.*

3 *Dominium directum ad ſolum effectum recognitionis, & perceptionis Canonum probatur ex enunciatiuis ipſius dominij emanatis in publicis Inſtrumentis, & actualibus promiſſionibus ſoluendi Canones, & ſuſceptione termini ad illos ſoluendum.*

4 *Amplia hoc procedere tam contra ipſos ennunciantes, & promittentes, quàm contra illorum ſucceſſores, nedùm vniuerſales, ſed ſingulares.*

5 *Dominium directum ad effectum deuolutionis non iuſtificatur ex perceptionibus Canonum niſi ad ſint ſolutiones per integrum lapſum 30. Annorum continuata.*

6 *Declara hoc non procedere quando agitur de probando dominio ad ſolum effectum ſolutionis Canonum, cum tunc ſufficiat lapſus breuioris temporis.*

7 *Sententia iniuſta non poteſt in rem iudicatam tranſire.*

8 *Præſcriptio dicitur interrupta per citationem ad ſoluendum.*

9 *Præſcriptio vt poſſit dici completa eſt ſubducendum tempus minoris ætatis.*

10 *Præſcriptio contra pupillos durante pupillari ætate non poteſt incipere.*

11 *Præſcriptio capta contra defunctum non continuat contra hæredes pupillos, ſed durante pupillari ætate obdormit.*

12 *Ignorantia, ſemper præſumitur in hærede.*

13 *Reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem triginta Annorum competit hæredi ex capite probabilis Ignorantiæ.*

DECISIO CCCCLXIV.

PRætendentes DD. Felix, & Chriſtophorus fratres de Cincijs ipſorum Authores indebitè fuiſſe ſpoliatos Canonibus Vineæ, de qua agitur, Iudicium reintegrationis introduxerunt coram A. C. Caballetto, à quo fauorabilem ſententiam reportarunt; Vndè in gradu appellationis Dubitani 10. Iunij 1652. An ipſi eſſent reintegrandi ad Canones decurſos, & non ſolutos, & Domini ad rei veritatem melius indagandam mandarunt videri de bono Iure, ſuper quo aſſumpta hodiè diſputatione reſolutum fuit, conſtare de eorum bono Iure.

Præmiſſo enim, quòd vbicumque non agitur
1 principaliter de Dominio (prout hic) ad effectum illius Canonizationis, & deuolutionis, ſed tantum incidenter ad ſolum effectum recognitionis, & perceptionis Canonum, exactæ non requiruntur, ſed leuiores probationes ſufficiunt ex *notat. per Bart. in l. quidem in ſuo num. 4. verſ. Secundo Caſu ff. de cond. indeb. DD. communiter in l. Iudicia C. de re vind. Socc. Sen. conſil. 112. num 23. lib. 4. Gratian. diſcept. 912. num. 3. Rota in Romana prætenſæ Deuolutionis 28. Iuny 1610. coram Patriarcha Manzanedo in recent. deciſ. 249. num. 2. par. 1. coram Buratt. deciſ. 788. ſub num. 2. coram bon. mem. Merlino deciſ. 253. num. 4. in Portuen. Stagni 19. Iuny 1637. coram Card. Panzirolo* §. *Cum. autem in Romana Vinearum 10. Iunij 1639.* §. *Nam ſe fundarunt, & in Romana Saluiani, ſeù Attentatorum 29. May 1641.* §. *Vineam verò verſ. maximè cum non agatur coram Reuerendiſſimo Salamantino, & in Romana Domorum 13. Marty 1643. coram Reuerendiſſimo Terracinen.* §. 1.

Sufficientes viſæ fuerunt Iuſtificationes ab Actoribus ad hunc effectum exhibitæ. Celſus enim de Scuttis olim poſſeſſor Vineæ controuerſæ anno 1526. recognouit ſe debitorem Authorum de Cincijs occaſione Canonis iàm decurſi, aſſeruitque iſtam eſſe ſub ipſorum Proprietate, & futuros Canones ſoluere promiſit, *Summario Actorum num* 12. Cumque de anno 1543. conuentus fuiſſet pro ſolutione decurſorum deuenit ad tranſactionem, in qua præmiſſa enunciatiua eiuſdem Proprietatis Canones hactenus decurſos ſoluere ſe obligauit infrà certum tempus, remiſſa quadam portione *dicta Summar. num.* 13. Ac ſucceſſiuè anno 1548. Vineam vendidit Lucæ Centofanti ſub eadem enunciatiua dictæ Proprietatis; & ſub expreſſo onere reſpondendi Cincijs annuũ Canonem quem actualiter Lucas emptor ſoluere promiſit *eod Summ. num.* 14.

Prædicto Lucæ ſucceſſit Antonius Nepos, qui
2 ab eo Inſtitutus hæres vniuerſalis *summ. num.* 16. ex ſubſequuta eius bonorum poſſeſſione, de qua in eodem *Summar. num.* 20. illius hæreditatem adiuiſſe præſumitur §. *pro hærede Inſtit. de hæred. qualit. & diff. Bald. conſil. 272. ſub num. 2. verſ. Tertia ratio eſt lib. 5. Aym. conſil. 33. num. 14. San. Mem. Gregor. deciſ. 7. nu.* 5. Ille verò anno 1565. imponendo ſuper dicta Vinea annuum Cenſum ſcut. decem venditum Franciſco Nardo illam aſſeruit ſub dicta Proprietate exiſtere *dicta nu.* 20. Ac reliquit Margharitum vnicam filiam, quæ nuptias contrahendo cum Bernardino Lucatello de anno 1591. illi in dotem tradidit eandem Vineam, præmiſſa eademmet enunciatiua dictæ Proprietatis *Summar. num.* 2. Bernardinus verò maritus anno 1596. ſuper illa alium Cenſum impoſuit ſcut. 22. cum dimidio, idemque aſſeruit *num.* 21. & pulſatus eodem anno à Lauinia Cincia Ceſſionaria Franciſci Cincij pro ſolutione Canonum decurſorum ad illos ſoluendum terminum ſuſcepit *num.* 22.

3 Similes enim nedùm enunciatiuæ Dominij, & Proprietatis, ſed actuales Promiſſiones ſoluendi Canones per publica Inſtrumenta iure iurando celebrata, & ſuſceptio termini, agnitionem, & Confeſſionem debiti præſeferunt, quæ dominium adhunc effectum optimè probant, vt de ſuſceptione ter-

ne ter-

Digitized by Google

ne termini eſt *text in l. ad ſolutionem* ibique *Bald.*
& Salycet. C. de re iudic. Buratt. deciſ. 144. *num.* 6.
& deciſ. 887. *eod. num.* 6. ac de enunciatiuis, &
promiſſionibus in his terminis probat *Bart. in l.*
Cum falſa num. 7. *verſ. prodeſt tamen C. de Iur. &*
fact. ignor. Ruin. conſil. 31. *num.* 1. *lib.* 4. *Aym. con-*
ſil. 20. *numer.* 21. *& conſil.* 157. *num.* 6. *cum ſeqq.*
Menoch. conſil. 226. *num.* 186. *in fin. & ſeq. Card.*
Seraphin. deciſ. 1387. *numer.* 4. *&* 5. *& deciſ.* 1424.
4 *num.* 3. tàm contra Enunciantes, & promittentes,
quàm contra illorum Succeſſores *Ruin. conſil.* 50.
num. 13. *lib.* 1. *& conſil.* 128. *num.* 16. *lib.* 2. *Ro.*
deciſ. 200. *num.* 2. *par.* 1. *deciſ.* 193. *num.* 2. *par.* 2.
& deciſ. 261. *num.* 1. *par.* 5. *in dicta Romana Saluia-*
ni, ſeù Attentatorum coram Reuerendiſſimo Salaman-
tino dicto §. *Vineam verò*; Etiàm ſingulares *Rot. de-*
ciſ. 776. *num.* 1. *par.* 1. *diuerſ. & deciſ.* 249. *num.* 3.
par. 1. *recent.* Et ſic tantò magis contra Andream,
& Alios de Boanis reos conuentos, qui ex per-
ſona Lucretiæ ipſorum matris, & Philippi Luca-
telli Patrui titulo vniuerſali ſucceſſerunt dictis
Margheritæ, & Bernardino Coniugibus *eod. Sum-*
mar. num. 17. 18. *&* 19.

Accedentibus præcipuè ſolutionibus Canonum
5 per 20. ſaltem annos *dicto Summar. num.* 1. quam-
uis enim ad deuolutionem neceſſaria videatur
Iuſtificatio integri lapſus 30. Annorum per *text.*
in l. ſi quis emptionis C. de præſcript. 30. *annor.* quam
in his terminis comprobauit *Rota in recent. deciſ.*
290. *num.* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 359. *num.* 11. *part.* 5.
6 Ad effectum tamèn ſolutionis Canonum ſufficit
lapſus breuioris tẽporis, vt reſpondit *Rota in Nea-*
politana Domus 16. *Decemb.* 1616. *coram Ottembergo.*

Non obſtat tum ſententia Capitolina abſolu-
toria a dicta ſolutione, quæ tanquam lata de an-
no 1597. aſſeritur in iudicatum tranſacta, Tùm
præſcriptio ex lapſu temporis abindè decurſi de-
ſumpta.

7 Sententia enim cum ex prædictis detegatur in-
iuſta in rem Iudicatam tranſire non potuit *DD.*
in l. 4. §. *Condemnatum ff. de re Iudic. Card. Seraph.*
deciſ. 1123. *num.* 6. *Rota in Terracinen. fideicommiſſi*
21. *Iunij* 1649. *coram Me*, §. *Tertio quoad alios.*
8 Præſcriptio verò cum Interrupta fuerit de anno
1642. per Citationem ad ſoluen. Canones *l. cum*
notiſſimi in princ. & §. *Immo C. de præſcript.* 30. *an-*
nor. Rot. deciſ. 208. *num.* 4. *par.* 1. *recent. cum cæte-*
ris allegatis in Auenionen. Saluiani 8. *Iunij* 1643. *co-*
ram R.P.D. meo Bichio §. *Non eſt completa* per lap-
ſum 30. annorum, nàm ſunt ſubducendi duo cir-
citer anni, quibus Fiſcus bona Franciſci poſſe-
9 dit, nec non ſubducendum eſt tempus minoris
10 ætatis Actorum, contrà quos, cum tunc eſſent
pupilli, durante pupillari ætate præſcriptio inci-
pere non potuit *l. ſicut verſ. ſed pupillari ætate C.*
vbi proximè gloſſ. in l. final. in verſ. final. C. in quib.
caſ. in integr. reſt. cum alijs per Rotam coram Buratt.
deciſ. 774. *num.* 3. *& in dicta Auenionen. Saluiani*
11 §. *Neque ſublata verſ. ſubducto etiam*; Et cæpta
obdormiuit *Balb. de præſcript. par.* 1. 6. *par. prin-*
cip. num. 33. *verſ. fallit in præſcriptione, & nu.* 34.
Thob. Non. conſ. 2. *numer.* 22. *Marcſcott. var. reſol.*
cap. 67. *num.* 24. *verſ. ſed quamuis lib.* 2. *Rot. deciſ.*
298. *num.* 12. *&* 17. *ac in Romana, ſeù Veliterna*
Pecuniaria 1. *Februarij* 1649. *coram me* §. *Nec obeſſe*
12 *poterit verſ. huiuſmodi enim*; Ac in omnem Caſum
propter probabilem ignorantiam, quæ ſemper in
hærede præſumitur, *Bart. in l. Emilius* 39. *num.* 5.
ff. de maior. Surd. conſil. 226. *num.* 10. *& ſeqq. Eu-*
gen. conſ. 95. *num.* 23. *lib.* 1. *Duran. dec.* 426. *nu.* 9.
Pars II.

13 Aduerſus dictam tricenariam præſcriptionem
competeret reſtitutio in Integrum, vt latè probat
Thob. Non. dicto conſ. 2. *num.* 23. *Rot. deciſ.* 387.
num. 1. *par.* 1. *diuerſ. coram Duran. dicta deciſ.* 426.
num. 12. *In Bononien. Fideicommiſſi* 22. *Iunij* 1639.
coram R. P. D. meo Bichio §. *fin. & in Beneuentana*
Domus 13. *Nouembris* 1648. *coram Eminentiſſimo D.*
Cad. Otthobono §. *Neque releuat.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA DOMORVM.

Lunæ 22. *Iunij* 1654.

ARGVMENTVM.

Conductori, poſt locationem finitam competit re-
tentio aduerſus locatorem pro melioramentis do-
nec ſibi reficiantur impenſæ legitimè factæ, quòd
Ius retentionis tranſit ad quoſcumq; hæredes, ſiuè
vniuerſales ſiuè particulares etiã ſine ceſſione, nec
locatori conceditur manutentio exigendi penſio-
nes extincta locatione, ſed priuatiuè quo ad eum
conceditur Conductori in exactione affictus me-
lioramentorum ſtante pacto ſublocandi donec ea
reficiantur, ad quem effectum ſufficit vnica tan-
tum exactio.

SVMMARIVM.

1 *Calculus in actis productus inter eaſdem partes ple-nam facit probationem.*

2 *Locator, durante locatione habet potiorem cauſam pro exigendis affictibus quam habeat Conductor pro exigendis melioramentis.*

3 *Conductori competit retentio rei conductæ donec ſibi reficiantur impenſæ ſuper ea legitimè factæ.*

4 *Retentionis Ius tranſit ad quoſcunque ſucceſſores tam vniuerſales, quàm particulares etiam ſine ceſſione.*

5 *Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi affictus debetur ex vnica tantum exactione.*

6 *Poſſeſſio manutenibilis probatur ex decreto manutentionis.*

7 *Manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi impeditur quando conſtat de cauſa in futurum non obligatoria.*

8 *Locatori non competit manutentio in quaſi poſſeſſione exigendi affictus finita locatione.*

9 *Locatori obſtat exceptio melioramentorum quorum vigore melioranti, & habenti cauſam ab eo competit retentio.*

10 *Manutentio reſtringitur ad limites poſſeſſionis.*

DECISIO CCCCLXV.

SVb die 5. Maij 1653. fuit coram Me reſolutum,
locationem Domorum, de quibus agitur, non
expiraſſe in primo Nouennio, ſed duraſſe vſquè
ad tempus motæ litis, reſeruato, vt particulari-
ter videretur, quod tempus eſſet attendendum,
An ſcilicet primordialis Introductionis Cauſæ de
anno 1639. An verò quando pro parte Iacobæ
explicitè oppoſitum fuit, Locationem eſſe ter-
minatam, & an ſufficeret lis, & oppoſitio facta
per ipſam, vel potius eſſet neceſſaria oppoſitio
hæredum Proprietariorum q. Michaelis Floretti
Conductoris.

Verùm ſublata hac diſcrepantia mediante
actuali diſdicta facta Locatoribus die 3. Martij
1651. per acta Bernaſconi Notarij Capitolini,
tàm à Locis Pijs hæredibus Proprietarijs, quàm
à dicta Iacoba legataria, ſub die 11. Maij præte-
riti propoſui dubium, An ipſi eſſet danda manu-
tentio, & à quo tempore, ſed ordinatum fuit,
vt videretur de bono Iure etiàm ad effectum Ma-
nutentionis, ſuper quo aſſumpta hodiè diſputa-

Digitized by Google

tione ad fauorem eiuſdem Iacobæ capta fuit re-
ſolutio, quià Florettus Conductor illi legauit
ſua vita durante annua ſcut. 150. percipienda ex
penſionibus dd. Domorum, quas ex pacto illas
meliorauerat cum Impenſa ſcut. 3576. & b. 23.
1 Iuxtà Calculum in actis productum, qui inter
eaſdem partes plenam facit probationem, vt di-
ctum fuit in *Romana Reintegrationis 31. Maij 1649. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono §. Calculus autem, & in Romana reſciſſionis tranſactionis 16. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrada §. Quia præter quod verſ. ſatis etiàm.*

2 Quapropter licèt durante Locatione potior
eſſet Cauſa Locatorum, ea tamen expirata me-
diante prædicta actuali diſdicta, ſicut compete-
ret Floretto melioranti retentio dd. Domorum,
donec ſibi reſtituerentur dicta ſcut. 3576. & b. 23.
tàm ex forma Inſtrumenti Locationis, quàm ex
3 Iuris communis diſpoſitione tribuente Conducto-
ri retentionem rei conductæ finita locatione,
donec ſibi reſtituãtur Impenſæ ſuper ea legitimè
factæ *l. Colonus in fin. ff. de vi, & vi armat. Giurb. plures referens deciſ. 63. num. 11. & ſeq. Modern. Peruſ. de manut. obſeru. 52. num 17. & 18.* Rota in *Bonon. Bonorum 18. Decembris 1620. coram bo: mem. Cardinali Fabritio Veroſpio*; Ità etiàm competit Ia-
4 cobæ eius Vxori, & Legatariæ, quià Ius reten-
tionis tranſit ad quoſcunque Succeſſores, tàm
vniuerſales, quàm particulares, etiàm ſine Ceſſio-
ne *Statil. Pacific. de Saluian. Interd. Inſpect. 2. cap. 2. num. 229. Merlin. de pign. lib. 4. quæſt. 192. nu. 3. Giurb. d. dec. 63. d. num. 17.*

Et hinc de Conſequenti eidem Iacobæ Compe-
tit manutentio, cum conſtet de ipſius actuali poſ-
5 ſeſſione exigendi dicta annua ſcuta 150. tàm ex
realibus exactionibus, quarum vnica ſufficit ad
effectum obtinendi mandatum de manutenendo,
vt dictum fuit in *Arboren. Penſionis 1. Iulij 1647. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. Dantur in Melfien. Penſionis 1. Martij 1649. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. ſub §. 1. & in Neapolitana Fructuum 9. Decembris 16 0. coram R. P. D. meo Meltio pariter ſub §. 1. cum aliis alleg. per d. Mo-*
6 *dern. Peruſ. obſer. 18. num. 17.* quàm ex decreto
manutentionis bon: mem: Veſpignani Iudicis
Reuerendæ Fabricæ S. Petri, ex quo regulariter
probatur poſſeſſio manutenibilis, *Card. Mantic. deciſ. 252. num. 2. Rota in Peruſina Saluiani 3. Decembris 1646. coram R. P. D. meo Meltio §. Alterum verò verſ. Verùm etiam, & in Rauennaten. Bonorum 24. Martij 1653. coram Me §. Secundum verò extremum.*

Et quidem terminata locatione, priuatiuè
7 quoad locatores; quià poſt finitam locationem
8 conſtat de Cauſa in futurum non obligatoria,
quæ impedit manutentionem Locatoribus, *Gratian. diſcept. 310. num. 75. Modern. Peruſ. vbi ſuprà obſeru. 64. numer. 13. & 14. Rot. apud eundem*
9 *deciſ. 181. ſub numer. 9.* illique obſtat exceptio
melioramentorum, quorum vigore melioranti,
eiuſque legatarijs competit retentio ex ſuprà fir-
matis.

Quarè reſolutum fuit, conſtare de bono Iure
Iacobæ, & illi dandum eſſe mandatum de manu-
tenendo in quaſi poſſeſſione exigendi dicta an-
nua ſcuta 150. priuatiuè quoad Proprietarios
pro tempore decurſo, & decurrendo poſt termi-
natam locationem mediante ſupradicta diſdicta
computatis tamen iàm per d. Iacobam receptis,
pro tempore verò antecedenti, quo durauit Lo-
catio ſatisfactis priùs Locatoribus; quià tali mo-
10 do, & non aliter tunc exiſtebat in poſſeſſione,
ad cuius limites reſtringitur manutentio *Gregor. deciſ. 569. num. 3. Buratt. deciſ. 504. num. 11. Rota in recent. deciſ. 76. num. 1. part. 5. & in Anghonen. ſeù Turſicen. Maſſæ communis 3. Iunij 1650. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. in principio.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI IO: MARIÆ de Bolognini.

Veneris 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Executio non poteſt dici attentata, vbi ceſſat contemptus Iudicis, & præiudicium partis. Hæres grauatus, vt præſumatur ſatisfactus de detractionibus legitimæ, & Trebellianicæ non eſt opus iuſtificare integram illarum ſatisfactionem, ſed ſufficit aliqua alienatio, iuncta omiſſione Inuentarij.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ceſſant, tam in cauſis Eccleſiaſticis, quam prophanis, vbi non adeſt contemptus Iudicis, nec præiudicium partis.*

2 *Inſcriptio ſuper domo appoſita* N. N. fieri fecit, *quando conſtat eandem domum fuiſſe anteà extructam, per neceſſe referri debet ad ſolam reſtaurationem.*

3 Reſtauratia *ſimplex non autem noua ædificatia aliquanda venit ſub verbo* fieri.

4 *Teſtator, dum in eius Teſtamento habuit expreſſam relationem ad fideicommiſſum ab altera ordinatum, huius relationis vigore omnes ſubſtitutiones in illo fideicommiſſo comprehenſæ perinde habentur ac ſi ad fauorem omnium, vocatorum de verbo ad verbum in referente ſcripta, & repetita fuiſſent.*

5 *Feminæ, quando ab inteſtato, vel ex Teſtamento à ſucceſſione repelluntur, non computantur in numera liberorum ad augendam legitimam, ex municipali diſpoſitione Statutorum Bononiæ.*

6 *Trebellianica poteſt à Teſtatore prohiberi, etiam filijs primi gradus.*

7 *Confeſſio plenè probat contra habentes cauſam à confitente.*

8 *Detractiones legitimæ, & Trebellianica vt cenſeantur conſumptæ, ſufficit probare aliquam alienationem iuncta omiſſione Inuentarij, nec eſt opus integram ſatisfactionem oſtendere.*

9 *Sententia, in qua fuit dictum* detractis detractionibus deducendis *non dicit deberi detractiones, ſed intelligitur illas reſeruare, quatenus competant de Iure.*

10 *Sententia vltima, in qua fuit dictum nullas competere detractiones, non diſcordat, immò eſt conformis cum prima in qua fuit pronunciatum* detractis detractionibus deducendis.

11 *Attentata non cenſetur executio quoties ceſſat dolus Victoris in exequendo.*

12 *Sententia, in qua adeſt Clauſula*, deductis deducendis *exequi non poteſt, niſi prius conſliterit nihil eſſe detrahendum.*

13 *Sententia, in qua adeſt Clauſula* deductis deducendis, *poteſt exequi poſt quam fuerit per aliam ſententiam declaratum nihil eſſe detrahendum, nec eſt opus per tres conformes declarari detractiones non deberi.*

14 *Sententia, ſtante Clauſula* ſine præiudicio trium conformium, *poſſunt exequi in ea parte, in qua ſunt conformes.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CCCCLXVI.

DEciſionem coram me editam 4. Februarij præteriti hodiè Domini confirmarunt; Quià ſiuè
1 in Cauſis Eccleſiaſticis, ſiuè in prophanis attentata ceſſant quando non adeſt (prout hic) contemptus Iudicis, nec præiudicium partis, vt præter authoritates ibi allegatas in terminis Cauſæ Prophanæ reſpondit *Rota coram Card. Cauàl. deciſ. 499. num. 6. verſic. & vbi in recent. deciſ. 500. ſub num. 5. verſ. vltra quod par. 1. & dec. 708. num. 13. par. 3. & in Melenitana Attentatorum 14. Martij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano ſub §. Similemque declarationem verſ. & in ſpecie*.

Contemptus ſi quidem Iudicis ceſſat ex deductis in Deciſione, & Partis præiudicium, ſuper quo conſiſtit totum huius Cauſæ momentum, in propoſito non adeſſe latè etiam probatur in eadem Deciſione; Quia Palmerijs, & Conſortibus prætenſa attentata paſſis, nullæ competunt Detractiones, & ſic euaneſcit ipſorum Intereſſe: Supponebatur enim conſiſtere aſſ. detractiones in bonis Franciſci Patris Io: Mariæ fideicommittentis, in debitis per Grauatos perſolutis, atquè in legitima, & Trebellianica.

Sed bona Franciſci cum proueniant ex alio antiquiori fideicommiſſo q Ioannis Sen. illius Patris ad fauorem ipſiuſmet Taddei de Bologninis purificato ex Iure illius ad ipſum ſpectant; Et licèt replicetur, quòd præter bona Paterna Fran-
2 ciſcus reliquerit aliqua propria, & ſignanter Palatium habens Inſcriptionem *Franciſcus fieri fecit*. Attamen præter quod iſtud iàm anteà extabat in bonis Ioannis, & ſic dicta Inſcriptio ad reſtaura-
3 tionem perneceſſe refertur, quæ aliquando venit ſub verbo *fieri*, vt probat *textus in l. 1. ff. de mort. inferen. & ſepulcr. ædifican.* ibi: *ædificare autèm non ſolum, qui nouum opus molitur, intelligendus eſt, ve-*
4 *rum is quoque, qui vult reficere*, cum Franciſcus relationem in omnibus, & per omnia fecerit ad fideicommiſſum illud Ioannis Patris *hodierno Summario Taddei num. 3.* huius relationis vigore omnes ſubſtitutiones in paterno Fideicommiſſo comprehenſæ perindè habentur, ac ſi ad fauorem eorundem vocatorum de verbo ad verbum in referente ſcriptæ, & repetitæ fuiſſent *l. poſthumis §. ſi paganus ff. de Iniuſt. rupt. & irrit. teſtam. l. 1. C. de Codicill. Natt. conſil. 483. num. 2. Rot. deciſ. 386. num. 2. part. 4. diuerſ. & deciſ. 470. num. 1. par. 3. recent. ac in Romana fideicommiſſi de Maximis 15. Aprilis 1644. & 17. Maij 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio, ac 28. Ianuarij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono*.

Debita autem perſoluta licèt in Deciſione ſuppoſitum fuerit aſcendere ad libr. 51337. hodiè tamen clarè liquet non excedere libr. 14586. quià ſecunda partita continens pactum franeandi libr. 2000. non eſſe accepto ferenda, ex quo non conſtat de ſolutione, ſexta verò, nona, decima, & vndecima conſtituentes lib. 35751. præter quod pari modo nonnullæ non probantur ſolutæ, non ſpectant ad hæreditatem Io: Mariæ, de qua agitur, cum non doceatur dd. ſummas ad eius manus perueniſſe, Detractis autem à dictis libris 14586. tribus partibus Camilli, Fuluij. & Pirri, Pars Æmilij communis Fratris, & Authoris Illorum de Palmerijs, non excedit libr. 3646. 10. Cui contra poſitis alienationibus factis per eundem Æmilium, & Io: Ludouicum eius nepotem aſcendentibus ad libr. 33230. *dicto Summario num. 1. lit. D.* Alienationes ſuperant dictam portionem Debitorum in libr. 29584.

Indeque penitus conſumptæ remanent legitima, & Trebellianica; Portio enim legitimæ dicti Æmilij eſt quarta pars Trientis totius hæreditatis aſcendens ad libr. 26984. Nàm valor Integræ hæreditatis fuit libr. 323812. 15. Iuxtà notulam relatam in *dicto Summario dicto num. 1* & ſic triens eſt libr. 107937. quo diuiſo inter quatuor partes, quot erant filij maſculi Io: Mariæ, nempè prædicti Camillus, Fuluius, Pirrus, & Æmi-
5 lius (cum fœminæ ex municipali diſpoſitione Statutorum Bononiæ *lib. 4. rubr. de ſucceſſ. liberor. patri, vel matr. vel alijs Aſcendent. morient. ab inteſt. §. Declarantes Inſuper*, non computentur in numero liberorum ad augen. legitimam, quando (prout hic) ab inteſtato (vel ex teſtamento à ſucceſſione repelluntur.) Quarta pars Æmilii conſtituit dictas libr. 26984. à quibus detractis libr. 8994. pro tertia parte à Io: Ludouico relicta Claræ matri *d. Summ. num. 7.* quam ceſſit ad fauorem Taddei *num. 8.* Reſiduum dictæ Portionis legitimæ reducitur ad libr. 17986. & ſic remanentes alienationes illud traſcendunt in lib. 11598.

Trebellianica vero eſt quarta Pars bonorum fi-
6 deicommiſſi vniuerſalis; Quia ex particulari Teſtator expreſsè illam prohibuit *d. Summ. n. 9.* quod à Iure eſt permiſſum etiàm in præiudicium filiorũ primi gradus Iuxtà opinionem, quam ſernat *Rota* comprobatam *coram Card. Seraph. deciſ. 570. num. 1. coram San. Mem. Gregor. deciſ. 421. num. 10. ibique Adden. lit. D. in recent. dec. 330. num. 24. par. 5. & in Reatina Succeſſionis 21. Maij 1642. coram R. P. D. meo Peutingerio §. Nam quoad Trebellianicam*; Valor autem bonorum fideicommiſſi vniuerſalis eſt libr. 182107. 13. 4. *eod. Summ. num. 1. lit. F.* quarum quarta pars aſcendit ad lib. 45526. 18. ex quibus demptis tribus portionibus dd. Camilli, Fuluii, & Pirri, portio Æmilii remanet libr. 11381. ex quibus deducta tertia parte relicta eidem Claræ, & ceſſa Taddeo, reliquum non excedit lib. 7585. 6. 10. & ſic adhuc ſuperſunt alienationes in libr. 4011. circiter.

Quòd autem ad Palmerios, non pertineat, niſi quarta pars dd. Detractionum, in dubium reuocari non poteſt; Quià non habent Cauſam, niſi mediatam à dicto Æmilio ex perſona dicti Io: Ludouici illius nepotis ex Lelio filio legitimato per reſcriptum, reliquæ verò tres partes aliorum Fratrum ſpectant ad Taddeum Iuxtà ipſorum Teſtamentarias Diſpoſitiones relatas in eius *Summ. additionali num. 1.*

Nec ſubſiſtit, quod bona per Æmilium, & Io: Ludouicum alienata non probentur fideicommiſſaria Io: Mariæ.

Quoniam apotheca in via Aurificum ſc. 1600. medietas poſſeſſionis Granaroli libr. 2000. & melioramenta ſuper bonis emphyteuticis aliorum libr. 6000. non controuertuntur, fuiſſe propria Io: Mariæ; creditum verò cum hæreditate Bartholomæi, quod dempta portione Æmilij, aſcendit ad libr. 4180. ab illis exactum fuit iuxtà ipſorum confeſſionem, quæ contra Palmerios
7 ab eis cauſam habentes plenè probat *Vulg. l. cum à Matre C. de rei vindic. cum cæteris in deciſ. allegatis ſub §. quoniam illa tria in fin.* domus denique in via Hieruſalem libr. 1000. & creditum montis Morellorum libr. 450. ſi demantur ab alienationibus, adhùc iſtæ ſuperant aſſertas detractiones debitorum, legitimæ, & Trebellianicæ

in libr. 2561. quod exuberat, præſertim quià
8 reſpectu legitimæ, & Trebellianicæ non eſt opus
integram ſatisfactionem oſtendere, ſed ſufficit
aliqua alienario, vt iuncta omiſſione inuentarij
integrè conſumptæ cenſeantur, vt latè firmatum
fuit in *Peruſina bonorum* 30. *Maij* 1650. *coram me*
relata in *deciſ.* 5. *cum itaque* eoque magis additis
fructibus annorum 30. à die motæ litis per reos
conuentos perceptis, & conſiderato valore mobilium
ſolidæ materiæ, quæ veriſimiliter aderant
in hæreditate fideicommittentis familiæ nobilis,
quæ magis illiquidum reddit prætenſum creditum
detractionum.

Nec refert, quod Fuluius alter ex dictis quatuor
fratribus nil prorſus alienauerit; quia Taddeo
ſatis eſt iuſtificare, quod alienauerit Æmilius
& Io: Ludouicus eius nepos authores collitigantium,
ex quorum perſona prætendunt detractiones;
aliæ autem debitæ tam Fuluio, quàm Camillo,
& Pirro alijs fratribus ad ipſummet Taddeum
pertinent vti illorum hæredem fideicommiſſarium
ex ſuprà probatis.

Denique executio non poteſt dici attentata
ſub prætextu difformitatis ſententiarum, & commiſſionis
mihi directę cum clauſula *ſine præiudicio*
trium conformium in eo, in quo ſint conformes, cum
ſententiæ de partibus non reſeruauerint ſimplici-
9 ter detractiones, ſed addiderint, *detractis detractionibus
deducendis*, quod intelligitur, quatenus
competant de iure, eo ipſo quod coram R.P.D.
10 meo Celſo ex profeſſo diſcuſſum, deciſum, atq;
ſententiatum fuit, nullas competere detractiones,
vltima ſententia non diſcordat, ſed concordat
cum primis; quia iſtæ cenſentur denegare detractiones,
ſi de iure non competant, atque omninò
11 ceſſat dolus Victoris in exequendo, qui attentatis
ineſſe ſolet, vt per *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.*
4. *lim.* 27. *numer.* 1. *&* 5. *dixit* Rota *coram Buratt.*
dec. 59. *num.* 14.

Nec obſtant deciſiones in hac cauſa emanatæ
coram Reuerendiſſimo Salmantino, & bo. me. Merlino
firmantes, quod ſtante d. clauſula *deductis*
12 *deducendis*, non potuiſſet procedi ad executionem,
niſi priùs conſtiterit, nil eſſe detrahendum,
13 quia non propterea negant poſſe ad eam deueniri
facta diſcuſſione; vndè cum in præſenti caſu
diſcuſſio iam facta fuerit, & capta reſolutio negatiua,
dd. deciſiones non repugnant, ſed fauent;
nec fuit opus tribus ſententijs conformibus declarantibus
detractiones non deberi; quia ſufficit,
quod hoc implicitè contineant, quodque de
eo fuerit cognitum antè executionem, etiamſi
deinde coram me non præceſſerit diſputatio dubij
particularis, cum ex forma dicti reſcripti *ſine*
præiudicio executionis trium conformium in eo, in quo
14 *ſint conformes*, ſatis iuſtificata remaneat libertas
partis exequendi pro illa rata bonorum, in qua
ſententiæ conueniunt, vt factum fuit iuxtà *deciſ.*
factas coram D. meo Celſo.

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CLAVIXO.

Vener. 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Beneficium in concurſu eſt adiudicandum digniori,
Dignior autem reputatur is, qui actualiter inſeruiuit
Eccleſiæ Beneficij controuerſi, & qui eſt altero
pauperior, quæ qualitates multum attenduntur,
& tribuunt prælationem, pręſertim, quando
qualitates alterius non ſunt magni ponderis, vel
quando de cætero ſunt pares, & quomodo probentur
iſtæ qualitates, & quænam veniant attendendæ.

SVMMARIVM.

1 *Dignior in concurſu Beneficij eſt præferendus.*
2 *Qualitas filiationis, & ſeruitij actualiter præſtiti Eccleſiæ Beneficij controuerſi multum attenditur, ad effectum prælationis in illius adiudicatione.*
3 *In Beneficij adiudicatione is cuicumque etiam habiliori præfertur, qui eſt de gremio Eccleſiæ Beneficij, eique inſeruiuit.*
4 *Teſtes deponentes de viſu probant abſque alia ratione, quia res cadit ſub ſenſu corporis.*
5 *Nobilitas pro concedenda prælatione in adiudicatione Beneficij attenditur.*
6 *Indigens diſpenſatione excluditur à concurſu, & alter, qui diſpenſatione non indiget, tamquam magis idoneus præfertur.*
7 *Pauperior in adiudicatione Beneficij eſt præferendus præſertim quando qualitates alterius, vel non ſunt magni ponderis, vel quando de cætero ſunt pares.*
8 *Poſſidens Beneficium tenuis valoris, neque ſufficiens ad honeſtam vitæ ſuſtentationem, adhuc dicitur pauper, & venit præferendus in concurſu Beneficij.*
9 *Præſumptio ſtat pro Iudicio Ordinarij qui ſine vllo vitio nullitatis, & attentatorum inſtituit ad Beneficium, maximè dum redditur valdè rationabile, ad effectum iudicandi quis ſit magis Idoneus.*
10 *Poſſidens legitimè Beneficium regulariter in illius concurſu præfertur non poſſidenti.*
11 *Dignior in concurſu venit præferendus quamuis ſit altero Iunior, & quamuis de tempore vacationis Beneficij controuerſi non eſſet Sacerdos, dum Beneficium qualitatem Sacerdotalem non expoſcit.*
12 *Dignitas Baccalaureatus non tribuit, prælationem in concurſu Beneficij, niſi aliqua concurrant qualitates ſuperantes collitigantem.*

DECISIO CCCCLXVII.

Neceſſaria requiſita Conſtitutionis Clementinæ
in vtroque Collitigante concurrunt, ſed quęſtio
eſt ſuper qualitatibus, quibus alter alterum
præcellere contendit. Sebaſtianus enim Garzias
deducit ſeniorem ætatem, Sacerdotium, & gradum
Baccalaureatus in inſigni vniuerſitate Salamantina
die 5. Iunij 1635. in Theologia aſſequutum;
Franciſcus vero Miguel ſe eſſe filium Eccleſiæ,
vbi vacat Beneficium controuerſum, eique
actualiter per plures annos ſeruitium præſtitiſſe,
eſſe nobilem, valde Pauperem, cum onere alendi
germanam ſororem pauperrimam, & filijs inutilibus
oneratam, atque habuiſſe præſentationem
à Beneficiatis cum ſucceſſiua inſtitutione Ordinarij,
& aſſequutione poſſeſſionis Beneficij controuerſi.

Propoſito itaque dubio, cui ſit adiudicandum
Beneficium, de quo agitur quartum nuncupatum
in Parochiali Eccleſia Oppidi de Clauixo ad fauorem
Franciſci decreta fuit reſolutio; quia ex
qualitatibus in ipſo vigentibus viſus eſt dignior,
1 & ſic in concurſu præferendus *cap. ſtatutum de maior. & obed. cap. exore de priuil. cap. ſi fortè* 65. *diſtin. & cap. licet ergo* 8. *quæſt.* 1. & perpenſo tenore
d. Conſtitutionis omiſſis alijs reſponſum fuit
in Calagurritana Beneficij *de Lambreras* 18. *Martij*
1652. *coram* R. *p. d. meo Meltio* §. 1. *& Beneficij de*
Ocon. 1. *Iulij eiuſdem anni coram* R. *p. d. meo Zarate*
in princ.

Qualitas enim filiationis, & ſeruitij actualiter
2 præſtiti Eccleſiæ Beneficij controuerſi probata

ex te-

ex teſtibus formiter examinatis, & relatis *in Sum.*
Franciſci num. 6. ad hunc effectum multum atten-
ditur, vt dixit *Rata in Ripana Parochialis 27. Iunij*
1608. *coram Sanctiſſimo D. Naſtro relata* ad propoſi-
tum *in Beneficij della caſa della Reyna 27. Martij*
1648. *coram Reuerendiſſimo D. mea Terracinea. ſub*
§. quod autem verſ. D. Ioannes, in Beneficij 15. Ia-
nuarij 1652. §. Tum quia in fine coram R. P. D. meo
Bichio ia Beneficij de Murillo 28. Ianij eiuſdem anni
coram Reuerendiſſimo D. meo Tarraconen. §. reſpectu
verò & 14. Februarij §. vltimo ac 23. Maij 1653.
§. penult. coram R. P. D. meo Albergato; Idque
optima ratione, quia ex Iuris diſpoſitione, qui
3 eſt de gremio Eccleſiæ cuicunque etiam habiliori
pręfertur *cap. nullus* ibi: *habeat vnuſquiſque fru-*
ctus ſua militia in Eccleſia, in qua ſuam per omnia
afficia tranſegit ætatem &c. & in cap. obitum ibi:
commonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullum de
altera eligi permittas Eccleſia, niſi fortè inter Cleri-
cos ipſius Ciuitatis, in qua viſitationis impendis offi-
cium nullus ad Epiſcopatum dignus, quod euenire non
credimus, potuerit inueniri &c. 61. diſtinct. & in cap.
cum inter 21. ibi: *Nec ad aliam Eccleſiam debere*
fieri tranſitum, donec reperiretur Idoneus in Eccleſia
&c. de elect. Rota deciſ. 413. num. 1. part. 1. diuerſ.
cum alijs allegatis per Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc.
alleg. 60. ſub num. 102. verſ. & ita poteſt eligi.

Nec ſubſiſtit, dictos Teſtes redde erroneos, ex
quo teſtificentur, ipſum inſeruiuiſſe dictæ Eccle-
ſiæ pro Subdiacono, & tamen ex *Summ. Garzia*
num. 5. appareat, eum fuiſſe promotum ad Sub-
diaconatus ordinem *die 21. Septembris 1652.* & ſic
per quinque dies ante prouiſionem huius Benefi-
cij; Quoniam ex literis patentibus originaliter
in actis Notarij cauſæ productis factum aliter ſe
habet, quia ex eis conſtat, quod ſub dicta die
21. Septembris Franciſcus iam Subdiaconus ad
Diaconatum promotus fuit, & ſubindè 8. Maij
1653. ad Sac. Ordinem Pręsbyteratus; Ideoque
4 Teſtes veritatis teſtimonium perhibuerunt, &
dum deponunt de viſu ſufficienter dictam quali-
tatem iuſtificant abſque alia ratione; Quia cadit
ſub ſenſu corporis. *Innoc. in cap. cam cauſam num.*
3. in princ. ibique Butr. num. 18. de teſtib. ſpecul.
eod. tit. §. nunc tractandum num. 14 verſ. ego vidi &
verſ. ſi verò teſtis Modern. Mantuan. controu. foreuſ.
cap. 384. num. 65. Rot. deciſ. 445. num. 11. part. 1.
recen. & coram bo. me. Merlina deciſ. 242. num. 2.

Nobilitas ab ijſdem Teſtibus comprobata
5 pro concedenda Prælatione conſiderata fuit *in*
Beneficij de Auſeio 27. Iunij 1653. coram R. P. D.
meo Bichia ſub §. ſed fuit reſponſum & in Beneficij
de Haro 6. Martij proximi præteriti coram R. P. D.
meo Priolo §. 1.

Paupertas verò, de qua pariter deponunt Te-
ſtes magni eſt momenti in concurſu Sebaſtiani
poſſidentis Iuxtà propriam confeſſionem relatam
in d. Summ. Franciſci num. 8. Eccleſiam Parochia-
lem, & Curatam in Diœc. Salamantin. & Ca-
6 pellaniam notabilis valoris. Hinc enim non ſo-
lum excluditur Sebaſtianus, quippè qui indiget
diſpenſatione. *Dec. cauſ. 542. num. 14. Card. Se-*
raph. deciſ. 767. num. 2. in dicta Beneficij. de Mu-
rilla coram Reuerendiſſimo D. meo Tarraconen. §. vlt.
7 *in fin.* ſed etiam quia paupertas Franciſci eſt præ-
feren. *in Beneficij de Ocon 14. Martij 1653. cor. Re-*
uerendiſſimo D. meo Decano §. addacta deniquè. Prę-
ſertim vbi qualitates habentis beneficium, vel
non ſunt magni ponderis, (prout hic) vel de
cætero ſunt pares Iuxtà diſtinctionem firmatam
in d. Beneficij de Auſeio coram R. P. D. meo Bichio §.
vlt. Et quamuis Franciſcus poſſideat aliud quar-
tum Beneficium in Eccleſia de Trabixono; Atta-
8 men quia eſt tenuiſſimi redditus vix annuorum
ducatorum 30. deductis expenſis *d. eius Summ. nu.*
9. non habetur in conſideratione, vt potè inſuffi-
ciens ad honeſtam vitæ ſubſtentationem, vt reſ-
ponſum fuit in *d. Beneficij della caſa della Reyna*
coram Reuerendiſſima Terracinen. ſub §. minus facit
& in d. Beneficij 15. Ianuarij 1652. §. vlt. ante fi-
nem coram R. *P. D. meo Bichio.*

Præſentatio denique Beneficiatorum, & Inſti-
tutio Ordinarij cum ſubſecuta poſſeſſione, quia
9 legitimè proceſſerunt ſine vllo vitio nullitatis, vel
àttentatorum, multum fauent Franciſco, ſiuè
quia præſumitur pro illorum Iudicio, præſertim
dum ex pręditis valdè rationabile detegitur *cap.*
in præſentia vbi DD. de renunc. cap. ſicut de ſent. &
re iudic. in Calagaritana Beneficij 15. Octobris 1649.
coram R. *P. D. meo Veroſpio §. ex defectu quoque*
verſ. eaque prælatio; ſiuè etiam quia regulariter le-
10 gitimè poſſidens præfertur non poſſidenti, vt di-
ctum fuit *in Lucana Capellania 1. Iulij 1650. §. vlt.*
& 7. Iunij 1651. coram R. *P. D. meo Bichio.*

Non obſtat igitur, quod Sebaſtianus ſit ætate
ſenior, antiquior Sacerdos, & Baccalaureus;
11 quia cum Franciſcus ex prædictis alijs qualitati-
bus detegatur dignior præferendus eſt, quamuis
ſit Iunior, & quamuis de tempore vacationis Be-
neficij controuerſi non eſſet Sacerdos, dum qua-
litatem Sacerdotalem non expoſcit, vt in *Benefi-*
cij de Nieua 23. Aprilis 1651. coram Eminentiſſimo
D. Cardinali Otthobono §. neque obſtat & in d. Bene-
cij de Murillo coram eodem D. meo Tarraconen. d. §.
reſpectu verò. Solus autem gradus Baccalaurea-
12 tus non tribuit prælationem, niſi aliquæ concur-
rant qualitates ſuperantes colltiganrem *d. Bene-*
ficij della caſa della Reyna coram D. Terracinen. §.
denique Beneficij 17. Nouembris 1653. coram R. P. D.
meo Priola §. Non obſtat quod Antonius.

Et ita vtraque &c.

CALAGVRITANA CANTORIÆ.

Veneris 26. Iunij 1654.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo conceditur poſſidenti vigore literarum Apoſtolicarum, & mandati de immittendo ab illarum executore relaxati etiam in concurſu anterioris poſſeſſionis, dum executor ipſo citato, ritè & rectè proceſſit. Recurrens ad Iudices Laicos pro retardanda executione literarum Apoſtolicarum audiri non debet nec minus in Iudicio manutentionis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur poſſidenti vigore mandati de immittendo ab executore literarum Apoſtolicarum relaxati.*

2 *Executor literarum Apoſtolicarum dum ad illarum executionem deuenit citato anteriori poſſeſſore, illum priuauit ſua poſſeſſione, eamque tranſtulit in immiſſum, cui propterea in concurſu anterioris competit manutentio.*

3 *Executor literarum Apoſtolicarum dum parte citata ad illarum executionem deuenit, habet pro ſe præſumptionem rectitudinis, & Iuſtitiæ.*

4 *Tituli excuſſio, & iuſtificatio, cum requirat altiorem indaginem, non requiritur in ſummariſſimo manutentionis.*

5 *Recurrens ad Iudices Laicos pro retardanda executione*

cutione literarum Apoſtolicarum , audiri hac de cauſa non debet , nec minus in Iudicio manutentionis .

DECISIO CCCCLXVIII.

MAndatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione Eccleſiarum S. Mariæ della Redonda Ciuitatis Longroni , & S. Martini Oppidi de Aluelda , cenſuerunt Domini concedendum eſſe Ioan-
1 ni de Echagerai informanti vti poſſidenti vigore
literarum Apoſtolicarum , & mandati de immittendo ab illarum exequutore relaxati *ad l. Iuſtè poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ. Rota deciſ. 513. num. 2. par. 1. recen. & in alijs congeſtis in Senogallien. Saluiani 3. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado in princ.* Etiam in concurſu Didaci Vaſques Collitigantis anterioris poſſeſſoris , ſeù potiùs intruſi ; Quia cum dictus Executor deue-
2 nerit ad exequutionem dd. literarum ipſo citato ,
eum priuauit ſua anteriori poſſeſſione , illamque tranſtulit in Ioannem immiſſum , cui propterea competit manutentio : *Angel. in l. clam poſſidere §. qui ad nundinas num. 2. in fin. ff. de acquir. poſſ. Card. Canal. deciſ. 42. num. 1. in Spoletana Bonorum 1. Iulij 1647. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. §. Quia cum index confirmata coram me 28. Iunij 1649. ſub §. 1.*

Præſertim quia ritè , & rectè proceſſit præuia iuſtificatione omnium narratorum , vt patet ex relatis *in Summ. informantis num. 10. cum ſeqq.* cum-
3 que parte citata , vt dictum eſt gratiam d. Apo-
ſtolicæ prouiſionis exequutioni demandauerit habet pro ſe præſumptionem rectitudinis, & iuſtitię, vt ponderauit *Abb. conſ. 41. numer. 1. in fin. lib. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 3. numer. 198. Card. Seraph. deciſ. 1125. num. 2. Buratt. deciſ. 842. num. 4. Rota in Lucana Iuriſpatronatus 25. Iunij 1638. cor. Reuerendiſſimo D. Salamantino & in Claſina Beneficij 26. Februarij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio §. & horum omnium.* Neque in hoc ſummariiſſi-
4 mo Iudicio manutentionis vlterior , atque exa-
ctior diſcuſſio tituli , eiuſque iuſtificationis fieri debet , cum requirat altiorem indaginem , vt reſponſum fuit *in Regien. Parochialis Sancti Martij 1649. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono §. finali & in Hieracen. Beneficiorum 27. Iunij 1653. coram me circa finem .*

Præterea Didacus recurſum habuit ad Iudices Laicos pro retardanda immiſſione , & dd. literarum exequutione à Ioanne impetrata eius *Summ. num. 8. & 9.* Ideoque hac de cauſa audiri non
5 debet, nec minus in Iudicio manutentionis *Card.
Canal. deciſ. 372. num. 1. & per tot. bo. me. Coccino deciſ. 425. numer. 3. Rot. deciſ. 107. num. 3. & 4. par. 6 recent.*

Et ita per contradictas &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM DE OCON.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Validitas , & Iuſtitia ſententiæ copulatiuè requiritur cum lapſu biennij poſt interpoſitam appellationem ad inducendam rem iudicatam ; decimæ prædiales ſpectant ad Parochum ex omnibus prędijs exiſtentibus intrà fines illius Parochiæ , nec contra eum ſuffragatur aliqua præſcriptio niſi ſit immemorabilis cum bona fide , vel quadragenaria cum iuſto , & rationabili titulo , & qualiter immemorabilis iuſtificetur .

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in Iudicatum dum ab appellante per lapſum biennij nihil fuit actum in cauſa, nec prorogata fatalia .*

2 *Sententia , debet eſſe valida , & iuſta ad hoc vt faciat tranſitum in Iudicatum per lapſum biennij poſt interpoſitam appellationem .*

3 *Validitas ſententia probatur ex reuolutione actorum concurrentibus requiſitis* dec. caputaquen 260. par. 2.

4 *Decima debentur Parocho ex omnibus prædijs exiſtentibus intra fines Parochialis Eccleſiæ .*

5 *Poſſidens bona intra fines Parochialis Eccleſiæ , tenetur ſoluere Parocho decimas prædiales .*

6 *Præſcriptio decimarum vt ſufragetur contra Parochum , vel debet eſſe immemorabilis, vel quadragenaria cum iuſto , & probabili titulo .*

7 *Teſtes deponentes de immemorabili debent coarctare negatiuam, dicendo non potuiſſe aliter eſſe quin ipſi ſciuerint , & debent deponere de publica voce , & fama .*

8 *Quadragenaria contra Parochum non ſuffragatur dum agitur de integra decima , & non exhibetur Titulus iuſtus , & probabilis .*

9 *Præſcriptio ſi allegetur pro exemptione à ſolutione decimarum debet eſſe , vel immemorabilis negatiua , vel quadragenaria cum titulo dum prætenditur contra fundantem ſuam intentionem ſuper aſſiſtentia , & diſpoſitione Iuris .*

10 *Seruitutem in re propria conſtituere, & eodem tempore dare actionem, & paſſionem in eodem ſubiecto eſt prorſus impoſſibilis .*

11 *Impoſſibilis materia eſt imperſcriptibilis , nec admittit immemorabilem .*

12 *Exemptus à ſolutione decimarum ſuper certis bonis, probare debet bona controuerſa eſſe de exemptis .*

13 *Concordia oſtendit initium excluſiuum immemorabilis præſcriptionis .*

14 *Immemorabilis bonam fidem omninò deſiderat .*

15 *Priuilegium Sixti IV. Monachis Ciſtercienſibus ſuper exemptione decimarum eſt reſtrictiuè conceſſum pro terris dumtaxat quas ipſi proprijs laboribus , & ſumptibus excolunt .*

16 *Priuilegium habens ſibi qualificatiuè , & reſtrictiuè conceſſum, eo vti nequit niſi dicta qualitate plenè probata .*

DECISIO CCCCLXIX.

SEntentia declarans , decimas prædiales ex terris, quas Abbas, & Monachi Sancti Prudentij Ordinis Ciſtercien. poſſident in Territorio Oppidi de Ocon , & loci de Redal ſpectare , & pertinere ad Parochos , & Beneficiatos dictæ Eccleſiæ Parochialis dicti Oppidi , & annexarum , cum lata
1 fuerit anno 1648. & abinde citrà ab appellanti-
bus nil amplius actum in cauſa , nec prorogata fatalia ; Ideò ob lapſum nedum Biennij , ſed quinquennij , & amplius, hodie per contradictas deciſum fuit feciſſe tranſitum in iudicatum *c. cum ſit Romana extr. de appell. Clem. ſi appellationem eod. tit. Auth. ei qui C. de tempor. appellat. Rot. deciſ. 476 num. 1. & deciſ. 548. num. 2. par. 8. recen. & in Caietana bonorum 3. Decembris 1646. coram me §. Appellarunt .*

Validitas enim , & illius Iuſtitia copulatiuè
2 cum lapſu temporis requiſitæ in propoſito nõ de-
ficiunt ; nam prima ex proceſſus reuolutione remanet comprobata iuxtà *vulg. deciſ. Caputaq; 260. part. 2.* Altera verò iuris diſpoſitione fulcitur ;
4 nam decimæ debentur Parocho ex omnibus prę-
dijs exiſtentibus intra fines Parochialis Eccleſiæ *c. fin. & ibi gloſſ. verb. Prædiorum de Paroch. c. cum contingat. & c. cum in tua de decim. c. fin. de reſtit. ſpoliat.*

Digitized by Google

5 *ſpoliat. in 6.* & ſic dicti Abbas, & Monachi ex Ter-
ris, quas poſſident intrà fines dictæ Eccleſiæ de
Ocon, & annexarum dictis Parochis prædiales
Decimas perſoluere tenentur, *Boich. in cap. per-
uenit num. 2. de decim. Put. deciſ. 150. num. 1. verſ.
qui tenent lib. 1. in correct. Rota deciſ. 163. num. 3.
par. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 59. num. 1. & dec.
169. num. 1. cum ſeqq. par. 5. coram Card. Canal. de-
ciſ. 73. num. 1. coram bon. mem. Coccino deciſ. 16.
num. 1. & deciſ. 55. num 8. In Ripana Decimarum
10. Martij 1649. coram Reuerendiſſimo D. meo Deca-
no, & in Aſtoricen. Decimarum 1. Iulij 1652. coram
R.P.D. meo Bichio.*

Nec obſtaret ſi allegaretur præſcriptio, vel con-
cordia anni 1529. aut Priuilegium Sixti IV.

6 Præſcriptio enim vt ſuffragetur contra Paro-
chum habentem intentionem fundatam in diſpo-
ſitione Iuris, vel debet eſſe immemorabilis, vel
quadragenaria cum titulo iuſto, & probabili *cap.
primo de præſcript. in 6. DD. in cap. fin. de Conſue-
tud. Rebuff de decim. quæſt. 13. numer. 82. Modern.
Mediolanen. eod. tract. cap. 5. quæſt. 5. numer. 112.
bon. mem. Coccinus deciſ 345. num. 1. & 2. iuncto
num. 6. Rot. in recent. deciſ. 203. num. 1. par. 5. &
deciſ. 23. num. 1. & 2. part. 6. cum alijs allegatis in
Pampilonen. Decimarum 9 Iunij 1653. coram R.P.D.
meo Bichio ſub §. finali verſ. quodque plus eſt.*

Neutra in Caſu noſtro concurrit; Nàm Imme-
merabilis non concluditur à teſtibus Monacho-
7 rum relatis in *Summar. Informantium num. 4.* Quià
non coarctant negatiuam, dicendo non potuiſſe
aliter eſſe, quin ipſi ſciuerint, nec deponunt de
publica voce, & fama, cum alijs requiſitis per
gloſſ. communiter receptam in d. *cap. 1. de reſcript.
in 6.* quam in terminis Decimarum ſequuta fuit
*Rota coram Pamu dec. 508. num. 3. 9. & 15. in To-
letana Decimarum 21. Iunij 1649. coram Eminentiſ-
ſimo D. Cardinali Otthobono §. Neque obſtat, & in
dicta Aſtoricen. Decimarum §. Teſtium verò.* Qua-
8 dragenaria verò non ſuffragatur, dùm agitur de
Integra Decima, & non exhibetur titulus iuſtus,
& probabilis, vt probant authoritates, & deci-
ſiones ſuprà allegatæ, & præter eas *Caſtropal. oper.
moral. tom. 2. tit. de Decim. diſput. vnica punct. 5.
num. 1. & ſub num. 2. verſ. Tempus ergò* in puncto
allegatus in d. *Pampilonen. Decimarum in fine.*

9 Ponderandum Inſuper videbatur, quòd aut
Præſcriptio allegabitur pro exemptione a ſolu-
tione, & debet eſſe (vt dictum eſt) vel Immemo-
rabilis negatiua, vel quadragenaria cum titulo,
dum prætenditur contrà fundantem ſuam Inten-
tionem ſuper aſſiſtentia, & diſpoſitione Iuris, vt
præter allegatas Authoritates tradunt *Io: Andr. in
cap. fine poſſeſſione num. 8. poſt princ. verſ. ſolutu,
& poſt med. verſ. Aut proprio de regul. Iur. in 6. Fe-
deric. de Sen. conſ. 6. in fin. Balb. de præſcript. par. 1.
5. partis princip. quæſt. 13. num. 2. fol. 389.* Aut ve-
rò deducetur, vt teſtes Ciſtercienſium deponunt,
pro acquiſitione dd. Decimarum ad ipſiuſmet fa-
10 uorem, & cum hoc eſſet conſtituere ſeruitutem
in re propria, & dare eodem tempore in eodem
ſubiecto actionem, & paſſionem contra *text. in l.
in re communi ff. de ſeruit. Vrban. Præd.* Impoſſibi-
lis prorſus erit, vt in terminis Decimarum tradit
Vual. in Clem. 1. num. 83. de Decim. quem ſequuta
fuit *Rota deciſ. 23 num. 2. par. 2. diuerſ. & in dicta
Aſtoricen. Decimarum ſub §. Tum quia ex ſcripturis*
11 *verſ. Cumque de dicto*; Materia autem impoſſibi-
lis eſt etiam impræſcriptibilis, nec admittit Im-
memorabilem, vt poſt *Io: Monac. & Io: Andr. in
cap. 2. de præſcript. in 6. probat Card. Zabarell. con-
ſil. 57. num. 2. Gabr. de præſcript. concl. 1. num. 8.
verſ. Tamen eius Rota deciſ. 324. ſub num. 11. verſ.
eſſet enim par. 1. recent.*

Concordia autem in bonis per Monachos poſ-
ſeſſis antè Concilium Lateranenſe ſub *Innocentio
Tertio*, illos eximit à ſolutione Decimarum, re-
ſeruata ſolum Parochis certa quantitate tritici,
& hordei; In bonis verò ab illis acquiſitis poſt
dictum Concilium integram Decimam reſeruat,
ac adiudicat Parochis eorum *Summarij num. 7.*
12 Vndè potius retorquetur contra Monachos, vel
ſaltem eis ſuffragari non valet, niſi concluden-
ter iuſtificent, bona, de quorum decimis agitur,
ab eis fuiſſe poſſeſſa antè dictum Concilium, vt
in puncto contra Ciſtercienſes tradit *Rebuff.* vbi
ſupra *quæſt. 14. num. 42. & in proximis terminis Ro-
ta deciſ. 240. ſub num. 2. verſ. Nec in contrarium
par. 4. diuerſ. coram Card. Seraph. deciſ. 95. ſub n. 2.
verſ. fuit etiam, & ſub num. 6. verſ. quantum verò
coram Buratt. deciſ. 704. ſub num. 2. verſ. ad ſecun-
dum in Hiſpalen. Decimarum 23. Iunij 1653. coram
R.P.D. meo Bichio verſ. Priuilegium verò, & priùs
in alia Hiſpalen. Decimarum 20. Nouembris 1651.*
13 *coram me §. Quia cum non fuerint*; Imò ex huiuſ-
modi Concordia oſtenditur initium excluſiuum
immemorabilis. *Rot. deciſ. 14. num. 2. par. 3. de-
ciſ. 542. num. 2. & 3. par. 4. & deciſ. 56. num. 18.
par. 7. recent.* Atque ex illius retentione quoad
bona poſt Concilium acquiſita reſultat mala fi-
14 des, *Card. Canal. deciſ. 77. num. 7.* quæ eò magis
deſtruit Immemorabilem bonam fidem omnino
deſiderantem, *Card. Seraph. deciſ. 707. nu. 6. Rot.
dec. 265. num. 17. par. 5. rec.*

Eademque reſponſione tollitur Priuilegium
15 Sixti Quarti, Quià cum conceſſum fuerit quali-
ficatiuè, & reſtrictiuè pro terris, quas ipſi pro-
prijs laboribus, & ſumptibus excolunt, vt teſta-
16 tur *Rota coram Duran. dec. 215. num. 3.* huiuſmo-
di Priuilegio vti nequeunt, niſi dicta qualitate
plenè probata, vt præter authoritates ſuprà alle-
gatas *Rota deciſ. 603. num. 1. verſ. Sed qualitates
par. 4. & deciſ. 307. num. 10. par. 6. & deciſ. 725.
num. 9. par. 8. recent.*

Et ita &c.

HISPALEN. DECIMARVM.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Declaratoria contra non parentem executorialibus
Rotæ relaxatur poſt perſonalem illorum Intima-
tionem, & reproductionem ſeruatis ſolitis qua-
tuor terminis ad docendum de paritione eoque
magis contra perſonas Eccleſiaſticas, & Animus
non parendi dignoſcitur ex contradictionibus, &
appellationibus, vbi quod ſi quantitas manda-
ti eſt liquida requiritur pro paritione vera, &
realis ſolutio ſi autem eſt illiquida debet reus ad
effugiendam declaratoriam, vel inſtare pro liqui-
datione, vel deponere penes Notarium Cauſæ
aliquam ſummam cum obligatione ſoluendi re-
ſiduum ea ſequuta.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria relaxatur contra non docentem de pa-
ritione poſt perſonalem Intimationem mandati
Rotalis ſeruatis ſolitis quatuor terminis ad docen-
dum de ea.*

2 *Animus non parendi mandatis Rotalibus dignoſcitur
ex contradictione, appellatione, & nullitatis
dictione, obedientia contrarijs.*

3 *Decla-*

Digitized by Google

3 *Declaratoria eo magis relaxatur, quando ex actibus obedientiæ contrarijs dignoſcitur Animus non parendi, ſed contradicendi.*
4 *Declaratoria fortius relaxatur contra perſonas Eccleſiaſticas, quæ tenentur eò magis mandatis rotalibus, ſeù veriùs Apoſtolicis reuerenter obtemperare.*
5 *Contumax in paritione non excuſatur à declaratoria, ex defectu liquidationis, niſi iudicialiter compareat, & facto depoſito alicuius quantitatis offerat reſiduum ſequuta liquidatione.*
6 *Declaratoria vt euitetur requiritur vera, & realis paritio, mediante effectiua ſolutione, quando quantitas eſt liquida.*
7 *Si autem eſt illiquida, debet reus conuentus inſtare pro liquidatione, aut aliquam ſummam deponere cum obligatione ſoluendi reſiduum.*

DECISIO CCCCLXX.

IVxtà deciſionem coram me editam 5. Nouem-
bris 1651. expedita Cauſa, tàm in poſſeſſorio
ſummariſſimo manutentionis, quàm in poſſeſſo-
rio plenario ſuper exactione Decimarum, quas
ſoluere tenentur Abbatiſſa, & Moniales Ordinis
S. Claræ Ciuitatis Hiſpalen. Decano, & Capitu-
lo Eccleſiæ Hiſpalen. expeditum pariter fuit man-
datum de manutenendo, & pro illius executione
literæ Executoriales, quibus cum Comminatio-
ne Cenſurarum Capitulariter præſentatis eidem
Abbatiſſæ, & Monialibus, & in Actis Notarij
Cauſæ reproductis, ſeruatiſque quatuor terminis
1 ad docen. de paritione ſeruari ſolitis. Cum
vſquè adhuc de paritione doctum non fuerit,
meritò hodiè dictum fuit contrà illas dan. eſſe
declaratoriam ad notata in *cap. 2. de dol. & contum. in 6. Mohed. deciſ. 1. de ſent. excomm. cum alijs allegatis in Burgen. Decimarum 11. Febr. 1650. coram Me.*

Nec illarum Contumacia excuſari poteſt ſub
prætextu, quòd Literæ Executoriales Intimatæ
25. Ianuarij 1653. loco ipſarum continerent per
errorem Moniales Clariſſas Ciuitatis Carmonæ.
Quoniam illis emendatis, & iterum capitulariter
præſentatis 25. Februarij curren. anni 1654. non
ſolum debitam obedientiam (vt pareſt) non præ-
2 ſtiterunt, ſed iterum contradixerunt, appellarunt,
& de nullitate dederunt, ex huiuſmodi enim
actibus paritioni, & obedientiæ contrarijs aper-
3 tius deducitur animus non parendi, ſed contra-
dicendi, ex quo eò certiùs relaxari debet decla-
4 ratoria, præſertim cum agatur inter perſonas Ec-
cleſiaſticas, quæ eò magis tenentur mandatis Ro-
talibus, ſeù verius Apoſtolicis reuerenter obtem-
perare *cap. in memoriam 19. diſtin. Rota in Toletana Canonicatus 18. Iunij 1646. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono §. Hic verò In Leodien. Decimarum 3. Iunij 1647. in fin. & in dicta Burgen. Decimarum ſub §. Et licet coram me.*
5 Defectus autem liquidationis Decimarum nec
minus excuſat Contumaces à Paritione, niſi Iu-
dicialiter compareant, & facto depoſito alicuius
quantitatis reſiduum offerant ſequuta liquidatio-
ne, vt in hac indiuiduali materia Decimarum
tradit *Rebuff. de Decim. quaſt. 12. num. 7. & 8.* ac
reſpondit Rota in Valentina Decimarum 20. Nouembris 1598. coram Lancellotto penes Marcheſ. de Commiſſ. par. 1. fol. 678. num. 2. In Hiſpalen. Decimarum 17. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Meltio, In Toletana Decimarum 3. Aprilis 1649. coram R. P. D. meo
6 *Celſo*, vbi ſubditur, quòd vel quantitas eſt illi-
quida, & reus conuentus ad euitan. declarato-
riam inſtare debet pro liquidatione, aut aliquam
ſummam deponere cum dicta oblatione ſoluendi
7 reſiduum facta liquidatione, vel eſt liquida, &
requiritur vera, & realis paritio mediante effe-
ctiua ſolutione, quòd pariter repetitum fuit in d.
Burgen. Decimarum coram me §. finali.

Quarè fuit reſponſum, dandam eſſe declaratoriam, niſi infrà menſem, à die Intimationis in Partibus, Moniales paruerint, vt mitius proceden. ſeruatum fuit in *Barchinonen. Portionum 29. Maij 1643. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & in Auellina Canonicatus 7. Febr. 1653. coram me.*

Et ità vnica tantùm &c.

LEODIEN. SVCCESSIONIS.

Mercurij 1. Iulij 1654.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria non datur ſtante irreleuantia Articulorum, & ſuſpicione Calumniæ, nec datur Hæredi ad probandum contra confeſſionem Teſtatoris emiſſam in Teſtamento; præſertim dum non concurrit ſumus erroris? Appellatione Bonorum prouenientium ex latere Patris veniunt omnia bona paterna, & non ſolum prouenientia à maioribus eiuſdem patris, ſed etiam ab ipſomet Patre quomodocumque acquiſita, & quid de conſuetudine Leodien.

SVMMARIVM.

1 *Sub Appellatione bonorum prouenientium ex latere Patris veniunt omnia bona paterna tàm prouenientia à maioribus eiuſdem Patris, quàm ab ipſomet patre quomodocumque acquiſita.*
2 *Remiſſoria denegatur ſtante irreleuantia articulorum ſuſpicione Calumniæ.*
3 *Appellatione Bonorum Paternorum etiam ſecundum conſuetudinem Leodien. veniunt etiam bona Patris.*
4 *Verba Teſtatoris ſunt intelligenda non ſolum ſecundum communem vſum loquendi eius Ciuitatis, & Patria, ſed vel illius loci vbi fuerunt prolata, vel ſaltem illius Regionis vbi Teſtator verſatus eſt.*
5 *Calumnia ſuſpicio reſultat, dum per duas Inſtantias cauſa in partibus agitata, numquam petens Remiſſoriam articulos produxit, nec ſuper eis ſuas probationes facere curauit.*
6 *Remiſſoria non conceditur ad probandum quando de contrario apparet.*
7 *Remiſſoria non datur hæredi ad probandum contrà confeſſionem Teſtatoris emiſſam in Teſtamento præſertim dum non concurrit fumus erroris.*
8 *Producens Teſtamentum abſque aliqua proteſtatione illud approbaſſe cenſetur in qualibet eius parte.*

DECISIO CCCCLXXI.

SVper Teſtamentaria diſpoſitione Io: Philippi de
Matthijs, quòd omnia eius bona prouenientia
ex latere ſui Patris reuerterentur ad proximiores
parentes de latere, & linea illius cum Dominis
diſcutiendum propoſuiſſem, quæ nam bona ſub
dicta diſpoſitione venirent die 14. Iunij 1652. re-
1 ſolutum fuit ſub ea venire omnia bona paterna,
& non ſolùm prouenientia a maioribus eiuſdem
Patris, ſed etiam ab ipſomet Patre quomodocun-
que acquiſita, reſeruato, quòd particulariter vi-
deretur de bonis illi quæſitis ex dote ſuæ Vxoris
Iuxta tunc allegatam Conſuetudinem Leodien.
tationibus in deciſione deductis.

Aduerſus huiuſmodi reſolutionem ſcribentes
pro Maria Otana, & Conſortibus productis tri-
bus

Digitized by Google

bus articulis petebant remiſſoriam, quam hodiè cenſuerunt Domini eſſe denegandam.

Continet enim primus articulus, quòd ſecundum morem, Conſuetudinem; & communem vſum loquendi Ciuitatis, & Principatus Leodien. tàm in vltimis voluntatibus, quàm in quacunque alia diſpoſitione inter viuos appellatione bonorum peruenientium ex latere Patris intelliguntur dumtaxat bona quæſita à maioribus, nullo au-
2 tem modo acquiſita per Patrem, ſed articulus eſt irreleuans, & non caret ſuſpicione Calumniæ.

3 Irreleuantia patet; Tùm quià in Patria Leodien. appellatione bonorum paternorum venire etiam bona Patris teſtatur *Moder. Carol. de Mean ad Ius Ciuil. Leodien. obſeru. 133. fol. 572. verſ. denique & fol. 582. verſ. dato autem*, in quibus locis affert optimam rationem quia ſcilicet Cauſa immediata attendenda eſt, non mediata, vt probant Iura allegata in principio dictæ deciſionis; Tùm etiã quia teſtamentum conditum fuit Pariſijs ibi: *Auanti li Notari, e Guardanote del Rè mio Signore nel ſuo Caſtelletto di Parigi &c. Summar. Eliſabeth,*
4 *& Lucretia n. 1.* Ideò non ſufficit probare cõmunem vſum loquendi in Ciuitate, & Principatu Leodien. ſed requiritur communis vſus loquendi, ſiuè illius Loci, vbi verba fuerunt prolata per ea, quæ tradunt *Gozzad. conſil. 59. num. 18. Roland. à Valle de dot. quaſt. 6. num. 9. inter tract. magn. tom. 9. fol. 354. cum alijs Menoch. de arbitr. caſ. 489. num. 3. & præter eos Alperan. Maſcard. de general. Statur. Interpret. concl. 3. num. 5. Modern. Altograd. conſil. 35. ſub num. 25. tom. 2. Adden. ad San. Mem. Gregor. deciſ. 257. ſub nu. 14. verſ. Item teſtes*, vel ſaltem illius Regionis, in qua Teſtator verſatus eſt, vt probat *text. in l. ſi ſeruus plurium §. vlt. ff. de leg. 1. Bart. in l. labeo ſub num. 6. verſ. ad declaran. autem cum ſeqq. ff. de ſuppellect. legat. Alexan. conſil. 131. num. 4. lib. 7. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 8. num. 7.* vbi dicit ſit intelligen. eſſe, *Roman. in l. ſi non ſpeciali ſub n. 9. verſ. non tamen C. de teſtam. Iuxtà diſpoſitionem ſupradicti textus.*

5 Calumniæ verò ſuſpicio reſultat, ex quò per duas Inſtantias Cauſa in partibus diſcuſſa, & agitata, nunquam dicta Maria, & Conſortes huiuſmodi communem loquendi vſum articularunt, nec ſuper eo ſuas probationes curarunt peragere, vt ex *Caſtr. in l. de die §. Tutor numer. 7. ibique Alex. pariter num. 7. ff. qui ſatiſd. cog. tradit Veſtr. in prax. lib. 6. cap. vlt. num. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 128. num. 2. par. 3. in recent. deciſ. 111. n. 5. par. 6. & deciſ. 99. num. 41. part. 8. in Meleuitana Hæreditatis 16. Maij 1642. §. ea potiſſimum verſ. Et Cauſa, & 26. Ianuarij 1643. §. 1. ſcilicet verſ. quibus accedit coram Reuerendiſſimo D. meo Decano in Cæſarauguſtana Beneficij de Liuares 19. Febr. 1645. §. Se autem coram* R. *P. D. m. Bichio, & in Aueniouen. Dilapidationis bonorum 2. Martij 1646. §. Vehemens autem coram Me.*

Secundus Articulus continens, quod ex vſu, & Conſuetudine dictæ Ciuitatis decedente altero ex Coniugibus ſine diſpoſitione omnia eiuſdem Coniugis decedentis bona, quantumuis per matrimonium confuſa, tranſeunt in dominium filiorum, reſeruato tamen nudo vſufructu Coniugi ſuperſtiti cum diſtinctione, quod prouenientia à patre dicuntur paterna, & prouenientia à Matre Materna, acquiſita verò per illos conſtante matrimonio dicuntur communia, nempè pro medietate paterna, & pro medietate materna, viſus fuit etiam improbabilis, quià ex atteſtationibus Scabinorum, ſeù Iudicum ſupremæ Iuſtitiæ Leodien. relatis in *dicto Summar. num. 3.* de contraria apparet Conſuetudine eiuſdem Patriæ, nempè quod plenum dominium quæritur Coniugi ſuperſtiti cum ſolo onere reſtituendi poſt obitum pro-
6 prietatem filij eiuſdem matrimonij; Vndè ex iſta pariter ratione non eſt concedenda remiſſoria, vt in terminis reſpondit *Rota in Hiſpalen. Portionis 6. Martij 1624. coram bon. mem. Merlino inter eius Impreſſas dec. 69. num. 4. cum duob. ſeqq.*

In Tertio demum articulatur, quòd Domus Io: Philippi exiſtens in dicta Ciuitate in Parochia Sancti Geruaſij, licet in eius Teſtamento per eum aſſeratur ipſius propria, tamen nec fuit acquiſita ab Arnoldo illius Patre, nec per eum contracta, & fabricata, ſed prouenire ab eiuſdem Arnoldi Maioribus, licèt forſan fuerit per illum in aliqua parte aucta, & meliorata; Verum cum huic materiæ propria repugnet Teſtatoris Confeſſio in
7 dicto teſtamento emiſſa contra eam non datur hæredi remiſſoria, præſertim dùm non concurrit fumus erroris, *Pariſ. conſil. 75. num. 53. lib. 2. Soccin. Sen. conſil. 12. numer. 20. lib. 3. Rot. coram San. Mem. Gregor. deciſ. 523. numer. 4. & 5. & in Nazarena, ſeù Montis Viridis Beneficij 10. Iunij 1648. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. quod*
8 *verò.* Atque præſertim dum Maria, & Conſortes illius hæredes producendo abſque proteſtatione teſtamentum continens dictam Confeſſionem illam approbaſſe videntur in qualibet eius parte. *Salicet. in l. comparitionis ſub num. 13. C. de fid. Inſtrum. Dec. in cap. Cum venerabilis n. 90. de except. Surd. conſil. 151. num. 16. Buratt. deciſ. 934. nu. 4. Rot. in Gerunden. Cappellaniæ 27. Ianuarij 1645. coram R.P.D. meo Bichio §. Quòd autem, & in Conchen. Penſionis 21. Maij 1649. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado §. Quia præter quod verſ. viſa fuit.*

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA CANTORIÆ.

Veneris 31. Iulij 1654. In Congregatione.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſorium ex ſtylo Rotæ ſuſpenditur vſque ad ſententiam in petitorio incluſiuè proferendam, quando agitur per Contradictas, & vltra montes? Literæ Apoſtolicæ vbi ſunt in totum iuſtificatæ veniunt exequendæ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium ex ſtylo Rotæ ſuſpenditur vſque ad ſententiam in petitorio incluſiuè proferendam, quando cauſa agitur per contradictas, & vltra Montes.*

2 *Literæ Apoſtolicæ Prouiſionis ſunt exequendæ dum omnia Papæ narrata iuſtificantur.*

3 *Vnio Eccleſiarum cum Iure præſentandi ex iuſta cauſa tenuitatis reddituum, & congruæ ſubſtentationis illas obtinentium legitimè fieri poteſt ab Epiſcopo, vna cum Capitulo.*

4 *Ius præſentandi non minus congruit Iuripatronatus, quam annexioni, & vnioni Beneficij.*

5 *Qualitas patrimonialitatis, & naturalitatis probatur ex Fide Baptiſmatis Patris, & Matrimonij in faciem Eccleſiæ à Parentibus contracti.*

6 *Patroni qui aliquem præſentarunt vti filium Patrimonialem, & Baptizatum in Eccleſia, nequeunt amplius controuertere illum eſſe talem.*

7 *Præſentatio à Patronis emanata pendente lite ſuper*

exequutione Literarum Apoſtolicæ prouiſionis, & poſt Inhibitionem ab illarum exequutore antecedenter factam, eſt nulla, & inefficax.

8 *Valor narratus per non exceſſum iuſtificatur ex semi plena probatione.*

DECISIO CCCCLXXII.

INſtabat Ioannes de Echagetai pro expeditione
mandati de manutenendo in quaſi poſſeſſione
Cantoriæ Eccleſiarũ S. Mariæ *della Redonda* Ciui-
tatis Longroni, & S. Martini Oppidi de *Aluelda*
iuxtà deciſionem coram me emanatam 26. Iunij
1 præteriti; Verum quia Cauſa agitur per Contra-
dictas, & vltra Montes intrat vtique Stylus Rotę
ſuſpendendi poſſeſſorium vſque ad ſententiam in
petitorio incluſiuè proferendam, vt millies ſer-
uatum fuit, & ſignanter in *Hiſpalen. Decimarum
de Baraona* 16. *Martij* 1646. *coram me in principio*;
Ideò diſcuſſa cauſa, decreuerunt Domini expe-
ditionem ad fauorem eiuſdem Ioannis etiam in
2 petitorio, quià iuſtificat omnia in Literis ſuæ
Apoſtolicæ Prouiſionis Summo Pontifici ex-
poſita.

Vnio ſiquidem dictarum Eccleſiarum S. Mariæ
della Redonda, & S. Martini Oppidi de *Aluelda*
inuicem facta cum affectione Cantoriæ contro-
uerſæ ad fauorem naturalium, & Patrimonia-
lium illarum, atque Iure præſentandi penes Cle-
ricos, vel Parochianos, earundem Eccleſiarum,
iuſtificatur ex publico Inſtrumento de anno 1435.
3 in Proceſſu fol. 468. vbi ex iuſta cauſa tenuitatis
redditũum, & neceſſitatis ſubſtentationis illas ob-
tinentium pro Congruo Dignitatis decore dictæ
Eccleſiæ ab Epiſcopo vna cum Capitulo inuicem
vnitæ fuerunt cum prædictis affectione, & Iure
præſentandi, quæ quidem vnio hac de cauſa legi-
timè fieri potuit *cap. expoſuiſti de præbend. cap. ſicut
vnire de exceſſ. Prælat. clem. ſin. de reb. Eccleſ. non
alien.* cum pluribus allegat. *in Barchinonen. Paro-
chialis, ſeù Vicaria* 10. *Februarij* 1645. *coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Corrado* §. *Ius autem*; Et in ea
4 Ius præſentandi reſeruari, quod non minus con-
gruit Iuripatronatus, quàm annexioni, & vnioni
Beneficij, vt reſponſum fuit in alia *Barchinonen.
Vicariæ* 9. *Februarij* 1624. *coram bon. mem. Merlino
inter eius impreſſas dec.* 95. *num.* 7. repetita *in rec.
deciſ.* 441. *eodem numero part.* 5. *& in dicta Barchi-
nonen. Parochialis, ſeù Vicaria coram eodem D. Car-
dinali Corrado* §. *Quia*, *& in pluribus*, *verſ. Nam
præſentationes*.

5 Qualitas verò d. patrimonialitatis, & natura-
litatis in perſona Impetrantis concludenter pro-
bata remanet ex fide Baptiſmatis eius Patris, ac
Matrimonij in faciem Eccleſiæ ab ipſis Parenti-
bus contracti *Summar. num.* 11. ex Teſtibus illius
6 originem optimè concludentibus *num.* 12. & de-
mum ex collatione Canonicatus earundem Ec-
cleſiarum ſibi facta vti filio Patrimoniali, & Ba-
ptizato in dicta Eccleſia de Longrono ad præſen-
tationem eorundem met Decani, Canonicorum,
& Parochianorum, *Summ. num.* 13. qui proindè
nequeunt amplius controuertere illum eſſe talem,
vt per *Text. in l. Commiſſoria C. de pact. inter empt.
& vendit.* in his terminis reſpondit *Rota in Cala-
guritana Beneficij de Auſeio* 27. *Iunij*. 1653. *coram*
R. *P. D. meo Bichio ſub* §. *accedit ſententia*.

Vacatio per obitum Ioannis della Celaia vlti-
mi illius poſſeſſoris ſequutũ Menſe Ianuarij 1647.
& lapſus temporis ad præſentandum concludun-
tur tàm ex Teſtibus relatis in *dicto Summ. num.* 17.
quàm ex Inſtrumentis ſubſecutæ præſentationis
ſub diebus 28. *Februarij*, & 10. *Octobris* 1649.
Proc. fol. 91. & *fol.* 202. *ac dicto Summar. num.* 14.
7 & ſic poſt Menſes 24. & 32. quinimo hæc ſecun-
da cum emanauerit pẽdente lite ſuper exequutio-
ne Literarum, de quibus agitur, & poſt Inhibitio-
nem ab illarum Exequutore antecedenter factam
ſub die 5. eiuſdem Menſis Octobris *Proc. fol.* 199.
& dicto Summar. num. 15. remanet nulla, & inef-
ficax *cap.* 1. *vt lit. pend. in* 6. *Rota dec.* 20. *de appell.
in nou. Buratt. deciſ.* 258. *num.* 1. *& in Bonon. Paro-
chialis* 29. *Nouembris* 1646. *coram Eminentiſſimo D.
Card. Otthobono* §. *Quo vero ab Caballinum*.

Et demum quod dicta Cantoria non ſit prima
Dignitas, ſoleatque retineri ab vno ex Canonicis
ſine Apoſtolica diſpenſatione, eiuſque valor non
excedat annuos Ducatos viginti quatuor de Ca-
mera ab ijſdem Teſtibus relatis in *dicto Summario
dicto num.* 17. validè examinatis, & optimas ratio-
8 nes reddentibus concludenter iuſtificatur, quam-
uis ſignanter reſpectu valoris per non exceſſum
narrari ſemiplena probatio ſufficiat ex congeſtis
in *Calaguritana Præſtimonij* 10. *Maij* 1649. *coram
eodem D. Card. Otthobono* §. *Probatur verſ. valor
enim*, *& alibi paſſim*.

Atque ita in Congregatione habita in Ædibus
B. Mariæ de Pace per Contradictas decretum
fuit &c.

MONASTERIEN. CANONICATVS.

Veneris 20. Nouembris 1654.

ARGVMENTVM:

Turni mutatio licèt ſit actus voluntarius ac propte-
rea fieri non poſſit à maiori parte Canonicorum
aliquibus contradicentibus, attamen fieri poteſt
quando actus eſt vtilis Eccleſiæ, & ipſis Canoni-
cis; quod tamen ſolummodo procedit in actibus
ſpectantibus ad Canonicos vti vniuerſos, & Ca-
pitulum repreſentantes ſecùs verò in ſpectantibus
ad ipſos vti ſingulos, hoc que habet locum licèt
Ius ſpectet ad corpus, exercitium verò ad ſingu-
los hoc enim caſu omnium Conſenſus requiritur
nec attenditur an actus ſit vtilis, niſi etiam ſit
neceſſarius.

SVMMARIVM.

1 *Turni mutatio cum ſit actus voluntarius fieri non poteſt à Capitulo aliquibus Canonicis contradicentibus.*

2 *Declara hoc non procedere, quando illius mutatio eſt vtilis tàm Eccleſiæ, quam Canonicis, nec poteſt dari de illius irrationabilitate.*

3 *Conſenſus omnium Canonicorum non eſt neceſſarius in actibus ſpectantibus ad Canonicos vti vniuerſos, & Capitulum repreſentantes.*

4 *Secus autem in actibus ad eos ſpectantibus vti ſingulos,*

5 *In actibus ſpectantibus ad Canonicos vti ſingulos omnium Conſenſus requiritur, nec attenditur an actus ſit vtilis, niſi etiam ſit neceſſarius.*

6 *Capitulum licet habeat Ius eligendi, illius tamen exercitium, & actus electionis per Turnum diuiſa ſpectat ad Canonicos vti ſingulos.*

7 *Actus ſpectantes ad Canonicos vti ſingulos præſtari nequeunt à maiori parte, ſed omnium conſenſum requirunt, etiam quando Ius ſpectat ad corpus, exercitium verò ad ſingulos.*

8 *Actus cuius exercitium capitularibus ſpectat, non competit Canonico in Sacris non conſtituto.*

9 *Canonicus in Sacris non conſtitutus non eſt perſona Capitularis, nec actus capitulares facere poteſt.*

10 *Actus ſatis eſt quod ſpectet ad Canonicos vti ſingulos ta-*

los ratione exercitij, quamuis Ius ſpectet ad Capitulum, ad effectum cognoſcendi an ſufficiat maior pars Capituli in illius præſtatione, vel omniũ conſenſus requiratur.

11 *Turnus antiquus dum fuit confectus à toto Capitulo in illius quoque mutatione omnium conſenſus requiritur, nec eſt ſatis maior pars.*

12 *Literæ Apoſtolicæ dum ſunt in omnibus iuſtificatæ, veniunt exequendæ.*

DECISIO CCCCLXXIII.

CAnonicatum, & Præbendam Eccleſiæ Monaſterien. vacantem per obitum q. Reimberti à Kettler extra Romanam Curiam defuncti obtinuit à Sede Apoſtolica D. Ferdinandus Fruſtembergh tanquam electus à Canonico Gulielmo eius fratre tunc in Turno conferendi exiſtente; altero tamen eiuſdem Eccleſiæ Canonico Turnum huiuſmodi ad ſe pertinere prætendente, vt ex Literis Apoſtolicis relatis in *Summar. Informantis numer.* 9. cumque hodie de illarum exequutione ageretur tota difficultas videbatur reſtringi ad iuſtificationem dictæ narratiuæ, quod Canonicus Gulielmus tunc in Turno exiſteret, quià licèt ſecundum antiquum Turnum, in quo Decanus duas occupabat hebdomadas, Canonicatus vacauerit in hebdomada Gulielmi, attamen quià Capitulum Turnum mutauit ab eo Decanum ob illius ſuſpẽſionem caſſando, & ſequentes Canonicos ſubrogando attenta huiuſmodi mutatione mors Reimberti accidiſſe apparet in hebdomada pertinente ad Canonicum Rhede, qui Ioacchinum fratrem elegerat.

1 Et quamuis mutatio Turni fuerit actus voluntarius, ac proptereà fieri non potuerit contradicentibus dicto Gulielmo, & altero Canonico *cap. fin. vbi Innoc. num. 3. ad fin. Butr. in quinto notab. & Abb. num. 6. cæterique ſcribentes de maiorit. & obed. Feliu. in cap. cum omnes num. 17. verſ. fallit primum de Conſtit. Pariſ. conſil. 96. num. 18. & 19. lib. 4. Loffred. conſil. 51. numer. 9. Franch. deciſ. 2. num. 24. Gratian. deciſ. Murch. 183. num. 21. Card. Seraph. deciſ. 768. num. 3. Rot. in recent. deciſ. 755. num. 4. in fine part. 5. in Argentina Coadiutoriæ 21. February 1631. coram Reuerendiſſimo D. Tertucinen. in recent. deciſ. 20. num. 5. cum alys add. per Adden. ad Buratt. deciſ. 573. num. 10.*

2 Nihilominus quia videtur vtilis, tàm Eccleſiæ ad tollendum diſſentiones, propter quas concordia eligendi per Turnum admitti ſolet, quàm Canonicis, cum exindè citius ad ſingulos redeat Turnus, nec ideò dari poterat de illius irrationabilitate, vtique ſuſtinetur, quamuis nonnulli contradixerint, vt probat *Tex. in cap. 1. de bis, quæ fiunt à maior. part. Capitul. Felin. in dicto cap. cum omnes num. 18. verſ. & ſimiliter, Luc. de Penn. in l. nominationum nu. 13. verſ. ſi propter C. de Decurion. lib. 10. Iuſ. in l. Iuriſgentium §. hodie num. 8. verſ. eſt verum ff. de pact. Bald. conſ. 83. ſub num. 1. verſ. Præterea emptio lib. 4. Corn. conſil. 181. numer. 31. verſ. Præterea lib. 2. Aym. conſil. 27. num. 8. Lap. allegat. 85. num. 2. ibique Adden. litera B. & allegat. 131. ſub num. 2. verſ. hanc ſecundum Franch. deciſ. 2. ſub num. 24. verſ. ſed ad hoc dictum fuit cum ſeqq. Gratian. diſcept. 721. num. 17. & ſeq. & diſcept. 933. num. 5. & deciſ. Murch. 183. num. 22. 23. & 27. Add. ad Buratt. d. deciſ. 573. num. 12. & in Sabinen. Alluuionis 22. Iunij 1646. coram R.P.D. meo Bichio §. fin.*

3 Verum viſum fuit prædicta procedere poſſe in actibus ſpectantibus ad Canonicos vti vniuerſos,
4 & Capitulum repræſentantes, non autem in actibus ad eos ſpectantibus vti ſingulos; hoc enim caſu omnium conſenſus neceſſarius eſt, & ſic antedicta mutatio Turni facta aliquibus contradicentibus non ſuſtinetur, *cap. quoad omnes 19. de reg. Iur. in 6. gloſſ. in d. cap. cum omnes 19. verb. conſtitutum verſ. ſecus in Iuribus ſingulorum de conſtit. Pariſ. d. conſil. 90. num. 12. cum duobus ſeqq. par. 4. Angel. conſ. 271. circa principium verſ. ſecundo principali Loffred. conſil. 51. ſub num. 2. verſ. his tamen non obſtantibus, Surd. conſil. 65. num. 17. Lap. dicta alleg. 85. num. 2. Lambertin. de Iurepatr. lib. 2. par. 2. quæſt. 2. princ. art. 16. num. 3. cum ſeqq. Lotber. de re benef. lib. 1. quæſt. 15. num. 17 Barboſ. de Canon. & Dignit. cap. 38. num. 13. Gomez. var. reſol. to. 2. cap. 3. num. 14. Franch. d. dec. 2. num. 4. cum ſeqq. Franc. Marc. deciſ. 489. num. 1. part. 1. Gratian. d. deciſ. Murch. 185. num. 3. Card. Canal. deciſ. 134.*
5 *nu. 5. Add. ad Buratt. d. deciſ. 573. litera A.* & hoc caſu non attenditur, An actus ſit vtilis, niſi quoque ſit neceſſarius, *Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 13. num. 113. Theſaur. deciſ. 237. num. 4. verſ. vel ſi imponitur.*

6 Licèt enim Ius eligendi ad Capitulum ſpectet illius tamen exercitium, & actus electionis per Turnum diuiſæ ad Canonicos pertinet vti ſingulos iuxtà notata per Rebuff. *de nomin. quæſt. 8. n. 4. Garz. de Benef. par. 3. cap. 4. numer. 30. & par. 5. cap. 1. num. 209. Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 45. §. 1. num. 6. & 20. Gratian. diſcept. 482. num. 24. Barboſ. vbi ſupra cap. 37. num. 6. & 20. Rota deciſ. 600. diu. Card. Melliu. deciſ. 184. num. 4. cum ſeqq. Pen. deciſ. 959. num. 11. Duran. deciſ. 168. num. 2. cum*
7 *ſeqq. & deciſ. 246. in princ.* & concluſio, quod actus ſpectantes ad Canonicos vti ſingulos præſtari nequeant à maiori parte ſed omnium conſenſum requirant, procedit etiam quando Ius ſpectat ad corpus, exercitium verò ad ſingulos, *Surd. d. conſil. 65. num. 17. Gratian. d. dec. Murch. 183. in add. num. 1.*

Vnde quicquid ſit, An electio per Turnum ad alium effectum dicatur actus pertinens ad Canonicos vti vniuerſos, quod expreſsè negarunt *Rebuff. & alij ſupra allegati*, à qua tamen opinione videtur receſſiſſe *Rota coram Duran. deciſ. 275. numer. 5. cum ſeqq. & deciſ. 460. num. 1. & per tot.* iſta diſputatio fit ad effectum videndi an Canonicus in Sacris non conſtitutus, qui actus capitulares agere non poteſt frui valeat beneficio Turni, qui articulus eſt longè diuerſus à noſtro, quià retenta etiàm opinione, quod Canonicus in Sacris non conſtitutus Turno vti nequeat, hoc accidit, quià etiam ſi electio per Turnum ſpectet ad Ca-
8 nonicos vti ſingulos, prouenit tamen à Iure capitulari, cuius exercitium dumtaxat Capitularibus competit, & hoc ſatis eſſe poteſt, ne Canonicus
9 in Sacris non conſtitutus hunc actum gerere poſſit, cum non ſit perſona Capitularis, vt declarauit *Rota d. deciſ. 275. ſub num. 5. & d. deciſ. 460.*
10 *num. 3. & 4. Coram Duran.* E contra verò ad effectum videndi an ſit materia, circa quam ſufficit maior pars Capituli, vel omnium conſenſus requiratur ſatis eſt actum ſpectare ad Canonicos vti ſingulos ratione exercitij, quamuis Ius ſpectet ad Capitulum ex prædictis diſtinguendo inter proprietatem, quæ remanet intacta penes Capitulum, & exercitium, quod ſolum diuidit Turnus, ac ſingulis attribuit per *Gonz. Card. Melliu. & Pen. aliiſque ſupra allegatos.*

11 Præſertim quià Turnus antiquus fuerat confe-

ctus à toto Capitulo; Vndè eo certius pro illius mutatione non ſatis fuit maior pars, ſed requirebatur omnium, & ſingulorum coæqualis conſenſus, vt poſt *Innoc. notat Abb. in cap. venient ſub num. 21. verſ. Et ſubdit de præſcript. quem ſequitur, Felin. in d. cap. cum omnes ſub dicto num. 18. verſic. fallit ſecundo Surd. d. conſil. 65. num. 22. Lambertin. d. art. 16 num. 5. verſ. & vnum non omittam, Theſaur. d. dec. 257. num. 6. verſ. quarto reſpondeo.*

12 Cum igitur de cætero dictæ Literæ Apoſtolicæ quoad alia iuſtificantur, ſunt exequendæ vulg. *cap. ſi Capitulo ibique gloſſ. verb. Exequatur de conceſſ. præbend. in 6. cap. ſi quando de reſcript.*

Prout reſolutum fuit per contradictas &c.

PERVSINA FIDEICOMMISSI DE Rodulphis.

Lunæ 26. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria, dum ſumus in prophanis faciliter conceditur? Remiſſoria perperam petitur, dum in contrarium adeſt confeſſio partis, & licet id limitetur quando datur fumus erroris dictæ confeſſionis, & quando non ſufficiat talis fumus.

SVMMARIVM.

1 *Præſumptio fortior vincit, & occidit præſumptionem debiliorem.*

2 *Remiſſoria in prophanis, vt concedatur ſufficit, vt quoquomodo conferat ad cauſam.*

3 *Remiſſoria vt non denegetur in prophanis, ſufficit, quod res ſit dubioſa.*

4 *Remiſſoria non conceditur quando adeſt confeſſio partis in contrarium.*

5 *Teſtatoris præcepta ſunt ſeruanda.*

6 *Contra confeſſionem propriam denegatur remiſſoria, & maximè ſi ſit geminata.*

7 *Remiſſoria contra propriam confeſſionem, tunc conceditur quando datur fumus erroris confeſſionis.*

8 *De errore confeſſionis ſatis dicitur conſtare ſtantibus in hoc teſtibus formiter examinatis.*

9 *Ex dotis cauſa non poſſunt alienari bona fideicommiſſaria, ſi fructus hæreditarij ad hoc ſufficerent.*

10 *Erroris nullitatis fumus non eſt ſufficiens ad effectum conceſſionis remiſſoriæ contra confeſſionem.*

Quando adeſt factum poſitiuum contra dictam confeſſionem num. 10.

11 *Lex quando aliquid præſumit, & vlterius ſuper dicta præſumptione aliquid diſponit, ad eam præſumptionem tollendam, non admittitur contraria præſumptio.*

12 *Turpitudinem propriam quis non admittitur ad probandam.*

13 *Fructus bonorum fideicommiſſariorum dum de aliqua tempore non aderant non poteſt dici aliquid de eis ſolutum fuiſſe.*

14 *A tempore de præterito non eſt licitum arguere ad præſens.*

15 *Vltra Alimenta ad ſubſtentationem honeſtæ familiæ multa alia expenſa ordinaria, & extraordinaria quidem ſunt neceſſaria, & ſatis notum eſt.*

16 *Error confeſſionis vt dicatur probatus, probationes debent eſſe neceſſaria, & concludentes.*

17 *Articulantiū intentio dum probari poteſt per ſcripturas reijcitur petitio remiſſoria.*

18 *In Iudicio executiuo, regulariter non ſolent admitti dilationes ad ſoluendum.*

DECISIO CCCCLXXIV.

INformantes pro Ferulis petebant remiſſoriam ad probandum potiſſimè, quod pro alimentis ſex filiorum, & familia Europæ ſatis erant annua ſcuta 300. inferendo exinde quod cum fructus totius hæreditatis quot annis aſcenderent ad ſcuta 1500. ſupererant ſingulis annis ſc. 1200. circiter quæ propterea præſumuntur perueniſſe ad manus Bartelli Depoſitarij generalis ab Europa ele[illegible]i, quæ ſanè materia ſic articulata releuans videbatur, quia probatio huiuſmodi deſtruit præſumptionem quod pecuniæ à Bartello exactæ, & reinueſtitæ prouenerint ex proprietate bonorum, non autem ex fructibus; nam præſumptio fortior reſultans ex probatione ſuperexiſtentiæ tot fructuum, eorumque exactionis factæ à Bartello ex generali mandato debiliorem excludit eductam in contrarium *l. diuus, vbi gloſſ. verb. æſtimari ff. de in integr. reſtit. l. non ſolum ff. de rit. nupt. Soccin.*
7 *Iun. conſ. 26. num. 66. lib. 1. cum cæteris per Menoch. lib. 1. præſumpt. 30. num. 1.* Cumque ſimus in prophanis ſufficit articulos quoquomodo conferre ad cauſam, vel ſaltem rem eſſe dubiam, vt remiſſoria denegari non poſſit, vt dixit *Rota corā Buratt. deciſ. 28. num. 3. coram clar. me. Coccino deciſ. 20. num 14. in Bonon. fideicommiſſi de Naſcentorijs 15. Ianuarij 1649. coram bo. me. Arguelles, & in Mantuana bonorum 17. Februarij 1653. coram me.*

Nihilominus reſolutum fuit remiſſoriam non eſſe concedendam, quia in contrarium vrget geminata confeſſio Auctricis inſtantium tàm in inſtrumento quietantiæ factæ d. Depoſitario, quod pecuniæ ab ipſo exactæ, & conſignatæ in emptionem bonorum ſtabilium, & cenſuum erogatæ, & inueſtitæ fuerant, quod non congruit fructibus ad Europam, & filios ſpectantibus ſed proprietati ex Teſtatoris præcepto reinueſtiendæ, quam in inſtrumento dotali Iuliæ Teſtatoris filiæ de anno 1594. quod non aderant ſufficientes fructus hæreditatis, ex quibus ei dos ſolui poſſet iuxtà paternam voluntatem, vt comprobatum fuit in 2. *deciſ. huius cauſa 26. Ianuarij 1654. §. attenta præcipuè cum ſeq. & in tertia 15. Iunij ſequentis §. ſed de ordine coram me.* Contra propriam enim confeſſionem nunquam datur remiſſoria. *Caputaque deciſ. 283. num. 6. part. 3. ſan. mem. Greg. deciſ. 523. num. 4. Buratt. deciſ. 877. num. 7. cum alijs allegatis in Comen. Collegij 15. Decembris 1653. coram R. P. D. meo Priolo §. in 1. enim*

Et quamuis *in eadem deciſ. Greg. 523. num. 5.* id limitetur quando detur fumus erroris confeſſionis *ex Put. deciſ. 6. de dilat.* qui in caſu noſtro educitur ex Teſtibus etiam non formiter examinatis *Caſſad. deciſ. 3. numer. 2. de dilat. idem Greg. deciſ. 562. num. 4. & in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. coram me §. & licet.*

Tamen animaduerterunt Domini, quod deuentum fuit ad actualem alienationem bonorum fideicommiſſi pro ſoluenda d. dote, ad quam cum deueniri non potuiſſet, ſi fructus hæreditatis ſuper eſſent *Iaſ. in l. filius familias §. diui num. 96. ff. de legat. 1. & in Auth. res quæ num. 24. C. comm. de legat. Couarr. var. reſol. lib. 2. cap. 6. nu. 10. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 6. num. 11. Card. Seraphin. deciſ. 447. num. 1. & deciſ. 1483. ſub nu. 5. Rota in recent. deciſ. 47. num. 10. part. 5. add. ad Greg. deciſ. 543. num. 4. & alijs adductis in* Romana *fideicommiſſi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram me §. ſi autem.* Inde ſequitur, quod non ſufficit dare

fumum

ſumum erroris confeſſionis, quia præualet factum poſitiuum alienationis ſtabilium fundatum ſuper ipſa confeſſione, quod illi vires addit, vt in ſimili dicitur, quod ſi lex aliquid præſumit, & vltra ſuper hac præſumptione aliquid diſponit, diſponit ad eam præſumptionem tollendam non admittitur contraria pręſumptio. *Alciat. de præſumpt. par. 2. num. 3. Fab. de ann. conſ. 37. ſub nu. 6. verſ. nam dum & num. 7. cum ſeqq.* vbi concordantes, alias autem inſtantes allegarent propriam Auctricis turpitudinem, quod nempè ſub mendaci aſſertione non exiſtentiæ fructuum in fraudem fideicommiſſi eius bona alienaſſe, quod non eſt admittendum *l. profeſſio C. de muner. patr. lib. 10. l. 2. §. quintus Mutius ff. de reg. iur. Buratt. deciſ. 20. num. 5. & deciſ. 44. num. 9.*

Nihilque refert, quod pars dictæ dotis ſcut. 4000. præſumi poſſit ſoluta ex fructibus, quia certum eſt ſaltem ſcuta 1500. ſoluta fuiſſe ex proprietate bonorum ob deficientiam fructuum, ſi ergo d. anno 1594. non extabant fructus pro ſoluenda d. ſumma ſcutorum 1500. dici non poteſt inueſtimenta facta à Bartello in valde maiori quantitate circa dictum tempus, vel paulò poſt prouениſſe ex fructibus, vt ponderatum fuit *in d. deciſ. ſub §. animaduertendo inſuper*; licitum enim eſt à tempore præterito arguere ad proximè ſequens. *Card. Seraph. deciſ. 1385. num. 3. Card. Mantic. deciſ. 22. num. 2. bo. me. Merlin. deciſ 817. num. 3. & deciſ. 842. num. 2.*

Et eſto etiam quod probaretur ſufficere potuiſſe pro ſubſtentatione filiorum, & familiæ annua ſcuta 300. indè tamen non ſequitur pernеceſſe, quod non plus Europa expenderit, vel ob defectum Economiæ, vel in expenſis ordinarijs, & extraordinarijs, que vltra alimenta ad ſubſtentationem honeſtæ familiæ, & gubernium domus quotidie requiruntur, vt omnibus ſatis eſt notum; ideoque articuli præſeferunt neceſſarias probationes, quales requiruntur ad probandum errorem confeſſionis *ſcrib. communiter in cap. vlt. de confeſſ. & in l. non fatetur ff. eod. Decian. conſ. 14. num. 35. lib. 5. Buratt. deciſ. 200. num. 3. & in Eugubina erroris calculi 22. Iunij 1640. coram bo. mem. Pirouano §. Quoniam huiuſmodi & §. fin.*

Propterea aderat alter Procurator pro exactione fructuum, qui proinde, non autem Bartellus deputatus in exequutionem præcepti Teſtatoris de ſola proprietate loquentis fructus exegiſſe cenſeri debet, atque intentio articulantium probari poteſt per ſcripturas, nempè librum tutelarem penes Europam relictum, & ab ipſa ratione officij cuſtodiendi, vt dictum fuit in præfatis deciſionibus, ideò ſaltem in hoc caſu non eſt admittenda probatio per Teſtes *Put. deciſ. 356. num. 4. lib. 2. in correct. Rota deciſ. 314. num. 1. part. 1. recent. in Nazarena, ſeu Montis Viridi Beneficij 10. Februarij 1648. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. nanus, & decimus, & in d. Comen. Collegij coram R. P. D. meo Priolo §. certius articulus.* Additio etiam quod verſamur in Iudicio executiuo vigore pacti in prima tranſactione adiecti, in quo regulariter non admittuntur ſimiles dilationes ad probandum, *Caputaq. deciſ. 162. par. 1. Rota in recent. deciſ. 242. num. 7. part. 7.*

Et ità omiſſis cæteris articulis nil releuans ex ipſorum lectura continentibus reſolutum fuit pro denegatione remiſſoriæ vtraque &c.

ROMANA, SEV ALBINGANEN. BONORVM.

Lunæ 26. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Reaggrauatoria ſemper de ſtylo Rotæ conceditur ſi poſt decem dies à die affixionis Aggrauatoriæ non conſtet de paritione, nec eſt opus in relaxatione reaggrauatoriæ denuò ſeruare quatuor terminos cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum, & quando ſufficiat aggrauatoriam fuiſſe affixam ad valuas, licet perſonaliter intimata non fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Reaggrauatoria de ſtylo conceditur, ſi poſt decem dies à die affixionis aggrauatoriæ non conſtet de paritione.*

2 *In relaxatione reaggrauatoriæ non requiritur quod denuo ſeruentur quatuor termini cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum ſed ſufficit illos fuiſſe ſeruatos pro obtinenda aggrauatoria.*

3 *Reaggrauatoria, vt ſit locus ſatis eſt, quod poſt affixam aggrauatoriam Reus contumax expectetur per decem dies præuia citatione ad videndum ſe reaggrauari.*

4 *Citatio ad videndum ſe reaggrauari debet fieri ad proximam diem.*

5 *Aggrauatoria poteſt affigi ad valuas Eccleſiarum locorum viciniorum, quando vel rei conuenti ſunt longè abſentes, vel in loco non tuti acceſſus.*

DECISIO CCCCLXXV.

CVm in dies deteſtabilius creſcat contumacia
Stephani Balbi, & Conſortium, qui nec man-
datis rotalibus, nec literis declaratoriæ, atque
aggrauatoriæ vſq; adhuc parere voluerunt. Ideò
cum grauiora oporteat adhibere remedia, cen-
ſuerunt Domini contra ipſos concedendam eſſe
1 reaggrauatoriam, quæ de ſtylo ſemper concedi
ſolet, ſi poſt decem dies à die affixionis aggra-
uatoriæ non conſtet de paritione, vt tradit *Veſtr.*
in prax. lib. 8. cap. vlt. ſub num. 19. verſ. lata deni-
que formularum term. Rota ſub rubric. relat. excom-
municat. particul. ad viden. principalem ſuum aggra-
uari, & reaggrauari fol. mihi 125. Mandoſ. de commiſſ.
cauſ. ſuper benef. commiſſ. 2. verb. aggrauandi & reagra-
uandi Marcheſ. de cōmiſſ. appell. in Romana Curia p. 1.
cap. 5. num. 209. fol. 215. Modern. Caſenat. de mod.
& ratione citan. part. 5. tit. de citat. execut. pro exe-
cut. rei iud. form. 7. verb. ad viden. excom.

Nec opus eſt pro relaxatione huius reaggra-
2 uatoriæ, quod denuò ſeruentur quatuor termini
cum interuallo decem dierum inter vnum, & al-
terum, quia ſufficit illos fuiſſe ſeruatos pro obti-
nenda aggrauatoria, nam quilibet terminus ad
videndum aggrauari continet etiam ad viden-
dum reaggrauari, & ſic ſatis eſt, quod poſt affi-
3 xam aggrauatoriam Reus contumax expectetur
per decem dies præuia citatione ad videndum ſe
reaggrauari, & tradunt *Veſtr. & Modern. Caſenat.*
in locis alleg.

Conſtat enim in propoſito tàm de huiuſmodi
citatione *Summ. Ioan. Franciſci informantis num. 2.*
4 quæ facta fuit ad proximam diem, vt fieri debere
firmat idem *Veſtr. ſub d. num. 19. verſ. ſinguli ad*
primam, quam de affixione inſtrumenti, ſeu lite-
rarum aggrauatoriæ ad valuas Curiæ in acie
campi florę, & ad valuas Eccleſiarum locorum
viciniorum *d. Summ. num. 1.* vt legitimè fieri po-
5 tuit. Tum quia rei conuenti ſunt longè abſentes
Clem. cauſa vbi communiter DD. elect. Barboſ. de
Canon.

Canon. & Dignit. cap. 20. ſub num. 19. verſ. vel longè adeſt cum cæteris in Alexandrina Canon. 26. Maij 1651. §. quo eo magis coram Reuerendiſſimo D. meo Decano & in Leodien. ſucceſſionis, ſeù attentatorum 19. Ianuarij 1652. §. nec obſtat quod inhibitio coram R. P. D. meo Bichio. Tùm etiam quia commorantur in loco non tuti acceſſus, vt latè probatum fuit *in deciſ. edita coram me ſuper declaratoria 1. Iulij 1648. §. quia cum in commiſſione.*

Et ità per contradictas &c.

LEODIEN. ATTENTATORVM.

Veneris 30. Aprilis 1655.

ARGVMENTVM.

Quibus concurrentibus declaratoria contra contumaces non poſſit denegari, per contradictas, quando quis validè poſſit procedere, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria contra contumaces quibus concurrentibus non poſſit denegari, & num. 2.*

3 *Executorialium relaxatio cum comminatione cenſurarum pro reuocatione attentatorum ex quo ſatis dicatur iuſtificata.*

4 *Notarij in quibuſdam partibus ſolent exequi citationes.*

5 *Citationes executa coram teſtibus eo magis probant.*

6 *Nam hoc ſtante maior fides adhibetur exequenti.*

7 *Contumacia alicuius, quod conſiſtat in committenda, quando non poſſit denegari.*

8 *Executorialium tenor eſt attendendus, & num. 9.*

10 *Per contradictas, tunc procedi poteſt, quando citatus perſonaliter, nec per ſe, nec per Procuratorem non comparet.*

11 *Per contradictas eo caſu non poteſt procedi ſi citatus habeat in actis conſtitutum Procuratorem.*

12 *De attentatis reuocandis commiſſis in ſpretum inhibitionis, aliud eſt ſi agatur.*

13 *Et aliud ſi agatur deferenda declaratoria ob non paritionem executorialibus.*

14 *Declaratoria non conceditur, niſi ſeruatis quatuor terminis ad docendum de paritione.*

DECISIO CCCCLXXVI.

DAtur declaratoria contra contumaces in pa-
rendo mandatis totalibus, ſeu veriùs Apoſto-
1 licis docto de illorum relaxatione cum commi-
natione cenſurarum, illorumque perſonali inti-
matione, & reproductione in actis, de præfixio-
2 ne, & lapſu termini ad parendum, & de ſerua-
tione quatuor terminorum ad docendum de pa-
ritione iuxta praxim relatam à *Veſtr. lib. 8. cap.
vlt. num. 19.* à Rota millies comprobatam.

Relaxatio exequutorialium cum cenſurarum
3 comminatione pro reuocatione attentatorum
iuxtà reſolutionem coram me 25. Maij 1648. *in
Summ. informantis* apparet *nu.* 1. & de illarum per-
ſonali intimatione Carolo Dans attentanti fa-
4 cta 18. Septembris 1649. atteſtatur Notarius
de partibus *num.* 2. cui de hoc eſt adhibenda fi-
des cum munus intimandi iuxtà ſtylum illarum
partium ex officio ipſi competat, vt dixit Rota
*coram ſan. me. Greg. deciſ. 426. num. 5. ibique Add.
lit. A coram bon. me. Coccino deciſ. 475. num. 7. &
8. in Aſtoricen. Parochialis 1. Iulij 1654. coram R.P.
D. meo Bichio §. Nec non refert, & prius in Cæſarau-
guſtana diſtributionum 26. Maij 1646. coram me §.*
5 *quia præter quod*, eoque magis quia dictam per-
ſonalem intimationem fecit coram duobus Teſti-
bus ibi: *Et dimiſſa eidem D. Carolo &c. copia præ-
dicta præſentibus Ioanne Barlis, & Egidio Rigaulx*
6 *Teſtibus rogatis d. num.* 2. quo ſtante maiorem fi-
dem meretur *Put. deciſ. 5. num. 1. lib. 3. in correct.
Rota in recent. deciſ. 624. num. 10. part. 1. & alijs
relatis in terminis citationis exequuta Leodij in Leo-
dien. Vicariæ 4. Iulij 1653. coram R. P. D. meo Bi-
chio §. fuiſſe autem.*

Reproductio in actis iuſtificata remanet in eo-
dem *Summ. d. num.* 1. & 2. Lapſus verò termini
ad parendum præfixi incontrouertibilis eſt, dum
effluxerunt quinque anni, & vltra; Vndè reſtat
ſolum quod ſeruati fuerint quatuor conſueti ter-
7 mini ad docendum de paritione, quod non iuſti-
ficatur, nec euitari poteſt ſub prætextu, quod
contumacia Caroli conſiſtat in committendo
iuxtà deducta *in recent. deciſ. 654. num. 2. part. 3.
in Cracouien. Præpoſituræ Sancti Floriani 12. Decemb.
1650. §. fin. & in d. Aſtoricen. Parochialis §. Hinc
merito coram R. P. D. meo Bichio.* Quia in caſu no-
ſtro nihil probatur commiſſum contra formam
Decreti reuocationis attentatorum, eiuſque exe-
quutorialium loquentium tantum de actibus an-
8 tea geſtis, poſteriores vero actus relati *in d. Sum.
num.* 5. ſunt prorſus noui, & non concludunt po-
9 ſitiuam contrauentionem dd. exequutorialium,
quæ omninò requiritur, vt euitetur ſeruatio dd.
terminorum, vt poſt *Veſtr. in prax. lib. 2. cap. 4.
numer. 8. verſ. quod ſi ad exequutionem animaduertit
Rota in dd. tribus deciſionibus.*

Nec refragatur, quod ſeruati fuerint per con-
tradictas, quia ità proceditur quando Reus cita-
tus perſonaliter in principio litis, neque per ſe,
10 neque per Procuratorem comparuit iuxtà *deciſ.
Egid. Bellamer. 310. comprobatam coram ſan. mem.
Gregor. deciſ. 430. num 1. & in recent. deciſ. 7. nu.
1. part. 7.* Secus verò dum adeſt in actis Procura-
tor conſtitutus Actori optimè notus cum citaue-
rit pro d. Decreto, & pro prædictis exequutoria-
11 libus, vt patet *in d. eius Summ. num.* 1. hoc enim
caſu per contradictas procedi non poteſt *Rota dec.
179. num. 1. part. 1. & deciſ. 486. num. 2. in fine
part. 2. recent. Add. ad ſan. mem. Greg. d. deciſ. 430.
num. 7. & in Meliten. hæreditatis 6. Februarij 1640.
coram bon. me. Card. Hieronymo Veroſpio §. alia ex-
ceptio.*

Noua autem commiſſio impetrata à Franciſco
filio Lambertinæ, ac inhibitio eius vigore ema-
nata poterant omitti, quia hodie non agitur de
12 reuocandis alijs attentatis commiſſis in ſpretum
d. inhibitionis, ſed agitur de ferenda declarato-
13 ria ob non paritionem executorialibus in vim an-
tiquę commiſſionis ad inſtantiam Lambertinæ, vt
ſuprà relaxatis, quæ benè peti poteſt à d. Franci-
ſco cum ſit illius hæres.

Atque ità Domini dixerunt dandam eſſe de-
14 claratoriam ſeruatis tamen prius validè dd. qua-
tuor terminis ad docen. de paritione, vt dictum
fuit in *rec. deciſ. 157. numer. 1. part. 5.* vnica tan-
tum &c.

ROMANA CENSVS, SEV SALVIANI.

Mercurij 5. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Creditoribus Defuncti, licet competat immiſſio etiam ſuper bonis hæredis, quando hæres ſimpliciter, & abſque Beneficio inuentarij hæreditatem adiuit, & Teſtator etiam illius bona hypothecauit, hoc tamen non procedit contra illorum poſſeſſorem, qui illa poſſidet ex cauſa potioris, & anterioris crediti, per quod eidem competit reten-

retentio, & Immiſſio cæteris creditoribus impe-
ditur. Mulier pro hypotheca dotalis licet po-
ſterior prefertur cæteris creditoribus anteriotibus
etiam expreſſam hypothecam habentibus, &
quare.

SVMMARIVM.

1 *Hæres adeundo hæreditatem, quaſi contrahit cum creditoribus hæreditarijs.*

2 *Actio dumtaxat perſonalis competit creditoribus hæreditarijs contra hæredem ex aditione hæreditatis.*

3 *Declara hoc tantum procedere contra hæredem beneficiatum, ſecus in ſimplici hærede, quando Defunctus ad fauorem eius creditorum etiam bona hæredum hypothecauit.*

4 *Hæres, quando adiuit ſine benefitio inuentarij, & defunctus expreſſè obligauit etiam bona hæredum ſuper ipſis pariter competit hypotheca creditoribus defuncti.*

5 *Teſtator poteſt etiam de Bonis hæredis diſponere.*

6 *Hæres adeundo ſimpliciter hæreditatem, factum defuncti totaliter approbaſſe cenſetur.*

7 *Retentio competit poſſeſſori bonorum ex cauſa potiorum, ſeu anteriorum creditorum per quam impeditur immiſſio cæteris creditoribus poſterioribus.*

8 *Mulier pro hypotheca dotali præfertur omnibus creditoribus Mariti etiam anterioribus, & expreſſam hypothecam habentibus.*

9 *Dos non habet minora Priuilegia, quam fiſcus.*

10 *Lex inducens hypothecam dotalem ad fauorem mulieris citius operatur, quam hypotheca inducta ab homine.*

11 *Bona debitoris, efficiuntur creditoris per adiudicationem illi factam à Iudice.*

12 *Hæres grauatus, qui alienauit, tenetur fideicommiſſum reintegrare de bonis proprijs.*

13 *Fideicommiſſarijs competit hypotheca ſuper bonis hæredis grauati pro reintegratione fideicommiſſi, ſi ille alienauit doloſè.*

14 *Hypotheca, quæ competit fideicommiſſarijs pro reintegratione fideicommiſſi aduerſus bona grauati alienantis, non incipit à die alienationis, ſed à die, qua hæres cæpit adminiſtrare.*

15 *Hæres grauatus conuincitur doloſè alienaſſe, ex quo ſciebat adeſſe fideicommiſſum.*

16 *Hæres grauatus dicitur doloſè alienaſſe, ſi cogitare potuit ſe poſtea euaſurum non ſoluendo.*

17 *Fructus bonorum fideicommiſſi ſpectant ad hæredem grauatum ipſo viuente.*

DECISIO CCCCLXXVII.

LAurentio, & alijs de Piordis vti creditoribus
q. Anaſtaſij Coronæ ex cauſa fructuum cenſus
per ipſum impoſiti, & vẽditi 27. *Martij* 1607. Hor-
tentię Pratę de Piordis petẽtibus immiſſionem in
bonis q. Martini Coronę hęredis d. Anaſtaſij, nem-
pè in vinea extra Portam Latinam, tertia parte
officij Notariatus Curiæ Capitolij, & domo ad
Diuum Marcum hodie poſſeſſis per Petrum Pau-
lum de Roſis propoſito particulari dubio DD.
negatiue reſponderunt non ex eo, quod Actori-
bus non competat hypotheca ſuper dd. bonis ad
1 hæredem debitoris ſpectantibus, quia etiamſi re-
gulariter ex aditione hæreditatis, per quam hæ-
2 res, quaſi contrahit cum creditoribus hæredita-
rijs oriatur contra ipſum ſola actio perſonalis *l.
penult. C. de action. & oblig.* cum alijs latè allega-
tis *per Franch. deciſ.* 53. *num.* 6. *cum ſeqq.* nihil-
3 ominus quando heres adiuit ſine beneficio inuen-
tarij, & defunctus expreſsè obligauit (prout hic)
4 etiam bona hæredum ſuper ipſis pariter competit
hypotheca, concurrentibus in id tum poteſtate
5 defuncti, qui potuit etiam de bonis hæredis di-
ſponere, tum voluntate ipſius hæredis, qui ad-
eundo ſimpliciter factum defuncti totaliter ap-
6 probaſſe cenſetur iuxta punctuales *deciſiones in Ro-
mana Saluiani Domus* 27. *Nouembris* 1634. *coram
bo. me. Buccabella & in Sancti Seuerini Dotis, ſeù
Saluiani* 4. *Maij* 1640. *coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ.* 187. *num.*
25. *&* 26: *& deciſ.* 239. *per tot.*

Sed ex quo d. Petro Paulo illorum moderno
7 Poſſeſſori debetur retentio ex cauſa quorundam
creditorum, quæ anteriora, vel potiora ſunt, per
8 quam impeditur immiſſio, vt reſpondit *Rota cor.
Card. Mantic. deciſ.* 69. *num.* 1. & alibi paſſim.

Primo ſiquidem pro credito dotali Mariæ Pro-
uidæ vxoris d. Martini non obſtante, quod vti
contractum 18. *Octobris* 1611. ſit poſterius credito
actorum, quia ſuper vinea, & tertia parte officij
acquiſitis à Martino viro de anno 1613. & ſic poſt
contractam hypothecam dotalem, mulier, præ-
fertur omnibus creditoribus illius etiam anterio-
ribus, & expreſſam hypothecam habentibus, vt
per *text. in l. ſi ij qui* 28. *ff. de iur. fiſc.* ſuffragantem
etiam Doti cum minora fiſci priuilegia non ha-
9 beat tradunt in terminis *Angel. in l. aſſiduis num.* 8.
C. qui pot. in pign. hab. Barboſ. in l. 1. *par.* 2. *nu.* 17.
ff. ſolut. matrim Cancer. var. reſol. tom. 1. *cap.* 9. *nu.*
2. *Card. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 26. *numer.* 23.
vbi de magis communi & hanc opinionem quic-
quid in contrarium ſentiunt allegati per *modern.
Foroliuien. de pignor. lib.* 3. *quæſt.* 68. *per tot.* vti fa-
uorabilem latè ſequuta fuit *Rota in Romana Saluia-
ni* 10. *Decembris* 1629. *coram Queippo in recent de-
ciſ.* 328. *num.* 19. *cum ſeqq. part.* 5. vbi pro ratione
10 conſiderat, quod lex inducens hypothecam ad
fauorem mulieris citius operatur, quam hypo-
theca inducta ab homine; gratis autem dicitur
Mariam de ſua dote remanſiſſe integraliter ſatiſ-
factam, quia contrarium patet ex calculo de or-
dine Rotæ extraiudicialiter facto.

Secundo (etiam ſuper domo) pro quodam
cenſu ſortis principalis ſcut. 200. impoſito ab
Anaſtaſio communi debitore anno 1604. & ceſſo
eiden Mariæ tranſlatiuè, & non extinctiuè *Sum.
num.* 5. *&* 6. cui non obſtat, quod ipſa ceſſionem
reportauit mediantibus pecunijs, ac bonis hære-
11 ditarijs Martini, quia iſta fuerunt effecta ipſius
propria ob præcedentem illorum adiudicationem
ſibi factam à Iudice, & ad eius fauorem declara-
uit *Rota coram bo. me. Merlino deciſ.* 645. *num.* 11.
verſ. non obſtat, quod Maria.

Tertio pro ſcutis 631. quæ à Maria, ſucceſſiuè
Stephano de Roſis verè perſoluta probantur, Frã-
ciſco Coronæ occaſione annuæ præſtationis illi à
Martino promiſſę *Summ. num.* 10. Franciſcum
enim fuiſſe creditorem anteriorem ſaltem pro ra-
ta ſcut. 60. annuorum iuſtificatur ex inſtrumento
promiſſionis celebrato 10. *Ianuarij* 1606. *d. Sum.
num.* 8. & firmauit *Rota in d. deciſ. Merlin.* 645. *ſub
num.* 10. Et quamuis informantes pro Petro Pau-
lo hac de cauſa prætenderent retentionem pro ſc.
1638. Domini tamen pro dictis ſcutis 681. dun-
taxat illam ipſi competere exiſtimarunt, quia hęc
ſolum quantitas perſoluta probatur; aduertentes
vlterius quod ſtante quantitate aliorum ſcut. 20.
annuorum eidem Franciſco promiſſa non eſt an-
terior, ſed poſterior cum promiſſa fuerit anno
1612. vt patet *in d. Summ. num.* 8. quodque non
ſunt calculandi fructus bonorum fideicommiſſi
ad Sulpitiam Mariæ filiam ſpectantes, qui præ-
tendun-

Digitized by Google

tenduntur à Franciſco hac de cauſa percepti,
quia in *Summ. num. 9.* adeſt quoddam mandatum
de immittendo, eiusque executio facta contra dd.
bona ad inſtantiam ipſius Franciſci, ſed quos fru-
ctus ipſe ex dd. bonis perceperit non apparet.

Quartò demum pro ſcut. 1400. occaſione alie-
nationis factæ à Martino alterius domus, & ſep-
tem locorum montis fidei fideicommiſſatiorum
eodem Summ. num. 12. & 17. tenetur namque hæ-
12 tes grauatus reintegrare fideicommiſſum, & pro
13 huiuſmodi reintegratione ſuper eius bonis com-
petit fideicommiſſarijs hypotheca ſi ille alienauit
dolosè, vt declarando præcedentem deciſionem
*in Romana Saluiani 28. Iunij 1641. reſponſum fuit in
Romana fideicommiſſi, ſeu Saluiani 26. Nouembris
1650. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. nihilq;
facit, & in Placentina bonorum 16. Iunij 1653. cor.
R. P. D. meo Zarate in fine*, quæ non incipit à die
14 alienationis, ſed à die, qua cæpit adminiſtrare,
vt pluribus adductis auctoritatibus firmauit *Rota
in Tiburtina redditionis rationis 3. Iunij 1647. coram
R. P. D. meo Meltio §. quia cum hypotheca*, dolosè
15 autem alienaſſe committitur, ex quo ſciebat ad-
eſſe fideicommiſſum *bo. me. Merlin. deciſ. 844. nu.
6.* cum concordantibus allegatis *in Romana fidei-
commiſſi de Mutis 1. Decembris 1651. coram me §.
16 quia obiectum cum ſeqq.* Et fortius ſi cogitate po-
tuiſſet ſe poſtea euaſurum non ſoluendo ex proba-
tis per *Cyriac. contr. 286. num. 32. & ſeq.* & licet
huic partitæ addita fuerint alia ſcuta 560. pro fru-
ctibus dd. bonorum pro eis tamen non competit
retentio, quia non conſtat de perceptione illorum
præciſè quantitatis, qua etiam probata non eſſent
calculandi niſi fructus poſt mortem alienãtis ma-
17 turati, nam decurſi ipſo viuente ad eum ſpecta-
bant, vt notant *DD. in l. dedacta §. qui poſt ff. ad
Trebell. Rota poſt Modern. Forolinien. de legit. deciſ.
20. num. 12.*

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE CLAVIXO.

Mercurij 5. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

In adiudicatione Beneficij præfertur is, qui ante va-
cationem inſeruiuit Eccleſiæ, vbi vacauit Benefi-
cium. & qui habet qualitatem nobilitatis, & pau-
pertatis, & quomodo probentur huiuſmodi qua-
litates.

S V M M A R I V M.

1 *Verba de præterito indefinitè prolata comprehendunt etiam tempus præteritum, nec poſſunt reſtringi ad tempus præſens.*

2 *Dictio, & poſita inter diuerſa ſtat ampliatiuè, & augmentatiuè.*

3 *Fides licet ſimplex, & extraiudicialis iuncta cum depoſitionibus Teſtium formiter examinatorum facit probationem.*

4 *Nobilitas conſideratur ad effectum obtinendi prælationem in concurſu Beneficij.*

5 *Nobilitas optimè comprobatur à Teſtibus deponentibus de publica voce, & fama ad effectum obtinendi prælationem in concurſu Beneficij.*

6 *Nobilitas conſiſtit in antiquitate, honeſtate, et præeminentia aſcendentium ſecundum loci conſuetudinem.*

7 *Nobilitas tanto eſt maior, quanto eſt antiquior.*

8 *Confeſſio partis ſeu Procuratoris poteſt acceptari abſque ſuperaddita qualitate, quando qualitas eſt facto ſeparabilis à confeſſione.*

D E C I S I O CCCCLXXVIII.

Reſolutio huius Cauſæ ſub *die 26. Iunij 1654.*
Coram me pro adiudicatione Beneficij contro-
uerſi ad fauorem Franciſci Miguel excluſo Seba-
ſtiano Garzia Collitigante præcipuè fundatur in
ſeruitio præſtito ab eodem Franciſco Eccleſiæ;
vbi vacauit Beneficium. Hinc Informantes pro
Garzia negabant huiuſmodi ſeruitium præſtitum
fuiſſe ante hanc vacationem, ſed nihilominus
DD. ſteterunt in deciſis, quia contrarium patet
ex Teſtibus relatis in *Summ. Franciſci num. 1.*
Omnes enim per hæc verba deponunt ibi: *vidit &
audiuit ipſum canere publicè, & notorie &c.* & tertius
addit ibi: *& vbi* talis *publice, & notorie cantauit in-
datus Sacris Veſtibus* quæ ſanè verba de præterito
1 indefinitè prolata comprehendũt etiam tempus
ante vacationem, nèc poſſunt reſtringi ad tempus
præſens ex regula, quam probauit *Rota in recent.
deciſ. 66. num. 20. par. 8. & coram bo. me. Merlino
d. 606. num. 3.* Et quamuis ſubdant, *Et ad præſens
aſſiſtit, & inſeruit* hoc tamen ampliatiuè deponunt
ad denotandum, quod tàm de præterito, quàm
2 de præſenti inſeruiebat iuxtà naturam dictæ di-
ctionis &, quæ poſita inter diuerſa qualia ſunt tẽ-
pus præteritum, & tempus præſens ampliatiuè
ſtat, & augumentatiuè ad *Text. in l. ea tamen adie-
ctio ff. de legat. 3. & in l. qui fundum §. qui agrum ff.
de contrahen. empt. Card. Seraph. d. 1396. num 4.
San. me. Gregor. d. 21. num. 3.* Rota *in rec. d. 33.
num. 6. & d. 41. ſub num. 13. par. 1. in Romana
Dotis 14. Februarij 1642. coram Reuerendiſs. D.
meo Decano §. minùs ſubſiſtere in fin. & in Camerinen.
Legati 20. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Bichio §.
qui eſt caſus noſter* & rem magis ponit in claris fi-
des Curati eiuſdem Eccleſiæ *d. Summ. Franciſci
num. 2.* quæ in verbis ſpecificat ſeruitium præſti-
tum ante vacationem ibi: *Auanti che vacaſſe il
detto Beneficio ſeruiua, e ſtaua ſeruẽdo attualmente &c.*
3 quæ licet ſimplex, & extraiudicialis iuncta tamèn
cùm depoſitionibus Teſtium formiter examina-
torum tollit prædictam dubitationem vt benè
Rota in d. 243. num. 9. par. 6.

Aliæ verò qualitates Franciſci in dubium re-
uocari non poſſunt, & ſignanter eius nobilitas
4 quæ ad obtinẽdam huiuſmodi prælationem con-
ſiderata fuit in *Calaguritana Beneficij de Aaſeio 21.
Iunij 1653. coram R. P. D. meo Bichio ſub §. Sed
fuit reſponſum, & in Calaguritana Beneficij de Naro 6.
Martij 1654. cor. R.P.D. meo Priolo §. relatis in dec.
qua reuidetur §. nobilitas* comprobatur optimè à
5 dictis Teſtibus, cum deponant non ſolum de pu-
blica voce, & fama, quam in his terminis ſatis
eſſe tradunt allegati per *Eſcobar. de nobilit. par. 1.
quæſt. 10. §. 2. num. 17. & per Maſcard. de probat.
concluſ. 1090. num 11. & 12.* Sed etiam ipſum,
eiuſque maiores fuiſſe, & eſſe perſonas principa-
les, honeſtiſſimas, & Chriſtianos antiquos,
6 *Summario Garzia num. 5.* Exinde enim reſultat
probatio nobilitatis cum ea coſiſtat in antiquita-
te, honeſtate, & præeminentia Aſcendentium ſe-
7 cundum loci conſuetudinem, & tanto maior eſſe
quanto eſt antiquior, ex congeſtis per *Gutier.
pract. quæſt. lib. 4. quæſt. 14. num. 25. & 26. Tira-
quell. de nobilit. cap. 19. num. 1. & num. 31.*

Militat etiam in Franciſco paupertas, præſer-
tim in concurſu Sebaſtiani, qui alia Beneficia
8 poſſidet, vt conſtat ex ipſius, ſeù eius Procura-
toris confeſſione, quæ acceptari poteſt abſque ſu-
peraddita qualitate, quod non ſufficiat Congruæ
ſubſtentationi, cum iſta qualitas ſit facto ſepara-
bilis

Digitized by Google

bilis à confeſſione, per *Text. in l. Aurelius §. Idem quaſ. vbi Bart. & alij ff. de liber. legat. Io. de Amic. conſ. 99. num. 4. cum alijs per Surd. d. 258. ſub n. 2.*

Quoad alia placuerunt DD. deducta in deciſ. Ideò illam confirmaruut vtraque &c.

ROMANA REINTEGRATIONIS.

Ven. 7. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Reintegrario ad hoc vt competat àducrſus ſententiam Iudicis ex capite nullitatis, & Iniuſtitiæ probanda eſt iniuſtitia ex ijſdem actis, & non ex nouiter deductis, & qualiter nullitas, nec vlli vmquam concedenda venit reintegratio, & Iniuſtitia probetur ex Perſona illius, qui non appellauit à ſententia, nec reclamauir à ſubſequenti execntione, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Laitus non poteſt dicere de nullitate ſententia ex defectu iuriſdictionis Iudicis in cauſis Religioſorũ qui ab initio de incompetentia fori non oppoſuit.*

2 *Clericus non poteſt in Iuriſdictione laici conſentire, quia hoc tendit in præiudicium ordinis Clericalis.*

3 *Laicum Reum conuentum non poſſe excipere de defectu Iuriſdictionis laicalis eſt fauorabile ordini Clericali.*

4 *Laicus ſicuti non excepiſſet de defectu Iuriſdictionis laicalis, ſi ſententiam fauorabilem ab illo Iudice contra Clericum reportaſſet, ita nec audiendus eſt, ſi ſuccubuit.*

5 *Compenſatio ſatis dicitur oppoſita per productionem Inſtrumenti, ex quo illa reſultat.*

6 *Fructus à die motæ litis per Reum conuentum ſunt reſtituendi.*

7 *Compenſatio prius cadit cum fructibus, quam cum ſorte principali.*

8 *Compenſatio non fit, quando Iura non ſunt liquida.*

9 *Canones debeatur Domino directo, & abeo qui fructus percipit.*

10 *Fructus prædij venditi, licet in Inſtrumento venditionis fuerint ſpecialiter emptori appretiati, dum tamen in pretio nulla facta fuit mentio canonum, fructus cenſentur venditi, cum onere illis inhærente ſolutianis Canonum.*

11 *Pretium rei venditæ minuitur ex onere ipſimet rei inhærente.*

12 *Emptor poteſt renunciare inueſtimento ad ſui fauorem in Inſtrumento venditionis conuento.*

13 *Emptor præſumitur renunciaſſe Inueſtimento ad ſui fauorem in Inſtrumento venditionis ſtipulato, dum omnes alias exceptiones oppoſuit, & de Inueſtimento non excepit, nec appellauit à Sententia Inueſtimentum fieri non mandante.*

14 *Non appellans à Sententia, præſumitur illam approbaſſe cum conditionibus in ea contentis.*

15 *Iudex redargui non poteſt quod inueſtimento fieri non mandauerit, dum ad id concurrit conſenſus Emptoris elicitus tam à poſteriori ob non interpoſitam appellationem à Sententia Inueſtimentum fieri non mandante, quam à priori ob non oppoſitam exceptionem Inueſtimenti.*

16 *Iudex ſupplere non poteſt Inueſtimenti exceptionem, vti dependentem à voluntate emptoris rei conuenti licet in actis conſtet de pacto inueſtiendi ad illius fauorem ſtipulato.*

17 *Reintegratio, vt competat aduerſus ſententiam Iudicis ex capite iniuſtitiæ, probanda eſt iniuſtitia ex iiſdem Actis.*

18 *Iudex non dicitur vim intuliſſe, nec ſpoliaſſe, dum non errauit in Iure, ſi habuit ignorantiam facti, tunc non iuſtificati, & à Reo non obiecti.*

19 *Reintegratio non competit ex perſona illius, qui facto proprio cecidit à poſſeſſione dum à ſententia non appellauit, nec minus à ſubſequenti illius executione reclamauit.*

DECISIO CCCCLXXIX.

EAdem met, quæ alias ad effectum obtinendi prætenſam Reintegrationem per Philippum, & Paulum Emilium de Comitibus obiecta fuerunt aduerſus Sententiam Curiæ Capitolinæ latã anno 1628. ad fauorem Patrum Sancti Caroli ad Carinarios, & exequutioni demandatam ſuper aſſociatione ad poſſeſſionem, ſex petiarum Vineę controuerſæ, & per Rotam 23. Februarij 1654. refutata, Iterum hodie deducebantur, ſed ijs pariter non obſtantibus fuit confirmata deciſio dicta die emanata.

1 Nullitas enim deſumpta ex defectu Iuriſdictio-
nis dictæ Curiæ in Cauſis Religioſorum obijci
non poteſt à Laicis, quorum author tunc tempo-
ris de incompetentia fori non oppoſuit, vt com-
probatur in dicta *deciſ. ſub §. Nullitas*; Et aliud
eſt dicere Clericum non poſſe in iuriſdictionem
Laici conſentire, aliud verò quod Laicus Reus
conuentus non poſſit excipere de defectu Iuriſdi-
ctionis Laicalis; Primum enim tendit in præiudi-
2 cium Ordinis Clericalis; ſecundum verò eidem
3 Ordini fauet, & ſicuti Laicus excepiſſet ſi ſen-
tentiam fauorabilem ab illo Iudice reportaſſet,
4 ità nec audiendus eſt ſi ſuccubuit, ne ſit in eius
voluntate, nullo ad id ſuffragante ordinis Cleri-
calis priuilegio, prout è conuerſo ſuffragatur
Clerico Iudicem, & Partem, vt magis ſibi pla-
cuerit, eludere, vt in proximis terminis reſpon-
dit *Rota in Anconitana hæreditatis 11. Martij 1616. coram Vbaldo ſeniore in rec. deciſ. 232. ſub numer. 4. part. 4.*

Exceſſus verò ex eo eliciṫus, quod conceſſa fue-
rit aſſociatio pro integra ſumma ſortis principa-
lis ſcut. 600. debita ex cauſa reſidui pretij d. vi-
neæ, cum tamen excomputari debuiſſent ſcuta
142. per emptores ſoluta Marchioni Laures Pro-
prietario einſdẽ vineæ pro Canonibus anni 1612.
& 1613. de qua ſolutione Iudici Capitolino con-
ſtabat mediante actuali productione d. quietantiæ
Summ. illorum de Comitibus num. 1. & 2. vndè de-
buerat ille pro concurrenti quantitate abſtinere à
condemnatione, cum debitum ſortis pro ea rata
5 minueretur exceptione compenſationis, quæ ſa-
tis dicitur oppoſita per productionem inſtrumen-
ti, ex quo illa reſultat ex *theor. Bart. in l. 1. num. 6. ff. de except.* quam ſequitur *Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 17. de conſtit. Rouit. conſ. 60. num. 4. lib. 1. Franch. deciſ. 527. num. 7.*

Remouetur penitus aduertendo quod Canones
anni 1612. non minuebant ſortem principalem,
neq; cum illa proportionabiliter compenſari po-
terant etiam ſi ab emptoribus ſoluti fuerint, quia
illorum quantitas, vel integrè abſorbetur ex fru-
6 ctibus perceptis à die motæ litis, & per Reos con-
uentos reſtituendis *l. 3. ff. de interd.* cum concor-
dantibus latè allegatis *in Mediolanen. Bonorum 19. Ianuarij 1650. coram bo. me. Arguelles* in principio,
7 cum quibus proinde prius ceſſiſſet compenſatio
ex allegatis *in Romana Cenſus 10. Iunij 1641. coram me §. 3. cum de eo*; vel ſaltem redditur adeò illi-
quida, vt propterea idonea non ſit ad compenſa-
8 tionem impetrandam ad *l. fin. C. de compenſat. Buratt. deciſ. 717. num. 2. & deciſ. 880. num. 5. Rota in recent. dec. 187. num. 7. par. 8.*

Canones verò anni 1613. non à venditore, ſed

ab ipſis emptoribus debebantur cum maturaue-
rint in feſto S. Martini d. anni, & venditio illis
facta fuerit de menſe Septembris antequam fru-
ctus vineæ colligerentur, Canones enim debentur
9 ex fructibus, & ab eo, qui fructus percipit. *Pinell. in
l. 1. p. 2, n. 72. verſ. 3. ampliatur C. de bon. matern. Ca-
ſtill. de vſufruct. c. 56, n. 14. & 15.* & quãuis in inſtru-
10 mento venditionis huiuſmodi fructus fuerint ſpe-
cialiter appretiari, nihilominus cum in pretio
nulla fuerit facta deductio Canonum, fructus cen-
ſentur venditi, & appretiari cum onere illis in-
11 hærente ſolutionis Canonum, quod pretium mi-
nuit, *Add. ad Buratt. deciſ. 761. ſub num. 15. Rota
in Romana ſimulationis contractus 16. Iunij 1653. cor.
R. P. D. meo Veroſpio §. denique.*

Parique modo non obſtat tertium de non in-
iuncto inueſtimento dictorum ſeut. 600. ad fauo-
12 rem emptoris conuento, quia remitti potuit de
eiuſdem conſenſu, qui eo ipſo præſumitur quod
13 alias exceptiones, nempè ſolutionis, Canonum
oppoſuit, & de inueſtimento non excepit, qui-
nimo nec minus appellauit à d. ſententia aſſocia-
tionis inueſtimentum fieri non mandante, ideò
cenſetur non inueſtimento, & ſententiæ acquie-
uiſſe, illamque approbaſſe, vt præter *deciſ. alleg.
in d. deciſ. huius cauſæ §. vltimo* reſpondit *Rota in
d. Anconitana hæreditatis coram Vbaldo ſeniore ſub
num.* 5. vbi dicitur, quod non appellans à ſenten-
14 tia cenſetur illam approbaſſe cum conditionibus
in ea contentis, atque ideò Iudex redargui non
15 poteſt, quod inueſtimentum fieri non mandaue-
rit, dùm ad id concurrit emptoris conſenſus eli-
citus tàm à poſteriori ob non interpoſitam ap-
pellationem, quàm à priori ob non oppoſitam
16 exceptionem inueſtimenti, quam vti dependen-
tem à voluntate emptoris Rei conuēti Iudex ſup-
plere non potuit, licet in actis conſtaret de pacto
inueſtiendi, vt optimè tradit *Caſtr. in l. 2. num. 2.
verſ. ſed dic largo modo* ibique *Cuman. num. 3. ff. de
except. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 68. num. 74.*

Nec ſatis eſt, quod hodie excipiatur, quia ad
17 effectum vt aduerſus ſententiam Iudicis ex capite
iniuſtitiæ competat reintegratio, probanda eſt
iniuſtitia ex ijſdem actis; aliàs enim non dicitur
Iudex vim intuliſſe, nec ſpoliaſſe, dùm non erra-
18 uit in Iure ſi habuit ignorantiam facti, tunc non
iuſtificati, & à Reo non obiecti; vt probauit *Rot.
deciſ. 479. numer. 1. & 2. par. 4. diuerſ. deciſ. 306.
num. 37. cum duob. ſeqq. part. 7. recent. coram Du-
ran deciſ. 454. num. 4. & in Senogallien. Saluiani 3.
Iunij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado*
§. *fin.* allegatis in d. *deciſ. ſub* §. 1. & §. *Iniuſtitia
verò*, ac præter eas admiſſum fuit *in Cornetana re-
integrationis 16. Decembris 1641. coram R. P. D. meo
Bichio §. tandem non obſtant.*

Cæterum irrefragabile DD. viſum fuit, quòd
19 dùm Auctor petentium reintegrationem à d. ſen-
tentia non appellauit minuſque reclamauit a ſub-
ſequenti illius executione ſuper dictis ſex petijs
præfatæ vineæ illas approbaſſe, atque acceptaſſe
videtur, & ſic facto proprio ab eius anteriori poſ-
ſeſſione cecidiſſe, quo caſu ex eius perſona nulla-
tenus peti valet reintegratio, vt ex *Imol. in cap.
ſæpè de reſtit. ſpoliat.* reſpondit *Rota coram Verall.
deciſ. 170. num. 1. & 2. par. 3. in recent. deciſ. 462.
ſub numer. 2. part. 1. & deciſ. 506. num. 2. & 3.
part. 8.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI.

Vener. 14. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſo non dicitur renunciatum à tranſi-
gentibus, quando illud in inſtrumento tranſa-
ctionis fuit explicitè reſeruatum, licet aliter fu-
iſſet diſpoſitum in Capitulis, in quorum execu-
tionem emanauit inſtrumentum, quando appa-
ret tranſigentes ex mutuo conſenſu voluiſſe in
inſtrumento nouam diſpoſitionem inducere, &
alia facere vltra conuenta in Capitulis, & ex qui-
bus coniecturis, & verbis huiuſmodi tranſigen-
tium intentio eruatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas comprobatur ex reuolutione
actorum.*

2 *Fideicommiſſum reſeruatum explicitè a tranſigenti-
bus in aliquo caſu, eo eueniente excluditur quali-
bet illius remiſſio, & renunciatio.*

3 *Verba*, & ad alia infraſcripta deuenire, & in-
fra dicendis, & vltra prædicta *ſæpius gemina-
ta oſtendunt contrahentes in inſtrumento voluiſſe
ad alia deuenire vltra conuenta in antecedentibus
Capitulis inſtrumenti.*

4 *Dictio* vltra *vltimis verbis adiecta eſt de ſui natu-
ra ampliatiua, & diſpoſitionem extendit ad ca-
ſus antea non expreſſos.*

5 *Dictio* vltra *ſeparat vnum Capitulum ab alio in ea-
dem diſpoſitione contento.*

6 *Contrahentes poſſunt in ſtipulatione inſtrumenti ac-
cedente vtriuſque conſenſu ampliare contenta in
Capitulis, & vltra ea diſponere.*

7 *Inſtrumentum confectum in exequutionem Capitulo-
rum regulariter non debet augere nec ampliare ea,
quæ in ipſis Capitulis inter partes conuenta fue-
runt.*

8 *Declara hoc tantum procedere, quando partes re-
ſtrictiuè voluerunt inſtrumentum conficere ad for-
mam Capitulorum nihil addito, vel diminuto.*

9 *Secus vbicumque declararunt in inſtrumento vltra
contenta in Capitulis alia noua addere diuerſam-
que facere diſpoſitionem.*

10 *Inſtrumentum poteſt augere contenta in Capitulis
quando partes vltra in eis contenta voluerunt
alia noua addere; diuerſamque diſpoſitionem in-
ducere, illudque non autem præcedentia Capitu-
la eſt attendendum.*

11 Referens, *licet reguletur, & reſtringatur ad termi-
nos relati, fallit tamen, quando appares diſpo-
nentes voluiſſe diſponere in referente, quam in
relato.*

Amplia vt num. 12.

13 *Coniecturæ, & præſumptiones ceſſant quando vo-
luntas, & verba ſunt clara.*

14 *Bona fideicommiſſaria ex tranſigentibus in diuiſione
aſſignata, quando excedunt quantitatem bonorum
liberorum alteri obuentam non dicitur renuntia-
tum fideicommiſſo, ſed cenſentur tranſigentes
voluiſſe quantitatem, cum periculo futuri euen-
tus compenſare.*

15 *Filius licet illegitimus, quando fuit admiſſus ab
alijs cohæredibus ad fideicommiſſum, remanet
ſublata omnis macula illegitimitatis, & ſic illius
filij ſunt capaces.*

16 *In ijs, quæ pendent à voluntate contrahentium at-
tenditur potius illorum intentio, quam ipſa ve-
ritas.*

17 *Tranſactio generaliter inita ſuper detractionibus
fideicommiſſi ex quocumque capite competentibus,*

capie

Digitized by Google

capit omnem, & quemcumque titulum detractio-
num, etiam ſi ſumma pro illis recepta non eſſet
æquiualens, cum reliquum cenſeatur remiſſum.

DECISIO CCCCLXXX.

SEntentiam rotalem latam à Reuerendiſſimo D.
meo Decano confirmatoriam alterius R. P. D.
mei Celſi ſuper immiſſione Com. Ioannis de Pe-
pulis in poſſeſſionem Bonorum ſubiectorum fi-
deicommiſſo conuentionali tanquam validam,
& iuſtam cenſuerunt Domini confirmandam;
1 Validitas enim ex actorum reuolutione compro-
bata ab informantibus pro hęredibus Com. Fran-
ciſci in dubium reuocata non fuit; Iuſtitia verò
liquet ex ſex deciſionibus præcedenter editis lu-
culenter comprobantibus dictum conuentionale
fideicommiſſum eiuſque purificationem, & bo-
norum identitatem, atque optimè occurrentibus
repetitæ exceptioni tranſactionis, & detractio-
num.

Tranſactio ſiquidem non obſtat, quia in ea ex-
preſſis verbis dictum fideicommiſſum eiuſque Iu-
ra præſeruata fuerunt altero decedente ſine filijs
capacibus. Ideoque ſequuto obitu Franciſci nul-
lis relictis liberis poteſt Ioannes bona fideicom-
miſſaria in d. tranſactione eidem Franciſco ob-
uenta ex præſato fideicommiſſo recuperare, cùm
2 illius explicita reſeruatio quamcunque præten-
ſam remiſſionem, & renunciationem excludat
præſato caſu eueniente, vt in terminis reſpondit.
Rota in recent. deciſ. 118. num. 24. par. 5. in Bonon.
fideicom. 22. Iunij 1639. coram R. P. D. meo Bichio
ſub §. renunciationem verſ. Tum deinque in Romana
Caſalis Aguzzani 27. Aprilis 1644. coram Reueren-
diſſimo D. Terracinen. §. vlt. & 26. Nouembris 1649.
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. ac demum
cum cæteris allegatis in deciſionibus huius cauſa 16.
Aprilis 1649. §. 1. & 28. Martij 1650. §. Tum etiam
cum ſeq coram R. P. D. meo Celſo.

Non obſtat quod in Capitulis à tranſigentibus
anteà firmatis d. fideicommiſſi reſeruatio reſtri-
cta fuerit ſolum contra tertios cum expreſſione,
quod nunquam operari poſſit ad præiudicium
Franciſci, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum ibi:
Che nella preſente Capitolatione s'intenda, e s'habbi
per eſpreſſa ogni preſerua delle ſue ragioni delli fidei-
commiſſi &c. e queſto però ſolamente contro i terzi e non
mai contro al Sig. Co: Franceſco, e ſuoi heredi e ſuc-
ceſſori. Siquidem omiſſis reſponſionibus alias da-
tis, & ſubſiſtentibus, ex lectura inſtrumenti de-
ſuper confecti apparet tranſigentes voluiſſe fidei-
commiſſum reſeruare etiam inter ſe ipſos caſu
quo alter decederet ſine filijs capacibus, ſic enim
conuincunt verba inſtrumenti ibi: *Quam Capitu-*
larum ſcripturam, & contenta in dd. Capitulis dd.
enim infraſcripta partes cupientes, & omnino volentes
obſeruare, & ad alia infraſcripta deuenire ibi: *Et*
cum proteſtationibus, & declarationibus, & præſerua-
tionibus, de quibus in dd. Capitulis, & infra dicendis
& ibi: *Et cum expreſſa declaratione vltra prædicta,*
quod per tranſactionem, & diuiſionem, quæ fit rebus
ſic ſtantibus ſalua ſint Iura fortaſſe purificanda ad fa-
uorem alterius dd. DD. Tranſigentium altero deceden-
te ſine filijs capacibus fideicommiſſariorum &c. dicta
3 enim verba: *Et ad alia infraſcripta deuenire, & in-*
fra dicendis, atque vltra prædicta toties geminata,
& repetita enixam aperiunt contrahentium vo-
luntatem nedum exequendi contenta in Capitu-
lis, ſed etiam ad alia deueniendi; Id enim præ-
cęteris demonſtrat dictio *vltra* vltimis verbis
4 adiecta, quæ de ſui natura ampliatiua eſt, atquè
diſpoſitionem extendit ad caſus anteà non ex-
preſſos. *Io: Bapt. Caſtrenſ. conſ. 66. num. 4. Pere-*
grin. conſ. 77. num. 19. lib. 5. Gratian. diſcept. 116.
num. 41. Rota in Mutinen. Dotis 16. Ianuarij 1641.
coram Card. Panzirolo ſub §. Præterea, vbi ſubditur
5 quod ſeparat vnum Capitulum ab alio in eadem
diſpoſitione contento, & *in Bonon. Legati 3. Iulij*
1645. §. verum Domini, & 18. Maij 1646. §. Ite-
rum enim coram me, quæ loquitur de ſimili dictio-
ne *vlterius*.

Potuerunt autem contenta in Capitulis am-
6 pliare, & vltra ea diſponere vtriuſque partis ac-
cedente conſenſu *ad text. in l. pacta nouiſſima C. de*
pact. & in l. nihil tam naturale 36. ff. de reg. Iur.
idemque in his terminis admiſſum fuit *in Romana*
Vinea 26. Iunij 1645. coram R. *P. D. meo Bichio ſub*
§. 1. verſ. quibus in inſtrumento. Licet enim regu-
7 lariter inſtrumentum confectum in exequutionem
Capitulorum non debeat augere, nec ampliare
ea, quæ in ipſis Capitulis inter partes conuenta
fuerunt, vt dixit *Rota deciſ. 114. num. 4. par. 1. re-*
cent. repetita in part. 3. deciſ. 108. ſub num. 2. Re-
8 gula tamen procedit quando partes reſtrictiuè
voluerunt inſtrumentum conficere ad formam eo-
rundem Capitulorum nihil addito, vel diminu-
9 to, ſecus autem vbicunque, prout hic explicitè
declararunt velle quidem obſeruare in Capitulis
contenta, ſed alia noua addere diuerſamque fa-
10 cere diſpoſitionem, hoc enim caſu dubitari ne-
quit quin inſtrumentum poſſit augere, & amplia-
re formam Capitulorum, illudque eſt attenden-
11 dum, quemadmodum dicitur de inſtrumento re-
ferente, quod licèt reguletur, & reſtringatur ad
terminos diſpoſitionis, & ſcripturæ relatæ, fallit
tamen quando expreſsè apparet diſponentes ali-
ter in illo diſponere voluiſſe, vt tradunt *Peregr.*
de fideicom. art. 16. ſub num. 111. verſ. limita niſi
Add. ad Buratt. deciſ. 52. num. 13. facilius autem
12 ex quo ijdem Tranſigentes in Capitulis conuene-
runt, quod ſuper ipſis quanto citius celebraretur
inſtrumentum ex deductis *in* Romana *Quarti dota-*
lis 27. Aprilis 1646. §. nec Comiti Fabio coram me.

Neque ad eliciendam diuerſam Tranſigentium
voluntatem recurri poteſt ad coniecturam edu-
ctam ab inæqualitate partium, ex quo Comes
Franciſcus adſcripſit Comiti Ioanni bona pro-
pria libera receptis è conuerſo bonis fideicom-
miſſarijs.

13 Quoniam coniecturæ ceſſant vbi voluntas, &
verba ſunt clara *l. fin. §. ſin autem ff. de bon. quæ li-*
ber. Rota deciſ. 130. num. 3. par. 1. recent. & coram
bo. me. Buratt. deciſ. 73. num. 9. Imò in caſu no-
ſtro coniectura deſumpta ab inęqualitate partiũ
contra Reos conuentos retorquetur; nam Comes
Ioannes recepta medietate bonorum liberorum
valoris libr. 123. mil. 245. tradidit Com. Fran-
ciſco medietatem bonorum fideicommiſſo ſubie-
ctorum valoris libr. 219. mil. 477. ad quod ipſe
tanquam legitimatus adſpirare non poterat, &
vlterius illi remiſit nedùm fructus ex d. bonis fi-
deicommiſſarijs per plures annos ab ipſo perce-
ptos, ſed etiam legitimam ſibi debitam in bonis
Co: Iacobi Ani, & Comitiſſæ Gentilis Aniæ, &
ſic portio obuenta Franciſco vltra præfatos fru-
ctus, & prædictas legitimas longè excedit portio-
nem obuentam Ioanni; Vndè ſi in tranſactione
remiſſum fuiſſet, vt prætenditur fideicommiſſum
euidens eſſet exceſſus reſpectu Co. Ioannis, ad
14 quem euitandum Tranſigentes cenſentur voluiſſe
præſeruare Iura fideicommiſſi iuxtà caſum in

 Tran-

Tranſactionis Inſtrumento expreſſum, & illam maiorem quantitatem Franciſco obuentam tradere ad compenſandum periculum futuri euentus vt ponderatum fuit in *deciſ. edito coram Reuerendiſſimo D. meo Decano* 13. *Iunij* 1652. *ſub* §. *Vltimo*, & præter auctoritates ibi allegatas tradunt *Alciat. in l. qui Romæ* §. *Duo fratres num.* 34. *& ſub num.* 36. *verſ. mihi placet ff. de verb. obligat. Burſatt. conſ.* 173. *num.* 37. *Becc. conſ.* 24. *num.* 30. *Menoch. conſ.* 87. *num.* 94. *Facchin. contr. Iur. lib.* 6. *cap.* 63. *in* 6. *concluſ. verſ. Dùm tamen, Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 234. *num.* 8. cum alijs relatis in *Romana Diuiſionis* 28. *Nouembris* 1653, *coram R. P. D. meo Beuilaqua* §. *Ipſe enim, &* §. *fin.*

Et in propoſito ponderandum quoque videbatur, quod ſi Comes Franciſcus ſuſcepiſſet filiòs legitimos potuiſſent iſti non ſolùm impedire reuerſionem paternæ portionis ad Com. Ioannem, ſed caſu, quo Comes Ioannes deceſſiſſet ſine filijs capacibus potuiſſent prætendere illius portionem,
15 quia cùm ipſe admiſerit Còm: Franciſcum illegitimum pro medietate ad dictum fideicommiſſum ſubſtuliſſe videtur omnem maculam illegitimitatis, & ſic filios illius fuiſſent capaces, quod clarius indicat reſeruatio conuenta non ſolùm caſu, quo Comes Ioannes decederet ſine filijs capacibus, ſed caſu etiam, quo vterque, nempè ipſe, & Franciſcus obirent, ſiuè alter ipſorum obiret ſine talibus filijs, & ſic admiſerunt quod Franciſcus poſſet habere filios capaces, nempè natos,
16 vel naſcituros ex legitimò præcedenti matrimonio; In iſta enim materia magis attenditur Contrahentium intentio, quam ipſa veritas, vt ex *Bald. in l. quo loco num.* 1. *verſ. nota ff. de hæred. inſtit. alijſque adductis* benè concluditur in prædictis *deciſionibus R. P. D. mei Celſi* 16. *Aprilis* 1619. §. *Nec dicatur, &* 28. *Martij* 1650. §. *Nec poteſt renouari*; Vndè tanto minùs illius hæredes conqueri poſſunt, quod tradiderit bona libera, & receperit fideicommiſſaria.

Quo verò ad exceptionem detractionum placuerunt Dominis reſponſiones traditæ in *deciſionibus dicti R. P. D. mei Celſi* 5. *Decembris* 1650. §. *Non obſtant prætenſa vſque ad fin. &* 16. *Iunij* 1651. §. *Etenim prima cum ſeqq.* & ſignanter ex quo in tranſactione adeſt explicitum pactum prohibens quaſcunque detractiones vltra ſummam lib. 7000. iam conſignatam gratiſque dicitur Pactum huiuſmodi eſſe reſtrictum, cùm imò generale ſit, & indefinitum ibi; *Dubitando ancora, che ſi debba cauar dallo maſſa de' Beni Stabili del detto già Sig. Co: Giacomo à fauore del detto Signor Conte Franceſco la ſomma di Lire 7000. e queſto per tutto quello, cha haueſſe potuto pretendere il detto Signor Conte Franceſco per debiti, e Legati pagati non obſtante, che aſcendeſſero à maggior ſomma delle dette Lire 7000. & il Conte Franceſco non poſſa pretendere altra detrattione*
17 *per qualſiuoglia capo ò caſo*; Huiuſmodi enim verba ità generaliter concepta capiunt omnem, & quemcunque titulum detractionum etiamſi ſumma non eſſet æquiualens, & proportionata, ſed longè inferior cùm reliquum cenſeatur remiſſum, ad *Text. in cap.* 1. *de tranſact. cum cæteris adductis in dicta deciſione diei* 16. *Iunij* 1651. §. *Et vltra prædicta.*

Et ità vtraque &c.

CATHACEN. BENEFICIORVM.

Ven. 14. *Maij* 1655.

ARGVMENTVM.

Declaratoria eſt relaxanda contra Canonicos, & Interdictum contra Capitulum, dum poſt intimationem mandati Rotalis capitulariter factam, illiuſque reproductionem ſaltem verbaliter non paruerunt, licet ſe non oppoſuerint, neque ſufficit verbalis paritio, ſi mandatum Rotale contineat dimiſſionem poſſeſſionis cum reſtitutione fructuũ iam liquidatorum, ſed realis, & effectiua paritio requiritur.

SVMMARIVM.

1 *Declaratoria relaxetur contra Canonicos, & Interdictum contra Capitulum, dum mandato rotali non paruerunt.*

2 *Amplia etiamſi Capitulum, & Canonici ſe non oppoſuerint exequutioni mandati Rotalis, quia ſaltem verbaliter debuiſſent offerre paritionem.*

3 *Mandatum Rotalem dum continet præceptum tam dimittendi poſſeſſionem, quam reſtituendi omnes fructus in actis iam liquidatos, hoc caſu non ſufficit verbalis, ſed vera, & realis paritio requiritur ad euitandam declaratoriam.*

DECISIO CCCCLXXXI.

QVià Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Cathacen. huc vſque non paruerunt, vt par erat, mandato Rotali de immittendo ad fauorem Ioſephi Ananiæ relaxato illiſque capitulariter Congregatis perſonaliter præſentato, & ad Valuas Eccleſię Epiſcopalis inter Miſſarum ſolemnia affixo. eoque reproducto, ac ſeruata legitimè termi-
1 norum ſolemnitate Iure merito danda eſt declaratoria contra Canonicos, & interdictum contra Capitulum niſi infra Menſem à die intimationis paruerint, vt ſeruatum fuit in *Ampurien. ſeù Ciuitaten. Conuocationis ad Synodum* 13. *Februarij* 1645. *& in Ampurien. & Ciuitaten. Electionis Vicarij* 26. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Meltio, & in Leodien. Canonicatus S. Martini* 31. *Ianuarij* 1653. *coram me.*

2 Non obſtante, quod Capitulum, & Canonici ſe non oppoſuerint exequutioni dicti mandati Rotalis.

Quià debuiſſent ſaltem verbaliter offerre paritionem, vt reſponſum fuit in *recent. deciſ.* 319. *num.* 1. *par.* 2. *& deciſ.* 614. *num.* 2. *par.* 3. *in Conchen. Decimarum dell' Infanto lo* 26. *Aprilis* 1619. *coram Andrea* §. *Sed pro portione, In Mediolanen. Bonorum* 18. *Februarij* 1630. *coram bon. mem. Coccino apud Poſth. de manut. deciſ.* 272. *num* 3. *in dicta Ampurien. & Ciuitaten. Electionis Vicarij* 20. *Octobris* 1649 *coram* R. P. D. *meo Meltio, & in Burgen. Decimarum* 11. *Februarij* 1653. *coram me* §. *Quia*
3 *præter quod*; Eoque magis cum dictum mandatum ſpecialiter contineat præceptum tàm dimittendi poſſeſſionem, quàm reſtituendi omnes fructus ab eis perceptos, qui in actis iàm fuerunt ab ipſiſmet liquidati. Hoc enim caſu nec ſufficit verbalis, ſed vera, & realis paritio requiritur, vt latè dictum ſuit in *Alexandrina Penſionis* 11. *Ianuarij* 1649. *coram R. P. D. meo Celſo* §. *At in præſenti*, vbi allegantur concordantes.

Et ità vnica tantum &c.

ROMA-


Digitized by Google

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Veneris 21. Maij 1655.

DECISIO CCCCLXXXII.

Ex Valeriano Sen. de Mutis, & Eliſabettha de Capizucchis Coniugibus.



DD. Octauius; & Fratres actores petentes ex Fideicommiſſo Valeriani Iunioris portionem Caſalis Polidori Alexandri Patrui.

IN Sententia Rotali lata à R. P. D. meo Meltio pronunciatum fuit DD. Octauianum, & Fratres de Mutis ex fideicommiſſo Valeriani Proaui immittendos eſſe in poſſeſſionem medietatis ſextæ partis, nempè duodecimæ partis Caſalis Polidori obuentæ Alexandro eorum Patruo, factis prius detractionibus ibi adnotatis.

Cõmiſſa mihi appellationis cauſa, & propoſito Dubio, An ſẽtẽtia Rotalis eſſet cõfirmãda vel infirmanda plures emanarũt reſolutiones ob diuerſas Cauſæ difficultates toties deductas, & in omnibus propoſitionibus ſpecialis ſemper fuit controuerſia ſuper quantitatẽ rubrorum integri Caſalis Polidori, & ſic quot rubra continerentur ſub dicta duodecima parte totius Caſalis comprehenſa in dicta ſententia.

Die 1. Decembris 1651. aſſerentibus Fratribus de Mutis, quòd integrum Caſale eſſet rubrorum 906. è conuerſo verò allegantibus Reis conuentis, illud non excedere rubra 453. firmatum fuit etiam iuxtà prætenſionem Actorum, duodecimam partem non excedere rubra ſeptuaginta cum dimidio, cùm ſimiles duodecim partes conſtituant dicta rubra 906. vt in *deciſ. 5. Verùm hoc etiam admiſſo*, vbi firmatum fuit, quòd antiqui Poſſeſſores iſtius Caſalis fuerunt pro medietate Carolus, & pro altera medietate Ioannes Franciſcus de Mutis, ad quos propterea ſpeſtabant rubra 453. pro quolibet, quodque Ioannes Franciſcus habuerit tres filios, nempè Valerianum, Iacobum, & Nicolaum, quorum pars æqualiter illi ſuccedentium erat rubrorum 151. pro quolibet, & conſequenter cum Valerianus reliquiſſet duos filios, nempè Cæſarem, & Britium, portio vnius cuiuſque ipſorum fuerat rubrorum ſeptuagintaquinque cum dimidio; Ideoquè dùm agitur dumtaxat de parte Cæſaris appareat illam eſſe dd. rubrorum 75. cum dimidio à quibus detractis rubris 30. aſſignatis pro dotibus Lucretiæ, & Liuiæ illius filiarum, remanent rubra 45. quorum dimidia ſpectans ad Alexandrum alterum ex filijs dicti Cæſaris, & in dicta ſententia Rotali contenta non excedit rubra 22. cum dimidio circiter.

Hęc deciſio in omnibus confirmata fuit 27. Iunij 1653. ſed 15. Iunij 1654. cauſa repropoſita reſponſum fuit eam eſſe reformandam, quià cum eidem Cæſari vti vocato ad alterum Fideicommiſſum à Iacobo fratre Valeriani conſtitutum, & in eius perſona terminatum obuenerint plura bona, & ſignanter alia portio huius met Caſalis, quæ penès eundem Cæſarem, & Britium fratrem libera remanſerunt, vt particulariter deciſum fuit 30. Ianuarij eiuſdem anni 1654. detractiones dictarum Dotium Lucretiæ, & Liuiæ, atque æris alieni ex eius perſona prætenſæ non erant faciendæ ex rata bonorum fideicommiſſariorum Valeriani, ſed ex bonis obuentis eidem Cæſari ex Teſtamento dicti Iacobi vti liberis ab omni onerè fideicommiſſariæ reſtitutionis.

Verùm cùm hodie ſuper toties deciſis iterum Dominos conſuluiſſem oſtenſum fuit ab Informantibus pro Reis conuentis, non eſſe verum, quòd integrum Caſale Polidori ſpectaret pro medietate ad Ioannem Franciſcum, & pro altera medietate ad Carolum de Mutis; Nàm exhibuerunt Inſtrumentum obligationis factæ à Valeriano Iuniore Fideicommittente ad fauorem Cherubinæ ſuæ Vxoris 21. Maij 1495. præſente, & conſentiente Ioanne Franciſco Patre, nec non quatuor Inſtrumenta Locationum dicti Caſalis diuerſis temporibus celebratarum *eorum Summ. num. 1. 2. & 3.* ex quibus apertè conſtat, quòd Ioannes Franciſcus poſſedit duas tantùm tertias partes medietatis dicti Caſalis, Carolus verò aliam tertiam partem eiuſdem medietatis, & alteram medietatem Eccleſia, & Monaſterium Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij de Vrbe; Ideò admiſſo etiam, quòd integrum Caſale eſſet rubrorum *906.* vt alias deducebant Actores dictæ duæ integræ tertiæ partes medietatis ad Io: Franciſcum ſpectantes non excedunt rubra duo ſupra trecenta; Nàm medietas rubrorum 906. conſtituit rubra 453. quorum ſingula tertia pars eſt rubrorũ 151. & ſic duæ tertiæ partes eiuſdem medietatis faciunt dictam quantitatem rubrorum 302. & non vltra.

Cùm autem Ioannes Franciſcus non tres, ſed quatuor filios reliquerit, nempè Valerianum fideicommittentem Iacobum, Nicolaum, & Marcum Antonium, vt in Arbore, diuiſis æqualiter inter eos dd. duabus tertijs partibus medietatis, cuilibet tangit portio rubrorum 75. cũ dimidio,

nam

Digitized by Google

nàm quatuor portiones huius quantitatis conſtituunt dd. rubra 302. Ideoq; cùm ſucceſſerint Valeriano, Cæſar, & Britius filij, hiſque obueneriut de portione paterna rubra 37. cum tribus ex quatuor partibus alterius rubri pro quolibet, quibus diuiſis inter Laurentium, & Alexandrum filios Cæſaris, portio Alexandri hodie petita, & in Sententia Rotali contenta reſtringitur ad ſola rubra decem & octo, cum tribus ex quatuor partibus cum dimidio alterius rubri.

Et quamuis Marcus Antonius 13. Ianuarij 1620. in perpetuum locauerit, & donauerit Valeriano, Iacobo, & Nicolao eius fratribus ſuam portionem omnium bonorum Stabilium, reſeruata quadam annua fructuum reſponſione, & facultate teſtandi de Ducatis mille de Carolenis, ex quo inferebatur, quod dd. duæ tertiæ partes medietatis dicti Caſalis per communem Patrem relictæ, non in quatuor, ſed tantùm in tres partes eſſent diuidendæ inter ſolos Valerianum, Iacobum, & Nicolaum, & ſic quod portio vniuſcuiuſque ipſorum eſſet rubrorum centum cùm duobus tertijs alterius rubri; Cumque Iacobus decedens ſine filijs anno 1526. ſcripſerit ſibi hæredem in portionibus Caſalium Valerianum fratrem, iſte proindè reliquerit in ſua hæreditate rubra 201. cum vno tertio alterius rubri, nempè rubra $100\frac{2}{3}$ propriæ portionis, & alia rubra $100\frac{2}{3}$ tanquam hæres Iacobi fratris.

Nihilominus quià die 8. Ianuarij 1539. Nicolaus ex vna, & Cæſar, ac Britius filij, & hæredes Valeriani ex altera tranſigendo ſuper hæreditatibus Io: Franciſci, Marci Antonij, & Iacobi prædefunctorum conuenerunt, quod portio Caſalis Polidori diuideretur in duas integras partes, quarum vna eſſe deberet ipſius Nicolai, altera verò præfatorum Cæſaris, & Britij *dicto Summario num. 8. lit. E.* Indè deducebatur, quòd ex dd. rubris 302. Ioannis Franciſci rubra 151. ſpectarent ad Nicolaum, & rubra 75. cum dimidio pro quolibet ad Cæſarem, & Britium tàm vti hæredes Valeriani Patris, quàm vt Fideicommiſſarios Iacobi Patrui, & ſic rubra $37\frac{3}{4}$ pro vnaquaque illorum hæreditate, & conſequenter quod vigore Fideicommiſſi per eundem Valerianum conſtituti non poſſent Actores ex perſona Alexandri alterius ex filijs dicti Cæſaris maiorem portionem conſequi, quàm dd. rubrorum $18\frac{1}{4}$ eſto etiam, quod detractiones prætenſæ ex perſona dicti Cæſaris ſint deducendæ ex portione Iacobi penès eū liberè remanſa, quatenùs ſufficiat.

Poſt reſolutionem Partes hinc inde, & præſertim Fratres de Mutis plura alia Inſtrumenta exhibuerunt, ex quibus eo clarius educitur veriſſimam eſſe ſuperius relatam facti veritatem, quòd ex dicto Caſale Polidori duæ tertiæ partes medietatis dumtaxat ſpectarent ad Ioannem Franciſcum alia tertia pars eiuſdem medietatis ad Carolum, & altera integra medietas ad dictam Eccleſiam, ſeù Monaſterium Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij.

Quandoquidem iuſtificatur ex eis, quòd 24. Ianuarij 1418. Iacobellus de Capizucchis emit à Blaſio, & Ioanne de Toſtis integram medietatē Caſtrorum Polidori, & Lombardorum, ſuorumque Tenimentorum, illique ſucceſſit Eliſabettha filia nupta Valeriano Seniori de Mutis, quæ decedens anno 1469. inſtituit ſibi hæredes vniuerſales pro æquali portione Franciſcum de Mutis filium, ac Iacobum, & Ioannem Franciſcum Nepotes ex Carolo altero filio prædefuncto adiecta reciproca ſubſtitutione inter eos, aliquo decedente ſine filijs. Obijt primo loco Iacobus relicto altero Carolo eius filio, qui propterea conſequutus fuit ſuam tertiam partem dictæ medietatis. Secundo loco deceſſit Franciſcus ſine filijs, & ſic vigore reciprocæ inter primos inſtitutos illi ſucceſſit Io: Franciſcus ſuperſtes, qui proindè habuit duas tertias partes eiuſdem medietatis, alteram Iure proprio, alteram tanquàm reciprocè ſubſtitutus dicto Franciſco Cohæredi ſine filijs defuncto.

Concordant cum hac præciſa repartitione. Primo ſupradictum Inſtrumentum obligationis factæ per Valerianum Iuniorem Fideicommittentem præſente, & conſentiente Ioanne Franciſco eius Patre 21. Maij 1495. in quo habentur hæc verba ibi: *Obligauit, & Iure pignoris dotalis poſuit &c. duas integras tertias partes integræ medietatis Caſalis, ſeù Tenimenti vulgariter dicto, & nuncupato Polidoro ſpectantes ad ipſum Ioannem Franciſcum pro indiuiſo cum alia tertia parte dictæ medietatis Caroli de Mutis prædicti Io: Franciſci Nepotis, & cum alia medietate Monaſterij extra Mœnia Vrbis.*

Secundo Inſtrumentum venditionis factæ à dicto Carolo 26. Ianuarij 1504. ibi: *Vendidit &c. integram tertiam partem medietatis Caſalis, ac eius Tenimenti vulgariter nuncupati Polidoro iunctam pro indiuiſo cum alijs duabus integris tertijs partibus dictæ medietatis Caſalis prædicti, & eius Tenimenti Io: Franciſci de Mutis &c. cui ab vno latere eſt alia medietas Caſalis prædicti Polidori &c. ſpectans; & pertinens ad Abbatem, & Eccleſiam Sanctorum Vincentij, & Anaſtatij de Vrbe.*

Tertio non ſolùm memorata quatuor, ſed etiā alia duo Inſtrumenta Locationum tàm à dicto Valeriano, alijſque ſuis fratribus, ac filijs, & hæredibus Io: Franciſci, quàm à Carolo eiuſque filijs, & hæredibus celebrararum ſub diebus 4. Iunij 1490. 2. Octobris 1514. 3. Iulij 1516. 15. Octobris 1517. 28. Octobris 1522. & 8. Iulij 1524. ex quibus eodem modo clarè paret, quod Io: Franciſcus, & ſucceſſiuè eius filij non poſſederunt niſi dictas duas tertias partes medietatis.

Quarto demùm Inſtrumentum fidantiarum Liuiæ filiæ Cæſaris alterius ex filijs Valeriani fideicommittentis ſub die 27. Septembris 1550. (& ſic longè poſt mortem dicti Valeriani, qui obierat anno 1527.) vbi habentur hæc verba ibi: *quæ ſexta pars dicti D. Cæſaris iuncta eſt pro indiuiſo cum alia ſexta parte hæreditatis q. Britij de Mutis, & cum alia tertia parte D. Iacobi de Mutis, quæ omnes partes ſic inter ſe pro indiuiſo faciunt medietatem totius dicti Caſalis.*

Itaque ex prædictis apparet, Ioannem Franciſcum non poſſediſſe medietatem dicti Caſalis, dùm concludentiſſimè oſtenditur habuiſſe duas dumtaxat ex tribus partibus dictæ medietatis, quæ propterea non excedunt rubra 302. ſi integrum Caſale erit rubrorum 906.

Verum nunc reuoluto pallio prætendunt Actores ſolam medietatem Caſalis aſcendere ad dd. rubra 906 & ſic totum, & integrum Caſale eſſe rubrorum 1812. & conſequenter duas tertias partes medietatis ad d. Ioannem Franciſcum ſpectantes conſtituere rubra 604.

Fundant hanc ipſorum prætenſionem ſuper eo, quod altera medietas dicti Caſalis Eccleſiæ, & Monaſterij Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij nunquam deuenit ad illos de Mutis, ſed à Cardinali

Digitized by Google

dinali tunc temporis illius Commendatario præuia permutatione ceſſa fuit Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, quæ anno 1539. illam permutauit, & ceſſit præuio beneplacito Apoſtolico Hoſpitali Sancti Spiritus in Saxia de Vrbe, penès quod adhuc de præſenti ſupponitur reperiri; Cumque anno 1588. 19. Iulij venditum fuerit à Mutis Camillæ Perettę ipſorum Caſale Polidori (quod debet intelligi de medietate, dùm altera medietas erat Hoſpitalis) vnico conſtituto pretio ſcutorum 80 mila, & inter Venditores adfuerit Fauſtina Mutia illius Condomina pro indiuiſo rubrorum 48. pro quibus in eodem Inſtrumento perſoluta fuerunt eius Marito ſcut. 4261. & b. 40.; Huiuſmodi venditio facta fuit ad rationem ſcut. 88. & baioc. 80. pro quolibet rubro; Vndè calculando ad hanc rationem integrum pretium videatur probatum dictam medietatem venditam à Mutis in dicto Inſtrumento pro dictis ſcutis 80000. aſcendere ad dd. rubra 906.

Ideoque comprobari ſubdunt ex relatione Agrimenſoris extraiudicialiter electi ad dignoſcendam quantitatem portionis dicti Caſalis illorum de Mutis, qui retulit Tenutam Signatam AAA. rubrorum 451 $\frac{1}{4}$ nuncupatum *Caſtel Lombardo Santo Angelo, e Prataccio*, ſine vlla Partium controuerſia ſpectaſſe ad illos de Mutis. Tenutam ſignatam B. rubrorum 147 $\frac{1}{4}$ à Reis conuentis denominari *Torricella de Cenci*, ab Actoribus verò prætendi eam contineri ſub eodem corpore *di Caſtel Lombardo, e S. Angelo*, cùm reperiatur terminata, & circundata Columnellis ſignatis ſtemmatibus DD. de Mutis, Tenutam ſignatam C. rubrorum 141 $\frac{1}{4}$ à dd. Reis conuentis nuncupati *Quartaccio de Cenci*, ab Actoribus verò *Polidoro*, eamque identificari præuijs alijs duabus Columnellis ſignatis ijſdem Stemmatibus. Tenutam denique Signatam D. rubrorum 141 $\frac{1}{4}$ ab iſdem Reijs conuentis vocati *Liprignano*, cùm alias ſpectauerit ad DD. de Celſis, & Mancinis, ab Actoribus verò denominari pari modo *Polidoro*, & contineri ſub ipſorum prætenſione, Inferentes proinde, quod rata rubrorum 451 $\frac{1}{4}$ ſine controuerſia admittitur ſpectare ad Illuſtriſſimos de Mutis, alia verò rata rubrorum 289. cum dimidio iuſtificata prætenditur ex dd. Stemmatibus ſculptis in Columnellis, eam circumferentibus, hæc in totum faciunt ad minus rubra 741 $\frac{1}{4}$.

E contra verò deducitur, medietatem totius Caſalis ad Mutos ſpectantem vere non exceſſiſſe rubra 453. & ſic illius duas tertias partes Io. Franciſci fuiſſe ſupradictorum rubrorum 302. tantum nam ex prędicta diuiſione facta anno 1539. inter Nicolaum Patruum, ac Cæſarem, & Britium fratres dictæ duæ tertiæ partes Io. Franciſci inter eos æqualiter diuiſæ fuerunt; itaut integra illarum medietas ad Nicolaum, & altera earundem medietas ad Cæſarem, & Britium aſſignata fuerit, Nicolaus verò poſſedit ſolum rubra 151. nam Hieronymus eius filius 24. *Martij* 1568, vendidit Carolo de Mutis rubra 103. *& die* 8. *Iulij eiuſdem anni* tradidit Carolo in cauſam Dotis Fauſtinę filię ipſi nuptæ, alia rubra 48. pro reſiduo ſuę portionis, quæ 103. *&* 48. ſimul calculata conſtituunt dd. rubra 151 Britius autem Cæſaris frater, qui ex forma eiuſdem diuiſionis conſequutus fuit dimidiam medietatis illarum duarum ex tribus partibus Io. Franciſci Aui, poſſedit rubra 75. cum dimidio duntaxat; Nam Horatius eius filius 22. Maij 1559. vendidit Iacobo Muto medietatem ſextæ partis totius Caſalis, cum pacto redimendi pretio ſcut. 2500. *&* 6. *Iulij* 1563. eidem vendidit alteram medietatem eiuſdem ſextę partis cum Iure redimendi dictam medietatem præcedenter, venditam pretio ſcut. 105. pro quolibet rubro iuxtà menſuram faciendam à Perito communiter eligendo, qui retulit dictam ſextam partem eſſe rubrorum 75. cum dimidio, & ad iſtam rationem fuit calculatum, & ſolutum pretium 7. *Ianuarij* 1564. *in ſcut.* 7927. *& b.* 50. comprehenſis illis ſcut. 2500. in prima venditione ſolutis. Ex quibus quidem Inſtrumentis ſcribentes pro Reis conuentis deducunt verè dd. duas tertias partes medietatis Io. Franciſci non exceſſiſſe rubra. 302, neque ſubſiſtere quod ſcut. 4261. & b. 40. ſoluta fuerint Marito Fauſtinæ pro pretio rubrorum 48. quia ex lectura Inſtrumenti apparere videtur dictam ſummam fuiſſe ſolutam pro Dote eiuſdē Fauſtinæ, non autem pro pretio dd. rubrorum 48. traditorum Viro in ſolutum.

Cæterū ſi integrum Caſale erit rubrorum 1812. ſicut prætendunt Actores, duę tertiæ partes medietatis illius ad dictum Ioannem Fraciſcum ſpectantes eſſent rubrorum 604. quibus diuiſis inter tres eius filios, nempè Valerianum Iacobum, & Nicolaum (nàm Marcus Antonius 4. frater eis, irreuocabiliter donauit ſuam portionem, vt dictum eſt) Portio Valeriani fideicommittētis eſſet rubrorum 201. cum 3. parte alterius rubri, quibus diuiſis inter Cæſarem, & Britium, rata Cæſaris fuiſſet rubrorum centum cum dimidio, & ſic eorum medietas ſpectans ad Alexandrum alterum ex eius filijs, & debita fideicōmiſſarijs Actoribus abſque onere detractionum prætenſarum ex perſona eiuſdem Cæſaris aſcenderet ad rubra 50. cum vno quarto alterius rubri.

Si autem rubrorum 906. duntaxat duæ tèrtiæ partes medietatis illius ad Io. Franciſcum ſpectantes non excederent ſupradicta rubra 302. & ſic aut dictis fideicommiſſis Actoribus non obſtat dicta diuiſio anni 1539. quia facta fuit ibi: firmis tamen remenentibus fideicommiſſis *factis per eorum Prædeceſſores, quatenus ſint aliqua fideicommiſſa, à quibus fideicōmiſſis nullatenus Partes prædictæ, & infraſcriptæ per hanc concordiā, & diuiſionem recedere intendunt, ſed illis, Si quæ ſint, firmis in ſuo robore remanentibus præfatæ Partes deuenerunt ad Infraſcriptam diuiſionem &c.* & rata eis debita ex perſona Alexandri filij Cæſaris erit rubrorum viginti quinque cum medietate vnius quarti alterius rubri. Aut verò eis obſtat dicta diuiſio, ex quo ſunt hæredes ſine beneficio legis; & Inuentarij Laurentij eorum Patris alterius filij, & hæredis eiuſdem Cæſaris diuidentis vt firmatur in deciſione huius cauſæ edita *coram R. P. D. meo Meltio* 2. *Iunij* 1650. *ſub* §. 1. *circa fin.* Et prędicta rata reſtringeretur ad ſola rubra decem & octo cum tribus quartis alterius rubri, iuxta calculum ſuperius deductum §. *Nihilominus*, quia ſemper tamen, vt dixi abſque onere detractionum ex perſona Cæſaris, cum ſint faciendæ ſuper portione Iacobi illius Patrui, penes eum libere remanſa quatenus ſufficiat, vt in dicta poſtrema deciſione *coram me* 15. *Iunij* 1654. §. *Verùm repropoſita*.

Hæc ſunt, quæ hinc inde deducta fuerunt neceſſaria pro veriori reſolutione huius cauſæ, ex multitudine Inſtrumentorum, & ſcripturarum ſatis inuolutæ, ſuper quibus volui iterum conſulere Dominos.

BAR-

Digitized by Google

BARCHINONEN. PRAEPOSITVRAE.

Mercurij 26. Maij 1655.

A R G V M E N T V M.

Præpoſitura, quando eſt creata in Beneficium, ſeu officium Eccleſiaſticum collatiuum cadit ſub reſeruatione; ſecus autem ſi pro temporali dumtaxat adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ fuit iuſtituta? Ad hoc autem dignoſcendum, vltimus ſtatus eſt attendendus; niſi de anteriori ſtatu contrario appareret vel per rem iudicatam, ſeu Inſtrumentum publicum, vel confeſſionem partis vltimus tamen ſtatus attenditur, quando vel per ſpatium 40. Annorum eſt præſcriptus, vel quando ex defectu plenæ probationis anterior redditur turbidus; Prouiſiones Apoſtolicæ quando immutent ſtatum Beneficij, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Præpoſitura quando eſt erecta in Beneficium, ſeù Officium Eccleſiaſticum collatiuum cadit ſub reſeruatione.*

2 *Secus verò ſi pro temporali dumtaxat adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ fuit inſtituta.*

3 *Status vltimus Beneficij ſatis eſſe ſolet tam pro iuſtificatione reſeruationis ad effectum obtinendi exequutionem ſubrogationis gratioſæ.*

4 *Quam pro dignoſcenda qualitate Beneficij, ad effectum includendi, vel excludendi reſeruationem.*

5 *Status vltimus Beneficij nunquam attenditur, vbicumque conſtat de anteriori ſtatu contrario, vel per Confeſſionem partis, aut per publicum Inſtrumentum.*

6 *Dominium in Præpoſituris non transfertur per Inſtrumentum Commendationis Bonorum facta à Capitulo.*

7 *Dominium licet in Præpoſituris non transferatur per Inſtrumentum Commendationis Bonorum facta à Capitulo, hoc tamen non conuincit, nec demonſtrat primordialem Præpoſiturarum Erectionem in ſimplicia officia temporalia.*

8 *Dominium Bonorum Capituli non implicat, quod non ſit tranſlatum in Præpoſituris, & nihilominus quod Præpoſituræ ſint Beneficia, ſeu Officia perpetua in titulum collatiua.*

9 *Status vltimus Beneficij vbicumque eſt præſcriptus per Annos 40. hoc ſufficit, ne primæua erectio attendatur.*

10 *Status vltimus Beneficij, vt veniat attendendus, ſatis eſt, quod anterior contrarius reddatur turbidus.*

11 *Status anterior Beneficij contrarius vltimo probari debet per planas, & perfectas probationes.*

12 *Teſtes nulliter examinati lite pendente, & nemine citato non attenduntur, præſertim in concurſu Teſtium formiter examinatorum.*

13 *Prouiſiones Apoſtolicæ non immutant ſtatum Beneficij.*

14 *Declara hoc tantum procedere ſi euidenter conſtaret de anteriori ſtatu contrario.*

15 *Secus autem ſi de eo liquida probatio non redditur.*

16 *Status Beneficij antiquus, & de præterito præſumitur ſimilis vltimo, & ſemper continuatus, dum euidenter de ſtatu contrario non conſtat.*

17 *Prouiſiones Apoſtolicæ inſeruiunt pro declaratione, & corroboratione antiqui Status Beneficij, dum euidenter non conſtat de ſtatu contrario.*

D E C I S I O CCCCLXXXIII.

De perpetuo ſimplici Beneficio, ſeù Officio Eccleſiaſtico Præpoſitura Mēſis Decemb. nuncupato per obitum q. Pauli Nauarri vacante à Sede Apoſtolica prouiſus fuit Hieronymus Camelles cum gratioſa ſubrogatione in pluribus, & poſſeſſione defuncti eius *Summario num. 1.* Ideò cum dubitari contingeret An literæ dictæ ſubrogationis gratioſæ eſſent exequendæ, difficultas conſiſtebat
1 in reſeruatione ex eo pendente an Præpoſitura controuerſa verè ſit Beneficium, vel Officium Eccleſiaſticum in titulum perpetui Beneficij Eccleſiaſtici collatiuum, ſeù potius pro temporali dumtaxat adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ.
2 Primo enim caſu cadit ſub reſeruatione; Secundo verò ſecùs, vt in ſimilibus terminis reſpondit *Rota coram Durano deciſ. 340. num. 6. cum duobus ſeqq. & num. 15. pariter cum duob. ſeqq. & dec. 381. num. 2. & 3.*

Ad probandam qualitatem perpetui Beneficij Eccleſiaſtici affert Hieronymus vltimum Statum, quia Præpoſitura, de qua agitur Collata fuerat per Sedem Apoſtolicam anno 1625. Paulo Nauarro, & collatio effectuata tanquam de perpetuo Beneficio ſimplici collatiuo, & præuia diſpenſatione retinendi Archidiaconatum, quem ſub eodem tecto obtinebat *dicto Summario num. 5. lit. B.*
3 Status enim vltimus ſatis eſſe ſolet tam pro iuſtificatione reſeruationis ad effectum obtinendi exequutionem ſubrogationis gratioſæ, vt dictum fuit in *Gerunden. Prioratus 14. Iunij 1650. §. fin.*
4 *coram R. P. D. meo Bichio.* quàm pro dignoſcenda qualitate Beneficij ad effectum includendi, vel excludendi reſeruationem, vt dixit Rota *in recen. deciſ. 233. ſub num. 1. in fine verſ. Nempè ad effectum par. 1. dec. 257. num. 12. & 14. par. 8. coram San. Mem. Gregor. deciſ. 77. num. 9. coram Card. Canal. deciſ. 639. num. 10.* & alijs relatis in *Neapolitana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647. coram R.P.D. meo Bichio §. Quarto dirimit*, & in terminis in *Gerunden. Præpoſituræ 24. Martij 1643. coram R.P.D. meo Zarate §. Verum etiam.*

5 Et licet vbicunque conſtat de anteriori ſtatu contrario, vel per rem iudicatam, vel per confeſſionem Partis, aut per publicum Inſtrumentum, vltimus non attendatur niſi ſit legitimè præſcriptus ad *Text in cap. cum de beneficio de præben. in 6. Card. Canal. deciſ. 373. num. 4. Rota in recent. deciſ. 118. num. 1. deciſ. 229. ſub nn. 3. & 4. & deciſ. 308. num. 6. verſ. Procedit enim par. 1. & deciſ. 737. num. 6. par. 2. & in Volaterana Capellaniæ 27. Iunij 1650. §. Nec obſtat prætenſus confirmata 28. Aprilis 1651. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.*

In propoſito tamen præter quod non apparet
6 de huiuſmodi anteriori ſtatu contrario; Nam exhibitum Inſtrumentum anni 1157. commendationis Bonorum Capituli ab eodem Capitulo factæ perſonis ibi nominatis eius *Summar. num. 1.* etiamſi non ſit tranſlatiuum Dominij, vt dixit *Rota in Barchinonen. Alimentorum 10. Maij 1634. coram bon. me. Coccino, in recent. deciſ. 537. per tot. part. 5.* confirmata 15. *Decembris 1649. coram Re-*
7 *uerendiſſimo D. meo Decano*, non conuincit, nec demonſtrat, vt opus eſt ad iſtum effectum primordialem Præpoſiturarum erectionem in ſimplicia Officia temporalia, quod nec firmatur in deciſio-
8 nibus, quæ adhuc ſub Iudice ſunt, non implicat enim neque repugnat, quod Dominium Bonorum Capituli in Præpoſituris nō eſſet tranſlatum, & ni-

& nihilominùs quod ſint Beneficia , ſed officia perpetua in titulum collatiua, & ſic præfatæ deciſiones non contradicunt , quinimò hoc videntur admittere, vt patet in illa *Cocein. num.8.* & in altera *Reuerendiſſimi D. mei Decani ſub* §. *Prætereà non repugnat* .

9 Vltimus ſtatus etiam poteſt dici præſctipens per annos 40. quod ſufficere ne primęua erectio attẽdatur dixit *Rota d.dec.118. ſub numer.2. verſ. Quia tunc par. primo dec.50.num.7.par.7. & dec.79.nu.11 par. 8. recent.* Teſtes enim relatis *in dicta Summario Hieronymi num.* 4. & ſignanter primus dictum vltimum ſtatum affirmat de viſu per annos 50. vnde etiamſi vnicus eſſet , accedentibus tamen alijs pariter de viſu deponentibus , ſed ſine temporis ſpecificatione, quam collationibus ab anno 1567. citra pluries factis ab ordinarijs , & à Sede Apoſtolica , etiam ex cauſa petmutationis, ac per denolutionem ad eandem ſedem iuxta ſtatuta Concilij Lateranen. Capitulo , & Ordinario adimeñ , & poſſeſſionem tradeñ etiam pet viam Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione *Aym.conſ.178.numer.7. Cæſar de Graſſ.dec.374. num.22. Rota in Montis Caſſinen. Attentatorum 10. Februarij 1651. coram R. P.*
10 *D. meo Bichio ſub* §.*primo* vel ſaltem turbidum reddit aſſertum ſtatum antetiorem contrarium, quod ſatis eſt , cum probari debeat per plenas , & per-
11 fectas probationes,vt reſponſum fuit *in dicta Neapolitana Cimiliarcatus coram R.P.D.meo Bichio* §.*Nõ*
12 *obſtat* , & in alijs ſupra relatis non attentis præſertim in concurſu prædictorum Teſtibus in contrarium adductis *dicto Summario Capituli numer. 2. & 3.* tanquam nulliter examinatis lite pendente in Rota , & nemine citato *Cap.2. vbi Add. num.9. de Teſtib. l. ſi quando* §. *ſed cum oportet C. eod. Rota dec.343.num.15.par.6 recent.*

13 Nec refert , quod prouiſiones Apoſtolicæ non immutent ſtatum Beneficij;obiectum enim forſan
14 procederet ſi euidenter cõſtaret de antetiori ſtatu contrario, ſecus autem dum de eo liquida proba-
15 batio non teddatur , hoc enim caſu ſtatus Beneficij antiquus , & de præterito præſumitur ſimilis
16 vltimo , & ſemper continuatus ; Ideoque prouiſiones Apoſtolicæ inſeruiunt pro illius declaratio
17 ne , & corroboratione vt optimè reſpondit *Rota in Elnea. Eremitorij 23. Iunij 1631. coram bon.mem. Merlino* , inter eius impreſſas *deciſ.521.nn.4. & 5.* repetita *in recent.deciſ.57. num.7. cum quatuor ſeqq. par.7. & in Valentina Rectoria 22.Iunij 1650.coram R.P.D. meo Bichio* §. *Prout etiam* .

Et ita cum in cæteris iuſtificatio non controuertatur Domini reſoluerunt literas ſubrogationis gratioſæ eſſe exequendas vtraque , &c.

ROMANA DOMORVM.

Lunæ 31. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Conductor lucratur fructus meliotamentorum , quando inter contrahentes fuit conuentum, quod liceret conductori finita locatione bona ſublocare,donec pretium melioramentorum ſibi reſtitueretur , ſeù quando poſt facta melioramenta Penſio non fuit aucta , ſed fuit conuentum , quòd ſolum augeretur reſtitutis impenſis melioramentorum , & an melioramenta bona fide facta ſint cõpenſanda nec ne quando eorum fructus ſpectant cum fructibus ad Conductorem , qui meliorauit, vel ad Dominum .

SVMMARIVM.

1 *Retentionis Ius tranſit ad quoſcumque ſucceſſores , tam vniuerſales , quam particulares .*

2 *Melioramenta facta à Fabromurario , vel ſimili pro certa conuenta mercede non illi , ſed Domino acquiruntur .*

3 *Fabermurarius , vel ſimilis melioranſ rem alienam pro certa conuenta mercede non ſibi melioraſſe dicitur , ſed Domino, cui fructus ſpectant melioramentorum , & ipſe remanet ſimplex Creditor in pecunia ratione mercedis , & pretij cæmentorum .*

4 *Creditor pecunia fructus percipere non valet , niſi probatis requiſitis Caſtrenſis .*

5 *Creditor pecunia probatis requiſitis Caſtrenſis poteſt fructus prætendere loco damnorum , & Intereſſe lucri ceſſantis , & damni emergentis .*

6 *Melioramenta facta à Conductore , cui res ſpecificè locata fuit ad meliorandum , tamquam bona fide facta ad ipſum ſpectant vna cum fructibus donec pretium eorum conuentum ipſi reſtituatur .*

7 *Melioranſ in re aliena fructus ſibi non acquirit , ſed melioramenta cum eis compenſare tenetur .*

8 *Contraria opinio eſt magis æqua , & verior , & nemo eam niſi iniuſtus,aut rigoroſus Iudex negabit.*

9 *Melioramenta , & eorum fructus ſpectant conductori melioranti non domino , quando fuit inter partes conuentum , quod finita locatione liceret Conductori rem ſublocare , donec pretium melioramentorum ipſi reſtitueretur .*

10 *Melioramenta poſtquam fuerunt facta à Conductore , nec partes conuenerunt de augenda penſione , ſatis explicarunt velle, quod fructus melioramentorum ſpectarent ad meliorantem.*

11 *Melioramenta , & eorum fructus cenſentur ſpectari melioranti ex mente contrahentium , quando inter eos fuit additum pactum , quod melioranſ teneretur ſoluere maiorem penſionem , poſtquam pretium melioramentorum ipſi fuerit reſtitutum .*

DECISIO CCCCLXXXIV.

IN deciſione ſuper bono Iure emanata coram me 22. Iunij 1654. dictum fuit potiorem fuiſſe cauſam Locatorum durante locatione , ea tamen expirata mediante actuali diſdicta ijſdem Locatoribus facta 3. Maij 1651. ſicut competeret Michaeli Floretto conductori retentio Domorum , de quibus agitur donec ſibi reſtituerentur ſcuta 3578 & ba.23. quæ ex forma pacti in Inſtrumento locationis conuenti impenderat in meliorando dictas Domus,Ita pari modo eandem retentionem competere Iacobæ Maonæ illius vxori , & Legatariæ ,
1 cum Ius retentionis tranſeat ad quoſcumque ſucceſſores tàm vniuerſales , quàm particulares ex *Giurb.deciſ.63. num.11. & deciſ.17. alijſque auctoritatibus in deciſione allegatis* §. *Quapropter* .

Acquieſcentibus hinc inde partibus huic reſolutioni , ac interim vita functa Iacoba , & ſic expirato Legato per virum ſibi relicto ſua vita durante , ſuborta fuit altera controuerſia ſuper fructibus dictorum melioramentorum , ſuper qua propoſito particulari Dubio Domini reſponderũt fructus melioramentorum deberi .

2 Non verſamur enim in melioramentis factis à FabroMurario, vel ſimili pro certa conuenta mercede , qui non ſibi , ſed Domino fundi melioraſ-
3 ſe dicitur & ſic illi , non autem ſibi dominium melioramentorum acquirit , remanetque ſimplex Creditor in pecunia ratione mercedis , & pretij
4 cæmentorum , cuius intuitu fructus melioramentorum percipere non valet , ſed ad ſummum probatis requiſitis *Caſtr. in l. 3. ff. de eo , quod cert. loc.*
5 petere poteſt intereſſe ratione lucri ceſſantis , vel damni emergentis , vt poſt *Angel. in l. Emptor §. hic tantum ff. de rei vendit. alijs adductis firmauit Ro-*

ta in Romana Domus 24. Ianuarij 1650. coram R. P. D. meo Bichio §. Verum vtriuſque.

6 Sed verſamur in melioramentis factis à Conductore, cui Domus non ſimpliciter ad inhabitandum, ſed ſpecificè ad meliorandum locatæ fuerunt, & ſic ab eo, qui bona fide meliorauit, & qui propterea Dominus eſt eorundem melioramẽtorum, iſto autem caſu duo adſunt DD. opiniones, altera affirmatiua, nempè quod donec illorum conuentum pretium ipſi reſtituatur fructus pro eorum rata facit ſuos iuxtà *gloſſ. in l. fin. verb. per mulierem ff. de fund. dot. Valuſc. de Iur. emphyt. quæſt. 15. num. 26. Neguſ. de pignor. 4. membr. 5. parte num. 21. Garz. de expenſ. & meliorat. cap. 23. nu. 54. cum ſeqq. & ſignanter ſub num. 56. verſ. ex quo primo inter tract. magn. tom. 17. fol. 344. Peregrin. de fideicom. art. 50 num. 67. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 67. numer. 17. Gratian. diſcept. 193. num. 4. & 5. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. quæſt. 112. num. 52. cum ſeqq. Afflict. deciſ. 87. num. 7. Caputaq. deciſ. 93. ſub num. 12. verſ. ſtantibus etiam, & verſ. quatenus vtrò Gamm. deciſ. 230. ſub num. 3. verſ. Ego itaque Vinc. de Franc. deciſ. 191. num. 11. & deciſ. 705. num. primo & per tot ſeſſ. deciſ. Aragon. 71. num. 5. & 6. Hieronym. Leo deciſ. Valent. 98. num. 12. cum ſeqq. & ſignanter num. 18.* vbi alios refert *Rota deciſ. 112. num. primo par. 2. diuerſ. & deciſ. 64. num. 2. par. 4. rec.* cum alijs, quos in terminis de Conductore refert, & ſequitur *Carocc. in tract. locat. & Conduct. tit. de meliorament. quæſt. 2. num. 17. fol. 221.*

7 Altera verò negatiua videlicet, quod meliorans in re aliena fructus ſibi non acquirat, ſed melioramenta cum eis compenſare teneatur, cuius Anteſignanus eſt *Couarr. var. reſol lib. primo cap. 8 ſub num. 4.* quem alijs adductis ſequitur *Barboſ. in l. diuortio 8. §. fin. ſub num. 43. verſ. ſed his non obſtantibus ff. ſolut. matrim.*

8 Verùm præterquod primam opinionem magis æquam, & veriorem eſſe latiſſimè, ex innumeris auctoritatibus comprobat *Antonin. de Amat. reſol. 14 ſub num. 64. tom. primo* qui etiam loquitur de conductore, & ex *Ania Hannoai nuncupat. Antonino Modern. Nigr. de except. cap. 8. §. 50. num. primo, & 5. cum ſeqq.* vbi ante *num. 12.* dicit, quod eam non iuſtam nemo niſi iniuſtus, aut rigoroſus Iudex negabit. In propoſito noſtro ſatis clara colligitur mens contrahentium, quod Florettus Cõductor lucraretur, & faceret fructus ſuos pro rata meliorata.

9 In Inſtrumento enim præfatæ locationis non ſolum conuentum fuit, quod finitis nouem annis niſi ipſi Conductori pretium melioramentorum fuerit reſtitutum, haberet facultatem ſublocandi per aliud triennium, & ſic deinceps donec dictum pretium reſtitueretur. Ideoque cum poſt facta

10 melioramenta Partes non conuenerint de augenda penſione ſatis explicarunt velle, quod augumentum fructuum ex meliorationibus prouenien s ſpectaret ad meliorantem iuxta primam opinionem ſupra relatam, quam etiam ſequuta fuit *Rota coram Put. deciſ. 275. nu. primo in fin. lib. 3. in correct.* idemque in puncto ponderauit *Rota dicta deciſ. 64. ſub dicto num. 2. verſic. maximè quia par. 4. recent.* ſed etiam ſubſequenter additum fuit pactum

11 explicitum, quod poſt reſtitutionem pretij meliramentorum ſi meliorans vellet Domus pro vſu ſuo retinere teneretur ſoluere maiorem penſionem, eam augendo ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet centenario expenſo in meliorationibus, & melioranti reſtituto; Cùm enim hoc augumentum locatores ſtipulati non fuerint ante reſtitutionem expenſi, clara eſt voluntas Partium, quod tunc augumentum vti fructus meliorationis ſpectaret ad meliorantem.

Et ità vtraque &c.

ROMANA, ſeù NEPESINA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

Veneris 4. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Reſtitutio in integrum aduerſus non confectionem Inuentarij in tempore, concurrente etiam iuſta cauſa, & ceſſante dolo, non conceditur niſi conſtet de læſione, quæ nõ venit metienda ab vno, vel altero corpore hæreditario, ſed à tota hæreditate reſtitutis ſimul acceptis. Donatio facta contemplatione certi matrimonij ſponſæ, & filijs naſcituris, dicitur facta filijs, vti filijs, non vti Hæredibus; ſed quid ſi poſt matrimonium contractum Notarius in Inſtrumento donationis ſtipulatus fuerit pro ſponſa abſente, illiuſque Hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.

S V M M A R I V M.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectionem Inuentarij in tempore non denegatur, quoties extat iuſta, & legitima cauſa reſtitutionis.*

2 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectum Inuentarium in tempore conceditur mulieri tamquam ſemper habenti iuſtam cauſam ex qualitate ſexus muliebris.*

3 *Item ex cauſa ætatis ſexagenariæ, & paupertatis.*

4 *Item ex probabili credulitate, quod Inuentarium legitimè confectum fuiſſet.*

5 *Item quoties excluditur dolus, & conſtat de læſione.*

6 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectum Inuẽtarium in tempore ad hoc vt concedatur non ſufficit iuſta, & legitima cauſa, niſi conſtet de læſione.*

7 *Læſio ad hoc vt competat reſtitutio in integrum aduerſus non confectum Inuentarium in tempore nõ eſt metienda ab vno, vel altero corpore hæreditario, ſed à tota hæreditate ſimul reſtitutis acceptis.*

8 *Læſio ex aditione Hæreditatis abſque Beneficio Inuentarij reſultat, quando is, qui adiuit tenetur approbare venditionem bonorum Fideicommiſſi factam à Defuncto ad quod ipſe erat vocatus.*

9 *Hæres qui adiuit ſine Inuentario dicitur læſus, quando ob modicam hæreditatem priuaretur commodo opulenti fideicommiſſi.*

10 *Donatio facta contemplatione certi matrimonij, & filiorum ex eo naſciturorum dicitur facta filijs, vti filijs, non vti Hæredibus.*

11 *Donatio dum conſtat, quod ab initio fuit facta ſponſa filijs, vti filijs non cenſetur facta filijs, vti Hæredibus, licet ex poſt in Inſtrumento donationis Notarius ſtipulatus fuerit pro Hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.*

12 *Donatio dum fuit facta ab initio ſponſa, & filijs, ſtipulatio ex poſt ſubſequuta pro Hæredibus eſt intelligenda de Hæredibus ſanguinis, quibus deficientibus ad alios quoſcumque ſucceſſores donationis Beneficium extenditur.*

13 *Filiorum appellatione veniunt etiam filiæ fœminæ, niſi ad maſculos expreſſè reſtricta ſit diſpoſitio, vel conſtet de contraria diſponentis voluntate.*

14 *Statutum excludens filiam fœminam propter maſculos ceſſat, dum filiæ fœminæ, omnes maſculi præmortui deceſſerunt.*

15 *Vxor inſiſtens ſuper bonis viri, donec ſibi dos reſtituatur non eſt domina bonorum, ſed bona tamquã detenta ab vxore pro ſola eius ſecuritate ſunt in domi-*

Digitized by Google

dominio, & hæreditate eius viri.
16 *Bonorum exiſtentia non probatur ex primo Teſta-
mento, in quo talia bona fuerunt nominata, dum
illud non habuit effectum, & deuentum fuit ad
aliud Teſtamentum, de ipſis bonis nullam faciens
mentionem.*

DECISIO CCCCLXXXV.

DEciſum fuerat coram me 18. Martij 1652. Clau-
diæ de Roſcijs competere reſtitutionem in in-
1 tegrum aduerſus, confectionem Inuentarij bono-
rum hæreditariorum quondam Siluiæ Matris non
facta in tempore, ex quo non deficiebat iuſta, &
2 legitima cauſa deducta ex qualitate ſexus mulie-
bris ætate ſexagenaria, paupertate, & probabili
3 credulitate, quod legitimè confectum fuiſſet, ex-
cludebatur dolus, & conſtabat de læſione,
4 Iſtamque reſolutionem hodie Domini confir-
mandam eſſe cenſuerunt, quia præ cæteris ſubſiſtit
5 fundamentum læſionis, ſine qua reliqua non ſuf-
ficerent ad obtinendam huiuſmodi reſtitutionem
6 *cap. conſtitutus §. quocirca, ibique gloſſ. verb: conſtite-
rit, & cap. ex literis §. licèt de in integr. reſtit. l. ve-
rum, §. ſciendum, & l. in cauſa, ibique gloſſ. princi-
palis verſ. reſpondeo ff. de minor. Cyn. in auth. ad hæc
num. 3. ibique Alberic. num. 2. & 3. C. ſi minor. ſe ab
hæred. abſtinuer. cum innumeris allegatis per Gratian.
diſcept. 767. num. 44. Larr. deciſ. Granaten. 70. num. 12.
cum ſeqq.* & in puncto alijs relatis reſpondit *Rota
in Romana Cenſus 26. Iunij 1653. coram R. P. D. meo
Bichio § 2. quod non conſtat cum ſeq.* vbi quod læſio
7 non eſt metienda ab vno, vel altero corpore, ſed
à tota hæreditate ſimul reſtitutis acceptis.
8 Educebatur enim læſio, ex quo ſine beneficio in-
uentarij teneretur Claudia approbare venditio-
nem Prædij nuncupati Ripoli factam à Siluia Ma
tre, quam alias ratam habere cogi non poſſet, eo
quod dictum Prædium iure proprio ad ipſam ſpe-
ctat vigore Donationis ab Auo materno dictæ
Siluiæ pro ea eiuſque filijs naſcituris (qualis erat
Claudia) factæ, & ſic ob modicam hæreditatem
9 priuaretur commodo opulentæ donationis; Ad
quam proinde firmandam, diſcutiendum videba-
tur, an dicta donatio debeatur filijs Siluiæ vti eius
hæredibus, vel potius vti filijs, & illam deberi
filijs, vti filijs, non vti hæredibus, Domini ve-
rius putarunt, cum facta fuerit contemplatione
10 certi matrimonij, & filiorum ex eo naſciturorum
*Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. prima num. 30.
& 31. & gloſſ. 9. num. 3. & 4. Gratian. diſcept. 924.
num. 33. & diſcept: 984. num. 22. & ſeq. Franch. de-
ciſ: 205. per tot. Rota in Romana Donationis de Caſtel-
lanis 10. Maij 1632. coram bon. mem. Coccino in rec.
deciſ. 127 num. 3. 4. & 5. par. 6. in Romana Domorum
de Sciandelerijs 4. Aprilis 1636. coram Card. Panzi-
rolo pariter in recent. deciſ. 114. num. 2. par. 7. in Flo-
rentina Donationis, ſeù Separationis Bonorum 2. De-
cembris 1650. coram R. P. D. meo Pentingerio §. nec
obſtat, & in Romana Reſtitutionis Dotis 30. Maij
1653. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. & in hanc re-
ſolutionem.*
11 Non obſtat, quod in Inſtrumento donationis
poſt contractum matrimonium celebrato Nota-
rius ſtipulatus fuerit pro Siluia ſponſa abſente, il-
liuſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque;
Quia cum acquiſitum fuerit ius irreuocabile filijs
vti filijs ex illius prohemio, eiuſque diſpoſitiua,
& conſtitutione Procuratoris ad inſinuandum
loquentibus de ſola ſponſa, & filijs, atque ex ip-
ſamet ſtipulatione facta etiā pro filijs naſcituris,
& fortius ex dicta præcedēti Apocha matrimonia-
li nullam mentionem faciente de hæredibus, &
ſucceſſoribus, & ad quam Donator ſemper in In-
ſtrumento relationem habuit, non potuit vtique
per dictam ſtipulationem ſubſequenter factam
etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcun-
que eis præiudicium inferri *Angel. conſ. 209. ſub nu-
mer. primo verſ. hoc præmiſſo*, quem ſequitur *Aret.
in l. prima num. 15. & Rip. num. 38. ff. ſolut. matrimon.
Menoch. conſ. 370. num. 4. & præſumpt. 15. numer. 20.
& 21. lib. 3. cum alijs per Rot. deciſ. 250. num. 26. par. 6
12 rec.* vel ſaltem huiuſmodi ſtipulatio intelligenda
eſt de hæredibus, & ſucceſſoribus ſanguinis, qui-
bus deficientibus, ad alios quoſcunque donatio-
nis beneficium extenditur, vt in his terminis *Mo-
dern. Neapol. controu. Iur. lib. primo controuerſ. 57. nu-
mer. 23. cum ſeqq.* cum alijs allegatis *in dicta Flo-
rentina Donationis, ſeù Separationis Bonorum coram
R. P. D. Pentingerio §. neque ab hoc.*
Nec ſubſiſtit, quod Claudia vti fœmina non
13 comprehendatur in dicta Donatione, quia etiam
filiæ fœminæ veniunt appellatione filiorum niſi
ad maſculos expreſsè reſtricta ſit diſpoſitio, vel
de contraria appareat diſponentis voluntate *l. ſi
ita ſcriptum in princ ff. de legat. 2. l. qui duos, & l. ſemis
ff. de legat. 3. cum cæteris allegatis in puncto donationis
per Card. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 11. Rota
in recent. deciſ. 316. num. 2. par. prima & coram Mer-
lin. deciſ* 864. *num.* 14. allegata autem excluſio ſta-
14 tutaria ceſſauit ob prędeceſſum omnium filiorum
maſculorum ante mortem Siluiæ *Corn. conſ. 74. nu-
mer. 14. lib primo Cephal. conſ. 95. num. 16. Rota de-
ciſ. 177. num. 3. par. 8. rec. & in Romana Supplementi
Legitimæ 26. Ianuarij 1646. coram me §. Nec dici po-
teſt cum ſeq.*
Corruit denique quod Claudia plura bona,
tàm mobilia, quàm ſtabilia ad Siluiam ſpectan-
tia alienauerit, quia non erant propria Siluiæ,
ſed Honorij eius viri, atque ab ipſa, & ſucceſſi-
uè à Claudia eius filia poſſeſſa fuerunt pro ſecuri-
tate dotis illius, qui titulus non efficiebat, vt bo-
15 na eſſent propria Siluiæ Vxoris, & à Dominio
hæreditatis Honorij Viri exiuerit, cum præſtat
dumtaxat quandam inſiſtentiam pro maiori ſecu-
ritate mulieris donec dos reſtituatur, vt latè pro-
bat *Ginrb. deciſ. 16. num.* 5. & comprobauit *Rota in
Bonon. Fideicommiſſi de Glauarinis 18. Maij 1643.
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Pro funda-
mento*, debet quidem Claudia, ea, quæ aliena-
uit, imputare in creditum dotale matris, non au-
tem de eis reddere rationem hæreditatis Siluiæ,
ſed Honorij, de qua hodie non agitur.
Gratiſque dicitur Siluiam vltra Dotem multa
Bona habuiſſe, quia hoc non reſultat ex poſſeſſio-
ne dd. bonorum, quæ ad Honorium ſpectabant,
nec ex eo, quod in primo Teſtamento inſtituerit
ſibi hæredem Claudiam filiam in omnibus bonis
ad ſe ſpectantibus, tàm occaſione ſuæ dotis, quàm
vltra Dotem vigore hæreditatis Flaminij Carala-
ni ſui Patris, quia nullibi conſtat, quod ex hæ-
reditate Flaminij bona aliqua habuerit. Cumque
16 dictum Teſtamentum non habuerit effectum, &
Claudia inſtituta fuerit hæres in alio de hæredita-
te Flaminij mentionem non faciente, nulla ex pri-
mo Teſtamento reſultat probatio exiſtentiæ alio-
rum bonorum hæreditatis Flaminij. *Surd. conſ. 169
num. 4 & per tot. Mareſcott. var, reſolut. lib. primo
cap. 48. nu. 6. verſ. ſed opportunè Gratian. diſcept 166.
num. 53. cum ſeqq. Rot. coram Card. Seraph. deciſ. 487.
num. primo & 2.* maximè cum ex Teſtibus relatis
in *Summario Claudiæ num. primo* clatè appareat Sil-

Digitized by Google

niam, mortuo viro remanſiſſe in magna egeſtate, & ſtatu miſerabili.

Et ità vnica tantùm &c.

PLACENTINA BONORVM.

Veneris 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis data releuantia vnius Articuli ſuper omnibus conceditur; Requiritur tamen fumus veritatis; Maximè quando materia eſt obiectiua licet ſit de Iure dantis, & an probatio ignobilitatis contra aliquem poſſit dici materia obiectiua.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria fruſtra petitur ad probandum id, quod ex aduerſo non controuertitur.*

2 *Materia non dicitur obiectiua, quando eſt de Iure dantis, & excluſiua collitigantis.*

3 *Ignobilitas non eſt crimen, ſed infortunium.*

4 *Remiſſoria vt concedatur ſuper articulo obiectiuo, quando eſt de Iure dantis, requiritur fumus veritatis.*

5 *Fides extraiudicialis inſeruit pro fumo veritatis ad effectum obtinendi Remiſſoriam.*

6 *Declara hoc non procedere, ſi incontrarium adſit ſimilis atteſtatio.*

7 *Remiſſoria in prophanis, vt concedatur ſuper omnibus articulis etiam vnius releuantia eſt ſufficiens*

8 *Teſtes de auditu licet non probent, inſeruiunt tamen pro adminiculandis ſcripturis.*

9 *Remiſſoria paſſim conceditur ad corroborationem contentorum in ſcripturis.*

10 *Fideicommiſſum antiquius licitè excipiendo poteſt opponi ad repellendos agentes ex alio poſteriori, quamuis lis non pendeat ſuper antiquo fideicommiſſo.*

11 *Fideicommiſſi exiſtentia, & purificatio donec diſcutitur, non eſt irreleuans, nec incongruum probare bonorum identitatem.*

12 *Remiſſoria in iudicio poſſeſſorio Immiſſionis eſt concedenda ſine retardatione immiſſionis.*

13 *Immiſſio impediri non poteſt per exceptiones, requirentes altiorem indaginem, qualis exiſtimatur futura probatio facienda per Teſtes.*

DECISIO CCCCLXXXVI.

EX quinque articulis pro impetranda remiſſoria coram me productis à Gaſpare, & alijs de Ferratijs in gradu appellationis per eos interpoſitæ à ſententia rotali lata per R.P.D. meum Zarate ſuper Immiſſione Nicolai Hieronymi in poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur; Primus, & tertius continentes tùm nobilitatem familiæ Nicolai, & fratrum de Ferrarijs, Tùm etiam nobilitatem Aloyſij de Arcellis Patris Eleonoræ Matris dictorum Gaſparis & conſortum à ſcribentibus pro dicto Nicolao Hieronymo non controuertebantur, & ſic dicebatur fruſtra ſuper eis peti
1 remiſſoriam, vt reſpondit *Rota in recent. deciſ. 606. num. 11. par. 5. & in Senogallien. Pradij 4. Maij 1646 coram me §. Attienlatur enim.*

Secundus verò in quo ponitur familiam Petri Mœntini Patris dicti Nicolai Hieronymi non ſolum non eſſe æque nobilem cum dicta familia de Ferrarijs, ſed nec minus eſſe nobilem, impugnabatur tanquam obiectiuus; Et licet id non dedu-
2 catur per modum obiectionis, ſed pro iuſtificatione defectus qualitatis requiſitæ per Teſtatorem ad effectum excludendi collitigantem, à conſequutione illius bonorum, & ad obtinendam illorum adiudicationem pro ipſis articulantibus, Ideo-
3 que ſit de iure dantis, præſertim cum qualitas ignobilitatis, vel non paris nobilitatis non videatur crimen, ſed infortunium; Nihilominus vt
4 ſuper eo concedatur remiſſoria, requiritur fumus veritatis, vt dixit *Rota coram Card. Cauaì. dec. 271. num. 2. in Vercellen. Propoſitura 11. Decembris 1647 coram R.P.D. meo Bichio §. fin. in Bonon. Fideicommiſſi 4. Iulij 1646. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. §. Et quamuis, & in Meleuitana Commenda de Vaours 14. Februarij 1650. coram me §. quia cum non deducat.*

5 Et quamuis replicetur pro fumo inſeruire atteſtationes extraiudiciales relatas in ipſorum *Sum. num. 4.* iuxta *deciſ. Caſſad. 3. num. 2. de dilat.* quam in his terminis comprobauit *Rota coram ſan. mem. Gregor. deciſ. 562 num. 4.* & in alijs allegatis *in Cremonen. Parochialis 15. Iunij 1646. §. Et licèt, & in dicta Meleuitana Commenda de Vaours §. fumus ve-*
6 *rò coram me*: Attamen quia incontrarium adeſt non ſolum ſimilis atteſtatio extraiudicialis, ſed etiam fides Cancellarij Placentiæ, atteſtans nobilitatem familiæ Mœntinæ *Summario Nicolai Hieronymi num. 2. & 3.* Ex eis vtique dictus fumus videtur elidi, vt denegando remiſſoriam ponderauit *Rota in Ferrarien. Decimarum 27. Aprilis 1622. coram Vbaldo in recent. deciſ. 381. ſub numer. 27. verſ. qua atteſtatio par. 6.*

Releuantes tamen cenſuerunt Domini ſubſequentes articulos quartum, & quintum ſuper pertinentia bonorum, de quibus agitur ad Manfredum, & Antoninum Sen: de Ferrarijs, ideoque reſponderunt ſuper omnibus dandam eſſe remiſſoriam, cum in prophanis etiam vnius articuli
7 releuantia ſufficiat, *Rota dec. 667. num. primo par. prima & dec. 661. num. 4. par. 2. recent. coram ſa. mem. Greg. dec. 124. nu. 3. in Neapolitano Pecuniaria 3. Iulij 1643. in principio, & in Auenionen. Pecuniaria 25 Iunij 1649. §. nec refert coram Reuerendiſſimo Domino Tarraconen.*

Non obſtat, quod Teſtes deſuper examinandi non poſſint deponere niſi de auditu; Quia nihilo-
8 minùs inſeruire poterunt pro adminiculandis ſcripturis in idem productis, *Rota deciſ. 237. nu. 3. par. prima rec. coram Card. Montir. deciſ. 39. num. 8. & in Leodien. Pecuniaria 29. Aprilis 1654. coram R. P. D. meo Bichio §. Cæterum* cum alijs per *Add. ad Buratt. deciſ. 492. num. 7.* Paſſim enim datur remiſ-
9 ſoria ad corroborationem contentorum in ſcripturis *Rota deciſ. 461. num. 2. par. prima diuerſ. in Bituntino Damnorum & intereſſe 16. Aprilis 1633. coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 579. num. 4. repetit in rec. deciſ. 196. numer. 6. par. 6.* vbi quod per hanc rationem, Rota illam non denegauit coram *Caſ. de Graſſ. deciſ. prima in fine de dilat.* & diſtinguendo admiſit in *Cæſaraugustana Diſtributionum 13. Martij 1643. coram me §. Nec obſtat quod Rota.*

10 Nec obſtat, quod lis non pendeat ſuper antiquis fideicommiſſis per dictos Manfredum, & Antoninum Sen: vt prætenditur conſtitutis, quia licitum eſt excipiendo opponere de fideicommiſſo antiquiori, & ſic repellere agentes ex alio poſteriori, vt firmatum fuit pluribus adductis auctoritatibus in *Romana Fideicommiſſi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. & 23. Maij 1653. coram me.* Donec
11 enim illius exiſtentia, & purificatio diſcutitur non eſt irreleuans, nec incongruum probare bonorum identitatem.

12 Verùm quià ſumus in Iudicio poſſeſſorio Immiſſionis reſolutum fuit dandam eſſe remiſſoriam

ſine

Digitized by Google

ſine retardatione, quià Immiſſio impediti non
13 debet per exceptiones requirentes altiorem indaginem qualis exiſtimatur futura probatio facienda per Teſtes *Pacific. de Saluian. Interd. inſpect. 3. cap.......num.95. cum ſeqq. Rota in recent. deciſ. 242. num. 10. par. 7. coram bon. mem. Merlino deciſ. 651. numer. 4 in Banon. Fideicommiſſi de Morinis 22. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Meltio §. primo in fine, & in Bonon. Fideicommiſſi 3. Martij 1653. caram me §. primo*.

Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 7. Iunij 1655

ARGVMENTVM.

Fructus in ſpolio non violento, nec attentato debent reſtitui a die occupatæ poſſeſſionis, & non à die moræ litis, quando fuit actum in petitorio, & via ordinaria, ſecus autem ſi fuit actum in ſummariſſimo manutentionis; ſpoliator vero in Iudicio ſpolij, non violenti, nec attentati, tenetur ſolum ad fructus perceptos, non autem ad eos, qui percipi potuerunt, & ad quam rationem fructus veniant taxandi, & liquidandi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur quotieſcumque pars in ſententia fuit ad illorum reſtitutionem condemnata.*

2 *Sententia qua tranſiuit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem habetur pra veritate, & eſt exequenda.*

3 *Fructuum reſtitutio in ſimplici interdicto ſummariſſimi poſſeſſorij non venit niſi a die petita manutentianis.*

4 *Fructus omnes percepti vſque à die occupationis debentur in Iudicio ordinario, & petitorio, in quo titulus reducitur ad non titulum.*

5 *Fructus etiam percepti ante motam litem à die occupationis peti poſſunt in Iudicia ordinario, & petitorio ſaltem, vt damna, & intereſſe.*

6 *Fructus non veniunt in ſpolia, niſi à die mota litis, dummodo ſpolium non ſit violentum, vel attentatum.*

7 *Declara hoc tantum procedere, quando pro reuocatione ſpolij actum fuit interdicto poſſeſſorio reintegrandæ, vel retinendæ.*

8 *Secus autem quando fuit actum Iudicio ordinario, & petitaria, tunc enim veniunt etiam fructus percepti ante motam litem.*

9 *Appellatia inducit litis continuatianem.*

10 *Amplia etiam ſi per negligentiam appellantis eſſet deſerta, dum iuſtis de cauſis fuit conceſſa reſtitutio in integrum.*

11 *Reſtitutio in integrum conceſſa aduerſus rem iudicatam, ob non proſequutam appellatianem, operatur, vt reuiuiſcat prima lis, quam appellatia interpoſita continuauerat.*

12 *Reſtitutio in integrum aduerſus rem Iudicatam operatur, vt res in illius executionem capta veniat parti reſtituenda, cum omnibus fructibus perceptis.*

13 *Fructus bonorum ſtabilium taxantur à lege ad rationem quinque pro centenario.*

14 *Teſtes deponentes de recollectione fructuum in certa quantitate dicuntur deponere deductis expenſis neceſſarijs pro illorum recollectione.*

15 *Spoliator in Iudicia ſpolij non violenti, aut attentati tenetur tantum ad fructus perceptos, non autem ad eos, qui percipi potuerunt.*

16 *Dictio* In circa, *quid modicum vltra expreſſa comprehendit.*

DECISIO CCCCLXXXVII.

EXpedita à me cauſa ad fauorem illorum de Battaglinis non ſolum ſuper manutentione, ſed etiam in petitorio præuia ſententia diffinitiua ſuper abſolutione à moleſtijs ſibi illatis per Georginos, & Conſortes ex prætenſo fideicommiſſo Caroli Mercati cum illorum condemnatione ad fructus *Summ. eorundem de Battagliuis num. 1. & 2.* hodie dubitatum fuit an debeantur fructus, à quo tempore, & ad quam ſummam, & DD. reſponderunt fructus deberi iuxtà modum infra exprimendum.

Quod debeantur in dubium reuocari non po-
1 teſt, quia vt dictum eſt in ſententia Georgini, &
Conſortes ad illorum reſtitutionem explicitè cōdemnati fuerunt, vt pluribus adductis auctoritatibus reſponſum fuit *in Mediolanen. Banorum 19. Ianuarij 1650. caram bo. me. Arguelles in principia*; quę
2 cum tranſiuerit in indicatum ob non interpoſitam appellationem habetur pro veritate, & eſt exequenda *l. res iudicata ff. de reg. Iur. Surd. conſ. 61. num. 2. Rota deciſ. 147. num. 6 part. 5. & coram Buratt. deciſ. 26. num. 8.*

A quo tempore, dixerunt Domini à die adeptæ poſſeſſionis per eoſdem Georginos, & Conſortes vigore ſententiæ ad eorum fauorem latæ per Reuerendiſſimum D. meum Decanum. Quia licet in ſimplici interdicto ſummariſſimi poſſeſ-
3 ſorij non veniant fructus niſi à die petitæ manutentionis *ad l. 3. ff. de interd. Faber. in §. retinendæ num. 14. verſ. Item & fructus inſtit. eod. tit. Rota deciſ. 317. num. 1. part. 1. & deciſ. 606. num. 1. part. 2. recent. apud Poſth. de manut. deciſ. 317. numer. 4. coram Duran. deciſ. 222. num. 3. & in Bonon. Bonorum 26. February 1649. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono §. fieri autem*; In Iudicio tamen
4 ordinario, & petitorio, in quo (prout hic) lata
fuit ſententia abſolutoria ad fauorem illorum de Battaglinis, quæ titulum reducit ad non titulum reſtituendi ſunt omnes fructus percepti à die occupationis, vt poſt *Roman. conſ. 454. num. 26 &* 27. conſuluit *Rimin. Iun. conſ. 333. num. 21. Natt. conſ. 533. num. 12. Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 15. num. 150. Card. Seraph. deciſ. 8, 5. ſub num. 2. verſ. In*
5 *Iudicio verò*, vbi quod ſaltem peti poſſunt vt damna, & intereſſe, *Rota in rec. deciſ. 317. num. 2. & deciſ. 693. num. 1. in fine verſ. & eſt regulare part. 1. in Meleuitana fructuum 8. February 1649. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. nec illos, & plenius in d. Mediolanen. Bonorum §. præterquam quod cum ſeqq. coram bo. me. Arguelles*.

Nec refert, quod in ſpolio iuxtà opinionem,
6 quam ſeruat Rota niſi violentum ſit, vel attentatum, non veniant fructus niſi à die motæ litis, vt alijs relatis reſponſum fuit *in Romana Domorum 25. Iunij 1646. coram R. P. D. meo Bichia §. primo cum ſeqq. in Ramana Domorum in Burgo 12. Nouembris 1649. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono §. in liquidandis enim iuncto §. ſeq. & in Meleuitana Territorij 3. Iunij 1650. coram me in fine*.

Quia pręter quod hoc procedit quando pro re-
7 uocatione ſpolij actum fuit interdicto poſſeſſorio
reintegrandæ, vel retinendæ, in quibus terminis loquuntur deciſiones prædictæ, non autem quan-
8 do, prout hic, actum fuit Iudicio ordinario, &
petitorio, vt diſtinguendo firmatur *in d. Mediolanen. Bonarum coram bo. me. Arguelles §. non obſtat etiam*; Nos verſamur extra hanc difficultatem, quia tempore, quo Georgini poſſeſſionem occuparunt, lis pendebat tanquam antecedenter intro-

ducta

Digitized by Google

ducta coram Prætore Arimini, & ad Reuerendiſ-
mum D. meum Decanum deuolnta, atque ſubin-
de per viam appellationis, & reſtitutionis in inte-
grum reſtaurata coram bo. me. Buccabella, & de-
inde coram me; Appellatio enim litis continua-
9 tionem inducit, vt alijs relatis reſponſum fuit *in
Barchinonen. Iuriſdictionis 8. Aprilis 1647. coram
R. P. D. meo Bichio §. minus abſtat in fine, in Colonien.
Vicariæ 24. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Meltio
§. neque ſubſiſtere*, & prius *in Eugubina Prædij 14.
Iunij 1649. coram me §. Quia cum emanauerit*; Etiamſi
10 per negligentiam appellantis eſſet deſerta, quia
ſufficit, quod iuſtis de cauſis conceſſa fuerit reſti-
11 tutio in integrum, per quam reuiuiſcit prima-
lis *Capic. latr. deciſ. 68. ſub num. 28. Card. Seraph.
deciſ. 945. num. 3.* Rota *deciſ. 135. num. 6. part. 8.
12 rec.* & efficit vt res cum omnibus fructibus perce-
ptis reſtituatur, *l. nec non 28. §. fin. ff. quib. ex cauſ.
minor. reſtit. Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 1. numer.
287. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 45. num. 13. &
in terminis Card. Seraph. deciſ. 1245. num. 2. & ſeqq.
& Rota in d. Romana Domorum coram R. P. D. meo
Bichio, §. ſanè contra.*

Quo verò ad quantitatem dicebant informan-
13 tes eſſe liquidandam iuxtà taxam legalem ad ra-
tionem quinque pro centenario ſecundum *gloſſ. in
Auth. perpetua verb. iuxta C. de Sacroſanct. Eccleſ.*
quam millies comprobauit *Rota*, & ſignanter *in
recent. deciſ. 656. num. 2. part. 3. & alibi* paſſim
facilius in propoſito, quo Teſtes relati *in d. Sum.
num. 3.* fructus ad hanc rationem ex bonis con-
14 trouerſis percipi deponunt, qui cum loquantur de
fructibus in certa quantitate, nempè de annuis
ſcutis decem, dicuntur deponere deductis expen-
ſis neceſſarijs pro illorum recollectione, *ſan. mem.
Gregor. deciſ. 273. numer. 3.* quam ita declarauit.
*Rota in recent. deciſ. 444. num. 5. par. 2. in Placenti-
na Beneficij 27. Maij 1647. coram Reuerendiſſimo Ter-
racinen. ſub. §. non obſtat, quod non deponant, & in
Gerunden. Prioratus 29. Nouembris eiuſdem anni co-
ram* R. *P. D. meo Bichio §. vltimo in fine.*

Verum quia *in Summ. ſub num. 4.* exhibita fuit
quædam locatio à Georginis facta ad rationem
ſcutorum octo bononenorum 84. pro quolibet ſcu-
to, ad iſtam proinde quantitatem pro tempore,
quo durauit præfata locatio ſunt condemnandi,
quia Rota ſequitur opinionem. *Zabarell. in cap.
gratum de reſtit. ſpoliat.* quod ſcilicet etiam in Iudi-
15 cio ſpolij non violenti, aut attentati ſpoliator te-
neatur tantùm ad fructus perceptos, non autem
ad eos, qui percipi potuerunt, vt dictum fuit in
allegata *Romana Domorum in Burgo coram Eminen-
tiſſimo D. Card. Otthobono §. inſuper ex quo*: Nil re-
fragante, quod locatio loquatur de tribus torna-
turis in circa, ſententia verò condemnet ad qua-
16 tuor, quia dictio illa *in circa* benè comprehendit
quartam tornaturam tanquam quid modicum
*iuxtà theor. gloſſ. in cap. 1. §. penultimo verb. circa il-
lud de offic. ordin. in 6.* cum concordantibus addu-
ctis *in Romana Penſionis 19. Ianuarij 1646. coram
me §. penultima*. Maximè quia non conſtat, quod
quarta tornatura eſſet ſeparabilis, vel ſeparata
ab alijs locaris.

Et ità reſolutum fuit fructus deberi à die captæ
poſſeſſionis per Georginos ad rationem ſcutor.
decem annuorum ante, & poſt locationem, &
ſcutorum octo bononenorum 84. pro tempore
locationis, vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA CANONICATVS.

Mercurij 9 Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, quando dicantur conformes, Capitulum quando fuit interdictum, & licet Canonici aliqui ſint innocentes, & non afficiantur interdicto, tamen ipſi non repreſentant Capitulum, & non poſſunt facere actus Capitulares, ne detur illud abſurdum, vt in eadem Eccleſia dentur duo Capitula vnum bonum, & alterum malum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium aliquod obtinens à Papa, ſi non narrauit, eius collationem ſpectare ad aliquod Capitulum, & ad Epiſcopum dicitur gratia ſubreptitiè obtenta.*

2 *Gratia, quando mere gratioſa non poſſit dici.*

3 *Sententiæ plures dicuntur conformes, dum vna confirmat aliam.*

4 *Sententiæ dicuntur conformes, quando in effectu, & in ſubſtantia concordant.*

5 *Sententiæ, quando ſunt conformes ſunt exequendæ.*

6 *Sententia iniuſta benè probatur ex deciſionibus in cauſa emanatis.*

7 *Collatio beneficij, quod competat alicui de Iure communi, & de iure ſpeciali paria non ſunt.*

8 *Epiſcopus, quando venit appellatione Canonicorum conſideratur, tanquam vnus de Capitulo, & non vti Prælatus, & num. 9.*

10 *Subreptio non cauſatur ex taciturnitate earum, quæ non retraxiſſent Principem à conceſſione gratiæ.*

11 *Capitulum, quando fuit interdictum, licet aliqui capitulares non ſint interdicti non tamen poſſunt facere actus Capitulares.*

12 *Corpus, quando ſuſpenditur non poſſunt eius membra eius operationes exercere.*

13 *Capituli ſuſpenſio licet non afficiat innocentes tam reſpectu culpæ, quam reſpectu actus ſpectantis ad ſingulos, qualiterque id ſit verum.*

14 *Capituli ſuſpenſio, afficit etiam Canonicos innocentes, quoad actiones nomine, & iure totius Capituli delinquentis facienda, cuius ipſi ſunt membra.*

15 *Quod quidem non eſt puniri propter peccatum alienum, ſed eſt aliquo modo participare de pœna totius.*

16 *Capitulum licet conſeruetur, & ſit repreſentabile etiam per vnum Canonicum.*

17 *Attamen, quando Capitulum eſt interdictum, & adſint Canonici innocentes, vtique tunc per eos non repreſentatur Capitulum.*

18 *Capitula duo non dantur in eadem Eccleſia, vnum ſuſpenſum, atque interdictum.*

Alterum verò, neque ſuſpenſum, neque interdictum.

Capita duo, monſtruoſum eſſet dare in eodem corpore, ſic duo Capitula in eadem Eccleſia nu. 18.

19 *Interdictum Eccleſiaſticum non poteſt dici generale dum aliquos excipit.*

20 *Interdictum aliud eſt locale immediate locum afficiens, prohibendo, ne in eo fiant ſacra functiones.*

21 *Et aliud perſonale, quod immediate afficit perſonas prohibendo illis participationem ſacrarum functionum.*

22 *Interdictum ſubdiuiditur in generale, & ſpeciale.*

23 *Interdictum illud dicitur generale, quod fertur in aliqua collectione hominum vti corpus poſitum, & morale nempe in populum alicuius Ciuitatis.*

24 *Vniuerſitas licet ſit interdicta, quia tamen multi
ſint*

Digitized by Google

ſint innocentes, ſequitur quod non omnes ſint interdicti.

25 *Interdictum, quando eſt generale, an officiat tantum eos, qui dederunt cauſam interdicto.*

26 *Interdictum generale ad effectum vt fulminetur non exigitur, vt in omnibus de vniuerſitate ſit culpa ad effectum vt omnes efficiat.*

27 *Interdicto generali, vt ſit locus ſufficit, vt adſit culpa in capite, vel in maiori parte eorum de vniuerſitate.*

28 *Ab edicto generali excepti, poſſunt exercere quæ poſſunt facere vti ſinguli non vti vniuerſi.*

29 *Interdictum, quando eſt Capitulum licet Canonici Innocentes quoad ſe participent de pœna inflicto eidem Capitulo, tamen habet, vt hic & num. 30.*

31 *Sub interdicto generali quod adſint perſonæ vniuerſitatis etiam innocentes, ſicuti reliqui culpabiles eſt compatibile.*

32 *Beneficiorum collatio non impeditur per ſuſpenſionem à diuinis.*

33 *Veritatis narratio non inducit ſubreptionem.*

34 *Contumaces digni ſunt odio.*

Papa odio cenſetur motus, dum voluit in conferendo beneficium preuenire Capitulum contumacem, & interdictum num 35.

36 *Subreptio, ex quo non inducatur, & numer. 37. & 38.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

ADuerſus tres ſententias rotales, quæ reuocando primam vniformiter concedunt exequutionem literis Apoſtolicis Gregorij de Alayeto, cauſa appellationis mihi commiſſa cum clauſula conſtito de tribus informantes pro Didaco Hie-
1 ronymo Sala non ſolum reperebant ſubreptionem
ex duplici capite toties deductam, nempe ob omiſſam narratiuam, quod Ius conferendi nedum ad Capitulum ſpectat, ſed etiam ad D. Archiepiſcopum Ceſarauguſtanum, & ex quo Papæ narratum non fuerat in ſententia cenſurarum ſex Canonicos, & totidem Dignitates nominatim fuiſſe exceptuatas, penes quos propterea Ius Capituli conſeruari poterat, ſed aliam nouam ſubreptionis ſpeciem deduxerunt, ex eo ſcilicet quod Summo Pontifici tripliciter expoſitum fuit prouiſionem Canonicatuum vacantium in menſibus Martij, & Septembris ad Capitulum, & Canonicos ex indulto, ſeù Priuilegio Apoſtolico per-
2 tinere tacito, quod indultum non proceſſerat ex
mera gratia Papæ concedentis, ſed titulo oneroſo, & cum pactis initis in limine ſecularizationis cum Maieſtate Catholica, cui inſuper in Bulla eiuſdem ſecularizationis Iuſpatronatus pro certis menſibus reſeruatum fuerat.

Verum prefatis non obſtantibus reſolutum fuit
3 conſtare de tribus, quia cum ſententiæ rotales ad
4 inuicem tripliciter ſe confirment, & in ſubſtantia
concordent, dubitari nequit de ipſarum conformitate, vt dixit *Rota deciſ. 647. numer. 1. part. 1. deciſ. 491. eodem num. par. 5. & deciſ. 292. in princ. par 6. rec. coram Duran. deciſ. 365. numer. 3. in Romana domus 11. Aprilis 1644. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. & in Romana fideicommiſſi, ſeu Sol-*
5 *uioni 1. Iulij 1652. coram me.* Ac propterea ſunt
exequendæ *iuxta Text. in Clem. vt calumnijs de ſent. & re ind. in cap. ius nobis 65. de appell. & in l. 1. C. ne liceat in vna eademque cauſ. 3. appellar.*

Iuſtitia ſatis liquet (nam validitas non reuocatur in dubium) ex tribus deciſionibus in hac
6 cauſa editis 16. Iunij. 1653. coram R. P. D. meo
Albergato 4. Februarij 1654. coram R.P.D. meo Bichio, & 16. Iunij eiuſdem anni coram R. P. D. meo Beuilaqua; Nec obſtat prima ſubreptionis exceptio, quia Ius conferendi Canonicatus va-
7 cantes in menſibus Martij, & Septembris non
competit D. Archiepiſcopo Ceſarauguſtano ex Iuris diſpoſitione, ſed ex ſpeciali priuilegio dictæ Bullæ ſecularizationis, quæ illud tribuit Capitulo, cum Archiepiſcopo non ſimultaneè, & diſtributiuè ſed tanquam vni corpori per Capitulum,
8 & Archiepiſcopum repræſentato cum declaratio-
ne, quod Archiepiſcopus vnam tantum vocem, prout quilibet Canonicorum habeat, & ſub expreſſa conditione quatenus in actu collationis ipſe interueniat in Capitulo, atque ideò ſatis fuit exponere Papæ, quod collatio Canonicatuum in dictis menſibus vacantium ſpectaret ad Capitulum; nam ipſius appellatione venit etiam Archie-
9 piſcopus quando tanquam vnus de Capitulo par-
ticipat de collatione, quià tunc non conſideratur vti Prælatus, ſed tanquam vnus de corpore Capituli, vt relatis deciſionibus, & auctoritatibus luculenter reſponſum fuit in omnibus deciſionibus huius cauſæ.

Ceſſat pariter altera, quia cum dictum ius conferendi ſpectet ad Capitulum, illudque ſit interdictum, & ſuſpenſum non fuit opus Papæ narrare aliquos ex Canonicis, dignitatibus ab huiuſ-
10 modi interdicto, & ſuſpenſione fuiſſe in ſenten-
tia exceptuatos, quia talis expreſſio illum non retraxiſſet à prouidendo, nam ſi qui ex Capitularibus non excommunicati, & habiles remanſe-
11 runt exercere non poſſunt actus Capitulares, &
iuriſdictionales, quia dum totum corpus ſuſpen-
12 ditur, non poſſunt illius membra eius operatio-
13 nes exercere, licet enim ſuſpenſio Capituli non
afficiat Innocentes reſpectu culpæ, & reſpectu
14 actus ſpectantis ad ſingulos vti particulares, eos
tamen afficit quoad actiones nomine, & Iure totius Capituli delinquentis, & cuius ipſi ſunt
15 membra, quod propriè non eſt puniri propter
peccatum alienum, ſed eſt aliquo modo participare de pœna totius quod peccauit, quod non eſſe inconueniens tradunt optimè *Suarez de Cenſur. lib. 5. diſput. 28. ſect. 4. num. 2. verſ. reſpondent & diſput. 36. ſect. 2. num. 10. Caſtropal. oper. moral. part. 6. tit. de Cenſur. diſput. 4. punct. 3. numer. 3. Modern. P. Dian. reſol. moral. part. 5. tract. 10. reſol. 22. verſ. ſed contrariam* Rota *in Ceſarauguſtana diſtributionum 29. Maij 1652. coram R. P. D. meo Veroſpio §. 1. & §. ſiquidem interdictum, & prius in Tridentina Canonicatus 17. Maij 1645. §. Prout etiam confirmata 26. Februarij 1646. coram me*, in quibus
16 ſubditur, quod licet Capitulum conſeruetur, &
ſit repræſentabile etiam per vnum duntaxat Ca-
17 nonicum, repræſentatur tamen tanquam corpus
infectum, & inhabile ad exercendum actus iuriſdictionales, aliàs autem darentur in eadem Ec-
18 cleſia dua Capitula, alterum ſuſpenſum, & inter-
dictum, & alterum neque interdictum, neque ſuſpenſum, quod monſtruoſum eſſet, vt latius probatur in deciſionibus.

Agnoſcentes informantes pro Didaco hanc veritatem conabantur eam euitare allegantes pre-
19 fata procedere in interdicto generali, non autem
in ſpeciali negantes propterea id, de quo agitur fuiſſe generale, dum nonnullos excipit, ſed contrarium patet ex quo latum fuit contra Capitu-
20 lum. Recepta enim eſt in hac materia diſtinctio,
quod interdictum aliud eſt locale, immediatè locum afficiens, prohibendo ne in eo fiant ſacræ

fun-

Digitized by Google

21 functiones, & aliud perſonale, quod immediatè
afficit perſonas prohibendo illis participationem
ſacrarum functionum, quorum vtrumque ſubdi-
22 uiditur in generale, & ſpeciale, & ſignanter in-
23 terdictum perſonale illud eſt generale, quod fer-
tur in aliquam collationem hominum vti corpus
politicum, & morale, nempè in Populum alicu-
ius Ciuitatis, Collegium, Capitulum, Acade-
miam, & ſimilia, quod conſtringit omnia mem-
24 bra, & partes illius, illud verò eſt ſpeciale, quod
fertur in certam perſonam, ſeu certas, & deter-
minatas perſonas, prout ſunt ſingulares, non au-
tem, vt membra alicuius Communitatis, prout
ſic diſtinguendo bene declarant. *Alter. de Cenſur.
tom. 2. rubr. de interd. diſput. 1. cap. 3. col 3. verſ.
interdictum ergo, & col. 4. verſ. eodem modo fol. 283.
Coninck. de Sacrament. cit de interd. diſput. 17. dub.
1. num 4. & 6. Layman. Theolog. moral. lib. 1. tract.
5. cap. 4. rubr. de interd. cap. 1. numer. 2. Filiucc.
quaſt. moral. tom. 1. tract. 18. cap. 1. numer. 4. cum
duob. ſeqq. Sayr. de Cenſur. lib. 5. cap. 1. numer. 10.
vſque ad fin. Caſtropal. d. tit. de cenſur. diſput. 5. punct.
1. num. 3. & 4. Modern. P. Lezan. in Summ. quaſt.
regul. verb. interdictam numer. 3. verſ. Rurſus etiam
fol. 273. qui allegant concordantes.*

Igitur cum in caſu noſtro non poſſit dubitari
quin interdictum ſit perſonale vt potè non affi-
25 ciens locum, ſed perſonas certum eſt illud non
26 poſſe dici ſpeciale, ſed generale, dum latum fuit
27 collectiuè cōtra totum Capitulum vti corpus mo-
rale, non autem contra Canonicos vti ſingulos,
& determinatas perſonas iuxtà ſupradictam di-
ſtinctionem, & præter ſupra allegatos *Modern. Pa-
normit. nuncupatus Marc. Senus in explicat. Bulla S.
Cruciata diſput. 1. diffinit. 6. §. 4. quaſt. 2. num. 8.*
Nil reſtagante exceptuatione aliquorum Canoni-
28 corum, & dignitatum, quia Iudex poteſt ab in-
terdicto generali aliquos tantum Innocentes ex-
ceptuare, ſed exinde non diuerſificatur eiuſdem
interdicti qualitas per ea, quæ tradunt *Layman. in
in d. capt 1. d. num. 2. verſ.* interdictum perſonale
ibi; *niſi ſpeciali priuilegio eximantur, & Filiucc. d.
tract. 18. cap. 6. ſub num. 344 circa finem ver. Et
quia*, vbi ait, quod licet interdicatur vniuerſitas,
quia tamen ſemper in ea ſunt multi innocentes
29 addendum eſt non omnes de tali vniuerſitate eſ-
ſe interdictos, ſed eos tantum, qui dederunt
cauſam interdicto, ad effectum enim vt feratur
interdictum generale non exigitur culpa in omni-
bus perſonis, quæ tali interdicto ligantur, ſed
ſatis eſt culpa in capite, vel in magna, aut præ-
cipua parte illius Communitatis, in quam inter-
terdictum generale fertur *iuxtà text. in cap. ſi ſen-
tentia de ſent. excomm. Iul. Suarez. vbi ſupra d diſput.
36. ſect. 3. num. 4. Layman. pariter vbi ſupra cap. 4.
ſub num. 4. verſ. quapropter, & Modern. P. Dian.
d. reſol. 22. verſ. ſed ſufficit culpa plurium*; Effectus
autem d. exceptuationis eſt, quod exceptuati ex-
ercere poſſunt operationes ipſis competentes vti
30 ſingulis, non autem tanquam membris Capituli
ſuſpenſi, & interdicti, quia licet ſint Innocentes
quo ad ſe, participant tamen de pæna inflicta
eidem Capitulo in ijs, quæ Capituli ſunt, & ad
ipſos ſpectant non vti determinatas, & ſingulares
perſonas, ſed vti Capitulum repræſentantes, vt
probant auctoritates adductæ in dd. deciſionibus,
aliæque ſupra allegatæ.

Compatibile enim eſt, vt aliqui ſub interdicto
31 generali Vniuerſitatis, & Collegij comprehen-
dantur tanquam membra abſque eo, quod vti
non culpabiles incurrant interdictum perſonale,
quo virtualiter afficiuntur cæteri culpabiles, vt ex
Bonacin. Suar. Regiual. & Filiucc. firmatum fuit
*in deciſ. R. P. D. mei Albergati §. Capitulum verò
poſt med.*

Obiecto autem quod ſuſpenſio à diuinis non
32 impediat collationem, & prouiſionem beneficio-
33 rum *ex Card. Seraph. deciſ. 860. numer. 6. & deciſ.
870. nu. 2.* ſatis reſponſum dixerunt Domini tam
in deciſ. R. *P. D. mei Albergati §. penult. & §. fi.
quam in alia* R. *P. D. mei Bichij ſub §. Alterum obie-
ctum*, ex quo localiter exinde elici nō poteſt aliqua
ſubreptio, quæ literas Apoſtolicas per Gregorium
34 impetratas afficiat, dum ipſam facti veritatem
Papæ expoſuit, ſuſpenſionem ſcilicet Capituli à
diuinis, & interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, Ideò
35 contumaciæ Capitularis odio motus tanquam ex
cauſa impulſiua cenſetur Pontifex voluiſſe in
conferendo præuenire Capitulum, & ſic illud pu-
nire ex auctoritatibus, & rationibus in dictis de-
ciſionibus allegatis, quibus non repugnant, ſed
fauent adductæ deciſiones Cardinalis Seraphini.

Tertia denique ſubreptio noniter excitata
36 nullius eſt momenti, quia Bulla ſæcularizationis
in ea parte in qua Ius conferendi Capitulo conce-
dit, gratiosè à Papa proceſſit, dum ad iſtum ef-
fectum nil prorſus de proprio poſuit, vel perſol-
uit; vndè eſto etiam quod titulus patronalis Ca-
37 tholicæ Maieſtatis præbere potuit cauſam onero-
ſam reſpectu ipſius, illam tamen non præbuit
reſpectu Capituli, quod ex mera gratia Ponti-
ficis obtinuit Ius conferendi Canonicatus in di-
38 ctis duobus menſibus vacantis, Iura autem Re-
gia, & Ius præſentandi præſeruata fuerunt in alijs
quatuor menſibus, nempè Februarij, Maij, Au-
guſti, & Nouembris; Ideoque cum non tangant
Canonicatus vacantes in menſibus Martij, & Se-
ptembris, quorum collatio Capitulo vnacum
Archiepiſcopo conceſſa fuit non erat de eis fa-
cienda mentio.

Et ita vtraque &c.

LVNEN. SARZANEN. BENEFICIORVM.

Lun. 14. Iunij 1655.

A R G V M E N T V M.

Beneficij poſſeſſio, quando conſtat, quod eſt atten-
tata, & quidem hinc inde, tunc locus eſt ſeque-
ſtro. Edictorum affixio, quando ſit actus iudi-
cialis, & quando non.

S V M M A R I V M.

1 *Inter Præſentatos dum durat lis ſuper inſtitutione
non poteſt capi poſſeſſio abſque vitio attentato-
rum.*

2 *Et quid ſi ſit capta vigore literarum Apoſtolicarum,
& num. 3.*

4 *Capitulum non habet iuriſdictionem tradendi poſſeſ-
ſionem beneficij.*

5 *Beneficia non dicuntur litigioſa ex edictorum affi-
xione.*

6 *Ex Edictorum affixione, & publicatione, beneficium
non dicitur litigioſum, ſi non compareat legitimus
contradictor.*

*Edictorum affixio eſt actus extraiudicialis, & ſic be-
neficium non efficitur litigioſum.*

7 *Tunc tamen efficeretur litigioſum ſi compareret legi-
timus contradictor, & interueneriut plures citatio-
nes iudiciales.*

8 *Beneficium, vt dicatur litigioſum debent concurrere
requi-*

Google

requiſita Clem. 2. vt lit. pendent.

9 *Beneficium quando eſt litigioſum, ſane ſi apprehendatur eius poſſeſſio dicitur attentata.*

10 *Poſſeſſio Beneficij capta in vim literarum Apoſtolicarum non poteſt dici attentata.*

11 *Papa non attentat prouidendo aliquem de Beneficio.*

12 *Papa licet non attentet, dum prouidet de beneficio attentat tamen executor tradens eius poſſeſſionem lite pendente.*

13 *Beneficij poſſeſſio, quando conſtat quod eſt attentata tunc locus eſt ſequeſtro.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

VAcantibus per mortem Io: Antonij Magni anno 1653. tribus Beneficijs ſimplicibus Capellanijs nuncupatis de Iurepatronatus Laicorum, ad ea per diuerſos prætenſos Patronos præſentati fuerunt Io: Antonius Contardus Griffus, & Io: Franciſcus Promontorius, inter quos mota lite ſuper inſtitutione quoad duo ex dictis Beneficijs Sancti Nicolai, & Sanctæ Luciæ coram Capitulo Sarzanæ, & quoad aliud Sanctæ Mariæ coram Ordinario Lunen. Sarzanen. ea pendente primo loco Contardus gratiam Apoſtolicæ Prouiſionis obtinuit cum derogatione medietatis vocum, illamque exhibuit coram Vicario dicti Ordinarij, & ab eo 6. Septembris eiuſdem anni 1653. mandatum de immittendo reportauit, eademque die poſſeſſionem Beneficiorum S. Nicolai, & S. Luciæ fuit aſſequutus; Deinde verò Promontorius appellauit infra decem dies à die habitæ notitiæ, & de Menſe Nouembris ſequentis aliam Apoſtolicam Prouiſionem certo modo impetrauit, & à Vicario Eminentiſſimi D. Cardinalis Archiepiſcopi Ianuen. ſuper omnibus præfatis tribus Beneficijs ſententiam Immiſſionis obtinuit, eiuſque vigore poſt interpoſitam appellationem à Contardo, illorum poſſeſſionem apprehendit.

Hinc igitur Iure merito Domini reſponderunt
1 conſtare de attentatis hinc inde, & apponendum eſſe ſequeſtrum, quià pendente lite inter Præſen-
2 tatos ſuper Inſtitutione non potuit ab eis abſque incurſu attentatorum apprehēdi poſſeſſio eorundem Beneficiorum vigore Prouiſionum Apoſtoli-
3 carum, quas deinde vnuſquiſque impetrauerat, vt in terminis monuit *Lancellott. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 614. cum ſeqq.* quam in puncto poſt *Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 11. num. 40. & 41. comprobauit Rota in Aquilana Iuriſpatronatus 18. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Meltio ſub §. Pendentia autem, & prius in Gerunden. Beneficij 1. Februarij 1645. coram me §. Sed cum Andreas.*

Non obſtat quod omiſſo, An dicto Capitulo
4 competat Iuriſdictio de quo in indiuiduo dubitauit *Rota coram Durano deciſ. 4. num. 4.* Ex Edictorum affixione, & exhibitione Præſentationum
5 non fuerit lis introducta, & ſic dicti actus tanquam extraiudiciales non iudicant attentata, vt firmatur ibidem *num. 10. & 11.*

Licèt enim ſimplex Edictorum affixio, & pu-
6 blicatio antequam compareat, & ſe opponat aliquis legitimus Contradictor, ſit actus merè extraiudicialis, *Calderin. conſil. 2. ſub num. 2. verſic. Pro iſta vltima optione de elect. Lamberen. de Iurepatr. par. 2. lib. 2. quæſt. 9. principal. art. 12. num. 1. fol. mihi 95. Gonzal. ſuper regul. Cancell. gloſſ. 9. in adnot. contra nullit. & attent. num. 41. & 42.* cum alijs allegatis in *Vicen. Beneficij 10. Decembris 1646. coram me §. Nec obſtat, quod Vicarius;* effi-
7 citur tamen iudicialis, & litem introducit poſt comparitionem, & oppoſitionem Competitorū, qui in caſu noſtro ad plures citationes, iudiciales, petitiones, & proteſtationes deuenerunt, *Summ.*
8 *Promontorij n. 1. & 2.* Hoc enim caſu litem eſſe introductam, cum concurrant requiſita per *Clem. 2. vt lit. pend. dixit Rot. deciſ. 227. num. 2. 3. & 4. par. 3. lib. 2. & deciſ. 266. num. 4. eadem part. 3. lib. 3. diuerſ. in Cremonen. Præpoſituræ 23. Maij 1644. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado §. Nam illa in fine in dicta Aquilana Iuriſpatronatus coram R. P. D. meo Meltio dicto §. Pendentia autem; & diſtinguendo in Leodien. Perſonatus 16. Maij 1650. coram me §. Quia cum ſimplex;* Ac de conſequenti
9 operatur, quod omnia in eius ſpretum deinde
10 geſta attentatorum vitio laborent ex auctoritatibus, & deciſionibus ſupra relatis.

Nec ſubſiſtit, quod poſſeſſio capta in exequu-
11 tionem Literarum Apoſtolicarum non poſſit dici
12 attentata; Quamuis enim Papa non attentet prouidendo ad *Text. in cap. Propoſuit quarto §. Licet autem de conceſſ. Præben. Egid. deciſ. 749. in fin. San. Mem. Gregor. dec. 2. num. 1. & 2.* Attentat tamen Exequutor illius prouiſionis tradendo poſſeſſionem lite pendente, vt optimè declarauit *Rota coram San. Mem. Gregor. dicta deciſ. 2. num. 5. ibique Add. ſub num. 15. verſ. Verum notandum eſt, & deciſ. 10. num. 2. verſ. Tamen licet, in Bituntina Iuriſpatronatus 26. Februarij 1646. coram bon. mem. Arguelles, §. Non obſtat; in Gerunden. Beneficij §. final. & in Meleuitana Parochialis 26. Maij 1651. §. Indeque non releuat coram me.*

Firmatis attentatis hinc inde vtriuſque poſſeſ-
13 ſio eſt ſequeſtranda iuxtà inueteratum Stylum Tribunalis, vt poſt *Archid. in cap. quia res ſub numer. 10. verſ. Ex quibus Iuribus 11. quæſt. 1.* firmauit *Rota coram San. Mem. Gregor. d. dec. 10. dec. 91. & deciſ. 251. in omnibus num. 1. coram bon. mem. Buratto deciſ. 13. num. 4. in dicta Bituntina Iuriſpatronatus §. firmatis igitur, in dicta Aquilana Iuriſpatronatus ſub dicto §. Pendentia autem, & in dicta Gerunden. Beneficij §. ſed cum Andreas,* & alibi paſſim.

Et ità vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Ven. 18. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum cum obligatione Camerali habet paratam executionem, licet ſit copia, dummodo vel ex atteſtatione Notarij Actuarij appareat illam fuiſſe cum originali collationatam, vel ſi concurrant adminicula, præſertim in antiquis? Statutum Laicale licet ſit confirmatum à Papa ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica, numquam tamen Clericos comprehendit niſi ſpecialiter, vel ſub verbis generalibus fuerit facta mentio de ipſis; Clericus verò licet per modum Priuilegij poſſit vti Statutis Laicorum fauorabilibus, nec de Clericis vllam mentionem facientibus; id tamen debet declarare à principio contractus, non autem de tempore, quo conuenitur, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum continens obligationem Cameralem habet executionem paratam, & eius vigore poteſt executiuè procedi ad relaxationem mandati.*

2 *Inſtrumentum, quando non eſt originale, ſed copia regulariter non probat, præſertim ſi pars oppoſuit in termino generalia contra.*

3 *Declara hoc non procedere quando ex atteſtatione*

Digitized by Google

BARCHINONEN. PRAEPOSITVRAE.

Mercurij 26. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Præpoſitura, quando eſt creata in Beneficium, ſeu officium Eccleſiaſticum collatiuum cadit ſub reſeruatione; ſecus autem ſi pro temporali dumtaxat adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ fuit inſtituta? Ad hoc autem dignoſcendum, vltimus ſtatus eſt attendendus; niſi de anteriori ſtatu contrario appareret vel per rem iudicatam, ſeu Inſtrumentum publicum, vel confeſſionem partis vltimus tamen ſtatus attenditur, quando vel per ſpatium 40. Annorum eſt præſcriptus, vel quando ex defectu plenæ probationis anterior redditur turbidus; Prouiſiones Apoſtolicæ quando immutent ſtatum Beneficij, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Præpoſitura quando eſt erecta in Beneficium, ſeu Officium Eccleſiaſticum collatiuum cadit ſub reſeruatione.*

2 *Secus verò ſi pro temporali dumtaxat adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ fuit inſtituta.*

3 *Status vltimus Beneficij ſatis eſſe ſolet tam pro iuſtificatione reſeruationis ad effectum obtinendi exequutionem ſubrogationis gratioſæ.*

4 *Quam pro dignoſcenda qualitate Beneficij, ad effectum includendi, vel excludendi reſeruationem.*

5 *Status vltimus Beneficij nunquam attenditur, vbicumque conſtat de anteriori ſtatu contrario, vel per Confeſſionem partis, aut per publicum Inſtrumentum.*

6 *Dominium in Præpoſituris non transfertur per Inſtrumentum Commendationis Bonorum facta à Capitulo.*

7 *Dominium licet in Præpoſituris non transferatur per Inſtrumentum Commendationis Bonorum facta à Capitulo, hoc tamen non conuincit, nec demonſtrat primordialem Præpoſiturarum Erectionem in ſimplicia officia temporalia.*

8 *Dominium Bonorum Capituli non implicat, quod non ſit translatum in Præpoſituris, & nihilominus quod Præpoſituræ ſint Beneficia, ſeu Officia perpetua in titulum collatiua.*

9 *Status vltimus Beneficij vbicumque eſt præſcriptus per Annos 40. hoc ſufficit, ne primæua erectio attendatur.*

10 *Status vltimus Beneficij, vt veniat attendendus, ſatis eſt, quod anterior contrarius reddatur turbidus.*

11 *Status anterior Beneficij contrarius vltimo probari debet per planas, & perfectas probationes.*

12 *Teſtes nulliter examinati lite pendente, & nemine citato non attenduntur, præſertim in concurſu Teſtium formiter examinatorum.*

13 *Prouiſiones Apoſtolicæ non immutant ſtatum Beneficij.*

14 *Declara hoc tantum procedere ſi euidenter conſtaret de anteriori ſtatu contrario.*

15 *Secus autem ſi de eo liquida probatio non redditur.*

16 *Status Beneficij antiquus, & de præterito præſumitur ſimilis vltimo, & ſemper continuatus, dum euidenter de ſtatu contrario non conſtat.*

17 *Prouiſiones Apoſtolicæ inſeruiunt pro declaratione, & corroboratione antiqui Status Beneficij, dum euidenter non conſtat de ſtatu contrario.*

DECISIO CCCCLXXXIII.

De perpetuo ſimplici Beneficio, ſeù Officio Ec-
cleſiaſtico Præpoſitura Mēſis Decemb. nuncu-
pato per obitum q. Pauli Nauarri vacante à Sede
Apoſtolica prouiſus fuit Hieronymus Camelles
cum gratioſa ſubrogatione in pluribus, & poſſeſ-
ſione defuncti eius *Summario num.* 1. Ideò cum du-
bitari contingeret An literæ dictæ ſubrogationis
gratioſæ eſſent exequendæ, difficultas conſiſtebat
1 in reſeruatione ex eo pendente an Præpoſitura
controuerſa verè ſit Beneficium, vel Officium
Eccleſiaſticum in titulum perpetui Beneficij Ec-
cleſiaſtici collatiuum, ſeù potius pro temporali
dumtaxat adminiſtratione Bonorum Eccleſiæ.
2 Primo enim caſu cadit ſub reſeruatione; Secundo
verò ſecùs, vt in ſimilibus terminis reſpondit
*Rota coram Durano deciſ. 340. num. 6. cum duobus
ſeqq. & num. 15. pariter cum duob. ſeqq. & dec. 381.
num. 2. & 3.*

Ad probandam qualitatem perpetui Beneficij
Eccleſiaſtici affert Hieronymus vltimum Statum,
quia Præpoſitura, de qua agitur Collata fuerat
per Sedem Apoſtolicam anno 1625. Paulo Nauar-
ro, & collatio effectuata tanquam de perpetuo
Beneficio ſimplici collatiuo, & præuia diſpenſa-
tione retinendi Archidiaconatum, quem ſub eo-
dem tecto obtinebat *dicto Summario num. 5. lit. B.*
3 Status enim vltimus ſatis eſſe ſolet tam pro iuſti-
ficatione reſeruationis ad effectum obtinendi
exequutionem ſubrogationis gratioſæ, vt dictum
fuit in *Gerunden. Prioratus* 14. *Iunij* 1650. *§. fin.*
4 *coram R. P. D. meo Bichio.* quàm pro dignoſcen-
da qualitate Beneficij ad effectum includendi, vel
excludendi reſeruationem, vt dixit Rota *in recen.
deciſ. 233. ſub num. 1. in fine verſ. Nempè ad effe-
ctum par. 1. dec. 257. num. 12. & 14. par. 8. coram
San. Mem. Gregor. deciſ. 77. num. 9. coram Card.
Caual. deciſ. 639. num. 10.* & alijs relatis in *Nea-
politana Cimiliarcatus 26. Iunij 1647. coram R.P.D.
meo Bichio §. Quarto dirimis*, & in terminis in *Ge-
runden. Præpoſituræ 24. Martij 1643. coram R.P.D.
meo Zarate §. Verum etiam.*
5 Et licet vbicunque conſtat de anteriori ſtatu
contrario, vel per rem iudicatam, vel per con-
feſſionem Partis, aut per publicum Inſtrumen-
tum, vltimus non attendatur niſi ſit legitimè
præſcriptus ad *Text in cap. cum de beneficio de præ-
ben. in 6. Card. Caual. deciſ. 373. num. 4. Rota in
recent. deciſ. 118. num. 1. deciſ. 229. ſub nu. 3. & 4.
& deciſ. 308. num. 6. verſ. Procedit enim par. 1. &
deciſ. 737. num. 6. par. 2. & in Volterana Capel-
niæ 27. Iunij 1650. §. Nec obſtat prætenſus confirma-
ta 28. Aprilis 1651. coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano,*

In propoſito tamen præter quod non apparet
6 de huiuſmodi anteriori ſtatu contrario; Nam
exhibitum Inſtrumentum anni 1157. commenda-
tionis Bonorum Capituli ab eodem Capitulo fa-
ctæ perſonis ibi nominatis eius *Summar. num. 1.*
etiamſi non ſit translatiuum Dominij, vt dixit
Rota in Barchinonen. Alimentorum 10. *Maij* 1634.
*coram bon. me. Coccino, in recent. deciſ. 537. per tot.
part.* 5. confirmata 15. *Decembris 1649. coram Re-*
7 *uerendiſſimo D. meo Decano*, non conuincit, nec de-
monſtrat, vt opus eſt ad iſtum effectum primor-
dialem Præpoſiturarum erectionem in ſimplicia
Officia temporalia, quod nec firmatur in deciſio-
8 nibus, quæ adhuc ſub Iudice ſunt, non implicat
enim neque repugnat, quod Dominium Bono-
rum Capituli in Præpoſituris nō eſſet translatum,
& ni-

& nihilominùs quod ſint Beneficia , ſed officia
perpetua in titulum collatiua, & ſic præfatæ deci-
ſiones non contradicunt , quinimò hoc videntur
admittere , vt patet in illa *Coccin. num.8.* & in al-
tera *Reuerendiſſimi D. mei Decani ſub* §. *Præterea non
repugnat* .

9 Vltimus ſtatus etiam poteſt dici præſcriptus per
annos 40. quod ſufficere ne primæua erectio attẽ-
datur dixit *Rota d.dec.118. ſub numer.2. verſ. Quia
tunc par. prima dec.50.num.7.par.7. & dec.79 nu.11
par. 8. recent.* Teſtes enim relatis *in dicto Summario
Hieronymi num.* 4. & ſignanter primus dictum vl-
timum ſtatum affirmat de viſu per annos 50. vn-
de etiamſi vnicus eſſet , accedentibus tamen alijs
pariter de viſu deponentibus , ſed ſine temporis
ſpecificatione, quam collationibus ab anno 1567.
citra pluries factis ab ordinarijs , & à Sede Apo-
ſtolica , etiam ex cauſa permutationis, ac per de-
uolutionem ad eandem ſedem iuxta ſtatuta Con-
cilij Lateranen. Capitulo , & Ordinario adimeñ ,
& poſſeſſionem tradeñ etiam per viam Coadiuto-
riæ cum futura ſucceſſione *Aym.conſ.178.numer.7.
Caſar de Graſſ.dec.374. num.22. Rota in Montis Caſ-
ſinen. Attentatorum 10. Februarij 1651.coram R. P.*
10 *D. meo Bichio ſub* §.*primo* vel ſaltem turbidum red-
dit aſſertum ſtatum anteriorem contrarium, quod
ſatis eſt , cum probari debeat per plenas , & per-
11 fectas probationes,vt reſponſum fuit *in dicta Nea-
politana Cimiliarcatus coram R.P.D.meo Bichio* §.*Nõ*
12 *obſtat* , & in alijs ſupra relatis non attentis præ-
ſertim in concurſu prædictorum Teſtibus in con-
trarium adductis *dicto Summario Capituli numer. 2.
& 3.* tanquam nulliter examinatis lite pendente
in Rota , & nemine citato *Cap.2. vbi Add. num.9.
de Teſtib. l. ſi quando* §. *ſed cum oportet C. eod. Rota
dec.343.num.15.par.6 recent.*

13 Nec refert , quod prouiſiones Apoſtolicæ non
immutent ſtatum Beneficij;obiectum enim forſan
14 procederet ſi euidenter cõſtaret de anteriori ſtatu
contrario, ſecus autem dum de eo liquida proba-
15 batio non reddatur , hoc enim caſu ſtatus Bene-
ficij antiquus , & de præterito præſumitur ſimilis
16 vltimo , & ſemper continuatus ; Ideoque proui-
ſiones Apoſtolicæ inſeruiunt pro illius declaratio
17 ne , & corroboratione vt optimè reſpondit *Rota
in Eluen. Eremitorij 23. Iunij 1631. coram bon.mem.
Merlino* , inter eius impreſſas *deciſ.521.nu.4. & 5.*
repetita *in recent.deciſ.57. num.7. cum quatuor ſeqq.
par.7. & in Valentina Rectoria 22.Iunij 1650.coram
R.P.D. meo Bichio* §. *Prout etiam* .

Et ita cum in cæteris iuſtificatio non contro-
uertatur Domini reſoluerunt literas ſubrogatio-
nis gratioſæ eſſe exequendas vtraque , &c.

ROMANA DOMORVM.

Lunæ 31. Maij 1655.

ARGVMENTVM.

Conductor lucratur fructus melioramentorum ,
quando inter contrahentes fuit conuentum, quod
liceret conductori finita locatione bona ſubloca-
re,donec pretium melioramentorum ſibi reſtitue-
retur , ſeù quando poſt facta melioramenta Pen-
ſio non fuit aucta , ſed fuit conuentum , quòd ſo-
lum augeretur reſtitutis impenſis melioramento-
rum , & an melioramenta bona fide facta ſine cõ-
penſanda nec ne quando eorum fructus ſpectant
cum fructibus ad Conductorem , qui meliorauit,
vel ad Dominum .

SVMMARIVM.

1 *Retentionis Ius tranſit ad quoſcumque ſucceſſores ,*

tam vniuerſales , quam particulares .

2 *Melioramenta facta à Fabromurario , vel ſimili pro
certa conuenta mercede non illi , ſed Domino ac-
quiruntur .*

3 *Fabermurarius , vel ſimilis melioraus rem alienam
pro certa conuenta mercede non ſibi melioraſſe di-
citur , ſed Domino, cui fructus ſpectant meliora-
mentorum , & ipſe remanet ſimplex Creditor in
pecunia ratione mercedis , & pretij cæmentorum .*

4 *Creditor pecunia fructus percipere non valet , niſi
probatis requiſitis Caſtrenſis .*

5 *Creditor pecunia probatis requiſitis Caſtrenſis poteſt
fructus pretendere loco damnorum , & Intereſſe
lucri ceſſantis , & damni emergentis .*

6 *Melioramenta facta à Conductore , cui res ſpecificè
locata fuit ad meliorandum , tamquam bona fide
facta ad ipſum ſpectant vna cum fructibus donec
pretium eorum conuentum ipſi reſtituatur .*

7 *Melioraus in re aliena fructus ſibi non acquirit , ſed
melioramenta cum eis campenſare tenetur .*

8 *Contraria opinio eſt magis aqua , & verior , & ne-
mo eam niſi iniuſtus,aut rigoroſus Iudex negabit.*

9 *Melioramenta , & eorum fructus ſpectans conducto-
ri melioranti non domino , quando fuit inter par-
tes conuentum , quod finita locatione liceret Con-
ductori rem ſublocare , donec pretium meliora-
mentorum ipſi reſtitueretur .*

10 *Melioramenta poſtquam fuerunt facta à Conducto-
re , nec partes conuenerunt de augenda penſione ,
ſatis explicarunt velle, quod fructus melioramen-
torum ſpectarent ad meliorantem.*

11 *Melioramenta , & eorum fructus cenſentur ſpectari
melioranti ex mente contrahentium , quando inter
eos fuit additum pactum , quod meliorans teuere-
tur ſoluere maiorem penſionem , poſtquam pre-
tium melioramentorum ipſi fuerit reſtitutum .*

DECISIO CCCCLXXXIV.

IN deciſione ſuper bono Iure emanata coram me
22. Iunij 1654. dictum fuit potiorem fuiſſe cau-
ſam Locatorum durante locatione , ea tamen ex-
pirata mediante actuali diſdicta ijſdem Locatori-
bus facta 3. Maij 1651. ſicut competeret Michae-
li Floretto conductori retentio Domorum , de
quibus agitur donec ſibi reſtituerentur ſcuta 3578
& ba.23. quæ ex forma pacti in Inſtrumento loca-
tionis conuenti impenderat in meliorando dictas
Domus,Ita pari modo eandem retentionem com-
petere Iacobæ Maonæ illius vxori , & Legatariæ ,
1 cum Ius retentionis tranſeat ad quoſcunque ſuc-
ceſſores tàm vniuerſales , quàm particulares ex
*Giurb.deciſ.63. num.11. & deciſ.17. alijſque auctori-
tatibus in deciſione allegatis* §. *Quapropter* .

Acquieſcentibus hinc inde partibus huic reſo-
lutioni , ac interim vita functa Iacoba , & ſic ex-
pirato Legato per virum ſibi relicto ſua vita du-
rante , ſuborta fuit altera controuerſia ſuper fru-
ctibus dictorum melioramentorum , ſuper qua
propoſito particulari Dubio Domini reſponderũt
fructus melioramentorum deberi .

2 Non verſamur enim in melioramentis factis à
FabroMurario, vel ſimili pro certa conuenta mer-
cede , qui non ſibi , ſed Domino fundi melioraſ-
3 ſe dicitur & ſic illi , non autem ſibi dominium
melioramentorum acquirit , remanetque ſimplex
Creditor in pecunia ratione mercedis , & pretij
4 cæmentorum , cuius intuitu fructus melioramen-
torum percipere non valet , ſed ad ſummum pro-
batis requiſitis *Caſtr. in l. 3. ff. de eo , quod cert. loc.*
5 petere poteſt intereſſe ratione lucri ceſſantis , vel
damni emergentis , vt poſt *Angel. in l. Emptor Si
hic tantum ff. de rei vendit. alijs adductis firmauit Ro-*

Digitized by Google

ta in Romana Domus 24. Ianuarij 1650. coram R. P. D. meo Bichin §. Verum vtriuſque.

6 Sed verſamur in melioramentis factis à Conductore, cui Domus non ſimpliciter ad inhabitandum, ſed ſpecificè ad meliorandum locatæ fuerunt, & ſic ab eo, qui bona fide meliorauit, & qui propterea Dominus eſt eorundem melioramẽtorum, iſto autem caſu duo adſunt DD. opiniones, altera affirmatiua, nempè quod donec illorum conuentum pretium ipſi reſtituatur fructus pro eorum rata facit ſuos iuxtà *gloſſ. in l. fin. verb. per mulierem ff. de fund. dot. Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt. 15. num. 26. Neguſ. de pignor. 4. membr. 5. parte num. 21. Garz. de expenſ. & meliorat. cap. 23. nu. 54. cum ſeqq. & ſignanter ſub num. 56. verſ. ex quo primo inter tract. magn. tom. 17. fol. 344. Peregrin. de fideicom. art. 50 num. 67. Guttier. pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 67. numer. 17. Gratian. diſcept. 193. num. 4. & 5. Mareſcott. var. reſol. lib. 2. quæſt. 112. num. 52. cum ſeqq. Afflict. decis. 87. num. 7. Caputaq. decis. 93. ſub num. 12. verſ. ſtantibus etiam, & verſ. quatenùs verò Gamm. decis. 230. ſub num. 3. verſ. Ego itaque Vinc. de Franc. decis. 191. num. 11. & decis. 705. num. primo & per tot ſeſſ. decis. Aragon. 71. num. 5. & 6. Hieronym. Leo decis. Valent. 98. num. 12. cum ſeqq. & ſignanter num. 18.* vbi alios refert *Rota decis. 112. num. primo par. 2. diuerſ. & decis. 64. num. 2. par. 4. rec.* cum alijs, quos in terminis de Conductore refert, & ſequitur *Caroce. in tract. locat. & Conduct. tit. de melioramen. quæſt. 2. num. 17. fol. 221.*

7 Altera verò negatiua videlicet, quod meliorans in re aliena fructus ſibi non acquirat, ſed melioramenta cum eis compenſare teneatur, cuius Anteſignanus eſt *Couarr. var. reſol. lib. primo cap. 8 ſub num. 4.* quem alijs adductis ſequitur *Barboſ. in l. diuortio 8. §. fin. ſub num. 43. verſ. ſed his non obſtantibus ff. ſolut. matrim.*

8 Verùm præterquod primam opinionem magis æquam, & veriorem eſſe latiſſimè, ex innumeris auctoritatibus comprobat *Antonin. de Amat. reſol. 14 ſub num. 64. tom. primo* qui etiam loquitur de conductore, & ex *Ania Hannoni nuncupat. Antonino Modern. Nigr. de except. cap. 8. §. 50. num. primo, & 5. cum ſeqq.* vbi ante *num. 12.* dicit, quod eam non iuſtam nemo niſi iniuſtus, aut rigoroſus Iudex negabit. In propoſito noſtro ſatis clara colligitur mens contrahentium, quod Florettus Cõductor lucraretur, & faceret fructus ſuos pro rata meliorata.

9 In Inſtrumento enim præfatæ locationis non ſolum conuentum fuit, quod finitis nouem annis niſi ipſi Conductori pretium melioramentorum fuerit reſtitutum, haberet facultatem ſublocandi per aliud triennium, & ſic deinceps donec dictum pretium reſtitueretur, Ideoque cum poſt facta
10 melioramenta Partes non conuenerint de augenda penſione ſatis explicarunt velle, quod augumentum fructuum ex meliorationibus proueniens ſpectaret ad meliorantem iuxta primam opinionem ſupra relatam, quam etiam ſequuta fuit *Rota coram Put. decis. 275. nu. primo in fine lib. 3. in correct.* idemque in puncto ponderauit *Rota dicta decis. 64. ſub dicta num. 2. verſic. maximè quia par. 4. recent.* ſed etiam ſubſequenter additum fuit pactum
11 explicitum, quod poſt reſtitutionem pretij melioramentorum ſi meliorans vellet Domus pro vſu ſuo retinere teneretur ſoluere maiorem penſionem, eam augendo ad rationem ſex cum dimidio pro quolibet centenario expenſo in meliorationibus, & melioranti reſtituto; Cùm enim hoc augumentum locatores ſtipulati non fuerint ante reſtitutionem expenſi, clara eſt voluntas Partium, quod tunc augumentum vti fructus meliorationis ſpectaret ad meliorantem.

Et ità vtraque &c.

ROMANA, ſeù NEPESINA RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.

Veneris 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Reſtitutio in integrum aduerſus non confectionem Inuentarij in tempore, concurrente etiam iuſta cauſa, & ceſſante dolo, non conceditur niſi conſtet de læſione, quæ nõ venit metienda ab vno, vel altero corpore hæreditario, ſed à tota hæreditate reſtitutis ſimul acceptis. Donatio facta contemplatione certi matrimonij ſponſæ, & filijs naſcituris, dicitur facta filijs, vti filijs, non vti Hæredibus; ſed quid ſi poſt matrimonium contractum Notarius in Inſtrumento donationis ſtipulatus fuerit pro ſponſa abſente, illiuſque Hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectionem Inuentarij in tempore non denegatur, quoties extat iuſta, & legitima cauſa reſtitutionis.*

2 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectum Inuentarium in tempore conceditur mulieri tamquam ſemper habenti iuſtam cauſam ex qualitate ſexus muliebris.*

3 *Item ex cauſa ætatis ſexagenariæ, & paupertatis.*

4 *Item ex probabili credulitate, quod Inuentarium legitimè confectum fuiſſet.*

5 *Item quoties excluditur dolus, & conſtat de læſione.*

6 *Reſtitutio in integrum aduerſus non confectum Inuentarium in tempore ad hoc vt concedatur non ſufficit iuſta, & legitima cauſa, niſi conſtet de læſione.*

7 *Læſio ad hoc vt competat reſtitutio in integrum aduerſus non confectum Inuentarium in tempore nõ eſt metienda ab vno, vel altero corpore hæreditario, ſed à tota hæreditate ſimul reſtitutis acceptis.*

8 *Læſio ex aditione Hæreditatis abſque Beneficio Inuentorij reſultat, quando is, qui adiuit tenetur approbare venditionem bonorum Fideicommiſſi factam à Defuncto ad quod ipſe erat vocatus.*

9 *Hæres qui adiuit ſine Inuentario dicitur læſus, quando ob modicam hæreditatem priuaretur commodo in opulenti fideicommiſſi.*

10 *Donatio facta contemplatione certi matrimonij, & filiorum ex eo naſciturorum dicitur facta filijs, vti filijs, non vti Hæredibus.*

11 *Donatio dum conſtat, quod ab initio fuit facta ſponſæ filijs, vti filijs non cenſetur facta filijs, vti Hæredibus, licet ex poſt in Inſtrumento donationis Notarius ſtipulatus fuerit pro Hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.*

12 *Donatio dum fuit facta ab initio ſponſæ, & filijs, ſtipulatio ex poſt ſubſequuta pro Hæredibus eſt intelligenda de Hæredibus ſanguinis, quibus deficientibus ad alios quoſcumque ſucceſſores donationis Beneficium extenditur.*

13 *Filiorum appellatione veniunt etiam filiæ fœminæ, niſi ad maſculos expreſsè reſtricta ſit diſpoſitio, vel conſtet de contraria diſponentis voluntate.*

14 *Statutum excludens filiam fœminam propter maſculos ceſſat, dum filia fœmina, omnes maſculi prædeceſſerunt.*

15 *Vxor inſiſtens ſuper bonis viri, donec ſibi dos reſtituatur non eſt domina bonorum, ſed bona tamquã detenta ab vxore pro ſola eius ſecuritate ſunt in domi-*

Digitized by Google

dominio, & hæreditate eius viri.

16 *Bonorum exiſtentia non probatur ex primo Teſtamento, in quo talia bona fuerunt nominata, dum illud non habuit effectum, & deuentum fuit ad aliud Teſtamentum, de ipſis bonis nullam faciens mentionem.*

DECISIO CCCCLXXXV.

DEciſum fuerat coram me 18. Martij 1652. Claudiæ de Roſcijs competere reſtitutionem in in-
1 tegrum aduerſus, confectionem Inuentarij bonorum hæreditariorum quondam Siluiæ Matris non facta in tempore, ex quo non deficiebat iuſta, &
2 legitima cauſa deducta ex qualitate ſexus muliebris ætate ſexagenaria, paupertate, & probabili
3 credulitate, quod legitimè confectum fuiſſet, excludebatur dolus, & conſtabat de læſione,
4 Iſtamque reſolutionem hodie Domini confirmandam eſſe cenſuerunt, quia præ cæteris ſubſiſtit
5 fundamentum læſionis, ſine qua reliqua non ſufficerent ad obtinendam huiuſmodi reſtitutionem
6 *cap. conſtitutus §. quocirca, ibique gloſſ. verb: conſtiterit, & cap. ex literis §. licèt de in integr. reſtit. l. verum, §. ſciendum, & l. in cauſa, ibique gloſſ. principalis verſ. reſpondeo ff. de minor. Cyn. in auth. ad hæc num. 3. ibique Albertc. num. 2. & 3. C. ſi minor. ſe ab hæred. abſtineat. cum innumeris allegatis per Gratian. diſcept. 767. num. 44. Larr. deciſ. Granaten. 70. num. 12. cum ſeqq.* & in puncto alijs relatis reſpondit *Rota in Romana Cenſus 26. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Bichio § 2. quod non conſtat cum ſeq.* vbi quod læſio
7 non eſt metienda ab vno, vel altero corpore, ſed à tota hæreditate ſimul reſtitutis acceptis.
8 Educebatur enim læſio, ex quo ſine beneficio inuentarij teneretur Claudia approbare venditionem Prædij nuncupati Ripoli factam à Siluia Matre, quam alias ratam habere cogi non poſſet, eo quod dictum Prædium iure proprio ad ipſam ſpectat vigore Donationis ab Auo materno dictæ Siluiæ pro ea eiuſque filijs naſciruris (qualis erat Claudia) factæ, & ſic ob modicam hæreditatem
9 priuaretur commodo opulentæ donationis; Ad quam proinde firmandam, diſcutiendum videbatur, an dicta donatio debeatur filijs Siluiæ vti eius hæredibus, vel potius vti filijs, & illam deberi filijs, vti filijs, non vti hæredibus, Domini verius putarunt, cum facta fuerit contemplatione
10 certi matrimonij, & filiorum ex eo naſciturorum *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. prima num. 30. & 31. & gloſſ. 9. num. 3. & 4. Gratian. diſcept. 024. num. 33. & diſcept: 984. num. 22. & ſeq. Franch. deciſ: 205. per tot. Rota in Romana Donationis de Caſtellanis 10. Maij 1632. coram bon. mem. Coccino in rec. deciſ. 127. num. 3. 4. & 5. par. 6. in Romana Domorum de Sciandelerijs 4. Aprilis 1636. coram Card. Panzirolo pariter in recent. deciſ. 114. num. 2. par. 7. in Florentina Donationis, ſeu Separationis Bonorum 2. Decembris 1650. coram R. P. D. meo Peutingerio §. nec obſtat, & in Romana Reſtitutionis Dotis 30. Maij 1653. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. & in hanc reſolutionem.*
11 Non obſtat, quod in Inſtrumento donationis poſt contractum matrimonium celebrato Notarius ſtipulatus fuerit pro Siluia ſponſa abſente, illiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque; Quia cum acquiſitum fuerit ius irreuocabile filijs vti filijs ex illius prohemio, eiuſque diſpoſitiua, & conſtitutione Procuratoris ad inſinuandum loquentibus de ſola ſponſa, & filijs, atque ex ipſamet ſtipulatione facta etiā pro filijs naſcituris, & fortius ex dicta præcedēti Apocha matrimoniali nullam mentionem faciente de hæredibus, & ſucceſſoribus, & ad quam Donator ſemper in Inſtrumento relationem habuit, non potuit vtique per dictam ſtipulationem ſubſequenter factam etiam pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque eis præiudicium inferri *Angel. conſ. 209. ſub numer. primo verſ. hoc præmiſſo*, quem ſequitur *Aret. in l. prima num. 15. & Rip. num. 88. ff. ſolut. matrimon. Menoch. conſ. 370. num. 4. & præſumpt. 15. numer. 20. & 21. lib. 3. cum alijs per Rot. deciſ. 150. num. 26. par. 6*
12 *rec.* vel ſaltem huiuſmodi ſtipulatio intelligenda eſt de hæredibus, & ſucceſſoribus ſanguinis, quibus deficientibus, ad alios quoſcunque donationis beneficium extenditur, vt in his terminis *Modern. Neapol. controu. Iur. lib. primo controuerſ. 57. numer. 23. cum seqq.* cum alijs allegatis *in dicta Florentina Donationis, ſeu Separationis Bonorum coram R. P. D. Peutingerio §. neque ab hoc.*

Nec ſubſiſtit, quod Claudia vti fæmina non
13 comprehendatur in dicta Donatione, quia etiam filiæ fæminæ veniunt appellatione filiorum niſi ad maſculos expreſsè reſtricta ſit diſpoſitio, vel de contraria appareat diſponentis voluntate *l. ſi ita ſcriptum in princ ff. de legat. 2. l. qui duos, & l. ſemis ff. de legat. 3. cum cæteris allegatis in puncto donationis per Card. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 21. num. 11. Rota in recent. deciſ. 316. num. 2. par. prima & coram Merlin. deciſ 854. num. 14.* allegata autem excluſio ſta-
14 tutaria ceſſauit ob prędeceſſum omnium filiorum maſculorum ante mortem Siluiæ *Corn. conſ. 74. numer. 14. lib primo Cephal. conſ. 95. num. 16. Rota deciſ. 177. num. 3. par. 8. rec. & in Romana Supplementi Legitimæ 26. Ianuarij 1646. coram me §. Nec dici poteſt cum ſeq.*

Corruit denique quod Clandia plura bona, tàm mobilia, quàm ſtabilia ad Siluiam ſpectantia alienauerit, quia non erant propria Siluiæ, ſed Honorij eius viri, atque ab ipſa, & ſucceſſiuè à Claudia eius filia poſſeſſa fuerunt pro ſecuritate dotis illius, qui titulus non efficiebat, vt bo-
15 na eſſent propria Siluiæ Vxoris, & à Dominio hæreditatis Honorij Viri exiuerit, cum præſtat dumtaxat quandam inſiſtentiam pro maiori ſecuritate mulieris donec dos reſtituatur, vt latè probat *Giurb. deciſ. 16. num. 5.* & comprobauit *Rota in Bonon. Fideicommiſſi de Glauarinis 18. Maij 1643. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Pro fundamento*, debet quidem Claudia, ea, quæ alienauit, imputare in creditum dotale matris, non autem de eis reddere rationem hæreditatis Siluiæ, ſed Honorij, de qua hodie non agitur.

Gratiſque dicitur Siluiam vltra Dotem multa Bona habuiſſe, quia hoc non reſultat ex poſſeſſione dd. bonorum, quæ ad Honorium ſpectabant, nec ex eo, quod in primo Teſtamento inſtituerit ſibi hæredem Claudiam filiam in omnibus bonis ad ſe ſpectantibus, tàm occaſione ſuæ dotis, quàm vltra Dotem vigore hæreditatis Flaminij Catalani ſui Patris, quia nullibi conſtat, quod ex hæreditate Flaminij bona aliqua habuerit. Cumque
16 dictum Teſtamentum non habuerit effectum, & Claudia inſtituta fuerit hæres in alio de hæreditate Flaminij mentionem non faciente, nulla ex primo Teſtamento reſultat probatio exiſtentiæ aliorum bonorum hæreditatis Flaminij. *Surd. conſ. 169 num. 4 & per tot. Mareſcott. var, reſolut. lib. primo cap. 48. nu. 6. verſ. ſed opportunè Gratian. diſcept 166. num. 53. cum ſeqq. Rot. coram Card. Seraph. deciſ. 487. num. primo & 2.* maxime cum ex Teſtibus relatis in *Summario Claudiæ num. primo* clarè appareat Sil-

uiam, mortuo viro remanſiſſe in magna egeſtate, & ſtatu miſerabili.

Et itá vnica tantùm &c.

PLACENTINA BONORVM.

Veneris 4. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in prophanis data releuantia vnius Articuli ſuper omnibus conceditur; Requiritur tamen fumus veritatis; Maximè quando materia eſt obiectiua licet ſit de Iure dantis, & an probatio ignobilitatis contra aliquem poſſit dici materia obiectiua.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria fruſtra petitur ad probandum id, quod exaduerſo non controuertitur.*

2 *Materia non dicitur obiectiua, quando eſt de Iure dantis, & excluſiua colliigantis.*

3 *Ignobilitas non eſt crimen, ſed infortunium.*

4 *Remiſſoria vt concedatur ſuper articulo obiectiuo, quando eſt de Iure dantis, requiritur fumus veritatis.*

5 *Fides extraiudicialis inſeruit pro fumo veritatis ad effectum obtinendi Remiſſoriam.*

6 *Declara hoc non procedere, ſi incontrarium adſit ſimilis atteſtatio.*

7 *Remiſſoria in prophanis, vt concedatur ſuper omnibus articulis etiam vnius releuantia eſt ſufficiens*

8 *Teſtes de auditu licet non probent, inſeruiunt tamen pro adminiculandis ſcripturis.*

9 *Remiſſaria paſſim conceditur ad corroborationem contentarum in ſcripturis.*

10 *Fideicommiſſum antiquius licitè excipiendo poteſt opponi ad repellendos agentes ex alio poſteriori, quamuis lis non pendeat ſuper antiquo fideicommiſſo.*

11 *Fideicommiſſi exiſtentia, & purificatio donec diſcutitur, non eſt irreleuans, nec incongruum probare bonorum identitatem.*

12 *Remiſſoria in iudicio poſſeſſorio Immiſſionis eſt concedenda ſine retardatione immiſſionis.*

13 *Immiſſio impediri non poteſt per exceptiones, requirentes altiorem indaginem, qualis exiſtimatur futura probatio facienda per Teſtes.*

DECISIO CCCCLXXXVI.

EX quinque articulis pro impetranda remiſſoria
coram me productis à Gaſpare, & alijs de
Ferrarijs in gradu appellationis per eos interpoſitæ
à ſententia rotali lata per R.P.D meum Zarate
ſuper Immiſſione Nicolai Hieronymi in poſſeſſionem
bonorum, de quibus agitur; Primus,
& tertius continentes tùm nobilitatem familiæ
Nicolai, & fratrum de Ferrarijs, Tùm etiam nobilitatem
Aloyſij de Arcellis Patris Eleonoræ Matris
dictorum Gaſparis & conſortum à ſcribentibus
pro dicto Nicolao Hieronymo non controuertebantur,
& ſic dicebatur fruſtra ſuper eis peti
1 remiſſoriam, vt reſpondit *Rota in recent. deciſ. 606.
num. 11. par. 5. & in Senogallien. Pradij 4. Maij 1646
coram me §. Articulatur enim.*

Secundus verò in quo ponitur familiam Petri
Mœntini Patris dicti Nicolai Hieronymi non ſolum
non eſſe æque nobilem cum dicta familia de
Ferrarijs, ſed nec minus eſſe nobilem, impugnabatur
tanquam obiectiuus; Et licet id non dedu-
2 catur per modum obiectionis, ſed pro iuſtificatio
ne defectus qualitatis requiſitæ per Teſtatorem ad
effectum excludendi collitigantem, à conſequutione
illius bonorum, & ad obtinendam illorum
adiudicationem pro ipſis articulantibus. Ideo-
3 que ſit de iure dantis, præſertim cum qualitas
ignobilitatis, vel non paris nobilitatis non videatur
crimen, ſed infortunium; Nihilominus vt
4 ſuper eo concedatur remiſſoria, requiritur fumus
veritatis, vt dixit *Rota coram Card. Canal. dec. 271.
num. 2. in Vercellen. Præpoſitura 11. Decembris 1647
coram R.P.D. meo Bichio §. fin. in Bonon. Fideicommiſſi
4. Iulij 1646. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen.
§. Et quamuis, & in Meleuitana Commenda de
Vaours 14. Februarij 1650. coram me §. quia cum non
deducat.*

5 Et quamuis replicetur pro fumo inſeruire atteſtationes
extraiudiciales relatas in ipſorum *Sum.
num. 4.* iuxta *deciſ. Caſſad. 3. num. 2. de dilat.* quam
in his terminis comprobauit *Rota coram ſan. mem.
Gregor. deciſ. 562 num. 4.* & in alijs allegatis *in Cremonen.
Parochialis 15. Iunij 1646. §. Et licèt, & in
dicta Meleuitana Commenda de Vaours §. fumus ve-
6 rò coram me*: Attamen quia incontrarium adeſt
non ſolum ſimilis atteſtatio extraiudicialis, ſed
etiam fides Cancellarij Placentiæ, atteſtans nobilitatem
familiæ Mœntinæ *Summario Nicolai Hieronymi
num. 2. & 3.* Ex eis vtique dictus fumus videtur
elidi, vt denegando remiſſoriam ponderauit
*Rota in Ferrarien. Decimarum 27. Aprilis 1622.
coram Vbaldo in recent. deciſ. 381. ſub numer. 27. verſ.
qua atteſtatio par. 6.*

Releuantes tamen cenſuerunt Domini ſubſequentes
articulos quartum, & quintum ſuper pertinentia
bonorum, de quibus agitur ad Manfredum,
& Antoninum Sen: de Ferrarijs, ideoque
reſponderunt ſuper omnibus dandam eſſe remiſſoriam,
cum in prophanis etiam vnius articuli
7 releuantia ſufficiat, *Rota dec. 667. num. primo par.
prima & dec. 661. num. 4. par. 2. recent. coram ſa. mem.
Greg. dec. 124. nu. 3. in Neapolitana Pecuniaria 3. Iulij
1643. in principio, & in Auenionen. Pecuniaria 25
Iunij 1649. §. nec refert coram Reuerendiſſimo Domino
Tarraconen.*

Non obſtat, quod Teſtes deſuper examinandi
non poſſint deponere niſi de auditu; Quia nihilo-
8 minùs inſeruire poterunt pro adminiculandis
ſcripturis in idem productis, *Rota deciſ. 237. nu. 3.
par. prima rec. coram Card. Mantic. deciſ. 39. num. 8. &
in Leodien. Pecuniaria 29. Aprilis 1654. coram R. P.
D. meo Bichio §. Cæterum* cum alijs per *Add. ad
Buratt. deciſ. 492. num. 7.* Paſſim enim datur remiſ-
9 ſoria ad corroborationem contentorum in ſcripturis
*Rota deciſ. 461. num. 2. par. prima diuerſ. in Bituntina
Damnorum & intereſſe 16. Aprilis 1633. coram
bon. mem. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 579.
num. 4. repetit in rec. deciſ. 196. numer. 6. par. 6.* vbi
quod per hanc rationem, Rota illam non denegauit
coram *Caſ. de Graſſ. deciſ. prima in fine de dilat.*
& diſtinguendo admiſit in *Cæſaraguſtana Diſtributionum
13. Martij 1643. coram me §. Nec obſtat
quod Rota.*

10 Nec obſtat, quod lis non pendeat ſuper antiquis
fideicommiſſis per dictos Manfredum, &
Antoninum Sen: vt prætenditur conſtitutis, quia
licitum eſt excipiendo opponere de fideicommiſſo
antiquiori, & ſic repellere agentes ex alio poſteriori,
vt firmatum fuit pluribus adductis auctoritatibus
in *Romana Fideicommiſſi de Nicolinis 28.
Aprilis 1651. & 23. Maij 1653. coram me.* Donec
11 enim illius exiſtentia, & purificatio diſcutitur
non eſt irreleuans, nec incongruum probare bonorum
identitatem.

12 Verùm quià ſumus in Iudicio poſſeſſorio Immiſſionis
reſolutum fuit dandam eſſe remiſſoriam

ſine

Digitized by Google

ſine retardatione, quià Immiſſio impediri non
13 debet per exceptiones requirentes altiorem indaginem qualis exiſtimatur futura probatio facienda per Teſtes *Paciſic. de Salaian. Interd. inſpect. 3. cap.......num. 95. cum ſeqq. Rota in recent. deciſ. 242. num. 10. par. 7. coram bon. mem. Merlino deciſ. 653. numer. 4. in Bonon. Fideicommiſſi de Morinis 22. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Meltio §. primo in fine, & in Bonon. Fideicommiſſi 3. Martij 1653. coram me §. primo*.

Et ità vtraque &c.

ARIMINEN. FIDEICOMMISSI.

Luna 7. Iunij 1655

ARGVMENTVM.

Fructus in ſpolio non violento, nec attentato debent reſtitui a die occupatæ poſſeſſionis, & non à die motæ litis, quando fuit actum in petitorio, & via ordinaria, ſecus autem ſi fuit actum in ſummariſſimo manutentionis; ſpoliator vero in Iudicio ſpolij, non violenti, nec attentati, tenetur ſolum ad fructus perceptos, non autem ad eos, qui percipi potuerunt, & ad quam rationem fructus veniant taxandi, & liquidandi.

SVMMARIVM.

1 *Fructus debentur quotieſcumque pars in ſententia fuit ad illorum reſtitutionem condemnata.*

2 *Sententia quæ tranſiuit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem habetur pro veritate, & eſt exequenda.*

3 *Fructuum reſtitutio in ſimplici interdicto ſummariſſimi poſſeſſorij non venit niſi à die petitæ manutentionis.*

4 *Fructus omnes percepti vſque à die occupationis debentur in Iudicio ordinario, & petitorio, in quo titulus reducitur ad non titulum.*

5 *Fructus etiam percepti ante motam litem à die occupationis peti poſſunt in Iudicio ordinario, & petitorio ſaltem, vt damna, & intereſſe.*

6 *Fructus non veniunt in ſpolio, niſi à die motæ litis, dummodo ſpolium non ſit violentum, vel attentatum.*

7 *Declara hoc tantum procedere, quando pro reuocatione ſpolij actum fuit interdicto poſſeſſorio reintegrandæ, vel retinendæ.*

8 *Secus autem quando fuit actum Iudicio ordinario, & petitorio, tunc enim veniunt etiam fructus percepti ante motam litem.*

9 *Appellatio inducit litis continuationem.*

10 *Amplia etiam ſi per negligentiam appellantis eſſet deſerta, dum inſtis de cauſis fuit conceſſa reſtitutio in integrum.*

11 Reſtitutio *in integrum conceſſa aduerſus rem Iudicatam, ob non proſequutam appellationem, operatur, vt reuiuiſcat prima lis, quam appellatio interpoſita continuauerat.*

12 Reſtitutio *in integrum aduerſus rem Iudicatam operatur, vt res in illius executionem capta veniat parti reſtituenda, cum omnibus fructibus perceptis.*

13 *Fructus bonorum ſtabilium taxantur à lege ad rationem quinque pro centenario.*

14 *Teſtes deponentes de recollectione fructuum in certa quantitate dicuntur deponere deductis expenſis neceſſarijs pro illorum recollectione.*

15 *Spoliator in Iudicio ſpolij non violenti, aut attentati tenetur tantum ad fructus perceptos, non autem ad eos, qui percipi potuerunt.*

16 *Dictio* In circa, *quid modicum vltra expreſſa comprehendit.*

DECISIO CCCCLXXXVII.

EXpedita à me cauſa ad fauorem illorum de Battaglinis non ſolum ſuper manutentione, ſed etiam in petitorio præuia ſententia diffinitiua ſuper abſolutione à moleſtijs ſibi illatis per Georginos, & Conſortes ex prætenſo fideicommiſſo Caroli Mercati cum illorum condemnatione ad fructus *Summ. eorundem de Battaglinis num. 1. & 2.* hodie dubitatum fuit an debeantur fructus, à quo tempore, & ad quam ſummam, & DD. reſponderunt fructus deberi iuxtà modum infra exprimendum.

Quod debeantur in dubium reuocari non po-
1 teſt, quia vt dictum eſt in ſententia Georgini, & Conſortes ad illorum reſtitutionem expliciré cōdemnati fuerunt, vt pluribus adductis auctoritatibus reſponſum fuit *in Mediolanen. Bonorum 19. Ianuarij 1650. coram bo. me. Arguelles in principio*; quę
2 cum tranſiuerit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem habetur pro veritate, & eſt exequenda *l. res iudicata ff. de reg. Iur. Surd. conſ. 61. num. 2. Rota deciſ. 147. num. 6 part. 5. & coram Buratt. deciſ. 26. num. 8.*

A quo tempore, dixerunt Domini à die adeptæ poſſeſſionis per eoſdem Georginos, & Conſortes vigore ſententiæ ad eorum fauorem latæ per Reuerendiſſimum D. meum Decanum. Quia licet in ſimplici interdicto ſummariſſimi poſſeſ-
3 ſorij non veniant fructus niſi à die petitæ manutentionis *ad l. 3. ff de interd. Faber. in §. retinendæ num. 14. verſ. Item & fructus inſtit. eod. tit.* Rota *deciſ. 317. num. 1. part. 1. & deciſ. 606. num. 1. part. 2. recent. apud Poſth. de manut. deciſ. 317. numer. 4. coram Duran. deciſ. 222. num. 3. & in Bonon. Bonorum 26. Februarij 1649. coram Eminentiſſimo D. Cardinali Ottobono §. fieri autem*; In Iudicio tamen
4 ordinario, & petitorio, in quo (prout hic) lata fuit ſententia abſolutoria ad fauorem illorum de Battaglinis, quæ titulum reducit ad non titulum reſtituendi ſunt omnes fructus percepti à die occupationis, vt poſt *Roman. conſ. 454. num. 26 & 27.* conſuluit *Rimin. Iun. conſ. 333. num. 11. Natt. conſ. 533. num. 12. Gonzal. ad reg. 8. gloſſ. 15. num. 150. Card. Seraph. deciſ. 815. ſub num. 2. verſ. In*
5 *Iudicio verò*, vbi quod ſaltem peti poſſunt vt damna, & intereſſe, *Rota in rec. deciſ. 317. num. 2. & deciſ. 693. num. 1. in fine verſ. & eſt regulare part. 1. in Melevitana fructuum 8. Februarij 1649. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. nec illos, & plenius in d. Mediolanen. Bonorum §. præterquam quod cum ſeqq. coram bo. me. Arguelles*.

Nec refert, quod in ſpolio iuxtà opinionem
6 quam ſeruat Rota niſi violentum ſit, vel attentatum, non veniant fructus niſi à die motæ litis, vt alijs relatis reſponſum fuit *in Romano Domorum 25. Iunij 1646. coram* R. *P. D. meo Bichio §. primo cum ſeqq. in Romana Domorum in Burgo 12. Nouembris 1649. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono §. in liquidandis enim iuncto §. ſeq. & in Melevitana Territorij 3. Iunij 1650. coram me in fine*.

Quia pręter quod hoc procedit quando pro re-
7 uocatione ſpolij actum fuit interdicto poſſeſſorio reintegrandæ, vel retinendæ, in quibus terminis loquuntur deciſiones prædictæ, non autem quan-
8 do, prout hic, actum fuit Iudicio ordinario, & petitorio, vt diſtinguendo firmatur *in d. Mediolanen. Bonorum coram bo. me. Arguelles §. non obſtat etiam*; Nos verſamur extra hanc difficultatem, quia tempore, quo Georgini poſſeſſionem occuparunt, lis pendebat tanquam antecedenter intro-

ducta

Digitized by Google

ducta coram Prætore Arimini, & ad Reuerendiſ-
mum D. meum Decanum deuoluta, atque ſubin-
de per viam appellationis, & reſtitutionis in inte-
grum reſtaurata coram bo. me. Buccabella, & de-
inde coram me; Appellatio enim litis continua-
9 tionem inducit, vt alijs relatis reſponſum fuit *in Barchinonen. Iuriſdictionis 8. Aprilis 1647. coram R. P. D. meo Bichio §. minus obſtat in fine, in Coloniens. Vicariæ 24. Ianuarij 1653. coram R. P. D. meo Meltio §. neque ſubſiſtere*, & prius *in Eugubina Prædij 14. Iunij 1649. coram me §. Quia cum emanauerit*; Etiamſi
10 per negligentiam appellantis eſſet deſerta, quia ſufficit, quod iuſtis de cauſis conceſſa fuerit reſti-
11 tutio in integrum, per quam reuiuiſcit prima-lis *Capic. latr. deciſ. 68. ſub num. 28. Card. Seraph. deciſ. 945. num. 3.* Rota *deciſ. 135. num. 6. part. 8.*
12 *rec.* & efficit vt res cum omnibus fructibus perceptis reſtituatur, *l. nec non 28. §. fin. ff. quib. ex cauſ. minor. reſtit. Cancer. var. reſol. tom. 2. cap. 1. numer. 287. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 45. num. 13. & in terminis Card. Seraph. deciſ. 1245. num. 2. & ſeqq. & Rota in d. Romana Domorum coram R. P. D. meo Bichio, §. ſanè contra*.

Quo verò ad quantitatem dicebant informan-
13 tes eſſe liquidandam iuxtà taxam legalem ad rationem quinque pro centenario ſecundum *gloſſ. in Auth. perpetua verb. iuxta C. de Sacroſanct. Eccleſ.* quam millies comprobauit *Rota*, & ſignanter *in recent. deciſ. 656. num. 2. part. 3. & alibi* paſſim, facilius in propoſito, quo Teſtes relati *in d. Sum. num. 3.* fructus ad hanc rationem ex bonis con-
14 trouerſis percipi deponunt, qui cum loquantur de fructibus in certa quantitate, nempè de annuis ſcutis decem, dicuntur deponere deductis expenſis neceſſarijs pro illorum recollectione, *ſan. mem. Gregor. deciſ. 273. numer. 3.* quam ita declarauit, *Rota in recent. deciſ. 444. num. 5. par. 2. in Placentina Beneficij 27. Maij 1647. coram Reuerendiſſimo Terracinen. ſub. §. non obſtat, quod non deponant, & in Gerunden. Prioratus 29. Nouembris eiuſdem anni coram* R. *P. D. meo Bichio §. vltimo in fine*.

Verum quia *in Summ. ſub num. 4.* exhibita fuit quædam locatio à Georginis facta ad rationem ſcutorum octo bononenorum 84. pro quolibet ſcuto, ad iſtam proinde quantitatem pro tempore, quo durauit præfata locatio ſunt condemnandi, quia Rota ſequitur opinionem. *Zabarell. in cap. gratum de reſtit. ſpoliat.* quod ſcilicet etiam in Iudi-
15 cio ſpolij non violenti, aut attentati ſpoliator teneatur tantùm ad fructus perceptos, non autem ad eos, qui percipi potuerunt, vt dictum fuit in allegata *Romana Domorum in Burgo coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono §. inſuper ex quo*: Nil refragante, quod locatio loquatur de tribus tornaturis in circa, ſententia verò condemnet ad qua-
16 tuor, quia dictio illa *in circa* benè comprehendit quartam tornaturam tanquam quid modicum, *iuxtà theor. gloſſ. in cap. 1. §. penultimo verb. circa illud de offic. ordin. in 6.* cum concordantibus adductis *in* Romana *Penſionis 19. Ianuarij 1646. coram me §. penultima*. Maximè quia non conſtat, quod quarta tornatura eſſet ſeparabilis, vel ſeparata ab alijs locatis.

Et ità reſolutum fuit fructus deberi à die captæ poſſeſſionis per Georginos ad rationem ſcutor. decem annuorum ante, & poſt locationem, & ſcutorum octo bononenorum 84. pro tempore locationis, vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA CANONICATVS.

Merc. 9 Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, quando dicantur conformes, Capitulum quando fuit interdictum, & licet Canonici aliqui ſint innocentes, & non afficiantur interdicto, tamen ipſi non repreſentant Capitulum, & non poſſunt facere actus Capitulares, ne detur illud abſurdum, vt in eadem Eccleſia dentur duo Capitula vnum bonum, & alterum malum.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium aliquod obtinens à Papa, ſi non narrauit, eius collationem ſpectare ad aliquod Capitulum, & ad Epiſcopum dicitur gratia ſubreptitiè obtenta.*

2 *Gratia, quando mere gratioſa non poſſit dici.*

3 *Sententiæ plures dicuntur conformes, dum vna confirmat aliam.*

4 *Sententiæ dicuntur conformes, quando in effectu, & in ſubſtantia concordant.*

5 *Sententiæ, quando ſunt conformes ſunt exequendæ.*

6 *Sententia iuſtitia benè probatur ex deciſionibus in cauſa emanatis.*

7 *Collatio beneficij, quod competat alicui de Iure communi, & de iure ſpeciali paria non ſunt.*

8 *Epiſcopus, quando venit appellatione Canonicorum conſideratur, tanquam vnus de Capitulo, & non vti Prælatus, & num. 9.*

10 *Subreptia non cauſatur ex taciturnitate eorum, quæ non retraxiſſent Principem à conceſſione gratiæ.*

11 *Capitulum, quando fuit interdictum, licet aliqui capitulares non ſint interdicti non tamen poſſunt facere actus Capitulares.*

12 *Corpus, quando ſuſpenditur non poſſunt eius membra eius operationes exercere.*

13 *Capituli ſuſpenſio licet non afficiat innocentes tam reſpectu culpæ, quam reſpectu actus ſpectantis ad ſingulos, qualiterque id ſit verum.*

14 *Capituli ſuſpenſio, afficit etiam Canonicos innocentes, quoad actiones nomine, & iure totius Capituli delinquentis facienda, cuius ipſi ſunt membra.*

15 *Quod quidem non eſt puniri propter peccatum alienum, ſed eſt aliquo modo participare de pæna totius.*

16 *Capitulum licet conſeruetur, & ſit repreſentabile etiam per vnum Canonicum.*

17 *Attamen, quando Capitulum eſt interdictum, & adſint Canonici innocentes, vtique tunc per eos non repreſentatur Capitulum.*

18 *Capitula duo non dantur in eadem Eccleſia, vnum ſuſpenſum, atque interdictum.*

Alterum verò, neque ſuſpenſum, neque interdictum.

Capita duo, monſtruoſum eſſet dare in eodem corpore, ſic duo Capitula in eadem Eccleſia n. 18.

19 *Interdictum Eccleſiaſticum non poteſt dici generale dum aliquos excipit.*

20 *Interdictum aliud eſt locale immediate locum afficiens, prohibendo, ne in eo fiant ſacra functiones.*

21 *Et aliud perſonale, quod immediate afficit perſonas prohibendo illis participationem ſacrarum functionum.*

22 *Interdictum ſubdiuiditur in generale, & ſpeciale.*

23 *Interdictum illud dicitur generale, quod fertur in aliqua collectione hominum vti corpus poſitum, & morale nempe in populum alicuius Ciuitatis.*

24 *Vniuerſitas licet ſit interdicta, quia tamen multi*

ſint

ſint innocentes, ſequitur quod non omnes ſint interdicti.

25 *Interdictum, quando eſt generale, an afficiat tantum eos, qui dederunt cauſam interdicto.*

26 *Interdictum generale ad effectum vt fulminetur non exigitur, vt in omnibus de vniuerſitate ſit culpa ad effectum vt omnes efficiat.*

27 *Interdicto generali, vt ſit locus ſufficit, vt adſit culpa in capite, vel in maiori parte eorum de vniuerſitate.*

28 *Ab edicta generali excepti, poſſunt exercere qua poſſunt facere vti ſinguli non vti vniuerſi.*

29 *Interdictum, quando eſt Capitulum licet Canonici Innocentes quoad ſe participent de pœna inflicta eidem Capitulo, tamen habet, vt hic & num. 30.*

31 *Sub interdicta generali quod adſint perſonæ vniuerſitatis etiam innocentes, ſicuti reliqui culpabiles eſt compatibile.*

35 *Beneficiorum collatio non impeditur per ſuſpenſionem à diuinis.*

33 *Veritatis narratio non inducit ſubreptionem.*

34 *Contumaces digni ſunt odio.*

Papa odio cenſetur motus, dum voluit in conferendo beneficium præuenire Capitulum contumacem, & interdictum num 35.

36 *Subreptio, ex quo non inducatur, & numer. 37. & 38.*

DECISIO CCCCLXXXVIII.

ADuerſus tres ſententias rotales, quæ reuocando primam vniformiter concedunt exequutionem literis Apoſtolicis Gregorij de Alayeto, cauſa appellationis mihi commiſſa cum clauſula conſtito de tribus informantes pro Didaco Hie-
1 ronymo Sala non ſolum repetebant ſubreptionem
ex duplici capite toties deductam, nempe ob omiſſam narratiuam, quod Ius conferendi nedum ad Capitulum ſpectar, ſed etiam ad D. Archiepiſcopum Ceſaraugustanum, & ex quo Papæ narratum non fuerat in ſententia cenſurarum tex Canonicos, & totidem Dignitates nominatim fuiſſe exceptuatas, penes quos propterea Ius Capituli conſeruari poterat, ſed aliam nouam ſubreptionis ſpeciem deduxerunt, ex eo ſcilicet quod Summo Pontifici tripliciter expoſitum fuit prouiſionem Canonicatuum vacantium in menſibus Martij, & Septembris ad Capitulum, & Canonicos ex indulto, ſeù Priuilegio Apoſtolico per-
2 tinere tacito, quod indultum non proceſſerat ex
mera gratia Papæ concedentis, ſed titulo oneroſo, & cum pactis initis in limine ſecularizationis cum Maieſtate Catholica, cui inſuper in Bulla eiuſdem ſecularizationis Iuſpatronatus pro certis menſibus reſeruatum fuerat.

Verum prefatis non obſtantibus reſolutum fuit
3 conſtare de tribus, quia cum ſententiæ rotales ad
4 inuicem tripliciter ſe confirment, & in ſubſtantia
concordent, dubitari nequit de ipſarum conformitate, vt dixit *Rota deciſ. 647. numer. 1. part. 1. deciſ. 491. eadem num. par. 5. & deciſ. 292. in princ. par 6. rec. coram Duran. deciſ. 365. numer. 3. in Romana domus 11. Aprilis 1644. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. & in Romana fideicommiſſi, ſeu Sal-*
5 *uiani 1. Iulij 1652. coram me*. Ac propterea ſunt
exequendæ *iuxta Text. in Clem. vt calumnijs de ſent. & re ind. in cap. tua nobis 65. de appell. & in l. 1. C. ne liceat in vna eademque cauſ. 3. appellar.*

Iuſtitia ſatis liquet (nam validitas non reuocatur in dubium) ex tribus deciſionibus in hac
6 cauſa editis 16. Iunij. 1653. coram R. P. D. meo
Albergato 4. Februarij 1654. coram R.P.D. meo Bichio, & 16. Iunij eiuſdem anni coram R. P.D. meo Beuilaqua; Nec obſtat prima ſubreptionis exceptio, quia Ius conferendi Canonicatus va-
7 cantes in menſibus Martij, & Septembris non
competit D. Archiepiſcopo Ceſaraugustano ex Iuris diſpoſitione, ſed ex ſpeciali priuilegio dictæ Bullæ ſecularizationis, quæ illud tribuit Capitulo, cum Archiepiſcopo non ſimultaneè, & diſtributiuè ſed tanquam vni corpori per Capitulum,
8 & Archiepiſcopum repræſentato cum declaratio-
ne, quod Archiepiſcopus vnam tantum vocem, prout quilibet Canonicorum habeat, & ſub expreſſa conditione quatenus in actu collationis ipſe interueniat in Capitulo, atque ideò ſatis fuit exponere Papæ, quod collatio Canonicatuum in dictis menſibus vacantium ſpectaret ad Capitulum; nam ipſius appellatione venit etiam Archie-
9 piſcopus quando tanquam vnus de Capitulo par-
ticipat de collatione, quià tunc non conſideratur vti Prælatus, ſed tanquam vnus de corpore Capituli, vt relatis deciſionibus, & auctoritatibus luculenter reſponſum fuit in omnibus deciſionibus huius cauſæ.

Ceſſat pariter altera, quia cum dictum ius conferendi ſpectet ad Capitulum, illudque ſit interdictum, & ſuſpenſum non fuit opus Papæ narrare aliquos ex Canonicis, dignitatibus ab huiuſ-
10 modi interdicto, & ſuſpenſione fuiſſe in ſenten-
tia exceptuatos, quia talis expreſſio illum non retraxiſſet à prouidendo, nam ſi qui ex Capitularibus non excommunicati, & habiles remanſe-
11 runt exercere non poſſunt actus Capitulares, &
iuriſdictionales, quia dum totum corpus ſuſpen-
12 ditur, non poſſunt illius membra eius operatio-
13 nes exercere, licet enim ſuſpenſio Capituli non
afficiat Innocentes reſpectu culpæ, & reſpectu
14 actus ſpectantis ad ſingulos vti particulares, eos
tamen afficit quoad actiones nomine, & Iure totius Capituli delinquentis, & cuius ipſi ſunt
15 membra, quod propriè non eſt puniri propter
peccatum alienum, ſed eſt aliquo modo participare de pœna totius quod peccauit, quod non eſſe inconueniens tradunt optimè *Suarez de Cenſur. lib. 5. diſput. 28. ſect. 4. num. 2. verſ. reſpondent & diſput. 36. ſect. 2. num. 10. Caſtropal. oper. moral. part. 6. tit. de Cenſur. diſput. 4. punct. 3. numer. 3. Modern. P. Diaa. reſol. moral. part. 5. tract. 10. reſol. 25. verſ. ſed contrariam Rota in Cæſarauguſtana diſtributionum 29. Maij 1652. coram R. P. D. meo Veroſpia §. 1. & §. ſiquidem interdictum, & prius in Tridentina Canonicatus 17. May 1645. §. Prout etiam confirmata 26. Februarij 1646. coram me*, in quibus
16 ſubditur, quod licet Capitulum conſeruetur, &
ſit repræſentabile etiam per vnum duntaxat Ca-
17 nonicum, repræſentatur tamen tanquam corpus
infectum, & inhabile ad exercendum actus iuriſdictionales, aliàs autem darentur in eadem Ec-
18 cleſia dua Capitula, alterum ſuſpenſum, & inter-
dictum, & alterum neque interdictum, neque ſuſpenſum, quod monſtruoſum eſſet, vt latius probatur in deciſionibus.

Agnoſcentes informantes pro Didaco hanc veritatem conabantur eam euitare allegantes pre-
19 fata procedere in interdicto generali, non autem
in ſpeciali negantes propterea id, de quo agitur fuiſſe generale, dum nonnullos excipit, ſed contrarium patet ex quo latum fuit contra Capitu-
20 lum. Recepta enim eſt in hac materia diſtinctio,
quod interdictum aliud eſt locale, immediatè locum afficiens, prohibendo ne in eo fiant ſacræ

fun-

Digitized by Google

requiſitis *Clem.* 2. *vt lit. pendent.*

9 *Beneficium quando eſt litigioſum, ſano ſi apprehendatur eius poſſeſſio dicitur attentata.*

10 *Poſſeſſio Beneficij capta in vim literarum Apoſtolicarum non poteſt dici attentata.*

11 *Papa non attentat prouidendo aliquem de Beneficio.*

12 *Papa licet non attentet, dum prouidet de beneficio attentat tamen executor tradens eius poſſeſſionem lite pendente.*

13 *Beneficij poſſeſſio, quando conſtat quod eſt attentata tunc locus eſt ſequeſtro.*

DECISIO CCCCLXXXIX.

VAcantibus per mortem Io: Antonij Magni anno 1653. tribus Beneficijs ſimplicibus Capellanijs nuncupatis de Iurepatronatus Laicorum, ad ea per diuerſos prætenſos Patronos præſentati fuerunt Io: Antonius Contardus Griffus, & Io: Franciſcus Promontorius, inter quos mota lite ſuper inſtitutione quoad duo ex dictis Beneficijs Sancti Nicolai, & Sanctæ Luciæ coram Capitulo Sarzanæ, & quoad aliud Sanctæ Mariæ coram Ordinario Lunen. Sarzanen. ea pendente primo loco Contardus gratiam Apoſtolicæ Prouiſionis obtinuit cum derogatione medietatis vocum, illamque exhibuit coram Vicario dicti Ordinarij, & ab eo 6. Septembris eiuſdem anni 1653. mandatum de immittendo reportauit, eademque die poſſeſſionem Beneficiorum S. Nicolai, & S. Luciæ fuit aſſequutus; Deinde verò Promontorius appellauit infra decem dies à die habitæ notitiæ, & de Menſe Nouembris ſequentis aliam Apoſtolicam Prouiſionem certo modo impetrauit, & à Vicario Eminentiſſimi D. Cardinalis Archiepiſcopi Ianuen. ſuper omnibus præfatis tribus Beneficijs ſententiam Immiſſionis obtinuit, eiuſque vigore poſt interpoſitam appellationem à Contardo, illorum poſſeſſionem apprehendit.

Hinc igitur Iure merito Domini reſponderunt
1 conſtare de attentatis hinc inde, & apponendum
eſſe ſequeſtrum, quià pendente lite inter Præſen-
2 tatos ſuper Inſtitutione non potuit ab eis abſque
incurſu attentatorum apprehēdi poſſeſſio eorundem Beneficiorum vigore Prouiſionum Apoſtoli-
3 carum, quas deinde vnuſquiſque impetrauerat, vt in terminis monuit *Lancellott. de attent. lit. pend. par.* 2. *cap.* 4. *in præfat. num.* 614. *cum ſeqq.* quam in puncto poſt *Lotther. de re benef. lib.* 3. *quæſt.* 11. *num.* 40. *&* 41. *comprobauit Rota in Aquilana Iuriſpatronatus* 18. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo Meltio ſub* §. *Pendentia autem, & prius in Gerunden. Beneficij* 1. *Februarij* 1645. *coram me* §. *Sed cum Andreas.*

Non obſtat quod omiſſo, An dicto Capitulo
4 competat Iuriſdictio de quo in indiuiduo dubitauit *Rota coram Durano deciſ.* 4. *num.* 4. Ex Edictorum affixione, & exhibitione Præſentationum
5 non fuerit lis introducta, & ſic dicti actus tanquam extraiudiciales non indicant attentata, vt firmatur ibidem *num.* 10. *&* 11.

Licèt enim ſimplex Edictorum affixio, & pu-
6 blicatio antequam compareat, & ſe opponat aliquis legitimus Contradictor, ſit actus merè extraiudicialis, *Calderia. conſil.* 2. *ſub num.* 2. *verſic. Pro iſta vltima opinione de elect. Lambertin. de Iurepatr. par.* 2. *lib.* 2. *quæſt.* 9. *principal. art.* 12. *num.* 1. *fol. mihi* 95. *Gonzal. ſuper regul. Cancell. gloſſ.* 9. *in adnot. contra nullit, & attent. num.* 41. *&* 42. cum alijs allegatis in *Vicen. Beneficij* 10. *Decembris* 1646. *coram me* §. *Nec obſtat, quod Vicarius;* effi-
7 citur tamen iudicialis, & litem introducit poſt comparitionem, & oppoſitionem Competitorū, qui in caſu noſtro ad plures citationes, iudiciales, petitiones, & proteſtationes deuenerunt, *Summ.*
8 *Promontorij n.* 1. *&* 2. Hoc enim caſu litem eſſe introductam, cum concurrant requiſita per *Clem.* 2. *vt lit. pend. dixit Rot. deciſ.* 227. *num.* 2. 3. *&* 4. *par.* 3. *lib.* 2. *& deciſ.* 266. *num.* 4. *eadem part.* 3. *lib.* 3. *diuerſ. in Cremonen. Præpoſituræ* 23. *Maij* 1644. *coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado* §. *Nam illa in fine in dicta Aquilana Iuriſpatronatus coram R. P. D. meo Meltio dicto* §. *Pendentia autem, & diſtinguendo in Leodien. Perſonatus* 16. *Maij* 1650. *coram me* §. *Quia cum ſimplex;* Ac de conſequenti
9 operatur, quod omnia in eius ſpectum deinde
10 geſta attentatorum vitio laborent ex auctoritatibus, & deciſionibus ſupra relatis.

Nec ſubſiſtit, quod poſſeſſio capta in exequu-
11 tionem Literarum Apoſtolicarum non poſſit dici
12 attentata; Quamuis enim Papa non attentet prouidendo ad *Text. in cap. Propoſuit quarto* §. *Licet autem de conceſſ. Præben. Egid. deciſ* 749. *in fin. San. Mem. Gregor. dec.* 2. *num.* 1. *&* 2. Attentat tamen Exequutor illius prouiſionis tradendo poſſeſſionem lite pendente, vt optimè declarauit *Rota coram San. Mem. Gregor. dicta deciſ.* 2. *num.* 5. *ibique Add. ſub num.* 15. *verſ. Verum notandum eſt, & deciſ.* 10. *num.* 2. *verſ. Tamen licet, in Bituntina Iuriſpatronatus* 26. *Februarij* 1646. *coram bon. mem. Arguelles,* §. *Non obſtat; in Gerunden. Beneficij* §. *final. & in Meleuitana Parochialis* 26. *Maij* 1651. §. *Indeque non releuat coram me.*

Firmatis attentatis hinc inde vtriuſque poſſeſ-
13 ſio eſt ſequeſtranda iuxtà inueteratum Stylum Tribunalis, vt poſt *Archid. in cap. quia res ſub numer.* 10. *verſ. Ex quibus Iuribus* 11. *quæſt.* 1. firmauit *Rota coram San. Mem. Gregor. d. dec.* 10. *dec.* 91. *& deciſ.* 251. *in omnibus num.* 1. *coram bon. mem. Buratto deciſ.* 13. *num.* 4. *in dicta Bituntina Iuriſpatronatus* §. *firmatis igitur, in dicta Aquilana Iuriſpatronatus ſub dicto* §. *Pendentia autem, & in dicta Gerunden. Beneficij* §. *ſed cum Andreas,* & alibi paſſim.

Et ità vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Ven. 18. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum cum obligatione Camerali habet paratam executionem, licet ſit copia, dummodo vel ex atteſtatione Notarij Actuarij appareat illam fuiſſe cum originali collationatam, vel ſi concurrant adminicula, præſertim in antiquis? Statutum Laicale licet ſit confirmatum à Papa ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica, numquam tamen Clericos comprehendit niſi ſpecialiter, vel ſub verbis generalibus fuerit facta mentio de ipſis; Clericus verò licet per modum Priuilegij poſſit vti Statutis Laicorum fauorabilibus, nec de Clericis vllam mentionem facientibus; id tamen debet declarare à principio contractus, non autem de tempore, quo conuenitur, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum continens obligationem Cameralem habet executionem paratam, & eius vigore poteſt executiuè procedi ad relaxationem mandati.*

2 *Inſtrumentum, quando non eſt originale, ſed copia regulariter non probat, præſertim ſi pars oppoſuit in termino generalia contra.*

3 *Declara hoc non procedere quando ex atteſtatione*

Digitized by Google

Notarij Cauſa, apparet copiam fuiſſe cum originali collationatam.

4 *Copia Inſtrumenti collationatæ cum originali facit fidem, ſicut ipſumet originale.*

5 *Copia Inſtrumenti, ſeù exemplum, & ſcriptura etiam informis, iunctis adminiculis plenè probat præſertim in antiquis.*

6 *Statutum laicale non comprehendit perſonas Eccleſiaſticas.*

7 *Statutum laicale, licet fuerit confirmatum à Papa ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica, numquam tamen Clericos comprehendit niſi Statutum loquatur in ſpecie de Clericis, vel habeat verba vniuerſalia, apta illos comprehendere.*

8 *Clerici poſſunt uti per modum Priuilegij Statutis Laicorum fauorabilibus tamen, & de Perſonis Eccleſiaſticis expreſſam mentionem non facientibus,*

9 *Clericus non poteſt uti nec minus per modum Priuilegij Statutis Laicorum fauorabilibus, quando id non declarante in principio contractus, ſed ſolum allegauit, quando vigore contractus fuit conuentus.*

10 *Clericus non poteſt declarare de tempore Iudicij velle uti Statutis fauorabilibus laicorum per modum Priuilegij, quia declaratio iſta dicitur intempeſtiua, cum res non ſit amplius integra.*

11 *Præſcriptio non meretur allegari, quando iudicialiter per litem fuit interrupta.*

12 *Inſtantia de Iure Canonico eſt perpetua.*

13 *Inſtantia ex diuturna taciturnitate dicitur deſerta, quando ex actis conſtat de claro non Iure tacendi,*

14 *Inſtantia dicitur deſerta ex diurna taciturnitate, quando ſuper deſertione, & re iudicata lata eſt ſententia Iudicis alias ſecus.*

15 *Ignorantia probabilis ſemper in Hærede præſumitur,*

16 *Reſtitutio in integrum aduerſus lapſum temporis, & præſcriptionem conceditur Hæredi ob probabilem Ignorantiam, quæ ſemper in eo præſumitur,*

DECISIO CCCCXC.

NVpſit Erſilia de Santa Cruce anno 1563. Franciſco Cincio cum Dote ſcutorum 5000. monetæ, quam infra quinquennium proximum illi ſoluere promiſerat ſub obligatione Camerali bo: mem: Proſper de Sancta Cruce tunc Epiſcopus Chuſinen. Sponſæ Patruus, ſed elapſo quinquennio, & Dote non ſoluta egit Franciſcus coram A.C. & anno 1572, contra Promiſſorem ad Cardinalatus apicem elatum mandatum exequutiuũ obtinuit pro ſcutis 1500. ſinè præiudicio reſidui, Verùm interpoſita appellatione, & cauſa commiſſa, prout in prima bon: mem: Cardinali Melino tunc Sacræ Rotæ Auditori cum facultatibus A. C. nuper Chriſtophorus Cincius vti Ceſſionarius Fiſci illam reaſſumpſit coram me in illius locum ſuffecto tàm pro conſequutione ſcutorum 3500. occaſione reſidui ſortis principalis dictæ Dotis, quàm pro fructibus decurſis quouſque matrimonium durauit, & citato dicto Marchione Tarquinio de Sancta Cruce hærede mediato eiuſdem Promiſſoris, obtinuit dari Dubium an & pro qua ſumma ſit relaxandum mandatum, cui reſponderunt Domini mandatum eſſe relaxañ pro reſiduo ſortis, reſeruato vt de fructibus par-
1 ticulariter videatur; Cum enim Inſtrumentum promiſſionis factæ per Cardinalem cõtineat obligationem Cameralem, *Summar, Actoris num.* 2. habet exequutionem paratam, & eius vigore procedi poteſt exequutiuè ad relaxationem mandati contra bona hæreditaria illius, dum ex commiſſione relata ſub *num.* 5. enunciatæ fuerunt facultates A. C. vt in *Portuen. Aſſilius* 4. *Martij* 1652. *coram R. P. D. meo Bichio* §. *Prima pars*, vbi allegantur concordantes.

2 Non obſtat, quod dictum Inſtrumentum non ſit originale, ſed copia, quæ regulariter non probat præſertim quando Pars, prout hic, oppoſuit in termino generalia contra.

3 Quoniam Notarius A. C. per cuius acta hæc cauſa introducta, & agitata fuit atteſtatur Inſtrumentum publicum, & Originale ibi fuiſſe productum, & producenti ſucceſſiuè reſtitutum dimiſſa iſta copia, cum eo collationata *Summar. Actoris*
4 *nu.* 1. & 2. quæ propterea facit fidem ſicut ipſumet originale, *Rota coram Card. Seraph. dec.* 1192. *n.* 3. *coram Buratt. deciſ.* 584. *n.* 5. & *in Vercellen. Vnitatis Capituli* 24. *Aprilis* 1641. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, §. *Nam quoad ſcripturam.* Præcipuè cum adminiculetur tùm ab effectuatione Matrimonij eiſdem anno, menſe, & die ſequuta iuxtà formam dicti Inſtrumenti *dicto primo Summario ſub dicto num.* 2. Tum ab expreſſa ratificatione poſt aliquot dies facta à Franciſco Sponſo *num.* 3. Tum etiam ex Iudicio poſt nouem annos ab eo ſucceſſiuè moto, & fauorabiliter proſequuto poſt relaxationem mandati exequutiui pro ſcutis 1500 ſine præiudicio reſidui *num.* 4.

5 Certum enim eſt, quod etiam exemplum, Copia, & ſcriptura alias informis iunctis adminiculis, & præſertim in antiquis plenè probat, *Caputaq. deciſ.* 234. *num.* 2. *par.* 1. *Rota diuerſ. dec.* 717. *num.* 5. *verſ. Non obſtant in fin. par.* 1. & *deciſ.* 418. *num.* 5. *par.* 2.

Nec refert, quod per antiquum Statutum Vrbis annullentur quæcunque promiſſiones Dotis vltra ſummam ſcutorum 1500.

6 Quià huiuſmodi Statutum vti laicale non comprehendit Cardinalem Dotis controuerſæ promiſſorem tanquam perſonam Eccleſiaſticam, *Auth. ſtatuimus C. de Epiſc. & Cleric. Rota in Romana Liberationis à fideiuſſione* 4. *Martij* 1630. *coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſ. deciſ.* 901. *n.* 1. *in Romana Donationis de Caſtellanis* 23. *Iunij* 1631. *coram bon. mem. Coccino, in recent. deciſ.* 52. *nu.* 28. & 52. *par.* 6. *in Romana Succeſſionis de Comitibus* 15. *Ianuarij* 1642. §. *Et videbatur ceſſare circa fin. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano in* Romana *Dotis* 11. *Febr.* 1647. & *in Romana Domorum* 13. *Decembris* 1649. *in fine coram R. P. D. meo Bichio.*

Et licet allegata fuerit *deciſ. in Romana Dotis* 2. *Februarij* 1567. *coram Robuſterio*, quæ in his terminis firmat præfatum Statutum comprehendere etiam Cardinales, Attamen quidquid ſit de legalitate huius deciſionis, quæ circumfertur manuſcripta fundatur in ſola ratione, quod vigore Apoſtolicæ confirmationis Statutum ſit Papale, quam rationem, niſi Statutum loquatur in ſpecie de Clericis, vel habeat verba vniuerſalia apta illos comprehendere, quæ hic deficiunt,
7 perpetuò Rota, reiecit, firmando Clericos alioquin in Statutis quamuis confirmatis à Papa ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica non comprehendi, & hoc non ex defectu poteſtatis, quam tribuit confirmatio, ſed ex defectu voluntatis, vt reſpondetur in terminis Statutorum Vrbis in dictis deciſionibus ſupra allegatis, quæ comprobatę fuerunt in caſibus aliorum conſimilium Statutorum in *Tudertina Succeſſionis* 29. *Maij* 1652.

coram

coram R. P. D. meo Meltio §. Nihil etiam facit, &
in Bonon. Hæreditatis 28. Iunij eiuſdem anni coram
R. P. D. meo Bichio, §. Nihil ſuffragante, & in his
terminis egregiè *Bald. in cap. Eccleſia Sancta Ma-*
ria num. 14. & 15. de conſtit. vbi loquitur his præ-
ciſis verbis, *ſi Papa approbat Statutum Laicorum ſu-*
per rebus Clericorum, & Eccleſiarum, Statutũ eſt ſer-
uandum tanquam Statutum Papæ, quod intelligo ſi no-
minatim eſt facta mentio de Clericis, & Eccleſijs ali-
ter non continentur in generali Sermone, ex quo poſſet
eorum libertas infringi.
8 Quatenus verò replicabatur Clericos poſſe vti
per modum priuilegij Statutis Laicorum fauora-
bilibus, tamen & de perſonis Eccleſiaſticis ex-
preſſam mentionem non facientibus ex allegatis
per *Modernum Epiſcopum Eugubinum deciſ. 11. n. 9.*
& 10. ſub num. 30. Card. Millin. deciſ. 146. num. 6.
cum Concordantibus in Romana, ſeù Ianuen. Locorum
Montium 26. Iunij 1648. coram me §. Hoc enim
9 reſponſum fuit id procedere quando Clericus à
principio contractus declarauit velle vti ſtatuto
tanquam Priuilegio, ſecus autem ſi tunc huiuſ-
modi declarationem non fecit, ſed id ſolùm al-
legat quando vigore contractus conuenitur, hoc
enim caſu Statuto Laicorum vti non poſſe nec
minus per modum priuilegij optimè diſtinguen-
do declarat *Lamberteng. de contract. glaſſ. 2. in verb.*
mulierum num. 58. fol. 169. & firmauit *Rota in Se-*
nogallien. Fructuum Cenſus 10. Iunij 1644. coram
Reuerendiſſimo Terracinen. ſub §. Denique non obſtat,
10 vbi affert rationem, quia tempore Iudicij intem-
peſtiua eſt declaratio, cum res non ſit amplius
integra; Tantum autem abeſt, quod Cardina-
lis ità declarauerit tempore contractus, quod
imò dum nulla habita ratione præmemorati ſta-
tuti d. Dotem promiſit in ſcutis 5000. eo vti no-
luiſſe cenſeatur, ne alias ſponſam fraudaret, quod
præſumendum non eſt, attenta præſertim quali-
tate Eccleſiaſtica, quam poſſidebat.
Et Hinc DD. dixerunt non eſſe opus quærere
an Cardinalis teneatur tanquam Tutor, dùm ex
prædictis validè conueniri poteſt ex obligatione
proprio nomine facta, cui non obſtat obiectæ
11 præſcriptionis exceptio, cum interrupta fuerit
anno 1572. ex dicta lite iudicialiter mota coram
A. C. & Rotæ Commiſſa anno 1592. *cap. fin. de*
præſcript. Et quamuis ab anno 1593. quo emana-
uit citatio ad dicen. contra Commiſſionem nil
poſteà ſpatio 60. & vltra annorum actum fuerit
12 in Cauſa; Nihilominus quia de Iure Canonico
Inſtantia eſt perpetua, *cap. penult. de Iudic. Creſc.*
13 *deciſ. 7. de cauſ. poſſ. & propr.* tunc demum ſimilis
diuturna taciturnitas inducit deſertionem quan-
do vel ex actis conſtat de claro, non Iure tacentis,
vt declaran. *deciſ. Achill. 7. vt lit. pend.* reſpondit
Rota in Roſſanen. Decimarum 23. Ianuarij 1642. co-
ram Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Salamantino in fine,
& in Auenionen. legitima 30. Aprilis præteriti coram
R. P. D. meo Priolo §. vltimo & prius in *Calaguri-*
tana Beneficij S. Ioannis de Molinar 29. Maij 1652.
14 *coram me in fine*; Vel ſuper deſertione, & re indi-
cata lata eſt ſententia Iudicis, alias ſecus, vt in
Fanen. Capellaniæ 22. Iunij 1646. coram Reuerendiſ-
ſimo Tarraconen. §. Nec dicat in Leodien. Beneficij
23. Maij 1648. coram R. P. D. meo Peutingerio ſimi-
li §. nec dicat in Auellina Canonicatus 12. Iunij 1651.
§. Nec ſubſiſtit, & in dicta Calaguritana Beneficij
S. Ioannis de Molinar §. Quoniam lis coram me; Et
15 in omnem caſum ob probabilem ignorantiam
16 quæ ſemper in hærede præſumitur competeret
Actori reſtitutio in integrũ aduerſus lapſum tem-
poris, vt ad fauorem ipſius met D. Chriſtophori
firmatum fuit in *Romana Vineæ 22. Iunij 1654. co-*
ram me §. fin. vbi ad iſtum effectum fuerunt etiam
ponderata notoria fiſci impedimenta.
Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Veneris 18. Iunij 1655.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum incontinenti probatum impedit viam exequutiuam, dicitur autem conſtare de fideicommiſſo ad fauorem cuiuslibet deſcendentis ex fratre fideicommittentis, quando Teſtator in defectu omnium eius filiorum, & deſcendentium ſubſtituit Filios, & Nepotes ex fratre addita ratione conſeruandæ Agnationis, tam in eius linea effectiua, quam in linea fratris, cum dictionibus *ſemper, & in infinitum*, & an appellatione Nepotum veniant omnes deſcendentes.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum incontinenti probatum, impedit viam exequutiuam.*

2 *Nepotum appellatione regulariter venit tota deſcendentia.*

3 *Nepotum appellatione perneceſſe veniunt omnes deſcendentes, quando fuerunt vocati Nepotes per directam lineam deſcendentes.*

4 *Nepotes quando fuerunt à Teſtatore vocati in tempus remotum, puta in caſu non exiſtentia aliquorum ex ſuis deſcendentibus in infinitum tunc eo magis iſtorum appellatione veniunt omnes deſcendentes.*

5 *Ratio conſeruandæ Agnationis æqualiter conſiderata à Teſtatore in inſtitutis, ac in ſubſtitutis operatur, vt vocatis inſtitutis in infinitum pari modo cenſeantur vocati ſubſtituti in dicta ratione pariformiter contemplati.*

6 *Ratio conſeruandæ Agnationis ſiue fiet principaliter, ſiue conſequutiuè, ſemper inſeruit pro interpretanda mente fideicommittentis.*

7 *Secus autem ſi deduceretur ratio conſeruandæ Agnationis prò extenſione fideicommiſſi.*

8 *Subſtitutio filiorum, vel Nepotum extenditur etiam ad alios deſcendentes vlterioris gradus, quando Teſtator dixit velle bona ſua ſemper conſeruare in Agnatione.*

9 *Identitas bonorum fideicommiſſi probatur ex Inſtrumento diuiſionis inter Hæredes ſecuta.*

10 *Identitas bonorum fideicommiſſi probatur, quando conſtat hæredem grauatum poſſediſſe in eodem loco, quæ poſſidebat fideicommittens.*

11 *Creditor ſimplex licet anterior, & poſſidens bona communis debitoris nequit impedire illorum ſubhaſtationem ad effectum deponẽdi pretium, ex quo ei primo loco ſatisfiat, & reſiduum cæteris concreditoribus ſoluatur.*

DECISIO CCCCXCI.

AD impediendam exequutionem mandati rotalis alias relaxati ab Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono, pro Fructibus Cenſus, de quibus agitur ad fauorem D. Marcelli Gherardi contra D. Marcellum Creſcentium, quod deinde Rota corã me mãdauit exequi præcedẽtibus pluribus deciſionibus. Pro parte eiuſdem Creſcentij opponebatur de antiquiori fideicommiſſo q. Mariani condito de anno 1565. ad eius fauorem

purificato ſuper medietate Bonorum, de quibus infra, prout ex Teſtamento relato in eius *Summ. ſub num.* 1. & propoſito dubio reſolutum fuit non
1 eſſe procedendum ad exequutionem, quia dictum fideicommiſſum tanquam incontinenti probatum impedit viam exequutiuam *Card. Scraph. deciſ. 757. nu. 1. Rota in Raaennaten. Cenſus 7. Aprilis 1617. coram Vbaldo apud Cene. de Cenſ. deciſ. 75. num. 5. & 6. & in Ciuitatis Caſtelli Cenſus 17. Maij 1631. coram bon. mem. Pirouano.*

Eius enim probatio ex eo pendet An ſubſtitutio Filiorum, ſeù Nepotum Petri Pauli Fratris Teſtatoris, à quibus deſcendit Creſcentius, comprehendat omnes dicti Petri Pauli deſcendentes, & ſanè illorum comprehenſio clarè deprehenditur ex toto Teſtamenti contextu, Nàm poſtquam Teſtator in eius propria linea deſcenſiua totam ſuam deſcendentiam in infinitum vocauit in caſu illius deficientiæ voluit, quod ſuccederent, ſunt verba Teſtamenti ibi: *Filij legitimi, & naturales maſculi ex legitimo matrimonio nati q. Petri Pauli ipſius Teſtatoris germani Fratris, ſeù Nepotes ipſius Petri Pauli maſculi, & legitimi, & natura es ex legitimo matrimonio nati per directam lineam deſcendentes Addens vlterias hoc feciſſe ibi: quia cupit, quod Cippus Domus ſua per directam lineam maſculinam, & naturalem ex eo, & filijs ſuis deſcenden. conſeruetur, ac etiam Fratris ipſius Teſtatoris in euentum prædictum, & bona ſua quæcunque, quæ in dicta hæreditate dimittit, & remaneant ſemper in familia, & agnatione ſua maſculina ex eo deſcenden. ſeù ex Fratre dicti Teſtatoris in euentum prædictum, vt ſupra.*

2 Nepotum enim appellatione regulariter venit tota deſcendentia, vt tradit *Bart. in l. Gallus §. Inſtituens numer. 2. ff. de liber. & poſthum. Alex. conſ. 125. num. 12. & 13. lib. 5. Peregrin. conſ. 59. num. 5. lib. 5. Fuſar. conſ. 4. num. 30.* vbi de magis communi *Modern. Altograd. conſ. 12. num. 18. & ſeqq. lib. 2. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8. numer. 24.* Rota *in Bonon. Fideicommiſſi de Deſiderijs 20. Martij 1626. coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 206. numer. 37. repetita in recent. deciſ. 6. eodem num. par. 5. & in Viterbien. Caſtrorum 21. Iunij 1628. coram bo. me. Coccino in eadem par. 5. deciſ. 194. num. 63.* vbi de communi, & *23. May 1635. coram eodem* vbi de communi, & magis communi.

3 Præſertim in propoſito, quo Teſtator non ſolum illorum vocationi addidit illa verba, ibi: *Per directam lineam deſcendentes*, quæ indicant perneceſſe etiam vlteriores deſcendentes fuiſſe vocatos, nam cum linea incipiat à filijs, nepotes poſſunt tantummodo conſtituere illius primum punctum. Vnde ſi vlteriores deſcendentes excluderentur, nullatenus verificaretur deſcendentia per lineam à Teſtatore præoptata, vt arguunt in terminis *Hieronym. Pappon conſ. 2. num. 26. Rimin. Iun. conſ. 744. num. 23. cum ſeqq. lib. 7. Cyriac. contr. 281. num. 85. & ſeq.* Rota *in dicta Bonon. Fideicommiſſi de Deſiderijs 20. Martij 16 6. coram bon. mem. Merlino numer. 21. & 223. num 19 cum ſeqq. repetita in dec. 5. par. recen. dec. 21. eodem num.*

4 Sed etiàm illos vocauit in caſum non exiſtentiæ aliquorum ex ſuis deſcentibus in infinitum vocatis, & ſic tempus adeò remotum, vt probabiliter ſupereſſe non poſſent ex linea Petri Pauli niſi deſcendentes vlterioris gradus per ea, quæ in his terminis tradunt *Imol. in d. l. Gallus §. Inſtituens n. 48. ff. de liber. & poſthum.* alijque plures quos refert, & ſequitur *Rota deciſ. 426. num. 4. par. 4. diuerſ. in dicta Bonon. Fideicommiſſi de Deſiderijs*, nempe *in prima num. 16. & 38. & in ſecunda num. 2. 3. & 7. in Rauennaten. Saluiani 18. Iunij 1642. coram R. P. D. meo Meltio §. tertia coniectura, & in Bononien. Succeſſionis 4. Maij 1646. coram* R. P. D. *meo Bichio §. nec non animaduertendo*, quibus non aduerſatur *Rota in Romana Fideicommiſſi de Coſciaris 16. Martij 1648. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado*, nam ibi ex ipſo Teſtamenti contextu, legitimiſque coniecturis conſtabat diſponentis voluntatem fuiſſe reſtrictã ad filias fæminas ſubſtituti, vt accurratè firmat in *§. quia Teſtatriers*, atque conſideraſſe caſum, quo citius extingui poſſet deſcẽdentia maſculina prius vocata, vt ſubdit *§. Neque obſtat, quod praecedens cũ ſeq.* In caſu autem noſtro ſupra ponderata, & inferius ponderanda fideicommittentis aperiunt voluntatem comprehendendi totam Petri-Pauli deſcendentiam, nedùm proximo, ſed etiàm remotiſſimo tempore conſiderato.

Idque præ cæteris oſtendit pariformis ratio cõſeruandi bona in familia, & agnatione maſculina deſcendente tàm ex ipſo, quàm ex dicto Petro Paulo eius fratre, vt oſtendunt ſuperius relata ver-
5 ba; Dùm enim Teſtator ibidem æqualiter reſpexit conſeruationi propriæ, & fraternæ agnationis, propriam autem deſcendentiam maſculinam vocauit in infinitum, ita pari modo præſumitur vocaſſe totam deſcendentiam Petri-Pauli fratris in dicta Ratione pariformiter contemplatam *ad regul. in l. Iam hoc Iure ff. de vulg. & pupill.* Hæc autem ratio ſiue ſtet principaliter, ſiue conſequuti-
6 ue, ſemper inſeruit pro interpretanda mẽte fideicommittentis, quod appellatione nepotum omnes deſcendentes comprehendere voluerit, quidquid alias dicendum eſſet ſi deduceretur pro ex-
7 tenſione fideicommiſſi, vt in indiuidualibus terminis probat *Gabr. conſ. 124. num. 12. cum duob. ſeqq. lib. 2. & ſequitur Rota dec. 44. num. 5. par. prima rec. coram bon. mem. Coccino dec. 267. num. 7. & dec. 493. num. 6. & 7.* quarum prima eſt repetita *in eadem par. prima recent. dec. 105. num. 4. in Bonon. Fideicommiſſi de Secadinatis 11. Decembris 1623. coram bon. mem. Merlino inter impreſſ. dec. 83. ſub num. 6. verſ. negari ſaltem non poteſt, in Bonon. de Naſcentorijs 13. Maij 1639. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. primo & in Tiburtina Fideicommiſſi 25. May 1645. §. non obſtat, quod illa verba, & 14. Ianuarij 1647. §. Præcipuè, & §. fin. in fin. coram bon. me. Argaelies.*

Nec iſtam declarationem diuerſificant verba *in euentum prædictum*, bis repetita in dicta Ratione.

Quia huiuſmodi verba præſeferre quidem, & demonſtrare videntur vocationem deſcendentiũ Petri-Pauli tunc demum locum habere, quando omnes Teſtatoris deſcendentes in infinitum vocati deficerent, ſed non deſignant perſonas in dicto caſu vocatas, minuſue illarum vocationem reſtringunt ad ſolos filios, vel nepotes, alias enim ma-
8 nifeſta adeſſet contradictio, quod Teſtator contextualiter declaraſſet velle bona ſemper conſeruare in agnatione propria, vel fratris, & agnationem fratris reſtrinxerit ad nepotes, vt ponderato *illo verbo ſemper* tradunt *Peregrin. conſ. 38. nu. 16. & num. 22. verſ. tertio quod ſemper lib. primo Bellon. Iun. conſ. 2. ſub num. 17. verſ. ſecunda verò coniectura & num. 18.* Rota *in recent. dec. 718. numer. 2. & ſeqq. par. 2.* quam repetit *Gratian. diſcept. 765. num. 24. cũ ſeqq. & præcipuè num 27.*

Deciſiones autem *in Bonon. Bonorum de Sanctis 15. Martij 1641. & 16. Martij 1648. coram R. P. D. meo Bichio in Romana Fideicommiſſi de Coronis 28 Ianuarii 1647. & 12. Iunii 1651. & in* Romana *Fidei-*

commiſ-

Digitized by Google

commiſſi 15. *Aprilis* 1652. *coram me*, ac aliæ in contrarium allegatæ, & adductæ in præcedentibus deciſionibus huius cauſæ ſuper articulo donationis fratrum de Creſcentijs, procedunt in terminis, vbi reſtrictiua expreſsè ſunt directa ad certas perſonas, & vbi agitur de extendendo fideicommiſſo de caſu ad caſum, non autem vbi, prout hic, non ſunt directa ad perſonas, ſed ad caſum illatum vocationis, neque agitur de extendendo fideicommiſſo, ſed de declaranda vocatione ad effectum interpretandi præcedentem ſubſtitutionē, & eruendi mentem fideicommittentis Nec refert, quod non conſtet Nepotes Petri-Pauli extitiſſe de tempore, quo defecit deſcendentia effectiua Teſtatoris, quia dùm ipſe vlteriores etiam illius deſcendentes vocauit, ſatis eſt, quod iſti ſuper ſint.

Quod autem Creſcentius deſcendat ex dicto Petro Paulo fratre Mariani fideicommittentis probatur in prædicto eius *Summ. nu.* 7. vbi liquet Virgilium Seniorem fuiſſe filium dicti Petri-Pauli, ex illo natum fuiſſe Iacobum, & ex iſto Virgilium Iuniorem, qui genuit Io: Baptiſtam Patrem Creſcentij.

Quæ verò ſint bona ſub huiuſmodi fideicommiſſo comprehenſa demonſtrant Iura *in dicto Summario relato num.* 2. *&* 3. *cum tribus ſeqq.* & ſignanter Inſtrumentum emptionis factæ per Stephanum Patrem dicti Mariani 30. *Decembris* 1468. de vncijs quatuor ex 28. Caſalis Violatæ, & Violatellæ vnitis alijs octo vncijs per eum poſſeſſis ac Inſtrumentum diuiſionis celebratæ 7. *Septemb.* 1520. inter Marium, Marcum Antonium, & Io: Baptiſtam filios eiuſdem Mariani, vbi firmo remanente fideicommiſſo per dictum ipſorum Patrem cōſtituto diuiſerunt medietatem dictarum vnciarū 12. præfati Caſalis, & Domus magnæ verſus Eccleſiam Sanctæ Mariæ Rotundæ, ac tres Griptas contiguas Muris eiuſdem Eccleſiæ; Hinc enim di-
9 ctorum bonorum identitas ſatis probata remanet ſiue ex dicto diuiſionis Inſtrumento, vt pluribus relatis dictum fuit *in Bonon. de Bolognetis* 4. *Iulii* 1653. *cora R.P.D. meo Celſo* §. *Reſpectu verò*, ſiue ex quo etiam ex ipſa diuiſione, quàm ex ſupradictis alijs Iuribus apparet grauatos poſſediſſe in eodem loco, quo poſſidebat fideicommittens iuxtà *vulg. conſ. Fulgoſ.* 145. *ſub numer.* 2. *verſ. Porrò ſæpius* à Rota comprobatum, & ſignanter *in Bonon. Fideicomiſſi de Naſcentoriis* 6. *Februarii* 1645. §. *Præſutaque* *vgeee coram Reuerendiſſimo Tarraconen. &* 20. *Iunii* 1650. §. *fin. coram R.P.D. meo Peutingerio*, *in Bonon. Fideicommiſſi* 5. *Decembris* 1650. §. *Identitas verò cum R. P. D. meo Calſo*, *& prius in Peruſina Bonoru* 14. *Iunii* 1647. §. *Fideicommiſſum enim verſ. Hincenim coram me.*

Cæterum DD. dixerunt non poſſe impedire dictam executionem, ſiue D. Annam matrem, ſiue R. P. D. Creſcentium; Illa enim cum ſit ſimplex
11 Creditrix cuitamon poteſt quin procedatur ad ſubhaſtationem bonorum communis Debitoris ipſa non amota à poſſeſſione, quatenus in ea reperiatur, & ad effectum deponendi pretium ex eis redigendi, illudque conſignandi primò loco eidē Annæ pro rata ſui crediti (ſi eſt anterior) reſiduū vero ſoluendi cæteris concreditoribus, vt ex *Textu claro in l. a Diuo Pio* §. *ſi ſupee eebus ff. de re iudic.* deciſum fuit *Romana ſubhaſtationis de Alexiis* 15. *Februarii* 164. *&* 15. *Maii* 1648. *coram me*, & in hoc conueniunt etiā informationes pro creditoribus, R.P.D. vero Creſcentius ſi creditum deſumit ex aſſerta Apocha per Io: Baptiſtam confecta de anno 1612. ad fauorem Franciſci ſui Auctoris pro ſolutione annuorum ſcutorum 800. eſt poſterior credito actorum contracto de an. 1602. ſi verò ex perſona dicti Franciſci conſequi præten dit quintam partem bonorum, de quibus agitur creditores offerunt illam liberam relinquere, exequendo duntaxat ſuper alijs quatuor partibus ad hæreditatem Ioannis Baptiſtæ eorum debitoris ſpectantibus.

Et ità reſolutum fuit non eſſe procedeñ ad executionem ſuper dicta medietate vnciarum Caſalis Violatæ, & Violatellæ, & Domus magnæ ad Rotundam, & tribus Griptis fideicommiſſarijs Mariani ad formam tamēn ſupradictæ diuiſionis; Informantibus DD. Anna & Marcello Creſcentio Gherardo, & Alphonſo tantum, &c.

MELEVITANA SALVIANI.

Lunæ 21. *Iunij* 1655.

ARGVMENTVM.

Donatio nunquam in dubio præſumitur dato aliquo alio poſſibili titulo. Hæres qui erat Creditor Teſtatoris præſumitur ex bonis Hæreditarijs ſibi ſatisfeciſſe, & ſi fuerit inſtitutus hæres ad tempus ſub conditione, ſtatim ac deſiuit eſſe hæres, liberatur ab actionibus hæreditarijs, & facta reſtitutione fructuum, & omnium bonorum hæreditariorum non tenetur amplius ad debita Defuncti. Vnus ex correis ſoluens integrum debitum, an, & quando poſſit pro rata alios correos conuenire.

SVMMARIVM.

1 *Donatio ſemper ceſſat, vbi qualibet alia cauſa conſiderari poteſt.*

2 *Donatio nunquam præſumitur dato alio titulo poſſibile.*

3 *Pactum redimendi quandocumque in venditione appoſitum minuit de vero valore.*

4 *Hæres Creditor Teſtatoris præſumitur ſibi ſatisfeciſſe ex bonis hæreditarijs.*

5 *Correus ſoluens totum debitum non poteſt agere contra alios pro eorum ratis.*

6 *Obligatus in ſolidum, licet reſpectu creditoris cenſeatur correus reſpectu tamen correorum, ad quos peruenit commodum, & vtilitas contractus dicitur ſimplex fideiuſſor, & ab eis poteſt repetere integrum releuationem, ſi ſoluit.*

7 *Hæres non autem legatarius tenetur ad debitum Defuncti.*

8 *Hæres inſtitutus ad tempus adueniente tempore, quo deſinit eſſe hæres, facta reſtitutione omnium fructuum, & bonorum, liberatur ab omnibus actionibus hæreditarijs.*

9 *Hæres ad tempus licet non poſſit inſtitui tamen ſi inſtituatur, & poſt tempus detur alius inſtitutus, tunc primus dicitur grauatus onere fideicommiſſi ad fauorem ſecundi.*

10 *Exceptio de Iure Tertij non poteſt allegari.*

11 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in Iudicio Saluiani interdicti.*

DECISIO CCCCXCII.

EX remedio vtilis Saluiani interdicti agit cumulus Charitatis Melitæ tanquam hæres Gregorii Xerri pro immiſſione in poſſeſſionem Prædij nūcupati *Talmias* à Fabritio Teſtaferrata poſſeſſi ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus annui cenſus ſcut. 80. alias ſuper eo impoſiti 12. Nouembris 1611. per Catharinam, & Petrum, ac Mauritium de Manduca eius filios, & venditi d. Gregorio pretio ſcutor. mille. Cumque extrema neceſſa-

neceſſaria iuſtificauerit, quæ non reuocantur in
dubium, duas fauorabiles deciſiones obtinuit *coram R.P.D. meo Pentingerio* alteram 11. *Decembris*
1652. pro duabus tantum ex tribus partibus fru-
ctuum d. cenſus, & alteram 4. Februarij 1654. pro
fructibus integri cenſus petitam immiſſionem ad-
iudicantem, cauſaque coram me in eius locum
ſuffecto ob illius aduerſam valetudinem hodie re-
propoſita Domini ſteterunt in deciſis.

Nec ſubſiſtit, quod pretium d. Prædij non ex-
cedat ſcuta mille, ex quibus cùm perſoluerit Fa-
britius ſcuta 819. Creditoribus anterioribus, re-
portata ceſſione iurium pro remanentibus tan-
tum ſcutis 181. non autem pro fructibus integri
cenſus concedi poſſit immiſſio.

Quia ex inſtrumento retroceſſionis dicti Prædij
factum per Angelum Manduecam 5. Aprilis 1632.
ad fauorem Pauli Teſtaſerratæ Patris Fabritij re-
lato in eius *Summ. num.* 2. clarè conuincitur illius
pretium fuiſſe conſtitutum in ſcutis 2200. cum
totidem ab ipſo Paulo perſoluta fuerint, nempè
ſcuta mille pro illius retractu, & alia 1200. pro
eius retroceſſione, nil refragante, quod iſta mil-
le, & biſcentum ſoluta dicantur pro bono pacis
ſeruando, & amicitia diu retinenda, aliaſque
ob cauſas animum ſuum dignè mouentes. Quia
hoc ſanè indicat ementem ob illas cauſas tantam
pretij quantitatem perſoluiſſe, ſed non concludit,
quod ſola mille in cauſam pretij, alia vero mille
& biſcentum donationis, & liberalitatis titulo,
ipſe enumeraſſet, præſertim ſtante expreſſa con-
uentione, quod ſcuta mille erogarentur in ſolu-
tione Legati Pij relicti à Ioanne Paulo Patre An-
geli venditoris, & d. alia 1200. perſoluerentur
Creditoribus reportata ceſſione iurium ad fauo-
rem emptoris. Cum enim alias ocioſa, & ineffi-
cax fuiſſet huiuſmodi conuentio reportandi ceſ-
ſionem iurium pro dicta rata ſcutorum 1200. ſi
valor Prædij eſſet tantummodo prædictorum ſcu-
torum 1000. vtique exindè optimè demonſtratur
pretium Prædij verè fuiſſe dictorum ſcutorum
2200. capax omnium creditorum, & ſic abſolutè
1 excluditur prætenſa donatio, quæ ſemper ceſſat
vbi quælibet alia cauſa conſiderari poteſt *vulg. l.
cum de indebito ff. de probat. Rota deciſ.* 660. *num.* 6.
part. 8. *recent.* & dato alio titulo poſſibili nun-
2 quam præſumitur donatio *DD. in l. procula ff. eod.
Rota deciſ.* 313. *num.* 4. *part.* 1. *recent.*

Et quamuis venditor d. Prædium retraxiſſet
pro ſolis ſcutis mille. Indè tamen argui non po-
3 teſt plus non valuiſſe, nam prima vice venditum
fuerat pro dictis ſcutis mille cum pacto redimen-
di quandocunque, quod minuit de vero valore
Abb. in cap. aliquibus num. 2. *& 3. de decim.* Roland.
à Vall. conſ. 58. *numer.* 12. *lib.* 4. *Rota poſt* 2. *vol.
conſ. Farin. deciſ.* 256. *num.* 1. *cum alijs per Add. ad
Buratt. deciſ.* 761. *num.* 10.

Non obſtat, quod Cumulus ſit hæres tam Gre-
gorij creditoris, quam etiam Petri Pauli conde-
bitoris, & inſolidum obligati, ideoque cenſea-
4 tur ſibi ſatisfeciſſe ex eius bonis hæreditarijs *leg.*
1. *§. ſi debitor ff. ad l. Falcid.* & quidem non ſolum
pro ſua tertia parte, ſed etiam pro integro cenſu,
& ſic intret concluſio, quod vnus ex correis ſol-
5 uens totum debitum non poteſt agere contra
alios Correos pro eorum ratis, *Rota deciſ.* 112.
num. 7. *part.* 1. *diuerſ.*

Placuit enim reſponſio *ſecunda deciſionis D. mei
Pentingerij ſub* 5. *deciſionem verò*, nempè quod
obiectum non procedit in propoſito, quo com-
modum, & vtilitas contractus impoſitionis dicti
cenſus non fuit communis ipſi Petro Paulo, cen-
ſus enim impoſitus fuit pro reluenda tenuta hære-
ditaria Ioannis Pauli communis Patris data in
ſolutum d. Angelo eius donatario, & creditori
per Catherinam nomine Mauritij, & aliorum il-
6 lius hæredum; Vndè etiamſi Petrus Paulus reſpe-
ctu creditoris cenſeatur obligatus inſolidum reſ-
pectu tamen Correorum, ad quos peruenit com-
modum, & vtilitas contractus dicitur ſimplex fi-
deiuſſor, & ab ipſis poteſt repetere integram re-
leuationem ſi ſoluit, vt præter auctoritates in d.
deciſione allegatas optimè reſpondit *Rota in Ro-
mana pecuniaria* 29. *Nouembris* 1627. *coram bo. me.
Card. Virili in recent. deciſ.* 461. *numer.* 1. 2. *& 3.
part.* 5.

Gratis autem ſubditur Petrum Paulum fuiſſe
hæredem d. Ioannis Pauli, quia iuxta eius teſta-
mentum reſoluta fuit ipſius inſtitutio per ingreſ-
ſum Religionis, & tunc euaſit ſimplex Legatarius
7 vnciarum 400. pro iuribus legitimæ ſibi eo caſu
relictarum reſtitutis fructibus, & reſiduo bono-
rum hæreditariorum. Ideò non tenebatur ad de-
bita defuncti *leg. fin. C. de hæred. action.* & facta
8 reſtitutione totaliter liberatus remanſit ab actio-
nibus hæreditarijs *l.* 1. *ff. ad Trebell. §. ſi quis vna
inſtit. de fideicom. hæred.* licet enim hæres non poſ-
9 ſit ad tempus inſtitui tamen ſi ità inſtituatur, &
poſt tempus detur alius inſtitutus, tunc primus
grauatus dicitur onere fideicommiſſi ad fauorem
ſecundi, *Bald. in l. extract. la prima num.* 10. *verſ.
Dico ergo C. de hæred. inſtit. Surd. conſ.* 439. *num.*
20. *Gomeſ. var. reſol. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 9. *ve*-3.
eſt Peregrin. de fideicom. art. 5. *num.* 19. *verſ. Fidus
vero*. Exceptio vero, quod priuatio ob cauſam
ingreſſus in Religionem tanquam turpis reſcien-
10 da ſit, vel non poteſt allegari à Fabritio, qui eſt
tertius, vel tanquam requirens altiorem indagi-
11 nem, non admittitur in hoc Iudicio Saluiani in-
terdicti *Rota deciſ.* 276. *num.* 9. *cum ſeq. part.* 6.
recent.

Obiecto denique quod Petrus Paulus ante pro-
feſſionem plura debita contraxerit, nec de fructi-
bus perceptis rationem reddiderit, quodque
Cumulus certas domos illi aſſignatas poſſideat,
ſatisſactum Dominis viſum fuit ex eo omnia
debita, & Iura per Catherinam eius matrem tan-
quam Curatricem, & adminiſtratricem filijs in-
teruenientibus contracta fuerunt, & pecuniæ ex
eis obuentæ in extinctionem æris alieni teſtatoris
ceſſerunt *Summ. additionali Cumuli num.* 1. *& 2.* fru-
ctus non iuſtificantur percepti ab ipſo, Imò potius
præſumuntur percepti à d. Catharina, quæ reli-
cta fuerat vſufructuaria. Domus verò tanquam
particulari titulo donationis non Iure hæredita-
rio contra Petrum Paulum ſpectantes poſſidentur
à Cumulo, qui propterea impediri nequit, quin
ab illis, ad quos ex impoſitione cenſus commo-
dum peruenit, ſiuè ſuper eorum bonis conſe-
qui valeat illius fructus tanquam hæres Gregorij
creditoris, & emptoris eiuſdem cenſus ex *Iuribus
in dd. deciſionibus vt ſupra allegtis*.

Et ità vtraque &c.

PIENTINA PAROCHIALIS.

Die 28. *Iunij* 165.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus, quando ſumus in perſonis non ſu-
ſpectis de potentia, qualiter probetur Iuſpatro-
natus, quando dicatur hæreditarium, & veniat
ſub

ſub vniuerſitate bonorum, & aliqua circa prouiſionem eius attentatam.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus probatio admittitur per quadragenariam cum fama.*

2 *Et hoc quando non intrat præſumptio vſurpationis.*

3 *Iuſpatronatus, quando eſt hæreditarium tranſit cum Vniuerſitate bonorum.*

4 *Præſentatio præſumitur facta proprio nomine, & num. 5.*

6 *Iuſpatronatus ex quibus verbis arguitur, quod ſit proprie hæreditarium, & num. 7.*

8 *Iuſpatronatus, an ſit hæreditarium potiſſimum attenditur vltimus ſtatus.*

9 *Iuriſpatronatus qualitas, vt dicatur mutata per annexionem bonorum, probatio debet eſſe valdè concludens.*

10 Deciſ. Card. Seraph. 723. *ferè per totam, & penes Pacif. de Saluian. deciſ.* 10, *num.* 1. *quo caſu loquantur.*

11 *Iuſpatronatus ſi conſideretur tamquam vnum ex iuribus particularibus, non venit ſub generali aſſignatione.*

Nam ad hoc requiritur ſpecialis mentio num. 11.

12 *Iuſpatronatus, quando aſſignatur alicui requiritur ad hoc ſpecialis mentio.*

13 *Verbum*, tenimenti, *eſt verbum generale, declaratamen vt hic.*

14 *Iuriſpatronatus, aſſignatio facta ſimpliciter ſub corporibus particularibus non venit in generalitate bonorum.*

15 *Filius petens ſibi aſſignari legitimam in Iurepatronatu Iudex generaliter id concedens quid ex hoc inferatur.*

16 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate bonorum, & num.* 17.

18 *Executor Apoſtolicus in prouiſione Iuriſpatronatus, quando dicatur attentatè procedere.*

19 *Executor Apoſtolicus dicitur mixtus, ſtante clauſula* dummodo ius alteri non ſit quæſitum.

Clauſula, verificato prius, facit executorem mixtum num. 19.

20 *Executor Apoſtolicus, quando negari non poſſit, quod ſit mixtus, & num.* 30.

21 *Iudex tradens poſſeſſionem pendente tempore, ad appellandum dicitur attentate procedere.*

22 *Appellatio, quando fuit admiſſa per ſignaturam, illa retretrahitur ad diem ſententiæ.*

Et operatur, vt omnia interim geſta, ſint attentata, & num. 23.

23 *Signatura admittendo appellationem operatur vt interim omnia geſta ſint attentata, etiam ſi alias appellatio non eſſet admittenda.*

24 *Præſentatio ad Ius patronatus facta lite pendente eſt attentata.*

25 *Litigans ſub Iudice competenti, ſi dum litigatur adeat alium Iudicem, inualidè facit.*

26 *Papa licet non attentet prouidendo, Executor tamen Apoſtolicus attentat, tradendo poſſeſſionem lite pendente.*

27 *Affixio, & publicatio edictorum in prouiſione Iuriſpatronatus, quando iſti actus dicantur extraiudiciales.*

28 *Lis ſatis dicitur pendere in collatione Beneficij ſi concurrant requiſita Clem.* 2. *vt lite pendent.*

29 *Attentatorum vitia laborant omnia, quæ facta ſunt coram alio Iudice lite pendente.*

31 *Litem quis non poteſt negare fuiſſe introductam, dum ipſe iam comparuit coram Iudice, ad hunc effectum citatus.*

32 *Poſſeſſionem attentate capiens talis poſſeſſio eſt ſequeſtranda, ne gaudeat commodo vitioſæ poſſeſſionis.*

DECISIO CCCCXCIII.

RESolutum fuit conſtare de bono Iure Reuerendiſſimi D. Groſſetani, & litis conſortum etiam ad effectum reuocationis attentatorum. Pendet enim reſolutio boni Iuris non ab exiſtentia Iuriſpatronatus Eccleſiæ Sancti Ioannis ad Aſſum Pientinæ Diœceſis, quæ controuerti non valet ſatiſque iuſtificatur ex pluribus præſentationibus longiſſimo temporis curſu effectuatis, & ex reiteratis antiquiſſimis enunciatiuis tam Summi Pontificis, quam Ordinariorum, illorum *Summ. nu.* 16. *vſque ad* 30. ex quibus reſultat quadragenaria
1 cum fama ſufficiens ad iſtum effectum, cum verſentur in priuatis, in quibus non habet locum di-
2 ſpoſitio *Sacri Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap* 9. *de reformat.* cum in eis non cadat vſurpationis præſumptio ex latè deductis *in Aretina Plebania* 6. *Februarij* 1654. *coram me §. Præmiſſa enim, & §. Nec deficit.*

Sed ab illius pertinentia ad quem ſcilicet ſpectet Ius præſentandi ad dictam Eccleſiam, ſiuè ad dictum D. Groſſetanum vti hæredem vniuerſalem Emilij Iunioris de Pannellinis Prioris Senarum, qui præſentauerat Iacobum de Clauis, per cuius obitum vacauit Parochialis controuerſa, eiuſque Nepotes, vel potius ad D. Pandulphum Pannellinum, vti ſucceſſorem in d. Prioratu.

Et ſanè cum verſemur in Iurepatronatus here-
3 ditario, regula eſt pro hærede, quod in ipſum etiamſi extraneum tranſiuerit cum vniuerſitate bonorum *iuxta gloſſ. communiter receptam in cap. pia mentis* 16. *quæſt.* 7. *quam comprobauit Rota coram bo. me. Merlino deciſ.* 403. *numer.* 5. *& deciſ.* 539. *num.* 8. *repetita in recent deciſ.* 96. *eodem num. par* 6. *in Narnien. Iuriſpatronatus* 13. *Maij* 1633. *coram Reuerendiſſimo D. meo Decano in eadem par.* 6. *deciſ.* 207. *num.* 4. *& in Bononien. Iuriſpatronatus* 23. *Ianuarij* 1640. *coram R.P.D. meo Bichio §. nam licet.*

Non obſtat, quod d. Emilius præfatam præſentationem fecerit in perſonam d. Iacobi de Clauis cum expreſſione tituli Prioris.

Quia cum ibidem prius expreſſerit nomen proprium, & deinde dignitatis, vt enunciatur in ſubſequenti illius inſtitutione relata in *d. Summ. num.* 3. Iſtius expreſſio non videtur adiecta taxatiuè,
4 ſed ſolum demonſtratiuè, & præſentatio proprio nomine facta cenſetur, vt in terminis reſpondit. *Rota coram Card. Mantic. deciſ.* 150. *ſub num.* 5. *verſ. Et cum nomen, & in recent. deciſ.* 53. *num.* 4. *verſ. vbi fuit dictum part.* 1. & in ſimili de præſentatione facta cum qualitate maioris natu *in Leodien. Beneficij* 1. *Februarij* 1645. *§. nec obeſſe poteſt cor. Eminentiſſ. D. Card. Othobono*, ac prius de præſen-
5 tatione cum qualitate filiationis *in Lauden. Iuriſpatronatus* 22. *Maij* 1643. *coram me ſub §. ſimiliter.*

Eoque magis dùm deduxit præfatum Ius præſentandi ad ſe, ſuoſque hæredes, & Succeſſores pertinere, vt ſubditur in eadem inſtitutione ibi: *cuius Eccleſiæ Patronatus, & Ius præſentandi ſpectare, & pertinere dignoſcitur ad Emilium de Panellinis primum Priorem Senarum eiuſque hæredes, & Succeſſores &c.* Huiuſmodi enim verba oſtendunt Iuſpa-
6 tronatus verè, & propriè hæreditarium eſſe. *Merlin. deciſ.* 94. *num.* 4. Sicque clarius indicant illum non vti Priorem, ſed ſimpliciter tanquam Emilium præſentaſſe ſibi, ſuiſque hæredibus, &
7 Succeſſoribus acquirendo quaſi poſſeſſionem, vt

in his

In his terminis dictum fuit in dicta Leodien. Bene-
ficij 31. Ianuarij 1648. coram R. P. D. meo Peutingr-
8 rio §. pariter circa finem. Quę quidem quaſi poſ-
ſeſſio, & vltimus ſtatus valdè attendi ſolet ad ef-
fectum cognoſcendi de pertinentia cap. Conſulta-
tionibus de Iurepatr. cap. querelam de elect. & cap.
cum olim de cauſ. poſſ. & propriet. Federic. de Sen.
conſ. 334. ſub num. 3. cum cæteris allegatis in Maiori-
cen. Beneficij 28. Iunij 1648. coram R. P. D. meo Bi-
chio §. ſinè attendatur, & in Sulmonen. Beneficij 10.
Martij 1649. coram bon. mem. Arguelles ſub §. Et hæc
quaſi poſſeſſio.

Nec obſtat illius annexio cum bonis, intra
quorum fines Beneficium exiſtit, particulariter
aſſignatis per ſententiam Emilio Seniori pro ſua
legitima, & ſuper quibus ipſe dictum Prioratum
conſtituit d. Summ. num. 2.

9 Quia præter quod annexio clarè, & conclu-
denter iuſtificari debet ad effectum vt vna ſimul
cum bonis Iuriſpatronatus dici poſſit tranſlatum
cap. cum ſeculum, & cap. ex literis de Iurepatr. Card.
Mantic. deciſ. 164. num. 3. & deciſ. 198. num. 4.
verſ. Prætereà non benè Rota in Cracouien. Prepoſi-
turæ 4. Maij 1646. coram R. P. D. meo Veroſpio §.
fin. & in Gueſnen. Iuriſpatronatus 27. Ianuarij 1648.
coram Reuerendiſſimo D. Tarraconen. §. Non obſtat,
quod Eccleſia.

Tunc demum operatur illius translationem
quando fit aſſignatio, ceſſio, vel alienatio vni-
uerſalis reſpectu rei ſine vlla ſpecifica traditione
rerum particularium, in quibus terminis proce-
10 dunt deducta per Rotam coram Card. Seraphino de-
ciſ. 725. per tot. & ſignanter num. 2. & 3. & apud
Pacif. de Salaian. deciſ. 100. num. 1. Secus autem
vbicunque (prout hic) aſſignatur, vel alienatur
Vniuerſitas Bonorum cum ſpecifica traditione
rerum ſingularium, & particularium, vt euenit
in propoſito ibi: Aſſignamus, & concedimus dictum
Tenimentum Sancti Ioannis ad Aſſum, cum omnibus
adiacentijs, & in dicta Curia exiſtentibus, quod Te-
nimentum, & bona ſunt infraſcripta, videlicet la Te-
nuta, e Palazzo &c. dicta num. 2. Hoc enim caſu
11 cum Iuriſpatronatus conſideretur tanquam vnum
ex Iuribus particularibus, non venit ſub generali
aſſignatione niſi de eo fiat ſpecialis mentio,
Emanuel Coſt. in repet. cap. ſi Pater verb. Trebellia-
nica ſub nu. 7. verſ. Quapropter eruditis de Teſtam.
in 6. Peregr. conſ. 11. num. 9. lib. 4. Lambertin. de
Iurepatr. 2. part. lib. 1. quæſt. ſub num. 4. verſ. Et
quamuis Gurz. de Benef. par. 5. cap. 9. num. 13. &
14. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 71. n. 8.
Mareſcott. var. reſol. lib. 2. cap. 55. ante num. 12.
verſ. quia quando Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 9.
num. 52. Modern. Piſan. de Iurepatr. lib. 4. cap. 1.
num. 9. Rota in Lucana Iuriſpatronatus, ſeù Capella-
niæ 6. Nouembris 1598. coram Litta relata per Gurz.
d. cap. 9. num. 12. & in Comen. Iuriſpatronatus 12.
Iunij 1651. coram R. P. D. meo Albergato §. Reſpon-
12 ſum enim fuit, & niſi copulatiuè expreſſus adhi-
beatur Ordinarij conſenſus ex clara diſpoſitione
Textus in cap. quod autem Cauſulis de Iurepatr. ibi:
Si Conſenſus Epiſcopi non acceſſerit, nihil agi
videtur, Lambert. vbi ſupra d. 2. part. 1. lib. qu. 1.
art. 19. per tot. San. Mem. Gregor. deciſ. 420. num 1.
Durun. deciſ. 463. pariter num. 1. cum cæteris alle-
gatis in dicta Cracouien. Præpoſituræ coram R. P. D.
meo Veroſpio §. Nullitas verò, & in dicta Comen.
Iuriſpatronatus dicto §. Reſponſum enim fuit, verſic.
Et adhiberi coram R. P. D. meo Albergato; Dictio
13 enim præfata, videlicet, Bona ſunt intraſcripta
videlicet, Nomen Teſtamenti eſto quod generale
eſſet ad certa corpora particularia inferius ex-
preſſa reſtringit, iuxta theoric. Bart. in l. quæſitum.
§. ſi quis fundum num. 15. verſ. aut fuit facta nume-
ratio ff. de fund. inſtruct. Bald. conſil. 200. num. 3.
lib. 4. Aym. conſil. 222. num. 7. verſ. Quod ſine du-
bio, Cephal. conſil. 372. num. 18. Add. ad San. Mem.
Gregor. deciſ. 257. num. 12. verſic. Niſi expreſſio.
Atque operatur quod aſſignatio ſimpliciter facta
dicatur de corporibus particularibus, quo caſu
14 Iuſpatronatus non tranſit ſub generalitate, &
vniuerſalitate verborum etiamſi aſſignentur bo-
na alicuius Caſtri, vel Loci, vt præter ſupradi-
ctas auctoritates allegatis concordantibus reſpó-
dit Rota in Firmana Iuriſpatronatus 28. Nouembris
1631. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. penult.

Accedit præfatis tum ponderatio quod dicta
bona non conſtituunt villam, nec vniuerſitatem,
ſed ſunt inter ſe diuiſa, & ſeparata, quodque li-
cet Emilius Senior petierit illa ſibi aſſignari pro
15 legitima cum Iurepatronatus, Iudex tamen præ-
uia explicita deſignatione particularium Corpo-
rum bona aſſignauit nulla facta mentione Iuriſ-
patronatus dicto num. 2. Vndè illud non conceſſiſ-
16 ſe videtur, & quidem Iure optimo, quia tranſit
cum hæreditate vniuerſali, non autem cum ſola
legitima debita filijs, vt in puncto Menoch. conſil.
401. num. 128. Tum ſubſequuta obſeruantia;
17 nam (vt ſupra dictum fuit) Emilius Iunior non
præſentauit tanquam Prior, & præſentatus ha-
buit Inſtitutionem cum declaratione, quod Ius
præſentandi ad illum ſpectabat, eiuſque hære-
des, & ſucceſſores dicto num. 3. Huiuſmodi enim
obſeruantia magni eſt momenti ad dignoſcendũ
an Iuſpatronatus ſit annexum Vniuerſitati, & an
fuerit ſub vniuerſitate translatum, ex ponderatis
per Rotam in recent. dec. 314. num. 3. verſ. Sufficit
etiam par. 4.

Nulliter autem, & attentatè proceſſit D. Or-
dinarius Aretinus Exequutor Apoſtolicus proui-
18 ſionis obtentæ per Ioannem de Sebaſtianis ſecun-
do loco præſentatum à dicto D. Pandulpho mo-
derno Priore. Nulliter ſiquidem ex quo non
fuit citatus Armenius Bartellus præſentatus à di-
cto D. Goſſetano, & Conſortibus, qui omninò
citari debuit, cum eius præſentatio expreſsè nar-
rata fuerit in dicta gratia Apoſtolica, ibique ad-
dita Clauſula, Dummodo alteri non ſit Ius quæſitum,
19 & verificato Iurepatronatus dicta Summ. num. 15.
quæ faciebant Exequutorem mixtum, vt in ter-
minis deciſ. 142. num. 6. & 7. par. 5. & magis in
puncto in Bituntina Iuriſpatronatus 26. Februarij §.
Nec dubitari poteſt, & 7. Maij 1646. §. Minus ob-
ſtat ſecundùm, coram bon. mem. Arguelles; Præci-
20 puè cùm Armenius mediante legitimo Procura-
tore, iam anteà contra Priorem, & Marippum
primum præſentatum comparuiſſet, ſuamque
præſentationem exhibuiſſet dicto Summ. num. 11.
& poſt Rot. in recent. deciſ. 52. num. 3. par. 2. ad-
miſſum fuit in Firmana Capellaniæ 28. Aprilis
1651. coram R. P. D. meo Bichio §. Eoque magis
in fine.

Attentatè verò, tùm quia pendente termino ad
21 appellandum illi poſſeſſionem tradidit cap. non
ſolum de appell. in 6. & tot. tit. ff. & C. nihil inno-
uar. cum concordantibus allegatis in dicta Bitun-
tantina Iuriſpatronatus, Quod certius admitten-
dum eſt, dum poſteà dicti Groſſetanus, & Con-
ſortes appellarunt à die habitæ notitiæ, & cau-
ſam appellationis præuia auocatione ſimpliciter
ad

Digitized by Google

ad vtrumque effectum mihi committi obtinuerũt,
22 quæ ſaue à commiſſio retrotrahitur ad diem Sen-
rentiæ, & efficit vt omnia interim geſta dicantur
attentata etiamſi alias appellatio nõ eſſet admit-
23 tenda iuxtà concluſionem in Rota quotidie re-
ceptam, & ſignanter in deciſionibus allegatis in
*dicta Bituntina, & in Viterbien. Canonicatus 26. Iu-
nij 1652. coram me ſub §. Quia præter quod.*

24 Tùm etiam quia pendente lite inter primos
præſentatos ſuper inſtitutione Prior ſecundo loco
præſentauit Ioannem de Sebaſtianis *cap. 1. & 2.
vt lit. pend. in 6.* quod procedere etiam in præſen-
tatione tradit *Calderin. conſil. 1. per tot. eod. tit.* &
firmauit *Rota coram Card. Caual. deciſ. 280. num. 1.
in recent. deciſ. 136. num. 1. par. 2. deciſ. 336. n. 3.
verſ. Maximè quia par. 3. & dec. 507. num. 3. & 4.
part. 5. & in Bituntina Parochialis 26. Nouembris
1646. §. Quo verò ad Caballinum coram Eminentiſ-
ſimo D. Card. Otthobono.* Atque Ioannes alium
Iudicem adiuit, nempè dictum D. Ordinarium
Aretinum, & ab eius manibus vigore prouiſio-
25 nis Apoſtolicæ poſſeſſionem apprehendidit, quod
fieri non poſſe monuit in terminis *Lancellott. de
attent. lit. pend. par. 2. cap. 4. in præfat. num. 614.
cum ſeqq.* quem comprobauit *Rota in Aquilana Iu-
riſpatronatus* 18. *Iunij* 1649. *coram R. P. D. meo
Meltio §. Pendentia autem*, & prius in *Gerunden.
Beneficij 1. Februarij 1649. §. Sed cum Andreas, &
nuperrimè in Lucen. Sarzanen. Beneficiorum 14. cur-
rentis §. Hinc igitur coram me*, in quibus ſubditur,
26 quod licet Papa non attentet prouidendo, Exe-
quutor tamen attentat tradendo poſſeſſionem
lite pendente.

Nec ſubſiſtit, quod inter primos præſentatos
proceſſum fuerit extraiudicialiter.

Quia licet ſimplex Edictorum affixio, & pu-
27 blicatio antequam compareat, & ſe opponat le-
gitimus Contradictor ſint actus extraiudiciales,
efficiuntur tamen iudiciales, & litem inducunt
poſt comparitionem, & oppoſitionem competi-
torum, qui in propoſito ad plures citationes, &
diuerſas proteſtationes coram Ordinarijs Pienti-
no, & Cluſino deuenerunt *dicto Summ. à num.* 8.
28 *vſque ad* 15. Hoc enim caſu Litem eſſe inductam
cum concurrant requiſita *Clem. 2. vt lit. pend.* &
29 ſic omnia deinde geſta attentatorum vitio labo-
rare firmauit Rota *deciſ. 227. num. 2. & 3. lib. 3.
diuerſ. in Cremonen. Præpoſitura 23. Maij 1644. co-
ram Eminentiſſimo D. Corrada §. Nam illa in fine,
in dicta Aquilana Iuriſpatronatus coram R.P.D. meo
Meltio §. Pendentia autem in Leodien. Perſonatus 16.
Maij 1650. §. Quia cum ſimplex, & in dicta Lu-
nen. Sarzanen. Beneficiorum ſub §. Licet enim co-
ram me.*

Neque in dubium reuocari poſſe videtur iudi-
cialis citatio coram Ordinario Pientino, cùm
30 de ea conſtet, tàm ex præcedenti inſtantia Pro-
curatoris Armenij, & ex illius decreto de citan-
dis Collitigantibus, *dicto Summario num* 9. quam
ex fide Nuncij, & ex Epiſtola eiuſdem met Ordi-
narij Pientini *num.* 10. atquè melius ex compari-
31 tione ab ijſdem Collitigantibus facta in termino
dictæ citationis *num.* 11. ex quibus, & ſignanter
ex dicta comparitione ſuppleri defectum citatio-
nis docuit *Bald. in l. ſi conſentaneum ſub num. 36.
C. quomod. & quand. Iudex Vant. de nullit. ex defect.
citat. num. 17. Lancell. de attent. par. 2. cap. 4. nu-
mer. 118. Card. Seraphin. deciſ. 1141. num. 4. Rota
in Baten. ſeù Nullius Pecuniaria 26. Maij 1645. co-
ram me §. prout etiam.*

32 Et hinc locus eſt ſequeſtro ne attentans gau-
deat commodo vitioſæ poſſeſſionis, vt eſt *Archid.
in cap. quia res 50. ſub numer. 9. cauſ. 11. quæſt. 1.*
reſpondit *Rota in dicta Bituntina Iuriſpatronatus co-
ram bon. mem Arguelles, & in dicta Lucen. Sarza-
nen. Beneficiorum coram me in fine.*

Atque ità &c.

CAMERINEN. REINVESTIMENTI, ſeù Multiplici.

Lunæ 28. Iunij 1655.

ARGVMENTVM:

Bancherius obligatus in Inſtrumento ad faciendum Inueſtimentum pecuniarum in eius Banco depoſitarum tenetur quandocumque de Inueſtimento depoſiti docere, nec poteſt allegare ignorantiam depoſiti, & quare; hocque procedit, licet ipſe declarauerit, quod ſemper, & quandocumque ei liceret recedere à pacto Inueſtiendi, & ad quid in iſto caſu teneatur, & quomodo huiuſmodi pactum veniat intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum obligatione Camerali vallatum habet executionem paratam.*

2 *Exactio pecuniæ referri debet ad ſuum primordialem titulum.*

3 *Pecunia deſcripta in libris rationis Bancariæ, perindè eſt, ac ſi eidemmet Bancherio manualiter ſolutæ fuiſſent.*

4 *Creditum proprium vnius ſocij, regulariter diſtinguitur à Credito ſociali.*

5 *Socius non repugnat, quod in eodem negocio repræſentet duas perſonas nempè ſocialem, & priuatam, & in eo contrahat vti ſocius, & tamquam priuatus.*

6 *Bancherius non poteſt allegare ignorantiam eorumque à ratione Bancaria ſunt geſta, cum ſibi imputare debeat ſi ſcire non curauit.*

7 *Paria ſunt quod quis aliquid ſciuerit, vel quod ſcire debuerit.*

8 *Mercator præſumitur ſcire, quæ in eius libris ſunt deſcripta, dum eos ad ſui libitum poteſt, & tenetur perquirere.*

9 *Pecuniæ in Banco depoſitatæ ad diſpoſitionem alicuius exindè amoueri non poſſunt abſque eius ordine.*

10 *Bancherius, qui tenebatur iuxta formam ſuæ obligationis pecunias depoſitatas inueſtire, non poteſt aliter ab eius Banco leuare alias, tenetur de proprio.*

11 *Mandatarius, qui à mandato ſuſcepto vult recedere, debet id denunciare ne dum mandanti, ſed etiam alijs Intereſſe habentibus.*

12 *Pactum quod mandatario liceat quandocumque recedere ab obligatione exequendi mandatum eſt intelligendum re integra, nam re non amplius integra illud implere tenetur.*

DECISIO CCCCXCIV.

Paulus V. fel. rec. conceſſit Carolo, alijſque Fratribus de Perbenedictis, vt poſſent extrahere ex bonis Fideicommiſſi bon. mem. Cardinalis de Camerino ſcut. 15. millia mediante venditione, aut impoſitione tot Cenſuum cum onere tamen, quod tenerentur Fideicommiſſum reintegrare mediante aſſignatione annuæ quantitatis ſcutorum 1350. ex redditibus Eccleſiaſticis quos obtinebãt exigendæ annuatim, atque reinueſtiendæ in Locis Montium, vel ſtabilibus per Mercatorem ab ipſis eligendum Banco, fide & facultatibus idoneum hic in Vrbe *Summ. Equitis Perbenedicti n.* 1.

Digitized by Google

Carolus tam nomine proprio , quam vti Pro-
curator eius fratrum in illius exequutionem ele-
git Hieronymum Sauinum Mercatorem Roma-
nam Curiam ſequentem *num.* 5. qui facta prius aſ-
ſignatione dd. reddituum Eccleſiaſticorum in ea-
demmet ſumma per Pontificem demandata *num.*
2. eius deputationem acceptauit ſub obligatione
tamen qualificata inueſtiendi pecunias , quæ ad
eius manus peruenirent , & cum expreſſa declara-
tione, quod nolebat teneri ad illatum exactionem
nec ad faciendam aliquam etiam minimam dili-
gentiam , quodque poſſet , & valeret ſemper , &
quandocunque ad ſui libitum , & voluntatem ab
obligatione , & onere faciendi huiuſmodi inue-
ſtimentum recedere d. *Summ. num.* 6.

Cumque ex pecunijs ad Bancum dicti Merca-
toris peruentis compertum fuerit duas partitas ,
alteram ſcut. 70. & b. 50. & alteram ſcut. 250.
prouenisse ex dictis redditibus Eccleſiaſticis ad
ſupradictum effectum aſſignatis *num.* 8. & 10. Ideò
Eques Perbenedictus ad dictum fideicommiſſum
vocatus egit coram A. C. contra dictum Merca-
torem , vt oſtenderet dictas pecunias inueſtimen-
to , & multiplico erogaſſe , atque contra eum
mandatum exequutiuum obtinuit pro ſcutis 320.
& b. 50. ſine præiudicio maioris ſummæ , à quo
interpoſita appellatione , & cauſa mihi commiſſa
cum clauſula *ſi quid exequendum* Propoſito dubio
Domini reſponderunt mandatum A. C. eſſe exe-
quendum quia eius validitas non controuertitur ,
& Iuſtitia patet ex Inſtrumento publico prædictæ
acceptationis ſuæ deputationis Camerali obliga-
tione vallato, quod propterea habet executionem
paratam ex vulg.

Quod autem dicta ſcuta 320. & b. 50. prouc-
niant ex redditibus Eccleſiaſticis multiplico fa-
ciendo deſtinatis patet quoad ſcuta 70. & b. 50.
ex lectura ipſiuſmet partitæ , in qua legitur ea
fuiſſe exacta ex cauſa penſionis debitæ ab Epiſco-
po Nucerino *d. num.* 8. ibi : *ſcudi 20. b. 50. moneta
recò contanti &c. diſſe li medeſimi riſcoſſi &c. per la
paga della Penſione di Nocera maturata à Santa Maria
di Septembre proſſimopaſſato* , alia vero 250. origi-
naliter proueniebant ab Antonio Bentio Affictua-
rio Prioratus Sancti Paterniani Forolivien. *Sum.
d. num.* 10. cuius redditus vna cum prædicta pen-
ſione ſub præfata aſſignatione , & deſtinatione
continebantur *d. num.* 2. Cumque Sauinus non
eſſet præpoſitus à Perbenedictis ad exigendas , &
reinueſtiendas alias pecunias , quam prouenien-
tes ex dictis redditibus Eccleſiaſticis , & deſtina-
tas multiplico , tales neceſſariò præſumuntur di-
2 ctæ pecuniæ , quas habuit , referendo exactiones ,
vt debet ad ſuum primordialem titulum *ad text. in
l. 2. C. de acquir. poſſ.* quem in his terminis ex-
pendit *Rota deciſ.* 262. *num.* 5. *part.* 1. *diuerſ.* cum
concordantibus allegatis *in Peruſina fideicommiſſi
de Rodulphis 26. Ianuarij §. bis poſitus , & 15. Iunij
1654. verum repropoſita coram me* .

Nec veriſimiliter negari poteſt quin dictæ pe-
cuniæ deuenerint ad eius manus .

Licet enim exactæ fuerint à quodam Iuuene
rationis Bancariæ ipſius Sauini, ille tamen penes
ſe eas non retinuit , ſed eidem rationi Bancariæ
perſoluit ad diſpoſitionem eiuſdem met Sauini d.
num. 8. & 10. cumque ad eandem ipſius diſpoſi-
tionem deſcriptæ fuerint in libris eiuſdem ratio-
3 nis Bancariæ perinde eſt ac ſi eidemmet Sauino
manualiter enumeratæ fuiſſent , cum hoc impor-
tet huiuſmodi deſcriptio , vt dixit *Rota deciſ.* 377.
*ſub num. 5. verſ. & quod replicabatur par. 1. recent.
& in Romana ſeu Veliterna Affictus 15. Martij 1652.
§. Implementum verſ. altero verò , & 13. Ianuarij
1653. §. ſed reuocationi, verſ. Præbuiſſet autem coram
R. P. D. meo Bichio* .

Non ſubſiſtente quod poſitæ fuerint ad credi-
tum Societatis , quæ in dicta ratione Bancaria
exercebatur inter ipſum Sauinum , & Laurum
Deſiderium .

Quoniam verba ipſius partitæ ibi : *A diſpoſitione
del noſtro Girolamo Sauini* apertè denotant credi-
tum proprium ipſius , quod regulariter diſtingui-
4 tur à credito ſociali , cum non repugnet quod in
5 eodem negocio quis repræſentet duas perſonas ,
nempè ſocialem , & priuatam , atque contrahat
in eo vti ſocius , & tanquam priuatus *l. cum qui-
dam C. de adminiſtr. Tutor. l. duorum ff. de oper. li-
bert.* Rota *Ianuen. deciſ. 31. num. 11. & deciſ. 75.
num.* 3. cum alijs in terminis bene congeſtis in
*Narnien. Societatis 1. Martij 1621. coram bo. me. Pi-
rouano in recent. deciſ. 273. num. 8. & 9. par.* 8. Nec
6 validè allegare poteſt talis ſolutionis ignoran-
tiam quia ſibi imputet ſi non curauit ſcire , quæ à
ratione Bancaria gerebantur , paria enim ſunt
7 quod ſciuerit , vel quod ſcire debuerit *gloſſ. in cap.
præſumitur de reg. Iur. in 6. Rota deciſ. 166. ſub nu.
1. part. 1. diuerſ. & coram Burati. deciſ. 479. nu.* 16.
8 Imò ſciuiſſe præſumitur , quæ in eius libris de-
ſcripta erant , dum eos ad ſui libitum perquirere
poterat , & tenebatur . *Caputaque deciſ. 116. num.
4. part. 3. cum concordantibus allegatis in Anconitana
Cambiorum 18. Maij 1646. coram R. P. D. meo Meltio* .

Nec refragatur , quod dictæ pecuniæ reſtitutæ
fuerint eidem Carolo Perbenedicto ; quia cum
9 poſitæ reperirentur in d. Bancho , vt dictum eſt ,
ad diſpoſitionem Sauini exindè amoueri non po-
terant abſque ipſius ordine *l. 1. §. eleganter & §.
ſed ſi duo ff. depoſit. l. qui hominem §. ſi nullo ff. de ſo-
lut. Curt. Iun. conſ. 24. num. 7. Menoch. conſ. 258.
num. 3. Surd. deciſ. 60. num. 1. & 2. cum alijs addu-
ctis in Romana Cenſus, ſeù depoſiti 26. Ianuarij 1646.
coram R. P. D. meo Meltio §. non obſtat quod Battelli.*
10 Ipſe autem aliter illas ab eius Banco leuare non
debebat , quam ad effectum inueſtiendi pro mul-
tiplico iuxta formam ſuæ obligationis , & aliter
facto tenetur de proprio *Card. Seraph. deciſ. 1130.
num. 1. & 2. Rota in recent. deciſ. 31. num. 5. part.
3. & in proximis terminis* reſponſum fuit *in Romana
fructuum 21. Iunij 1646. coram me ſub §. Per obitum
Eaea* .

Non obſtat , quod Sauinus in actu acceptatio-
nis , & ſuſceptionis mandati declarauerit , quod
ſibi liceret quandocunque ab obligatione , &
onere faciendi depoſitum recedere . Tum quia
11 debuiſſet talis receſſus denunciari ne dum Caro-
lo conſtituenti , ſed etiam alijs intereſſe habenti-
bus , & vocatis ad fideicommiſſum ex multiplico
reintegrandum *Alex. conſ. 41. num. 6. in fine lib. 3.
Card. Mantic. de tacit. lib. 7. tit. 21. ſub numer. 46.
verſ. ſi vero intelligat* . Tum etiam quia declaratio
12 Sauini intelligenda eſt re integra, & ſic antequam
pecuniæ fuiſſent exactæ , & in eius Banco relictæ ,
poſt illarum verò exactionem , & depoſitum ad-
implere tenebatur ſecundam partem mandati , &
eius obligationem de faciendo multiplicum , ne
alias fieret fraus menti Pontificis, qui derogatio-
nem fideicommiſſi ſub illa lege conceſſit , & præ-
iudicium vocatis , vt latè *in d. Romana fructuum
Cenſus* confirmata 30. *Maij* 1653. *coram me* .

Et ità vtraque &c.

CA-

Digitized by Google

CALAGVRITANA DECIMARVM.

Lunæ 5. Iulij 1655.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria ad probandam Immemorabilem denegatur, quando redditur impoſſibile, quod Teſtes reperiantur, qui ante motam litem deponant per per 40. Annos de viſu; Et quinam Teſtes requirantur ad probationem Immemorabilis, &. quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ad probandum Immemorabilem debent deponere per 40. Annos de viſu ante motam litem.*

2 *Remiſſaria denegatur ad probandam Immemorabilem, quando redditur impoſſibile, quod Teſtes reperiantur, qui deponant per 40. Annos de viſu ante motam litem.*

3 *Teſtes ad probandam Immemorabilem ſatis eſt quod deponant de viſu per 40. Annos ante motam litē.*

4 *Teſtes ad probandam Immemorabilem debent deponere de viſu per 40. Annos ante motam litem, dempto tempore litis, & illorum impubertatis.*

5 *Immemorabilis, quando non poſſunt reperiri Teſtes, qui deponant de viſu per 40. Annas ante motam litem; Probatur per Teſtes deponentes de publica voce, & fama.*

6 *Teſtes examinati in vno Iudicio non probant in alio*

7 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam lite pendente abſque remiſſoria Iudicis, & citatione partis, tamquam nulliter examinati non probant.*

8 *Probatio probationem non excludit, ſed perfecta proceſſu debet videri in diſputatione Cauſa, qua ſit potior, & praferenda.*

9 *Confeſſio Monachorum non praiudicat Monaſterio.*

10 *Confeſſio Monachorum, quod Eccleſia eorum Monaſterio vnita erat ſine cura, debes intelligi de cura actuali, qua de tempore vnionis non aderat, non autem de habituali, de qua opus non erat mentionem facere.*

DECISIO CCCCXCV.

DEciſionem editam 2. *Decemb.* 1654. *cor. R.P.D.*
meo Pentingerio firmantem Monaſterio, & Mo-
nachis Beatæ Mariæ de Stella, dandum eſſe remiſ-
ſoriam, hodie Domini confirmarunt ex iiſdem
rationibus, & fundamentis in ipſa deductis.
1 Quibus non obſtat, quod articuletur immemo-
rabilis ante vnionem ſequutam *anno* 1454. quæ
propterea ſit improbabilis ob impoſſibilitatem
inueniendi Teſtes, qui ante illam deponant per
40. annos de viſu, vt requiritur iuxta *gloſſ. in cap.*
primo de præſcript. in 6. Caputaq. dec 71. num. primo
2 *par. 2.* vt denegando remiſſoriam reſpondit *Rota*
coram Card. Seraph. dec. 1450. num. 2. & in hac eadem
cauſa coram R. P. D. meo Zarate 26. Iunij 1654. §.
Nec de ea doceri, & §. præterea, verſ. Tum etiam quia.
Quoniam ſignanter reſpectu curæ actualis Ec-
cleſiæ Sancti Emiliani ſpecificè articulatur imme-
morabilis etiam poſt vnionem vſque ad præſentē
diem; Vndè probabilis eſt, cùm ſufficiat, Teſtes
3 deponere de viſu per annos 40. ante motam litem,
vt dixit *Rota in rec. deciſ. 520. ſub num. primo par. 5.*
& deciſ. 142. num. 5. par. 6. cum alijs allegatis per Add.
ad Buratt. deciſ. 673. ſub num. 12. verſ. Et requiritur,
lis autèm mota fuit *anno* 1632. & ſic Teſtes ad ſum
mum deberent eſſe annorum 77. ſubducto tempo
4 re tùm pendentiæ litis, tùm illorum impuberta-
tis, vt tradunt *Pariſ. conſ. 27. nu. 97. lib. primo Card.*
Seraphin. d. deciſ. 1450. dicto num. 2. Rota in recent. de-
ciſ. 243. num. 4. par. 2. coram ſa. me. Greg. deciſ. 298. nu-
mer. primo ibique Add. num. 12. cæterique adducti per
Add. ad Buratt. d. deciſ. 673. dicto num. 12.
5 Reſpectu vero temporis ante vnionem ſatis eſt
Monaſterio, & Monachis probatio publicæ vocis,
& famæ, vt reſpondetur in *dicta deciſione D. mei*
Pentingerij ſub §. minus obſtat, & quamuis ex Te-
ſtibus pro Capitulo, & Beneficiaris examinatis
contraria fama videatur probata, attamen dicti
Teſtes non releuant, tùm quia aliqui examinati
6 fuerunt in alio Iudicio cum Monaſterio agitato,
alij vero fuerunt examinati ad perpetuam rei me-
7 moriam pendente lite in Rota ſine illius remiſſo-
ria, & ſine citatione Partis, & ſic nulliter *cap. 2.*
vbi Abb. num. 9. de Teſtib. l. ſi quando §. ſed cum opor-
tet C. eod. Rota dec. 64. num. 2. poſt ſecundum vol. conſ.
Farin. in rec. dec. 20. num. 24. & dec. 343. nu. 15. par. 6.
& in Calaguritana Beneficij de Murillo 23. Maij 1653
coram R. P. D. meo Albergata. Tum etiam quia pro-
8 batio probationem non excludit, ſed perfecto
Proceſſu videbitur in diſputatione cauſæ quæ ſit
potior, & præferen̄, *cap. cum Ioannes, ibique Doct.*
extr. de fid. Inſtrum. Bellamer. deciſ. 624. num. 2. Card.
Mantic. dec. 374. num. 3. Rota dec. 785. num. 5. par. pri-
ma diuerſ. dec. 229. ſub num. 4. & dec 660. pariter nu-
mer. 4. par. 2. recens. in Maceraten. Pecuniaria 27. Ia-
nuarij 1645. coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbobo-
no §. fin. & in dicta Hiſpalen. Decimarum coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Corrado §. Nec refert, quod Ca-
pitulum.
Nec obſtat aſſerta confeſſio Monachorū, quod
dicta Eccleſia Sancti Emiliani eſſet ruralis, & ſi-
ne cura emiſſa in Inſtrumento dictæ Vnionis, at-
que in Libello porrecto illius Exequutori pro ob-
tinenda exequutione literarum Apoſtolicarum, &
elicita ex viſu ſententiæ eiuſdem Exequutoris in
iudicatum tranſactæ.
Quia quidquid ſit an Monaſterio præiudicare
9 poſſet ad *Text. in cap. veniens, vbi Doct. de Tran-*
ſact. Hond. conſ. 55. num. 25. lib. primo Buratt. dec 601.
num. 9. Rota in Piſauren. Manutentionis 4. Iunij 1645
coram bon. mem. Arguelles §. qua poſſeſſione, & in Ro-
mana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. coram
R. P. D. meo Bichio §. vltimo verſ. Tùm quia Canones
placuit reſponſio *deciſionis §. neque vrget*, nempe
10 intelligendum eſſe de cura actuali, quæ de præci-
ſo tempore vnionis non aderat, non autem de
cura habituali, de qua opus non erat mentionem
facere, vt dixit *Rota coram Card. Canaler. dec. 164.*
ſub num. 3.
Et ità ſteterunt Domini in deciſis *dicta die 2. De-*
cembris 1654. coram R. P. D. meo Peutingerio. Vtra-
que, &c.

CAESARAVGVSTANA CANONICATVS.

Mercurij 4. Auguſti 1655.

ARGVMENTVM.

Interdictum Eccleſiaſticum, an ſit generale, vel particulare, quid veniat conſiderandum, & tunc remoto omni ſcrupulo, iudicandum eſt generale, dum non ſolum capit delinquentes, ſed etiam non culpabiles, & innocentes.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum non dicitur generale, ſed ſpeciale, quando verba non referuntur collectiuè ad aliquam Vniuerſitatem, vel Capitulum, &c.*

2 *Veluti ad Capitulum, vt Corpus, ſed ad plures perſonas, vti de per ſe, & ad omnes.*

3 *Interdictum, quando non dicatur ſpeciale, ſed generale afficiens totum corpus, & omnes collectiuè tamquam membra, & partes illius.*

4 *Interdicti natura, & qualitas vt agnoſcatur, non-*

Digitized by Google

ſolum perpandenda ſunt verba ſententiæ in cortice.
5 *Sed etiam circumſtantiæ, & cauſa interdicti,*
6 *Iudicis intentio ex omnibus ſimul iunctis perpendi debet: & num. 7. & 8.*
9 *Interdictum, quod ſit vniuerſale, qualis ſit eius vrgens circumſtantia.*
10 *Interdictum, illud ſatis dicitur generale, ſi de ſui natura non ſolum capit delinquentes, ſed etiam innocentes.*
11 *Ab interdicto generali Iudex, debet innocentes excipere.*
12 *Interdictum ſpeciale, nullatenus comprehendit, nec ferri poteſt contra inculpabiles, & innocentes.*
13 *In Interdicto ſpeciali nullatenus vnus pro culpa alterius poteſt ſuſpendi.*
14 *Interdictum ſpeciale non poteſt ferri contrà innocentes, & non culpabiles.*
15 *Interdicti ſpecialis natura quæ ſit.*
16 *Delictum, quando non fuit ſingulare, ſed totius Capituli, vel Vniuerſitatis, tunc totum Capitulum, ſeù Vniuerſitas eſt generaliter interdicenda.*
17 *Attentatè, & nulliter proceditur quando aliquid differtur expediri contra mandata Rotalia.*
18 *Delicti pœnas ille ſubire debet, qui peccauit.*
19 *Capitulum, ſi differat obſeruare mandata Rotalia bene poteſt ipſa Rota illud punire, & in pœnam, quid ordinare valeat, & num 20.*
21 *Scripturæ formula non tantum eſt attendenda, quam ipſa mens Iudicis.*
22 *Sententia debet interpretari; Et intelligi ſecundum mentem Iudicis.*
23 *Iudicis mens talis eſſe præſumenda eſt, qualis de iure eſſe debet.*

DECISIO CCCCXCVI.

DVm agebatur de expeditione huius Cauſæ ad formam deciſionis editæ coram me 9. Iunij proximi præteriti compertum fuit Rotam aliàs tenuiſſe in ſequentibus deciſionibus (ab Informãtibus pro Didaco Hieronymò Sala non allegatis) Interdictum latum contra Decanum, Dignitates, Canonicos, & Capitulum, provt in verbis latum fuit iſtud, de quo quæritur, non eſſe generale, ſed
1 ſpeciale, quia dicta verba denotare videntur, quod non refertur collectiuè ad Capitulum vti corpus,
2 ſed ad plures perſonas de per ſe, & ad omnes per modum plurium, *vt in Cæſaraugustana Diſtributionum 14. Februarij 1635. coram bon. mem. Coccino in recent. deciſ. 20. num. 12. cum ſeptem ſeqq. par. 7. 18. Februarij 1641. §. Nec viſum fuit, & §. Nec valet, & 12. Decembris eiuſdem anni §. Quia reſponſum cum ſeq. coram Card. Panzirolo, & in alia Cæſarauguſtana Diſtributionum 17. Martij 1642. §. non obſtat, quod pro credito, & §. quale dicitur cor. R. P. D. meo Bichio.*
Verum his minimè obſtantibus Domini decreuerunt cauſæ expeditionem, quia cenſuerunt in-
3 terdictum controuerſum non eſſe ſpeciale, ſed generale afficiens totum corpus, & omnes collectiuè tanquam membra, & partes illius ad effectum enim dignoſcendi naturam, & qualitatem interdicti, non ſolum ſunt perpendenda verba ſenten-
4 tiæ in cortice, ſed etiam circumſtantiæ, & cauſæ interdicti, vt ex omnibus congruè deſumatur in-
5 tentio Iudicis illud proferentis, vt optimè monet *Alter. de cenſur. tom. 2. rubr. de Interd. cap. 5. ſub lite-*
6 *ra E. verſ. tertia propoſitio fol. 305.*
In caſu enim noſtro licet verba, quibus con-
7 cepta fuit Interdicti ſententia paria videantur, & ſimilia relatis in dictis deciſionibus, Circumſtan-
8 tiæ tamèn, & cauſa ſunt diuerſæ, & ſignanter vrgens in propoſito pro generalitate adeſt circum-
9 ſtantia, quæ in illis deficiebat, nempè explicita exceptuatio in verbis ipſius met ſententiæ per Capitulum ſeparatum facta ſex Canonicorum, & totidem Dignitatum, vtpotè Innocentium; Hinc enim dùm Rota illos expreſsè excepit ſatis clarè declarauit voluiſſe proferre Interdictum aliàs aptum eos comprehendere, nempè generale, quod
10 de ſui natura non ſolùm capit delinquentes, & culpabiles, ſed etiàm Innocentes, & non culpabiles tanquam membra, & partes capitis, quod deliquit, vt pluribus auctoritatibus firmatum fuit *in deciſione huius cauſæ coram R. P. D. meo 16. Iunij 1653. §. Capitulum verò verſ. compatibile enim eſt, & in edita coram me §. Igitur cum in caſu, vbi alle-*
11 *gantur Laymen. & Filinc.* firmantes, quod Iudex ab Interdicto generali Innocentes exceptuare tenetur. Hoc enim non conuenit Interdicto ſpecia-
12 li, quia iſtud nullatenùs comprehendit, nec ferri poteſt contra Innocentes, & non culpabiles, ſed
13 duntaxàt ſingulariter, & determinatè contra eos, qui deliquerunt, & facinus patrarunt, vt probant *Layman. Theolog. moral. lib. primo tract. 5. par. 4. tit. de Interd. cap. primo ſub num. 2. verſ. Interdictum perſonale,* ibi: vel in omnes, & ſingulos, qui tale facinus patrarunt *Modern. Pater Dian. reſol. moral. par. 5. tract. 10. reſol. 22. ſub verſ. ſed contrarium,* ibi: *Illam veram eſſe, quando quis ſpecialiter, & ſeorſum ſuſpendi-*
14 *tur; Nàm tunc vnus ſuſpendi, non poteſt pro culpa alterius;* Ac de conſequenti ſi Rota intellexiſſet ſpeciale proferre Interdictum non per exceptuationem, ſed determinatè ſpecificè, ac nominatim
15 contra ſolos culpabiles Sententiam pronunciaſſet iuxtà naturam Interdicti ſpecialis.
Idemque euidentius demonſtrat cauſa, ex qua interdictum latum fuit videlicet delictum, quod non fuit ſingulorum, ſed totius capituli tanquam
16 corporis, ipſum enim (cui ex Bulla ſecularizationis ſan: mem: Clementis Octaui competit Ius ſtatuendi, licitè tamen, & honeſtè, atque accedente Apoſtolica auctoritate præuijs examine, & approbatione Nuntij Apoſtolici, vel Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, vt firmatur *in Cæſarauguſtana Diſtributionum 3. Decembris 1640. & 22. Iunij 1641. coram Cardinali Panzirolo 21. Maij 1641. coram Reuerendiſſimo Salamantino nunc digniſſimo Archiepiſcopo Compoſtella, & 7. Iunij 1649. coram me*) nulliter, & attentatè primum ſtatutum ſolemniter tactum, atque diu obſeruatum reuocauerat, iſtam-
17 que reuocationem annullare, ac in priſtinum ſtatum reducere contra mandata rotalia deteſtabiliter diſtulerat, vt latè deducitur tam in deciſione ſuper declaratoria 25. Iunij 1646. quam in alia ſuper aggrauatoria 13. Nouembris 1647. coram
18 me; Vnde ſi ipſum Capitulum tanquam corpus peccauerat, ipſum pariter vti tale delicti pœnas ſubire debebat ad *Text. in l. Sancimus C. de pæn. & in l. abſentem ff. eod.* atque ideò eò certius Rota
19 intellexit illud punire, & in pœnam ipſum priuare facultate peragendi actus capitulares, & iuriſdictionis, quod non conueniebat caſui deciſionũ in contrarium deductarum.
Comprobantur præfata ex quo non ſolùm in hac cauſa per quatuor deciſiones Rota ſemper exiſtimauit ipſum met Capitulum tanquam Cor-
20 pus eſſe interdictum, & ſuſpenſum, ſed idem pro indubitato ſuppoſuit, atque firmauit *in Cæſarauguſtana Diſmembrationum 29. Maij 1652. coram R. P. D. meo Vtroſpio;* Cùm enim ipſi met Patres, qui ſententiam Interdicti decreuerunt illud ſemper

pro

21 pro generali habuerint, non videtur vtique attendenda formula ſcripturæ, ſed intentio, & voluntas Rotæ ſententiam proferentis, quæ tàm ex circumſtantijs, quàm ex cauſa delicti, & ex tot
22 ſubſequentibus declarationibus generale Interdictum contra vniuerſum Capituli corpus proferre intellexit; Sententia enim debet interpretari, &
23 intelligi ſecundum mentem Iudicis, quæ talis cēſetur, qualis de Iure eſſe debet per ea, quæ dixit *Rota coram Card. Mantic. deciſ. 349. num. 5. & in Anconitana Cenſuum 11. Decembris 1641. coram me §. nec obſtat toties cum ſeq.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMISI

Mercurij 4. Auguſti 1655.

ARGVMENTVM.

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Pacta in diuerſis caſibus conſiderata, & adiecta ad inuicem compatiuntur, & vnumquodque procedit in caſu ſuo, nec dicuntur contraria.*
2 *Pacta, quæ aliqua, vel temporis, vel legitimæ interpretationis diſtinctione concordari poſſunt, numquam dicuntur contraria.*
3 *Clauſula* ad habendum, *operatur effectum ſuum præter quam in caſu excepto.*
4 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem regulariter reijciuntur in iudicio immiſſionis.*

DECISIO CCCCXCVII.

Præcipuum eſt ſuccumbentium reiteratis vicibus idem continuo repetere etiamſi inutile ſit, ac in primordalibus cauſæ reſolutionibus tanquam minus ſubſiſtens ad ſaturitatem iuribus, & rationibus confutatum. Hinc informantes pro hæredibus Comitis Franciſci de Pepulis petentes nouam audientiam aduerſus deciſionem editam coram me 14. Maij præteriti, iterum inculcabant reſeruationem fideicommiſſi factam in Inſtrumento Tranſactionis contrariam eſſe Capitulis à partibus prius firmatis, & quorum omnimodam obſeruantiam in eodem Inſtrumento cōuenerunt, ſed nullam adeſſe contrarietatem denuo Domini exiſtimarunt, & ſic decreuerunt expeditionem cauſæ.

Contrahentes enim duos caſus conſiderarunt, alterum in Capitulis reſpectu iurium de præſenti, quæ Comes Ioannes tunc temporis prætendebat ex cauſa Fideicommiſſi ad ipſius duntaxat fauorem purificati ob incapacitatem Comitis Franciſci, & illorum occaſione, quia ibidem Comes Franciſcus tunc admittebatur ad medietatem bonorum dicti Fideicommiſſi cuius reſeruatio in ipſis Capitulis reſtricta fuit, prout reſtringi debebat contra tertios duntaxat, Alias enim incompatibile eſſet, & repugnans, quod ad fideicommiſſum iam purificatum, admitteretur Franciſcus, & incontinenti contra ipſum ad fauorem Comitis Ioannis illius iura reſeruarentur.

Alterum vero in Inſtrumento Tranſactionis circa iura de futuro Fideicommiſſi videlicet purificandi per obitum alterius ex tranſigentibus ſine filijs capacibus, & ibi illus reſeruatio concepta fuit ad fauorem vtriuſque, non autem ad ſolum fauorem Comitis Ioannis, prout concepta fuerat in Capitulis circa iura de præſenti; Idque iure optimo quia dum Comes Franciſcus alias per ſe excluſus ad dictum Fideicommiſſum pro medietate admiſſus fuerat poſtulabat ratio, quod caſus futuræ purificationis reciprocè conciperetur, vt conceptus fuit, altero decedente ſine filiis capacibus.

Hoc poſito nulla prorſus contrarietas conſiderari valet. quia huiuſmodi reſeruationes. & pa-
1 cta tanquam in diuerſis caſibus cōſiderata, & adiecta ad inuicem compatiuntur, & vnumquodque procedit in caſu ſuo, vt ponderatum fuit in duabus deciſionibus huius cauſæ *coram R. P. D. meo Celſo 16. Aprilis 1649. §. nec repugnat & §. alia vero, & 28. Martij 1650. §. obiectum vero cum ſeqq.*
2 Ea enim, quæ aliqua vel temporis, vel legitimæ interpretationis diſtinctione concordari poſſunt, nunquam dicuntur contraria ad *Text. in cap. cum expediat de elect. in 6. Aym. conſ. 70. num. 5. & 6. optime Rota coram Baratt. deciſ. 739. num. 5.*

Indeque non obſtant clauſulæ *ad habendum,*
3 *& pro hæredibus, & ſucceſſoribus* ab iiſdem informantibus iterum ponderatæ, quia operantur effectum ſuum præter quam in caſu excepto, & reſeruato, atque intelliguntur de hæredibus, & ſucceſſoribus capacibus iuxta conuentionem mutuo conſenſu ſtipulatam, vt bene occurritur in iiſdem deciſionibus D. mei Celſi.

Ac procliuiores fuerunt Domini in decernenda huiuſmodi expeditione, quia ſumus in iudicio
4 immiſſionis, in quo regulariter reijciuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem, vt dictum fuit in *Bonon. Bonor. ſeu fideicommiſſi de Sanctis 17. Maij 1647. coram R. P. D. meo Bichio §. fin. & alibi paſſim.* eoque magis in propoſito quo per ſeptem deciſiones latiſſimè & exuberater diſcuſſæ, & ſublatæ fuerunt.

Ad obiectum inæqualitatis partium, & detractionum ſatis fuit reſponſum in dictis deciſionibus.

Et ita vtraque &c.

ARETINA PLEBANA.

Veneris 19. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Iuriſpatronatus præſumptio vſurpationis cadit in perſonis potentibus, & ideo tunc dum non conſtat de Inſtrumento fundationis, vel dotationis non ſufficit centenaria, vel quadragenaria quaſi poſſeſſio præſentandi cum fama, ſed requiritur præſcriptio immemorabilis cum præſentationibus effectuatis per 50. Annos, Quaſi poſſeſſionem præſentandi habens centenariam, poteſt allegare meliorem titulum de Mundo. Familia Nobilis in aliquo loco ex hoc non intrat præſumptio pro vſurpatione Iuriſpatronatus, & alia, vt in Summarijs,

SVMMARIVM.

1 *Iuriſpatronatus vſurpatio non cadit in perſonis priuatis, in quibus eius probatio ſufficit per centenariam, vel quadragenariam cum titulo.*
2 *Concilium Tridentinum renocauit omnia iura patronatus per occupationem, vel conſuetudinem vſurpata.*
3 *Beneficia Parochialia quando ſunt libera, contutſui ſunt ſupponenda.*
4 *Sententia, quando remanet ſine iuſtificatione non eſt attendenda.*
5 *Sententiæ inobſeruantia, & ineffectuatio, facit vt ea non attendatur,*
Iuſpatronatus non probatur per ſententiam, quæ non habuit effectum, num. 5.
6 *Sententia eſt nulla ex defectu citationis.*
7 *Vſurpatio iuriſpatronatus ſecundum Conc. Trid. intrat ex potentia Patronorum.*

Iuriſ-

Digitized by Google

8 *Iuriſpatronatus probatio, quando in familia potenti ſumus, & non conſtat de Inſtrumenta fundationis, vel dotationis, qualiter ſit facienda.*

9 *Iuſpatronatus ſpectans ex conſuetudine ad familiam potentem expreſſe fuit reuocatum per Concilium Tridentinum.*

10 *Beneficium quando dicatur fuiſſe in ſtatu libertatis,*

11 *Status vltimus attenditur in beneficialibus ad effectum ſuſtinendi vltimam collationem.*

12 *Probatio dicitur liquidiſsima dum ſit per rem indicatum, aut confeſsionem partis, aut publicum inſtrumentum.*

13 *Iuſpatronatus iuſtificatur ex centenaria quaſi poſſeſsione præſentandi.*

14 *Centenariam quaſi poſſeſsionem præſentandi habens pro ſe, meliorem titulum allegare poteſt pro canonizatione iuriſpatronatus.*

15 *Titulus etiam ex cauſa oneroſa poteſt allegari, vbi adeſt centenaria probatio.*

16 *Iuſpatronatus ex fundatione, & dotatione poteſt prætendere, qui habet pro ſe centenariam quaſi poſſeſsionem præſentandi.*

17 *Mandatum, quando non eſt effectuatum, non iuuat.*

18 *Iuſpatronatus dum dicitur, quod competit de iure, dicitur competere ex fundatione, vel dotatione.*

19 *Fides extraiudicialis non probat.*

20 *Præſertim dum non percutit tempus præciſum actus, de quo quæritur.*

21 *De familia nobili in aliqua Ciuitate, quod quis ſit, non infertur quod familia ſit potens.*

22 *Et ità intret præſũptio vſurpationis Iuriſpatronatus.*

23 *Iuriſdictio, & potentia in vno loco, non intrat ad præſumendum vſurpationem in diuerſo loco Iuriſpatronatus.*

24 *In perſonis priuatis alicuius loci non cadit præſumptio vſurpationis Iuriſpatronatus.*

Et hoc quantumuis ſint potentes in locis viciuis.

25 *Beneficium vbi, ſeù in quo loco eſt ſitum, attendi debet ad effectum, vt intret præſumptio vſurpationis Iuriſpatronatus.*

26 *Itaut non ſufficiat potentia in loco vicino, niſi influat in locum beneficij.*

27 *Prouiſiones Apoſtolicæ non immutant ſtatum beneficij, nec præiudicant Patronis.*

28 *Niſi, vel id exprimatur, vel ſimul concurrant actus poſitiui contrarij ſeruitutis.*

Vt quia Patroni voluerunt præſentare, & fuerunt electi.

29 *Status vltimus in beneficialibus non attenditur dum ex publicis Inſtrumentis productis probatur anterior diuerſus ſtatus.*

30 *Patroni non poſſunt præſentare durante lite, vel ſuper libertate beneficij, vel ſuper pertinentia Iuriſpatronatus inter patronos.*

31 *Præſentatio, quando eſt attentata, non eſt valida, & num. 32.*

33 *Litis deſertio non inducitur ex ſola taciturnitate.*

34 *Niſi ſuper re iudicata adſit Sententia Iudicis, vel clarè conſtet ex actis de non iure tacentis.*

35 *Ex actis, quando conſtare non poſſit de mala iure tacentis, imo è contra num. 36.*

DECISIO CCCCXCVIII.

VNica tantum Parte Informante deciſum fuerat coram me 6. Februarij 1654. Petrum de Cerretanis præſentatum eſſe inſtituendum, quia iuſtificatis alijs qualitatibus videbatur probari exiſtentia, & pertinentia Iuriſpatronatus, de quo agitur, ad Petrum Hieronymum, Annibalem, & Deſiderium Pompilium de Cerretanis, qui Petrum præſentarunt, ex Sententia lata ab Ordinario 12. Maij 1618. in Contradictorio Iudicio ſuper illius canonizatione, ex centenaria, & vltra quaſi poſſeſſione præſentandi comprobata ex continuatis præſentationibus effectum ſortitis ab anno 14 2. vſque ad annum 1523. & ex fama elicita ex antiquiſſimis enũciatiuis de anno 1381. citra emiſſis tam in Teſtamento q. Chriſtophori de Cerretanis, quàm à Summis Pontificibus, & ab ipſiſmet Ordinarijs ex licentia vendendi Domum Plebaniæ obtenta anno 1449. de conſenſu, & ad ſupplicationem illorum de Cerretanis Patronorum, & demum ex Armis, & Inſignibus Familiæ Cerretanæ depictis, & exiſtentibus in Eccleſia eiuſdem Plebaniæ eandem antiquitatem, quam habet ipſa Eccleſia præſeferentibus, ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis in deciſio-
1 ne deſuper edita ſufficiens iuſtificatio exiſtentiæ, & pertinentiæ Iuriſpatronatus educta fuit, præſertim cùm verſemur in priuatis in quibus ceſſat vſurpationis præſumptio, & ſic ſufficit centenaria, aut quadragenaria cum fama.

Verum informante hodie etiam Siringo Piccolomineo Prouiſo Apoſtolico tanquam de reſeruato per regulam octauam Cancellariæ hodie deductum fuit, quod Zenobius filius Landerici Tribunus Romanus Fidem Catholicam amplexus anno 370. imperante Valentiniano Secundo donauit Eccleſiæ Aretinæ, & Sancto Donato illius Epiſcopo, à quo fuerat ad fidem conuerſus plures Tenutas in Agro Senenſi, & in ſpecie Tenutã Probij pro ędificandis ibi Eccleſijs Parochialibus eius *Summar. num.* 1. in qua fuerunt plures Eccleſię conſtitutæ, & inter alias Parochialis Sancti Felicis in Pincis, de qua agitur, quæ ſemper ab initio tanquam propria, & libera ab Epiſcopis poſſeſſa fuit, nam vſque de anno 738. in lite ſuper ea inter Lupertianum Epiſcopum Aretinum, & Adeodatum Epiſcopum Senarum coram Luitprando Longobardorum Rege vertente per ſententiam eiuſdem Regis tanquam eius propria Eccleſiæ Aretinæ adiudicata fuit *dicto Summario num.* 2. quæ ſententia vti iuſta anno 1061. ab Alexandro Secundo Summo Pontifice confirmata fuit, & demandatum, quod nemo Eccleſiam Aretinam in poſſeſſione dictæ Eccleſiæ Sancti Felicis, & aliorum in dicta ſententia contentorum inquietaret *num.* 3.

Anno autem 1210 Innocentius Tertius San. Mem. confirmauit Amodeo Epiſcopo Aretino omnes conceſſiones Eccleſiarum in Diœceſi Aretina ſitarum, & ſignanter huius Eccleſiæ Sancti Felicis, eique, ac ſuis Succeſſoribus conceſſit omnia Iura, quæ Sedes Apoſtolica ſuper eis habebat *dicto Summario nu.* 4. Dictaque Eccleſia Sancti Felicis tanquam libera anno 1263. à Gulielmino Epiſcopo Præpoſituræ Cathedralis Aretinæ vnita fuit *num.* 5. & tanquam libera vſque ad annum 1350. poſſeſſa, quo familia Cerretana Nobilis, & potens in Ciuitate, & Republica Senenſi, ac Domina temporalis Caſtrorum Stertignani, & Cerreti, in quorum confinibus dicta Eccleſia Sancti Felicis in Pincis ſita erat occupaſſe dicitur libertatem dictæ Eccleſiæ, & ad illam Rectores ab anno 1402. vſque ad annum 1523. præſentaſſe cum ſuppoſito, quod Iuſpatronatus dictæ Eccleſiæ ad ipſos Cerretanos de conſuetudine ſpecta-
2 ret, vt ex præſentationibus relatis in *dicto Summ. num.* 6. Ideò cum poſtmodum *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de reform.* reuocauerit omnia Iurapatronatus per occupationem, vel conſuetu-

Digitized by Google

ſuetudinem vſurpata; Summi Pontifices dictam
Eccleſiam quoties vacauit in Menſibus reſeruatis
ab anno 1561. vſque in præſens vti liberam con-
ferre conſueuerunt, ex prouiſionibus Apoſtolicis
relatis in *d. Sum. n. 7.* Ordinarij verò Aretini illã
pariter tanquam liberam, iuxta Conſtitutionem
3 San: Me: Pij V. concurſui ſuppoſuerunt, & in viſita-
tionibus factis anno 1575. & anno 1587. illam vti
liberam, & ad collationem Epiſcopi ſpectãtẽ de-
ſcripſerunt *d. Sum. n. 8.* Cumq; vacaſſet anno 1616,
per obitum Hoſtilij de Brogionibus de ea tanquã
libera ab Ordinario præuio concurſu prouiſus
fuit Dominicus Minicuccius *num. 9.* Azzolinus
verò, ac alij de Cerretanis tanquam illius Patro-
ni ad eum præſentarunt Coſmum de Petris, qui à
Vicario Epiſcopi Aretini obtinuit anno 1618.
ſupradictam ſententiam Canonizationis dicti Iu-
riſpatronatus, ſed interpoſita appellatione, &
cauſa Rotæ commiſſa die 27. Maij 1650. coram
bon: mem: Dunozetto Archiepiſcopo Seleucien.
deciſum fuit Minicuccio Prouiſo Apoſtolico dan-
dam eſſe Immiſſionem huiuſmodi tamen lite
adhuc non terminata obijt Minicuccius, & Coſ-
mus Collitigans impetrauit per gratioſam ſub-
rogationem, eumque ipſe obierit in menſe reſer-
uato moderni aſſerti Patroni ad eam præſenta-
runt dictum Petrum de Cerretanis, ſed à Sede
Apoſtolica illam vti liberam, & reſeruatam im-
petrauit Siringus Piccolomineus in concurſu re-
pertus magis idoneus, *dicta Summ. n. 11.* eiuſque
poſſeſſionem hoc titulo fuit aſſequutus *num. 12.*

Ex prædictis itaque tria principaliter infere-
bantur. Primum quod Eccleſia à principio fuerit
libera, non autem Patronalis; Ideoque dicta
ſententia lata 1618. ſuper canonizatione dicti
4 Patronatus remaneat ſine iuſtificatione, quæ pro-
pterea nullatenus attendenda eſt iuxtà *dec. 2. nu. 6.
cum ſeqq. de ſolut. apud Caſ. de Graſſ.* quam in his
terminis comprobauit *Rota in Piſcien. Canonicatus
28. Iunij 1634. coram bon. mem. Merlina inter eius
impreſſ. deciſ. 647. num. 1. & per tot.* Quinimò cum
non obtinuerit poſſeſſionem Præſentatus, ſed
Prouiſus Apoſtolicus, & ſubinde Ordinarius ean-
dem Eccleſiam vltimo loco vacantem tanquàm
liberam, & eandem ſub reſeruatione regulæ
concurſui ſuppoſuerit, reſultat proinde inobſer-
5 uantia, & in effectuatio dictæ ſententiæ adeout
fruſtra deducatur ad probationem Iuriſpatrona-
tus per ea, quæ dixit *Rota in Barcinonen. Benefi-
cij 26. Iunij 1643. coram Reuerendiſſimo D. Terraci-
6 nen.* in quibus vlterius ſpecificè ponderatur defe-
ctus citationis Prouiſi, & Promotoris Fiſcalis,
hic etiam allegatus.

Secundum quod intret diſpoſitio dicti Sacri
Concilij tam reſpectu præſumptionis vſurpatio-
nis reſultantis ex Potentia Familiæ Cerretanæ
7 Dominæ dictorum Caſtrorum, itaut propterea
ceſſante publico Inſtrumento fundationis, vel do-
8 tationis, non ſufficiat centenaria præſcriptio Im-
memorabilis cum præſentationibus effectuatis per
annos 50. vt latè tradit *Lotter. de re benef. lib. 2.
quæſt. 13, num. 154. & 125.* Rota *coram bon. mem.
Coccino deciſ. 55. num. 1. & in Ferrarien. Archi-
presbyteratus 16. Iunij 1628. §. Aut verò prætenditur
verſ. Itaut cum agatur coram eodem, & in dicta Lu-
cana Iuriſpatronatus 10. Ianuarij 1645. §. Nam re-
ſpectu cum ſeqq. & 3. Decembris 1646. §. Ratio prin-
cipalis coram D. Terracinen.* quam reſpectu quali-
tatis enunciatæ in dictis Præſentationibus pro
cruenda centenaria adductis quod dictum Iuſ-
9 patronatus ex conſuetudine ſpectaret ad Cerre-
ranos; nam Sacrum Concilium vbi ſupra expreſ-
sè reuocat huiuſmodi acquiſitiones Iuriſpatro-
natus, nec ipſæ impediunt reſeruationem regulæ,
vt plenè tradit *Gonzal. ibidem gloſſ. 18. num. 18.
Pariſ. de reſignat. Benef. lib. 2. quæſt. 4. num. 51.*

Et tertium quod ferè centum ab hinc annis hu-
10 iuſmodi Parochialis reperitur in ſtatu libertatis,
& Sedes Apoſtolica in quaſi poſſeſſione illam
conferendi eueniente vacatione in menſe reſerua-
11 to, adeout hic ſtatus tanquam vltimus ſufficiat
ad ſubſtinendam prouiſionem Apoſtolicam tan-
quam de reſeruato, quia dicitur fructus d. quaſi
poſſeſſionis quamuis appareret de antecedenti
ſtatu contrario, iſte enim inſeruire poſſet pro fu-
turis vacationibus, non autem pro retractanda
d. prouiſione niſi de proprietate in contrarium
12 conſtaret per liquidiſſimas probationes, nempè
per rem iudicatam, aut confeſſionem partis, vel
publicum inſtrumentum, nil admittens contra
13 ſe, nec minus coloratè ex optimè firmatis per
*Rot. deciſ. 435. per tot. & ſignanter ſub num. 4. verſ.
2. quod part. 2. recent. coram bo. me. Merlin. deciſ.
641. num. 9. & 10. cum cæteris allegatis per Add. ad
S. M. Greg. dec. 77. ſub n. 15. verſ. & circa hanc materiã.*

Ad primũ reſpondebant informantes pro Petro
14 ſententiam optimè iuſtificari ex centenaria quaſi
poſſeſſione præſentandi comprobata in præce-
denti *deciſ. ſub §. ex publicis documentis*, quæ efficit
vt non obſtante aſſerto initio libertatis Parochia-
15 lis controuerſæ allegari poſſit alius titulus etiam
ex cauſa oneroſa, vt dixit *Rota deciſ. 220. num. 8.
lib. 2. & deciſ. 254. num. 10. lib. 3. par. 3. diuerſ. &
in recent. deciſ. 218. num. 51. & 53. par. 6. & coram
Buratt. deciſ. 875. num. 1. & prius coram eodem de-
ciſ. 172. num. 29.* vbi quod centenaria facit præ-
16 ſumere Iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatio-
ne, & inutilem eſſe ſuſpicionem contra dictam
centenariam allegatam, ex quo anno 1494. Pa-
troni dederint mandatum ad præſentandum Ra-
phaellem Petruccium, qui deinde reſignauit an-
no 1501. & tamen reperitur, quod anno 1496. ij-
dem Patroni dederant aliud mandatum ad præ-
ſentandum Sernanum de Genga *d. Summ. nu. 15.
& 17.* Quia hoc ſecundum mandatum non pro-
batur effectuatum, potuitque à Patronis fieri cum
17 ſuppoſito, quod Parochialis tunc temporis vaca-
ret, ſic non eſt momenti; ſubdentes gratis allegari,
quod in inſtrumentis dd. Præſentationum enun-
cietur Iuſpatronatus ex conſuetudine, quia ibi di-
18 citur illud competere de Iure, & de conſuetudine,
quæ verba *de Iure* important Iuſpatronatus ex
fundatione, vel dotatione. *Rota deciſ. 222. num.
3. par. 1. recent., quod ſub reſeruatione non cadit Ro-
ta deciſ. 58. num. 8. & deciſ. 88. num. 4. part. 1. re-
cent. cum alijs allegatis in Bonon. Archipresbyteratus
23. Martij 1648. §. Præterea non obſtat coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Corrado.*

Ad ſecundum negabant iuſtificari illos de Cer-
retanis fuiſſe Dominos Caſtrorum Stertignani, &
19 Cerreti, quia datur ſolum fides extraiudicialis *d.
Summ. num. 14.* quæ nihil probat *Ceſ. de Graſſ. de-
ciſ. 5. num. 13. de ſponſal.* Præſertim quia non per-
20 cutit tempus Iuriſpatronatus, vt requiritur *Rot.
deciſ. 509. num. 19. cum ſeqq. par. 5. recent.* Alle-
21 ta verò potentia eo, quod Cerretani eſſent nobi-
les in Republica Senenſi non ſufficit, vt de fami-
22 lia Pallauicina nobili in Republica Ianuenſi. *Rot.
coram Buratt. d. deciſ. 875. per tot. & d. deciſ. 218.
part. 6. ac deciſ. 29. pariter per tot. par. 7. rec.* & de
fami-

Digitized by Google

familia de Podijs nobili in Republica Lucana.
Rota apud Modern. Piſan. de Iurepatr. deciſ. 27. &
23 *deciſ. 31. per tot.* Vltra quod eſto quod probaretur
illorum aſſerta Iuriſdictio in Caſtro Stertignani.
Inde tamen non concluditur quin ipſi haberentur
24 pro priuatis perſonis in Caſtro Cerreti, in cuius
finibus eſt ſitum Beneficium controuerſum, quod
25 Caſtrum ſiuè locus Beneficij ad hunc effectum
debet attendi *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3.*
alleg. 72. num. 66. Card. Caual. deciſ. 89. num. 1. &
deciſ. 560. a ate anm. 1. Rota in recent. deciſ. 211.
num. 2. & deciſ. 219. num. 13. part. 1. & deciſ. 374.
num. 1. part. 2. & deciſ. 172. num. 10. part. 3. Itaut
26 nec ſufficiat potentia in loco vicino niſi influat in
locum Beneficij *Rota deciſ. 197. numer. 38. & 39.*
par. 5. recent.

Ad tertium denique dicebant Prouiſiones Apo-
ſtolicas non immutare naturam Beneficij, nec
27 præiudicare Patronis niſi vel id exprimant, vel
inſimul concurrant actus poſitiui contrarij ſerui-
28 tuti, puta quia Patroni voluerint præſentare, &
fuerint reiecti, ex allegatis in præcedenti *deciſ.*
§. non obſtant prouiſiones; Pariterque non obſtare
vltimum ſtatum, dum ex publicis Inſtrumentis
29 productis ante præſentem vacationem probatur
antecedens ſtatus contrarius, licet ſecus dicen-
dum eſſet ſi fuiſſent producta poſtea iuxtà *conſ.*
Calder. 23. de præbend. quod ſequitur Rota coram S.
M. Greg. deciſ. 95. numer. 3. & prius in deciſ. 167.
num. 10. par. 2. diuerſ.

Super præfatis Domini non fuerunt concordes,
ſed nihilominus reſoluerunt Petrum non eſſe in-
ſtituendum, & ſic recedendum à deciſis; ex quo
à ſupradicta ſententia anni 1618. interpoſita fuit
appellatio Rotæ commiſſa, quæ indeciſa pende-
bat anno 1637. iuxtà deciſionem editam coram
Reuerendiſſimo D. meo Decano 8. Iunij eiuſdem
30 anni. Durante autem lite, vel ſuper libertate
beneficij, vel ſuper pertinentia Iuriſpatronatus
inter Patronos, & Præſentatos non potuerunt
patroni Petrum præſantare, qui hodie pro inſti-
31 tutione inſtat, ſed præſentatio fuit attentata
cap. 1. & 2. vt lit. pend. in 6. quod habere locum
32 *etiam in præſentatione tradit Calderin. conſ. 1. per to.*
eod. tit. & firmauit Rota coram Card. Caual. deciſ. 280.
num. 1. in rec. deciſ. 136. num. 1. par. 2. deciſ. 336.
num. 3. verſ. maximè quia par. 3. & deciſ. 507. num.
3. & 4. par. 5. in Bitnatina Parochialis 26. Nouembr.
1646. §. Quo verò ad Caballinam coram Eminentiſſ.
D. Card. Ottobono, & in Pientina Parochialis 28.
Iunij 1655. coram me §. Tum etiam quia.

Nec refert, quod à dicto anno 1637. non pro-
betur aliquid amplius actum in cauſa, quia ex ſo-
33 la taciturnitate non inducitur deſertio Litis, niſi
ſuper re iudicata adſit ſententia Iudicis, vel ex
34 actis clarè conſtet de malo Iure tacentis, vt re-
ſponſum fuit *in eadem deciſione Reuerendiſſimi D.*
mei Decani §. Nec ſubſiſtit, aliſque relatis in Aueni0-
nen. Legitimæ 30. Aprilis 1655. coram R. P. D. meo
Priolo §. vltimo, & prius in Calagaritana Beneficij
Sancti Ioannis de Molinar 29. Maij 1652. §. Quoniã
lis & in Romana Pecuniaria 16. Iunij 1655. §. fin. co-
ram me Tantum autem abeſt, quod ex actis in
35 propoſito conſtet clarè de non Iure tacentis, quod
imò ex ſcripturis anteà productis prætẽditur pro-
batum ſuccumbentem in dicta ſententia habuiſſe
ex eis intentionem fundatam, prout coram dicto
bon: mem: Archiepiſcopo Seleucien̄ obtinuerat fa-
36 uorabilem reſolutionem ſuper Immiſſione 27.
Maij 1620. & poſtmodum ſuccedente vacatione

Ordinarius contulit Parochialem tanquam libe-
ram præuio concurſu ad formam vltimi ſtatus.
Et ità &c.

SPOLETANA IVRISPATRONATVS.

Mercurij 24. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM:

Iuſpatronatus, licet in dubio cenſeatur ſibi reſerua-
tum, per fundantem, vel dotantem, tamen
quando conſtat de contraria mente erigentis be-
neficium contrarium eſt dicendum, Ad acquiſitio-
nem Iuriſpatronatus eſt neceſſarius conſenſus Or-
dinarij, & quanto tempore præſumatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus ſemper de iure cenſetur reſeruatum, & hæredibus acquiſitum, dum non eſt remiſſum.*
2 *Iuſpatronatus numquam acquiritur, niſi conſtet de conſenſu Ordinarij.*
3 *Iuſpatronatus ſine conſenſu Ordinarij non acquiritur etiamſi ſit ex fundatione, & dotatione.*
4 *Conſenſus Ordinarij in acquiſitione Iuriſpatronatus, ex lapſu 30. Annorum præſumitur.*
Quod intelligendum tamen eſt dum copulatiuè quoque concurrit obſeruantia.
5 *Obſeruantia quando, non poſſit dari, vt præſumatur conſenſus Ordinarij in acquiſitione Iuriſpatronatus, ſtante lapſu 30. Annorum.*
6 *Inobſeruantia qualitatis Patronalis, ex quo deducatur.*
7 *Ex prouiſionum Apoſtolicarum effectuatione per 30 Annos præſumitur ſcientia.*
8 *Beneficium fundans ex quo præſumi poſſit, quod noluerit reſeruare Iuſpatronatus.*
9 *Beneficium fundans ex ſola deuotione, & pietate erga B. Virginem Mariam, & Sanctos non præſumitur ſibi voluiſſe reſeruare iuſpatronatus.*
10 *Iuſpatronatus ex quibus cauſis non dicatur reſeruatum, per fundantem.*
11 *Probationes factæ, poſtquam quis eſt prouiſus ab in quaſi poſſeſſione exiſtenti circa collationem beneficij.*
12 *Et talis collatio habuit ſuum plenarium effectum, ad quid ſufficiant.*
13 *Prouiſionem beneficij habens ab exiſtenti in quaſi poſſeſſione conferendi illud, quando hoc caſu admittatur exceptio.*
14 *Prouiſio Beneficii vnica ex cauſa reſignationis, nullam continet collationem, nec prouiſionem.*
16 *Quaſi poſſeſſio prouidendi de beneficio tamquam libero, vt acquiratur ſufficit vnica prouiſio, quando ſuum effectum habuit.*
17 *Beneficii ſtatus non immutatur per Prouiſiones Apoſtolicas.*
18 *Quod tamen procedit, quando de anteriori ſtatu contrario conſtat.*
19 *Prouiſiones Apoſtolicæ tunc mutant ſtatum beneficii, quando conſtat de propria ſcientia Papæ, ac de eius animo illum mutandi.*
20 *Prouiſiones Apoſtolicæ, quando roborent, & declarent, quod ſtatus antiquus fuit ſimilis vltimo.*

DECISIO CCCCXCIX.

VAcante menſe Maij 1646. per obitum Dionisij
Butij Eccleſia, ſeù Capella S. Caroli Tertæ
Trebij Spoletanæ Diœceſis de ea ſub eadem Da-
ta, nempè tertio Idus eiuſdem menſis Martij à
Sede Apoſtolica prouiſi fuerunt Virgilius Roſa-
rius tanquam de libero, & Io: Baptiſta de Valen-
tibus tanquam de Iurepatronatus Laicorum vti
præſentatus à medietate Patronorum, & habita
derogatione quoad alteram medietatẽ cum clau-
ſula

ſula verificata ptius dicto Iurepatronatus ex dota-
tione, vel fundatione; Cumque primo loco ex-
peditæ fuerint literæ Apoſtolicæ Prouiſionis Ro-
ſarij, illarumqne vigore adepta fuerit poſſeſſio,
& ad eius inſtantiam obtenta commiſſio ſuper ia
ctationibus mihi directa. Io: Baptiſta Actor pro
iuſtificatione dictæ clauſulæ verificato, &c. co-
ram me exhibuit Teſtamentum quondam Aſcanij
Palatij conditum die 22. Martij 1614. in quo fun-
dari, erigi, & fabricari mandauit dictam Ca-
pellam, locum, ſeù Eccleſiam paruam ſub inuo-
catione S. Caroli in ſuo horto, ſeù Poſſeſſione
cum Domo in Vocabulo *la Porta del Lago*, in quo
dictam Capellam hæredem fecit, illamque ſub-
ſtituit tàm Conſtantiæ ſuæ vxori, & hæredi vni-
uerſaliter inſtitutæ, quam filiabus Legatarijs, eius
primo *Summ. numer. primo* exhibuitque vlterius In-
ſtrumentum venditionis vnius Domus ab eodem
Aſcanio, (qui etiam poſt conditum Teſtamen-
tum ſuperuixit) factæ 2. Martij 1615. pretio ſcu-
torum 500. ſoluendorum poſt mortem ipſius Aſca
nij, & Conſtantiæ eius Vxoris præfatæ Capellæ,
& Eccleſiæ S. Caroli conſtructæ, & de nouo am-
pliandæ *dicto Summ. num. 6.* Atque exinde præten-
debat iuſtificatam eſſe fundationem, & dotatio-
1 nem dictæ Capellæ, & ſic conſtare de Iurepatro-
natus ad fauorem hæredum dicti Aſcanij, quam-
uis de illius reſeruatione in præfatis diſpoſitioni-
bus nullum verbum legatur, quia de Iure ſemper
reſeruatum, & hæredibus acquiſitum cenſetur,
dùm expreſsè non eſt remiſſum iuxtà *gloſſ. in cap.
pia mentis 16. quæſt. 7. Abb. in rubr. de Iurepatr. nu. 6.
Felyn. in cap. ſignificauit num. 2. de Teſtib. Rota de-
ciſ. 5. de Iurepatr. in antiq. deciſ. 167. num. 4. par. 2. di-
uerſ. & in recent. deciſ. 517. num. 2. par. prima, & de-
ciſ. 674. num. primo par. 2. coram Card. Canal. deciſ. 30
num. primo, & coram Duran. deciſ. 147. pariter nu-
mer. primo.*

Verum pluries propoſito dubio An conſtet de
2 Iurepatronatus, tandem hodie negatiuè reſolu-
tum fuit, quia deeſt conſenſus Ordinarij, ſine
3 quo nunquam illud acquiritur, nec minus ex fun-
datione, vel dotatione, *cap. nobiles de Iurepatr.
Calderin. conſ. 20. ſub num. primo ver. Nam authoritas
eodem tit. Rota dec. 223. num. 3. par. prima diuerſ. & in
recent. dec. 311. num. primo in fin. & dec. 561. num. 3.
verſ. Primo quod iſta par.* 2. cum alijs allegatis *per
Add. ad Buratt. dec. prima num. 23.*

Et quamuis ſufficiat conſenſus tacitus reſultãs
4 ex lapſu 30. annorum, copulatiuè tamen requi-
ritur etiam obſeruantia, *Card. Caualer. deciſ. 265.
num. 5. Add. ad ſa. me. Greg. dec. 420. num. 8. verſ. Ve-
rùm iſte*; Quæ in propoſito non concurrit; Nam
5 præter ſolam erectionem Capellæ, & Miſſarum
celebrationem, quæ benè conueniunt Eccleſiæ li-
beræ licèt Patronali, non datur aliquis actus con-
cludens obſeruantiam Iuriſpatronatus, quinimò
ab ipſo initio erectionis vſque ad pręſentem vaca-
tionem, & ſic per ſpatium 30. annorum, & vltra
6 ſemper vti libera per Sedem Apoſtolicam collata
fuit aſſertis Patronis nunquam reclamantibus,
quod potius oſtendit obſeruantiam qualitatis pa-
tronalis, vt aduertit *Rota deciſ. 563. num. 10. par. 4.
diuerſ.* nec allegate poſſunt ignorantiam, quia ex
7 effectuatione Prouiſionum Apoſtolicarum per di-
ctos annos 30. præſumitur ſcientia *Rota deciſ. 147.
num. 3. & deciſ. 166. num. 4. par. prima diuerſ. & in re-
cent. d. deciſ. 435. num. primo in fine verſ. Et concur-
rente par. 2.*

Accedit, quod Aſcanius fundator tempore
8 fundationis erat ſenex annorum 78. ſine deſcen-
dentia maſculina, fundauerat alias Capellas
abſque reſeruatione Iuriſpatronatus, & in ſupra-
dicto Teſtamento non ſolùm enunciauit ſe deuo-
9 tum Glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, totiuſque Cu-
riæ Cæleſtis, & SS. Franciſci, & Caroli eius Ad-
uocatorum, ſed etiam aſſeruit ſuam vltimam vo-
luntatem, & Teſtamentum facere de mente, iuſ-
ſu, ordinatione, mandato, & voluntate quon-
dam Philippi eius germani fratris hodierno *Sum-
mario Virgilij num. primo*, Hinc enim educitur Ca-
pellam S. Caroli, de qua agitur erexiſſe, & fun-
daſſe, vel ex mera pietate, & deuotione ſola ſpe
10 retributionis æternæ, vel neceſſitate pro adim-
plendo iuſſu, & mandato dicti Philippi ſui fratris,
quibus caſibus non acquiritur Iuſpatronatus, vt
de primo *Lotter. de re benef. lib. 2. qu. 7. nu. 12. Creſc.
deciſ. prima in fine de Iurepatr. Rot. d. deciſ. 564. ſub
num. 7. verſ. & hoc eo magis par. 4. diuerſ. & de ſecun-
do Rota coram ſa. me. Gregor. deciſ. 397. numer. 2. & 3.*
ibique *Add. num.* 5. cum alijs allegatis per *Add. ad
Buratt. deciſ. 21. num. 26.* neceſſariam tamen eſſe in
hoc ſecundo caſu Iudicis coactionem reſpondit
Rota deciſ. 167 num. 6. par. 2 diuerſ.

Sed eo facilius iuerunt Domini in hanc ſenten-
11 tiam, quia omnes probationes prætenſi Iuriſpa-
tronatus factæ fuerunt poſt effectuatam, & exe-
quutam ad fauorem Virgilij prouiſionem Papæ
exiſtentis in quaſi poſſeſſione prouidendi tanquã
de libero; Vnde quatenus etiam eſſent ſufficien-
12 tes, nihilominus inſeruire poterunt pro futuris
vacationibus, non autem ad effectum retractandi
vacationem iam conſumptam, vt dixit *Rota d. de-
ciſ. 167. num. 10. verſ. ſed pro reſponſione par. 2. diuerſ.
& in recent. d. deciſ. 435. num. 4. verſ. Primo quod &
dicta dec. 515. num. 2. par. 2. Add. ad Greg. d. deciſ. 77.
ſub dicto num. 12. verſ. ſi tamen ante.*

Quæ concluſio certius procedit vbicunque,
prout hic, aſſertæ probationes Iuriſpatronatus
non ſunt adeò claræ, vt nullam penitus oppoſi-
tionem admittant; Si enim aliquid ſaltem colo-
ratè contra eas obijci poſſit, nunquam excluditur
13 poſſeſſor, qui prouiſionem habuit ab exiſtente in
quaſi poſſeſſione conferendi tanquam de libero,
vt benè aduertit *Lotter. de re benef. lib. primo qu. 34.
num. 31. Add. ad Buratt. deciſ. 776. num. 20. verſ. quæ
ampliatio cum alijs relatis in Aretina Plebania 19. hui-
us coram me 5. Et tertium.*

Non obſtat, quod vnica tantum adſit prouiſio,
& cauſa reſignationis ad fauorem Dioniſij Butij
14 de anno 1626. per cuius obitum modo vocauit,
cum antecedens erectio in Capellaniam collati-
uam facta de anno 1615. à fel. rec. Paulo Quinto
ad ſupplicationem Rheſij Butij nullam continent
collationem nec prouiſionem.

* Quia preterquod dictus Rheſius per decennium
& vltra controuerſam Capellam pacificè poſſe-
dit, illamque deinde in manibus Papæ reſignauit
ad fauorem dicti Dioniſij, qui admiſſa reſignatio-
15 ne, & habita prouiſione, eam vſque ad obitum
pariter pacificè poſſedit per alios annos 20. & Io.
Baptiſta Colliriganus eam impetrauit vti vacantem
per eius mortem, atque ideò in neceſſarium ante-
cedens idem Ioannes Baptiſta confeſſus cenſe-
tur nedum Prouiſionem Apoſtolicam ipſi Dioni-
ſio conceſſam, ſed etiam præcedentem fauore
Rheſij, ex cuius perſona Prouiſio Dioniſij vaca-
tionem deſumpſit, vt reſponſum fuit *in Colonien.
Decanatus 15. Maij 1648. coram R. P. D. meo Bichio
§. Gratis autem* Placuit reſponſio, quod ad effe-

16 ctum acquirendi quaſi poſſeſſionem prouidendi
tanquam de libero ſufficit vnica prouiſio, ſi ſuum
effectum, provt hic, ſortita fuit, *Rip. in sap. cum
Ecclesia Sutrina num.91. de cauſ.poſſ.& propriet. Card.
Seraph.deciſ.337. num. primo & 2. & deciſ.1142. numer.
primo ſa.me.Greg.deciſ.215. num. primo* ibique
*Add. numer. 8. Rota in Maioricen. Beneficij 29. Iunij
1648. coram R.P.D. meo Biebio §. Adeò quod.*

Nec releuat, quod regulariter prouiſiones Apo-
17 ſtolicæ non immutent ſtatum beneficij, quia re-
gula procedit, quando conſtat de anteriori ſtatu
18 contrario, tunc enim nunquam cenſetur mutatus
niſi appareat de propria ſcientia Papæ, ac de eius
animo, & intentione illum mutandi, vt reſpon-
ſum fuit *in Mediolanen. Prioratus 14. Martij 1646.
coram Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado § penultimo*,
ſecus autem quando, provt hic de ſtatu an-
19 tecedenti contrario non conſtat, ex quo non ex-
hibetur aliqua collatio effectuata tanquam de
patronali, hoc enim caſu prouiſiones apoſtolicæ
20 corroborant, & declarant, quod ſtatus antiquus
& de præterito fuit ſimilis vltimo, & tanquam
talis ſemper ità continuatus, vt benè reſpondit
*Rota coram ſa.me. Greg.deciſ.482. numer. primo coram
Card.Caual.dec.252.num.2. in recent. dec.315. numer.
primo par.2. & coram bon.mem. Merlin.dec.521. numer.4. & 5.*

Atque ità vtraque, &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI IO: MARIÆ DE BOLOGNINIS.

Veneris 29. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Hæres grauatus iunctis aliquibus alienationibus cũ omiſſione Inuentarij præſumitur ſatisfactus de omnibus detractionibus, licet quid modicum alienatum fuerit, nec adæquans detractiones, ſed quid ſi Hæres grauatus erat Creditor fideicommittentis, puta ex cauſa dotis maternæ? an tunc cenſeatur Hæres grauatus per imaginariam ſolutionem alienaſſe bona propria, vel bona Hæreditaria, ad effectum euitandi præſumptionem conſumptionis detractionum.

SVMMARIVM.

1 *Hæres grauatus, dum non confecit Inuentarium, & aliquid licet modicum alienauerit præſumitur ſatisfactus de detractionibus.*

2 *Hæres grauatus aliquid licet modicum alienans abſque Inuentario, habet contra ſe præſumptionem, quod ſicut ea parua alienauit de quibus conſtat, ita alienauit alia, de quibus non conſtat.*

3 *Inuentarium non fuiſſe confectum ab Hærede grauato, probatur ſtatim ac non exhibetur.*

4 *Mala fides hæredis grauati nocet omnibus ab eo cauſam habentibus.*

5 *Dos deſcendentis, debet conſtitui ex bonis liberis grauati, dum adſunt, non autem de bonis fideicommiſſi auiti.*

6 *Hæres dum de tempore aditionis eſt Creditor Teſtatoris per Imaginariam ſolutionem in actu aditionis, acquirit ipſo Iure, & abſque miniſterio Iudicis bona Hæreditaria in ſolutum.*

7 *Declara hanc Imaginariam ſolutionem ei dumtaxat ſuffragari, ad effectum, vt proportionabiliter ad ratam ſui Crediti faciat fructus ſuos bonorum hæreditatis.*

8 *Non autem ad effectum, vt dominium eorundem bonorum acquirat, & particularia corpora hæreditatis poſſit tamquam propria alienare.*

9 *Hæres pariterque Creditor Teſtatoris ad effectum, vt poſſit particularia Corpora Hæreditatis, tamquam propria alienare, non ſufficit Imaginaria ſolutio in actu aditionis, ſed requiritur præcedens bonorum adiudicatio, mediante facto Iudicis.*

10 *Hæres grauatus licet, quid modicum alienauit, tamen iuncta omiſſione Inuentarij præſumitur tot alia bona diſtraxiſſe, quæ omnes detractiones adæquent.*

11 *Mala fides hæredis grauati nocet omnibus ab eo cauſam habentibus.*

12 *Confeſſio emiſſa in Tranſactione non prodeſt perſonis in ea non comprehenſis.*

13 *Detractiones, quando ſunt turbidæ, & illiquidæ, non poſſunt impedire executionem ſententiæ Immiſſionis latæ ad fauorem Fideicommiſſariorum.*

14 *Hæres hæredis grauati tenetur imputare in detractiones omnes fructus ab eo perceptos poſt purificatũ fideicommiſſum, cum ipſe non gaudeat beneficio Imaginariæ ſolutionis.*

15 *Hæres hæredis grauati non gaudet beneficio Imaginariæ ſolutionis, cum nullum Ius habeat in bonis, quæ reſtituere tenetur, ſtatim ac petitum fuit fideicommiſſum.*

DECISIO D.

STeterunt Domini in deciſis coram me 4. Februarij; & 26. Iunij 1654. pro excluſione attentatorum,

Omiſſa enim diſcuſſione quãtitatis particulariũ
detractionum, ſolidum Domini exiſtimarunt fun-
1 damentũ conſumptionis eductæ ex omiſſione In-
uẽtarij, & aliquibus alienationibus quamuis etiã
2 modicæ quantitatis, cum lex præſumat contra
non cõficientem Inuentarium alia bona ad fuiſ-
ſe in hæreditate; quodque ſicut grauatus aliena-
uit ea parua, de quibus conſtat, ità etiam alie-
nauerit alia, & quidem magna, de quibus non
conſtat iuxta ſententiam plenè comprobatam in
*Peruſina Bonorum 30. Maij 1650. coram me §. Legitimam
vero, & §. quouero ad modicitatem.*

Quod autem Inuentariũ non fuerit confectum
3 non controuertitur, & probatum apparet dum à
Palmerijs, & conſortibus non exibetur, vt reſ-
ponſum fuit in *Romana fideicomm. de capite ferreo
10. Maij 1645. coram Eminentiſſimo d. Card. Corrado
ſub §. neque turbaret, & in dicta Peruſina Bonorum
§. quod autem coram me.* Alienationes verò
in dicta prima deciſione firmantur, & ſignanter
non reuocatur in dubium, quod Prædium Gra-
naroli ſpectaret ad hæreditatem Ioannis Mariæ fi-
deicommittentis, illud verò fuiſſe ab hæredibus
grauatis alienatum, conſtat ex Inſtrumento dota-
li Victoriæ filiæ Fuluij vnius ex hæredibus graua-
tis, cui Inſtrumento interfuit etiam Emilius alter
hæres grauatus, cuius mala fides ex huiuſmodi
alienatione reſultans nocet procul dubio Palme-
4 rijs, & Conſortibus ab eo cauſam habentibus, nec
excuſatur, ex quo alienatio fuerit facta pro Dote
deſcendentis, & ſic ex cauſa neceſſaria, quia cùm
ex datis *in Summario illorum de Bologninis numer. 9.*
5 appareat Fuluium multa bona libera reliquiſſe, ex
illis debuit Dos eius filiæ conſtitui non autem
ex bonis fideicommiſſi auiti, vt alijs relatis re-
ſponſum fuit *in Bonon. Fideicommiſſi 5. Decembris
1650. coram R.P.D. meo Celſo §. Nec refert*, & prius
in his terminis *in Fauen. Dotis 4. Iulij 1646. coram
me §. vltimo.*

6 Non obſtat, quod hæredes grauati tempore adi-
tionis eſſent creditores Io: Mariæ ex cauſa Dotiũ
Matris, & Auiæ prædefunctarum, & proinde bo-

na

Digitized by Google

na alienata per imaginariam ſolutionem in ipſo
actu, quo hæredirarem d. Ioannis Mariæ adiue-
runt effecta fuerint ipſo iure, & abſque aliquo Iu-
dicis Miniſterio eorum propria *l. ſi ei, cui 41. §. ſi
ij, qui ff. de euict. Card. Caual. dec. 367. num. 2. Rota in
recent. dec. 198. num. 6. par. 7.* Itaut propterea non
hæreditaria, ſed propria alienaſſe dicantur, & ſic
non intret præſumptio dictæ conſumptionis.

Quoniam imaginaria ſolutio ſuffragatur qui-
7 dem ad effectum, vt hæres, pariterque Creditor
proportionabiliter ad ratam ſui Crediti faciat
fructus ſuos bonorum hæreditatis, vt declarauit
*Rota in Camerinen. Bonorum 5. Maij 1636. coram bo.
mem. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 711. num. 10. re-*
8 *petita in recent. deciſ. 127. eod. num. par. 7.* non autem
ad effectum, vt Dominium eorundem bonorum
acquirat, & particularia corpora hæreditatis poſ-
ſit tanquam propria alienare, Ad hunc enim ef-
9 fectum requiritur præcedens bonorum adiudica-
tio, quæ hic deficit, mediante facto Iudicis, vt
egregiè diſtinguendo reſponſum fuit *in Florentina
Donationis, ſeù Romana Cenſus 31. Martij 1653. co-
ram R. P. D. meo Peutingerio §. fin. poſt Card. Seraph.
deciſ. 967. num. primo* quàm etiam ſequuta fuit *Ro-
ta in Tudertina Redditionis Rationis 28. Iunij 1645.
coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono §. quid omiſ-
ſis*. Et per conſequens ſemper verum eſt, quod
tempore alienationis bona erant hæreditaria Io.
Mariæ, & propterea intrat adducta conſumptio.

Nec vrget, quod detractiones excedant pretium
dicti Prædij Granaroli.

Quià præter quod dantur etiam alienationes
aliorum corporum, nullaque redditur ratio de
mobilibus, placuit reſponſio primæ deciſionis
10 *ſub §. penultimo*, nempè quod ſufficit etiam quid
modicum eſſe alienatum, cum exindè præſuma-
tur ſtante omiſſione Inuentarij tot alia bona in-
ſuper diſtracta fuiſſe, quæ prætenſas detractiones
adæquent; Et quamuis dictum Prædium aliena-
tum fuerit poſt mortem Fuluij, quia tamen alie-
nationi conſenſit, vt dictum eſt, Emilius Auctor
11 illorum de Palmerijs, & Conſortum reſultat in-
de eius mala fides, quæ ipſis ab eo cauſam habē-
tibus præiudicat ad *Text. in l. Pomponius §. Cum
quis, ibique gloſſ. & DD. ff. de diuerſ. & tempor.
praſcript. San. Mem. Gregor. deciſ. 249. num. 1. cum
alijs per Add. ad Buratt. deciſ. 505. num. 14.*

Tandem non obſtat quod in tranſactione inita
cum Claris anno 1632. Thaddeus Bologninus
faſſus fuerit detractiones pro quarta parte ſpectā-
te ad Emilium aſcendere ad libras 45. millia
12 Tum quia huiuſmodi confeſſio non prodeſt Pal-
merijs in dicta Tranſactione non comprehenſis;
vt reſpondetur in *dicta prima deciſione §. fin.* Tum
quia ad quamcunque ſummam aſcendant detra-
ctiones numquam excludunt dictam malam præ-
ſumptionem alienationis, & occultationis alio-
rum bonorum reſultantem ex omiſſione Inuen-
tarij, & alienationibus etiam modicæ quantita-
tis; Tum etiam quia à dicto anno 1632. quo fuit
inita tranſactio vſque ad præſens Palmerij, &
Conſortes perceperunt fructus bonorum Fidei-
commiſſi, qui ſpatio tot annorum, vel integrali-
13 ter adęquarunt detractiones, vel ſaltem illorum
Creditum adeò illiquidum reddiderunt, vt pror-
ſus inefficax eſſet ad impediendam exequutio-
nem ſententiæ Immiſſionis pro fideicommiſſarijs
latæ, vt alijs allegatis reſponſum fuit in hac cau-
ſa *coram R. P. D. meo Celſo 2. Maij 1653 §. In bo-
nis pariter verſ. Vndè attentis*, & in terminis exe-
quutionis ſententiæ conceptæ ſub conditione de-
tractionum, *Rota in Romana Nullitatis obligationis
15. Decembris 1614. & 6. Iunij 1618. coram bo. me.*
14 *Remboldo*; Cumque enim Palmerij non ſint hæ-
redes grauati, ſed hæredes hæredis grauati, om-
nes fructus poſt purificatum fideicommiſſum ab
eis perceptos tenentur in detractiones imputare,
15 cum ipſi non gaudeant beneficio imaginariæ ſo-
lutionis, & nullum Ius habeant in bonis, quæ re-
ſtituere tenentur ſtatim ac petitum fuit fideicom-
miſſum, vt egregiè diſtinguendo reſponſum
fuit in *Bonon. Fideicommiſſi de Bonſignoribus 24. No-
uembr. 1628. coram bo: me: Merlino inter eius impreſſ.
deciſ. 378. num. 3. & 4.*

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI

Bartholomei de Bologninis.

Lunæ 29. Nouembris 1655.

ARGVMENTVM.

Legitima non debetur filio adoptato in bonis ad
optantis, niſi conſtet de contraria illius volunta-
te, de qua conſtare dicitur ſi filium adoptatum
Hæredem vniuerſalem inſtituit, licet fideicom-
miſſo grauauerit; detractiones verò legitimæ,
& Trebellianicæ, vel præſumuntur conſumptæ ex
alienationibus per grauatum factis, quas non
æquant detractiones; ipſe probare tenetur licet
Inuentarium confecerit, vel in ipſis ſunt impu-
tandi fructus tam percepti ab ipſo grauato,
quam poſt motam litem, habentibus cauſam ab
eo; ſed quid ſi ſententiæ, quæ dant Immiſſionem
fideicommiſſarijs condemnent etiam ad fructuū
reſtitutionem? Quinam fructus erunt in detractio-
nibus imputandi.

SVMMARIVM.

1 *Legitima non debetur ab Adoptante filio adoptiuo extraneo, qui de tempore adoptionis erat ſub poteſtate Patris naturalis.*

2 *Legitima, qua reſeruatur filijs adoptiuis* in l. fin. ſi quid in fraud. Patroni *ſolis filijs arrogatis dicitur reſeruata, non autem adoptatis.*

3 *Filius arrogatus tranſit in poteſtatem adoptantis, vtpotè ſui Iuris tempore arrogationis.*

4 *Filius adoptiuus remanet ſub poteſtate Patris naturalis; proindeque illi non debetur legitima in bonis adoptantis.*

5 *Legitima non debetur extraneo adoptato, nec ab inteſtato, nec contra Teſtamentum Patris adoptantis.*

6 *Declara hoc non procedere concurrente Patris voluntate.*

7 *Legitima cenſetur à Patre relicta filio extraneo adoptato, quamuis illam ab inteſtato conſequi non potuerit, quando illum Pater inſtituit Hæredem vniuerſalem.*

8 *Amplia etiam ſi eundem fideicommiſſo grauauerit, quia non ſequitur fideicommiſſo grauauit, ergo noluit illum legitimam habere.*

9 *Detractiones cenſentur conſumpta ex alienationibus per grauatum factis, illique aſſerenti alienationes non aquare detractionet, incumbit onus probandi hanc negatiuam.*

10 *Amplia etiam ſi Inuentarium confecerit.*

11 *Hares grauatus, vt gaudeat Beneficio confecti Inuentarij, debet vltro iuſtificare, bonorum ibi deſcriptorum quantitatem, & valorem, & de omnibus integram rationem reddere.*

12 *Detractiones quando ſunt turbidæ, & illiquida, nequeūt impedire Immiſſionem fideicommiſſarijs.*

13 *Sententia dans Immiſſionē fideicõmiſſarijs, licet vltro condemnet ad fructuum reſtitutionem, huiuſmodi condemnatio intelligenda eſt pro vt de Iure, & ſic de fructibus, qui ſopererunt vltra imputondos in detractiones.*

14 *Solutio facta ab Hærede grauato non eſt à fideicommiſſarijs reijcienda in quorum commodum, & vtilitatem non ceſſit.*

15 *Melioramenta non ſufficit probare, quod fuerint facta, niſi etiam probetur, quod fuerunt facta ab eo, qui vult illam detrahere.*

16 *Æs alienum Teſtatoris, & legata licet ab Hærede grauato ſoluta fuerint, non merentur allegari, niſi etiam probentur ſoluta proprio ære ipſius.*

DECISIO DI.

Etiam in hac Cauſa Fideicommiſſi Bartholomei Signatura mihi reſcripſit prout in alia Ioannis Mariæ cum clauſula *ſine præiudicio trium conformium in eo, in quo ſint conformes*, & pari modo etiam quoad iſtam reſponſum fuit non conſtare de attentatis ex rationibus adductis in deciſionibus coram me editis ſuper fideicommiſſo dicti Io: Mariæ 4. Februarij, & 26. Iunij 1654. confirmatis 26. currentis, & ſignanter, ex quo Palmerijs, & Conſortibus nullæ competunt detractiones, ſuper quibus conſiſtit totalis illorum prætenſio.

Legitima enim prætenſa ex perſona Emilij fi-
1 lij adoptiui Bartholomei Teſtatoris, fruſtra petitur, quia cum dictus Emilius eſſet extraneus, & tempore adoptionis haberet Patrem naturalem, ſub cuius poteſtate exiſtebat, vt in facto non controuertitur, ab Adoptante Legitimam conſequi non poterat, *l. cum in adoptiuis §. Sed ne articulum, ibique gloſſ. verb. tantummodo C. de adoption.* plenè comprobata in *deciſ. huius Cauſæ coram R. P. D. meo Celſo 2. Maij 1653. §. Nam in bonis*; Eique
2 non ſuffragatur Conſtitutio Diu. Pij in *l. fin. ff. ſi quid in fraud. Patron.* quæ adoptiuis reſeruat quartā partem Bonorum, quæ tempore mortis in hæreditate Adoptantis reperiuntur, quia etiamſi in verbis loquatur de adoptiuis procedit tamen, &
3 intelligenda eſt de ſolis filijs Arrogatis, qui tranſeunt in poteſtatem Adoptantis vtpotè ſui Iuris tempore arrogationis, vt optimè declarat *gloſſ. in d. l. fin. in figuratione Caſus*, idemque clarius comprobat *Text. in l. ſi Arrogator 22. ff. de adoption.*
4 non autem de adoptiuis, prout hic, qui adhuc remanent ſub poteſtate Patris naturalis, vt benè explicant *Gutier. in repetit. §. ſui Inſtit. de hered. qualit. & differ. num. 154. & 155. Peregr. de fideicom. art. 36. nu. 41. & 46. Croſſ. de ſucceſſ. §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 21. n. 1. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. quæſt. 2. num. 10. & 11.*

5 Et quamuis concluſio procedat in extraneo adoptato, qui vel ab inteſtato, vel contra voluntatem Patris adoptantis legitimam conſequi prætendit ſuper eius Bonis, vt tradunt *Gabr. conſil. 24. num. 6. lib. 2. Peregrin. d. art. 36. d. nu. 43. & Merlin. de legit. d. quæſt. 2. num. 16.* Secus autem
6 concurrente Patris voluntate, qui decedendo te-
7 ſtatus eum inſtituit (prout hic) hæredem vniuerſalem, quo caſu ita cum inſtituendo voluiſſe videtur ipſum conſequi Legitimam, & ſi alias ab inteſtato eam habere non potuiſſet, quamuis
8 eundem fideicommiſſo grauauerit quia non ſequitur fideicommiſſo grauauit, ergo noluit Legitimam habere, vt egregiè tradit *Iaſ. in l. precibus ſub num. 17. verſ. circa medium verſ. quia miles poſſet, ibique Caſtr. num. 19. in fine, & Alex. n. 17. C. de Impuber. & alijs ſubſtit. Rip. in l. Centurio num. 46. & 49. ff. de vulgar. & pupill.* alijque plures, quos refert, & ſequitur *Surd. conſil. 185. numer. 20. & 21.*

Huiuſmodi tamen detractionem vna cum Trebellianica eidem Emilio debita, & cum partita librarum 5573. quas hæreditas Bartholomei debebat Io: Mariæ, & ab ipſo Emilio illius hærede perſolutas fuiſſe in confeſſo eſt inter partes, cen-
9 ſuerunt Domini, vel præſumi conſumptam ex quo dictus Emilius hæres grauatus vltra mobilia magnæ æſtimationis quam plura compora fideicommiſſariā alienauerat, quæ dum allegat non fuiſſe ſufficientia pro detractionibus tenetur ipſe, vel alij ab eo cauſam habentes hanc negatiuam probare iuxtà diſtinctionem plenè firmatam in *Peruſina Bonorum 30. Maij 1650. coram me*, quam-
10 uis Inuentarium confecerit, quia vt eius benefi-
11 cio gaudeat deber vltro iuſtificare bonorum ibi deſcriptorum quantitatem, & valorem, & de omnibus integram rationem reddere, vt reſponſum fuit in *Romano Cenſus 6. Maij 1645. coram R. P. D. meo Peutingerio §. Dantur etiam, in Tiburtina redditionis rationis 3. Iunij 1647. coram R. P. D. meo Meltio §. Tamen cum appareat, & in Aueniouen. Saluiani 10. Februarij 1651. coram R. P. D. meo Bichio §. Ex ipſo verſ. Præter quod*, vel in omnem caſum ex fructibus bonorum fideicommiſſariorū poſt motam litem per 30. annos, & vltra ab eis indebitè perceptis vltra alios ab Emilio viuente exactos Creditum dictæ prætenſæ legitimæ, Trebellianicæ, & ſolutionis dd. librarum 5573. pe-
12 nitus ſatisfactum fuiſſe, vel ſaltem adeò illiquidum, & inefficax remanſiſſe, vt eius prætextu nullatenus potuerit Thadeo retardari Immiſſio, vt reſpondit *Rota in recent. deciſ. 301. num. 18. par. 6.* & in alijs allegatis in *dicta deciſ. R. P. D. mei Celſi ſub §. In bonis pariter verſ. Vnde attentis.*

13 Nec refragante, quod ſententiæ dent immiſſionem in bonis, & vltro condemnent ad fructuū reſtitutionem, Quia huiuſmodi condemnatio intelligenda eſt prout de Iure, & ſic de fructibus, qui ſupererunt vltra imputandos in detractiones vt in ſimilibus terminis deciſum fuit in *Bononien. Dotis 19. Decembris 1644. §. Penultimo coram R. P. D. meo Bichio*, & cum alijs ferè in puncto allegatis in *Firmana Codicillorum 1. Martij 1649. coram me §. quo tum legitima*.

Aliæ autem detractiones abſolutè reiectæ fuerunt, quo enim ad bona Ludouici Patris Bartholomei, & ſi de illorum exiſtentia conſtet ex Inuentario hæreditario, non tamen probatur ad manus Emilij illa perueniſſe præter quatuor corpora eidem Bartholomeo debita pro legitima, & Trebellianica, quæ propterea nō cadūt ſub eius fideicommiſſo tanquam effecta ipſius proprium patrimonium: ſolutio ſcutorum 2500. auri, quā Emilius fecit ex cauſa tranſactionis quinque Re-
14 ligionibus vocatis ad fideicommiſſum Ludouici reijcienda non eſt à fideicommiſſarijs Bartholomei, in quorum commodum non ceſſit argum. *Text. in l. 5. C. de negoc. geſt. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 9. num. 53. cum ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art. 40. num. 126. in fine*: Aſſerta
15 melioramenta non probantur facta ab Emilio, vt opus eſt, ad quem effectum non ſufficit adeſſe meliorationes, *Caſtr. conſil. 270. num. 4. lib. 2. Grat. diſcept. 193. num. 3. Rota in* Romana *Fideicommiſſi de Spiritibus 12. Ianuarij 1643. corā R. P. D. meo Bichio §. penultimo*; Et demum æs alienum,

& Le-

Digitized by Google

& Legata Bartholomei cum non iuſtificentur ab
16 ipſis, vel ab eorum Anthore proprio ære ſoluta, allegari non poſſunt, vt docet *Bald. conſil. 213. num. 4. in fine lib. 2. Peregrin. de Fideicom. art. 35. num. 9. in fine, Rota deciſ. 516. num. 2. & 3. par. 2. & deciſ. 126. numer. 23. par. 7. recent. coram Card. Canal. deciſ. 476. num. 2. & coram Buratt. dec. 641. num. 4.*

Et ita vtraque &c.

LVNEN. SARZANEN. BENEFICIORVM.

Veneris 3. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus de iure præſumitur hæreditarium, & in tot partes diuiditur, quot ſunt hæredes? Iuſpatronatus, licet tranſitorium ſit ad extraneos, non tamen tranſit ad fideicommiſſarios, cum remaneat penes primum grauatum, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus de iure præſumitur hæreditarium.*
2 *Iuſpatronatus, quando eſt hæreditarium, diuiditur in tot partes, quot ſunt hæredes.*
3 *Literæ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ, habent executionem paratam.*
4 *Literæ Apoſtolicæ carentes debita iuſtificatione non gaudent executione parata.*
5 *Teſtamenti verba non poſſunt trahi ad ſubſtitutionem Fideicommiſſariam dum ſunt verba directa.*
6 *Iuſpatronatus eſt tranſitorium ad hæredes extraneos.*
7 *Iuſpatronatus non eſt tranſitorium ad Fideicommiſſarios.*
8 *Iuſpatronatus, quod non tranſeat in fideicommiſſarium, hoc non prouenit ex natura rei, ſed ex præſumpta mente teſtantis.*
9 *Teſtator præſumitur. quod voluerit vt hæres grauatus reſtituat fideicommiſſario, bona, quæ afferunt lucrum pecuniarium.*
Non autem ea, quæ ſolum honorem afferunt, vt eſt Iuſpatronatus.
10 *Iuſpatronatus licet non tranſeat in fideicommiſſariũ, hoc tamen ceſſat, quando contraria eſt mens Teſtatoris.*
11 *Iuſpatronatus poteſt etiam tranſire ad Fideicommiſſarios, dummodò forma primæ acquiſitionis non repugnet.*
12 *Conſenſus Ordinarij, vt poſſit Iuſpatronatus tranſire in Fideicommiſſarios requiritur vt ſit expreſſus.*
13 *Conſenſus Ordinarij, vt poſſit tranſire Iuſpatronatus in fideicommiſſarios præſumitur ſtante lapſu 30. annorum.*
14 *Conſenſus Ordinarij circa præſumptum conſenſum Ordinarij, ſtante lapſu 30. annorum, eſt ſufficientis facultatis.*
15 *Præceptum Teſtatoris de adoptando eſt contra bonos mores.*
16 *Papa ſine dubio poteſt commutare Teſtantium voluntates.*
17 *Iuſpatronatus quando eſt hæreditarium, tunc excluſi ab hæreditate non admittuntur ad Iuſpatronatus.*
18 *Ad Iuſpatronatus ex propria perſona, & independenter vocatus ei non obſtat, quidquid alij diſpoſuerint.*
19 *Verba, pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque intelligenda ſunt prout de iure.*
20 *Interpretatio illa non eſt admittenda, quæ admitteret ſubitaneam repugnantiam, & correctionem.*

DECISIO DII.

CVm prouiſi fuerint à Sede Apoſtolica de tribus Beneficijs controuerſis ſub inuocatione Beatæ Mariæ Virginis S. Nicolai, & S. Luciæ primo loco Io. Antonius Conrardus Griffus tanquam præſentatus à medietate patronorum, & deinde Io: Franciſcus Promontorius ſub conditione, dummodo maioris partis patronorum accedat aſſenſus; propoſui dubium an, & quæ literæ Apoſtolicæ ſint exequendæ, & ad fauorem Promontorij prodijt reſolutio.

Exiſtentia enim Iuriſpatronatus Laicalis Clericatus ipſius Promontorij, & valor per non exceſſum narratus in ducatis centum auri de Camera plenè iuſtificantur, & à Collitigante non reuocantur in dubium, ſed difficultas reſtricta fuit ad qualitatem præſentationis ab vtroque obtentæ, an ſcilicet Contardus à medietate, vel potius Promontorius à maiori parte patronorum legitimè ſit præſentatus, quod pendet à ſequentibus.

Etenim Iuſpatronatus controuerſum prouenit ab Auguſtino Griffo, qui reliquerat quinque filios nempè Nicolaum, Io: Antonium Barnabam,
1 Hieronymum, & Fedrianum. Cumque dictum Iuſpatronatus ſit hæreditarium, vt etiam in dubio præſumitur *Clem. plures de Iurepatr. Calderin. conſ. 4. eod. tit. Buratt. deciſ. 183. num. 1.* diuiſum
2 remanſit in quinque voces, quot erant d. eius filij, & hæredes iuxta celebre *conſ. Ancbar. 355 ſub num. 1. verſ. in contrarium eſt veritas,*

Vox Fedriani mortua Lepidia ab inteſtato deuenit in Feliciam Vrachiam, Catherinam, & Mariam eius filias, & hæredes. Felicita verò Monaſterium ingrediens renunciauit omnia eius bona ſuis ſororibus, Vracchina conſimilem renunciationem fecit ad fauorem Nicolai, Io: Antonij Barnabæ, & Hieronymi eius Patruorum; Cumque Maria ſuſceperit duas filias, nempè Claram, & Annam heredem vniuerſalem ſibi inſtituit Claram, Catherina verò ſcripſit ſibi hæredem dictam Annam filiam præfatæ Mariæ eius Sororis.

Vox Nicolai deuenit in Franciſcum Griffum filium adoptiuum d. Catherinæ; quandoquidem ipſe Nicolaus anno 1581. inſtituit hæredes vniuerſales Io: Antonium Barnabam, & Hieronymum fratres illiſque facultatem tribuit caſu quo non haberent filios maſculos legitimos nec naturales adoptandi vnum filium maſculum pro ſubſtinenda Domo ſua de Griffis, ad quem ſpectaret d. Iuſpatronatus, ſed dd. hæredes anno 1607. obtinuerunt à S. M. Paulo V. commutationem dictæ voluntatis, vt loco dictæ adoptionis ſuccederet in vniuerſa hæreditate, prout illius vigore actualiter nominauit dictum Franciſcum Griffum eius filium adoptiuum.

Voces denique Io: Antonij, Barnabæ, & Hieronymi deuenerunt in ſupradictam Mariam, & ſubinde ipſa defuncta in prædictas Claram, & Annam eius filias vigore donationis ab eiſdem factæ anno 1604. ad fauorem einſdem Mariæ, & ſucceſſiue ad fauorem eius filiorum maſculorum, & in defectu maſculorum ad fauorem eius filiarum fœminarum.

Patet igitur ex hac ſerie facti, quod ex prædictis quinque vocibus filiorum Auguſtini à quo prouenit Iuſpatronatus controuerſum Franciſcus filius adoptiuus Catherinæ habet vnam vocem, quæ ſpectabat ad Nicolaum, nec non quartam partem tertiæ partis vocis Fedriani per Vracchinam renunciatæ quatuor ſuis Patruis.

Anna

Anna filia Mariæ vigore dictæ donationis ha-
bet vnam vocem cum dimidia illarum trium ſpe-
ctan. ad Io. Autonium Barnabam , & Hiero-
nymum , nec non vigore eiuſdem donationis ha-
bet aliam vocem cum dimidia earundem trium
vocum Io: Antonij Barnabæ , & Hieronymi atq;
conſimilem quartam partem cum dimidia dictæ
tertiæ partis vocis Fedriani reuunciata per Vrac-
chinam , nec non tanquam hæres Mariæ habet
aliam tertiam partem eiuſdem vocis Fedriani.

Vndè cum Promontorius præſentatus fuerit à
d. Franciſco filio adoptiuo d. Catherinæ , & ab
Anna filia d. Mariæ eius *Summ. num.* 2. Contar-
dus verò præſenratus fuerit à ſola Clara , iuſtifi-
catum remanet Promontorium eſſe præſentatum
à maiori parte patronorum , è contra verò Con-
3 tardum non habere præſentationem medietatis
illorum , & ſic literæ Promontorij tanquam iuſti-
ficatę ſunt exequendæ *cap. ſi quando de reſcript. cap.
ſi Capitulo ibique gloſſ. in verb. exequatur de præbend.
4 in 6.* Conradi verò tanquam carentes debita iu-
ſtificatione non merentur exequutionem iuxtà
cap. 2. de reſcript.

Non obſtat , quod Franciſcus filius adoptiuus
ex d. diſpoſitione Nicolai vocatus fuerit per fi-
deicommiſſariam , quia præter quod verba Teſta-
5 menti potius importare videntur ſucceſſionem
directam ibi : *il quale ſucceda in detta heredità &c.*
& ibi : *ma ſia per quell'herede maſchio , che faranno i
miei fratelli per ſoſtentare la caſa mia*. Licet Iuſpa-
6 tronatus quamuis tranſitorium ad hæredes extra-
neos regulariter non tranſeat ad fideicommiſſa-
7 rium , ſed reſtituta hęreditate remaneat penes hę-
redem directum , eiuſque ſucceſſores. *Lambertin.
de Iurepatr. 2. par. 1. lib. quæſt. 5. art. 35. num. 1.
verſ. tamen prædictis* attamen quia hoc non pro-
8 uenit ex natura rei ; ſed ex præſumpta voluntate
Teſtatoris , qui cenſetur voluiſſe reſtitui fidei-
commiſſario bona, & Iura afferentia commodum
9 pecuniarum, non autem ea , quæ ad ſolum hono-
rem pertinent. *Couar. var. reſol. lib. 2. cap. 18. ſub
num. 8. verſ. poſteriori Card. Mantic. de tacit. lib. 4.
tit. 12. num. 15. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 11.
num. 3.* Rota *apud Modern. Piſan. de Iurepatr. deciſ.
24. num. 4.* vbicumque (prout hic) de voluntate
10 diſponentis apparet transferendum in fideicom-
miſſarium etiam Iuſpatronatus , vt clare legitur
in teſtamento d. Nicolai ibi : *E voglio , che detto
Iuſpatronato vadi all'herede maſchio che coſtituiran-
no li ſudetti miei fratelli* receditur à d. regula , nec
11 dubitatur quin Iuſpatronatus tranſeat cum fidei-
commiſſo , dùm expreſsè non repugnat forma
primeuæ acquiſitionis *Couar. d. cap. 18. ſub d. num.
8. Phanuc. in tract. diu. de Inuent. quæſt. 243. nu. 6.
verſ. ego autem Rota in Florentina Capellaniæ 29.
Maij 1634. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano in
recent. deciſ. 542. ante num. 13. verſ. non obſtat par.
5. in Ariminen. Iuriſpatronatus 16. Nouembris 1635.
coram bon. me. Pirouano , in Bonon. Iuriſpatronatus
23. Ianuarij 1640. §. nam licet cum duobus ſeqq. &
in Maioricen. Beneficij 29. Ianij 1648. §. ſine ipſius
coram R. P. D. meo Bichio* ; Conſenſus autem Or-
15 dinarij omninò neceſſarius quando Iuſpatrona-
tus nominatim , & principaliter transfertur in fi-
deicommiſſarium , vt in d. Florentina Capella-
13 niæ *num. 16.* ſufficienter præſumitur per lapſum
30. annorum *Rota coram bon. me. Coccino deciſ. 106.
num. 11. coram Card. Cananer. deciſ. 265. numer. 5.*
14 Imò in caſu noſtro probatur ex ſententia Vicarij
Sarzanæ , qui vocem Nicolai Franciſco per Ca-
therinam nominando adiudicauit anno 1608. *d.
Summ. ſub num. 3.* quem habuiſſe ſufficientem fa-
cultatem idem lapſus 30. annorum oſtendit, vt in
terminis reſpondit Rota *in Lauden. Iuriſpatr. 14. Iu-
nij 1641. coram bo. me. Merlino inter eius impreſſ. de-
ciſ. 870 num. 9.*

Minuſuè obſtat , quod præceptum de adoptan-
15 do non teneat tanquam contra bonos mores *l.
Vxorem §. hæres ff. de leg. 3. Gabr. conſ. 182. num. 73.
lib. 1.* Quia ſatis eſt , quod hæredes grauati hoc
16 onus acceptauerint, quodq; illud etiam Summus
Pontifex approbauerit mediante ſupradicta com-
mutatione voluntatis , quod ſufficit , vt ſubſti-
neatur *ad Text. in Clem. quia contingit de Relig. do-
mib. cap. nos quidem de teſtam. Buratt. deciſ. 883.
num. 1.*

Nec obſtat , quod Maria communis Mater ex-
cluſerit Annam à ſua hęreditate relicta ei ſola le-
17 gitima in omnibus verò bonis inſtituerit Cla-
ram , ideoque ad iſtam duntaxat pertinere de-
beant illæ tres voces Io. Antonij, Barnabę, & Hie-
ronymi. Quia cum donatio ab eis ſpecifice facta
fuerit non ad ſolum fauorem Mariæ , ſed ſpecia-
liter etiam ad fauorem eius filiorum maſculorum,
& in defectu maſculorum fauore fœminarum ibi :
*non eſſendoui figli maſchi , ſuccedino le figliuole femine
di detta Maria in tutti li noſtri beni Patrimoniali , &
Iuſpatronati.* Vtique tam d. Clara , quam Anna
18 ſuccedunt in dd. vocibus ex propria ipſarum per-
ſona independenter à Maria prima Donataria ,
*l. lex Vectigal. vbi Bart. Caſtr. & alij ff. de pignor. l. ſi
res 3. C. quib. mod. pign. vel hypoth. ſoluat Bertrand.
conſ. 176. num. 4. lib. 3. Gratian. diſcept. 924. num.
33. & cap. 984. numer. 22. cum ſeq. Rota deciſ. 127.
num. 3. 4 & 5. par. 6. deciſ. 114. num. 2. par. 7. &
in Romana reſtitutionis dotis 30. Maij 1653. coram R.
P. D. meo Beuilaqua §. Et in hanc reſolutionem verſ.
verum etiam iuncto §. ſeq.* & quamuis in ſtipulatio-
ne adſint verba : *pro hæredibus , & ſucceſſoribus qui-
buſcumque* attamen intelligenda ſunt , vt locum
19 habeant duntaxat in defectu filiarum expreſsè
vocatarũ ad euitandam contrarietatem, & repu-
20 gnantiam , quæ aliàs incontinenti reſultaret , vt
reſpondit Rota *in Florentina Donationis , ſeu ſepara-
tionis Bonorum 2. Decembris 1650. coram R. P. D. meo
Peutingerio §. Nec ab hoc , & in Romana , ſeu Nepe-
ſina reſtitutionis in integrum 4. Iunij proximi prçteriti
coram me §. non obſtat , quod in inſtrumento , verſ. vel
ſaltem* , & quatenus neceſſarium fuiſſet , quod fi-
liæ eſſent etiam hæredes , placuit reſponſio ſuffi-
cere , quod per Annam non ſteterit quominus ſit
hæres Matris , vt poſt *Dec. in conſ. 207. ſub num. 8.
verſ. Et hoc confirmatur in his terminis tradit Lotter.
de re benef. lib. 2. quæſt. 11. num. 48.*

Sub iſta autem donatione non fuit comprehen-
ſa vox Nicolai , quia fuit reſtricta ab bona pro-
pria Donatorum , nec poterat illam comprehen-
dere cum ex ſpecifica diſpoſitione Nicolai ex fi-
deicommiſſo deuolenda erat ad filium adoptan-
dum , vt ſupra dictum eſt *l. vnum ex familia §. pri-
mo ff. de legat. 2. l. ſi quis ff de manumiſſ. Surd. deciſ.
93. num. 19. & 20. Rota deciſ. 375. num. 3. part. 1.
recent.*

Et ità vtraquè &c.

PALENTINA DECIMARVM.

Luna 24. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria numquam venit concedenda ſuper ma-
teria articulata , quando contrarium apparet ex
ſcri-

Digitized by Google

ſcripturis, quibus potius eſt credendum, & quando pars obtentis alijs remiſſorijs in partibus nunquam ſuper huiuſmodi articulis Teſtes examinari curauit; præſertim ſi dicta Teſtium ſine didicita per tranſportationem Actorum in Rota non attento prętextu, quod Teſtes magis explicent materiam articulatam, quando hæc maior explicatio conſiſtit in ſolo cortice Verborum. Immemorabilis ad ſui probationem requirit, quod nil viſum, vel auditum fuerit in contrarium, & ex quibus probata.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria numquam conceditur, vbi contrarium apparet ex ſcripturis.*

2 *Cura habitualis Animarum dicitur eſſe penes illum, qui alieno nomine adminiſtratur non autem penes illum, qui alieno nomine adminiſtrat.*

3 *Remiſſoria non conceditur quando adſunt ſcripturæ, ex quibus poſſit haberi probatio.*

4 *Probatio per ſcripturas potius admittitur, quam probatio per Teſtes, quæ eſt minus certa, & minus tuta.*

5 *Remiſſoria denegatur, quando petens obtentis alijs remiſſorijs in alijs inſtantijs, numquam ſuper talibus articulis Teſtes examinari curauit.*

6 *Parochus habet aſſiſtentiam Iuris tam in perceptione decimarum, quam in earum non ſolutione de bonis ſitis intra limites ſuæ Parochiæ.*

7 *Declara hoc tantum procedere fauore illius, qui habet curam habitualem, non autem illius, qui nomine alieno, & ad alterius commodum illam exercet ad nutum.*

8 *Immemorabilis ad ſui ſubſtantiam requirit, quod nil viſum, vel auditum ſit in contrarium.*

9 *Articuli ſemel admiſſi, non ſunt denuo admittendi, ſub prætextu, quod magis ſpecificent materiam articulatam, vbi maior ſpecificatio conſiſtit in ſolo cortice verborum.*

10 *Et præſertim poſt didicita teſtificata per tranſportationem Actorum in Rota, quæ pernecesse pandit nomina Teſtium.*

DECISIO DIII.

PRætendentibus Beneficiatis Eccleſiæ Oppidi de Oſorno Palentinæ Diæceſis, quod Decimæ Bonorum relictorum, aut eis adiudicatorum pro legatis pijs, aut Capellanijs cum onere Miſſarum, vel ſuffragiorum reponendæ eſſent in quodam ipſorum horreo particulari ſeparato à generali, & communi, cuius horrei communis Decimæ pro tertia parte aſſignantur Capitulo Cathedralis, pro alia tertia ipſis Beneficiatis, & reliqua tertia pars diſtribuitur inter fabricam Eccleſiæ, & Dominum temporalem eiuſdem Oppidi; Capitulum nomine horrei communis litem contra eos introduxit anno 1648. & in partibus fuerunt latæ duæ ſententiæ conformes ab Ordinario, & Metropolitano fauorabiles Capitulo quoad bona acquiſita ab annis 34. citra ante motam litem, & fauorabiles Beneficiatis quoad bona acquiſita ante dictos annos 34. cum ſuppoſito, quod reſpectu horum bonorum immemorabilem quaſi poſſeſſionem haberent illorum decimas ad proprium commodum ſeparandi ab horreo communi, ſed deuoluta cauſa ad Rotam præuia deciſione edita *coram R. P. D. meo Zarate 14. Maij* 1655. Capitulo decreta fuit manutentio, & deinde lata ſententia confirmatoria prçcedentium in parte fauorabili eidem Capitulo, & reuocatoria in parte fauorabili Beneficiatis, à qua interpoſita appellatione, & cauſa mihi commiſſa cum clauſula *conſlito de tribus*, & facultate manutenendi quem de Iure Agentes pro Beneficiatis exhibitis ſex articulis petierunt remiſſoriam, quam denegandam eſſe hodie Domini reſponderunt.

Duo enim præcipuè continentur in dictis articulis alterum quod cura animarum habitualis reſidet penes eorum Collegium, cuius Eccleſia habet limites diſtinctos, & ſeparatos ab alijs Parochijs, actualis verò exercetur à duobus ex ipſis per eos Epiſcopo nominatis, & ab eodem Epiſcopo approbatis; alterum, quod exiſtunt in quaſi poſſeſſione immemorabili recondendi Decimas ſupradictorum Bonorum in ipſorum horreo particulari illaſque inter ſe ipſos diſtribuendi abſque vlla participatione Capituli, & Canonicorum Cathedralis.

Quoad primum reſpectu curæ habitualis denegata fuit remiſſoria ex receptiſſima concluſione,
1 quod illa non datur vbi contrarium probatur ex ſcripturis *Card. Seraph. deciſ.* 1460. *num.* 3. *Card. Mantic. deciſ.* 61. *num.* 6. cum duobus ſeqq. *Rota deciſ.* 235. *num.* 6. cum alijs allegatis *in Cæſarauguſtana diſtributionum* 13. *Martij* 1643. §. *quæ concluſio verſ. aut deponent coram me*. Apparet enim ex ſcripturis relatis *in Summ. num.* 10. quod Beneficiati ab Epiſcopo admittuntur ad curam animarum cum facultate illam adminiſtrandi ad eius libitum, & nomine ipſius, vndè excluditur, quod cura habitualis exiſtat penes ipſorum Collegium & conuincitur, quod ſit penes ipſum Epiſcopum,
2 quia dicitur eſſe penes illos, qui alieno nomine adminiſtratur, non autem penes illos, qui alieno nomine etiam adminiſtrant *Io. Andr. in cap. cum ignores ſub num.* 2. *verſ. ſed contra de præbend. Lotter. de re benef. lib.* 1. *quæſt.* 20. *num.* 130. *Rota deciſ.* 2. *num.* 2. *de exceſſ. Prælat. in nou. coram Card. Caua'. deciſ.* 615. *num.* 1. *& in recent. deciſ.* 258. *num.* 3. *part.* 1.

Reſpectu verò actualis gratis allegatur, quod Epiſcopus deputet ad nominationem Beneficiatorum, quia in prædictis ſcripturis nunquam hoc exprimitur, prout exprimi debuiſſet, & ſanè
3 cum huiuſmodi prætenſa nominatio fiat per ſcripturas non eſt danda remiſſoria, ſed exhibendæ ſunt ipſæ ſcripturæ dictam aſſertam nominatio-
4 nem continentes, quarum probatio dicitur ſincerior, & expeditior alia facienda per Teſtes, quæ eſt minus certa, & minus tuta, *Felyn. in cap.* 1. *num.* 4. *verſ. ad probationem de appell.* Rota dec. 10. *num.* 6. *de offic. Delegat. in nou. Bellamer. deciſ.* 9. *num.* 1. *Rota deciſ.* 252. *num.* 2. *&* 3. *par.* 7. *& in dicta Cæſarauguſtana Diſtributionum coram me* §. *Primus enim*.

Nec obſtat, imò fauet Conſtitutio Synodalis continēs, quod Epiſcopus tenetur aliquem ex Beneficiatis nominare ad Curā Animarum; ſi enim ipſe illos nominare debet, excluditur prorſus prætenſum Ius nominandi à Beneficiatis articulatum; Cumque ibidem ſubdatur quod in Eccleſijs non adſunt Beneficia deputata pro cura animarum, quodque Epiſcopo ob inſufficientiam Beneficiatorum neceſſe eſt conducere Paſtorem alienagenam, Inde deſtruitur intentio Beneficiatorum, atque concluditur Epiſcopum eſſe Dominum.

5 Et in hanc ſententiam procliuiores fuerunt Domini, quia in duabus inſtantijs huius cauſæ in partibus agitatæ Beneficiati ſemper curarunt examinari Teſtes mediantibus remiſſorijs, & nunquam hoc articularunt *dicto Summario Capituli num.* 1.

num 1. *&* 5. quod indicat materiam potius eſſe
imaginariam, quàm probabilem, vt pro dene-
ganda remiſſoria ponderauit *Rota coram Caputaq.*
deciſ. 63. *in princ. par.* 3. *Rota coram S. M. Gregor.*
deciſ. 174. *num.* 5. *coram Buratt. deciſ.* 23. *num.* 2.
& in Cæſarauſtana Beneficij de Linares 10. *Februarij*
1643. *coram R. P. D. meo Bichio* §. *ſi autem*; Nec
dicatur quod tunc tali probatione opus non fue-
rit, quia Beneficiatorum intentio fundamentum
6 duntaxat habere poteſt ſuper aſſiſtentia Iuris,
quam Parochus habet tam in perceptione Deci-
marum, quam in earum non ſolutione de bonis
ſitis intra limites ſuæ Parochiæ, quæ ſolum fauet
7 ei, qui habitualem curam habet, non autem ei,
qui nomine alieno, & ad alterius commodum il-
lam exercet ad nutum.

8 Quo verò ad ſecundum excluditur prætenſa
Immemorabilis ex dd. Conſtitutione Synodali,
& antiqua ſententia, quia ad ſui ſubſtantiam re-
quirit quod nil viſum, vel auditum ſit in contra-
rium, vt dixit *Rota coram S. M. Gregor. deciſ.* 51.
num. 3. *&* 4. *ibique add. litara B. in recent. deciſ.* 248.
num. 7. *part.* 2. *coram bon. mem. Merlino deciſ.* 554.
numer. 3. *in Morſicen. Iuriſdictionis* 18. *Februarij*
1647. §. *Tandem verſ. omniſque penitus coram R. P.*
D. meo Bichio cum alijs allegatis in d. deciſ. R. P. *D.*
mei Zarate §. *penult. verſ. etiamq.* vltra quod alias
in partibus articulata fuit, & deſuper examinati
teſtes ſpecificando in articulis immemorabilem
poſſeſſionem etiam ſcientibus, & tolerantibus Ca-
pitulo, & Canonicis ibi: *Audientibus ſcientibus,*
nec non tolerantibus reliquis intereſſatis, nec non inte-
reſſe habentibus ſuper Decimis horrei communis Samm.
9 *Capituli num.* 1. Quapropter admitti non poſſunt
hodierni articuli ſub prætextu, quod magis di-
ſtinctè explicent hanc ſcientiam, quia huiuſmodi
maior diſtinctio conſiſtit in ſolo cortice verbo-
rum, quod non ſufficit, vt admiſſum fuit in *Fa-*
uentina Beneficij 27. *Iunij* 1644. *coram me* §. *Præte-*
rea verſ. Imò cum negari. Præſertim cum dicta
10 Teſtium in partibus examinatorum dicicita fue-
rint per tranſportationem actorum ad Rotam,
quæ perneceſſe pandit nomina Teſtium *S. M. Greg.*
deciſ. 583. *num.* 2. *Rota in recent. deciſ.* 41. *num.* 1.
cum ſeqq. par. 7.

Et ità vtraque &c.

MANTVANA BONORVM.

Ven. 28. *Ianuarij* 1656.

ARGVMENTVM.

Bona feudalia finita inueſtitura ad dominum dire-
ctum reuertuntur vna cum melioramentis, & li-
cet ſint redacta ad inſtar allodialium, non tran-
ſeunt ad extraneos; liberatio bonorum á feudali-
tate dicitur nulla ex defectu euidentis vtilitatis
Eccleſiæ dominæ directæ, ad quam conſiderandam,
non primæua ſterilitas bonorum, ſed poſte-
rior fertilitas eſt attendenda; poreſt autem præ-
teriti ſtatus feudalitatis per 30. annos cum bona
fide à Prælato ſucceſſore, quamuis ſcientiam ha-
buerit de alienatione facta ab anteceſſore, &
quare.

SVMMARIVM.

1 *Bona emphyteutica reuertuntur ad dominum dire-*
ctum poſt obitum vltimi inueſtiti, ſine filijs, &
deſcendentibus, pro quibus duntaxat inueſtitura
illi conceſſa fuerat.

2 *Feudalitas iuxtà conſuetudinem ſtatus Mantuani*
æſtimatur ad rationem quintæ partis veri va-
loris.

3 *Feudalitas de Iure æſtimatur ad rationem tertiæ*
partis veri valoris.

4 *Canon pro inueſtitura, valutatur ad rationem ter-*
tiæ partis veri valoris.

5 *Valor probatus de annis longè antecedentibus, nil*
infert ad valorem currentem de tempore contro-
uerſiæ.

6 *Executoris aſſertioni non ſtatur, quoties affirmat*
contractum tendere in euidentem vtilitatem Ec-
cleſiæ, ſed vtilitas aliundè probanda eſt.

7 *Inueſtitura poſterior facta de bonis tamquam melio-*
ratis eſt attendenda non autem antiqua facta de
bonis infructiferis ad effectum agnoſcendi an libe-
ratio bonorum à vinculo feudalitatis fuerit vtilis
nec ne Eccleſia domina directa.

8 *Bona emphyteutica attenta illorum ſterilitate effi-*
ciuntur tranſitoria ad quoſcunque heredes, etiam
extraneos, ob melioramenta deſuper facta.

9 *Declara hoc tantum procedere, quando adeſt ſola*
primordialis inueſtitura continens bona infructi-
fera, ſecus ſi adſit noua conceſſio, quæ non con-
tineat rem ſterilem, ſed fructiferam, & meliora-
tam.

10 *Bona emphyteutica ſtante pacto expreſſo de melio-*
rando, & reſtrictione conceſſionis ad certas per-
ſonas finita conceſſione ob deficientiam perſona-
rum vocatorum deuoluunt ad dominum directum
vna cum melioramentis non obſtante illorum ſte-
rilitate.

11 *Feudalitas præſcribitur per ſpatium* 30. *annorum*
cum bona fide.

12 *Feudalitas non poteſt controuerti ab habente cau-*
ſam ab emphyteuta, qui bona tamquam feudalia
acquiſiuit, eorumque feudalitatem agnouit, &
facto ipſo approbauit.

13 *Obſeruantia contractus continuata donec vixit Præ-*
latus alienans non nocet Eccleſia admodum læſa,
nec contra eam poteſt huiuſmodi obſeruantia al-
legari.

14 *Succeſſor, concedens Inueſtituram bonorum tam-*
quam feudalium non poteſt dici in mala fide impe-
ditiua præſcriptionis, licet habuerit ſcientiam il-
lorum liberationis à feudalitate ab Anteceſſore
facta dum potuit credere illorum liberationem
fuiſſe nullam.

15 *A mala fide regulariter excuſat qualibet cauſa.*

16 *Relatio habita ad aliam inueſtituram habet vim ſpe-*
cifica repetitionis illius.

17 *In tranſactionis annullatione, quis non tenetur ha-*
bita reſtituere, niſi parte petente.

18 *Bona feudalia in ſtatu Mantuano, ſunt redacta ad*
inſtar allodialium.

19 *Bona feudalia licet ex conſuetudine ſint redacta ad*
inſtar allodialium, & ſic tranſitoria ad extraneos,
hoc tantum intelligitur durante inueſtitura non
autem ea finita.

20 *Amplia maximè ſtante clauſula* ſaluo iure feudi
repetita in conceſſione.

DECISIO DIV.

STeterunt DD. in deciſ. coram me 18. Maij 1654.
quia clarum eſt bonum Ius menſæ Epiſcopalis
Mantuæ ſuper deuolutione Terrarum, de quibus
agitur, in loco *dell' Angelo*, ob mortem Comitis
Vincentij Caſſini vltimi inueſtiti ſine filijs, vel
1 vlterioribus deſcendentibus vtriuſque ſexus, pro
quibus tantummodo illarum inueſtitura ipſi con-
ceſſa fuerat, vt probant auctoritates in principio
deciſionis allegatæ.

Non obſtat iterum adducta liberatio à vinculo
feudalitatis de anno 1555. quia fuit nulla, & non
habuit

habuit effectum, nullitas enim educitur ex defe-
ctu euidentis vtilitatis Eccleſiæ nàm pro bubulcis
1300. datæ fuerunt Eccleſiæ ſolum bubulcæ 29. &
2 tamen iuxtà ſtylum ſtatus Mantuani relatum à
Cyriac. contr. 162. ſub num. 20. feudalitas æſtima-
tur ad rationem quintæ partis veri valoris, ad
quam rationem Eccleſiæ ad minus debebantur
bubulcæ 260. conſtituentes quintam partem di-
ctatum bubulcarum 1300. Imò de Iure feudalita-
3 tem æſtimari ad rationem tertię partis tradit *Rip.
in l. naturaliter* §. *nihil commune num.* 9. *ff. de acquir.
poſſ.* quem ſequitur *Borgnin. Caualcan. deciſ. 36. nu.
5. par. 1. & deciſ. 1. ſub num. 26. verſ. vnde videmus*
4 *par.* 2. & ad iſtam rationem valutatur Canon, vt
dictum fuit *in Romana Simulationis contractus 16. Iu-
nij 1653. coram R.P.D. meo Veroſpio §. Deniq; ſup-
poſita verſ. ac denique*.

Replicatio autem quod aliæ ſimiles liberatio-
nes factæ fuerint per dictam menſam pro ſola re-
compenſa tertiæ partis vnius ducati pro qualibet
bubulca, vt patet ex liberatione anni 1500. rela-
ta in *Summ. Marchioniſſa num.* 3. & ex alia ſuper
qua ſcripſerunt *Gazzad. conſ. 73. & Dec. conſ.* 409.
5 nullius eſt releuantiæ; Tum quia ſunt de annis
longè antecedentibus, à quibus inferri non poteſt
ad valorem currentem de tempore controuerſæ
liberationis de anno 1555. *ad Text. in l. pretia re-
rum §. Vlt. ff. ad l. Falcid. & in l. 3. §. Dini ff. de Iur.
feud.* Tùm etiam quia non docetur, quod bona
in dd. liberationibus contenta eiuſdem ſint quali-
tatis ac noſtra de quibus agitur ſufficitque eſſe
poſſibile, quod eſſent diuerſæ qualitatis vt non
conſtituant plenam probationem validitatis con-
trouerſæ liberationis, à qua nec releuatur Mar-
6 chioniſſa per aſſertionem exequutorum, quod illa
tenderet in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, quia
illi non ſtatur, ſed aliundè concludenter præſata
vtilitas probanda eſt *Dec. conſ. 603. num. 14. Me-
noch. conſ. 419. ſub num.* 28. cum alijs allegatis *in
Comen. diſmembrationis 22. Iunij 1648. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Corrado §. In propoſita verſ. nec eiuſ-
dem, & in Cuſentina Canonicatus 5. Iunij 1649. co-
ram* R. *P. D. meo Meltio §. non ſufficit*.

Nec refert, quod tempore primæ conceſſionis
dicta bona eſſent paludoſa, inculta, & infructi-
fera, vt proptereà vtilitas fuerit Eccleſiæ conſequi
dictas bubulcas 29. ſitas in loco fertiliſſimo fru-
ctiferas, & optimæ qualitatis: quia cenſuerunt Do-
mini attendendas eſſe ſubſequentes conceſſiones
factas de dictis bonis poſtquam meliorata, & ad
fertilitatem redacta fuerunt; Cùm enim poſt pri-
mam conceſſionem deuoluta fuerint ad menſam
vnacum melioramentis ob factam alienationem
tanquam de liberis, & ob non renouatam illorum
Inueſtituram, qua deuolutione acceptata alios ite-
rum de illis menſa inueſtiuit anno 1537. nem-
pè Hieronymum Piperarium, vtique non ampliùs
antiqua Inueſtitura, vel origo, ſed poſterior dicti
7 Piperarij facta tempore, quo bona fructifera erant
attendenda eſt, vt poſt *Iſern. & alios in cap. primo
ſub verſ. dic ergo de Vaſſall. decrep. ætat.* reſpondit
*Rota in Partuen. Stagni 10. Iunij 1641. coram Card.
Panzirolo §. Nec refragatur*, & alijs relatis *in Roma-
na Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. ſub §. Ad
pactum cum ſeqq. & 21. Iunij 1652. §. Quapropter
coram R.P.D. meo Bichio, & 15. Iunij 1654. §. De-
nique non obſtat coram* R. *P. D. meo Meltio*.
8 Et hinc etiam non refert, quod ſtante primordia-
li illorum ſterilitate effecta fuerint tranſitoria ad
quoſcunque hæredes etiam extraneos ob meliora-
menta deſuper facta; Quia vt dictum eſt, atten-
9 dendæ ſunt ſubſequentes inueſtituræ, quæ non
continent rem ſterilem, ſed fructiferam, & melio-
10 ratam; Vltraquod ſtante pacto expreſſo de re me-
lioranda, & reſtrictione nouæ conceſſionis ad cer-
tas perſonas, nempè deſcendētes ſanguinis vtriuſ-
que ſexus, allegata ſterilitas nullius eſt momenti,
quia finita conceſſione per deficientiam perſona-
rum vocatarum feudum deuoluitur ad Dominū,
vna cum melioramentis, vt reſpondit *Rota in Ro-
mana Domus 22. Aprilis 1644. coram D. Cardinali
Cecchino §. ſecundo quia comprobata in puncto in dicta
Romana Deuolutionis Domus 4. Decembris 1651. co-
ram* R. *P. D. meo Bichio §. His poſitis verſ. Pariter-
que non meretur*.

Stante igitur prædicta nullitate adducta libera-
tio non habuit effectum, quia deinceps ab anno
1569 citra vſq; in præſens plures emanarunt ſuc-
ceſſiuæ Inueſtituræ tanquam de bonis feudalibus,
& ſignanter vltima ad fauorem Com: Vincentij
Caſſini Authoris Marchioniſſæ Collitigantis. In-
de enim in prima deciſione ſub §. *quoniam*, duo
deſumpta fuerunt etiam hodie à DD. comproba-
ta, alterum quod à dicto anno 1569. legitimè ſit
præſcriptus ſtatus iterum impreſſæ feudalitatis,
11 ad quem effectum ſufficiunt 30. anni cum bona
fide; Alterum quod Marchioniſſa habens cauſam
12 à dicto Inueſtito, qui in vltimo ſtatu bona con-
trouerſa tanquam feudalia acquiſiuit, eorumque
feudalitatem agnouit, & facto ipſo approbauit,
illam controuertere non poſſit ex Iuribus ibi al-
legatis.

Non obſtat, quod ab anno 1555. vſque ad an-
num 1569. ſeruata fuerit liberatio, quodque ſuc-
ceſſiui infeudantes eſſent in mala fide, tàm ob eius
ſcientiam, quàm ob retentionem dictarum bubul-
carū 29. quæ in illius recompenſam datę fuerunt

Quoniam dicto tempore intermedio ab anno
1555. vſque ad annum 1569. vixit Prælatus, qui
alienauit; Ideoque lapſus dicti temporis pro ob-
13 ſeruantia præfatæ liberationis attendi non valet
in præiudicium Eccleſiæ admodum læſæ, vt benè
reſpondit *Rota coram bon. me. Merlin. deciſ. 702. nu-
14 mer. 13. & 14.* In Epiſcopis verò ſucceſſoribus,
qui ſubſequentes fecerunt Inueſtituras tanquam
de re feudali conſiderari nequit aliqua mala fides
impeditiua præſcriptionis ob ſcientiam dictæ li-
berationis, quia potuerunt credere, vt declara-
runt in Inueſtituris illam eſſe nullam, prout nulla
fuit ex ſupra probatis, quod ſatis eſt ne dicantur
15 fuiſſe in mala fide, à qua regulariter quælibet
cauſa excuſat *l. Igitur §. qui poteſt ff. de liberal. cauſ.
Dec. conſ. 452. num. 4. Curt. Iun. conſ. 19. num. 5. lib. pri-
mo Honded. conſ. 42. num. 45. lib. 2. Buratt. deciſ. 182.
num.* 25. Et quamuis huiuſmodi declaratio reſpe-
ctu iſtius liberationis non legatur expreſſa in In-
ueſtitura facta anno 1570. Eraſmo Abduæ, quia
tamen ibi explicita relatio habita fuit ad præce-
16 dentem Inueſtituram conceſſam anno 1569. filijs
Piperarij in qua inſertus eſt libellus totaliter fun-
datus ſuper nullitate dictæ liberationis huiuſmo-
di relatio habet vim ſpecificæ repetitionis illius;
vt benè dictum fuit in Romana *Apothecarum 8. Iu-
nij 1654. & 25. Iunij 1655. coram R. P. D. meo Bi-
17 chio*; Prædictas autem bubulcas 29. in recompen-
ſam habitas dicti Epiſcopi non tenebantur reſti-
tuere, niſi parte petente *Gabr. de tranſact. concluſ.
prima num. 51. Rot. deciſ. 810. num. 2. par. prima diuerſ.
& in recent. deciſ. 315. num. 16. par. 5.*

Demum non refert, quod in ſtatu Mantuano

Digitized by Google

18 ex antiqua conſuetudine bona feudalia redacta ſint ad inſtar allodialium, vt firmatur in alia *deciſione* §. *Quia omiſſis*; Quoniam exinde prætendi non poteſt, quod finita inueſtitura per mortem Vincentij ſine filijs, vel deſcendentibus vtriuſque ſexus potuerit ipſe de eis diſponere ad fauorem vxoris eam inſtituendo hæredem vniuerſalem;
19 Qualitas enim illa allodialitatis ex præfata conſuetudine reſultans procedit inueſtitura durante, non autem ea finita, attenta præſertim clauſula:
20 *ſaluo iure feodi* ibidem repetita, vt notat *Burſat. 137. num. 13. & 14. Rota dec. 167. num. 43. par. 5. rec.*

Cæteris ſatisfacit prima deciſio, cuius fundamenta DD. viſa fuerunt ſubſiſtere.

Et ità vtraque &c.

TERRACINEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 28. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Filius Hæres grauatus præſumitur bona alienata elegiſſe pro eius legitima. Ideoque Emptor eſt tutus aduerſus Fideicommiſſarium agentem *ex remed. l. fin.* hocque licet filius Inuentarium non confecerit, dummodo vlterius non concurrant alienationes, nec ſufficit ſola Hypotheca, & obligatio, ſed requiritur effectiua alienatio, cum translatione dominij, & quænam in legitimam veniant imputanda, Res iudicata reſultat, ſiue quando appellans poſt habitos, à Iudice reuerentiales in forma non curauit infra decendium cauſam committi, nec aliquas fecit diligentias pro commiſſione impetranda, ſiue quando poſt interpoſitam appellationem per annum, aut biennium nihil fuit actum in cauſa, nec prorogata fatalia.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata reſultat, dum appellans poſt habitos à Iudice reuerentiales in forma non curauit infra decendium à die dictorum reuerentialium cauſam committi, nec aliquas fecit diligentias pro commiſſione impetranda.*

2 *Res iudicata reſultat, dum per Annum, vel biennium poſt interpoſitam appellationem nihil fuit actum in cauſa, nec prorogata fatalia.*

3 *Filius Hæres grauatus cenſetur bona alienata elegiſſe in eius legitimam.*

4 *Legitima non recipit aliquod onus.*

5 *Tertius poſſeſſor poteſt impedire Fideicommiſſario anotationem bonorum fideicommiſſi exceptione detractionis legitimæ debitæ eius Authori.*

6 *Grauatus licet Inuentarium non fecerit, ſatis eſt quod aliunde conſtet de ſtatu integræ hæreditatis, ne perdat eius detractiones.*

7 *Filius Hæres grauatus ob ſolam omiſſionem Inuentarij non amittit legitimam.*

8 *Filius Hæres grauatus tenetur imputare in legitimam ſemoventia quatenus per eum alienata probentur, & ab eo pretium receptum.*

9 *Grauatus tenetur imputare in eius detractiones ſemouentia, ſi deperdita aut perempta fuiſſent eius culpa.*

10 *Grauatus non tenetur imputare in eius detractiones Credita Hæreditaria, niſi conſtet de illorum exiſtentia, quodque grauatus illa exegerit, vel illorum exactionem neglexerit, ita vt propria culpa effecta fuerint inexigibilia.*

11 *Adminiſtratio et referenda eſt cuius nomine, & commodo adminiſtratur non autem ei, qui adminiſtrat.*

12 *Filius Hæres grauatus non cenſetur legitimam conſumpſiſſe ex ſola hypotheca, & obligatione bonorum Fideicommiſſi, ſed vlterius requiritur effectiua alienatio cum translatione dominij.*

13 *Emens ab Hærede grauato habet hypothecata omnia eius bona pro euictione, & per conſequens etiam Iura legitimæ eidem debitæ.*

14 *Emens bona Fideicommiſſi ab Herede grauato tutus eſt ex Iure legitimæ eidem debitæ aduerſus fideicommiſſarios, ne ab ipſo auocetur dominium bonorum actualiter ipſius fauore translatum.*

15 *Confeſſio venditionis inſcio emptore facta eidem emptori non nocet.*

16 *Vxor habet hypothecata pro ſua dote omnia bona eius viri.*

17 *Fideicommiſſum à Viro ordinatum non præiudicat hypothecæ, quam habet vxor pro ſua dote ſuper bonis eiuſdem.*

DECISIO DV.

Antonius Gilius vti vocatus ad fideicommiſſum quondam Iulij de Gilijs eius Aui ex remedio *l. fin. C. de Edict. Diu. Adrian. tollen.* egit pro immiſſione in poſſeſſionem Tenutæ, ſeu Caſalis vulgò dicti *la Tenuta Commune* modo poſſeſſi per Ven. Collegium Societatis IESV Ciuitatis Sitiæ, & à Iudice deputato ab AC. reportauit ſententiam contrariam, & cauſa mihi commiſſa dubitaui an conſtet de re iudicata, vel potius danda ſit Immiſſio, negatiuè verò quoad ſecundam reſponſum fuit.

1 Etenim res iudicata reſultat ſiue ex quo appellans habuit à Iudice pro reſponſione de Apoſtolis Reuerentiales in forma *Summario Collegij num. 15.* & infra decendium à die, dd. Reuerentialium, non curauit cauſam committi, nec aliquas fecit diligentias pro commiſſione impetranda, vt opus eſt, *Caſſad. dec. 4. ante num. primum de appell. Caputaq. dec. 31. num. primo & per tot. par. prima Caſ de Graſſ. dec. 3. num. primo de reb. Eccleſ. non alien. Rota coram Buratt. dec. 764. num. primo* & alijs relatis in *Tudertina Succeſſionis 4. Iulij 1651. coram me §. primo & 2.* ſiue etiam quia ſententia lata fuit 28 *Ianuarij* 1642. & appellatio interpoſita 6. *Februarij*
2 *ſequentis*, & deinde non ſolum per annum, aut biennium, ſed nec per decennium quidquam actũ in cauſa, nec prorogata fatalia *c. cum ſit Romana extr. de appell. Veſtr. in prax. lib. 3. cap. 5. n. 2. Rota deciſ. 476. num. primo & dec. 548. num. 2. par. 8. recent. cum alijs in Caietana Bonorum 3. Decembris 1646 coram me §. appellarant.*

Immiſſio autem non competit, & ex hoc educitur Iuſtitia ſententiæ, cuius validitas non controuertitur, quia admiſſo etiam fideicommiſſo, eiuſque purificatione ad fauorem Actoris, ac identitate huius Tenutæ, ſeu Caſalis de quo agitur, nihilominùs non eſt locus Immiſſioni, quia venditum fuit anno 1652. per Mutium filium grauatum dicti Iulij fideicommittentis pretio ſcutorũ 3000. Io: Baptiſtæ Garzonio Authori Collegij poſſeſſoris, dictæque venditioni acceſſerunt, & euictionem promiſerunt, tàm Altiſſima Mater, & Ioanna Pilouia vxor dicti Mutij, quam Nicolaus hæres Marci Antonij filij pariter, & hæredis grauati eiuſdem fideicommittentis *dicto Summario numer. 9.* Hinc enim per huiuſmodi vendi-
3 tionem cenſetur electum in legitimam *l. Marcellus §. res quæ ff. ad Sen. Conſult. Trebell. Rota coram ſa. me. Greg. deciſ. 580. num. 2.* & alijs adductis in *Romana Fideicommiſſi de Candidis 10. Martij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio §. primo*, quæ non reci-
4 pit aliquod onus, *vulg. l. quoniam in prioribus C.*

de

Digitized by Google

de inoffic. Teſtam. Merlin. deciſ. 39. num. 2. & iuxtà ſta-
tum hæreditatis dicti Teſtatoris præcedenter fir-
matum à dictis Murio, Marco Antonio, & Octa-
niano ſtatribus, pro rata eorundem Mutij, & Mar-
ci Antonij aſcendebat ad ſcuta 3733. & baioc. 13.
5 *eodem Summ. num. 6.* Ideoque tertius Poſſeſſor hac
exceptione ſe tueri poteſt, & auocationem fidei-
commiſſario impedire, vt tradit *Bart, in l. ſi ter-
tius num. 3. ff. de aqu. plun. arcen. Rip. in l. in quartam
num. 4. ff. ad l. falcid. Surd. conſ. 576. num. 41. Peregrin.
de fideic. art. 39. num. 4. in fine Rota coram Merlin. d.
deciſ. 39. num. 3. & 4. & in dicta Romana Fideicom-
miſſi de Candidis dicto §. primo verſ. Itaut Tertij com-
probata in Peruſina Bonorum 10. Maij 1650. §. Pro in-
telligentia cuius, & in Peruſina Fideicommiſſi de Ro-
dulphis 14. Iunij 1652. §. quóniam alienationes verſ. 4
quod ſcruli coram me.*

Nonobſtat, quod dicti hæredes grauati non
fecerint Inuentarium, tùm quia ſatis eſt, quod de
6 ſtatu integræ hæreditatis appareat per dictum In-
ſtrumentum ab eis concorditer celebratum, ac re-
latum in *Summario dicto nu. 6.* vt tradit *Cyriac. contr.
for. contr. 5. num. 18. & 21.* & declarando contrarias
deciſiones firmatum fuit *in dicta Peruſina Bonorum
§. quouerò ad modicitatem verſ. obiectum enim, & in
dicta Peruſina Fideicommiſſi de Rodulphis dicto §. quo-
niam alienationes, verſ. tertio quod dicta.* Tum etiã
7 filius ob ſolam omiſſionem Inuentarij non amit-
tit legitimam *Caſtr. in l. ab omnibus §. fin. ſub nu. 2.
ff. de legat. primo & in l. ita tamen §. ſi Trebelliano
ff. ad Trebell. cum concordantibus allegatis in dicta
Romana Fideicommiſſi de Candidis §. neque ijdem, &
in dicta Peruſina Bonorum §. Legitimam vero verſ. Li-
cet enim.*

Gratiſque dicitur Legitimam Mutio debitam
conſumptam fuiſſe in ſemouentibus hæreditarijs
in dicto Inſtrumento ipſi aſſignatis, in creditis pa-
riter hæreditarijs, quorum exactionem Teſtator
ipſi demandauit cum conditione, quod teneretur
de proprio ſi illa neglexiſſet, & demùm ex admi-
niſtratione omnium bonorum hæreditariorum il-
lius ab eo geſta.

8 Quoniam ſemouentia non imputantur in legiti-
mam, niſi probentur alienata per hæredem graua-
tum, & ab eo pretium receptum, vel deperdita,
9 aut perempta iuſtificentur eius culpa, vt optimè
explicat *gloſſ. in l. deducta §. ante diem verb. eorum
ff. ad Trebell. ibique Alex ſub num. 3. verſ. vnde ſub-
ſtituendo* vbi reprobat *Cumanum* contrarium ſen-
tientem *Peregrin. de fideic. art. 10. num. 44. verſ. ve-
rum Cumani Mangil. de imput. quæſt. 136. nu. 78. verſ.
contrarium tamen verius eſt, Merlin. de legit. lib. 2.
tit. 2. quæſt. 6. num. 2. & num. 9.* Parique modo non
10 poſſunt in eam imputari aſſerta credita hæredita-
ria, niſi conſtet de illorum exiſtentia, quodque
Mutius illa exegerit, vel ipſorum exactionem ne-
glexerit, itaut propria culpa effecta ſint inexigi-
bilia *l. in quartam 91. vbi DD. ff. ad l. falcid. Surd.
conſ. 472. num. 28. Gratian. diſcept. 215. num. 9. Andr.
dec. 8. num. 4. & Rota in Bonon. Bonorum 18. Martij
1652. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. non
obſtat exceptio*; Adminiſtratio autem cum ab eo
11 facta fuerit nomine, & ad commodum altiſſimæ
Matris, ipſi, non autem Mutio referenda eſt *l. ſi
hæres Teſtamento ff. de act. empt. & l. Item eorum §. ſi
Decuriones ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom.* Rota coram
bon mem. Merlin. dec. 887. num. 3. & 4.

Nec refert, quod ante præfatam alienationem
omnia ſua bona, Iura, & actiones hypothecaue-
rit ad fauorem ſuæ vxoris, quià non inde cenſe-
12 tur legitimam conſumpſiſſe, cùm ad iſtum effe-
ctum non ſufficiat ſola obligatio, & hypotheca
bonorum, ſed vlterius requiratur effectiua aliena-
tio cum actuali tranſlatione Dominij, *Cephal. con-
ſil. 189. num. 19. & ſeqq. Peregrin.* vbi ſupra *art. 39.
num. 8. & 9. Rota coram bon. mem. Merlin d. deciſ. 39.
num. 10. in Romana Vineæ 10. Februarij 1644. coram
R. P. D. meo Bichio §. neque competit circa finem, &
in dicta Peruſina Bonorum coram me §. quia ad effe-
ctum.*

Reſpectu autem legitimæ debitæ Marco-Anto-
nio non obſtat, immò fauet deciſio *in Terracinen.
Bonorum 12. Decembris 1650. coram Eminentiſſimo
D. Cardinali Ottbobono §. minus dici poteſt*, firmans
quod Nicolaus eius hæres, & ſi conſenſerit dictæ
venditioni, cum pretium illius integraliter perue-
nerit ad manus Mutij poſſit nihilominus legitimã
conſequi aduerſus fideicommiſſarium ſuper alijs
bonis, quia ibidem ſimul firmatur, quod conſen-
ſus, & promiſſio Nicolai inducit omnimodam,
& totalem ceſſionem eius iurium ad fauorem em-
ptoris, cuius fauore tranſlatum fuit actuale Do-
minium, itaut idem emptor moleſtari non valeat,
13 quapropter cum ipſe ex illius conſenſu, & pro-
miſſione de euictione hypothecata habeat omnia
eius bona, & iura, ac per conſequens etiam iura
legitimæ ſuo authori debitæ *Anchar. conſ. 101. nu-
mer. 8. Fab. de Ann. conſ. 76. num. 3. & 5. Menoch. con-
ſil. 77. num. primo Card. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 8.
num. 19. Magon. dec. Florent. 10. num. 10.* cum concor
dantibus allegatis in *Anconitana Bonorum 25. Fe-
bruarij 1647. coram R. P. D. meo Bichio §. Rurſus non*
14 *obſtat in fine*; Vtraque ex iure eiuſdem legitimæ
tutus eſt aduerſus fideicommiſſarios, ne ab ipſo
per eos auocetur dominium actualiter ipſius fauo-
re tranſlatum, eidemque nocere non poteſt poſte-
15 rior aſſignatio legitimæ in alijs bonis facta eidẽ
promittenti, cum facta fuerit ipſo emptore, &
poſſeſſore inſcio ad tradita per *Caſtr. in l. facta §.
ſi hæres num. 4. ff. ad Trebell. Oſaſch. dec. 45. nu. 7. Bu-
ratt. dec. 470. num. 5. & 6. Rota in Aſſiſien. Cenſus 23
Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Bichio §. Idem re-
ſpondetur verſ. Eo minus.*

Præterea iuuatur etiam Collegium Iuribus do-
talibus dictæ Altiſſimæ Vxoris fideicommittentis
quæ etiam, vt dictum eſt, dictæ Venditioni ac-
ceſſit, ac de euictione promiſit, habetque pro ſua
16 Dote hypothecata omnia bona eius Viri, cui hy-
pothecæ per ſubſequens illius fideicommiſſum nõ
17 fuit præiudicatum *l. filius familias §. Diui il ſecon-
do ff. de legat. primo l. peto §. Prædium ff. de legat. 2.
Soccin. Iun. conſ. 170. num. 5. lib. 2. Gabr. conſ. 93. nu. 3.
lib. 2. Rota coram ſa. me. Greg. deciſ. 266. num. primo,
& deciſ. 421. num. 3.*

Et ità vtraque &c.

BENEVENTANA IVRISDICTIONIS.

Lunæ 31. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus habet fundatam intentionem in aſſiſten-
tia Iuris ſuper omnimoda Iuriſdictione in locis ſi-
tis intra fines illius Diæceſis, illique mandatum
de manutenendo eſt concedendum, niſi aliquis
alius per Immemorabilem illius Iuriſdictionem
præſcripſerit, quæ tamen Immemorabilis num-
quam dicitur iuſtificata, concurrente dumtaxat
vnico actu in contrarium, & quænam ſint requi-
ſita ad probandam Immemorabilem neceſſaria.
ab hac autem Immemorabili tempus Sedis Epi-
ſcopalis vacantis, & litis eſt detrahendum, & an

lis ſolam Impetrationem Commiſſionis dicatur introducta, & an ab iſta impetratione ſit deſumendum litis initium.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ad probandam Immemorabilem debent eſſe Annorum 54. ante motam litem, dempto tempore Sedis Epiſcopalis vacantis, quando agitur contra Epiſcopum.*

2 *Iuriſdictio quaſi Epiſcopalis, & Territorium ſeparatum à Diœceſi acquiri poteſt per Immemorabilem præſcriptionem.*

3 *Epiſcopus iuſtificata ſituatione locorum intra fines ſuæ Diœceſis habet fundatam intentionem ſuam in perſiſtentia Iuris pro omnimoda Iuriſdictione.*

4 *Teſtes ad probandam Immemorabilem debent attingere Annum 54. dempto tempore litis.*

5 *Immemorabilis excluditur, quando conſtat de initio recenti.*

6 *Impetrans Commiſſionem Iactationis, & Iactationum remanet reus, non Actor.*

7 *Lis vt dicatur introducta requiritur vltra impetratam Commiſſionem, quod ea appareat reproducta præuia Citatione ad dicendum contra.*

8 *Impetrans Commiſſionem poteſt pœnitere, immò pœnituiſſe cenſetur, dum non citauit ad dicendum contra.*

9 *Actus de recenti dum non concludunt neceſſario acquiſitionis initium ſunt compatibiles cum Immemorabili, eique famulantur, adeo quod vtrumq; poſſit allegari.*

10 *Immemorabilis de ſui eſſentia, requirit, quod nihil vmquam fuerit factum, vel dictum in contrarium.*

11 *Teſtes dum conuincuntur mendaces, vel ſaltem deteguntur non benè informati, hoc ſufficit ad excludendam ex eis Immemorabilem.*

12 *Immemorabilis, vt euertatur ſufficit vnicus Actus illi contrarius.*

13 *Scriptura extracta ab Archiuio per Notarium ſucceſſorem in officio optimè probant etiam ſine compulſoria, & citatione partis.*

14 *Notarius ſucceſſor in officio poteſt publicare ſcripturas ſui Anteceſſoris, abſquè compulſoria, & citatione partis, & ſtatur illius aſſertioni, quod ſit Notarius, & Succeſſor.*

15 *Actus Iuriſdictionales exerciti ab Epiſcopo in locis ſitis intra fines illius Diœceſis tamquam habentes Iuris aſſiſtentiam veniunt omnibus alijs præferendi.*

16 *Epiſcopo ſatis eſt, quod etiam minimum actum Iuriſdictionalem exercuerit pro conſeruatione eius vniuerſalis Iuriſdictionis.*

17 *Confeſſio Epiſcoporum non præiudicat Eccleſiæ.*

18 *Teſtis, dum pars contrariam aſſeruit eius depoſitioni in articulis ſuper quibus fuit examinatus, & contra quem omnes alij Teſtes depoſuerunt nullam fidem meretur.*

DECISIO DVI.

COmpleto ad iſtantiam D. Archidiaconi Beneuentani nouo Proceſſu remiſſoriali renouata fuit coram me præcedens controuerſia ſuper pleniaria Iuriſdictione Caſtrorum Cercelli, Collis, Pagani, Forcellati, Montis Vrſini, Sancti Angeli, & Roccatellæ, ſuper quo, & mandatum de manutenendo, & ſententiam diffinitiuam in petitorio Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus Beneuenti à Rota impetrauerat præuijs duabus deciſionibus 13. Maij 1652. & 27. Ianuarij 1653. *coram R. P. D. meo Zarate* emanatis.

Informantes enim pro Archidiacono non reuocabant amplius in dubium ſituationem dd. Caſtrorum in Diœceſi Beneuentana optimè comprobatam tam in dd. deciſionibus ex Teſtibus, Inſtrumentis, & Planta pro D. Archiepiſcopo examinatis, ac reſpectiuè productis, quàm ex ſeptem Teſtibus pro Archidiacono nouiter examinatis, & relatis in *ſecundo Summario D. Archiepiſcopi num. 12. litera A.* ſed acriter contendebant Archidiaconos pro tempore extitiſſe in quaſi poſſeſſione exercendi Iuriſdictionem in dictis Caſtris tam reſpectu Viſitationis, & cauſarum Ciuilium, Criminalium, & Matrimonialium, quàm etiam totius ordinariæ Iuriſdictionis, cum ex dictis ſeptem Teſtibus, quorum ſecundus, & ſextus tantum requiſitam habent ætatem annorum 54. ante motam litem de anno

1 1646. & deducto tempore Sedis Archiepiſcopalis vacantis, quod ad iſtum effectum eſſe deducendũ firmauit *Rota coram Ruratt. deciſ. 673. num. 13.* omneſque vniformiter deponunt cum requiſitis *gloſſ. in cap. 2. verb. memoria de præſcript. in 6. eius Summar. num. 2.* concludenter probetur dicta quaſi poſſeſſio Immemorabilis, quæ etiam corroboratur, tum antiquiſſimis enunciatiuis tercentum ab hinc annis emiſſis in Conſtitutionibus Archiepiſcopalibus anni 1535. *dicto Summar. num. 1.* In Bulla Innocentij Octaui confirmatoria Iuriſpatronatus de anno 1492. *num. 3.* & in alijs Literis Apoſtolicis Pauli Tertij de anno 1540. *numer. 4.* Tum ex confeſſionibus plurium Archiepiſcoporum Beneuenti, Imò & ex pluribus enunciatiuis ipſiuſmet D. Moderni Archiepiſcopi eodem *Summario num. 6. & 7. cum tribus ſeqq.* Tum ex quam plurimis collationibus Beneficiorum factis ab Archidiaconis pro tempore incipientibus ab anno 1485. vſque ad annum 1619. *dicto Summario num. 5.* Tum etiam ex literis patentibus deputationum Officialium, & ex Proceſſibus Criminalibus, ac de vita, & moribus *dicto Summario nu-*

2 *mer. 9. & 12.* Vt propterea potuerit Archidiaconus ex dicta Immemorabili præſertim ità comprobata, Iuriſdictionem acquirere quaſi Epiſcopalem, & Territorium ſeparatum, vt notat *Abb. in cap. cum contingat num. 1. de for. compet. Lotter. de re benef. lib. 1. cap. 24. num. 206.* cum concord. allegatis in *Canen. Collationis Ordinum 26. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio §. Territorium autem, verſic. ex qua ſeparatam.*

Sed his non obſtantibus reſolutum fuit ſententiam rotalem eſſe confirmandam, & eſſe dandum mandatum de manutenendo D. Archiepiſcopo,

3 quia iuſtificata ſituatione dd. Caſtrorum intra fines ſuæ Diœceſis, habet fundatam intentionem ſuam in aſſiſtentia Iuris pro omnimoda Iuriſdictione, *cap. conquærente de offic. Ordin. cap. cum Epiſcopus eod. tit. in 6. can. omnes Baſilica 16. qu. 7. Roman. conſil. 180. num. 4. verſ habet enim Epiſcopus, Federic. de Sen. conſil. 145. num. 6. verſ. Vnde ſi aliquis, Rota deciſ. 243. ſub num. 1. par. 2. deciſ. 368. num. 12. & deciſ. 697. num. 1. par. 8. recent. coram bon. mem. Merlino deciſ. 152. num. 1. & 2. & deciſ. 777. pariter num. 1. & 2. cum alijs allegatis in prima deciſ. D. mei Zarat §. Vndè eam ex prædictis.*

Non obſtat dicta Immemorabilis ex præfatis Teſtibus nouiter examinatis educta.

4 Quia licet DD. viſum fuerit eam non poſſe excludi ſiuè ex lite, vt dicitur introducta anno 1601. quæ efficeret, vt dempto hoc tempore citra decurſo,

curſo, Teſtes non attingerent, vt opus eſt, annum
5 54. ſiue ex quo conſtet de initio per dictas Con-
ſtitutiones anni 1355. nam principium litis non
eſt ſumendum à dicto anno 1601. ſed ab anno
1646. cum tunc impetrata fuerit ſola, commiſſio
Iactationis, & Iactationum, *Summar. D. Archi-*
6 *epiſcopi num.* 8. quæ Impetrantem facit Reum,
non Actorem, *Rota in Placentina Capellaniæ* 8. *No-*
uembris 1602. *coram Card. Pamphilio Seniore* §. *quod*
enim, *& coram Card. Caual. deciſ.* 587. *num. primo*,
7 & nec minus apparet reproducta præuia citatio-
ne ad dicendum contra, vt requiritur ad effectum
8 introducendi litem; Nam alias Impetrans po-
tuit pœnitere, prout pœnituiſſe cenſetur, dum
non citauit ad dicendum contra vt dixit *Rota co-*
ram Buratto deciſ. 138. *num.* 2. *&* 3. *cum ſeqq. In*
Beneuentana Attentatorum 2. *Decembris* 1648. *coram*
R. *P. D. meo Peutingerio* §. *Attentata verò, in Regi-*
nen. attentatorum 12. *Decembris* 1653. *coram R. P. D.*
meo Bichio §. *Secundo quod*, *& in* Romana *Legati*
4. *Iulij* 1642. §. *Primo*, *& per tot. & in Comen. Ca-*
nonicatus 16. *Martij* 1654. *ſub* §. *Licet enim cum ſeqq.*
9 *coram me*; Conſtitutiones verò, quod Archidia-
conus habet Iuriſdictionem non excludunt per-
neceſſe, quod etiam ante habuerit, & ſic cum non
contineat neceſſario acquiſitionis initium, com-
patibiles ſunt cum Immemorabili, eique famu-
lantur, adeoquod vtrumque poſſit allegari *cap.*
cum perſona de priuil. in 6. *ibique gloſſ. in verb. mo-*
nitus, *Rota in Toletana Decimarum* 16. *Martij* 1648.
coram R. P. D. meo Celſo §. *Exhibitio verò, in Aſto-*
ricen. Decimarum. 1. *Iulij* 1652. *coram R. P. D. meo*
Bichio §. *Aduerterunt*, *& in d. Canen. Collationis Or-*
dinum §. *Ad eliciendam verſ. e vindè verò*.

Attamen quia pro parte D. Archiepiſcopi iu-
ſtificantur plures actus iuriſdictionales in Caſtris
controuerſis ab eo, eiuſque Anteceſſoribus exer-
citi ipſius *Summario num.* 1. exinde ſine dubio Im-
10 memorabilis euertitur, quia de eſſentia requirit,
quod nihil vnquam dictum fuerit in contrarium,
vt dixit *Rota coram S. M. Gregor. deciſ.* 51. *num.* 3.
& 4. *ibique Add. litera B. in recent. deciſ.* 284. *n.* 7.
par. 2. *coram bon. mem. Merlin. deciſ.* 554. *num.* 3.
& in Marſicen. Iuriſdictionis 18. *Februarij* 1647. §.
Tandem ſententia verſ. omniſque penitus, *&* 11. *De-*
cembris eiuſdem anni §. *Ad euitandam coram R. P. D.*
11 *meo Bichio*; Quatenus autem prædicti Teſtes Ar-
chidiaconi auſi fuerint contrarium affirmare,
vel conuincuntur mendaces, vel ſaltem deteguu-
tur non benè informati, quod ſufficit ad exclu-
den. ex eis Immemorabilem, vt rectè in terminis
reſpondit *Rota coram S. M. Gregor. dec.* 325. *n.* 18.
cum ſeqq.

Et quamuis nonnulli ex dictis actibus pro D.
Archiepiſcopo adductis patiantur aliquam diffi-
cultatem, nempè mandata relaxata vigore,
obligationis Cameralis, vel contra perſonas ſub-
ditas Archiepiſcopi, & Proceſſus Criminales pro
delictis, quæ non probantur commiſſa in locis
controuerſis.

Cæteri tamen actus viſi fuerunt releuantiſſimi,
videlicet Viſitationes annorū 1521. 1551. 1556.
& 1560. quæ ſunt ante Sacrum Concilium Tri-
dentinum, & aliæ de annis 1575. 1590. & 1592.
dicto ſecundo Summario D. Archiepiſcopi num. 1. ci-
tationes tam in Ciuilibus, quam in Criminali-
bus coram Archiepiſcopis exequutæ in locis con-
trouerſis *primo Summario D. Archiepiſcopi ſub n.* 2.
& num. 3. *litera C.* literæ dimiſſoriales Clericis
horum Caſtrorum ad ordines ſuſcipiendos con-
ceſſæ ab Archiepiſcopis, quas etiam fatentur
Teſtes Archidiaconi, nempè tertius iuxta 13. ibi:
Circa li concorſi delle Chieſe, e le dimiſſorie ad ordini
già l' hò detto, che le faceuano l' Arciueſcoui &c. &
ſeptimus iuxta 11. ibi: *L' ordinationi de' Preti, e*
Dimiſſorie per ordinarſi le faceuano parimente l' Arci-
ueſcoui, e queſto Io la sò, perche Io ancora hò hauuto
la dimiſſoria dal Signor Cardinal Arrigoni già Arciue-
ſcouo &c.

Item condemnatio ad Triremes Thomæ Ga-
gliardi, necnon excommunicatio Proſperi Alde-
rici de Ceccello ob violentam manuum iniectio-
nem in perſonam Ioannis Baptiſtæ Sauoni Dia-
coni dictæ Terræ Cercelli, *dicto Summario D. Ar-*
chiepiſcopi ſub dicta num. 1. *in fine*; Atque execu-
tiones Diſpenſationum Matrimonialium *num.* 6.
Exactiones pro Seminario, contributiones ſubſi-
dij, reuiſiones computorum, concurſus ad Paro-
chiales, ordinationes Clericorum, deputationes
Sacerdotum ad Curam Animarum, & collatio-
nes Sacramenti Confirmationis, alijque actus
ponderati in *dicta prima deciſ. D. mei Zarat ſub* §.
12 *Ceſſantibus itaque*; Iſti enim actus exuberant,
quia ad effectum euertendi, & interrumpendi Im-
memorabilem ſufficit vnicus actus illi contrarius,
Scrader. de feud. par. 10. *ſect.* 20. *numer.* 157. *Bero.*
conſ. 5. *num.* 23. *lib.* 1. *Add. ad S. M. Greg. dec.* 162.
num. 15. *Rota in dicta Marſicen. Iuriſdictionis* 18. *Fe-*
bruarij 1647. *coram R. P. D. meo Bichio d.* §. *Tandem*
ſententia, *verſ. Et vniens*.
13 Scripturæ verò illos comprobantes vti extractæ
ab Archiuio publico Archiepiſcopali per Nota-
rium Succeſſorem optimè probant etiam ſine
compulſoria, & citatione Partis, *Caputaq. deciſ.*
351. *num.* 4. *par.* 2. *Rota coram S. M. Gregor. dec.* 3.
num. 1. *&* 2. *ibique Add. litera A. & coram Buratt.*
14 *deciſ.* 337. *num.* 29. *& deciſ.* 856. *num.* 8. vbi quod
ſtatur illius aſſertioni, quod ſit Notarius, & Suc-
ceſſor.

Indeque excluſa Immemorabili nullius ſunt
releuantiæ enunciatiuæ, Collationes Beneficio-
rum, alijque actus pro Archidiacono ponderati;
Tum quia ſinguli bene tolluntur in *ſecunda deciſio-*
ne D. mei Zarat §. *Nec magis cum ſeqq.* Tum quia
ſcripturæ pro illorum iuſtificatione adductæ non
fuerunt extractæ ab aliquo Archiuio publico, ſed
15 à particularibus Ædibus Archidiaconi; Tum
etiam quia ſemper præferendi ſunt actus Archi-
epiſcopi, quibus arridet Iuris aſſiſtentia, *Innoc.*
in cap. Auditis num. 4. *de praeſcript. Comitul. dec.* 26.
num. 3. *San. Mem. Gregor. deciſ.* 51. *n.* 2. *cum alijs*
allegatis in eadem Marſicen. Iuriſdictionis 26. *Maij*
1651. §. *Non etiam verſ. Verum quia coram Eminen-*
tiſſimo D. Card. Corrado.
16 Quinimo pro conſeruatione eius vniuerſalis
Iuriſdictionis ſufficit D. Archiepiſcopo etiam mi-
nimum actum exercuiſſe *Rota coram Buratt. deciſ.*
912. *num.* 8. *apud Poſth. de manut. deciſ.* 310. *nu.* 9.
& in dicta Marſicen. dicto §. *Tandem ſententia verſic.*
17 *cum pro conſeruatione*. Adductæ autem confeſſio-
nes Archiepiſcoporum Eccleſiæ non præiudicant,
cap. Præſertim de Teſtib. Rota *deciſ.* 290. *num.* 19.
& 20. *par.* 8. *recent. cum alijs allegatis in ſecunda de-*
ciſione D. mei Zarat §. *Ceteri verò*, *verſ. Præter*
quam.

Vlterius addebatur, quod omnes prædicti Te-
ſtes Archidiaconi patiuntur multas releuantes ex-
ceptiones, & ſignanter ſecundus, & ſextus æta-
tem ſufficientem haben. pro probanda Immemo-
rabili redarguuntur de errore; ſecundus enim
affirmat

Digitized by Google

aſſirmat iuxtà octauum Interrogatorium, Archiepiſcopos numquam in dictis locis feciſſe aliquos actus iuriſdictionales, & tamen ipſe interfuit Viſitationi factæ per Archiepiſcopum Palumbaram anno 1596. prout etiam interfuerunt alij, à quibus ipſe aſſeruit audiuiſſe Archiepiſcopos nullos actus ibidem peregiſſe *d. ſecundo Summum. 1. Litera A.* Sextus verò iuxtà nonum aſſe-
18 ruit Archidiaconos feciſſe concurſus, & tamen contrarium deponunt omnes alij Teſtes, atque contrarium articulauit ipſemet Archidiaconus in articulis, ſuper quibus dd. Teſtes fuerunt examinati, cui propterea non creditur *Rota deciſ. 216. num. 4. par. 1. recent. coram Card. Seraph. dec. 437. num. 7. coram San. Mem. Greg. deciſ. 353. num. 2. & in Camerinen. Penſionis 25. Iunij 1640. coram R.P.D. meo Bichio §. Et omnes.*

Circa collationes autem Beneficiorum iterum dixerunt Domini, quod particulariter videatur, vt in *d. ſecunda deciſ. D. mei Zarat. §. vltimo.*

Et ità vtraque &c.

PLACENTINA BONORVM.

Ven. 4. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Primogenitura dicitur inſtituta ex ſubſtitutione à Teſtatore facta de Primogenito in Primogenitum, Subſtitutio proximiorum de Domo, & familia licet regulariter euaneſcat vno ſemel admiſſo proximiore, vbi non adſunt verba tractum temporis ſucceſſiuum denotantia, hoc tamen non procedit ſi ex legitimis coniecturis appareat Teſtatorem voluiſſe perpetuum, & ſucceſſiuum fideicommiſſum ordinatum in caſu, quo Hæres inſtitutus decederet ſine filijs, & abſque Teſtamento expirat condito Teſtamento per Hæredem, licet ſine filijs deceſſerit. Facultas alienandi an ſit compatibilis cum Fideicommiſſo; & quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Primogenitura reſultat ex ſubſtitutione facta de Primogenito, in Primogenitum.*

2 *Subſtitutio facta proximioribus de familia abſque Verbis denotantibus tractum temporis ſucceſſiuum, perpetuitatem, & continuationem regulariter euaneſcit vno ſemel admiſſo.*

3 *Limita hoc non procedere, ſi ex verbis Teſtamenti, vel ex legitimis coniecturis appareat Teſtatorem etiam ad vlteriores proximiores ſuam voluntatem extendiſſe, & inter omnes voluiſſe ſucceſſiuum ordinare fideicommiſſum.*

4 *Subſtitutio proximiorum de familia non euaneſcit in primo admiſſo, nec reſtringitur ad ſolus deſcendentes illius per lineam directam, ſed omnes Proximiores etiam per tranſuerſum illorumque Deſcendentes comprehendit, quando ex legitimis coniecturis apparet Teſtatorem voluiſſe inter omnes ſucceſſiuum ordinare fideicommiſſum.*

5 *Proximiores cenſentur perpetuò, & ſucceſſiuè vocati per Fideicommiſſum, quando Teſtator voluit eius bona ſemper remanere apud Proximiores de Primogenito in Primogenitum.*

6 *Subſtitutio proximiorum non expirat in primo admiſſo quando Teſtator illos vocauit per dictionem ſemper.*

7 *Proximiores vbi fuerunt à Teſtatore vocati in numero plurali illorum ſubſtitutio non expirat in primo admiſſo.*

8 *Proximiores, vbi fuerunt vocati cum denominatione de Domo, & familia, hoc oſtendit illos non fuiſſe à Teſtatore conſideratos tamquam Perſonas particulares propter ſe, ſed propter Parentelam, Agnationem, & familiam ſuam.*

9 *Dictio* vt ſupra *repetit nedum qualitatem præcedentium ſubſtitutionum, ſed etiam numerum perſonarum, ita vt ſicut fuit perpetua, & indefinita ſubſtitutio antecedens, ita ſubſequens cenſeatur.*

10 *Proximiores quando fuerunt vocati, & prima linea vix fuit capta, quia primus admiſſus deceſſit ſine liberis, tunc facilius admitti debet vocatio ſecunda linea, ſiue expreſſa ſit, ſiue veniat in neceſſariam conſequentiam expreſſarum.*

11 *Dictiones* tunc & eo caſu *efficiunt quidem, vt proximiores intelligantur vocati, qui de tempore purificatæ conditionis tales fuerint, ſed non reſtringunt illorum vocationem ad primos, ita vt vlteriores illis defectis ſuccedere non valeant.*

12 *Declara hoc tantum procedere, dum ex verbis, totoque Teſtamenti contextu colligitur Teſtatorem voluiſſe etiam vocare ſubſequentes proximiores, illorumque deſcendentes etiam per tranſuerſum.*

13 *Dictiones* tunc in eo caſu *regulantur à veriſimili mente Teſtatoris.*

14 *Verba, quæ alias poſſent recipere poſſibilem intellectum de ſucceſſione reciprocè inter Perſonas vnius lineæ trahuntur etiam ad reciprocam inter lineas diuerſas propter neceſſitatem implendi voluntatem Teſtatoris.*

15 *Iudex cenſetur condemnare pro vt de Iure.*

16 *Verba ſententiæ recipiunt interpretationem ex Iure.*

17 *Immiſſio cenſetur à Iudice conceſſa pro illa dumtaxat portione, pro qua fuit actum.*

18 *Fideicommiſſum ordinatum in caſu, quo hæres inſtitutus, vel ſine filijs decederet, vel abſque Teſtamento, expirat condito Teſtamento, & excluſus remanet ſubſtitutus.*

19 *Legitima debetur filio libera ab omni onere, nec ſuper ea poteſt ordinari fideicommiſſum.*

20 *Alienationis prohibitio per Fideicommittentem ad certum tempus reſtricta eo elapſo non cenſetur permiſſa, ſed durat prohibitio legalis ex fideicommiſſo reſultans.*

21 *Alienatio per Fideicommittentem hæredi prohibita, niſi inter filios, & deſcendentes, cenſetur reſpectu filiorum, & deſcendentium permiſſa.*

22 *Alienandi facultas à Teſtatore permiſſa fauore certarum Perſonarum eſt compatibilis, cum Fideicommiſſo, quod videtur conceptum ſub conditione, ſi non ſequatur alienatio, vel reſtringitur ad bona, quæ non fuerunt alienata.*

23 *Alienatio facta in perſonas a Teſtatore contemplatas, perinde eſt, ac ſi ab ipſomet Teſtatore facta fuiſſet.*

24 *Legitima non trahitur ex Fideicommiſſo particulari.*

25 *Detractio legitimæ tanto minus per fideicõmittentem cenſetur prohibita, dum nec etiam fuit prohibita alienatio, immò expreſsè fauore certarum Perſonarum permiſſa.*

26 *Immiſſio ex fideicommiſſo claro, & probato ne impediatur ex antiquiori Fideicõmiſſo ſatis eſt, quod illius exceptio reddatur turbida.*

27 *Identitas Bonorum fideicommittentis optimè probatur ex Inuentario confecto ab eius Herede grauato*

DECISIO DVII.

SEntentia rotali pronunciatum fuit purificatas eſſe ad fauorem Nicolai Hieronymi filij Primogeniti q. Antonij Primogeniti q. Alphonſi de Ferrarijs Primogenituras inſtitutas anno 1557. à Ioſepho, & Anno 1606. à Nicolao I. C. eiuſdem fami-

familię, atque ad eiuſdem pariter, & Caroli ſui fratris fauorem, purificatum eſſe fideicommiſſum vniuerſale ab eodem Nicolao inſtitutum dicto Anno 1606. & ſic eidem Nicolao Hieronymo vigore dd. Primogeniturarum dandam eſſe Immiſſionem in poſſeſſionem omnium Bonorum illis ſubiectorum, & ſignantèr in poſſeſſionem vnius Prędij in vocabulo *la Caſa de' Gobbi* perticarum in totum 239, ſiti in pertinentijs Momiliani, & Roneti ſubiecti Primogenituræ Ioſephi, & vigore præfati fideicommiſſi vniuerſalis dandam eſſe Immiſſionem Nicolao Hieronymo, & Carolo eius Fratri in omnibus bonis illi ſuppoſitis pro duabus ex quinque partibus pro indiuiſo. Cumque coram me dubitaretur an ſententia totalis eſſet confirmanda, vèl infirmanda, confirmandam eſſe modo, vt infra reſponſum fuit, quia non controuertitur eius validitas, & Iuſtitia optimè comprobatur ex deductis in *deciſionibus coram R. P. D. meo Zarate emanatis 16. Iunij* 1653. *&* 16. *Martij* 1654.

Exiſtentia enim Primogeniturę Ioſephi ex eius Teſtamento reſultat, in quo inſtituto hæredè Bartholomeo eius Nepote ex Manfredo fratre illi ſubſtituit omnes illius deſcendentes de Primogenito in Primogenitum, quibus omnibus defectis vocauit Clementem eius Conſobrinum, & deinde eius Primogenitum maſculum ex legitimo matrimonio procreatum, & ſic deinceps omnes eius filios, & deſcendentes de Primogenito in Primogenitum, illiſque defectis ſubſtituit proximiores de Domo, & familia illorum de Ferrarijs eiſdem modo, & forma, vt ſupra de Primogenito
1 in Primogenitum *Sum. Nicolai Hieronymi num.* 1. Inde enim reſultare Primogeniturani vltra auctoritates adductas in prima *deciſ. D. mei Zarate* §. *Exiſtentia autem reſpondit* Rota *in Saonen. hæreditatis* 14 *Iunij* 1628. *coram bo.me. Card. Vbaldo in recent. deciſ.* 185. *num.* 2. *par.* 5.

Purificatio autem illius ad fauorē Nicolai Hieronymi benè conuincitur, ex quo poſt mortem Bartholomei primi vocati ſine deſcendentibus maſculis ſucceſſit Clemens Conſobrinus, qui hoc Iure Anno 1573. obtinuit Inueſtituram dicti Prædij *delle Caſa delli Gobbi d. Sum. num.* 5. & curauit ſe ità deſcribi in Libro æſtimi *num.* 6. cui ſucceſſit Iulius Cæſar vnicus filius, per cuius obitum ob prędeceſſum Clementis Iunioris eius filij Ioſeph alter filius illius præfatam Primogenituram fuit conſequutus, iſtoque ſine filijs defuncto Anno 1615. & d. Primogenitura fuit aperta ad fauorē Pauli Iunioris Primogeniti alterius Pauli q. Antonini tanquàm proximioris de Domo, & familia de Ferrarijs, per cuius mortem ſine filijs ſequutam anno 1648. *eod. Sum. num.* 10. ſuccedere debet dictus Nicolaus Hieronymus Primogenitus Antonini Primogeniti quondā Alphonſi, & modo proximior de eadem Domo, & familia.

Nullatenus ſubſiſtente, quod vocatio proximioris expirauerit in Paulo vlt. Poſſeſſore qui tanquam proximior defectis deſcendentibus admiſſus fuerat anno 1615.

Quamuis enim regulariter vocatis ſimpliciter
2 proximioribus de familia abſque verbis denotantibus tractum temporis ſucceſſiuum perpetuitatem, & continuationem, vno ſemel admiſſo ſubſtitutio penitus euaneſcat vt tradunt *Gabr. conſ.* 106. *num.* 29. *lib.* 2. *Decian. reſponſ.* 10. *num.* 19. *verſ. concludo ergo lib.* 3. *Cephal. conſ.* 447 *num.* 11. *&* 12. *lib.* 3. *Peregr. conſ.* 30 *num.* 8. *verſ. & finitum foret fideicommiſſum & conſ.* 55. *ſub num.* 9. *verſ. Quoniam ſemel admiſſo lib.* 4. *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *num.* 34. *Rota in recent. deciſ.* 436. *num.* 5. *par.* 1, *& deciſ.* 376. *num.* 5. *&* 6. *par.* 5. Attamen ſi ex verbis Teſtamenti, vel ex
3 legitimis coniecturis appareat Teſtatorem etiā ad vlteriores proximiores ſuam voluntatem extendiſſe, & inter omnes voluiſſe ſucceſſiuum ordinare fideicommiſſum, tunc vocatio non euaneſcit
4 in primo admiſſo, nec reſtringitur ad ſolos deſcendentes illius per lineam directam, vt voluerunt *Soccin. Iun. conſ.* 188. *num.* 7. *verſ. ſed eo ſtante lib.* 5. *Menoch. conſ.* 489. *nu.* 3. *Peregr. conſ.* 47. *n.* 19. *lib.* 1. *& Fuſar. conſ.* 17. *n.* 34. Sed omnes proximiores etiam per tranſuerſum illorumque deſcendentes comprehendit, vt præter auctoritates allegatas in 2. *deciſ. R. P. D. mei Zarat.* §. *In reliquis verò verſ. Nam in præſenti* reſpondit *Rota in recent. deciſ.* 125. *num.* 9. *verſ. vlterius caſui noſtro, & deciſ.* 266. *nu.* 12. *par.* 1. *recent.* cum alijs relatis in puncto *in Bonon. Primogenituræ* 1. *Iulij* 1654. *coram bon. me. Bichio* §. *Quoties Teſtator verſ. vel adſunt verba idemque admiſſum fuit in Auximana fideicommiſſi de Tibaldinis* 5. *Iunij* 1651. *coram me* §. *quia contraria ſententia.*

In caſu enim noſtro adſunt verba denotantia perpetuitatem, continuationem, & tractum ſucceſſiui temporis ex prohibitione alienationis, cum
5 finalis intentio fuerit, quod eius bona ſemper remanerent de Primogenito in Primogenitum, quę verificari non poſſet niſi admitteretur perpetua, & ſucceſſiua proximiorum vocatio vt in *d.* 2. *deciſ.* §. *accedunt*, & in terminis ponderato verbo,
6 *ſemper* pluribus allegatis probat *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 372. *num.* 56. ex quo vocati fuerunt proxi-
7 miores in numero plurali, vt tradit *Peregrin. de fideicom. art.* 9 *ſub num.* 16. *verſ. & in fideicom. re-*
8 *licto propinquioribus*. Ex addita denominatione de domo, & familia illorum de Ferrarijs, quæ oſtendit proximiores non fuiſſe conſideratos tanquam perſonas particulares propter ſe, ſed propter parentelam, agnationem, & familiam ſuam vt benè probat *Petr. de Ancharan. conſ.* 27. *ſub num.* 6. *verſ. Et hanc eius mentem fuiſſe*, quem ſequuntur *Dec. conſ.* 516. *ſub num.* 16. *verſ. Et facit* quod in ſimili, & optimè *Mandell. Alb. conſ.* 51. *num.* 12. 13. *&* 14. Et demum quia proximiores in numero plurali vocati fuerunt cum dictionibus relatiuis ad antecedentes ſubſtitutiones ibi: *Et ità inſtituo, & ſubſtituo hæredes proximiores de domo, & familia illorum de Ferrarijs his modo, & forma, vt ſupra diſpoſui*. Dictio enim *vt ſupra* repetit nedùm
9 qualitatem præcedentium ſubſtitutionum, vt firmatur in *deciſ. d.* §. *in reliquis*, ſed etiam numerum perſonarum, vt ſcilicet ſicut fuit perpetua, & indefinita inſtitutio, & ſubſtitutio præcedens tàm Bartholomei, quam Clementis, ità etiam perpetua, & indefinita intelligatur vocatio omnium proximiorum de d. domo, & familia, vt in terminis ità benè arguit poſt alios *Mandell. Alb. d. conſ.* 51. *num.* 15. *&* 16. Cumque verſemur in ſecunda linea proximioris, & prima vix fuerit cepta
10 quia Paulus deceſſit ſine filijs facilius induci debet illius vocatio, ſiuè expreſſa ſit, ſiuè veniat in neceſſariam conſequentiam expreſſarum *Menoch. conſ.* 37. *num.* 8. *lib.* 3. *& conſ.* 152. *num.* 4. *lib.* 5. *Aldebr. conſ.* 94. *num.* 23.

Neque vrgent dictiones *tunc, & eo caſu*, quibus concepta fuit vocatio proximiorum; quia effi-
11 ciunt quidem vt proximiores intelligantur vocati, qui

Digitized by Google

ti, qui de tempore putificatæ conditionis tales
fuerint vlterioribus excluſis, ſed non reſtringunt
illorum vocationem ad primos, itaut vlteriores
12 illis defectis ſuccedere non valeant, dum ex ver-
bis totoque teſtamenti contextu colligitur Teſta-
torem etiam voluiſſe vocare ſubſequentes proxi-
miores, illorumque deſcendentes etiam per tranſ-
13 uerſũ, ſimiles enim dictiones regulantur à veriſi-
mili mente Teſtatoris, *Menoch. conſ.* 117. *num.* 29.
Surd. conſ. 344. *nu.* 13. & alij relati per *Barboſ. dict.*
409. *nu.* 9. & in ſimili, quod verba, quæ alias poſ-
ſent recipere poſſibilem intellectum de ſucceſſio-
14 ne reciprocè inter perſonas vnius lineæ trahantur
etiam ad reciprocam inter lineas diuerſas propter
neceſſitatem implendi volũtatem Teſtatoris *Aym.
conſ.* 130. *ſub num.* 6. *verſ. Itaque vt voluntas Pariſ.
conſ.* 30. *num.* 22. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 164. *numer.* 9.
lib. 3. *Laderch. conſ.* 169. *num.* 3. *Surd. conſ.* 96. *nu.*
15. *Rota in rec. deciſ.* 319. *num.* 1. & 2. *par.* 1. &
in Romana fideicom. de Zephiris 8. *February* 1647.
coram bo. me. Bichio §. 2. *niſi verſ. quando autem vo-
luntas.*

Non obſtat, quod ſententia rotalis concedens
Immiſſionem indefinitè in pnſſeſſioucm Prædij
perticarum in totum 239. ſit exceſſiua, cùm non
deberetur, niſi pro medietate ad Ioſephum ſpe-
ctante. Quia d. verba *perticarum in totum* 239. in-
telligi debent demonſtratiuè ad deſignan. quanti-
tatem perticarum non autem taxatiuè ad oſten-
dendum, quod integrum Prædium fuerit ſub Im-
miſſione comprehenſum. Cùm enim Iudex cen-
15 ſeatur condemnare prout de Iure, à quo verba
16 ipſius ſententiæ recipiunt interpretationem, cen-
17 ſetur vtique ſub eius verbis comprehenſa ſolum
præfata medietas cadens ſub d. Primogenitura,
cuius vigore actum fuit *l. miles &c.* §. *decem ff. de
re iud. Angel. Aretin conſ.* 95. *num.* 13. *& ſeqq. Aym.
conſ.* 74. *num.* 9. *Rota coram ſan. mem. Greg. deciſ.*
74. *num.* 7. *& deciſ.* 176. *num.* 3. *coram Buratt. de-
ciſ.* 240. *num.* 19. *in Anconitana Cenſuum* 11. *De-
cembris* 1641. §. *Quia quoad ratam, in Firmana Co-
dicillorum* 1. *Martij* 1649. §. *Quia cum legitima, &
in Bonon. fideicom. Bartholomei de Bolognini*s 29. *No-
nembris* 1655. §. *nil refragante coram me.*

Exiſtentiæ verò, & purificationi Primogeni-
turæ Nicolai I. C. nnn obſtat, quod ipſe non vo-
cauit ſimpliciter Primogenitum proximiorem le-
gitimum, & naturalem de legitimo matrimonio
ſed addiderit ibi: *Et ex muliere paris conditionis,
ſeu parum inæqualis natum*; quia huiuſmodi quali-
tas probatur tùm ex teſtamento Antonini appel-
lantis Luciam Moentinam eius Vxorem, & Ma-
trem Nicolai Hieronymi Actoris Illuſtrem eius
Summ. num. 12. Tùm ex fide plurium Ciuium Ci-
uitatis Placentinæ etiam Sacerdotum atteſtan-
tium familiam de Moentinis eſſe æqualis condi-
tionis familiæ de Ferrarijs *num.* 18. vt firmatur in
d. 2. *deciſ. D. mei Zerat.* §. *vlt.* nec obſtat contra-
ria fides *Summ: Gaſparis num.* 2. quia ſolum conti-
net, quod exiſtentes hodie de familia Moentina
exercent officium Prioris, & Notarij, nec pro
nobilibus habentur, ſed non dicitur, quod fa-
milia de Ferrarijs ſit nobilior, imò ex ſcripturis
relatis in *d. Summ. Nicolai Hieronymi num.* 19. ap-
paret familiam Ferrariam, nempè Manfredum,
& Antoninum Seniores filios Gabrielis fuiſſe Fa-
bros argentarios, è conuerſo verò ex Cronicis
relatis ſub *d. nu.* 18. conſtat familiam Moentinam
fuiſſe nobilem, vnde qualitas à Teſtarore requiſi-
ta concurrere videtur in Nicolao Hieronymo.

Non obſtat, quod excepto Prædio *della Caſa
delli Gobbi* perticarum 239. per Bartholomeum
Patrem Ioſephi acquiſito, omnia alia bona ex dd.
Primogenituris, & fideicommiſſo prætenſa ſint
ſubiecta antiquioribus fideicommiſſis dd. quon-
dam Manfredi, & Antonini Seniorum.

Quoniam fideicommiſſum Manfredi excludi-
tur, quia collatum legitur ſub conditione alter-
natiua, quatenus hæredes inſtituti, vel eorum fi-
lij, & deſcendentes deceſſerint in pupillari ætate,
vel poſtea quandocunque ſine filijs, & deſcen-
dentibus maſculis legitimis, & naturalibus, vel
ſine teſtamento *Summ. reſponſionis Nicolai Hierony-
18 mi num.* 4. Vndè cum Ioſeph eius Nepos deceſſe-
rit condito teſtamento continente ſupradictam
Primogenituram euanuit prorſus ſubſtitutio, ſeu
fideicommiſſum illi factum, & excluſi remanſe-
runt ſubſtituti ex fideicommiſſo Manfredi ſucce-
dere prætendentes, vt in terminis *Capr. conſ.* 2.
num. 27. *verſ. nihilominus non venit Honded. conſ.*
78. *num.* 28. *lib.* 1. *cum alijs allegatis per Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.* 455. *num.* 17.

19 Fideicommiſſum verò Antonini nec etiam re-
leuare videtur ſiuè quia Nicolao I. C. eius filio,
qui Primogenituram, & Fideicommiſſum con-
ſtituit debebatur legitima libera ab omni onere
l. omni modo C. de in offic. Teſtam. ſiuè etiam quia
expreſſam facultatem tradidit grauatis alienandi
inter ſuos filios, & hæredes, illorumque deſcen-
dentes, & illos de Domo, de Ferrarijs, & agna-
tione, & familia ſua *dicto Summario reſponſionis
Nicolai Hieronymi num.* 1. quidquid enim ſit in
prohibitione alienationis ad certum tempus per
Teſtatorem reſtricta, an ſcilicet eo elapſo per-
20 miſſa videatur, vel potius duret prohibitio lega-
lis ex fideicommiſſo reſultans, quam ſecundam
partem probauit *Rot. in Romana fideicommiſſi de Pa-
latijs* 25. *Iunij* 1646. *coram bo. me. Arguellei* §. *Exe-
cuit mirum cum ſeqq.* vbicunque tamen (prout hic)
21 expreſſa datur à Teſtatore facultas alienandi fa-
uore certarum perſonarum, quæ optimè reſultat
ex illis verbis ibi: *niſi inter ipſos filios, & hæredes
meos, & eorum deſcendentes &c.* vt latè probat
Grattan. diſcept. foreaſ. cap. 416. *num.* 3. & admiſit
Rota in Caietana Bonorum 3. *Decembris* 1646. *coram
22 me* §. *pro quorum verſ. quidquid enim ſit*; huiuſmo-
di facultas compatibilis eſt cum fideicommiſſo
quod videtur conceptum ſub conditione ſi non
ſequatur alienatio, vt reſpondit *Rota in Romana
fideicommiſſi* 24. *February* 1620. *coram bon. me. Pi-
rouano in recent. deciſ.* 186. *num.* 3. & 4. *par.* 8. vel
reſtringitur ad bona, quæ non fuerunt alienata
ex plenè probatis in *Sanctis Seueriat fideicommiſſi*
25. *Iunij* 1646. §. 1. *verſ. quia licet, &* 14. *Decem-
bris eiuſdem anni in princ. coram* R. *P. D. meo Vero-
23 ſpio*, ſed facta alienatione inter perſonas à Te-
ſtarore contemplatas, perinde eſt ac ſi ab ipſomet
Teſtatore facta fuiſſet ad *Text. in l. vnum ex fami-
lia* §. *ſi de falcidia ff. de legat.* 2. *quem in his terminis
expenduat Soccin. Sen. conſ.* 114. *num.* 3. *lib.* 3. *Aym.
conſ.* 144. *ſub num.* 1. *verſ. ad idem adduco, Tira-
quell. de leg. connub. gloſſ.* 8. *num.* 184. *verſ. monetur
quia Gratian. d. cap.* 416. *num.* 2. *Rota dec.* 446. *n.* 1.
*in fine verſ de cuius validitate dubitari non poteſt
par.* 1. *recent.*

Non obſtante, quod ex dicta prohibitione alie-
24 nandi reſultare videatur fideicommiſſum parti-
culare, ex quo non detrahitur legitima, quia
hoc penitus ceſſat, & ex quo fauore Deſcenden-
25 tium, & aliorum de Domo de Ferrarijs nedum

non

non eſt prohibita ſed expreſsè permiſſa alienatio,
& ſic tanto certius detractio legitimæ firma te-
manente in reliquis vocatione ad eorundem de-
ſcendentium,& aliorum de dicta familia,& agna-
tione.

Et ceſſat quælibet hæſitatio, quia ex præfatis
26 ſaltem turbida redditur exceptio dd. antiquio-
rum fideicommiſſorum, quod ſufficit ne impe-
diri poſſit immiſſio debita ex alio fideicommiſſo
dicto, & probato vt reſpondit Rota *deciſ. 520. nu.
3. cum ſeqq. par. 3. deciſ. 258. num. 8. & 9. par. 5.
& deciſ. 67. num. 25. & 26. par. 6.*

Identitas autem Bonorum Nicolai ſatis pro-
27 batur ex inuentario confecto à Paulo eius hære-
de grauato de anno 1609. vt reſponſum fuit in *Bo-
non. Bonorum, ſeu fideicommiſſi de Sanctis 17. Maij
1647. coram R. P. D. meo Bichio §. Identitas autem*
exceptis tamen bonis, quæ ab eodem Paulo an-
nis ſequentibus acquiſita fuerunt, de quibus *in
Summ. Bartholomei Falconi num. 5. cum ſeqq.* vt de-
ducitur *in prima deciſ. §. finali*.

Et ità omnibus informantibus &c.

ROMANA, SEV IANVEN. PRÆTENSÆ
Nullitatis Profeſsionis.

Luna 7. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus litis debentur concurrente
inſimul paupertate, & præſumptione boni Iuris.
Paupertas autem probatur per Teſtes deponentes
de ſumma egeſtate, qui ad hunc effectum coarcta-
rēt negatiuam dicendo aliter eſſe non poſſe quin
ipſi ſcirent, cui tamen æquipollent ſi dicant ſe
eſſe bene informatos. Præſumptio autem boni
Iuris oritur ex ſententia fauorabili, quamuis per
appellationem ſuſpenſa, dumodo non ſit notoriè
nulla, quæ pariter præſumptio, concurrit in fratre
agente pro alimentis aduerſus fratres eius renun-
ciatarios pendente lite ſuper petitione hæredi-
tatis paternæ, quæ tamen alimenta veniunt regu-
landa iuxta quantitatem Patrimonij controuerſi,
& non conſtito de hac quantitate debet ſubmini-
ſtrari aliqua ſumma in cauſam per Iudicem de-
clarandam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes videntur coarctare negatiuam etiam ſi non exprimant aliter eſſe non poſſe, quin ipſi ſcirent, dum dicunt ſe eſſe bene informatos.*

2 *Præſumptio boni Iuris ad effectum conſequendi alimenta, & ſumptus litis oritur ex ſententia fauorabili, quamuis per appellationem ſuſpenſa.*

3 *Præſumptio boni Iuris aſſiſtit fratri petenti alimenta ab eius fratribus renunciatarijs pendente lite ſuper petitiõne hæreditatis Parentum.*

4 *Filius ſi de filiatione non dubitetur, habet præſumptionem boni Iuris pro conſequendis alimentis contra hæreditatem Parentum.*

5 *Sententia eſt notoriè nulla non purificata conditione adiecta in commiſſione.*

6 *Sententia notoriè nulla non producit præſumptionem boni Iuris ad effectum obtinendi alimenta, & ſumptus litis.*

7 *Alimenta, & ſumptus litis veniunt regulanda iuxta quantitatem Patrimonij controuerſi ideoque dum de hac non conſtat ſubminiſtranda eſt de ſtylo Rotæ certa quantitas in cauſam declarandam.*

DECISIO DVIII.

COmmiſſa mihi cauſa appellationis interpoſitæ
à die habitæ notitiæ per DD. Marchionem
Lazzatum Mariam, & Io. Baptiſtam ab Auria
aduerſus ſententiam in Curia latam fauore D.
Abbatis Dominici Mariæ illorum fratris ſuper
nullitate, & inualiditate profeſſionis per eum
emiſſæ in Ven. Congregatione Caſſinen. tanquam
meticuloſæ, petebat iſte ſibi ſubminiſtrari alimen-
ta, & ſumptus litis in menſtruis ſcutis 150. quia
de ipſius paupertate deponunt duo Teſtes relati
in eius *Summ. num. 7.* teſtificantes eius ſummam
1 egeſtatem, qui proinde videntur coarctare nega-
tiuam etiamſi non exprimant aliter eſſe non poſ-
ſe, quin ipſi ſcirent, cum ad hunc effectum æqui-
pollens ſit, quod dicant ſe eſſe benè informatos,
vt reſpondit. *Rota in Cuſentina Penſionis 29. Maij
1596. coram Litta apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1.
fol. 629. ante finem verſ. ſicut etiam non obſtare coram
ſan. mem. Gregor. deciſ. 325. ante num. 6. ibiq; Add.
num. 27. & in Maioricen. celebrationis Miſſarum 28.
Iunij 1652. coram R. P. D. meo Bichio §. quod etiam
2 verſ. Id quod in teſte.* Et præſumptio boni Iuris
reſultat tum ex d. ſententia quamuis ſuſpenſa per
appellationem *Abb. in cap. quoniam contra num. 19.
& ſeqq. de probat. ibique Felin. numer. 21. cum alijs
allegatis in Fanen. Dotis 20. Nouembris 1641. coram
3 me §. præſumptio*, Tùm etiam quia petuntur ali-
menta à fratre contra fratres eius renunciatarios,
& pendente lite ſuper petitione hæreditatis Pa-
rentum, contra quam filius, ſi de filiatione non
4 dubitetur, prout hic, pro illis conſequendis habet
præſumptionem boni Iuris *l. in ſuis 11. ff. de liber.
& poſthum. l. nam etſi Parentibus 15. ff. de inoffic. te-
ſtam. l. ſcripto 7. §. 1. ff. vnd. liber. Mareſcott. var.
reſol. lib. 2. cap. 83. num. 18. Rota in recent. dec. 255.
numer. 22. cum duob. ſeqq. par. 6. & in Anconitana
Alimentorum 4. Iunij 1646. coram bon. me. Arguelles
§. præſumptio etiam verſ. & maximè.* Cumque aga-
tur de opulentiſſima hæreditate modica ſit prędi-
cta quatitas menſtruorum ſcutorum 150. præſer-
tim ob exceſſiuas expenſas in hac lite faciendas,
in qua ſunt examinandi Teſtes in diuerſis locis
etiam valdè remotis.

E contra verò dicebatur, paupertatem excludi
ex quo Abbas à ſuis fratribus conſequitur men-
ſtrua ſcuta 18. & B. 20. circiter, ac obtinet Ab-
batiam redditus conſimilis, quod tamen negat
Abbas, offerens omnia cedere fratribus, dum-
modo ſibi ſumptus litis ſubminiſtrentur; pręſum-
ptionem verò boni Iuris ex ſententia deſumptam
ceſſare, cum ſit notoriè nulla ob non imple-
tam conditionem adiectam in commiſſione
primis Iudicibus directa ibi: *Dummodo quinquen-
nium non eſſet elapſum, & Profeſſionem tacitè, vel
expreſsè non ratificauerit*, qua non purificata ſenten-
5 tia remanet notoriè nulla, vt in terminis deciſum
fuit in *Iannen. Profeſſionis 28. Iunij 1645. coram R.
6 P. D. meo Meltio §. tertio* & ſic non producit præ-
ſumptionem boni Iuris *Card. Caual. deciſ. 467. nu.
2.* Atque hæreditatem eſſe tenuem grauatam plu-
ribus debitis.

Verum quia ſatis probata nõ videbatur quan-
titas patrimonij controuerſi, à qua prædicta re-
7 gulanda ſunt, DD. pro nunc reſoluerunt deberi d.
Abbati dictam menſtruam præſtationem ſcutor.
18. & b. 30. tam pro decurſis, & non ſolutis,
quàm pro decurrendis in futurum, nec non alia
ſcuta biſcentum in cauſam per Rotam declaran-
dam, vt de ſtylo Rotæ antiquo teſtatur *Madern.
Rubeus in ſuis ſingular. par. 2. verb. lis §. 7. fol. mihi 65.*

Et ità vtraque &c.

Digitized by Google

BONONIEN. BONORVM.

Luna 7. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Attentata omnia in primis veniunt reuocanda. Dicuntur autem attentata omnia geſta tam præcedenter tempore illegitimo, quam poſt commiſſam cauſam, & præſentatam inhibitionem, nõ autem geſta antea tempore legitimo ſtante reſcripto ſignaturæ, cum facultate manutenendi, quem de Iure, & quid operetur huiuſmodi reſcriptum. Continuatio poſſeſſionis, quando excuſet ab attentatis, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Attentata dicuntur omnia geſta poſt commiſſam cauſam, & præſentatam legitimè Inhibitionem, ideoque ante omnia ſunt reuocanda.*

2 *Clauſula cum facultate manutenendi, quem de Iure in reſcripto commiſſionis appoſita aperatur vt tamquam attentata non irritentur ea, quæ ante commiſſionem, & præſentatam inhibitionem ritè, & rectè geſta fuerunt.*

3 *Secus autem quo ad ea, quæ vel præcedenter geſta fuerunt tempore illegitimo, vt poſt ſignatam commiſſionem peracta fuerunt.*

4 *Continuatio poſſeſſionis eſt licita, quando quis continuat per viam priuatæ facultatis non autem mediante facto Iudicis.*

5 *Continuare intendens ſuam poſſeſſionem iudicialiter non poteſt redire ad Iudicem à quo, ſed debet adire Iudicem appellationis.*

6 *Clauſula cum facultate manutenendi, quem de Iure in reſcripto commiſſionis appoſita, operatur, vt in Iudicium appellationis tranſlata dicatur cognitio controuerſæ poſſeſſionis præcedentis eiuſque releuantiæ, & continuationis.*

DECISIO DIX.

OMnia geſta per Cæſarem, & eius filios de Graſſijs tam in partibus, quàm in Curia coram Iudice à quo poſt commiſſam Cauſam in Rota, & Inhibitionem rotalem illis legitimè præſentatam 28. 29. & 30. Iunij 1655. propoſito Dubio
1 dixerunt Domini eſſe attentata, & reuocanda ex vulg. *cap. non ſolum de appell. in 6*, cum alijs allegatis in *Bonon. Attentatorum* 18. *Iunij* 1646. *coram me*, & paſſim in alijs.

Nec ab huiuſmodi attentatis excuſantur ex clauſula *cum facultate manutenendi quem de Iure*, appoſita in commiſſione appellationis Rotæ directa.

2 Quia licet mediante hoc reſcripto non irritentur ea, quæ prius tempore legitimò ritè, & rectè geſta fuerunt, vt reſpondit *Rota in Bononien. Bonorum de Barzellinis* 20. *Nouembris* 1634. *coram bon. mem. Buccabella in recent. deciſ.* 305. *num.* 15. *verſ. Quoad exequutionem iam factam par.* 6. *in Auenionen. Attentatorum* 10. *Iunij* 1648. *coram R. P. D. meo Celſo §. In ſecundo verò caſu, & in Anconitana Saluiani* 1. *Iulij* 1650. *coram Eminentiſſimo D. Card.*
3 *Corrado §. Quoniam illa*; Annullantur tamen, atq; attentatorum vitio irritantur tàm præcedenter geſta tempore non legitimo, vt admittitur in *dicta Bononien. de Barzellinis, & in Romana Vineæ* 30. *Maij* 1644. *coram Reuerendiſſimo D. Tarraconen. §. Minus obſtat adducta, & in Romana Saluiani* 1. *Iulij* 1648. *coram Eminentiſſimo D. Cardinali Otthobono §. Minus obſtat, verſ. Et certiora*; Quàm omnia peracta poſt ſignatam Commiſſionem, *Card. Caual. deciſ.* 615. *num.* 1. *& per tot. Rot. in dicta Auenionen. Attentatorum coram D. meo Celſo dicto §. In ſecundo verò caſu, verſ. Et propterea impedit, & in dicta Anconitana Saluiani coram D. Card. Corrado, §. Quoniam illa, verſ. ſed operatur ex nunc, & in Monopolitana attentatorum* 13. *Februarij* 1651. *coram eodem ſub §. Quæ ſanè concluſio.*

Itaue nec releuet prætextus cõtinuationis poſſeſſionis per eos antecedẽter adeptæ inſtrumentaliter die 5. eiuſdem menſis Iunij.

4 Huiuſmodi enim continuatio eſt licita quando quis continuat per viam priuatæ facultatis, non autem mediante facto Iudicis, vt in propoſito fecerunt Cæſar, & filij primo adeundo die 30. dicti Menſis Iunij Eminentiſſimum D. Cardinalem Bononiæ Legatum, & deinde Iudicem à quo extorquẽdo Inhibitionẽ pro defẽſione aſſertæ eorum poſſeſſionis de Menſe Iulij ſequentis, & citando Scipionem de Graſſijs ad videndum reuocari attentata, & ſe excommunicari eius *Summario num.* 7. *&* 8. Iſte enim continuandi modus illicitus eſt, & à labe attentatorum excuſari non valet, vt dixit *Rota coram Card. Caualer d. dec.* 615. *ſub num.* 3. *verſ. Vltra quod in recent. dec.* 342. *ſub numer.* 5. *par.* 4. *in Bononien. Bonorum* 17. *Martij* 1649. *coram R. P. D. meo Bichio in Cathacen. Hæreditatis prima* 1651. *in Roſſanen. Iuriſpatronatus* 10. *Februarij* 1653. *& in Leodien. Bonorum, ſeù Atten-*
5 *tatorum* 29. *Maij* 1654. *coram me*. Qui enim intendit continuare ſuam poſſeſſionem iudicialiter, non poteſt redire ad Iudicem à quo, ſed debet
6 adire Iudicem appellationis, in quem per dictum reſcriptum tranſlata dicitur cognitio controuerſę poſſeſſionis pręcedẽtis, eiuſq; releuantię, & continuationis, vt benè firmatur in d. *Monopolitana attentatorum coram D. Cardinali Corrado dicto §. Quæ ſanè concluſio verſ. Transfertur tamen.*

Gratis autem allegatum fuit, quod ad inſtantiam Scipionis D. Cardinalis Legatus Bononiæ mandauerit fructus deponi, quodque D. Cardinalis Signaturæ Iuſtitiæ Præfectus per decretum conceſſerit dictis Collitigantibus facultatem continuandi eorum poſſeſſionem; Nàm primum ab ipſo Cæſare, & filijs procuratum fuit, vt depoſuit alter eorum, *Proceſſu fol.* 22. *&* 24. Scipio autem appellauit *dicto eius Summar. num.* 1. Secundũ verò euanuit quia D. Cardinalis Præfectus Signaturæ Parte citata à dicto decreto receſſit, *Summario eiuſdem Scipionis num.* 2. Et quæ dicebantur de reportatione frumenti attentatè capti non ſunt præſentis indaginis, ſed cognoſcenda erunt quando videbitur, An attentata ſint ſufficienter purgata.

Et ità vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA DISTRIBVTIONVM.

Luna 21. Februarij 1656.

ARGVMENTVM.

Abſolutio conceditur excommunicato illam humiliter petenti, docto de paritione, & licet ex pluribus cauſis ſit excommunicatus poteſt reſpectu vnius cauſæ abſolui, & reſpectu aliarum remanere excommunicatus, quod tantum procedit in foro Iudiciali, non autem in foro penitentiali, in quo quis non poteſt reſpectu vnius cauſæ dumtaxat abſolui, & quænam ſit ratio diuerſitatis ad hunc effectum inter forum Iudicialem, & pœnitentialem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato humiliter petenti abſolutio conceditur, docto de paritione.*

2 *Abſolutio reſtricta ad aliquas cenſuras non ſuffragatur,*

tur, quo ad alias, pro quibus adhuc quis remanet excommunicatus.

3 *Abſolutio in foro penitentiali non poteſt dari ab vna Cenſura, altera omiſſa, quia dari non poteſt abſque contritione, & gratia, quæ nullam ſecum compatitur culpam mortalem.*

4 *Peccatum mortale vnum, in foro penitentiali ſine altero remitti non poteſt, cum omnia peccata inter ſe connexionem habeant in auerſione voluntatis à Deo.*

5 *Excommunicationis, quæ non ſunt culpa, ſed pęna non habent connexionem inter ſe, minuſue propria voluntatis contrarietate impediuntur.*

6 *Excommunicationes in foro contentioſo tolli poſſunt ſeparatim, ita vt ſicut pluribus de Cauſis, quis per excommunicationem poteſt ſeparari ab Eccleſia; ita pari modo poſſibile eſt, quod iſta ſeparatio remoueatur quo ad vnam Cauſam, & remaneat quo ad alteram.*

7 *Excommunicatus in foro contentioſo poteſt ab vna Cenſura abſolui, & in altera perſeuerare.*

DECISIO DX.

AD impediendam abſolutionem inſtantiſſimè
petitam à Capitulo Eccleſiæ Metropolitanæ
Ciuitatis Cæſarauguſtanæ Agentes pro Capitulo,
& Canonicis Beatæ Mariæ del Pilar eiuſdem Ci-
uitatis acriter ſe oppoſuerunt allegantes ipſum
Capitulum Metropolitanæ cenſuris innodatum
reperiri non ſolum ob non paritionem mandatis
rotalibus ad fauorem Portionariorum eiuſdem
Metropolitanæ expeditis, & ob recurſus illorum
occaſione habitos ad Iudices Laicos, ſed etiam
ob non paritionem mandatis ab ipſis Pilarenſi-
bus in hoc Sacro Tribunali impetratis, Verum
poſt quartam Cauſæ propoſitionem, in quarum
poſtrema Pilarenſes ſe non oppoſuerunt Rota re-
ſoluit Capitulo Metropolitano dandam eſſe ab-
ſolutionem iuxtà modum inferius exprimendum,
1 quia certi Iuris eſt Excommunicato humiliter pe-
tenti abſolutionem concedi docto de paritione,
*cap. qua fronte 25. de appell. cap. ſolet de ſententia
excom. in 6. Rota deciſ. 247. num. 1. par. 3. recent.
coram Durano deciſ. 403. num. 1. & coram bon. mem.
Merlin. deciſ. 388, pariter num. 1.*

Conſtat enim de paritione, nam reſpectu recur-
ſuum facta fuit legitima renunciatio expedito ſo-
lito Breui comprehendenre tam recurſus in hac
cauſa, quam alios, præmiſſis citationibus, alijſ-
que renunciationibus, ac terminis neceſſarijs;
reſpectu verò mandatorum ad fauorem Portiona-
riorum à Rota relaxatorum exhibitum fuit pu-
blicum Inſtrumentum Concordiæ cum publicis
Inſtrumentis quietantiarum, ex quibus conſtat
de integra ſatisfactione omnium Portionario-
rum, qui mandata prædicta, & cenſuras obti-
nuerunt de omnibus diſtributionibus ad formam
ſtatuti antiqui eis debiti iuncta generali oblatio-
ne, in qua ſe obligarunt adimplere omnia ea,
quæ de Iure, vel alias eos teneri Sacta Rota de-
clarauerit.

Quibus non obſtat, quod D. Archiepiſcopus
Cæſarauguſtanus reuocauerit conſenſum annuæ
pręſtationis ſcutorū centum de proprio in Inſtru-
mento dictæ Concordię præſtitum, quia præter
quod valdè dubium an ipſe hoc caſu dictum con-
ſenſum reuocare potuerit poſt ſignatam à San-
ctiſſimo ſupplicationem ſuper confirmatione
præfatæ annuæ præſtationis, de quo tamen qua-
tenus opus fuit particulariter videri poterit, non
inde ceſſat virtus, & efficacia dictæ Concordiæ
propter ſpeciale pactum in ea ſtipulatum, quod
huiuſmodi præſtationis diminutio quacunque
de Cauſa contingens cedere debeat in damnum
commune.

Nec obſtat, quod præfata abſolutio petatur à
cenſuris per Rotam ad inſtantiam Portionario-
rum relaxatis, ideoque obſtent Cenſuræ ex diuerſa
cauſa ad inſtantiam Pilarenſium inflictæ in anti-
quis mandatis rotalibus à bon: mem: Rubeo, &
Coccino relaxatis ſuper manutentione in cauſa
præeminentiarum.

Quia præterquod Metropolitani negabant in-
2 curſum iſtarum cenſurarum, placuit reſponſio,
quod licet abſolutio reſtricta ad aliquas cenſuras
non ſuffragetur quoad alias, pro quibus adhuc
quis remanet excommunicatus *cap. cum pro cauſa,
vbi gloſſ. verb. tanquam Excom. & ſent. excom.* ibi:
*Si verò pluribus diuerſis excommunicationibus ſit liga-
tus ex cauſis diuerſis ſi aliquas ſupprimit non eſt abſo-
lutus, ſed remanet excommunicatus pro alijs Nauarr.
lib. 5. tit. de Cleric. excomm. conſ. 16. num. 1. Card.
Seraph. dec. 224. num. 2. verſ. nec ſuffragare.*

Inde tamen inferri non valet, quod innodatus
duabus cauſis ab vna tantum abſolui non poſſit,
Cōmunis enim eſt diſtinctio ab omnibus recepta
inter abſolutionem à peccatis in foro pęnitentia-
li, & abſolutionem ab Excommunicatione in fo-
3 ro iudiciali. Prima enim non fit ſine contritio-
ne, & gratia gratum faciente, quæ nullam ſecum
4 compatitur culpam mortalem, & cum omnia
peccata inter ſe connexionem habeant in auerſio-
ne voluntatis à Deo, vnum peccatum mortale
5 ſine altero remitti non poteſt. Excommunicatio-
nes verò, quæ non ſunt culpæ, ſed pęnæ non
habent talem connexionem inter ſe minuſuè pro-
priæ voluntatis contrarietate impediuntur; Vnde
6 in foro contentioſo tolli poſſunt ſeparatim, itaut
ſicut pluribus de cauſis quis per excommunica-
tionem ſeparari poteſt ab Eccleſia, ità pari modo
poſſibile eſt, quod iſta ſeparatio remoueatur
quoad vnam cauſam, & remaneat quoad alte-
7 ram, quodque quis ab vna abſoluatur, & in alte-
ra perſeueret, vt notat *Abb. in dicto cap. cum pro
cauſa num. 1. benè Sayr. de Cenſur. lib. 2. diſput. 1.
punct. 11. §. 3. num. 2. Layman. oper. moral. lib. 1.
tract. 5. punct. 2. cap. 6. num. 10. Modern. Alphons
de Leo de offic. & poteſt. Confeſſar. recoll. 1. ſub nu-
mer. 522. verſ. quare autem poſſit.*

Verum quia Portionarij prætendebant Cano-
nicos Metropolitanos vltra diſtributiones teneri
ad formam mandatorum rotalium ipſis præſtare,
& ſoluere diuerſa alia emolumenta eis adhuc nec
præſtita, nec ſoluta, præterea dixerunt Domini
illis dandam eſſe abſolutionem tam reſpectu re-
curſuum habitorum in hac cauſa, & in Cauſa
Cathedralitatis in Rota pendente inter Metropo-
litanos, & Pilarenſes, quam reſpectu Cenſura-
rum ad inſtantiam Portionariorum inflictarum
facta alia legitima oblatione parendi in omnibus
iam declaratis à Rota in prædictis mandatis, non
autem ſimpliciter, vt fecerunt adimplendi ea,
quæ Rota declarauerit atque facta legitima obli-
gatione in forma Depoſiti ab ijſdem Metropoli-
tanis oblata de ſoluendo integraliter omnia in
dictis mandatis contenta.

Et ità &c.

ROMANA TESTAMENTI.

Mercurij 22. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum iure Militari conditum etiam ſine

ſolemnitatibus ſuſtinetur quomodocumque appareat de voluntate Teſtantis, & cuinam militi competat priuilegium condendi Teſtamentum. Iure militaris diſpoſitio ad pias cauſas pariter abſque ſolemnitatibus ſuſtinetur, & ſufficit piam cauſam fuiſſe ſubſtitutam, licet inſtituta non fuerit, & quando diſpoſitio dicatur ad piam cauſam; Repudiatis autem legatis pijs, alijſque diſpoſitionibus ſubintrat Reu. Fabrica S. Petri, illique debetur Immiſſio? Identitas Schedulæ Teſtamentariæ manu Teſtatoris ſcriptæ qualiter probetur, & qualiter deponere poſſint Teſtes ſuper recognitione manus Teſtatoris ad iſtum effectum.

SVMMARIVM.

1 *Militibus noſtri temporis, Armis operam dantibus, omnia priuilegia competunt, quæ à lege militibus Antiquorum conceſſa fuerunt.*

2 *Teſtamentum Militis, nullas requirit Iuris ſolemnitates, ſed ſufficit eius nuda voluntas,*

3 *Teſtantis militis voluntas probatur, vel per duos Teſtes, vel alio probationis genere, etiam Teſtibus non adhibitis,*

4 *Teſtes in Teſtamenta militis, cum non adhibeantur ad ſolemnitatem ſed ad probandam nudam voluntatem teſtantis poſſunt non adhiberi, & ad aliud genus probationis recurri.*

5 *Duo Teſtes de Iure Gentium, & Naturæ ſufficiunt ad probandum quemlibet actum,*

6 *Militis Teſtantis voluntas poteſt comprobari per ſcripturam recognitam uti manum Teſtatoris.*

7 *Militi licet abſque teſtibus condere Teſtamentum ſiue in ſcriptis; ſiuè ſine ſcriptis,*

8 *Miles ſi Teſtamentum ſine ſcriptis condidit, duo Teſtes requiruntur ad probandam illius voluntatem, ſi autem in ſcriptis teſtatus eſt ſufficit ſcripturam exhibere, illamque uti manum Teſtatoris formiter recognoſci.*

9 *Teſtamentum, militis præteritione Auia, nec Filij valet impugnare.*

10 *Teſtamentum à milite conditum in proprijs Ædibus per multas menſes ante militiam, priuilegia militaribus Teſtamentis conceſſo, gaudere non poteſt.*

11 *Hoc tamen non procedit, quoties Teſtamentum ab eo poſt aſſumptam militiam fuit ratificatum.*

12 *Dummodo fuerit ratificatum, vel in expeditione, vel in ipſo actu certaminis dum miles moritur ex vulneribus dimicando acceptis, vel in Caſtris à fronte Inimicorum,*

13 *Secus autem ſi fuerit ratificatum in Ciuitate, ſeù alio loco non hoſtili, quo bellica occupationes, & pericula non imminebant.*

14 *Miles poteſt militari Iure teſtari in loco etiam non hoſtili extra Bellum, & Caſtra, quando illuc ſe contulit non vt diu abſit, ſed curanda valetudinis cauſa habito commeatu, & opportuna licentia receptiſque ſolitis ſtipendijs pro toto tempore, & quando eſt paratus ad Caſtra reuerti ſanitate recuperata,*

15 *Diſpoſitio facta, cum onere celebrandi Miſſas in perpetuum pro Anima Teſtatoris, dicitur facta ad pias cauſas.*

16 *Diſpoſitio ad pias cauſas, nullas expoſcit Iuris ſolemnitates, ſed contentatur, quomodocumque de voluntate diſponentis appareat,*

17 *Diſpoſitio ad pias cauſas tunc maximè ſuſtinetur, quando apparet de voluntate diſponentis per Schedulam eius manu ſcriptam, & ſubſcriptam, quamuis deſtitutam Teſtibus, alijſque ſolemnitatibus,*

18 *Diſpoſitio vt gaudeat Priuilegio piæ cauſæ, non requiritur, quod pia cauſa fuerit inſtituta ſed ſufficit ſi ſit ſubſtituta, & euenerit caſus ſubſtitutionis,*

19 *Diſpoſitio dicitur ad pias cauſas, quando cauſa finalis Teſtatoris fuit pia, nempè pietas erga Deū, & ſuffragium Animæ ſuæ, omniumque eius defunctorum.*

20 *Recognitio manus, ſeù ſcripturæ benè fit per Teſtem ſub Iuramento affirmantem, habere notam manum ſcribentis, & hac ratione dictam ſcripturam recognoſcere vti; ſcriptam ab eo propria eius manu in qualibet ſui parte.*

21 *Teſtis recognoſcēs manum Teſtatoris licet ſit vnicus, eſt ſufficiens concurrentibus adminiculis.*

22 *Teſti deponenti de credulitate, & per verbum mi pare fides adhibetur in illa materia, quæ dependet ab illius iudicio, puta in recognitione manus, ſeù ſcripturæ.*

23 *Teſtis recognoſcens manum per ſimilitudinem facit adminiculum pro Identitate ſcripturæ.*

24 *Teſtes licet examinati in aliera cauſa, & abſque citatione, tamen faciunt adminiculum.*

25 *Teſtium contrarietas, vt tollatur omnis interpretatio facienda eſt.*

26 *Adminiculum pro concludenda identitate Schedulæ Teſtamentariæ, & manus propriæ Teſtatoris faciunt ſigilla ibidem impreſſa, & congrua ordinatio, quam eadem ſcriptura præſefert ad fauorem Animæ ipſius Teſtatoris, eiuſque coniunctorum.*

27 *Obſeruantia, & Iudicialis approbatio dat fidem ſcripturæ etiam informi,*

28 *Fabrica Sancti Petri in legatis, & hæreditatibus in piam cauſam relictis, & repudiatis habetur pro ſubſtituta, & per fideicommiſſum vocata.*

29 *Hæres grauatus non poteſt alium ſibi inſtituere hæredem in bonis ſubiectis oneri reſtitutionis.*

30 *Gratia dicitur ſubreptitia, quando in precibus non fuit facta mentio appellationis ex aduerſo interpoſita, & litis pendentis.*

31 *Cauſa teſtati facit ceſſare cauſam inteſtati.*

32 *Teſtamentum factum ad pias cauſas ſubſtinetur non obſtante præteritione non ſolum Aſcendentium, ſed etiam liberorum.*

DECISIO DXI.

ANtonius Vellius Romanus vltimas ſuas Tabulas per ſimplicem ſchedulam priuatam nullis adhibitis, nullaque ſeruata Iuris ſolemnitate propria eius manu Romę condidit 20. Februarij 1642. vulgari idiomate in hæc verba ibi: (Io An-
„ tonio Velli hauendo fatta ferma riſolutione di
„ andare fuori di Roma per molte cauſe che ne hò,
„ con penſiero anco di fermarmi à trauagliare
„ alla guerra, e penſando alli pericoli, che gior-
„ nalmente ſi corrono in quella di perder la vi-
„ ta &c. hò voluto fare il preſente Teſtamento, e
„ quello, che ſi debba fare dopo la mia morte, e
„ quale ſia la mia volontà;' Et in primis &c. Item
„ voglio, che morendo Io ſenza figlioli legitimi,
„ e naturali &c. di tutto il mio tanto Stabile,
„ quanto Mobile per li tanti oblighi che hò &c. al
„ Signor Gregorio Benimbene mio Zio, lo laſcio,
„ e coſtituiſco Herede, & Vſufruttuario Vniuerſa-
„ le lui viuente &c. e dopo la ſua morte voglio,
„ & ordino, che ſi vendino tutti li miei mobili &c.
„ e quello ſe ne cauarà ſi rinueſta, e ſi metta in
„ Stabili &c. e di tutto &c. voglio, & ordino ſe

ne

,, ne formi vn Iuſpatronato in Caſa mia in forma
,, di Commenda della Sacra Religione di S. Gio:
,, Battiſta Gieroſolimitano de' Caualieri de' Spida-
,, lieri al preſente detti di Malta, e detta Commen-
,, da, e Iuſpatronato voglio, ehe ſi ſondi nella
,, Capella della noſtra Fameglia de' Velli poſta
,, nella Chieſa di Santa Maria d'Araeeli in Roma,
,, & in perpetuo voglio ſia in Caſa noſtra, cioè
,, uelli Figli, e Deſcendenti del Signor Iacomo
,, Velli mio Zio, e della Signora Olimpia Maneini
,, ſua Moglie &c. e che ſia in ſacoltà del più vec-
,, chio della Fameglia di nominare à queſta Com-
,, menda ehi gli piacerà, e parerà più al propoſito
,, di detta Fameglia, e Deſcendenti, eome ſopra,
,, e per il primo Io nomino da hora il Signot Fran-
,, ceſco figlio del detto Signor Iacomo, e detto Ca-
,, ualiere voglio ſia tenuto, ehe ſubito hauerà la
,, Croce, e che habbia il poſſeſſo di detta Com-
,, menda ſia obligato in detta Capella fare vn' Al-
,, tare al Glorioſo S. Gio: Battiſta eon obligo di
,, far celebrare in detta Capella trè Meſſe de' Morti
,, la ſettimana per l' Anima mia, e di tutti li noſtri
,, morti &c. e quando non ei ſarà più gente di
,, Caſa mia, e Deſcendenza, voglio, che in queſto
,, eaſo detta Commenda ſia aſſoluramente in pote-
,, re del Gran Maſtro di detta Religione, darla à
,, ehi li piacerà. mà che ſia Romano, e con tutti
,, li ſudetti peſi &c.)

Subinde verò dum erat Tribunus ducentorum Militum, illas Ferrariæ cõfirmauit 20. Maij 1643. in earum latere inſcribendo ibi: *E per più cautela, e maggior autenticatione del preſente Teſtamento hò anche voluto quì in Ferrara ſottoſcriuere, & affermare quanto di dietro ſcritto hò fatto queſto di 20. Maggio 1643. Io Antonio Velli mano propria.*

Eoque poſtmodùm ſine filijs defuncto 16. Octobris 1643. & præfato Teſtamento Romæ tranſmiſſo Gregorius Beninbene hæres, & vſufructuarius vniuerſalis ibi ſcriptus eius vigore indicialiter immiſſus fuit in poſſeſſionem illius bonorum hæreditariorum vſque ad obitum retentam; Cumque poſt eius mortem factus fuiſſet locus erectioni dicti Iuriſpatronatus, & Commendæ, & Religio Hieroſolymitana huiuſmodi diſpoſitionem repudiaſſet, Ideò Reuerenda Fabrica Eccleſiæ Principis Apoſtolorum de Vrbe prætendens ſubintrare vigore ſuarum ſaculratum Apoſtolicarum in pijs diſpoſitionibus, & Legatis repudiatis, introduxit cauſam in eius Tribunali, tàm contra D. Iulium Cæſarem Petronium hæredem dicti Gregorij, & poſſeſſorem eorundem Bonorum, quàm contra DD. Franeiſcum, & fratres de Vellis filios dicti Iacobi, & Olimpiæ, quibus dictum Iuſpatronatus tàm actiuè, quàm paſſiuè primo loco reſeruatum fuit, quàm etiam contra D. Andream de Mutis integram hæreditatem ab inteſtato prætendentem vti filium, & hæredem Clarieis de Mutis Auiæ maternæ Teſtatoris præteritæ in eius Teſtamento, & ſententiam pro validitate Teſtamenti, & immiſſione in poſſeſſionem duarum ex tribus partibus hæreditatis obtinuit præfixo fratribus de Vellis peremptorio termino trium menſium ad impetrandam commutationem dictæ voluntatis ob repudiationem ſactam à Religione Hieroſolymitana, à qua interpoſita appellatio- & per Sacram Congregationem eiuſdem ſabricæ cauſa mihi commiſſa, propoſui Dubium An Teſtamentum ſit validum, itaut ſit danda Immiſſio, & quoad validitatem quamuis Iuris ſolemnitatibus deſtitutum ſubſtineri contendebatur, vel Iure militari, vel ſaltem ex priuilegio piæ cauſæ.

1 Militari ſiquidem iure, quia eſt opinio communiter recepta, quod etiam militibus noſtri temporis armis operam dantibus omnia priuilegia competunt, quæ à lege militibus antiquorum conceſſa fuerunt, vt notat *Salyc. in l. prima ſub numer. 8. verſ. in contrarium facit C. de Iur. & fact. ignor. Laderch. conſ. 178. num. 2. Gabr. conſ. 100. num. 2. lib. primo Farin. conſ. 93. num. 3. vol. primo Odd. de Compend. par. 5. præmiſſ 3. num. 11. & 12. Merlin. de legit. lib 5. tit. 2. quæſt. 5. num. 5.* cum alijs pleuè congeſtis per *Modern. P. Dian. reſolut. moral. tom. 7. tract 6. tit. de Teſtam. priuilegiat. reſol. 42. per tot.*

2 Inter alia autem priuilegia in Teſtamento militis nullas requiri ſolemnitates, ſed ſufficere eius nudam voluntatem ſancitum eſt in *l. milites 16. C. de Teſtam. milit. & in §. primo inſtit. de milit. Teſtam. Cancer. var. reſol. par. prima cap. 4. num. 75. & 76. Facchin. controuerſ. Iur. lib. 8. cap. 39. verſ. Tertium argumentum Barry de Succeſſ. lib. primo tit. de Teſtam. milit. num. primo & 2. cum cæteris adductis per Modern. Patr. Boſſ. quæſt moral. tom. 2. tit. 11. de Teſtam. Milit. §. primo num primo* quæ probatur vel per duos Te-
3 ſtes, vt voluit *gloſſ. in d. l. Milites verb. ſed ipſo tempore, & Bartol. ante num. primum & in fin Iaſ. num. primo Dec. num. 6. C. de Teſtam. milit. per Text. in l. Diuus Traianus ff. de milit. Teſtam. & in §. planè inſtit. eod. Gabr. d. conſ. 100. num. 3. lib. primo Rota coram bon. mem. Merlin. deciſ. 806. num. 5.* alijque relati per *dictum Modern. Boſſ. dicto §. primo num. 3.* firmantem, quod cum tota ſolemnitas, & ſubſtantia huius Teſtamenti conſiſtat in nuda voluntate Te-
4 ſtatoris pateſacta, & Teſtes ſolum requirantur ad probationem faciendam iuxtà Ius gentium, ad quod redactum eſt, Iure autem gentium, & na-
5 turæ ad quemcunque actum probandum ſufficiũt duo Teſtes, vel alio probationis genere etiam nullis adhibitis Teſtibus, vt notat *Corn. conſ. 118. ſub num. 7. verſ. ad eo quod ſi doceretur lib. 3.* quem refert, & ſequitur *Vaſq. de Succeſſ. creat. par. prima lib. 3. §. 24. ſub num. 15. verſ. Intellige tamen Barry de ſucceſſ. vbi ſupra dicto num. primo verſ. Imò etiam ſine*, & ſignanter per ſcripturam recognitam vti
6 manum Teſtatoris optimè comprobat *Text. in dicto §. Inſtit. de milit. Teſtam.* ibi: *Quoquo enim modo voluntas eius ſuprema inueniatur, ſiuè ſcripta, ſiuè ſine ſcriptura valeat Teſtamentum ex voluntate eius, & in l. miles ſi Teſtamentum 36. eodem*, ibi: *Miles ſi Teſtamentum imperfectum relinquat, ſcriptura, quæ profertur perfecti Teſtamenti poteſtatem obtinet Corn. d. conſ. 118. dicto num. 7. in fine verſ. ex quibus concludo Rota coram bon. mem. Merlin. d. deciſ. 806. num. 10. Boſſ. d. §. primo ſub num. primo circa finem verſ. Quare tota* diſtinguens inter Teſtamentum nuncupatiuum in Scriptis, & poſt *P. Dian. vbi ſupra reſo-*
7 *lut. 65.* firmat quod militibus, ſiue ſcripto ſiue ſine ſcripto teſtari velint ſine Teſtibus, id facere licet, ſed ad effectum probandi ipſorum volunta-
8 tem in nuncupatiuo, & ſine ſcripto requiri duos Teſtes, in ſcripto autem ſatis eſſe ſcripturam exhibere, illamque vti manu Teſtatoris formiter recognoſci, & plenius ſub eodem §. *primo num. 17.* quod idem probat *Gratian. diſcept. 696. num. 18.* & benè idem firmat *Io. Arprecht. ſuper inſtit. in §. planè num. 2. cum ſeqq. inſtit. de milit. Teſtam.*

9 Et huiuſmodi militis Teſtamentum præteritione Auiæ, imo nec filij valet impugnari *l. ſicut certi 9.* ibique *Iaſ. num. 8. poſt med. & ſeq. C. de Teſtam. milit. l. ſi inſtituta 27. §. de inofficioſo 9. C. eod. Barry de ſucceſſ. lib. 19. tit. 8. num. 21. Facchin. controu. Iur. lib. 6.*

cap.

Digitized by Google

cap.74.verſ. Ego libentius Merlin. de legit.d. lib.5. d.
tit.2.d.quæſt.5.num. primo & 2.
10 Verùm quià Vellius condidit Teſtamentum
Romæ in proprijs ędibus per multos menſes ante
militiam, priuilegio militibus conceſſo gaudere
non poterat, per Text. in l.fin.C. de reſtitut. Milit.
11 Nil refragante, quod illud Ferrariæ ratum ha-
buerit poſt aſſumptam militiam, quod ſatis eſſe
probatur in §. ſed etſi quis inſtit. de milit. Teſtam. in
l. idemque 9. in l. Tribunus 21. §. cum aliquis, & in
l. Titius 26. ff eod. Gregor. Acac. de Priuileg. milit. lib.2
priuil.16.num.106. Boſſ.d.tit.11.§.2. num.34. Quia
12 hoc locum haberet ſi Teſtamentum ratificaſſet,
vel in expeditione, in quibus terminis loquitur
Text. in d.§. ſed etſi quis, & in l. prima ac in l.penul.
C. de Teſtam. milit. & in l. fin. C. quib. non obijciat.
longi tempor. præſcript. Barry vbi ſupra in dicto lib. 1.
d.tit. de Teſtam.milit.num.7. Rota coram Merlin.d.de-
ciſ.806.num.5. vel in ipſo actu certaminis dùm mi
les moritur ex vulneribus dimicando acceptis, vt
clarè indicat Text. in d.l. milites C.de Teſtam.milit.
ibi: Proinde ſicut Iuris rationibus licuit, ac ſemper li-
cebit ſi quid in Vagina, aut Clypeo Literis ſanguine
ſuo rutilantibus adnotauerint, aut in puluere inſcrip-
ſerint gladio ſub ipſo tempore, quo in Prælio vitæ ſor-
tem derelinquunt; Vel denium in Caſtris à fronte
Inimicorum argumento Textus in l. 2. §. Pro limi-
taneis C. de offic.Præfect. Prætor. Afin. Piccard. ſuper
inſtit. dicto §. primo num.2. & 3 de milit. Teſtam. Si-
mon. de Præt. de interpret. vltim.volunt.lib.3. ſolut.3.
num.16. Barry d.tit. de Teſtam. milit. ſub num.7. Pa-
ter Dian.d.tract.6.tit. de Teſtam. Priuilegiat.reſol.44.
verſ. At contrarium & P.Boſſ.d.§.2.num.28. ſecus au-
13 tem dùm illud ratificauit in Ciuitate, ſeù alio
loco non hoſtili, quo bellicæ occupationes, & pe-
ricula non imminebant d.l fin.C. de reſtit.milit.d.§.
primo ibique Piccard.num. primo inſtit. de milit. Te-
ſtam.Gabr. dicto conſ.100.num.1.verſ.Imò ad hoc lib.
primo Simon de Pret.d ſolution.8 num.17. Gail. pract.
obſeruat.lib.2.obſeruat.118. num.6. Barry dicto tit. de
Teſtam. milit ſub num. 6. verſ. certè contra Vin. de-
ciſ.491.num.3.

Et quamuis vbicunque miles extra bellum, vel
14 Caſtra in propinquiorem aliquem locum ſe con-
tulit, non vt diu ab eis abſit, ſed curandæ valetu-
dinis cauſa, provt in hoc caſu aliquantiſper ex-
tra Territoria ſe reficiat habito commeatu,& op-
portuna licentia paratuſque ſit reuerti ſanitate
recuperata ſolitis ſtipendijs pro toto tempore re-
ceptis, iure militari eo loco quamuis non hoſti-
li teſtari valeat, vt firmat Vigl. in §. Illis autem tem-
poribus num 5. Inſtit. de milit. Teſtam. Vaſembec.con-
ſil.17.num.40.par. prima Boer. de Bell. & Duell. lib.
primo cap.18. num.6. & cap. 20. pariterque numer.6.
Nicol. Reuſner. de Iur. Teſtam.vol.2.par.5.cap.4.nu-
mer.14.verſ. quid autem.

Nihilominùs quià in facto iuſtificatum non ap-
paret Antonium commeatum, & licentiam ha-
buiſſe, paratumque fuiſſe reuerti ſanitate recupe-
rata, & ſolita ſtipendia vſque ad obitum recepiſ-
ſe ideò Domini omiſſo hoc fundamento ex ſolo
priuilegio piæ cauſæ reſponderunt Teſtamentum
eſſe validum, & dandam immiſſionem Reuerendę
Fabricæ; Cùm enim ex eius diſpoſitione integra
ipſius hæreditas defuncto Gregorio Beninbene
erogari debuiſſet in erectionem Commendæ Sa-
cræ Religionis Hieroſolymitanæ, cum onere
15 trium Miſſarum qualibet Hebdomada in perpe-
tuum pro Anima ipſius Teſtatoris, eiuſque ma-
jorum, vtique negari non poteſt quin diſpoſitio
dicatur ad pias cauſas, Cap. Animæ Defunctorum
13.quæſt.2.§. Sed hæc quidem Auth vt cum de appellat.
cognoſc. Abb. conſ 99. num.3. & per tot. lib.2. Angel.
Aretin.conſ.72.num 10. Alex.conſ.38. ſub num.3 lib.
primo Vulaſch.Conſult.145.num.5. Genuen. Practica-
bil. Eccleſiaſtic.quæſt.446.num.2. Barboſ. de Iur. Eccleſ.
lib.3.cap.27.num.11. Borgnin.deciſ.27.num.12.par.3.
Rota in Alatrina Teſtamenti 26. Februarij 1649. co-
ram R.P. D. meo Veroſpio §. Hanc verò in Romana
Legati 22 Ianij 1650. coram Eminentiſſimo D.Cardi-
nali Corrado §. eoque magis, & in Comen. Legati 11.
16 Decembris 16 1. coram R.P.D. Albergato in princi-
pio; Quæ propterea nullas expoſcit Iuris ſolem-
nitates, ſed contentatur quomodocunque de vo-
luntate diſponentis appareat, & præſertim cùm
17 de ea conſtet per ſchedulam manu Teſtatoris
ſcriptam, & ſubſcriptam, quamuis deſtitutam
Teſtibus, alijſque ſolemnitatibus ad Text. in cap.
relatum de Teſtam. & in Auth. quod ſi C. de Teſtam.
Menoch.conſ.167.num.20. & conſ.224. num.26. Ti-
raquell. de priuil. piæ cauſ.priuil.4. per tot. Clar. in §.
Teſtamentum quæſt.7.num.2. Vaſquez de Succeſſ.creat.
lib.3.§.22. ſub num.6. Gratian.diſcept.605.numer.28.
Rota deciſ.240.num.4.par.2.diuerſ. in recent.dec.108
num.2.11. & 13.par.7. coram Buratt.deciſ.475.nu.12
in Cullen. Hæreditatis 10. Decembris 1638. coram
bon. mem. Cardinali Hieronymo Veroſpio, & prima
Iulij 1639. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. in
Fanen. Hæreditatis 17. Iunij 1641. coram eodem, &
in dicta Alatrina Teſtamenti coram R. P. D. meo Ve-
roſpio ſub §. primo.

Non obſtat, quod pia cauſa non fuerit inſtitu-
18 tus, ſed ſubſtituta, quia ſufficit, quod euenerit ca-
ſus ſubſtitutionis, atque aperta fuerit ſucceſſio ad
eius fauorem, ſiue ex quo Teſtator deceſſit ſine
filijs, ſiue etiam ob mortem Gregorij Beninbene
hæredis, & vſufructuarij vniuerſalis vltimo loco
ſequutam, vt not Card. Zabarell. conſ.133. num.3.
verſ. Et præcipue Mart. de ſucceſſ.legal.par.4.quæſt.8.
art.2.num.5. Vin.dec.5. num.14.lib. primo Facundez
de Iuſt. & Iur.lib.6.cap.3. num.19. Fragoſ. de regim.
Reipubl. par.3. lib.4. diſput.7. tit. de Teſtam. ad pias
cauſ.§.4.num.70. Dicaſtill. de Iuſt. & Iur.tom.2.lib.2
tract.19.diſput. prima num.111.fol.1090. Molin. de
Iuſt. & Iur.diſput.134. §. Teſtamentum Pater Dian.
vbi ſupra d.par.7.tract.6.tit. de Teſtam.priuileg.reſol.
prima in princ.verſ. Aut quando ſubſtitutionis via.

Nec vrget, quod Iuſpatronatus primo loco re-
ſeruatum fuerit Deſcendentibus in perpetuum Ia-
cobi Vellij, & Olimpiæ Mancinæ eius Conſan-
guineorum cum onere præſentandi, quem malue-
rint de familia de Vellijs.

Quia cùm tàm reſeruatio dicti Iuriſpatronatus
actiua ad fauorem Deſcendentium, quàm præſen-
tatio paſſiua illorum de familia reſtrictæ ſint do-
nec illi ſuperſint, ijs autem deficientibus Teſtator
voluerit Commendam adhuc eſſe perpetuam, &
liberæ collationis Eminentiſſimi Magni Magi-
ſtri expreſſo repetito onere celebrandi Sacrum ter
19 in hebdomada exindè clarè aſſequimur cauſam
finalem diſpoſitionis non fuiſſe intereſſe Conſan-
guineorum, ſed pietatem erga Deum, & motiuũ
ſuffragandi Animæ ſuæ, & omnium ſuorum De-
functorum, quod apertiſſimè oſtendit diſpoſitio-
nem eſſe piam cap. requiſiſti de Teſtam. ibi: Quia
hoc ille, qui donat pro redemptione Animæ ſuæ non pro
commodo Sacerdotis probatur offerre Ancharan. in cap.
Officii num.16.eod.tit. ibique Imol. num.38. Genuen.
Practicabil. Eccleſiaſt.quæſt.522.num.2. Barboſ. de of-
fic. & poteſt. Epiſc.allegat.116. numer.19. cum alijs in

fortio-

fortioribus terminis allegatis in dicta Comen. Legati coram R.P.D. meo Albergato §. miads refert.

Identitas autem, & veritas Teſtamenti in dubium reuocari non valet, quia ſatis videtur probata ex ſcriptura ab ipſo Teſtatore ſcripta, & ſubſcripta, atque formiter recognita per vnicum
20 Teſtem, qui bene ſub iuramento affirmauit habere notam Teſtatoris manum & hac ratione dictã ſcripturam recognoſcere vti ab eo ſcriptam propria eius manu in qualibet ſui parte *Summario Fabrica num. 8.* quem eſſe verum modum recognitionis ex ſtylo Rotæ firmat *Achill dec. 2. ſub num. primo de fid. Inſtrum,* & ſequitur *Rota dec. 124. n. 2. par. 2 diuerſ. & coram Buratt. dec. 475. num. 5. cum ſeqq.* &
21 licet ſit vnicus nihilominus ſufficiens eſt ad ipſum effectum concurrentibus adminiculis, vt in terminis reſpondit *Rota dec. 41. num. primo par. 4. recent.* Nil refragante, quod deponat per verbum, *mi pare*, & addat ſe id pro certo non affirmare, nam hoc dixit eo, quod manus ſæpe falſificantur; Vnde ſubdit, quod nec propriam affirmaret eſſe ſuam, ſed de cætero ait ſe non decipi in recognitione manus Teſtatoris, ibi: *Et in queſta mia credulità di recognitione credo non potermi ingannare, dicto num. 8. in fine* in hac enim materia à iudicio Te-
22 ſtis dependente adhibetur fides deponenti non ſolum per verbum, *videri*, ſed etiam de credulitate vt reſpondit *Rota coram Card. Seraph. deciſ. 522. num. primo 3. & 4. cum cæteris allegatis per Gratian. diſcept. 895. num. 33. & 50.*

23 Adminicula faciunt alter Teſtes illam recognoſcens per ſimilitudinem relatus in *dicto Summ. numer. 5.* vt dixit *Rota deciſ. 41. numer. 5. par. 4. recent.* Alius Teſtis pro Gregorio Beninbene Romæ examinatus ſeruatis ſeruandis anno 1645. & alij duo Ferrariæ inducti anno 1643. qui præſentes fuerunt quando Teſtator dixit illam ſcripturam eſſe ſuum Teſtamentum, ordinauitque illud Romæ tranſmitti dicto Gregorio, *eodemque Summ. nu. 4.* quam-
24 uis enim primus in diuerſa Cauſa, & illi duo, ſine citatione Patris fuerint examinati, nihilominus faciunt adminiculum *Caputaq. deciſ. 206. nu. 6. cum ſeqq. par. 2. Rota in recent. deciſ. 18. ſub numer. 3. par. 2.* cum alijs *per Gratian. d. diſcept. 895. num. 5.* & contra illorum dicta nulla contrarietas, quæ releuet, conſiderari poteſt, omniſque interpretatio
25 facienda eſt ad euitandam illorum contrarietatẽ *Alex. conſ. 185. num. 4. & ſeqq. lib. 7. Rota deciſ. 167. num. 53. par. prima recent. & in Romana Pecuniaria 26. Iunij 1654. coram R.P.D. meo Bichio §. Sed verb.*
26 ſigilla ibidem impreſſa, &. congrua ordinatio, quam, eadem ſcriptura præſefert ad fauorem Animæ Teſtatoris, eiuſque Coniunctorum, vt bene ponderatum fuit in *dicta Alatrina Teſtamenti coram R.P.D. meo Verospio ſub §. vltimo*; Ac demum Iudicium motum vigore eiuſdem ſcripturæ, & feliciter ſuper immiſſione terminatum ad fauorem dicti Gregorij hæredis, & vſufructuarij vniuerſalis cum ſubſequuta poſſeſſione Bonorum vſque ad obitum continuata *dicto Summ. num. 6.* ex quo re-
27 ſultat iudicialis approbatio, & obſeruantia, quæ fidem dat ſcripturæ etiam informi, *Seraphin. deciſ. 923. num 2.* cum alijs allegatis *per Add. ad Buratt. deciſ. 10. num. 32.*

His itaque firmatis, cum poſt mortem Gregorij Religio Hieroſolymitana dictam diſpoſitionem repudiauerit, ſubintrat in eius locum Reue-
28 renda Fabrica Sancti Petri, quæ vigore ſuarum facultatum, de quibus *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Fabrica S. Petri, §. Si autem ipſi Legatarij in fine*, in legatis, & hæreditatibus in piam cauſam relictis, & repudiatis habetur pro ſubſtituta, & per fideicommiſſum vocata, vt notat etiam *Carol. Marant. reſponſ. 37. num. 3. cum ſeqq. lib. primo* Cui propterea debetur immiſſio excluſo Iulio Cæſare
29 hærede dicti Gregorij, cum iſte in Bonis Antonij ſubiectis oneri reſtitutionis non potuerit aliũ ſibi inſtituere hæredem, vt reſpondit *Rota in Nullius Vinca 11. Martij 1620. coram bon. mem. Pironano in recent. dec. 189. num. 6. par. 1.* excluſiſque Franciſco, & fratribus de Vellijs, quamuis commutationem voluntatis teſtatoris à Sede Apoſtolica nuper obtinuerint, cum gratia ſubreptitia ſit, ſiue ex quo Sanctiſſimo Domino Noſtro narratum non fuit terminum illis præfixum elapſum fuiſſe,
30 ſiue etiam ex quo in precibus nullam fecerunt mentionem appellationis in hac parte pro Fabrica interpoſitæ, nec litis inter has partes vertentis *cap. inter Monaſterium, ibique gloſſ. verb. Proceſſus de re iudic. Gregor. dec. 2. num. 5. Buratt. dec. 776. n. 10.* Et de lite cum fabrica late idem *Marant. reſp. 21. num. 7. cum ſeqq. dicto lib. primo* ac demum excluſo Andrea de Mutis ab inteſtato controuerſam hæreditatem prætendente, quia vulgare eſt ceſſa-
31 re cauſam inteſtati exiſtente Teſtamento, *l. antequam C. commun. de Succeſſ. l. quandiu la 2. & l. nec bis §. fin. ff. de acquir. poſſeſſ.* quod ad fauorem piæ
32 cauſæ ſubſtinetur, non obſtante præteritione non ſolum aſcendentium, ſed etiam liberorum vt firmat *Clar. in §. Teſtamentum quæſt. 6. num 8. Graſſ. in eodem §. quæſt. 18. num. 8. Carol. Tap. deciſ. Neap. 58. num. 11.*

Atque ità reſolutum fuit omnibus Informantibus, &c.

BAMBERGEN. PRÆPOSITVRÆ.

Ven. 24. Martij 1656.

ARGVMENTVM.

Literæ ſubrogationis dum ſunt iuſtificatæ veniunt exequendæ, Pro obtinenda autem exequutione ſubrogationis requiruntur lis, & obitus colliticantis in poſſeſſione, nec lis debet eſſe calumnioſa, ad quam calumniam excludendam quælibet cauſa, etiam læuis, & colorata eſt ſufficiens.

SVMMARIVM.

1 *Litera Apoſtolica vbi ſunt in omnibus iuſtificata veniunt exequenda.*

2 *Lis dicitur introducta ex citatione contra reum expedita, perſonaliter exequuta, & legitimè reproducta.*

3 *Subrogatio, vt poſſit obtineri, duo requiruntur nempè lis, & obitus collitigantis in poſſeſſione.*

4 *Lis calumnioſa debet eſſe euidens & notoria ne ſit locus ſubrogationis.*

Lis ne dicatur calumnioſa ad effectum impediendæ ſubrogationis, quælibet cauſa etiam leuis, & colorata eſt ſufficiens.

DECISIO DXII.

Literas ſubrogationis per Sedem Apoſtolicam conceſſas D. Principi de Naſſaù iuxtà reſolutionem *coram R.P.D. meo Celſo emanatam 23. Februarij 1654.* exequendas eſſe hodie Domini reſponde-
1 runt, quia in omnibus ſunt iuſtificatæ *cap. ſi Capitulo, vbi gloſſ. verb. Exequatur de conceſſ. præbend. in 6. cap. ſi quando de reſcript. Rota in Auellina Canonicatus 27. Martij 1651. in princ. coram me,* & alibi paſſim.

Narrauit enim in eis ipſum auctoritate Apoſtolica prouiſum fuiſſe de controuerſa Præpoſitura vti vacante per promotionem Melchiorris Ottoni ad Epi-

Epiſcopatum Bambergen. & deſuper litem introduxiſſe in hoc ſacro Tribunali tàm contra Hieronymum VVittiburg in illius poſſeſſionem intruſum prætextu electionis habitæ à Capitulo, & Canonicis Bambergen, quam contra Philippum Valentinum, qui per obitum d. Hieronymi eandem poſſeſſionem occupauit vigore conſimilis electionis, dictumque Valentinum nupèr ad eundem Epiſcopatum promotum, ante ipſius promotionem controuerſam Præpoſituram reſignaſſe in manibus eiusdem Capituli, & Canonicorum eius *Summ. num.* 4.

Prouiſio ſiquidem d. modo narrata ex literis
Apoſtolicis relatis in d. *Summ. num.* 1. iuſtificata
2 remanet, Lis vero plenisſimè comprobatur in d.
deciſione *R. P. D. mei Celſi*, & ſignantèr contrà
Valentinum vltimum poſeſſorem, quæ neceſſaria
eſt, ex citatione totali contra illum expedita perſonaliter
exequuta, & legitime reproducta eodem
Summ. num. 3. Reſignatio autem, & cesſio per
eundem facta, cuius vigore Corradus à Stadion
Modernus Collitigans ex prætenſa electione ad
ſui fauorem facta à Capitulo eandem poſſesſionem
occupauit ex alijs Iuribus relatis in eodem
Summ. num. 5. Cumque Clericatus d. D. Princi-
3 pis non reuocetur in dubium iuſtificata etiam
remanent ex prædictis alia requiſita pro obtinenda
ſubrogatione, nempè lis, & obitus, ſeu dimisſio
facta per Collitigantem, qui erat in poſſeſſione,
Card. Seraphin deciſ 990. num. 1. San. mem. Greg. deciſ 32. per tot. & deciſ. 307. num. 1. Rot. deciſ. 7. num. 8. par. 7. recen. in Compoſtellana Parrochialis 1. Iulij 1648. coram Eminentisſimo D. Cardinali Ottbobono, & in Leodien. Canonicat. 28. Martij 1653. coram me.

Nèc dicatur d. litem fuiſſe calumnioſã, quia præ-
4 tenſa calumnia nullo modo iuſtificatur, & quidẽ
euidens, & notoria, vt opus eſt, Quinimò proreſſus
excluditur ex d. prouiſione Apoſtolica per
Principem impetrata, cum ad iſtum effectum
quælibet cauſa etiam leuis, & colorata ſufficiat,
vt præter auctoritates alligatas in d. dec. *D. mei
Celſi* 5. *non obſtat quod lis cum ſequenti* reſponſum
ſuit in *Florentina Parochialis 26. Iunij* 1647. *& 2. Iunij* 1649. *coram me*

Et itàvnica tantùm, &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Luna 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Appellatione Hæredum, & ſucceſſorum in ſubſtitutionibus regulariter veniunt dumtaxat hæredes ſanguinis, & quando comprehenduntur ſub dicta appellatione tam maſculi, quam feminæ, & an debeant eſſe hæredes. & ſucceſſores vniuerſales, an ſufficiat ſi ſint particulariter inſtituti, & an poſſit hæres grauatus non ſubſtituendo ſibi hæredem ſanguinis à Teſtatore vocatum illum à vocatione excludere. Inſtituta certa perſona, & eius hæredibus, quando hæredes cenſeantur vocati per ſimplicem vulgarem, & quando per fideicomiſſariam, & quando filij in reciproca ſubſtitutione hæredum nominati cenſeantur vocati ad portionem Patris, & Patrui, & quando ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Hæredum, & ſucceſſorum appellatione tam in conditionibus, quam in ſubſtitutionibus veniunt dumtaxat hæredes Sanguinis.*

2 *Hæredum. & Succeſſorum appellatione veniunt de Iure tàm maſculi, quàm feminæ.*

3 *Hæredum, & Succeſſorum appellatione venit etiam hæres in re certa, quamuis non vniuerſaliter inſtitutus*

4 *Hæredum, & Succeſſorum appellatione in ſubſtitutionibus venit hæres Sanguinis, licet non fuerit inſtitutus hæres ad hærede grauato, dummodo per eum non ſteterit quin minus inſtitueretur*

5 *Hæres grauatus. quando poſt eius mortem fuerunt vocati illius hæredes, & ſucceſſores, non poteſt, non ſubſtituendo ſibi hæredem Sanguinis, illum à vocatione excludere contra voluntatem Teſtatoris*

6 *Teſtator, dum inſtituit coniunctum perſonam eiuſq; hæredes, & ſucceſſores ſubſtituit, cenſetur conſideraſſe Iura Sanguinis, & propterea de ſolis deſcendentibus, & hæredibus ſanguinis intellexiſſe videtur.*

7 *Sub nomine hæredum, adiecto poſt factam menſionem de Filijs non veniunt niſi nepotes, & deſcendentes ſanguinis.*

8 *Dictio* Suoi *denotat Suitatem, & demonſtrat ſubſtitutionem eſſe intelligendam de hæredibus Sanguinis ad excluſionem extraneorum.*

9 *Teſtator non præſumitur magis dilexiſſe hæredes extraneos ſubſtituti, quám inſtituti*

10 *Inſtitutio quando fuit facta de certa perſona, & eius hæredum, tunc hæredes cenſentur vocati per ſimplicem vulgarem*

11 *Secus autem ſi hæredes, & ſucceſſores fuerint ſubſtituti, præſertim ſub commemoratione mortis*

12 *Subſtitutio facta ſub commemoratione mortis, eſt compendioſa, quamuis non adſit dictio* quandocumque

13 *Subſtitutio compendioſa, continet ſub ſe nedùm vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam*

14 *Subſtitutio dicitur fideicommiſſaria quando fuerunt vocati hæredes non dum nati, ex quo arguitur cõſideratum fuiſſe tractum temporis ſucceſſiuum*

15 *Verbum* redeat, *de ſui natura fideicomiſſum importat*

16 *Subſtitutio talis cenſenda eſt, qualis eſt ſubſtitutio præcedens, cui iſta immediatè cohæret.*

17 *Hæredem nemo poteſt habere in vita.*

18 *Subſtitutio filiorum, & eorum hæredum cenſetur facta ordine ſucceſſiuo, & ſic hæredes ſubſtituti intelliguntur poſt mortem filiorum.*

19 *Filij cohæredis reciprocè ſubſtituti, quando ſimpliciter ſunt poſiti in conditione, nunquam cenſentur vocati per fideicomiſſum in portione Patrui, niſi adſint vrgentes coniectura*

20 *Secus autem dum expreſsè ſunt ſubſtituti*

21 *Vocatio expreſſa hæredum, & ſucceſſorum poſita in reciproca ſubſtitutione filiorum verificari non poteſt, niſi in portione Patrui ſine filijs defuncti, dum reſpectu paternæ portionis concepta eſt ſub conditione ſi ſine filijs.*

22 *Filij in reciproca ſubſtitutione hæredum vocati, nedum Patris, ſed etiam Patrui portionem capere debent, cui etiam fuerunt expreſsè reciprocè ſubſtituti.*

DECISIO DXIII.

Deceſſit anno 1593. Io: Maria Filernus cum Teſtamento, in quo inſtituit Angelam filiam in ſcutis 1500. & Ioannem Baptiſtam, Vincentium, & Bartholomeum filios maſculos in ſcutis 300. pro quolibet anno reciproca ſubſtitutione inter eos, hæredem verò vniuerſalem ſibi ſcripſit Syllã Vxorẽ cum prohibitione tranſeundi ad ſecunda vota, vocando in caſu contrario dd. eius filios maſculos, eorumque hæredes, & ſucceſſores, addita ſubſtitutione eorundem poſt illius mortem per hæc verba. *Et voluit inſuper quod ad mor-*

*mortem ipſius D. Sylla d. hæreditas redeat, & eſſe de-
beat dd. ſuorum filiorum, & eorum hæredum, & ſuc-
ceſſorum cum ſupradicta Conditione, quod ſi quis de-
ceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, vt ſupra
ſuccedant vnus alteri, & alter alteri, ſuique hæredes,
& ſucceſſores omni meliori modo &c.*

Deſuncto Teſtatore, primo loco obijt Io: Ba-
ptiſta ſine filijs, deinde Sylla, & poſtmodũ Bartho-
lomeus cum teſtamento condito ante mortem
Syllæ, in quo inſtituit Luciam eius filiam, aliaſq;
ſi eas habuiſſet in ſcutis 2500. auctis in Codicillis
ad alia 3500. hæredes verò vniuerſales ſcripſit
filios maſculos, ſi eos haberet, ſin minùs, vt eue-
nit, aut eis poſtmodum quomodocunque ſine fi-
lijs maſculis decedentibus, vocauit Syllã Matrem
& Vincentium fratrem, quibus decedentibus ſub-
ſtituit d. Luciam. Cum autem vltimo loco obie-
rit d. Vincentius inſtitutis ſibi hæredibus Ioſe-
pho, & fratribus de Perottis ſuis ex Sorore Ne-
potibus, & ſic apertum prætenderetur ad fauo-
rem d. Luciæ Bartholomei filiæ, vtrumque fidei-
comiſſum tàm Auitum, quàm Paternum, com-
miſſa mihi cauſa in prima Inſtantia appellatione
remota, propoſui Dubium An conſtet de voca-
tione Luciæ tàm in Teſtamento Io: Mariæ, quàm
in Teſtamento Bartholomei, & Dñi quoad v-
trumque affirmatiuè reſponderunt.

Reſpectu enim Auiti reſultat eius vocatio ex
ſubſtitutione hæredũ, & ſucceſſorũ, quos Io: Maria
Teſtator poſt mortem Syllæ ſubſtituit, atque de-
nuo vocauit ſub reciproca eius filiorum ſubſtitu-
tione, vt patet ex verbis ſupra relatis, quorum
1 appellatione (quidquid ſit in contractibus) tàm
in conditionibus, quam in ſubſtitutionibus ve-
niunt ſolùm hæredes ſanguinis *l. ex facto §. fin. ff.
ad Trebell. ſpecul. lib. 4. partic. 3. tit. de Teſtam.
§. 1. n. 32. verſ. Itèm cum ſit mentio fulgoſ. conſ. 17.
n. 2. verſ. In contrarium Aym. Conſ. 155. n. 6. Fu-
ſar. conſ. 79. n. 1. Peregrin. de fideicom. art. 32. n.
31. Rot. deciſ. 170. n. 3. par. 3. & deciſ. 190. n. 6.
par. 4. rec.* Vnde cum omnes prædeceſſerint, ſub-
ſtitutio purificata remanſit ad fauorem Luciæ
Nepotis Teſtatoris ex Bartholomeo filio, quam-
2 uis ſit fœmina; Nam ſub d. appellatione hæredũ
& ſucceſſorum de iure veniunt tàm maſculi, quàm
fœminæ *tot. tit. ff. de legit. hæred. Auth. defuncto C.
ad Tertull. & auth. ex ſucceſſione C. de ſuis, & legit.
Cardin. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit.
14. ſub n. 11. verſ. idemq; ſi fuerit Rota in recent. de-
ciſ. 21. n. 4. par. 1. coram Baratt. deciſ. 596. n. 5. &
coram bo. me. Merlino deciſ. 326. n. 7.* Et quamuis
3 non fuerit hæres effectiua omnium Bonorum ſui
Patris, ſiuè quià ſatis eſt inſtitutam fuiſſe in re
certa, nempe in ſcutis 2500. auctis in Codicillis
ad alia 3500. vt optimè firmat *Specul. in d. tit. de
Teſtam. d. §. 1. n. 31.* quem communiter ſequun-
tur relati *per Peregr. d. art. 32. n. 21. & per Fuſar.
quæſt. 341. n. 9. Guidop. deciſ. 458. n. 1. & per tot.*
4 Siue etiam quia ſufficit quod per ipſam non ſte-
terit quominùs fuerit hæres vniuerſalis, ne alio-
5 quin ſit in poteſtate greuati non ſubſtituendo hæ-
redem Sanguinis, eum à vocatione excludere
cõtra voluntatem Teſtatoris, vt benè firmat *Ruin.
conſ. 174. ſub. n. 12. verſ. quid ergò verba lib. 2. Fu-
ſar. conſ. 78. n. 9. & d. conſ. 79. n. 3. & de ſubſtit.
quæſt. 340. n. 1. & 2. alijq; relati per Peregr. d. art.
32. n. 9. verſ. ſed contra tenuit.*

Cõprobatur eius vocatio tùm ex quo Teſtator
6 inſtituit coniunctam perſonam, nempe Vxorem,
eique ſubſtituit communes filios, eorumque hæ-
redes, & ſucceſſores, ac proptereà conſideraſſe
cenſetur Iura Sanguinis, quorum conſideratio
operatur, vt de ſolis Deſcendentibus, & hæredi-
bus Sanguinis intellexiſſe videatur, vt docet *Bald.
conſ. 267. n. 2. lib. 5. Socein. Iun. conſ. 158. n. 10.
cum ſeqq. Bero: conſ. 110. n. 49. verſ. accedat ad hæc
lib. 2. Card. Mantic. vbi ſupra d. lib. 8. d. tit. 14. n.
13. cum alijs per Fuſar. d. quæſt. 339. n. 63. Rota de-
ciſ. 216. n. 1. & deciſ. 269. n. 4. par. 5. recent.* Vbi
7 quod ſub nomine hæredum adiecto poſt factam
mentionem de filijs non veniunt niſi Nepotes, &
Deſcendentes Sanguinis; Tùm ex quo addidit
8 dictionem *Sui* ibi: *Suique hæredes, & ſucceſſores,*
quæ cum denotet ſuitatem, demonſtrat etiam
ſubſtitutionem intelligendam eſſe de hæredibus
Sanguinis ad excluſionem extraneorum *Ant. de
de Butr. conſ. 23. n. 2. Bero d. conſ. 110. n. 52. lib.
2. Menoch. conſ. 958. n. 11. verſ. 8. ſuffragatur Gui-
dop. deciſ. 306. n. 2.* Tùm etiam ex quo in ipſamet
inſtitutione Vxoris, vocauit etiam ſuos hæredes,
& ſucceſſores ibi. *In omnibus autem ſuis bonis, &c.
vniuerſalem hæredem inſtituit D. Syllam eius Vxorem
ſuoſque hæredes, & ſucceſſores, &c.* Vnde ſicut in
hac parte ſine dubio intellexit de filijs, & deſcen-
dentibus, dum poſtmodum Vxori decedenti fi-
lios ſubſtituit, quorum ſubſtitutio impleri non
potuiſſet, ſi in inſtitutione comprehenſi fuiſſent
extranei, Ita pariter affirmandum eſt in ſubſe-
quenti ſubſtitutione facta filijs, de ſolis deſcen-
dentibus, & hæredibus Sanguinis fuiſſe intelle-
9 ctum, cum præſumi nequeat Teſtatorem magis
dilexiſſe hæredes extraneos ſubſtituti, quàm in-
ſtituti, vt notant *Socein. Iun. d. conſ. 158 n. 14. lib.
2. Annon conſ. 38. num. 3. Card. Mantic. d. lib. 8.
d. tit. 14. n. 7. Fuſar. d. quæſt. 339. num. 36. qui
allegant Concordantes.*
Nec ſubſiſtit quod d. vocatio hæredum, & ſucceſ-
ſorum intelligatur per ſolam vulgarem, non au-
tem per fideicommiſſariam.

Licèt enim quãdo certa perſona, & eius hæredes
10 ſunt inſtituti per vulgarem ſimpliciter hæredes
cenſeantur vocati iuxta doctrinam *Cuman. in l.
Gallus §. Quidem rectè num. 7. in fine ff. de liber. &
poſthum* in quibus terminis loquitur *Rota coram S.
M Greg. deciſ. 207. n. 1. cum ſeqq. & in Interam-
nen. fideicommiſſi 16. Maij 1625. coram bo. me. Pi-
11 rouano;* Secùs autem eſt quando, prout hic, ſunt
ſubſtituti hæredes, & ſucceſſores præſertim ſub
12 commemoratione mortis, talis enim ſubſtitutio
compendioſa eſt, quamuis non adſit dictio *quan-
documque gloſſ. & DD. in cap. 1. de Teſtam. in 6.
Gionang. conſ. 74. n. 26. & 27. lib. 1. Rot. deciſ. 656.
num. 2. part. 4. deciſ. 157. num. 1. & deciſ. 579.
13 n. 7. p. 8. recent.* Quæ propterea ſub ſe continet
nedum vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam.
*DD. communitèr in l. Centurio ff. de vulg. & pupill.
Anchar. in cap. ſi Pater n. 15. de Teſtam. Rota Deciſ.
97. n. 7. par. 4. rec. & coram bo. me. Merlino deciſ.
269. n. 1. & 2. cum alijs in his terminis allegatis in
Romana fideicomiſſi de Druſolinis 22. Iunij 1654. co-
ram me §. quia cum in Caſu cum ſeqq.*

Quod certius procedit in propoſito, ſiue ex quo
verba directa ſunt in ipſam hæreditatẽ ibi: *d. hæ-
14 reditas redeat vt eſſe debeat, &c.* & vocati ſunt hæ-
redes non dum nati, ex quo arguitur conſidera-
tum fuiſſe tractum temporis ſucceſſiuum, quod fi-
deicommiſſariam continet ſubſtitutionem, vt de-
clarat idem *Cuman. in l. cum ità §. In fideicommiſſo
num. 4. ff. de legat 2. Curt. Iun. conſ. 48. num. 4. 5.
& 6. Socein. Iun. conſ. 136. num. 18. lib. 3. Rota in
recent.*

Digitized by Google

recent, deciſ, 320. num, 1, par. 1.& in d. Romana fi,
15 *deicommiſſi de Druſolinis ſub* §.& *liceat*,ſiue ex quo
vocatio concepta fuit per verbum *redeat*, de ſui
natura fideicōmiſſum importans, vt in proximis
terminis verbi *reuertatur* eſt *Text. in l. Lucius* 78.
§. *tres hæredes ff. ad Trebell. Caſtr. conſ.* 341. *poſt
princ. lib.* 1. *Corn. conſ.* 152. *num.* 19. *lib.* 2. *Tiraq;
de reuoc. donat. verb. reuertatur n.* 6. *Bero conſ.* 66.
num. 18. *lib.* 2. *Rota deciſ.* 509. *num.* 2. *ad med. par,*
4. *diuerſ. cor. Card. Canaler, deciſ.* 34. *num* 3. *in Romana
Cenſus* 15. *Iunij* 1654. *coram R. P. D. meo Bicchio
ſub.* §. *negabontque ijdem, & prius in alia Romana
Cenſus* 30. *Ianuarij eiuſdem anni coram me* §. *informantes
verò*, ſiue etiam ex quo præfata vocatio
hæredum, & ſucceſſorum cohæret etiam immediatè
ſubſtitutioni reciprocæ inter primos ſubſtitutos
factæ ibi: *Succedat vnus alteri, & alter alteri,
ſuique hæredes, & ſucceſſores*, Ideoque fideicom-
16 miſſaria cenſenda eſt modo, & forma, prout eſt
vocatio primò ſubſtitutorum contenta in reciproca
Dec, in l. In Teſtamento la 1. *num.* 3. *in fine
C. de Teſtamen. & conſ.* 318. *n.* 3. *Angel, conſ.* 307.
num. 3. *Roland. conſ.* 25. *num.* 10. *lib.* 1. *Craſſ. in*
§. *Subſtitutio quæſt.* 54. *num.* 6. *verſ. declara* 3. *Rota
deciſ.* 300. *num.* 11. *par.* 1. *recent.* ſiuè demùm
17 ex quo cùm nemo habere poſſit hæredem in vita
l. 1. *ff. de hæred. & act. vend.* eo ipſo quod Teſta-
18 tor ſubſtituit proprios filios, & eorum hæredes,
iſtos ſubſtituiſſe cenſetur poſt mortem, & ſic ordine
ſucceſſiuo per fideicommiſſum, iuxtà *theoric.
Bartol. in l. Gallus* §. *quidem rectè num.* 7 *ff. de liber.
& poſthum.* quam ſequuntur *Aym, conſ.* 13. *ſub num.*
10. *Socc. Sen. conſ.* 12. *num.* 6. & 14. *verſ. ſed præmiſſis
non obſtantibus lib.* 3. *latè Peregrin. de fideicom,
art.* 19. *num.* 18. 19. & 21.

Minuſuè ſubſiſtit, quod Lucia cenſeatur vocata
ad ſolam portionem Bartholomei ſui Patris, non
autèm ad portionem Vincentij Patrui. Quia hoc
19 ſolum dubitari contingit, quando filij Cohæredis
reciprocè ſubſtituti ſimpliciter ſint politi in
condirione, quo caſu niſi adſint vrgentes coniecturæ,
nempè ratio maſculinitatis, contemplatio
agnationis, digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum,
& ſimiles nunquam inducitur fideicommiſſum
in portione Patrui, vt omiſſis antiquioribus
reſpondit *Rota in Romana fideicommiſſi de Ferratinis*
19. *Nouembris* 1646. & 29. *Martij* 1647. *corom
R. P. D. mea Peutinger. ac* 15. *Iunij* 1648. *co-*
20 *ram R. P. D. meo Meltio* §. *minuſque obſtat*; Non autèm
quando expreſsè, prout hic, ſunt ſubſtituti;
hoc enim caſu res caret omni dubitatione, vt conſuluit
Peregr. conſ. 151. *num.* 6. *lib.* 5. *quem refert,
& ſequitur Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 440. *nu.* 18. Ex-
21 preſſa enim, & diſpoſitiua vocatio hæredum, &
ſucceſſorum poſita in reciproca ſubſtitutione filiorum
verificari non poteſt niſi in portione Patrui
ſine filijs Defuncti cum reſpectu paternæ portionis
concepta ſit ſub conditione ſi ſine filijs,
22 & conſequenter Lucia nedùm Patris, ſed etiam
Patrui portionem capere debet, cui etiam fuit expreſsè
reciprocè ſubſtituta, *l. Lucius, vbi Bart,
cæterique ſcribentes ff. de vulg. & pupil. l.* 2. *C. de
Impuber. & alijs ſubſtitut. Card. Canal. deciſ.* 167. *n.* 3.
& 4 *cum q'ijs in puncto allegatis in d. Rom. fideicomm.
de Druſolinis cor. me* §. *Teſtator enim, &* §. *atq; ideò*.

Reſpectu verò Teſtamenti paterni illius vocatio ab
informantibus pro Perottis non reuocabatur in
dubium, ſed expreſsè admittebatur, quia literalis
eſt poſt obitum Syllæ Matris. & Vincentij
fratris hæredum inſtitutorum. Et ità vtraq; &c.

ROMANA DOTIS.

Lunæ 15. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Hæres Communis debitoris, ſi agat repellitur exceptione
l, vindicantem ff. de euict: qua ipſe defunctus
repelleretur, Hæres autem ſubſtitutus in caſu
quo Inſtitutus de bonis hæreditarijs non diſpoſuerit,
an cenſeatur hæres Teſtatoris, an hæres
hæredis Inſtituti, ſi in eius perſonam hæres Inſtitutus
diſpoſuit, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Hæres repellitur eadem exceptione qua repelleretur eius Auctor ſi ageret.*

2 *Hæres inſtitutus dicitur acceptaſſe diſpoſitionem Teſtatoris aſſequendo, & retinendo bona ſibi relicta, quæ alio Iure, quàm hæreditario conſequi non poterat.*

3 *Onus ſoluendi debita hæreditaria ineſt de iure in hærede ob ipſa die aditionis hæreditatis.*

4 *Diſpoſitio non redditur conditionolis, nec ſuſpenditur acquiſitio hæreditatis per expreſſionem oneris in hærede eo modo, quo à Iure præſcribitur.*

5 *Hæres Inſtitutus cum hoc quod intra biennium ſoluat omnia debita hæreditaria, ſi in caſu contrario non fuerit adiecta pœna priuationis, nec datus ſubſtitutus omittendo ſolutionem, non cadit à commodo hæreditatis.*

6 *Hæres ſicuti non cadit à commodo hæreditatis non ſoluendo æs alienum hæreditarium, ad quod de Iure tacitè tenetur, ità nec quando vt ſoluat fuit expreſsè demandatum à Teſtatore.*

7 *Expreſſio eius quod tacitè ineſt, nihil operatur.*

8 *Subſtitutio facta ſub conditione ſi hæres inſtitutus de bonis hærditarijs non diſpoſuerit, facto per ipſum diſpoſitione euaneſcit, & tollitur grauamen reſtitutionis hæredi iniunctum in caſu non factæ diſpoſitionis,*

9 *Hypotheca generalis comprehendit regulariter nedum bona, & iura præſentia, ſed etiam futura.*

10 *Creditor diſponendo ad fauorem debitoris de bonis ſibi hypothecatis, vel conſentiendo ſimpliciter illorum alienationi remittere videtur hypothecam ad ſui fauorem contractam.*

11 *Debitor Communis, nullo modo poteſt Creditori remittere hypothecam ad ſui fauorem contractam nec illam tollere in præiudicium aliorum creditorum.*

12 *Hypotheca ab hærede grauato ſuper bonis fideicomiſſi contracta, ipſo decedente extinguitur, & reſoluitur, & bona ad fideicomiſſarium tranſeunt ſine onere dictæ hypothecæ.*

13 *Subſtitutio ordinata in caſum non factæ diſpoſitionis ab hærede grauato expirat facta diſpoſitione.*

14 *Hypotheca regulariter ſequitur rem, & quemcumque illius poſſeſſorem.*

15 *Inſtitutio generaliter facta, non comprehendit ea bona, quæ ad alium ſpectare debent, caſu quo de illis ſpecialiter non diſponatur.*

16 *Hæres inſtitutus ab hærede granoto, habeote liberam foeultatem diſponendi ad fauorem cuius maluerit ab ipſo hæreditatem recognoſcere debet. quamuis fuiſſet ſubſtitutus à Teſtatore in caſu non factæ diſpoſitionis ab hærede grauato.*

17 *Hæres grauatus habens liberam facultatem diſponendi de bonis hæreditaris, non cenſetur illa vti voluiſſe, ſi nullo modo diſpoſuit vel ſi diſpoſuit eo modo, quo Teſtator diſpoſuerat in caſu non factæ diſpoſitionis.*

18 Secni

Digitized by Google

18 *Secùs autem ſi eius diſpoſitio ſit difformis à diſpoſitione Teſtatoris, quamnis diſpoſuerit ad fauorem perſona à Teſtatore vocata in caſu non facta diſpoſitionis.*

19 *Hæras grauatus, habens liberam facultatem diſponendi de bonis hæreditarijs, licet diſpoſuerit ad fanorem perſona à Teſtatore vocata in caſu non facta diſpoſitionis, dum eius diſpoſitio fuit concepta ſub diuerſis conditionibus, cenſetur de illis bonis diſpoſuiſſe non tamquam ſpectantibus ad hæreditatem Teſtatoris, ſed proprio ipſius Patrimonio.*

20 *Hæres grauatus habens liberam facultatem diſponendi, ſi diſpoſuit ad fauorem venientium ab Inteſtato non cenſetur illa facultate vti voluiſſe.*

21 *Diſpoſitio collata in voluntatem alterius eſt nulla.*

22 *Subſtitutio facta ſub canditione à facto tertij dependente eſt valida, & ſuſtinetur.*

23 *Hæres ſtatim declaratur is, qui acceptat bona hæreditaria, dum illa conſequi non poterat alio Iure, quàm hæreditaria.*

DECISIO DXIV.

HOdie pro quarta vice iterum viſum fuit Dominis Annam Creſcentiam non fuiſſe hæredem Lauræ, ſed Creſcentij communis debitoris, & ideò ad ſui fauorem non eſſe exequendum Inſtrumentum dotale eiuſdem Lauræ, cum repel-
1 latur exceptione *l. Vindicantem ff. de euict.* qua repelleretur Creſcentius eius Auctor, ſi ageret ex rationibus comprobatis in tribus præcedentibus deciſionibus editis *coràm me 15. Iunij 1643. 2. Decembris 1644. & 27. Maij 1647.*

Laura enim ſibi inſtituit hæredem Creſcentium fratrem, illique conceſſit liberam facultatem diſponendi tàm in vita, quàm in morte de reſiduo ſuæ hæreditatis ſolutis debitis, & licet ſubſtituerit Annam, ſubſtitutio tamen huiuſmodi non fuit pura, & libera, ſed conditionalis, quatenus Creſcentius hæres inſtitutus non diſpoſuiſſet; Vnde cùm ipſe vtendo d. facultate diſpoſuerit de bonis Lauræ inſtituendo in illis Annam filiam, defecit conditio, ſub qua à Laura ſubſtituta fuit eadem Anna, & ſic euanuit eius ſubſtitutio ſub præfata conditione concepta, & con-
2 ſequenter ipſa ſucceſſit Creſcentio, à quo fuit inſtituta hæres particularis, eiuſque inſtitutionem acceptauit aſſequendo, & retinendo bona ſibi relicta, quæ alio Iure conſequi non poterat *Bart. in l. gerit. num. 2. ff. de acquir. hæred.* & præter autoritates allegatas in *2. deciſ. §. ea verò* reſpondit Rota *coram Card. Millin. deciſ. 44. num. 6. & 7. & deciſ. 231. num. 1. & 2. & in firmana pecuniaria 1. Iulij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio §. controuerti verò non potuit.*

Nec ſubſiſtit quod tàm inſtitutio Creſcentij, quam facultas diſponendi illi attributa fuerint conditionales propter onus ſibi iniunctum ſoluendi infra biennium omnia debita, in quibus Laura reperiebatur obligata.

Quia onus huiuſmodi de Iure ineſt in hærede
3 ab ipſa die aditionis hæreditatis *l. cum hæredes 23. ff. de acquir. poſſ.* Et propterea eius expreſſio eo mo-
4 do, quo à iure præſcribitur, non facit inſtitutionem, nec diſpoſitionem conditionalem, nec ſuſpendit acquiſitionem hæreditatis, vt præter adducta in *3. deciſ. §. vlt. probat. Text. in l. Cornelius ff. de hæred. inſtit. & in l. 3. vbi latè exornat Rip. in 1. notab. ff. de legat. 1. Oldrad. conſ. 223. num. 3. Gemin. conſ. 84. num. 19. verſ. non obſtat quod collationes, & conſ. 106. num. 12. verſ. Sed expreſſio.*
5 *Rota coram S. M. Greg. d. 307. num. 21. & in recent. d. 483. num. 2. verſ. Et licet diſpoſitum par. 3. & deciſ. 638. num. 2. part. 4.* Cumque in caſu contrario non fuerit adiecta pœna priuationis, nec datus ſubſtitutus vtique, licet præfixus fuerit terminus biennij; nihilominus omittendo Creſcentium ſolutionem debitorum non cecidit proinde à commodo hæreditatis, nec amiſit facultatem diſpo-
6 nendi; Sicut enim non cadit hæres non ſoluendo æs alienum hæreditarium, ad quod de Iure tacitè tenetur, ità nec quando vt ſoluat, fuit expreſ-
7 sè demandatum, cum expreſſio eius, quod tacitè ineſt nihil operetur ex allegatis, deciſiones autem in *Caſenaten. Hæreditatis 24. Martij 1651. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & 10. Nouembris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Albergato*, non applicãtur caſui noſtro, quia ibi Teſtator in caſu non implementi conditionis addidit pœnam priuationis hæreditatis, & dedit ſubſtitutum, quæ hic non fuerunt adiecta.

Gratiſque aſſeritur dd. Bona non venire ſub generali hypotheca ante Teſtamentum, & mortem Lauræ à Creſcentio contracta, ex quo illorum acquiſitio reſolubilis, ac reuocabilis erat, quatenus ipſe Creſcentius in vita, vel in morte de illis non diſpoſuiſſet.

Quoniam vt patet ex prædictis inſtitutio, & facultas diſponendi erant puræ, conditio autem, ſeù reuocabilitas adiecta fuit in ſubſtitutione Annæ concepta, quatenus Creſcentius in vita, vel in morte non diſpoſuiſſet, & deceſſiſſet ſine filijs;
8 Vndè cum ipſe præcisè de bonis, & Iuribus hæreditarijs Lauræ diſpoſuerit in illis inſtituendo hæredem Annam, adimpleta, & purificata fuit dicta conditio, & ſic euanuit ſubſtitutio, & grauamen illi iniunctum in caſu non factæ diſpoſitionis per ea, quæ dixit *Rota deciſ. 75. nu. 9. par. 2. recent. & coram S. M. Gregor. deciſ. 85. num. 25.*
9 quæ propterea cadunt ſub generali hypotheca, & obligatione Camerali per ipſum antecedenter contracta, quæ nedum bona, & Iura præſentia, ſed etiam futura regulariter comprehendit, vt reſpondit Rota *deciſ. 294. num. 2 par. 1. & dec. 419. num. 2. par. 8. recent. & in Sancti Seuerini Dotis, ſeù Saluiani 4. Maij 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 187. num. 3.*

Minuſuè ſubſiſtit, quod hypotheca ſublata, & reſoluta remanſerit ſiuè per d. Inſtitutionem ad fauorem Annæ à Creſcentio expreſsè factam, ſiuè per eius mortem deinde ſubſequutam.

10 Quia prima pars obiecti procedit in Creditore, qui diſponendo ad fauorem Debitoris de bonis ſibi hypothecatis, vel conſentiendo ſimpliciter illorum alienationi remittere videtur hypothecã ad ſui fauorem contractam, in quibus terminis loquitur *Natt. in contrarium alleg. conſ. 474. nu. 29.*
11 *conſil. 530. num. 1. cum ſeqq.* Secus verò in Debitore, qui nullo modo remittere, nec tollere poteſt hypothecam in præiudicium eius Creditorum *l. Debitorum pactionibus C. de pact. l. ſi vnus §. ante omnia ff. eod. & l. 1. C. debitor. vendition. pignor. impedir. non poſſ. Neguſ. de pignor. in 3. memb. 6. par. princ. num. 11. Buratt. deciſ. 62. num. 5.* Secun-
12 da verò pars obiecti procedit in hærede abſolutè grauato alteri reſtituere, & ſic Domino reuocabiliter, quo decedente reſoluitur, & extinguitur hypotheca per ipſum contracta, & bona ad fideicommiſſarium tranſeunt ſine onere d. hypothecæ vt probat *Text. in l. fin. §. ſin autem C. Comm. de legat.*

Digitized by Google

legat. Rota coram bon. mem. Merlino deciſ. 645. n. 3.
Ideoque non applicatur caſui noſtro, quo Cre-
ſcentius fuit Dominus irreuocabiliter quatenus
voluiſſet præciſè de bonis diſponere, vt diſpoſuit,
& conſequenter per eius, obitum d. hypotheca
13 non remanſit reſoluta, dum fecit diſpoſitionem,
licentia enim diſponendi compatibilis eſt cum
ſubſtitutione ordinata in caſum non ſequutæ di-
ſpoſitionis, quia eadem ſubſtitutio dicitur habe-
re tam expreſſam, quam tacitam conditionem
quatenus Creſcentius non diſpoſuiſſet, facta ta-
men diſpoſitione expirauit, vt præter allegata in
præcedenti deciſione reſponſum fuit *in Sancti Se-
uerini fideicommiſſi 27. Maij 1647. coram R.P.D. meo
Veroſpio in principio*, & bona tranſierunt in An-
nam, cuius fauore fuit facta diſpoſitio cum one-
14 re præcedentis hypothecæ generalis, quæ regula-
riter ſequitur rem, & quemcunque illius poſſeſſo-
rem *l. diſtractis, & l. pignoris C. de pignor. l. res C.
de remiſſ. pignor. Rot. deciſ. 301. num. 17. par. 8.
recent. & coram Buratt. id. deciſ. 62. num. 3.* Deciſio
autem in *Romana Scriptoria coram Card. Marque-
montio 5. Iunij 1609. impreſſ. apud Gratian. diſcept.*
15 521. *ſub num.* 10. firmans generalem hæredis in-
ſtitutionem non comprehendere ea, quæ ad aliũ
ſpectare debent, caſu quo de illis ſpecialiter non
aduerſatur, cum Creſcentius ſpecialiter diſpoſue-
rit de bonis Lauræ ad fauorem Annæ, ibi: *Item
dictus D. Creſcentius Teſtator Iure inſtitutionis &c.
reliquit D. Annæ &c. omnia, & ſingula bona mobilia
ipſius Teſtatoris &c. ac etiam omnia alia bona, actio-
nes, & Iura quæcunque per ipſum D. Teſtatorem re-
perta in hæreditate d. Lauræ Creſcentiæ ſuæ germanæ*
16 *Sororis &c.* quæ ab ipſo Creſcentio habente libe-
ram facultatem diſponendi ad fauorem cuius
maluerit dd. bona recognoſcere debet, vt decla-
rando *Text. in l. vnum ex familia 67. §. ſi de falci-
dia ff. de legat. 2. & in l. ſi ſponſus §. ſi quis rogatus
ff. de donat. inter Vir. & Vxor.* latè reſponſum fuit
in primis duabus deciſionibus huius cauſæ com-
probatis in *Romana Emphyteuſis 28. Nouemb. 1653.
coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Neque applicantur *Text. in l. ſi quis illud etiam,*
iuncta *auth. nunc autem C. de ſecund. nupt. & in l. ſi*
17 *mihi ſempronius 103. ff. de legat. 1.* Procedunt enim
quando habens facultatem diſponendi nullo mo-
do diſponit, vel diſponit eo modo, quo Teſta-
18 tor diſpoſuerat, data autem (prout hic) diffor-
mitate diſpoſitionum nil refert an diſpoſitio facta
fuerit ad fauorem perſonæ vocatæ à Teſtatore,
vel alterius, quia ipſa difformitas demonſtrat
eum noluiſſe obſequi volunti Teſtatoris, ſed vo-
luiſſe vti libera facultate ab eo conceſſa, cum pa-
ria ſint ad iſtum effectum transferre bona in alias
perſonas, vel in perſonam vocatam ſub diuerſis
conditionibus; Creſcentius enim Iure inſtitutio-
nis reliquit Annæ bona Lauræ vna ſimul, & co-
pulatiuè cum proprijs, atque adiecit onus illa
diſtribuendi inter pauperes, quatenus Anna ſine
19 filijs decedat, quod in Teſtamento Lauræ non
legitur, ex quibus concludenter educitur diſpo-
ſuiſſe de illis bonis non tanquam ſpectantibus
amplius ad hæreditatem Lauræ, ſed vti proprio
ipſius patrimonio, vt deducitur in *ſecunda deciſ.
§. vltimo* cui non vrget *Ruin. conſil. 147. num. 16.*
20 *lib. 2. & conſil. 92. num. 28. lib. 3.* Quia in ſuo ca-
ſu diſpoſitio fuerat facta in venientes ab inteſta-
to purè, ſine alia conditione, & ſic tanquam fa-
cta eo modo, quo inerat, nihil operabatur.

Extra rem autem viſa fuerunt ea, quæ ſubde-
21 bantur de nullitate facultatis diſponendi tanquã
importantis diſpoſitionem Lauræ in voluntatem
hæredis ex *alleg. per Surd. conſ. 380. num. 25. cum
ſeqq.* Quia ipſa non contulit diſpoſitionem in vo-
luntatem Creſcentij, in quibus terminis loquitur
Surd. & alij in contrarium ab eo allegati, ſed Cre-
ſcentium inſtituit, & ſubſtituit Annam quatenus
ipſe de bonis non diſpoſuiſſet; Conditio itaque
ſubſtitutionis, non ipſa ſubſtitutio pendet à vo-
22 luntate Creſcentij. Prohibitum autem non eſt
ſubſtituere ſub conditione à facto Tertij depen-
dente *l. ſi ita fuerit 13. ff. de manumiſſ. Teſtam. Ro-
ta in dicta Caſenaten. Hæreditatis 24. Martij 1651.
coram* Reuerendiſſimo *D. meo Decano, & 10. Nouem-
bris eiuſdem anni coram R. P. D. meo Albergata.*

Denique non obſtat repetitum obiectum, quod
Anna adiuerit hæreditatem Lauræ, & repudia-
uerit illam Creſcentij. Quia ex prædictis non po-
tuit adire, nec conſequi bona Lauræ, niſi vti
hæres Creſcentij, qui nec præciſa, nec cauſatiua
neceſſitate cogebatur illam inſtituere, quia ha-
bebat liberam, & ampliſſimam facultatem diſpo-
23 nendi tam in vita, quam in morte, & propterea
eo ipſo, quod Anna hæc bona acceptauit ſe hæ-
redem Creſcentij declarauit, cum ad ipſam alio
Iure, quam hæreditario ipſius pertinere non po-
terant, vt probant authoritates ſupra in princi-
pio allegatæ.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. HÆREDITATIS DE PEPVLIS.

Mercurij 17. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Ægidiana ſicuti non intrat in bonis Eccleſiaſticis, licet ſolum agatur in poſſeſſorio de vtili dominio inter laicos ita nec etiam reſpectu bonorum laicalium in eadem ſententia comprehenſorum habet locum, & quando pars appellabilis Sententiæ trahat ſecum partem non appellabilem. Inceſtus ſi incontinenti probetur impedit Immiſſionem in bonis fideicommiſſarijs, & quomodo Inceſtus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Ægidiana Conſtitutio non intrat reſpectu bonorum Eccleſiæ, quamuis agatur in poſſeſſoria de ſolo dominio vtili inter laicos.*

2 *Ægidiana ſicuti non intrat in bonis Eccleſiaſticis, ita nec etiam in bonis laicalibus in eadem ſententia comprehenſis,*

3 *Bona tam Eccleſiaſtica, quam laicalia quando fuerunt petita ex eadem cauſa, & actione ſub vnico libello, & comprehenſa in eadem ſententia ſub vnica verborum ſtructura concepta, tunc ſicuti ceſſat Ægidiana in bonis Eccleſiaſticis, ita etiam in laicalibus.*

4 *Sententia licet ratione materiæ diuidua, ſi tamen ſit indiuidua ratione formæ, tunc pars appellabilis trahit partem non appellabilem.*

5 *Attentatorum pœna euitatur, ſi neque Iudici, nec parti innotuit ante Sententiam bona ſuper quibus fuit Immiſſio conceſſa eſſe de iuribus Eccleſiæ, & conſequenter Ægidianam non intrare.*

6 *Ægidiana tamquam Conſtitutio laicalis nequit comprehendere bona Eccleſiaſtica ob defectum poteſtatis in Conſtituente,*

7 *Ægidiana ad hoc vt intret, vel non intret, non attenditur ſcientia, vel Ignorantia, minuſuè diſſenſus, aut conſenſus partium vel Iudicis.*

8 *Ægidiana ſemper excluditur ſtante Iniuſtitia ſententia,*

9 In-

Digitized by Google

9 *Inceſtuoſi, exceptis alimentis, ſunt incapaces ſucceſſionis.*

10 *Filij dicuntur inceſtuoſi, ſi Pater prius carnaliter Sororem eorum matris cognouerat.*

11 *Affinitas prius contracta ex copula carnali cum Sorore reddit inceſtuoſam ſubſequentem cognitionem alterius Sororis.*

12 *Inceſtus vtpotè difficilis probationis, admittit præſumptiones, & coniecturas efficaces, & violentas ad effectum dirimendi matrimonium.*

13 *Inceſtus tamquam difficilis probationis admittit leuiores probationes præſertim quando agitur ad ſolum effectum Succeſſionis.*

14 *Copula Carnalis ex quibus Adminiculis, & præſumptionibus ſimul iunctis plene probetur.*

15 *Teſtium numerus ſupplet defectum illorum paupertatis, & vilitatis, & facit eos reputari ac ſi eſſent omni exceptione maiores.*

16 *Teſtis licet ſit pauper, dum de cætero eſt honeſtæ vitæ, non per hoc deſinit eſſe homo integræ fidei.*

17 *Inceſtus cum ſit difficilis probationis non admittit exceptiones contra perſonas Teſtium.*

18 *Pupillus, vel Infans ad hoc vt validè contra eum procedatur in Iudicio, non eſt opus, quod ei detur Tutor, ſed ſufficit quod à Iudice ipſi deputetur Curator ad illam litem.*

19 *Tutor, ſeù Curator poteſt à Iudice deputari pupillo, vel minori abſque citatione Matris, quando eſt elapſum quadrimeſtre ei datum ad petendam Tutelam filiorum.*

20 *Mater inceſtuoſa, non poteſt eſſe Tutrix filiorum.*

21 *Mater inceſtuoſa non eſt citanda dum à Iudice datur Tutor Pupillo.*

24 *Teſtes, dum non percutiunt tempus de quo quæritur, nullatenus ſunt attendendi.*

25 *Teſtes ità veniunt interpretandi ne contineant contrarietatem.*

26 *Teſtes melius informati, & numero plures, & adminiculati ex facti circumſtantijs ſemper veniant in concurſu præferendi.*

27 *Exceptio Inceſtus, & ſpurietatis, quando eſt incontinenti probata, impedit fideicommiſſarijs petitam Immiſſionem.*

DECISIO DXV.

PRæuia deciſione edita *coram R. P. D. meo Zarate 18. Iunij 1655.* pronunciatum fuit Antoniam, & Margheritam immittendas eſſe in poſſeſſionem Hæreditatis q. Com. Alexandri Mariæ de Pepulis, & cauſa appellationis mihi commiſſa cum clauſula *conſtito, quod ſit locus Ægidianæ*, hodie propoſito particulari dubio negatiuè reſponſum fuit.

Cum enim inter bona præfatæ Hæreditatis adſit Prædium nuncupatum *della Palada* Emphyteuticum Abbatiæ Nonantulæ, aliud in Villa Molinellæ Emphyteuticum Eccleſię Archiepiſcopalis Rauennæ, & aliud in Capella Sancti Egidij emphyteuticum Monaſterij S. Ioannis in Monte, vt patet in præſenti *Summario D. Com. Roderici num. 6. cum quatuor ſeqq. & num. 11. & 12.* Vtique
1 ſicuti certum eſt, quod reſpectu iſtorum corporum
Ægidiana Conſtitutio tanquam laicalis intrare
non poteſt, quamuis agatur in poſſeſſorio de ſolo
dominio vtili inter Laicos, vt diſcuſſo articulo
firmauit *Rota in celebri Romana Domus de Scappuccis coram bo. me. Coccino poſt Pacific. de Saluian. interd. deciſ. 238. per tot.* quam ſæpiſſimè ſequuta
2 fuit; Ità etiam ceſſat reſpectu aliorum bonorum,
& Corporum eiuſdem hæreditatis in ſententia
Comprehenſorum, quamuis ratione materiæ ſint
diuidua, & ſeparabilia, dum omnia petita fue-
3 runt ex eadem Cauſa, & actione, ſub vnico li-
bello, & comprehenſa in eadem ſententia vnica
4 verborum ſtructura concepta; Indè enim non at-
tenditur diuiduitas materiæ, ſed formæ, cuius ratione pars appellabilis trahit partem non appellabilem, vt declarando *deciſionem in Bonon. de Manzolis 16. Februarij 1629. coram eodem bon. mem. Coccino apud Poſth. de manut. 257. num. 1. cum ſeqq.* reſponſum fuit in *Viterbien. fideicommiſſi, ſeù Attentatorum 13. Maij 1644 coram me §. Prætereà cum duob. ſeqq. comprobata in Ariminen. Saluiani 30. Maij 1646. §. Tùm etiam quia, & in Romana Succeſſionis de Ametis 16. Nouembris eiuſdem anni §. Eſt itaquam coram R. P. D. meo Bichio*, vbi aliæ deciſiones declarantur, & in *Beneuentana Manutentionis 9. Iunij 1649. coram* R. *P. D. meo Peutingerio §. Quæ nullitas.*

Nil refragante, quod Inſtrumenta ad probandam qualitatem Emphyteuticam nõ fuerint producta ante ſententiam, nec aliter hoc Iudici, aut
Parti innotuerit. Quia ignorantia exinde reſul-
5 tans poſſet ſuffragari ad euitandam pœnam atten-
tatorum, quatenus pendente termino ad appellandum, vel poſt interpoſitam appellationem fuiſſet facta execuutio, in quibus terminis loquitur *Rota apud Poſth. de manut. deciſ. 296. num. 13. & in Anconitanen. Hæreditatis 10. Iunij 1648. coram Reuerendiſſimo D. Tarraconen. §. quoniam;* Secus autem ad effectum admittendi, provt hic, vel reijciendi appellationem, hoc enim caſu non attenditur ſimilis ſcientia, vel ignorantia, quia cùm Ægidiana
6 tanquam Conſtitutio laicalis nequeat compre-
hendere bona Eccleſiaſtica ob defectum poteſta-
7 tis, excluſio non pendet ex facto, aut voluntate
Partium, ſed ex defectu poteſtatis in Conſtituente, circa quem non attenditur ſcientia, vel ignorantia, minus vè diſſenſus, aut conſenſus Partium, vel Iudicis, vt plenè firmatum fuit *in dicta Viterbien. Fideicommiſſi, ſeù Attentatorum coram me §. Vlterius iuncto § ſeq.* vbi reſpondetur contrarijs.
8 Verum concurrit vlterius iniuſtitia ſententiæ,
que ſtante ſemper excluditur Ægidſana, vt ſæpè ſæpius reſpondit, Rota, & ſignanter in deciſionibus plenè allegatis *in Ferrarien. de Pandaſijs 7. Iunij 1647. & 10. Februarij 1645. coram* Reuerendiſſimo *D. Tarraconen.*

Iniuſta ſiquidem eſt ſententia, quia concedit Immiſſionem dictis Antoniæ, & Margharitæ in poſſeſſionem Hæreditatis d. quondam Com: Alexandri Mariæ vti illius filiabus, ac hæredibus teſtamentarijs, & tamen cum conſtet ipſas eſſe in-
9 ceſtuoſas, exceptis alimentis, ſunt incapaces ſuc-
ceſſionis, *Auth. ex complexu C. de inceſt. nupt. Menoch. conſ. 1065. num. 12. Gail. obſeru. 115. nu. 9. & ſeqq. lib. 2. Theſaur. Iun. quæſt. for. lib primo quæſt. 12. & 28 Mart. de ſucceſſ. legal. p. tr. prima quæſt. 16. art. primo num. 19. & ſeqq. Peregrin. de Iur. Fiſc. lib. 3. cap. 18. num 90. Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 15. num. 19. Boer. deciſ. 127. num. 6.*
10 Inceſtus reſultat ex quo dictus Comes Alexan-
der Maria eorum Pater priuſquam cognouiſſet
Dianam ipſarum Matrem carnaliter cognouerat
Dominicam illius Sororem germanam, ex quo
11 contracta fuit affinitas, quæ inceſtuoſam reddi-
dit ſubſequentem cognitionem Dianæ, vt tradunt *Lup. de illegit. comment. primo §. primo in præfat. numer. 12. Caball. caſ. crim. 200. num. 2. Perez de matrim. diſput. 31. ſect. 6. num. 2. Sanchez eod. tract. lib. 7. diſ. 5. num. 8.*

Digitized by Google

num.8' Farin. de delict.Carn.quaſt.149.num.168.

Huiuſmodi enim præcedens Copula, & cognitio Carnalis Dominicæ probatur à tribus ex ſeptem Teſtibus pro D.Com.Roderico formiter examinatis, ac relatis in *dicto Summ.num.17.* Primus enim per hæc verba deponit, ibi: *Et era coſa, che ſi ſapeua publicamente li in Caſa, che il Signor Conte Aleſſandro Maria godeua carnalmente la detta Domenica, e da poi di lì à vn tempo, &c. la detta Diana:* & ibi; *E la verità, che per propria confeſſione della Domenica, e Diana, e del detto Signor Conte in diuerſe occaſioni han detto d'eſſerſi conoſciuti carnalmente trà di loro prima con la Domenica, e poi con la Diana.* Tertius verò ibi: *Per tutto il tempo, che hò ſeruito in Caſa hò veduto quanto vi hò detto di ſopra con tutte due, e particolarmente molto tempo prima con la Domenica, e poi con la Diana,* & ſeptimus, ibi: *La Domenica diceua, che il Conte gli haueua dormito in mezo à tutte due, e che la Domenica era ſtata la prima à dargli l' honor ſuo,* ibi: *Io vi hò detto di ſopra, che il Signor Conte hà conoſciuto carnalmente la Domenica, &c. e da poi hà conoſciuto la Diana,* & ibi: *E la Domenica diceua alla Diana, che Dio non gli daria mai bene per il torto, che gli haueua fatto ad impicciarſi con il detto Signor Conte.*

Si enim Teſtes non deponunt ſimpliciter de actibus honeſtati non conſentaneis, & copulam non concludentibus, vt ſupponitur in altera *deciſione §. Primus eſt, cum ſeq.* ſed ipſam præcedentem copulam, & carnalem cognitionem concludunt, vt legitur in relatis verbis Depoſitionis ipſorum, qui propterea tanquã numero plures faciunt ple-
12 nam probationem præſertim in hac materia, quæ vtpote difficilis iuſtificationis admittit præſumptiones, & coniecturas efficaces, & violentas ad effectum dirimendi matrimonium *cap. literis de præſumpt. Gig. conſ.29.num.21. Rota dec.95. num.12. cum ſeqq.par.2.diuerſ. in Romana Nullitatis Matrimonij 19. Ianuarij 1646. coram bon. mem. Arguelles §. Hiſtamen & §. & in hac materia, & in alia Romana Nullitatis Matrimonij 28. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo D.Card. Otthobono §. Copula verò,* Leuiores verò quando agitur, prout hic, ad ſolum effectum ſucceſſionis *Card.Seraph.deciſ.1282. num.6.*
13 *Buratt. deciſ.530. num.13. Rota in Bonon. Fideicommiſſi Bartholomei de Bolagninis 18. Iunij 1648. coram Reuerendiſſimo D.Terracinen. § fin.*

14 Accedentibus maxime quamplurimis facti circumſtantijs ab omnibus ſeptem Teſtibus pleniſſimè relatis, & ſignanter reciproco antecedenti amore vtriuſque nempè Comitis, & Dominicæ, cohabitatione in eadem Domo, ac opportunitate diù noctuque ſe commiſcendi, continuoque acceſſu eiuſdem Dominicæ ad Cubiculum Comitis Seminudæ, & præparatæ actui Venereo cum mora proportionata, eius præcedenti partu in eodem Cubiculo, immò in proprio lecto Comitis, qui mercedem ſoluit obſtetrici, & Hoſpitali pro Infantibus, cum quibus concordant Partitæ Librorum eiuſdem Hoſpitalis, & demùm acri oppoſitione, quam fecit ipſa Dominica, quando occaſione vltimæ ſuæ infirmitatis Comes tentauit deſponſare Dianam allegando præſente ipſamet Diana eam vti prius cognitam debere deſponſari *dicto Summ. num. 13.14.16.19.21.22. & 23.* Ex his enim præſertim omnibus ſimul iunctis antecedẽtis copulæ plena oritur probatio, vt in his terminis reſpondit *Rota in d.deciſ.95.num.17.par.2.diuer. in recent.deciſ.196.nu.14. par.6. & in Romana Nullitatis Matrimonij coram bon.me. Arguelles §. Ex quibus omnibus, & in dicta alia Romana Nullitatis Matrimonij coram Eminentiſſimo D.Card.Otthobono §. Et vlterius verſ. Ex quibus.*

15 Non obſtat, quod dicti Teſtes ſint perſonæ pauperes, & viles; Quia præter quod numerus ſupplet huiuſmodi defectum, & facit eos reputari ac ſi eſſent omni exceptione maiores, vt dixit *Rota coram ſa.me.Greg dec.340.num.6. & ſeq. & dec.351. numer.4. & in dicta Bonon. Fideicommiſſi Bartholomei de Bologninis coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. in fine:* Dùm de cætero ſunt honeſtæ vitæ, pauper-
16 tas non operatur, vt deſinant eſſe integræ fidei *cap. ſi quis, vbi Butr. & Felyn num. 8. de Teſtib. Rot. dec.44.num. primo & 2.par. prima recent. coram Buratt.dec.533.num.11. & in Firmana Codicillorum 28 Iunij 1645. coram Reuerendiſſimo Terracinen. ſub §. nec ſubſiſtit in fine, verſ. Ideò paupertas;* Cumque hæc materia, vt dictum eſt, ſit difficilis proba-
17 tionis, non admittit exceptiones contra perſonas Teſtium, ex traditis in *cap. Veniens 34. ibique gloſſ. in princ. de Teſtib. Gabr.eod.tit.concluſ.7. num. primo & 7.cum alijs adductis in Romana Hæreditatis de Gratianis 7. Febr. 1642. coram Reuerendiſſimo Terracinen. in dicta Romana Nullitatis Matrimonij coram bon.mem. Arguelles §. Ex quo naſcitur, & in Viterbien. Fideicommiſſi 2. Maij 1653. coram R.P.D. meo Veroſpio, §. Horum autem.*

Nec ſubſiſtit obiecta nullitas illorum examinis tanquam facti contra infantes curatore tantum ad lites adhibito, illiſque deputato non citata, nec audita Diana illorum matre; Quia ad effectũ
18 vt valide procedatur contra infantem, & pupillum non eſt opus, quod ei detur tutor, ſed ſufficit, quod à Iudice ipſi deputetur curator ad illam litem *Io. Faber in §. Inuiti num. primo Inſtit. de Curat. Card.Caual. dec.207. num.2.* citatio autem
19 Dianæ matris non fuit neceſſaria ſiue ex quo tempore deputationis curatoris ad hanc litem erat lapſum quadrimeſtre *Honded.conſ. 25.num.19.lib.2 Surd.conſ.159. numer.21. Cancer.var.reſol.par. prima cap.7.nu.160.in fin. Guttier. de tutel.par. prima cap.8 num.83.* ſiue etiam quia tanquam inceſtuoſa, tu-
20 trix eſſe non poterat; & ſic nec minus erat citanda *Lap. de illegit.comm. primo §.3.num.12. Cnot.con-*
21 *ſil.148.num.13. & ſeqq.lib.2. Guttier. de Tutel. dicto cap.8.num.10. in fine Rota in Romana Hæreditatis 22 Iunij 1652. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. Nec ſubſiſtit, quod tempore;* Ceſſatque omnis hæſitatio ex quo Eminentiſſimus D.Cardinalis tunc temporis Bononiæ Legatus nemine inſtante, ſed motu proprio ex officio, & ex certa ſcientia, atque auctoritate etiam Apoſtolica, qua fungebatur in ſua Legatione, deputauit dictis Antoniæ, & Margharitæ, ac cuilibet ipſarum in tutorem, & defenſorem illarum, iuriumque eiſdem competentium ad lites, & cauſas Procuratorem Pauperum Bononiæ *dicta Summ.num.2.* qui cauſam bene, & diligenter defendit petendo immiſſionem vigore Teſtamenti dicti Comitis Alexandri Mariæ, & ſatagendo impedire probationem inceſtus cum opportunis interrogatorijs, obtinendo inſuper, quod omnes Teſtes examinarentur ab Auditore generali, prout examinati fuerunt, hinc enim
22 deputatio dicti Tutoris, & examen teſtium ipſo citato, & contradicente factum aſſertæ nullitatis vitio impugnari non valet, vt notat *Bart. in l.Tutor, verſ. ſi autem Tutor datus ff. de Tutor & Curator. dat. ab his ibique Bald. num. primo verſ. ſi autem datus fuerit, & in Auth. Matri, & Auiæ numer. 15. verſ. niſi eſſet facta C. quand. Mulier. Tutor. Offic. fung. poſſ.*

Digitized by Google

poſſ.Corn conſ.280.num.3. circa med. verſ. Item poteſt intelligi lib. primo.

Teſtes autem pro dictis Antonia, & Margheri-
examinati, ac deponentes, quod tam Dominica,
quam Diana honeſtè tractabant cum Marchioniſ-
23 ſa Diamante eiuſdem Comitis Alexandri Mariæ
affini, quod vtique non feciſſent ſi earum violati
honoris fama in publico prodijſſet ex deductis in
24 *eadem deciſ. §. Vltimo*; Vel nullius ſunt releuantæ,
cum non percutiant tempus præciſum poſt copu-
lam, & ſic intelligi poſſunt de tempore anteqnam
25 Comes Alexander Maria eam carnaliter cogno-
ſceret, & ità intelligendi ſunt ad euitandam con-
trarietatem, *Alex. conſil. 149. num. 10. lib. 5. & conſ. 185. num. 24. cum ſeqq. lib. 7. Rota deciſ. 147. num. 27. par. 1. recent.* vel deteguntur non infor-
mati dum adſunt tot alij Teſtes de copula vtriuſ-
que deponentes etiam de propria ipſarum confeſ-
ſione præſertim dum pariformiter etiam depo-
nunt de conſimili honeſtate Dianæ, quam tamen
cum dicto Comite fuiſſe impudicam negari non
26 poteſt; Vndè in concurſu præferendi ſunt Teſtes
Com. Roderici melius informati, numero plures,
& adminiculati ex tot facti circunſtantijs *Gabr. de Teſtib. concl. 4. num. 64. Buratt. dec. 193. num. 5.*

Indeque non ſubſiſtit, quod exceptio Inceſtus,
& Spurietatis non ſit legitimè probata, aut ſaltem
27 ex contrarijs probationibus illiquida remanſerit
quia hodiè illius legitima iuſtificatio, & irrele-
nantia contrariæ probationis ex prædictis ſatis
ſuperque reſultat, & ideò cum ſit in continenti
probata, impedire debet petitam Immiſſionem
Bart. in l. fin. num. 3. C. de Edict. Diu. Adr. toll. Rota deciſ. 619. num. 2. par. 1. diuerſ. deciſ. 526. numer. 7. par. 1. dec. 86. num. 10. & deciſ. 88. num. 3. par. 6 ac dec. 134. n. 4. par. 7. recent.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS.

Lunæ 22. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Subſtitututio ordinata ſub conditione ſi Inſtitutus ſine filijs decederet, expirat per obitum ipſius cum filijs iuxta *Conſil. Oldrad.* 21. & licet filius in conditione poſitus ex Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. cenſeatur diſpoſitiuè vocatus, non inde cenſetur alijs ſubſequentibus reſtituere grauatus, niſi ex vrgentibus coniecturis aperta illum grauandi eliciatur fideicommittentis voluntas. & quænam ſint coniecturæ ad hoc ſufficientes? Appellatione filiorum in conditione poſitorum an veniant etiam nepotes, & vlteriores deſcendentes, & an veniant ad effectum ſuccedendi per ſimplicem vulgarem, vel per fideicommiſſariam.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio facta in caſu, quo omnes hæredes inſtituti decederent ſine filijs expirat altero eorum cum filijs decedente iuxta* Conſil. Oldrad. 21.

2 *Filij in conditione poſiti licet ex ſtatuto Vrbis* libro primo cap. 42. *cenſeantur diſpoſitiuè vocati, non inde tamen cenſentur alijs ſubſequentibus reſtituere grauati.*

3 *Ex vocatione actiua non bene infertur ad paſſiuam niſi ex vrgentibus coniecturis aperta eliciatur fideicommittentis voluntas grauandi vocatos.*

4 *Filiorum appellatione non veniunt nepotes in fideicommiſſis.*

5 *Filiorum appellatione in conditione poſitorum veniunt nepotes ad effectum dumtaxat ſuccedendi per ſimplicem vulgarem, quatenus ſcilicet eorum pater nolit, vel non poſſit adire non autem per fideicommiſſariam.*

6 *Vulgaris ſubſtitutio expirat in primo adeunte.*

7 *Subſtitutio vulgaris, dum fuit ſortita effectum ſuum in filio adeunte, non extenditur ad nepotes.*

8 *Agnationis conſeruandæ ratio cenſetur à Teſtatore contemplata, dum ſubſtituit cippum domus ſuæ.*

9 *Subſtitutio facta à Teſtatore de Cippo domus ſuæ in vno tantum caſu cum dictionibus reſtrictiuis tunc, & eo caſu non inducit votum conſeruandæ agnationis, niſi eueniente eo caſu, & eo non eueniente non extendit fideicommiſſum.*

10 *Agnationis ratio habita à Teſtatore in vno caſu non extenditur ad alios.*

11 *Alienatio dum non fuit omnibus prohibita, non cenſetur Teſtator voluiſſe omnes fideicommiſſo grauare.*

12 *Alienatio non cenſetur omnibus vocatis prohibita, quando à Teſtatore fuit nominatim facta.*

13 *Subſtitutio per Teſtatorem facta de Cippo domus ſuæ, dum eſt reſtricta ad primos inſtitutos non inducit coniecturam ſufficientem pro receſſu à* Conſil. Oldrad. 21.

14 *Dictio quandocumque facit ſubſtitutionem compendioſam.*

15 *Subſtitutio compendioſa, quando eſt reſtricta ad primos Inſtitutos, licet quo ad eos importet fideicommiſſariam, quo ad alios non importat, niſi ſolam vulgarem.*

16 *Filia Teſtatoris licet ab eo dotata, cum prohibitione, ne aliud petere poſſit etiam ratione legitimæ, & Trebellianicæ, aut falcidiæ vel ex quacumque alia cauſa, non præſtat argumentum extenſionis fideicommiſſi vltra perſonas expreſſè vocatas, neque inducit grauamē in filijs in conditione poſitis.*

17 *Fæminarum excluſio, quibus à Teſtatore non fuit de dote neceſſaria prouiſum argui non poteſt ab excluſione alterius filiæ dotatæ.*

18 *Filij in conditione poſiti, cenſentur etiam reſtituere grauati alijs ſubſequentibus, dum onus reſtituendi fuit iniunctum vltimo ex filijs, & inter omnes inducta reciproca ſubſtitutio, & vbi fuit habita ratio conſeruandi bona in tota Agnatione.*

DECISIO DXVI.

RESolutum fuit non conſtare de fideicommiſſo
Iacobi Creſcentij ad effectum impediendi exe-
quutionem mandati relaxati ad inſtantiam D.
Marcelli Gherardi, & Alphonſi; Iacobus enim,
de cuius fideicommiſſo eſt quæſtio in hæc verba
diſpoſuit ibi: *In omnibus autem alijs ipſius Teſtatoris bonis mobilibus, ſtabilibus &c. inſtituit, & ore proprio ordinauit, & eſſe voluit ſuos vniuerſales hæredes DD. Vincentiū, Petrum Paulū, & Virgilium ſuos filios legitimos, & naturales, quos ad inuicem ſubſtituit videlicet ſi aliquis ipſorum moreretur quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus inſtituit ſuperſtitem, & ſi omnes morerentur ſine filijs legitimis, & naturalibus etiam quandocunque tunc, & eo caſu ſubſtituit Cyppum domus ſuæ de Creſcentijs &c.* Vndè ex eis patet,
quod ſubſtitutionem fecit in ſolo caſu, quo om-
1 nes tres eius filij hęredes inſtituti morerentur ſine
filijs; Cumque iſte caſus non euenerit ex quo Vir-
gilius vnus ex dictis tribus filijs, & hæredibus
deceſſit cum filijs nempè Io: Baptiſta, qui fuit
Pater DD. de Creſcentijs Collitigantium, expi-
ranit vtiq; præfatum fideicommiſſum iuxtà *vulg. conſ. Oldrad.* 21. ſæpiſſimè a Rota approbatum;
Et quamuis d. Io. Baptiſta filius Virgilij tanquam
2 poſitus in conditione *ex ſtatuto Vrbis lib. 1. cap.* 142.
diceretur diſpoſitiuè vocatus, indè tamen non
fuit alijs ſubſequentibus reſtituere grauatus, cum
3 ex vocatione actiua non benè inferatur ad paſſi-
uam

Digitized by Google

uam , niſi ex vrgentibus coniecturis aperta illos
grauandi eliciatur fideicommittentis voluntas , vt
reſpondit *Rota in Romana hæreditatis de Foſſanis 2.
February 1588. coram Gypſio apud Fenzon. ad ſtatut.
Vrb. deciſ. 95. verſ. non obſtat quod ex ſtatuto in recent.
deciſ. 486. num. 22. par. 1. & deciſ. 249. num. 6. par.
6. coram bo. me. Merlina deciſ. 269. nu. 3. in Bonon.
Bonorum , ſeu fideicommiſſi de Sanctis 17. Maij 1647.
§. Et quamuis , verſ. Eſto etiam, & 16. Martij 1648.
§. ſed prima in fin. coram R. P. D. mea Bichio & in
Romana fideicommiſſi de Mutis 30. Ianuarij 1654. coram me ſub §. prima.*

Non obſtat , quod appellatione filiorum , qui
fuerunt in conditione poſiti, nedùm veniant filij
primi gradus , ſed etiam nepotes , & vlteriores
deſcendentes; Quia præter quod regula Iuris eſt
4 in contrarium , nimirum in fideicommiſſis appel-
latione filiorum non venire nepotes *l. quod ſi nepo-
tes 6. ff. de teſtam. tutel. §. vlt. inſtit. qui teſtam. Tu-
tor. dar. poſſ.* cum concordantibus allegatis *in In-
teramnen. fideicommiſſi 10. Februarij 1643. §. non ob-
ſtat. quod ſub nomine coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano , & 14. Decembris 1646. §. Quo verò coram
R. P. D. meo Bichio* veniunt ſimpliciter ad effectum
5 ſuccedendi per vulgarem, quatenus ſcilicet eorum
Pater noluiſſet , vel non potuiſſet adire , non au-
tem ad effectum ſuccedendi per fideicommiſſa-
riam , atque inducendi in filijs in conditione po-
ſitis onus , & grauamen fideicommiſſi , vt opti-
mè diſtinguendo reſpondit *Rota d. deciſ. 486. nu.
25. par. 1. deciſ. 507. num. 4. par. 2. & deciſ. 272.
num. 1. cum ſeqq. par. 6.* Vulgaris autem expirauit
6 in ipſo Io. Baptiſta Virgilij filio primo adeunte
*l. poſt aditam C. de Impuber. & alijs ſubſtit. Rota in
d. Romana fideicommiſſi de Mutis coram me §. quia
7 cum dicta* ; Cumque propterea diſpoſitio præfata
ſortita fuerit effectum ſuum in ipſo filio , non ex-
tenditur vlterius ad Nepotes ex plenè allegatis in
*Romana pretenſi fideicommiſſi de Columna 31. Martij
1623. coram bo. me vbaldo in recent. deciſ. 473. num.
19. par. 8.*

Nec vrget , quod Teſtator videatur habuiſſe
8 votum conſeruandi agnationem , dum ſubſtituit
Cyppum domus ſuæ de Creſcentijs .

Quia cum huiuſmodi ſubſtitutio facta fuerit in
9 euentum obitus omnium hæredum primi gradus
ſine filijs cũ dictionibus reſtrictiuis *tunc, & eo caſu*
non importat votum conſeruandæ agnationis niſi
eueniente eo caſu , qui non euenit , nec propterea
extendit fideicommiſſum , vt reſponſum fuit in
10 *d. deciſ. 486. num. 5. par. 1. rec.* Ratio enim agna-
tionis habita in vno caſu non trahitur ad alios ,
*Rota in Florentina fideicommiſſi de Guidaccijs 21. Iu-
nij 1628. coram* Reuerendiſſimo *D. mea Decano in rec.
deciſ. 195. num. 12. & 13. par. 5. & in alijs relatis
in Romana fideicommiſſi de Coronis 28. Ianuarij 1647.
coram me §. fuit enim reſponſum .*

Idque eo facilius cum in caſu noſtro hæredibus
duntaxat inſtitutis prohibita fuerit alienatio ibi :
*Et voluit, quod dicti eius filij hæredes inſtituti non poſ-
ſint vendere pignorare , & alienare aliqua bona ſtabi-
lia hæreditaria, niſi in caſu neceſſitatis &c.* Prohibuiſſet
11 enim Teſtator omnibus alienationem ſi omnes
pariter fideicommiſſo grauare voluiſſet , nec dici
12 poteſt , quod prohibitio omnes afficiat , quia
nominatim facta fuit filijs primi gradus ibi: *quod
dicti eius filij hæredes inſtituti*, vt in terminis reſpon-
ſum fuit in d. *Bononien. Bonorum , ſeu fideicommiſſi
de Sanctis 17. Maij 1647. coram R. P. D. meo Bi-
chio §. Prohibitio pariter verſ. maximè ponderato , &
in d. Romana fideicommiſſi de Coronis ſub d. §. fuit enim
reſponſum confirmatu 12 Iunij 1651. coram me .*

Nec refert , quod ſubſtitutio Cyppi concepta
fuerit per verba *ſi omnes morerentur* addita dictio-
ne *etiam quandocumque* .

Quia d. verba *ſi omnes* referuntur ad ſolos filios
primo loco inſtitutos , vt patet ex toto contextu
teſtamenti in principio relati ; nam Teſtator pri-
mo loco inſtituit eius filios , & poſtea ſi aliquis
ipſorum moreretur ſine filijs , ſubſtituit ſuperſti-
13 tem , ac deinde ſi omnes morerentur ſine filijs
vocauit Cippum , ideoque tanquam reſtricta ad
primos inſtitutos non inducunt coniecturam ſuf-
ficientem pro receſſu a *Conſ. Oldr.* vt in his termi-
nis reſpondit *Rota in d. deciſ. 486. num. 12. par. 1.
14 recent.* Dictio verò *quandocumque* , quæ facit ſub-
ſtitutionem compendioſam, ipſa pariter reſtricta
15 eſt ad primos inſtitutos , ideo licet quoad eos
importet fideicommiſſariam , quoad alios verò
non inducit niſi vulgarem , vt dixit Ro*ta dec. 357.
num. 6. eadem par. 1. recent. & coram bo. me. Merlin.
d. deciſ. 269. num. 4. & 5.*

Excluſio autem Virginiæ filiæ ipſius Teſtato-
16 toris , cui vltra dotem , & acconcium ducato-
rum 5000. prohibuit ne aliud petere poſſet etiam
ratione legitimæ Trebellianicæ, aut Falcidiæ, vel
ex quacunque alia cauſa , non præſtet argumen-
tum extenſionis, fideicommiſſi vltra perſonas ex-
preſsè vocatas , neque inducit grauamen in filijs
17 in conditione poſitis , quinimo , nec minus ex ea
argui poteſt excluſio aliarum fœminarum , qui-
bus prouiſum non fuit de dote neceſſaria , vt di-
ctum fuit in *d. Florentina fideicommiſſi de Guidaccijs
21. Februarij 1628. coram Reuerendiſſimo D. meo
Decano in recent. dec. 151. num. 8. & 9. par. 5.*

Et hinc non applicantur deciſiones *in Romana
fideicommiſſi de Mutis 19. Februarij 1646. & 15. Ia-
nuarij 1648. coram R. P. D. meo Meltio* cum alijs
in contrarium allegatis , quia ibidem iniunctum
18 erat vltimo ex filijs grauati onus reſtituendi hæ-
reditatem , & inter omnes inducta fuerat recipro-
ca ſubſtitutio , atque plures concurrebant conie-
cturæ efficaciter ſuadentes voluntatem Teſtatoris
inſtituendi fideicommiſſum purum, & abſolutum
in omnibus , & conſeruandi bona in eora agna-
tione, quæ in propoſito deficiunt , vt reſponſum
fuit in *d. Romana fideicommiſſi de Mutis coram me
emanata ſuper alio fideicom. 30. Ianuarij 1654. §. fin.*
Et ita, &c.

MONASTERIEN. CANONICATVS.

Luna. 22. Maij 1656.

ARGVMENTVM:

Conſenſus omnium Canonicorum non eſt neceſſa-
rius , ſed ſufficit maior pars illorum , vbi agitur
de actu ad Canonicos ſpectante , vti vniuerſos ,
ſecus autem , vbi fit actus ſpectans ad Canonicos,
vti ſingulos , hoc enim caſu omnium conſenſus
requiritur , idque procedit etiam ſi Ius , & pro-
prietas ſpectet ad corpus , ſeu ad Canonicos, vti
ſingulos , & quid de mutatione Turni . Tertius
habens aliquod Intereſſe , licet non ſit pars for-
malis bene poteſt de attentatis ab alio commiſſis
excipere, & quomodo procedat regula, quod Ter-
tius non poſſit opponere de attentatis ab alio
commiſſis .

S V M M A R I V M.

1 *Literæ Apoſtolicæ , dum ſunt in omnibus iuſtificatæ ,
veniunt exequendæ .*

2 *Conſenſus omnium Canonicorum requiritur , vbi
agitur*

Digitized by Google

agitur de actu ad Canonicos ſpectante, non vti vniuerſos, ſed vti ſingulos.

3 *Canonicus Turnarius Beneficium conferre dicitur Iure totius Capituli, ac nomine, & vice illius.*

4 *Ius conferendi Beneficium Canonicis competens eſt Capitulare, & pertinet ad Capitulum, & ad Canonicos, vti vniuerſos, & totum Capituli corpus repreſentantes.*

5 *Canonicus in ſacris non conſtitutus Turno frui non poteſt, ex quo non poteſt peragere actus Capitulares.*

6 *Ius conferendi Beneficium Capitulo competens licet pertineat ad Canonicos, vti vniuerſos, & totum Capituli corpus repreſentantes, exercitium tantum ipſius collationis ratione diuiſionis Turni ad illos ſpectare dicitur vti ſingulos.*

7 *Actus licet ſpectet ad Canonicos, vti vniuerſos, dum tamen illius exercitium ad illos ſpectat, vti ſingulos, hoc ſufficit, ne maior pars Canonicorum reſpectu ipſius exercitij quidquam innouare poſſit aliquibus contradicentibus.*

8 *Actus ſpectantes ad Canonicos, vti ſingulos præſtari nequeant à maiori parte, ſed omnium conſenſum requirunt.*

9 *Ampliа etiam ſi Ius principale ſpectet ad corpus, exercitium verò ad ſingulos, qui Iure, & nomine totius corporis actum faciant.*

10 *Conſenſus omnium Canonicorum tanto magis requiritur, vbi agitur de re ad illos ſpectante vti ſingulos non ſolum reſpectu exercitij, ſed etiam reſpectu ipſius proprietatis.*

11 *Appellatio ſuſpenſiua datur à ſententia declaratoria incurſus ſuſpenſionis indicta à lege.*

12 *Appellatione pendente nihil poteſt innouari, nec fieri.*

13 *Actus factus à maiori parte Capituli ne ſuſtineatur, ſufficit contradictio aliquorum Canonicorum, dum actus redundat in præiudicium ipſius Capituli.*

14 *Tertius non poteſt opponere de Attentatis ab alio commiſſis.*

15 *Declara hoc tantum procedere, vbi ageretur ad effectum purgationis, & reuocationis attentatorum, ſecus autem dum ſimpliciter deducuntur, ne committantur.*

16 *Canonicorum maior pars, qui actum aliquem proponunt, debet exiſtimari minor, & infirmior, quam pars, quæ actum excludit, licet numero minor dum in minori parte concurrit maior ratio excludendi actum, quam in maiori.*

17 *Tertius habens aliquod Intereſſe, quamuis non ſit pars formalis bene poteſt de Attentatis ab alio commiſſis excipere.*

18 *Res iudicata, & deſertio appellationis operantur, quod attentata amplius reuocari non poſſint, nec minus per viam nullitatis, quando agitur de exequutione directa.*

19 *Actum non approbare illique contradicere, reprobare eſt.*

20 *In actibus extraiudicialibus ad hoc vt quis contradixiſſe dicatur, ſufficit proteſtatio facta ab initio, & in tractatu de faciendo, etiam ſi in ipſo actu poſtea facto, & nunquam amplius repetita fuerit.*

21 *Contradicens ab initio in actibus extraiudicialibus, non cenſetur poſtea tacendo conſenſum actui præſtitiſſe cum ſciret Ius ſuum ſaluum eſſe ex præcedenti contradictione.*

DECISIO DXVII.

PRopoſita hodie cauſa vtraque Parte informante
ſuper reſolutis per Contradictas 20. Nouembris
1654. Domini ſteterunt in deciſis, quia literæ
prouiſionis Apoſtolicæ per D. Ferdinandum à
1 Fuſtembergh impetratæ in omnibus ſunt iuſtifica-
tæ, ideo exequendæ ex relatis in vltimo §. *dictæ*
deciſionis.

Omiſſis enim alijs, quæ non controuertuntur
ſatis iuſtificatur narratiua, quod Canonicus Gu-
lielmus, qui ipſum Ferdinandum elegit, tunc exi-
ſteret in Turno, quia licet Capitulum ob ſuſpen-
ſionem Decani antiquum Turnum mutauerit,
huiuſmodi tamen mutatio vti facta contradicen-
2 tibus d. Gulielmo, & alio Canonico non tenet,
nec ſubſtinetur; Cum enim agatur de actu ad Ca-
nonicos ſpectante non vti vniuerſos, ſed vti ſin-
gulos communis omnium conſenſus requireba-
tur, vt præter authoritates plene allegatas in *d.*
deciſ. §. verum viſum fuit tradunt *Imol. in cap. fin.*
num. 4. de maiorit. & obed. & in cap. cum omnes nu.
7. in fine verſ. Item aduerte de conſtit. Bald. in l. nulli ſub num. 4. verſ. vbi aliquod ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom

Non obſtat quod Canonicus Turnarius Iure
3 totius Capituli, ac vice, & nomine illius confer-
re dicatur iuxtà *gloſſ. in cap. fin. in figuratione caſus*
verſ. aut iſte de præbend. in 6. Vicameſ. conſ. 220.
num. 1. 2. & 3. Rota deciſ. 4. ſub num. 1. de conceſ.
Præb. in antiqu. & coram Duran. deciſ. 275. num. 5.
& 11. & deciſ. 460. ſub num. 4.

Quia licet exindè Ius conferendi ſit capitulare,
4 & pertinere videatur ad Capitulum, & ad Cano-
nicos vti vniuerſos, & totum Capituli corpus re-
præſentantes, quod ſimpliciter probarunt prædi-
ctæ authoritates; vndè Rot. *coram Duran. in dd. de-*
ciſionibus recedendo ab antiquioribus firmauit
5 Canonicum in ſacris non Conſtitutum Turno
frui non poſſe, ex quo non poteſt peragere
6 actus Capitulares exercitium verò ipſius colla-
tionis, & electionis ratione diuiſionis Turni ad
illos ſpectare dicitur vti ſingulos ex doctoribus,
& deciſionibus allegatis in *d. prima deciſion. §.*
7 *licet enim*, & ſignanter *coram Card. Millin. deciſ.*
184. *numer. 4. & 5.* quod ſufficit ne maior pars
reſpectu ipſius exercitij quidquam innouare poſſit
aliquibus contradicentibus, nam ſuperius firma-
8 ta concluſio, quod actus ſpectantes ad aliquos vti
ſingulos præſtari nequeant à maiori parte, ſed
omnium conſenſum requirant procedit etiam
9 quando Ius principale ſpectat ad corpus exerci-
tium verò ad ſingulos, qui Iure, & nomine to-
tius corporis actum faciunt, vt probant *Surd. &*
Gratian. allegati in d. deciſ. ſub d. §. licet enim in fine.
& præter eos optimè *Loffred. conſ. 51. ſub num. 4.*
verſ. hoc igitur præſuppoſito, quem refert, & ſequitur
Camill. Medic. conſ. 50. nu. 3. & 4. & conſ. 164. nu. 2.

Vltra quod ex atteſtationibus Epiſcopi Principis Monaſterien. & Capituli, & aliorum originaliter hodie exhibitis comprobatum remanet, quod in Eccleſia, vbi exiſtit Canonicatus controuerſus Canonici etiam in Sacris non conſtituti fruuntur turno collationis, & fructibus ſuorum Canonicatuum excepta optione obſegiorum obedientiarum, & Archidiaconatuum, atque excepto Iure eligendi Epiſcopum, Præpoſitum, Decanum, & alias Prælaturas Capitulares, quæ ſunt de Iure Capituli, vndè ex eis elicitur quod ibi

Ius Turni collationis uon ex Iure Capitulari, ſed
ratioue Canoniæ ad ipſos pertinet vti ſingulos, &
10 conſequenter tanto certius conſenſus omnium
requitebatur in præfata mutatione, cum ageretur
de re ad illos ſpectante vti ſingulos non ſolum
reſpectu exetcitij, ſed etiam reſpectu ipſius pro-
prietatis, vt probant Iura allegata in d. *prima de-
ciſ. ſub d. §. licet eam*, atque euidentius patet non
applicari dd. *deciſ. Duran.* alias in contrarium ad
ductas.

Præterea rationabilis, & iuſta viſa fuit contra-
dictio Gulielmi, & alterius Canonici, quia cum
Decanus intra legitima tempora appellaſſet à
ſententia, quæ eum condemnauerat in pœnis *cap.
ſtatuimus de elect. in 6. hodierno Summ. D. Ferdinandi
num. 2. & 5.* & cauſam appellationis ſimpliciter
committi obtinniſſet Ordinario Colonien. qui
ſucceſſiuè Capitulo inhibuit *num. 6. & 7.* ſuſpen-
ſus remanſit effectus prædictæ ſententiæ, quia ab
11 ea tanquam declaratoria incurſus ſuſpenſionis in
dictæ à lege dabatur appellatio ſuſpenſiua, *Rota
apud Achill. deciſ. 4. num. 7. de ſent. comm. coram
Put. deciſ. 270. num. 3. part. 3. in correct. & deciſ.*
100. *num. 3. part. 1. diuerſ.* cum alijs allegatis per
*bon. me. Coccin. in adnot. apud Marcheſ. de commiſſ.
par. 1. fol. 1265. num. 4.* Vndè non poterat deinde
Capitulum in executione, vt fecit, eiuſdem ſen-
tentiæ Decanum à turno delere *cap. non ſolum de
appell. in 6. l. vnica ff. nil. nou. appell. pend. Buratt.
deciſ. 902. num. 2. & 3.* & conſequenter ne in ſui
12 præiudicium committeret actum notoriè nullum,
& attentatum, rationabiliter Gulielmus, & alter
13 Canonicus contradicere poterant, ſatiſque fuit
illorum contradictio ne dictus actus ſubſtineatur,
*Felyn. in cap. cum omnes ſub num. 17. verſ. & id di-
cunt de conſtit. Garz. de beneſ. part. 3. cap. 2. nu-
mer.* 455.

Non obſtat; quod D. Ferdinandus tanquam
14 tertius non poſſit opponere de attentatis ab alio
commiſſis *Card. Mantic. deciſ. 322. num. 15.*

Quia regula procederet ſi ageretur ad effectum
15 purgationis, & reuocationis attentatorum, ſe-
cus autem dum ſimpliciter deducuntur ad effe-
ctum oſtendendi quod rationabilis, & iuſta fuit
contradictio Gulielmi, & alterius Canonici ne
mutatione Turni; per quam in exequutionem di-
ctæ ſententiæ Decanus ab eo delebatur fieret
actus attentatus in damnum, & præiudicium ip-
ſius Capituli, & ſic huiuſmodi contradictio, &
oppoſitio Iure optimo fieri potuit, cum exindè
16 oſtendatur, quod maior ratio in ipſa concurre-
bat, quam concurreret in mutatione, vt propte-
rea minor, & infirmior exiſtimari debeat pars,
quæ mutationem proponebat, quam Pars, quæ
eam excludebat, licet numero minor ex benè tra-
ditis per *Menoch. conſ. 96. num. 16. & 17.* vltra
quod dicta regula fallit quando tertius habet ali-
quod intereſſe, prout habet D. Ferdinandus, cum
ex nullitate mutationis Turni remaneat iuſtifica-
17 ta eius gratia; Habens enim aliquod intereſſe
quamuis non ſit pars formalis, benè poteſt de at-
tentatis ab alio commiſſis excipere. *Rot. dec. 243.
ſub num. 1. par. 1. diuerſ. & in Ferrarien. Pecunia-
ris 14. Februarij 1653. coram Reuerendiſſimo D.
Tarraconen. ſub §. nec refert.*

Indeque non refert quod d. appellatio à Deca-
no proſequuta non fuerit, & ſic remanſerit deſer-
ta, & ſententia tranſierit in iudicatum, quia hu-
18 iuſmodi deſertio, & res iudicata operantur qui-
dem quod attentata amplius reuocari non poſ-
ſint, nec minùs per viam nullitatis quando agi-
tur de exequutione directa ex deductis *in Gerun-
den. Beneficij 16. Martij 1643. coram me §. Et licet
cum ſeqq.* Sed non efficiunt, quod D. Ferdinan-
dus non poſſit ad effectum oſtendendi rationabi-
litatem contradictionis de attentatis, ac de nul-
litate mutationis dicti Turni opponere ratione
ſui intereſſe ex ſupra deductis.

Quod autem proteſtatio facta per Gulie-
mum, & alium Canonicum ſapiat veram contra-
dictionem oſtendit eius lectura in illis verbis ibi:
*Nolle ſe ſibi in ſuo Turno præiudicare, & illa tamen
non attento reliqui Capitulares mutationẽ Turni decre-
uere,* ideinque comprobant Teſtes relati in primo
Sum. n. 6. quorum primus ità deponit ibi: *quod D.
à Fruſtembergh ſuum Ius ſibi reſeruauerit, & ità mu-
tationem Turni non approbauerit,* & ſecundus ibi:
ac ipſum D. à Fruſtembergh mutationi contradixiſſe.
Actum enim non approbare, illique contradice-
19 cere reprobare èſt, *Bart. in l. quo enim §. rem ha-
beri ff. rem rat. haber. Dec. conſ. 98. num. 3. verſ. &
tali caſu, Rota deciſ. 788. numer. 5. par. 1. diuerſ.*
20 Cumque verſemur in actibus extraiudicialibus,
ſatis fuit huiuſmodi proteſtatio ab initio, & in
tractatu facto etiam ſi in ipſo actu mutationis, &
nunquam amplius repetita fuerit, vt optimè di-
ſtinguendo reſpondit *Rota coram Mohed. deciſ. 2.
in prior. de iudic. coram Put. deciſ. 213. pariter in
in princ. lib. 2. in correct. coram Verall. deciſ. 403.
num. 1. & 2. par. 2.* Tacendo enim ſubſequenter
non cenſetur conſenſum mutationi prædictæ præ-
21 ſtitiſſe, cùm ſciret Ius ſuum ſaluum eſſe ex dicta
præcedenti declaratione, vt benè reſpondit. *Rot.
coram Duran. deciſ. 265. num. 43. repetita in rec. de-
ciſ. 387. num. 42. part. 5.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CAMBII.

Ven. 26. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Promittens ſoluere alicui certam ſummam quotieſ-
cumque fuerit per Iudicem declaratus verus, &
legitimus Creditor Cambij, non purificata hac
conditione ad ſolutionem promiſſam ritè conue-
niri non poteſt, non dicitur autem purificata ex
eo quod Iudex declarauit ſimpliciter cambium
fuiſſe, & eſſe verum, niſi etiam dixerit eum ad
cuius fauorem fuit ſtipulata promiſſio eſſe verum
& legitimum Creditorem.

SVMMARIVM.

1 *Promittens alicui ſoluere certam ſummam, quotieſ-
cumque fuerit per Iudicem declaratus verus, &
legitimus Creditor cambij ad effectum, vt con-
ueniri poſſit ad ſolutionem, non ſufficit Iudicem
dixiſſe cambium eſſe verum, & legitimum, niſi
etiam dixerit illum eſſe creditorem, ad cuius fa-
uorem fuit ſtipulata promiſſio.*

2 *Promittens alicui ſoluere ſub conditione ea non purifi-
cata ad promiſſam ſolutionem ritè conueniri non
poteſt.*

3 *Mandatum exceſſiuum in parte, vbi fuit executioni
demandatum corruit in totum.*

4 *Sententia quatenus opus ſit recipit declarationem à
præcedenti deciſione.*

5 *Mandati exequutiui relaxatio vim ſententiæ ob-
tinet.*

6 *Promittens ſoluere alicui quotieſcumque fuerit per
Iudicem declaratus legitimus Creditor cambij:
conſtito per ſententiam Iudicis, ſeu manda-
tum exequutiuum, quod vt talis dicitur pu-*

rificata

Digitized by Google

rificata conditio in eadem obligatione adiecta.
7 *Ceſſio bene fieri poteſt per literas miſſiuas.*
8 *Debitor principalis ſuſcipiendo terminum fauore alicuius, ipſum in verum Creditorem agnouiſſe dicitur.*
9 *Literæ miſſiuæ probant etiam contra Tertium cum adminiculis.*
10 *Relatio ſemper fit ad præcedentia proximè, & immediate mentionata.*
11 *Fructus debentur Ceſſionario à die ceſſionis.*
12 *Cambij nomen æquè includit vtramque ſpeciem ſortis, & fructuum niſi ſpecificè ad ipſam ſortem reſtricta ſit diſpoſitio.*
13 *Fructus debiti ex contractu eadem anterioritate potiuntur, qua ipſa ſors principalis.*
14 *Periti electio licet non iuſtificetur per decretum particulare deſuper emanatum ex ſubſequenti tamen intimatione eius electionis, citatione ad videndum referri, & ex decreto de referendo præſumitur tanquam neceſſarium antecedens.*
15 *Cambia fuiſſe per nundinas continuata vſque ad certum tempus, probatur ex literis reſponſiuis mercatorum, quibus literæ cambij fuerunt directæ.*
16 *Literæ originales cambij* dell' andata *remanere ſolent penes mercatores, quibus diriguntur.*

DECISIO DXVIII.

Deciſio coram me edita 8. Martij 1652. omiſſis
obiectis tàm ibi, quam in alijs præcedentibus
latè ſublatis impugnabatur à Iulia Coccapana
duplici fundamento. Et primo quia Hippolytus
Coccapanus eius Pater promiſerat ſoluere ſcuta
2069. Ioanni Mancino quotieſcumque fuiſſet de-
claratus verus, & legitimus Creditor cambij,
ſuper quo vertebat cõtrouerſia tam ciuilis, quam
criminalis; Ideoque cum ex ſententia rotali lata
per *R. P. D. meum Peutingerium* declaratum non
1 fuerit Ioannem eſſe talem, ſed ſimpliciter cam-
bium fuiſſe, & eſſe verum in ſumma ſcutorum
3000. præfata conditio non videatur purificata,
cum ſimul ſtare poſſit cambium eſſe verum, ſed
Ioannem non eſſe illius verum creditorem, prout
talem non fuiſſe conuincit eius propria depoſitio
facta in Iudicio criminali, vbi faſſus fuit in dicto
cambio habuiſſe ſolum nudum nomen, qua de
cauſa Senator Vrbis illum abſoluit vti repertum
non culpabilem; non purificata enim præfata
2 conditione Hippolytus ad promiſſam ſolutionem
ritè conueniri non potuit *l. item quia §. primo ff.
de pact.*

Secundò quod Ioannes non erat creditor dd.
ſcutorum 2069. quæ Hippolytus ei ſoluere pro-
miſerat, & pro quibus mandatum obtinuit, nam
ad bonum cõputum dicti cambij ſcutorum 3000.
exegerat à Pallauicinis in actu tranſactionis cum
eis celebratæ 2. Februarij 1647. ſcuta 1900. &
alia ſcuta 600. promiſſa fuerunt infra ſex menſes
tunc proximos; vndè pro reſiduo ſola ſcuta 500.
vel ad ſummum præfatis 600. non ſolutis ſcuta
1100. duntaxat conſequi debebat, atque ideò
cum obtinuerit mandatum pro integra reſtitutio-
ne ſcutor. 2069. manifeſtus ſit exceſſus ſaltem in
ſcutis 696. & ſic tanquam executioni demanda-
3 tum corruat in totum ex allegatis *in Viterbien. fi-
deicommiſſi 13. Maij 1644. coram me §. nullamque
hic articulus.*

Verum cauſa ad nouam diſputationis truti-
nam reuocata his non obſtantibus Domini ſtete-
runt in deciſis. Primum enim fundamentum ex
facto tollitur quia ſententia rotalis ad fauorem
Mancini declarauit cambium fuiſſe, & eſſe ve-
rum, vt patet tam ex ipſa ſententia, quæ confir-
mat ſequeſtrum ab eo obtentum tanquam princi-
pali Creditore ibi: *in cauſa &c. inter Illuſtriſſ. D.
Ioannem de Mancinis ex vna, & Illuſtriſſimum D.
Marchionem Alphõſum Pallauicinum appellatum par-
tibus ex altera &c. dicimus &c. bene fuiſſe pro parte
d. Ioannis appellatum à prætenſo Decreto repoſitionis,
& reuocationis ſequeſtri &c.* Quam ex præcedenti
deciſione deſuper emanata *coram eodem R. P. D.
meo Peutingerio 23. Ianuarij 1645.* in qua præuio
dubio an conſtet de legitimo credito Ioannis re-
ſolutum fuit conſtare de eius credito pro ſumma
4 ſcutor. 3000. à qua quidem deciſione ſubſequens
ſententia, quatenus opus ſit declarationem reci-
pit *Buratt. deciſ. 327. num. 1.* cum alijs allegatis
*in Meleuitana Antianitatis 4. Iulij 1646. coram R.
P.D. meo Veroſpia ſub §. fin.* Quam etiam ex man-
dato exequutiuo ad fauorem eiuſdem Ioannis
contra Pallauicinos relaxati ab eodem D. meo
5 Peutingerio, cuius mandati exequutiui relaxa-
tio vim ſententiæ obtinet per ea, quæ dicit *Rota
in Romana Cambiorum 26. Martij 1640. coram me
§. ſecunda vero.*

Non obſtat illius confeſſio emiſſa in Iudicio
criminali, quia ipſe de tempore creationis dicti
cambij contracti anno 1631. verè non erat origi-
nalis Creditor illius, ſed talis erat Horatius Man-
cinus, qui tunc ſub eius nomine illud contraxe-
rat, vt fideliter faſſus fuit in ſua depoſitione ibi:
*Perche d. Signor Horatio mi haueua detto, che haueua
fatto l'Iſtromento in faccia mia* euaſit tamen eius cre-
ditor biennio poſt nempè anno 1633. mediante
ceſſione ſibi facta à Philippo dicti Horatij tunc
defuncti hærede ad computum ſcutorum 6000.
circiter, quæ Horatius illi debebat, vt patet ex
literis miſſiuis relatis in hodierno *Summ. Ioannis
num 6. & 7.* & hoc ipſe ſubdidit in eadem ſua
depoſitione ibi: *nelli quali libri apparisce ancora
quando mi meſſe ſotto detto Horatio, e che mi aſſegnò
li detti Signori Pallauicini miei debitori detto Summ.
num. 14.* Cum igitur Ioannes vigore dictæ ceſſio-
nis tam dicto tempore obligationis factę per Hip-
polytum anno 1640. quàm de tempore ſententiæ
rotalis ſubſequenter latæ anno 1645. eſſet verus
6 Creditor dicti cambij, ità declaratus per can-
dem ſententiam, & per mandatum exequutiuum
deſuper relaxatum; vtique purificata remanſit
conditio in eadem obligatione adiecta ex proba-
tis in alia præcedenti *deciſione coram me edita §.
Quare Iure merito.* Ceſſio autem bene fieri po-
7 tuit per dictas literas miſſiuas ex allegatis per
Rotam coram bon. mem. Merlino deciſ. 9. numer. 7.
quæ cum adminiculentur tum ex partitis extra-
ctis ex libris vtriuſque Ioannis ſcilicet, & Philip-
pi *dicto Summ. numer. 8. & 9.* Tum ex termino per
8 Pallauicinum principalem Debitorem ſuſcepto
contra Ioannem, quo mediante ipſum in verum
Creditorem agnouiſſe dicitur. *Buratt. deciſ. 783.
num. 19. Rota in dicta deciſione D. mei Peutingerij §.
primo in fine.* Tum etiam ex eo quo nunquam
comparuit, nec comparet aliquis, qui nomine
dicti Horatij, vel Philippi præfatam ceſſionem
9 neget, vel creditum petat, bene probant etiam
contra Tertium vt dixit. *Rota deciſ. 650. numer.
4. part. 1. & deciſ. 98. num. 13. & 14. par. 6. recent.
& in Romana Societatis officij 23 Iunij 1653. coram*
R. *P. D. meo Bichia §. verſio autem.*

Indeq; non ſubſiſtit quod obligatio Coccapani
cui reſpiciens Creditum Ioannis videatur reſtri-
cta ad Creditum, quod immediatè ipſe haberet,

non autem controuerſum mediatè ſpectans ad ip-
ſum ex perſona Horatij: Quia præfata obligatio
reſtricta dumtaxat legitur ad Creditum Cambij,
ſuper quo vertebat controuerſia tàm ciuilis, quàm
criminalis ibi: *Ogni volta, che ſarà dichiarato, che
d. Sig. Giouanni ſia vero, e legitimo Creditore di noi
infraſcritti Pallauicini del Cambio, ſopra il quale verte
controuerſia trà lui, e noi tanto ciuile, quãto criminale,
come per li atti del Criſoſtomi*; Ideoque cùm non re-
uocetur in dubium, quod Cambium, de quo agi-
tur ſit illudmet, ſuper quo vertebat d. lis, tàm
ciuilis, quàm criminalis, vtique controuerti
poteſt, quod Hippolytus de eo intellexerit,
quamuis à Ioanne requiſita mediante ceſſione;
Supradicta enim verba indicant Hippolytum non
reſpexiſſe ad perſonam à qua Creditum origina-
litèr proueniebat, ſed ad realitatem, & veritatẽ
ipſius Crediti tunc temporis litigioſi, & contro-
uerſi; Vndè ſequuta, ea ſententia, & mandato
rotali in iudicatum tranſacto iudiciali declara-
tione veritatis, realitatis illius purificata reman-
ſit conditio præfatæ obligationis, vt dictum eſt;
Præfata verò poſteriora verba ibi: *come per li atti
del Criſoſtomi* non referuntur ad Rogitum Inſtru-
menti, quaſi quod Partes intellexiſſent de eo tan-
tùm Cambio, quod rogatum eſſet per acta Chri-
10 ſoſtomi, ſed referuntur ad controuerſiam, & li-
tem ibidem proximè, & immediatè præcedentèr
mentionatam, quæ per dd. acta vertebant *Caſtrenſ.
in l. 1. num. 2. in ſolatione ad 3. oppoſitionem C. de
liber. præter. Buratt. deciſ. 161. num. 13.*

Tollitur pariter ex facto ſecundũ fundamentũ,
quia Ioannes nedum erat Creditor ſcutorum 300
ex cauſa ſortis principalis, ſed etiam cambiorum
ſucceſſiuè decurſorum, vt firmatum fuit in alia
*deciſ. huius cauſæ edita coram eodem R. P. D. meo
Peutingerio 14. Februarij* 1648. Quæ quidem Cam-
bia vſque ad diem 2. Martij 1635. aſcendebant
ad ſcuta 1591. *& b.* 86. iuxta relationem Periti
iudicialitèr electi relatam in d. *Summ. ſub num.* 12.
Vnde detractis dd. ſcutis 1900. illi ſolutis anno
1647. per Pallauicinum adhuc remanſit Credi-
tor vltra alia Cambij ſubindè decurſa in ſcutis
2691. *& b.* 86. nempè 1100. pro reſiduo ſortis, &
1591. *& b.* 86. pro cambijs decurſis vſque ad d.
diem 3. Martij 1635. quæ ſcuta 2691 longè exce-
dunt quantitatem ſcutorum 2069. ab Hippolito
reſtitui promiſſam.

Nèc dubitari poteſt quin Cambia ſpectarent ad
Ioannem, & includerentur ſub obligatione Hippo-
liti, Quoniam ſpecificè comprehenduntur ſub d.
ceſſione ad illius fauorem facta per Philippum
ibi; *Et in tanto V. S. potrà tirare a ſuo conto li Cã-
bij, che andaranno in nome di d. Sig. Horatio, &c. d.
11 Summ. num. 6.* quod iuridicum eſt, nam fructus a
die ceſſionis debentur Ceſſionario, vt reſpondit
*Rota in Romana fructuum Dotis de Paluzzellis 2. A-
prilis 1607. coram Manzanedo apud Cenc. de Cenſ.
deciſ. 335. num. 2 & 3.* Hippolytus verò promiſit
reſtituere dd. ſcuta 2069. quotieſcunque Ioannes
fuiſſet declaratus verus, & legitimus Creditor d.
12 cambij, quod nomen Cambij æquè includit v-
tramque ſpeciem ſortis, & fructuum, niſi ſpecifi-
cè ad ipſam ſortem reſtricta ſit diſpoſitio *Bart. in
l. Item veniunt §. Item non ſolum num. 3. ff. de petit.
hæred.* cum alijs in ſimilibus terminis per Rotam
allegatis in *Romana Dotis 19. Iunij 1654. coram R.
13 P. D. meo Veroſpio §. Dubiam verò* dictique fructus
tamquam debiti ex contractu eadem anterioritа-
te potiuntur, qua ipſa ſors principalis *l. Lucius
19. ff. qui potior in pignor. habeant. Io. Franc. à Pon-
te Conſ. 76. num. 22. lib. 1. Maſtrill. Conſ. 119. nu.
11. in Romana Saluiani 2. Ianuarij 1645. coram R.
P. D. meo Bichio §. fin. & in Romana fructuum Do-
tis 8. Iunij 1648. ſub §. Iuſtitia verò & 5. Iulij 1649.
§. nec Informantes coram R. P. D. meo Peutingerio.*
Quod autem Cambia realiter pro d. tempore
continuata fuerint per nundinas concludentèr
probatur, tum ex præfata relatione d. Periti,
14 cuius electio licèt non iuſtificetur per Decretum
particulare deſuper emanatum, ex ſubſequenti
tamen intimatione eius electionis, citatione ad vi-
den referri, & ex decreto de referẽdo relatis in *Sũ.
reſponſionis Mancini num. 3.* Iure optimo præſumi-
15 tur tanquam neceſſarium antecedens, vt ferè in
terminis reſponſum fuit in *Romana locorum montiũ
16. Martij 1640. coram bo. me. Coccino ſub. §. 1.*
tùm etiam ex literis reſponſiuis originalitèr exhi-
bitis, & incipientibus ab anno 1631. per totum
16 annum 1636 quæ ſufficientes ſunt ad illum effe-
ctum, cum literæ originales remanere ſoleant
penès Mercatores, quibus diriguntur vt reſpon-
dit *Rota dec. 304. num. 2. par. 4. & dec. 274. num.
5. & 6. par. 5. coram bo. me. Merlino deciſ 636 nu.
2. & 3. in Romana Cambiorum 28. Aprilis 1651. §.
Siquidem verſ. iuſtificatio vero coram R. P. D. meo
Veroſpio, & in Romana, ſeu Ianuen Cambij 26. Ia-
nij 1652. §. penultimo, & 16. Maij 1653. §. Tum
etiam in fine coram R. P. D. meo Bichio*, dictæque
literæ reditus vnacum copijs literarum dell' au-
data extractis ex libris Ioannis productæ fuerunt
coram A. C. per acta Notarij, vbi cauſa pende-
bat, vt in *extract. fol* 311. 318. 326. & 345.

Et ità vtraque.

CALAGVRITANA ARCHIDIACONATVS.

Veneris 26. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Reſeruatio cadit ſuper Canonicatu ex regula quin-
ta Cancellariæ, quando prouiſus erat vnicus
Subcollector fructuum Reuerendæ Cameræ Apo-
ſtolicæ, & Subcollectore vnico deputato vnici-
tas ſemper præſumitur, donec pluralitas Sub-
collectorum ab altera parte oſtendatur, ſola ſuffi-
cit deputatio Subcollectoris, licet officium non
fuerit acceptatum, dum fuit motu proprio con-
ceſſum, nec præſcriptum actuale exercitium, cum
ſufficiat potentiale, prout, nec attenditur defe-
ctus Iuramenti de fidelitèr adminiſtrando, & qua-
rè, & ad hunc effectum reſeruationis, ſatis eſt
quod prouiſus aliquando fuerit vnicus Subcolle-
ctor deputatus, licet tempore obitus non eſſet ta-
lis per contradictas in cauſa non poteſt procedi,
vbi citatio perſonalis non præceſſerit, niſi conſtet
de impedimentis præſtitis, quo in caſu præſtans
impedimentum habetur pro validè, & ſufficien-
tèr citato.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteratus probatur ex Teſtibus deponentibus di-
uerſis vicibus, & in diuerſis Eccleſijs vidiſſe
Miſſam celebrantem.*
2 *Obitus prouiſi in poſſeſſione probatur ex Teſtibus de
publica voce, & fama.*
3 *Reſeruatio reſultat ex regula quinta Cancellariæ,
dum prouiſus erat Subcollector vnicus deputatus.*
4 *Subcollectoris vnici deputatio benè comprobatur ex
literis per Nuntium ſubſcriptis, quamuis Teſti-
bus, & Notario ſint deſtitutæ.*
5 *Subcollector dum ex eius literis apparet, quod fuit
deputatus vnicus cum omnimoda, & plenaria po-
teſtate,*

Digitized by Google

teſtate, & Iuriſdictione vnicinitas ſemper præſumitur, donec pluralitas Subcollectorum ab altera parta iuſtificetur.

6 *Aceeptatio in officijs motu proprio conceſſis non eſt neceſſaria.*

7 *Subcollector vnicus ad effectum, vt beneficium ab eo poſſeſſum cadat ſub reſeruotione regulæ quintæ non requiritur, quod actualitèr exercuerit, ſed ſufficit, quod ſemper exercere potuerit.*

6 *Iuramentum de fideliter adminiſtrando, quamuis non fuerit præſtitum ab vnico ſubcollectore, cum iſtud reſpiciat executionem, & exercitium offitij non impedit reſeruationem, quæ à ſola deputatione deſcendet continente ſub ſe potentiale ſeruitiū.*

9 *Beneficium ad hoc vt cadat ſub reſeruatione regulæ quintæ Cancellariæ, ſatis eſt, quod aliquo tempore fuerit vnicus Subcollector, qui illud poſſidebat licèt tempore obitus non ſic talis.*

10 *Valor narratus per non exceſſum probatur per leniores probationes.*

11 *Per contradictas procedi non poteſt non præcedente perſonali citatione.*

12 *Declara hoc non procedere vbi conſtat de impedimentis præſtitis à Collitigante, ne perſonaliter citaretur.*

13 *Impedimentum præſtans ne perſonalitèr citetur habetur pro validè, & legitimè citatus, & contra cū proceditur per contradictas, abſque alia perſonali citatione.*

DECISIO DXIX.

BErnardus de Aranaz Presbyter Diæceſis Calaguritanæ obtinuit ſe prouideri à Sede Apoſtolica de Archidiaconatu controuerſo tanquam illius diſpoſitioni reſeruato, ex quo Didacus Ximenez de la Guuiſſa, qui in illius poſſeſſione deceſſit menſe Iunij 1653: vnicus ſubcollector extiterit fructuum Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ in Ciuitate Calaguritana addita narratiua, quod ipſe à ſex annis præſens reperitur in Curia, quodque fructus d. Archidiaconatus ducatis 300 & computatis diſtributionibus 500. non excederent *eius Sum n. 2.* Cumq; hodie per contradictas dubitaretur an huiuſmodi literæ Apoſtolicæ ſint iuſtificatæ, affirmatiua prodijt reſolutio.

Qualitas enim Presbyteratus 1. loco narrata ex
1 tribus Teſtibus formiter examinatis, & relatis in d. *Sum. nu. 5.* optimè comprobatur cum deponant diuerſis vicibus, & in diuerſis Eccleſijs Vrbis eū vidiſſe miſſam celebrantē, vt reſpondit *Rota coram Pen. deciſ. 447. n. 6. & in rec. deciſ. 140. n. 3. verſ. Presbyteratus par. 1. & dec. 269. paritèr n. 3. par. 2.*

Obitus Didaci in poſſeſſione controuerſi Archi-
2 diaconatus ab ijsdē tribus Teſtibus pleuè concluditur eodem *Summ. num. 3.* etiamſi tantum de publica voce, & ſama deponerent, *Mobed. deciſ. 1. num. 1. de probat. Put. deciſ. 508. per tot. lib. 2. in Correct. Rota in Bonen. Abbatiæ 3. Iulij 1645. Corā bo. me. Arguelles §. Siquidem vocatio.*

Reſeruatio verò reſultat ex regula quinta Can-
3 cellariæ cum Didacus fuerit vnicus Subcollector deputatus à Reuerendiſſimo D. Roſpilioſio tunc
4 Hiſpaniarum Nuntio d. *Summ. num. 1.* quæ quidē deputatio bene comprobatur ex literis ab eo ſubſcriptis, quamuis Teſtibus, & Notario ſint deſtitutæ ex auctoritatibus allegatis *in Capuana Canonicatus 4. Iulij 1653. coram R. P. D. meo Veroſpio ſub §. 1. verſ. & in huius quoque*; Cumque in
5 iu eis Didacus legatur deputatus vnicus Subcollector cum omnimoda, & plenaria poteſtate, ac Iuriſdictione vnicitas præſumitur niſi ab altera parte pluralitas Subcollectorum iuſtificetur, vt reſpondit *Rota in Forolinien S. Lazari 27. Nouembris 1591. coram Gypſio ſub § 1. coram Duran. deciſ. 263. num. 8. in recent. deciſ. 225. num. 15. par. 7. in Gadicen. Beneficiorum 11. Martij 1644. §. quia eo ipſo coram R. P. D. meo Meltio, in Monopolitana Canonicatus 13. Ianuarij 1648. §. remanet pariter corā Reuerendiſſimo Tarraconen, & 23. Ianuarij 1651. §. quia ad probandum coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, in Caſenaten Canonicatus 1. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado §. quia vnicitas, & & in d. Capuona Canonicatus ſub d. §. 1. verſ. Et licet coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Nec refert, quod non conſtet Didacum præfatā deputationem acceptaſſe officium actualiter exercuiſſe, ac iuramentum de bene adminiſtrando præſtitiſſe, ſicut in literis eiuſdem deputationis expreſſe præcipitur.

Quoniàm acceptatio in huiuſmodi officijs mo-
6 tu proprio conceſſis non eſt neceſſaria, vt firmatur in prædictis deciſionibus, & benè diſtinguendo *in Romana Beneficiatus S. Petri 15. curren-*
7 *tis coram R.P.D. meo Beuilaqua §. Prætereà*; Actuale verò exercitium in Collectoribus, & Subcollectoribus, prout hic non requiritur ad effectum reſeruationis d. Regulę quintæ, cum ſufficiat potentiale, ideſt, quod occurrente occaſione exercendi, ſint parati illud exercere, vt dixit *Rota coram Duran. deciſ. 233. num. 24. in Rauennaten. Canonic. 1. Iulij 1641. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. reſpectu verò in d. Gadicen Beneficiorum coram R. P D. meo Meltio §. quia reiecta, in dicta Monopolitana Canonicatus coram D. Terracinen. §. nàm concludentèr, verſ. nihilhominus, in d. Caſenaten. Canononicatus corā Eminentiſſimo D. Card. Corrado §. deinde, & in d. Capuana Canonicatus coram*
8 *R.P.D. meo Veroſpio §. fin.* Indeque non refert defectus iuſtificationis d. Iuramenti, quia cum iſtud reſpiciat exequutionem, & exercitium offitij, nō impedit d. reſeruationem, quæ à ſola deputatione continente ſub ſe potentiale ſeruitium, dependet, vt reſponſum fuit in d. *Forolinien S. Lazari coram Gyptio §. Poſtremo non obſtat. & in rec. deciſ. 385. ſub num. 4. verſ. Ad effectum par. 5. & in d. Capuana ſub d. §. 1.*

Nèc obſtat, quod officio ceſſerit ante obitum, quia ad effectum, quod Archidiaconatus contro-
9 uerſus cadat ſub d. reſeruatione ſatis eſt, quod aliquo tempore fuiſſe ſubcollector, dum illum obtinebat, licèt tempore obitus non eſſet talis ex deductis per *Rot. deciſ. 255. num. 6 par. 5. & d. deciſ. 225. num. 13. par. 7. recent. & in d. Monopolitana Canonicatus §. fin. verſ. poteſt enim eſſe coram D. Tarraconen, & coram* Reuerendiſſimo *D. meo Decano §. quia vltra quod verſ. monitorium verò.*

Præſentia demum Bernardi per ſex annos in Curia comprobatur à ſupradictis tribus Teſtibus ſuper primo articulo, & ab ijsdem ſuper ſeſto iu-
10 ſtificatur valor per non exceſſum in ducatis 300. & computatis diſtributionibus in 500. d. *Sum. n. 4.* quod exuberat, cum ad iſtum effectum leniores probationes admitti ſoleant, vt reſponſum fuit in d. *Bonen. Abbatiæ coram bo me. Arguelles §. valor expreſſus in Fulginaten. Parochialis 25. Maij 1646. coram me §. valor denique, & alibi paſſim.*

Cæterum non obſtat, quod procedatur per cō-
11 tradictas non præcedenti perſonali citatione, vt
12 opus eſt, quia cum conſtet ex Iuribus relatis in d. *Sum. num. 6.* de impedimentis præſtitis ne Franciſcus Collitigans perſonaliter citaretur, habetur

tur

Digitized by Google

11 tur propterea pro validè, & ſufficientèr citato
cap. quoniam frequentèr §. Porrò ibique gloſſ. verb.
impedit vt lit. non conteſt. Card. Seraph. deciſ. 1094.
num. 3. Rota in Burgen Beneficiorum 26. Iunij 1651.
§. vltimo coram R. P. D. meo Celſo, & in Segobricen.
Canonicatus 26. Nouembris 1655. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Decano §. non obſtat quod dicatur, & prius
in *Cæſaraugustana Parochialis de Maella 24. Februa-*
rij 1644. coram me ſub §. & hoc fine, &c.
Et ità. &c.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Lunæ 29. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Tres Sententiæ conformes in ſubſtantia poſſunt legitimè executioni demandari, iunguntur autem ad faciendum numerum trium conformium illæ ſententiæ, quæ latæ fuerunt ex eodem Iure, & cauſa, licet in eis res diuerſæ fuerint petitæ, & licet nonnullæ in poſſeſſorio, & ceteræ in petitorio emanauerint etiam contra perſonas diuerſas, & quando.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tres, quando ſunt conformes in ſubſtantia poſſunt executioni demandari.*

2 *Sententiæ latæ ex eodem Iure, & cauſa iunguntur ad faciendum numerum trium conformium, etiam ſi res diuerſa petatur.*

3 *Sententiæ ad hoc vt dicantur conformes non diuerſitas rerum petitarum attenditur, ſed cauſa, ex qua Ius oritur.*

4 *Sententia lata in petitorio, habent in ventre poſſeſſorium, & dicuntur conformes cum alijs in poſſeſſorio emanatis.*

5 *Sententiarum conformitas non impeditur ex diuerſitate perſonarum, quando omnes veniunt ex eodē Iure, puta ſi coniuncti ſunt re, & verbis, itaut per deficientiam vnius eius portio alteri accreſcat, quæ propterea ex eadem cauſa petitur.*

6 *Sententia lata contra poſſeſſorem bonorum fideicommiſſariorum afficit etiam ſucceſſores, & in ea non nominatos, neque citatos.*

7 *Executio ſententiarum facta non ſeruata forma reſcripti Signaturæ, tamquam nulla venit reuocanda.*

DECISIO DXX.

REiecta prætenſione attentatorum, dubitaui an executio vltimo loco facta ſuper altera medietate Bonorum Ioannis Mariæ, & Bartholomei eſſet confirmanda, vel infirmanda, Et quoad bona Io: Mariæ eſſe confirmandam, reuocandam verò quoad bona Bartholomei reſolutum fuit.

Reſpectu enim bonorum Ioannis Mariæ non
ſolum adſunt tres ſententiæ conformes, vt expoſcit
clauſula commiſſionis mihi directæ, *ſine præ-*
iudicio trium conformium in eo, in quo ſint conformes,
ſed numerantur quatuor, Prima ſcilicet Auditoris
generalis Bonon. ſecunda Rotæ Bonon. tertia
D. Altouiti, & quarta Rotalis, *Summario Pupil-*
1 *lorum num. 3. 6. & 8.* quæ propterea cum in ſub-
ſtantia ſint conformes Iure optimo potuerunt
exequutioni demandari; vt firmatur in deciſione
deſuper edita *coram R. P. D. meo Celſo 27. Fe-*
bruarij 1654. §. Nihilominus.

Non obſtat, quod primæ duæ emanauerint ſuper vna medietate bonorum in ſolo petitorio, pronunciando eueniſſe caſum Fideicommiſſi, & latæ fuerint ad fauorem illorum de Zambeccarijs Donatariorum Valerij Bologniui non citatis, nec nominatis Equite Palmerio, & Conſortibus; Vltimæ duæ prodierint in poſſeſſorio ſuper immiſſione in poſſeſſione alterius medietatis ad fauorem Bartholomei, & Thadei fratrum de Bologninis citatis, & expreſsè nominatis Palmerio, & Conſortibus.

2 Quoniam ſententiæ latæ ex eodem Iure, & cau-
3 ſa iunguntur etiamſi res diuerſa petatur, cum at-
tendi debeat cauſa ex qua Ius oritur *l. Iulianus ff.*
de except. rei iudic. Io. Franc. de Pont. conſ. 90. nu-
4 *mer. 10. cum ſeqq.* Cumque ſententiæ latæ in peti-
torio habeant in ventre poſſeſſorium dicuntur
conformes cum alijs in poſſeſſorio, vt in puncto
reſpondit *Rota in Romana Hæreditatis de Comitibus*
27. Iunij 1576. coram San. Mem. Clemente VIII.
apud Marcheſ. de commiſſ. par. 2. fol. 231. numer. 3.
5 nec attenditur diuerſitas perſonarum, quando, vt
in caſu noſtro omnes veniunt ex eodem Iure, &
coniuncti ſunt re, & verbis, itaut per deficien-
tiam vnius eius portio alteri accreſcat, quæ ex
eadem cauſa petitur, *Couar. pract. quæſt. lib. 1. cap.*
13. ſub num. 6. verſ. Nam & tunc, Menoch conſil.
421. num. 63. & conſil. 423. num. 23. Peregrin. de
fideicomm. art. 53. num. 4. Rota in recent. deciſ. 576.
num. 6. par. 3. & in terminis Tudertina Fideicom-
miſſi 23. Iunij 1653. coram R. P. D. meo Zarate §.
6 *Non obſtat*, ſatiſque fuit in prioribus citare poſ-
ſeſſorem bonorum fideicommiſſariorum, vt pro-
pterea ſententiæ contra ipſum latæ afficiant etiam
ſucceſſores, & in eis non nominatos, neque ci-
tatos, vt tradit *Parlador. rer. quotid. cap. 2. lib. 2.*
par. 5. §. 9. num. 22. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 2.
num. 3. Rota in Bonon. Fideicommiſſi de Glauarinis
18. Maij 1640. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſco-
po Terracinen. §. fin.

Reſpectu verò Bonorum Bartholomei ex Iuribus relatis in *dicto Summar. num. 4. & 9.* duæ tantum ſententiæ apparent pro fideicommiſſarijs latæ, ſcilicet vna Rotæ Bonon., & altera Rotalis tertia verò, quæ intermedio lata fuit per D. Altouitum, tantum abeſt quod ſit conformis, & faciat numerum, quod imò contraria eſt, abſoluens Palmerios, & conſortes à petitis per Bologninos ſuper medietate Bonorum hæreditariorum dicti Bartholomei, *d. Summ. num. 7.*

Vndè cum deficiat numerus trium cōformium
ex reſcripto Signaturæ omnino requiſitus non erat
7 locus exequutioni, quæ proinde reſpectu dd. bo-
norum eſt reuocanda tanquam facta non ſeruata
forma dicti reſcripti *cap. cum dilecta vbi DD. de*
reſcript. cum alijs per Rot. in ſimilibus terminis deciſ.
599. num. 4. part. 3. & deciſ. 204. num. 4. par. 5.
recent.

Et ità vtraque &c.

LVNEN. SARZANEN. BENEFICIORVM.

Ven. 9. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus inſtitutum fauore maſculorum etiam adoptandorum excludit fœminas natas, & naſcituras, tranſitque in Fideicommiſſarium de voluntate Teſtatoris, & ſuccedendo in alijs bonis videtur agnitus irreuocabiliter in compatronum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus concurrente Teſtatoris voluntate trāſit etiam in fideicommiſſarium.*

2 *Hæredem eſſe, & in hæreditate ſuccedere paria ſunt.*

3 *Adoptiuus excludent fœminas à iurepatronatus intelligitur excludere ſiue ſint natæ, ſiue non numer. 4.*

5 Nomi-

Digitized by Google

5 *Nominandi facultas non expirat in primo actu, ſed ad alios tranſmittitur.*

6 *Ordinarij conſenſus in fundatione Iuriſpatronatus præſumitur ex lapſu triginta annorum cum obſeruantia.*

7 *Actum approbans videtur approbare omnia illi annexa.*

8 *Iuſpatronatus continetur inter Iura hæreditaria.*

9 *Vocatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque non comprehendit extraneos vbi diſpoſitio ad agnatos refertur.*

10 *Ad Iuſpatronatus admiſſio reſultat ex admiſſione ad bona.*

11 *Agnitio ſemel facta controuerti amplius non poteſt.*

DECISIO DXXI.

REſtricta difficultate ad qualitatem præſentatio-
nis obtentæ ab vtroque Collitigante ſub die
3. Decembris 1655. deciſum fuit eſſe iuſtificatas,
& exequendas Literas Apoſtolicas Io: Franciſci
Promontorij continentes narratiuam, quod præ-
ſentatus eſſet à maiori parte, non autem alias Io:
Antonij Contardi impetraras ſub narratiua præ-
ſentationis medietatis Patronorum, quam deci-
ſionem hodie Domini confirmarunt, quia cum
ex quinque vocibus filiorum Auguſtini Griffi, à
quo prouenit Iuſpatronatus controuerſum, nem-
pè Nicolai, Io: Antonij, Barnabæ, Hieronymi,
& Fedriani, vox Nicolai deuenerit in Franciſcum
filium adoptiuum, ſeù nominatum à Catherina
filia Fedriani; Voces Io: Antonij, Barnabæ, &
Hieronymi ex donatione ab eis facta peruenerint
ad Mariam aliam filiam eiuſdem Fedriani, &
ſubinde ad Claram, & Annam eius filias; Et vox
Fedriani deuenerit ad ipſius quatuor filias, nem-
pè in dictas Catherinam, & Mariam, atque
Vracchinam, quæ renunciauit ſuis Patruis, &
Felicitam, quæ renunciauit eius Sororibus; Vti-
que dum Promontorius præſentatus fuit tam à
dicto Franciſco filio adoptiuo, quam à dicta An-
na; Contardus verò à ſola Clara; de conſequen-
ti ſequitur iuſtificari Promontorium eſſe præſen-
tatum à maiori parte, Contardum verò non habe-
re præſentationem medietatis Patronorum, vt
Papæ narrauit.

Non obſtat, quod dictus Franciſcus non po-
tuiſſet ſuccedere Nicolao, niſi per fideicommiſ-
ſum.

Quia, vt reſpondetur in deciſione, Iuſpatrona-
1 tus tranſit etiam ad fideicommiſſarium concur-
rente Teſtatoris voluntate, & non repugnante
prout hic, forma primęuæ acquiſitionis ex aucto-
ritatibus allegatis in *Bonon. Iuriſpatronatus 23. Ia-
nuarij 1640. §. Præterea, & in Maioricen. Beneficij
29. Iunij 1648. §. Siuè ipſius coram R.P.D. meo Bi-
chio;* Voluntas enim Teſtatoris in caſu noſtro cla-
riſſima eſt, quia Nicolaus caſu, quo haberet filias
fęminas declarauit nolle ipſas ſuccedere in Iure-
patronatus, ſed quod illud vadat ad hæredem
maſculum, quem fratres conſtituiſſent ibi: *e vo-
glio che detto Iuſpatronato vadi all' herede maſchio,
che coſtituiranno detti miei Fratelli*, quæ quidem
verba non poſſunt referri niſi ad adoptatum,
quem ſuperius Teſtator hæredem faciendi pote-
ſtatem ſuis fratribus conceſſerat, quatenus pro-
prios filios ſaltem naturales non haberent ibi: *In
tal caſo loro potranno farſi vn figliolo maſchio adotti-
uo, il quale ſucceda in detta heredità;* Dum enim
voluit, quod adoptandus à fratribus ſuccederet
in ſua hæreditate; Vtique ſubſequentia verba vo-
catiua ad Iuſpatronatus hæredis maſculi conſti-
tuendi ab iiſdem fratribus, de alio hærede, quā
de adoptando intelligi non poſſunt, de quo dun-
2 taxat ſuperius mentio facta fuit, cum paria ſint
ſuccedere in hæreditate, & eſſe hæredem, quin
hæres dicitur qui in vniuerſa hæreditate ſuccedit
*l. nil aliud ff. de verb. ſignific. l. hæreditas ff. de regul.
Iur. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 341. ſub num. 22. verſ.
verbum enim;* Nil releuante, quod hæreditas prę-
fata ex lectura eiuſdem Teſtamenti deuenire non
poterat ad adoptandum exiſtentibus filiabus fę-
minis ipſius Teſtatoris, quę vocatæ leguntur nul-
lo eis dato ſubſtituto; Quia vocantur quidem ad
vniuerſam hæreditatem, ſed excluduntur à Iure-
patronatus, ibi: *Item caſo, che Io non haueſſi ſe non
femine, voglio, che ſiano heredi vniuerſali delli miei
beni, mà però le priuo in perpetuo del Iuſpatronato
delle mie Cappelle &c. e voglio che d. Iuſpatronato va-
da all' herede maſchio, che coſtituiranno li miei fratel-
li &c.* Vnde ſicut adoptiuus ſucceſſiſſet in hære-
3 ditate ſi Teſtator filias non procreaſſet, nec reli-
quiſſet, ita in caſu contrario ſuccedere debeat
in Iurepatronatus, ſtante enim ſupradicta illarum
4 excluſione ab ipſo Iurepatronatus, cum inſtitu-
tione adoptiui, illarum vocatio in hac parte
perinde habetur ac ſi facta non fuiſſet ad *Text. in
l. pecuniam ff. ſi cert. pet. Rota dec. 314. numer. 3.
par. 8. recent.*

Non obſtat, quod Catherina, cui San. Mem.
Paulus V. præuia commutatione dictæ volunta-
tis facultatem conceſſit, vt loco dictæ adoptio-
nis in dicta hæreditate ſuccederet cum faculta-
te nominandi vnum maſculum pro futuro ſucceſ-
ſore, alium prius nominaſſet, nempè Paulum
Emilium; Quia cum iſte ipſi Catherinæ præde-
ceſſiſſet, Ideoque ſequi non potuerit effectus con-
ſeruationis Iuriſpatronatus in familia à Teſtato-
5 te enixè contemplatus, facultas nominandi con-
ſumpta non fuit in primo actu, ſed potuit à Ca-
therina fieri alia nominatio, *cap. ſi electio 26. de
elect. in 6. Ruin. conſil. 24. num. 2. verſ. & alia ra-
tione potuit lib. 2. Surd. conſ. 264. num. 29. Tiraq.
in l. Boues §. Hoc ſermone limit. 1. num. 4. de verb.
ſignific. Gratian. diſcept. 58. num. 5. cum ſeqq. Card.
Seraph. dec. 589. n. 8. 9. & 10.*

Nec ſubſiſtit, quod deficiat conſenſus Ordina-
6 rij, quia præſumitur ex lapſu 30. annorum cum
obſeruantia, vt præter auctoritates allegatas in
dicta deciſione ſub §. Non obſtat, quod Franciſcus
reſpondit *Rota deciſ. 707. num. 5. par. 1. recent.
Add. ad S. M. Gregor. deciſ. 410. num. 2. verſ. Ve-
rum iſte*, quæ benè reſultat ex quo adoptiuus fuit
admiſſus ad hæreditatem Nicolai, vt patet ex
ſententia Vicarij Sarzanæ relata in *hodierno Sum-
mario Promontorij num. 1.* quæ licet non faciat ex-
7 preſſam mentionem Iuriſpatronatus, quia tamen
in neceſſarium antecedens includit adoptionis,
ſeù nominationis approbationem, videtur pari-
ter includere approbationem tranſlationis Iuriſ-
patronatus ex eodem titulo eiuſdem Teſtamenti
procedentis per ea, quæ dixit *Rota coram Card.
Caual. deciſ. 408. num. 6.* & alijs relatis in *Barchi-
nonen. Iuriſdictionis 4. Iulij 1646. §. Siquidem in fi-
ne, & 8. Aprilis 1647. §. Nec refert pariter in fine
coram R. P. D. meo Bichio;* Maximè cum non
8 detur actus contrarius quoad Iuſpatronatus, il-
ludque inter Iura hæreditaria regulariter conti-
neatur *cap. cum ſæculum de Iurepatr. Mohed. Piſaur.
eod. tract. lib. 4. num. 35.*

Demum quoad voces Io: Antonij, Barnabæ,
& Hieronymi contentas in donatione per eos fa-

cta ad fauorem Mariȩ nullius eſt releuantiæ, quod illa excluſerit Annam, inſtituta ſola Clara in omnibus bonis, quia vt reſpondit *dec. ſub* §. *nec obſtat*, Anna dictam donationem capit ex propria perſona, cum nominatim facta fuerit non ad ſolum fauorem Mariæ, ſed ſpecialiter etiam ad fauorem eius filiorum. Maſculorum, & in iſtorum defectu fauore fæminarum; nil refragante, quod
9 ſtipulatio concepta fuerit pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque cum non inducat liberã poteſtatem diſponendi in quoſcunque hæredes niſi deficientibus agnatis expreſsè vocatis, in quibus qualitas hæreditaria, vel non requiritur, vel ſatis eſt, quod per eos non ſteterit quin fuerint hæredes ex Iuribus, & auctoritatibus ibi allegatis.

Quæ eo certius hodie viſa fuerunt admittenda, Tum quia ex lectura donationis apparet donantes dediſſe facultatem Mariæ Donatariæ nominandi hæredem in Bonis, & Iurepatronatus in caſu duntaxat, quo non haberet filios maſculos, nec fæminas, ibi: *Item vogliamo, che non hauendo detta Maria noſtra Nepote figli maſchi, ò femine, che in tal caſo poſſa nominare vno herede à ſuo beneplacito di tutta l' heredità noſtra tanto ne' Beni patrimoniali, quanto nel Iuſpatronato*; Vndè benè infertur, quod ſtantibus filijs maſculis, ſeù fæminis ad eos bona, & Iuſpatronatus ex propria perſo-
10 na ſpectare debent; Tum etiam quia eademmet Clara Annam admiſit ad medietatem bonorum prouenientium à dictis Donantibus, vt patet ex Inſtrumento, diuiſionis relato in *dicto Summario Promontarij num.* 2. & ideo ipſa agnouit, ac faſſa fuit ad eam pariter pertinere medietatem vocum ad illos ſpectantium, & in eadem donatione com-
11 prehenſarum, qualis agnitio, & confeſſio à Contardo per dictam Claram præſentato, & ſic cauſam ab ea habente controuerti non poteſt, *DD. in l. In contractibus C. de non numer. pecun. Mohedan. deciſ. 2. num. 3. de confeſſ. bon. mem. Coccin. dec. 152. num. 1.*

Et ità vtraque &c.

LEODIEN. SVCCESSIONIS.

Lunæ 12. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Filij ſuccedunt in dote materna poſt mortem parentum non obſtante ſtatuto tribuente Patri dominium rerum dotalium vt latius in Summario.

SVMMARIVM.

1 *Leodij Statutum defert viro dominium bonorum dotalium durante matrimonio.*

2 *Verba, ſine filijs, in Statuto Leodij interpretantur fauore filiorum, & num. 3.*

4 *Argumentum à contrario ſenſu admittitur in omni lege, & Statuto.*

5 *Poteſtas diſponendi limitata ad tempus vitæ non extenditur ad tempus mortis. Vide etiam num. ſequent.*

7 *Dominium bonorum dotalium de iure ſpectat ad virum.*

8 *Dominium mariti in bonis dotalibus eo mortuo expirat.*

9 *Dominium bonorum dotalium ſpectat ad filios matre prædefuncta.*

10 *Statutum deferens dominium bonorum dotalium viro viuente vxore, illa mortua filijs detuliſſe cenſetur defuncto tamen Patre.*

DECISIO DXXII.

SVb die 14. Iunij 1652. coram me fuit reſolutum ſub teſtamentaria diſpoſitione Io: Philippi de Matthijs venire omnia bona paterna ſiuè aduentitia ſint, ſiuè profectitia, ac non ſolum prouenientia à maioribus ſui Patris, ſed etiam ab ipſomet eius Patre quomodocunque acquiſita, reſeruato, vt particulariter videretur an ſub dicta diſpoſitione veniant bona quæſita Patri Teſtatoris ex Dote ſuæ Vxoris iuxtà conſuetudinem Leodien., ſuper quo hodie aſſumpta diſputatione negatiuè reſponſum fuit.

Conſuetudo enim Patriæ Leodienſis defert
1 quidem Viro Dominium bonorum ſuæ Vxoris, ſed reſolubile, quatenus Vxor decedat cum filijs ibi: *Vir per Matrimonium fit Patronus, & abſolutus Dominus omnium bonorum mobilium, & immobilium ſuæ Vxoris, ac etiam omnium bonorum obueutorum, & acquiſitorum durante Matrimonio, habetque poteſtatem diſponendi de eis inter viuos vti de re ſua propria abſque auctoritate, & conſenſu ſuæ Vxoris, & remanet illorum Patronus poſt mortem illius ſine filijs, hoc niſi adſint pacta, vel prouiſiones in contrarium*;
2 Verba enim illa *ſine filijs* adiecta ſunt fauore ipſorum filiorum, vt in his terminis dictum fuit in *Leodien. Bonorum 5. Iulij 1655. coram R. P. D. meo Bichio* §. *Noſtram autem in fine*, Itaut propterea fi-
3 lijs ſuperextantibus ipſis tanquam hæredibus Matris Dominium accreſcat bonorum illius, non
4 autem Marito ducto argumento Tum à contrario ſenſu, ſi enim conſuetudo poſt mortem Vxoris facit Virum patronum ſi ſine filijs decedat, ergo eum non facit talem ſi ipſa decedat cum filijs, quod quidem argumentum admittitur in omni lege ſcripta, vel non ſcripta, aut particulari ſtatuto, vt benè in terminis firmat *Angel. conſil. 210. num. 4. Rota in recent. deciſ. 185. num. 7. par. 1. & deciſ. 405. num. 16. par. 5. & coram Buratt. deciſ. 116. num. 7.*

Tum etiam à natura limitationis temporis;
5 Dùm enim conſuetudo poteſtatem diſponendi concedit Viro inter viuos, exinde aſſequitur hanc poteſtatem limitatam ad tempus vitæ non extendi ad tempus mortis, vt in puncto ſimilis conſuetudinis tradit *Caſſan. de conſuetud. Burgund. rubr. 4.* §. *4. ſub num. 2.* & facit *Text. in l. Pater filium* §. *fundum, ff. de legat. 3.* idemque comprobant allegati *per Peregrin. de fideic. art. 40. num. 43. & 45. ad med. & per Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 549. num. primo* Immò
6 ſatis eſſet, quod conſuetudo nihil diſpoſuiſſet de dominio in tempus mortis, vt intraret ad fauorem filiorum diſpoſitio Iuris communis, cuius vi-
7 gore licet dominium bonorum dotalium durante matrimonio ſpectet ad Virum *l. doce Ancillam C. de rei vindic.* moriente tamen Viro, vel Vxore cum
8 liberis idem dominium reſoluitur *l. in rebus C. de Iur. dot. Soccin. Sen. conſ. 57. nu. primo lib. primo* cum alijs *per Surd. deciſ. 211. num. 13.* Et ſpectat ad filios
9 matre prædefuncta, vt tradunt *Ruin. conſ. 187. numer. 9. lib. 2. Decian. conſ. 89. num. 6. lib. 2. Facchin. controu. Iur lib. 3. cap 71. Galeot. contr. Iur. lib. 2. contr. 30. per tot. Anton. de Amat. var. reſol. lib. primo reſol. 48. num. 3. & 4. Theſaur. deciſ. Pedem. 190. num. 4. Rot. deciſ. 248. num. 2. & per tot. par. 4. diuerſ. coram bon. mem. Coccino deciſ. 111. nu. 12. coram Duran. dec. 231. num. 8. & ſub num. 19. & in Piſauren. Donationis 8. Februarij 1647. coram Eminentiſſimo Card. Otthobono,* §. *ſed etiam verſ. vbi dat exemplum.*

Idque etiam declararunt iudices de partibus in eorum literis *in Summario illarum de Dormael num. 4*

in

Digitized by Google

in verſ. Teſtamur inſuper, dicentes exiſtentibus filijs maritum poſt mortem vxoris eſſe vſusfructuarium eius bonorum immobilium proprietate exiſteute penes liberos, & quamuis ſubdant hanc proprietatem conſiſtere in quadam expectatiua, ſeu ſpe ſuccedendi, hoe tamen intelligunr ad effectum ne liberi viuente Patre de dictis bonis in eius prætudicium diſponere poſſint ob ſpem, quã habet recuperandi abſolutum Dominium, quarenus ipſi filij ſibi prædecederent, adeo quod inrerim abſolutum dominium ſit quaſi in ſnſpenſo, & pendens à vita, & morte liberoium, quibus ſuperuenientibus Patri ceſſauir huiuſmodi ſuſpenſio temporalis, & dominium fuit libere eis acqui-
10 ſitum ex diſpoſitione, tam iuris communis, quam dictæ couſuetudinis, quæ ſuſpendendo iuxta dictam declarationem dominium donec Pater viuit cenſetur illud abſolute contuliſſe filijs Patre prædefuncto *l. Imperator ff. de poſtulat. d. l. Pater filium d. §. fundum ff. de legat. 3. Dec. conſ. 61. ſub nu 3.* cum alijs per *Surd. decis. 75. ſub num. primo cum ſeqq. & decis. 325. num. 2.*

Et itá vtraque &c.

SVRRENTINA BENEFICII.

Mercurij 14. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Epiſcopo dicitur acquiſita manutenibilis poſſeſſio conferendi aliquod Beneficium ex poſtrema collatione per eum facta, & effectum ſortita, neque eidem obſtare poteſt collatio facta ab alijs, vel dum non probatur effectuata, vel dum etiam lapſum tempus centum Annorum, in quo omnis poſſeſſio amittitur, vel dum paſſi fuerunt prouiſum ab Epiſcopo per decennium Beneficium poſſidere, quamuis poſſeſſionem ignorauerint. Manutentio in concurſu conceditur anteriori poſſeſſori, quamuis naturalem poſſeſſionem dimiſerit, dum hoc fecit in reuerentiam literarum Apoſtolicarum, & metu cenſurarum, & dum Ciuilem poſſeſſionem retinuit, & proteſtationẽ in actu dimiſſionis fecit, & ſemper in eadem proteſtatione continuauit, & an ſufficiat verbalis oblatio clauium, abſque actuali dimiſſione poſſeſſionis, ad effectum, vt quis habeatur pro ſpoliato.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo acquiritur poſſeſſio manutenibilis conferendi Beneficium, ex collatione per ipſum in vltimo ſtatu facta, & effectum ſortita.*

2 *Poſſeſſio manutenibilis conferendi Beneficium non dicitur acquiſita ex ſola collatione alias facta, niſi probetur effectuata.*

3 *Poſſeſſio qualibet per lapſum centum Annorum amittitur.*

4 *Poſſeſſio dicitur amiſſa ex decennali negligentia, vt quando poſſeſſor paſſus fuit alterum poſſidere per decennium, quamuis eius poſſeſſionem ignorauerit.*

5 *Poſſeſſor anterior in concurſu eſt manutenendus.*

6 *Poſſeſſio Poſterior capta non citato legitimè anteriori poſſeſſore, tamquam clandeſtina, & turbatiua illi non impedit manutentionem.*

7 *Poſſeſſor anterior ad hoc, vt dicatur ſe habuiſſe pro ſpoliato, non ſufficit verbalis oblatio clauium niſi ſequatur actualis poſſeſſionis dimiſſio.*

8 *Poſſeſſor anterior dum ſe oppoſuit, & contradixit poſſeſſioni per alium adepta exindè excluditur Animus dimittendi ſuam poſſeſſionem.*

9 *Clauium traditio non nocet anteriori poſſeſſori ſi ex proteſtationibus contrarijs excludatur in eo animus dimittendi ſuam poſſeſſionem.*

10 *Poſſeſſori anteriori dicitur præſeruata eius poſſeſſio, ex contradictione, & oppoſitione per eum facta poſteriori.*

11 *Poſſeſſio ciuilis non amittitur ex traditione clauium facta Aduerſario ob reuerentiam literarum Apoſtolicarum, & metu cenſurarum.*

12 *Præſertim ſtante Contradictione, & proteſtatione contemporaneè facta in ipſo actu oblationis clauium, & dimiſſionis poſſeſſionis.*

13 *Poſſeſſio ciuilis eo magis non cenſetur à poſſeſſore dimiſſa, dum ſemper continuauit in contradictione per eum in actu naturalis poſſeſſionis dimiſſa facta adeundo etiam pluries Signaturam gratiæ.*

DECISIO DXXIII.

DE Parochiali Eccleſia Sanctiſſimę Trinitatis loci de Plano Surrentiñ Dioceſis vacante per obitum Marci Antonij Pollij à Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Surrentino prouiſus fuit Petrus Caliſanus 22. Decembris 1653. poſſeſſione ſubſequuta, ſed die 2. Maij 1654. Reuerendiſſimum Capitulum, & Canonici Sacroſanctæ Lateranenſis Eccleſiæ vigore priuilegiorum Apoſtolicorum, & ex quo prætendunt dictam Parochialem fundaram, & erectam eſſe in ſolo, & fundo euſdem Eccleſiæ ad præſentationem, illorum *de Pollis, & Caliſanis* aliorum Parochianorum illam contulerunt Ioſepho Pollio, qui vigore Proceſſus fulminari 21. eiuſdem menſis Maij illius poſſeſſionem adeptus fuit; Verùm à Signatura Sanctiſſimi commiſſa Reuerendiſſimo Domino Archipresbytero Lateraneñ de Voto Rotæ cum facultate manutenendi, quem de Iure hodie diſputato Dubio reſponſum fuit dandum eſſe mandatum de manutenendo D. Archiepiſcopo, & D. Petro Caliſano reſpectiuè.

1 Ipſe enim D. Archiepiſcopus in vltimo ſtatu Parochialem controuerſam contulit dicto Marco Antonio Pollio de anno 1635. *Summaria Petri numer. 3.* cumque huiuſmodi collatio probetur effectuata, ex quo per obitum dicti Antonij dicta Parochialis nuper vacauit, vt patet ex prouiſione, & collatione vtriuſque collitigantis *dicto Summ. num. 4. & Summario Ioſephi num.* 8. exinde quæſita fuit dicto D. Archiepiſcopo manutenibilis poſſeſſio confereñ *Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina n. 22. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rota in Neapolitana Iuris conferendi 26. Nouembris 1611. coram Manzanedo apud Poſth. de manut. dec. 125. num. 2.*

Neque ſuffragatur, quod Capitulum alias huius Parochialis reſignationem factam à Luca Cangiano ad fauorem Paſcarelli Pollij admiſerit, & ipſum Paſcarellum inſtituerit *dicto Summario Ioſephi num.* 4. Tùm quia huiuſmodi inſtitutio nõ probatur effectuata, vt opus eſt, *Calaerin. conſ. 12.*
2 *de Iurepatr. Lotther. de re benef. lib. 2. quæſt. 18. nu. 21. Put. deciſ. 136. in fin. verſ. Ideò non probabit lib. 3. Card. Mantic. deciſ. 322. num. 3.* Tùm etiam quia
3 emanauit de anno 1648. & ſic per lapſum centum annorum, & vltra omnis poſſeſſio, ſi quæ exindè reſultaſſet, fuiſſet amiſſa, præſertim dùm Capi-
4 tulum paſſum fuit, quod dictus Marcus Antonius Pollius de anno 1635. vt ſupra ab Ordinario prouiſus per decennium, & amplius Beneficium poſſideret, quamuis huiuſmodi poſſeſſionem ignorauerit *Bart. in l. ſinè poſſidetis num. 8. verſ. ſed in poſſeſſione C. de probat. Rip. in dicto cap. cum Eccleſia Sutrina num. 23. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Bald. conſil. 12. num. 10. lib. primo Aym. conſ. 235. ſub numer. primo verſ. ſecus ſi poſſeſſio Rot. apud Poſth. de ma-*

nut. deciſ. 125. num. 4. in Volaterana Prioratus 16. Martij 1646. coram R.P.D. meo Bichio §. Gratis autem, & in Romana Palatij 3. Decembris eiuſdem anni coram me §. Similiter nec minus.

Petrus vero Caliſanus eſt antiquior poſſeſſor,
nam dictam poſſeſſionem adeptus fuit 22. *Decem-
bris* 1653. *eius Summ. num.* 4. Ioſeph autem non
prius quam 21. Maij anni ſequentis 1654. *dicto ſuo
Summ.num.*8.& ſic intrat vulgaris concluſio, quod
5 ſit manutenendus ex *Falin. in cap. licet cauſam n.*8.
& 9. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. cum vulgaribus non
6 attenta dicta Iuniori poſſeſſione Ioſephi, quia
cum adepta fuerit illo legitimè non citato clan-
deſtina eſt & turbatiua, quæ propterea illi non
impedit manutentionem, vt alijs relatis reſpon-
ſum fuit in *Callien. Prioratus* 5. *Iulij* 1649. §. *Tum
etiam quia coram R. P. D. meo Bichio, & in Hyera-
cen. Beneficiorum* 27. *Iunij* 1653. *coram me* §. *non
obſtat poſſeſſio*.

Nec refert; Quod ipſe requiſitus ab Exequuto-
re proceſſus fulminati pro Ioſepho emanati claues
Eccleſiæ illi obtulerit, quia præterquod non ſuf-
7 ficit ſola verbalis oblatio Clauium niſi ſequatur
actualis poſſeſſionis dimiſſio, vt in ſimilibus ter-
minis reſpondit Rota *deciſ. 366. num. 5. par. prima*
8 *recent.* dum ipſe poſſeſſioni per Ioſephum adeptæ
contradixit, & ſe oppoſuit, dicendo ſe eſſe Pa-
rochum *dicta Summario Ioſephi dicto num.* 8. exclu-
9 ditur animus dimittendi ſuam poſſeſſionem
ſine quo etiam traditio Clauium non noceret,
10 cum per huiuſmodi contradictionem, & oppoſi-
tionem præſeruata dicatur eius poſſeſſio, vt in
proximis terminis reſponſum fuit in *Montis Alti
Beneficij* 18. *Martij* 1646. *coram* R.P.D. *meo Bichio*,
§. *quia vltimo in fine* maximè quia Claues obtu-
11 lit metu cenſurarum cum expreſſa declaratione,
quod intendebat adire Ordinarium, vt ſuum Ius
tueretur prout illico adiuit, vt patet in *dicto eius
Summ.num.6.* qui efficit vt huiuſmodi oblatio, to-
lerantia, & patientia ob reuerentiam literarum
Apoſtolicarum, & metu cenſurarum nunquam
inducat dimiſſionem ciuilis poſſeſſionis præſer-
tim ſtante prædicta contradictione, & proteſtatio-
12 ne, quod ipſe eſſet Parochus contemporaneè fa-
cta in ipſo actu oblationis, & dimiſſionis poſſeſ-
ſionis, vt dixit Rota *in recent.deciſ.319. num. primo
par.2. & deciſ.200.num.20.par.5. coram Durano de-
ciſ.114.nu.9. & in Regien. Canonicatus 3. Iulij 1645.
coram Eminentiſſimo D. Card. Othobona §. minus ob-*
13 *ſtat declaratio*, Atque eo magis cum ſemper Pe-
trus continuauerit in contradictione, adeundo
pluries Signaturam etiam Gratiæ, ex quo certius
excluditur animus dimittendi ciuilem poſſeſſio-
nem ex ponderatis in *Peruſina Pratenſa Manuten-
tionis 27. Iunij 1644. coram me §. nec Poſſeſſio*.

Atque hinc non applicantur *deciſiones Seraphini 756. & in Tudertina Fundaci 4. Maij 1654. & 24 Nouembris 1655. coram* R.P.D. *meo Melzio* cum cæteris in contrarium allegatis, quia procedunt in ſpontanea poſſeſſionis dimiſſione, & libera permiſſione illius traditionis ad fauorem alterius, non autem in dimiſſa ob reuerentiam literarum Apoſtolicarum, & metu cenſurarum cum proteſtatione, & continuata contradictione.

Deducta autem circa prætenſa priuilegia, & ſuper iure conferendi non ſunt præſentis indaginis, ſed in petitorio diſcutienda.

Et ita vtraque &c.

LEODIEN. CANONICATVS SANCTI MARTINI.

Mercurij 14. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Aggrauatoria eſt concedenda poſt relaxationem, & Intimationem declaratoriæ, non conſtito de ſufficienti paritione, quæ omnino mandatis Rotalibus eſt præſtanda, nec mandata rotalia veniunt interpretanda à partibus, ſed eſt habendus recurſus ad Rotam pro illorum interpretatione, & interim eſt neceſſaria paritio ad euitandam aggrauatoriam.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus abſens ſine licentia Epiſcopi non lucratur fructus illorum Annorum, pro quibus reſidentiam legitimam non præſtauit.*

2 *Amplia etiam ſi ex forma ſtatutorum Eccleſiæ, huiuſmodi licentia foret petenda à Capitulo.*

3 *Limita huiuſmodi licentiam non eſſe neceſſariam, quando abſentia prouenit ratione ſtudij, ſiue Canonicus abſens doceat, ſiue ſtudeat.*

4 *Canonici abſentes à reſidentia ex cauſa ſtudij etiam abſque licentia Epiſcopi, vel Capituli lucrantur fructus, maximè ſi abſentia ex dicta Cauſa ſtudij eſt neceſſaria ex forma ſtatutorum Eccleſiæ.*

5 *Epiſcopo atteſtanti de re ad ſuum officium ſpectante inter ſubditos ſuos fides eſt adhibenda.*

6 *Licentiam non petendi ab Epiſcopo pro abſentia à reſidentia, poteſt ex conſuetudine induci.*

7 *Licentia ordinarij pro abſentia Canonici à reſidentia, quando Capitulum fuit contumax in tradendo poſſeſſionem eidem Canonico iuxta mandatum* Rotale *in præiudicium ipſius Capituli, vel non requiritur, vel habetur, ac ſi obtenta fuiſſet.*

8 *Mandatum Rotale non debet à partibus interpretari, ſed venit adimplendum prout ſonat, & pro illius interpretatione, quatenus opus ſit, eſt recurrendum ad Rotam, & interim eſt neceſſaria paritio.*

9 *Maximè attento reſcripto Signaturæ, quæ dũ cauſam primo loco, & deinde in gradu appellationis Rotæ commiſit ſemper reſcripſit cum clauſula, ſine* præiudicio alterius exequutionis literarum Apoſtolicarum.

DECISIO DXXIV.

EXpeditis declaratoria contra Canonicos, & In-
terdicto contra Capitulum ad formam deciſio-
nis editæ coram me 31. Ianuarij 1652. illiſque in-
timatis petebatur Aggrauatoria, quam denegan-
dam eſſe tuebantur Scribentes pro eodem Capitu-
lo, & Canonicis prætextu ſufficientis paritionis,
cùm pro anno 1645. primæ reſidentiæ Lamberto
Theodorico Collitiganti integros fructus ſolue-
rint, pro ſubſequentibus verò annis huc vſque ceſ-
ſis obtulerint illos ſoluere docto de reſidentia le-
gitima ſecundum Ius, & ſtatuta, Cumque Lam-
1 bertus in dictis ſubſequentibus annis fuerit ab-
ſens ſine licentia Epiſcopi illorum fructus lucra-
tus non fuit, tàm ex diſpoſitione Iuris per *Text.
in c. ex eo de elect. in 6. & in c. tuæ fraternitatis de
Cleric. non reſid.* quàm ex diſpoſitione Sacri Con-
cilij Tridentini *ſeſſ. 23. cap. primo de reform.* etiam
2 ſi ex forma Statutorum Eccleſiæ aliàs foret peten-
da à Capitulo, vt reſpondit Rota *deciſ.608.num.4
par. prima, & deciſ.689.num.5. par.3. recent.* & eis
relatis *Lotter. de re beneſ. lib 3. cap. 27. numer.208.
& 209.*

Informantes vero pro Lamberto aggrauatoriã petentes allegabant, huiuſmodi licentiam non

eſſe

Digitized by Google

3 eſſe neceſſariam, quando abſentia prouenit, pro-vt hic, ratione ſtudij, uique non ſolum in docentibus, ſed etiam in ſtudentibus, vt pro veriori tradit *Garz. de benefic. quæſt. 3. cap. 2. num. 94. Moder. Luſitan. de Canonic. & Dignit. cap. 24. ſub num. 26. verſ. ſed mihi dicendum*, vbi notat quod *Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. dicto cap. primo de reform.* non loquitur de Canonicis, ſed de Epiſcopis, & animarum curam habentibus, attento præſertim, quod vigore particularis ſtatuti Eccleſiæ, de qua agitur, relati in hodierno *Summario Informantis num.* 8. abſentia cauſa ſtudiorum eſt præciſe neceſſaria, cum ex eo canoniei non graduati, nec in ſacris ordinibus conſtituti, ac minores 25. annis completo anno primæ reſidentiæ cogantur ſe transferre ad aliquod ſtudium generale extra Romanam Curiam, ibique ſtudere quouſque 25. annos atti-
4 gerint, ſtante enim huiuſmodi neceſſitate indubiù eſſe Canonicos hac de cauſa abſentes lucrari fructus etiam abſque alia licentia *cap. 2. de priuil. cap. fin. de Magiſtr. & cap. relatum de Cleric. non reſiden. Monet. de diſtribut. par. 2. quæſt. 10. ſub num. 12. verſ. ſecus vero forte*.

Verum euitari poſſe hanc quæſtionem in caſu noſtro dixerunt Domini Primo ob conſuetudinem non petendi dictam licentiam teſtimonio Ordinarij probatam *dicto Summ. nu. 9.* cui tan-
5 quam atteſtanti de re ad ſuum Officium ſpectante inter ſubditos ſuos fides eſt adhibenda, vt in terminis fidei Epiſcopi ſine Teſtibus *Rota dec. prima num. primo de probat. in nou.* cum alijs allegatis in ſimilibus terminis in *rec. deciſ. 24. num. 17. par. 6. & per Add. ad Buratt. deciſ. 113. num. 18.* Conſuetu-
6 dine antem id induci poſſe tradunt *Mandoſ. de Signat. Gratiæ tit. de Indult. percipien. fruct. in abſen. col. 3. verſ. Indultum habens Garz. d. par. 3. dicto cap. 2 num. 93. Lotter. dicta quæſt. 27. num. 200. Monet. dicta quæſt. 10. num. 7. & ſub dicto num. 12. verſ. Ex praedictis Leſſ. de Iuſt. & Iur. lib. 2. cap. 34. dub. 29. nu. 163. verſ. ſecunda docere in fine*.

7 Secundo ob contumaciam Capituli in tradendo poſſionem Lamberto, quo caſu in illius præiudicium licentia ordinarij, vel non requiritur, vel habetur ac ſi obtenta fuiſſet, ne Capitulum ex propria contumacia commodum ſentiat, vt admiſit *Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1131. num. 7. & in dicta deciſ. 609. num. 6. par. 3. recent.*

Tertio demum ex quo dicta quæſtio an fructus debeantur nec ne abſenti ex cauſa ſtudij ſine licentia Epiſcopi reſpicit merita cauſæ, & iuſtitiam ſententiæ continentis indefinitam reſtitutionem
8 omnium fructuum, quia Capitulum non debet ſuo marte interpretari, ſed adimplere, vt ſonat, & pro interpretatione quatenus opus ſit, recurrere ad Rotam, illi interim parendo, vt reſponſum fuit in *Barchinonen. Iuriſdictionis 5. Iulij 1649. coram R.P.D. meo Bichio §. Tum etiam quia, & in Leodien. Perſonatus de Fleron. 19. Decembris 1653. co-*
9 *ram me §. fin.* Attento præſertim reſcripto Signaturæ, quæ dum cauſam primo loco Rotæ commiſit, & dum deinde petita fuit commiſsio appellationis aduerſus ſententiam Rotalem ſemper reſcripſit cum clauſula *ſine præiudicio alterius executionis literarum Apoſtolicarum*.

Et ità reſponderunt dandam eſſe aggrauatoriam, niſi infra menſem vtraque Parte Informante, Aduertendum tamen eſt, quod Iura per Lambertum in dicto hodierno Summario exhibita non ſunt in actis, neque de actis; Ideò quanta fides eis ſit adhibenda docet pleniſsima *deciſ.* 197. *num. 13. cum ſeqq. par. 6. recent.* quam allegare ſufficit præſertim ſtantibus ſuper hoc repetitis proteſtationibus alterius Partis.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Lun. 19. Iunij 1656.

ARGVMENTO.

Non aget.

SVMMARIVM.

1 *Probatio actoris ſatis eſt, quod ſit æquiuoca, ad hoc vt ei non ſuffragetur ad obtinendam Immiſſionem.*
2 *Valor bonorum præſumitur mutatus ex ſpatio viginti Annorum.*
3 *Probatio æquiuoca non eſt releuans.*
4 *Agrimenſoris menſura non probat quantitatem bonorum, dum eſt extraiudicialis.*
5 *Hæres ſine beneficio leg. & Inuentarij tenetur ſtare diuiſioni ad quam tenebatur ſtare defunctus hæres vnius ex diuidentibus.*
6 *Diuiſio inter fratres ſequuta cum promiſſione ad inuicem de perpetua defenſione, & euictione indicat derogationem fideicommiſſi in cuiuslibet portione.*
7 *Dotis detractio, vbi fundatur in obligatione ipſiuſmet fideicommittentis, & non in remedio ſubſidiario Auth. Res quæ, poteſt fieri ex bonis fideicommiſſi licet adſint alia bona libera.*
8 *Æs alienum á fideicommittente contractum venit detrahendum ex eius fideicommiſſa.*

DECISIO DXXV.

Eſt hodie in confeſſo, quod totum Caſale Polidori ſit rubrorum 906. ſed quæſtio eſt An hoc intelligatur de ea parte, quæ ſpectabat ad Mutos, An autem etiam de alia medietate ſpectante ad Archihoſpitale Sancti Spiritus, itaut medietas ſimul iuncta conſtituat rubra 1818. Verùm DD. exiſtimarunt totum, & integrum Caſale, comprehenſa etiam dicta medietate Archihoſpitalis non excedere dicta rubra 906. Ideoque reſoluerunt Immiſſionem eſſe concedendam DD. Octauio, & fratribus de Mutis in rubris 18. cum tribus quartis alterius rubri tantum, & ſic deciſiones eſſe reſpectiuè reformandas, & declarandas.

Ad probandum enim, quod totum Caſale conſtituat prætenſa rubra 1812. tria deducebant actores, & primo inſtrumentum venditionis Caſalis factæ à Mutis anno 1588. Camillæ Perettæ pro pretio ſcutorum 80. mil. ſed viſum fuit irreleuans, quia ibi nullibi legitur quantitas rubrorũ, nec colligi poteſt ex eo, quod reſpectu venditorum diuiſum fuerit in ſexaginta portiones, quarum quælibet conſtet de rubris quindecim, quia hæc ſecunda pars in dicto Inſtrumento non exprimitur minuſue colligi valet ex quo quodlibet rubrum valutatum fuerit ſcut. 88. & b. 88. ad quam rationem pretium ſcut. 80. mil. conſtitueret rubra 906. quia aſſumptum, nempè pretium cuiuslibet rubri in ſc. 88. non iuſtificatur, nullatenus ſubſiſtente, quod Carolus vnus ex venditoribus pro pretio rubrorum 48. dotalium Fauſtinæ ſuæ vxoris ſc. 4261. & b. 40. quia illa recepit in computum ſc. 72666. & b. 67. ſibi debitorum pro rata Caſalis à ſe vendita, non autem pro pretio dd. rubrorum 48. quod nulla expreſſa quantitate compræhenſum fuit in reliquis ſcut. 68405. & ba. 27. pro quibus habuit cedulam banchariam, ibi: *Ex quibus ſcutis 72666. 67. &c. ipſe D. Carolus in noſtrorum, &c. præſentia habuit, & recepit à dicto D. Ioſepho, &c. ſcuta 4261. 40. ſimilia, quæ ad ſe traxit, &c. in ſolutum vero, & ſatisfactionem, & pagamen-*

tum ſc.68405.27. ſimilium tangentiam d.D.Carolum,
& pretium ſupradictum rubrorum 48. fundi dotalis d.
D.Fauſtinæ eius vxoris d.D.Carolus ita mandante, &
expreſſe ordinante pro dicta etiam rata d.D.Fauſtina at-
tenta inſraſcripta translatione in noſtrorum præſentia
habuit, & a dicto D. Ioſepho, &c. cedulam bancha-
riam DD. Io: Baptiſtæ Aliotti, & Sociorum tenoris,
&c. vnde ex lectura inſtrumenti ceſſat ſuppoſitum
1 actorum, quamuis ſatis eſſet probationem exin-
de reſultantem eſſe æquiuocam, vt propterea non
releuet *cap. in præſentia de probat. l. neque natales C.*
eodem Rota dec.232.num.9. in fine par. prima recent.

Quatenùs verò ponderatur, quod dicta rubra
48.in Inſtrumento dotali Fauſtinæ anno 1568.va-
lutata fuerint in ducatis 4500. de carolenis, qui
in moneta Iuliorum decem pro ſcuto conſtituunt
ſcuta 3375. Reſpondetur Primo, quod ad iſtam
rationem valor cuiuslibet rubri non eſſet ſcut.88.
& ba. 88. ſed ſcut. 69. cum dimidio. Secundo
à dicto anno 1568. non poteſt inferri ad valorem
2 anni 1588. quo fuit facta venditio, cum ex inter-
medio ſpatio annorum 20. Valor præſumatur mu-
tatus *l. pretia rerum § Eſto ff ad l.Falcid.l.3.§. Diui*
ff. de Iur. feud. Rota coram Card. Seraphin.deciſ.570.
num.6.& in recent.deciſ.46.num.10.par.6.

Parique modo non releuat, quod Cæſar filius
Valeriani fideicommittentis anno 1550. in aſſi-
gnatione Dotis facta Liuiæ tradiderit rubra 15.
aſſerendo eſſe quartam partem ſextæ partis inte-
græ medietatis dicti Caſalis; Vnde inferebatur,
quod ſi quarta pars ſextæ partis medietatis èrat
rubrorum 15. diſtributo toto Caſali in 60. portio
nes reſultet numerus rubrorum 900. Quia in in-
ſtrumento huius aſſignationis relato in *Summario*
actorum ſub num. primo col.2. in fine, non legitur,
quod nominatim aſſignata fuerint rubra 15. ſed
ſolum integra quarta pars vnius ſextæ partis me-
dietatis, nulla expreſſa quantitate rubrorum,
3 Ideoque etiam iſta probatio redditur æquiuoca,
& ſic irreleuans, vt præter auctoritates ſupra al-
legatas dixit Rota *coram bon.mem. Merlino dec.382.*
num.4. in fine.

Tandem non obſtat menſura moderni Agrimen
ſoris, quæ tertio loco aſſerebatur, Tùm quia non
conſtat, quod bona menſurata ſint de compre-
henſis in Venditione, vt ſupra facta Camillæ Pe-
cettæ, & in medietate Caſalis ad Mutos ſpectan-
4 te, Tùm etiam quia eſt extraiudicialis, *Bart. in l.*
Theopompus num. 9. verſ. quandoque ſtatur ff de dot.
priuileg. Rota deciſ.554.num. primo par.2. & dec.17.
pariter num. prima par.6.recent.

Procedendum itaque viſum fuit cum ſuppo-
ſito, quod integrum Caſale comprehenſa medie-
tate Archihoſpitalis conſtet de ſolis rubris 906.
itaut medietas Mutorum Camillæ vendita reſtrin
gatur ad rubra 453. ideoque cum actoribus obſtet
diuiſio anni 1539. rata hodie petita non excedit
dicta rubra decem, & octo cum tribus quartis al-
terius rubri.

5 Et diuiſionem eis obſtare patet, quia ſunt hære-
des ſine beneficio legis, & Inuentarij Laurentij
eorum Patris, ac filij, & hæredis Cæſaris vnius
ex diuidentibus *Rota deciſ.169.num. primo dec.265*
num.3.verſ. Tùm etiam quia & deciſ.337.num. primo
par. prima recent. & in Bonon. Fideicommiſſi de Mal-
uetijs 7. Maij 1640. coram R.*P.D. meo Pentiageria §.*
Demùm pro totius: Reſeruatio autem fideicommiſ-
ſorum contenta in illis verbis, ibi: *firmis tamen re-*
manentibus fideicommiſſis factis per eorum Prædeceſſo-
res, &c. intelligenda eſt, vt fideicommiſſa firma
remanere debeant ſuper parte diuiſa, & vnicuique
obuenta, non autem quod illorum vigore alter
ex diuidentibus ab hæreditate alterius ſuam por-
tionem prætendere poſſit, vt clarè indicat lectura
eiuſdem diuiſionis conceptæ cum clauſula *non ob-*
6 *ſtantibus diuiſionibus*, & cum promiſſione ad inui-
cem de perpetua defenſione, & euictione, quæ de-
rogationem fideicommiſſi indicant, vt latè pro-
bat *Giouagn.conſ.100 num.99.lib. primo.*

Ex dictis autem rubris 18. cum tribus quartis
detrahendam eſſe dixerunt DD. medietatem reſi-
dui Dotis Philippæ vxoris d. Cæſaris à Valeria-
no fideicommittente receptæ, & ſuper omnibus
bonis ſuis hypothecatæ, itaut propterea nihil re-
7 ſtat, quod adſiut bona libera Cæſaris, quia hu-
iuſmodi detractio non fundatur in remedio ſubſi-
diario, *Auth. res quæ*, ſed in obligatione ipſius
8 fideicommittentis, ex cuius bonis detrahi debet
æs alienum ab ipſo contractum, vt reſponſum fuit
in *deciſione huius cauſæ edita coram R.P.D. meo Mel-*
tio 11. Ianuarij 1649. §. tertia detractio.

Et ità vtraque &c.

BVRGEN. CAPELLÆ.

Lunæ 19. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus honorificum prout eſt præeminentia
in ſeſſionibus, Proceſſionibus, & alijs ſimilibus
Iuribus honorificis tribus modis acquiritur, vel
ex fundatione, vel ex Conſtructione, ſeù ex do-
tatione, nec alius modus acquirendi Iuſpatrona-
tus præter hos in Iure reperitur expreſſus. Ex fun-
datione autem acquiritur, vel cum quis præſtat
fundum capacem, vel Eccleſiam conſtruit a fun-
damentis, vel pænitus dirutam reædificat, nec ad
hunc effectum ſimplex reſtauratio eſt ſufficiens,
ſed totalis Eccleſiæ deſtructio, ac fundamentalis,
& noua reædificatio requiritur. Ex dotatione
vero Eccleſiæ etiam conſtructæ acquiritur Iuſpa-
tronatus, niſi probetur quod Eccleſia aliundè do-
tem haberet, & dummodo dos ſit tradita ex pro-
prijs, & patrimonialibus effectibus dotantis ex-
preſſo titulo dotis, & dummodo ſit ſufficiens, &
quando ad hunc effectum dos ſufficiens dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus non acquiritur per ſimplicem vtilita-*
tem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, ſed dumtaxat ex
fundatione, conſtructione, ſeù dotatione.

2 *Iuſpatronatus acquiritur dumtaxat ex fundatione,*
Conſtructione, ſeù dotatione, nec de Iure reperi-
tur alius modus expreſſus illud acquirendi.

3 *Iuſpatronatus, vt acquiratur ex fundatione, &*
conſtructione Eccleſiæ requiritur, quod, vel quis
præſtet fundum capacem, vel eam conſtruat à
Fundamentis, vel pænitus dirutam reædificet.

4 *Iuſpatronatus, vt dicatur acquiſitum ex fundatio-*
ne, & conſtructione Eccleſiæ non ſufficit ſimplex
reaptatio, vel reſtauratio, ſed totalis Eccleſiæ de-
ſtructio, ac fundamentalis, & noua reædificatio
requiritur.

5 *Iuſpatronatus, vt acquiratur ex dotatione, dos de-*
bet eſſe conſtituta ex proprijs, & patrimonialibus
effectibus dotantis, ſufficientibus pro manutentio-
ne Beneficij, atque actualiter traditis expreſſo ti-
tulo Dotis.

6 *Iuſpatronatus præſertim honorificum acquiritur per*
dotationem Eccleſiæ etiam conſtructæ, niſi probe-
tur, quod Eccleſia aliunde dotem haberet.

7 *Epiſcopus ſi ſine cauſa renuat conſentire dotationi*
Eccleſiæ indotatæ, & conſequenter acquiſitioni
Iuriſ-

Digitized by Google

Iuriſpatronatus in ea, adiri poteſt ſuperior, vt eum compellat, vel quod ipſe conſentiat.

8 *Dos pro Beneficio ſimplici, ſeù Capella dicitur congrua, & ſufficiens dum aſcendit ad annuum redditum ſcutorum viginti.*

9 *Dos pro ſubſtentatione Capellæ dicitur congrua dum ex Teſtibus formiter examinatis apparet in eadem Eccleſia adeſſe alias Capellas, cum eadem prærogatiua.*

DECISIO DXXVI.

PEr Contradictas dubitaui an Dominico de Sancto Petro ſit concedenda integra Capella, de qua agitur, nempè an eidem concedendum ſit Iuſpatronatus honorificum in dicta integra Capella ratione præeminentiæ in ſeſſionibus, proceſſionibus, & alijs ſimilibus Iuribus honorificis cum Iure ſepulchri pro ſe, eiuſque Matre, ac illius deſcendentibus, eorumque Conſanguineis, excepto Iure præſentandi, quod à ſcribentibus ex duplici capite prætendebatur, videlicet ratione dotationis per eum factæ in ſumma vndecim millium realium, atque ob neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ, in qua ſita eſt controuerſa Capella ex eo comprobatas ex quo grauata eſt magno ære alieno caret neceſſarijs ornamentis, & indiget reparatione, Choro, Sacrario, alijſque neceſſarijs.

Verum non placuit DD. hoc ſecundum fundamentum, quia in Sacris Canonibus non ſtatuitur
1 hic modus acquirendi Iuſpatronatus per ſimilem vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ, ſed dumtaxat ex fundatione, conſtructione, ſeù dotatione *can. piæ mentis 16. quæſt. 7. can. filijs, vel Nepotibus, & can. Monaſterium eadem cauſ. & quæſt. cap. ad audientiam de Eccleſ. ædific. cap. 3. de Iurepatr.* Idq; ſtatuit *Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat.*
2 & tradunt *Abb. conſ. 54. num. 1. part. 1. & conſ. 59. numer. 2.* vbi quod de Iure non reperitur alius modus expreſſus, *& conſ. 106. ſub num. 2. verſ. non ratione par. 2. Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 18. num. 33. Garz. de Beneſ. par. 5. cap. 2. num. 56. & ſeqq. Rot. coram Buratt. dec. 1. num. 1. ibique pleniſſimè Add. num. 13.* & in his terminis de fundatione, conſtructione, & dotatione loquitur *Lambert. de Iurepatr. lib. 1. par. 1. quæſt. 2. art. 16. in princ.* ab informantibus allegatis.

Fundatio autem, & conſtructio ità eſſe debent
3 quod vel quis præſter fundum capacem, vel eam conſtruat à fundamentis, aut penitus dirutam
4 reædificet, cum non ſufficiat ſimplex reaptatio, vel reſtauratio, ſed totalis Eccleſiæ deſtructio, ac fundamentalis, & noua reædificatio requiritur, vt latè pertractata materia reſponſum fuit in *Tudertina Iuriſpatronatus* 19. *Februarij* 1644. *coram*
5 *me*. Dotatio verò fieri debet per conſtitutionem dotis ex proprijs, & patrimonialibus effectibus ſufficientibus pro manutentione beneficij, atque actualiter traditis expreſſo titulo Dotis ex plenè firmatis in *Nouarien. Parochialis* 10. *Decembr.* 1649. 1. *Iulij* 1650. *&* 15. *Ianuarij* 1651. *coram R. P. D. meo Peutingerio.*

Ex primo autem fundamento affirmatiuè reſ-
6 ponſum fuit, quia acquiritur Iuſpatronatus præſertim honorificum per dictam dotationem Eccleſiæ etiam conſtructæ, niſi probetur quod aliundè dotem haberet. *Rota deciſ. 99. num. 11. & deciſ. 167. in princ. & num. 1. par. 2. diuerſ.* cum concordantibus allegatis *in Calaritana Capellæ* 19. *Februarij* 1644. §. *Quamuis Capella coram R.P.D.*
7 *meo Bichio*. Et hoc caſu ſi Epiſcopus ſine cauſa renuat conſentire, adiri poteſt ſuperior, vt eum compellat, vel quod ipſe conſentiat *Card. in cap. nobis 25. numer. 6. verſ. Sexto quæro de Iurepatr. Lambert. d. lib. 1. par. 1. quæſt. 2. art. 16. num. 1. Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 32. num. 17. Marcabrun. de concurſ. prælud. 7. dub. 7. per tot. Modern. Luſitan. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 70. num. 26. modern. Piſan. de Iurepatr. lib. 2. cap. 1. part. 1. numer. 22.*

Dotem autem à Dominico ex proprijs, & pa-
8 trimonialibus effectibus conſtitutam congruam eſſe, & ſufficientem conuincitur; ex quo dd. vndecim mille reales reinueſtiti reddere poterunt annuos ducatos viginti, vt dos congrua dicatur tradit *Abb. in c. conquærenti numer. 1. verſ. 2. nota de Cleric. non reſid. quem refert. & ſequitur Lotter. de re benef. lib. 1. quæſt. 31. num.* 15. Quod certius procedit in propoſito attentis tribus Teſtibus relatis *in Summ. informantis num.* 13. deponentibus in eadem Eccleſia adeſſe alias duas Capellas cum eadem prærogatiua, & minori dote.

Et ità &c.

PALENTINA DECIMARVM.

Veneris 23. Iunij 1656.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria vbi materia articulata eſt improbabilis vel vbi oritur præſumptio calumniæ, vel vbi probatio poteſt fieri per ſcripturas, vel quando materia alias fuit articulata poſt didicita teſtificata numquam conceditur; teſtificata verò ad hunc effectum debent eſſe didicita non per ſimplicem editionem ſummarij ſed per ſolemnem publicationem, mediante decreto Iudicis factam, vel per tranſportationem actorum.

SVMMARIVM.

1 *Cura habitualis dicitur penes Eccleſiam, non autem penes Epiſcopum, quando Epiſcopus cogitur deputare Vicarium de gremio eiuſdem Eccleſiæ habentis ſuos limites diſtinctos, & ſeparatos.*

2 *Remiſſoria ob improbabilitatem materiæ articulatæ eſt deneganda.*

3 *Probatio, quæ poteſt fieri per ſcripturas, tamquam magis certa, & clarior excludit aliam faciendam per Teſtes.*

4 *Negatiua regulariter ex ſcripturis concludi non poteſt.*

5 *Declara hoc tantum procedere, quando affirmatiua includens negatiuam contrariam de neceſſitate non reſtringitur ad ſcripturam, nec illam requirit.*

6 *Secus autem quando affirmatiua de neceſſitate probari debet per ſcripturam, tunc enim ex illius reuolutione probatur negatiua.*

7 *Immemorabilis non excluditur per antiquam ſententiam inter diuerſas perſonas, & in alia cauſa ſimili emanatam.*

8 *Teſtium dicta non dicuntur ſatis publicata ad effectum denegandi nouam remiſſoriam, per ſimplicem editionem ſummarij, quæ in Curia non attenditur.*

9 *Teſtium dicta dicuntur verè publicata ad effectum denegandi nouam remiſſoriam per ſollemnem publicationem; mediante ſpeciali decreto Iudicis factam ad petitionem vnius partis altera parte conſentiente.*

10 *Tranſportatio proceſſus de vna inſtantia ad aliam veram publicationem illius implicat, & pandit nomina Teſtium.*

11 *Noua remiſſoria non eſt ſuper ijſdem articulis concedenda*

denda poſt didicita teſtificata , & publicata nomina Teſtium .

12 *Probatio dum fieri non potuit in ſummarijſſima poſ-*
ſeſſorio , inde reſultat , quod eo minus fieri poſſit
in petitorio , & propterea calumnioſa præſu-
mitur ,

13 *Remiſſoria non conceditur , vbi materia articulata*
præſumitur calumnioſa ,

DECISIO DXXVII.

QVamuis Agentes pro Beneficiatis de Oſordo
articulos iam exhibitos reformauerint ſpeci-
ficando quod Reuerendiſſimus D. Epiſcopus te-
netur eligere pro exercitio Curæ Animarum Pa-
rochianorum , & Incolarum Eccleſiæ de Oſordo
duos ex corpore eorundem Beneficiatorum , &
non alios inferentes proinde quod quando Epi-
1 ſcopus cogitur deputare Vicarium de gremio
certæ Eccleſiæ habentis prout hic , vt ſubditur in
iiſdem articulis ſuos limites diſtinctos , & ſepa-
ratos , cura habitualis penes ipſam Eccleſiam ,
non autem penes Epiſcopum eſſe dicatur ex dedu-
ctis *per Rot. deciſ. 249. num. 10. cum ſeqq. part. 4.*
recent .

Nihilominus iterum Domini denegarunt re-
miſſoriam , & ſic ſteterunt in deciſis coram me
24. Ianuarij præteriti , quia neceſſitas præciſa
eligendi duos de dicto corpore hodie articulata
improbabilis eſt , cum contrarium appareat, tum
ex Conſtitutione Synodali aſſerente, quod in iſtis
Eccleſijs non adſunt Beneficia deputata pro cura
Animarum , quodque Epiſcopo opus eſt condu-
cere Paſtorem alienigenam , tum etiam ex pluri-
bus actibus electionum factarum ab Epiſcopo de
dd. Beneficiatis cum facultate illam exercendi ad
eius libitum , & nomine ipſius , vt deducitur in
d. deciſ. §. quo ad primum , & §. nec obſtat , inde
enim deſtruitur prætenſio Beneficiatorum , & ob
improbabilitatem exinde reſultantem deneganda
2 eſt remiſſoria , vt omiſſis alijs reſpondit *Rota in*
Valentina Iuris ſedendi 26. Martij 1635. & in Gadi-
cen. Decimarum 25. Maij 1637. coram Reuerendiſſi-
mo Terracinen. in recent deciſ. 31. numer. 6. & deciſ.
217. num. 9. par. 7.

Cumque in iiſdem articulis addatur , quod id
ſeruatum fuit ab immemorabili tempore dixe-
runt Domini hoc probari poſſe per ſcripturas ex-
hibendo ipſas electiones, & deputationes ab Epi-
3 ſcopis pro tempore factas , quarum probatio tan-
quam magis certa , & clarior excludit aliam fa-
ciendam per Teſtes , vt præter auctoritates alle-
gatas in *d. deciſ. §. reſpectu vero* reſponſum fuit *in*
Comen. Collegij 15. Decembris 1653. coram R. P. D.
meo Priolo §. Tertius articulus.

Nec obſtat , quod vis conſiſtat in negatiua fa-
4 cultatis eligendi alios , quæ regulariter ex ſcri-
pturis concludi non poteſt, vt dixit *Rota deciſ. 298.*
num. 4. poſt ſecundum vol. conſ. Farin. quia obie-
5 ctum procedit quando factum affirmatiuum in-
cludens negatiuam contrariam de neceſſitate
6 non requirit ſcripturam, ſecus autem è conuerſo,
vbicunque enim prout hic de neceſſitate eam re-
quirit , ex reuolutione illius probatur negatiua ,
quæ propterea exhibenda eſt , vt docet *Bald. in l.*
fin. num. 7. C. de reb. credit. Iaſ. in l. Titia Textores
num. 17. verſ. nam quando affirmatiua ff. de legat. 1.
Bellamer. in cap. bo. memoriæ il primo num. 57. de
elect. ibique Abb. nu. 14. verſ. fallunt prædicta Ruin.
conſ. 35. num. 19. lib. 1. Grammat. deciſ. 59. num.
18. Rota coram Buratt. deciſ. 10. numer. 6. & deciſ.
282. num. 3. cum alijs per Add. ad eundem deciſ. 120.
num. 42. & d. deciſ. 282. num. 10.

Articulata autem quaſi poſſeſſio immemora-
bilis recondendi Decimas bonorum , de quibus
agitur in horreo particulari , illaſque diſtribuen-
di inter ipſos Beneficiatos abſque participatione
Capituli, & Canonicorum Cathedralis, licet non
7 excludatur per antiquam ſententiam relatam in
d. deciſ. §. vlt. cum emanauerit inter diuerſas per-
ſonas , & quoad aliam Eccleſiam deſtruitur ta-
men per eandem Conſtitutionem Synodalem, quę
decidit Decimas huiuſmodi bonorum eſſe repo-
nendas in horreo communi ad commune com-
modum , nil releuante , quod in ipſa præſeruetur
immemorabilis , quia huiuſmodi præſeruatio
non loquitur generaliter de omnibus Decimis ,
nec de controuerſis, ſed de decimis debitis à poſ-
ſeſſoribus Capellaniarum , quæ ſunt in vſu , &
conſuetudine immemorabili non ſoluendi , ibi :
Et volumus præſentem hanc noſtram Conſtitutionem
ſeruari &c. etiamſi præfata Capellania a 30. vel 40.
ab hinc annis erecta fuerint , in his verò , quæ ab im-
memorabili tempore citra , & quæ ſunt in vſu, & con-
ſuetudine immemorabili non ſoluendi Decimas idem
mos, & conſuetudo ſeruetur &c. Semperque ſubſiſtit
altera reſponſio , quod pręfata immemorabilis
alias fuit articulata etiam cum qualitate ſcientiæ,
& patientiæ Canonicorum prout hodie articula-
tur , ideò cum dicta Teſtium ſint publicata non
8 per ſimplicem editionem Summarij , quæ in Cu-
ria non attenditur iuxtà *deciſ. ſan. me. Greg. 497.*
num. 4. ibique Add. num. 8. & dictum fuit in Fauen-
tina Beneficij 27. Iunij 1644. coram me §. Placuit enim,
9 ſed per ſolemnem publicationem mediante ſpe-
ciali decreto Iudicis factam ad petitionem Capi-
tuli parte conſentiente *Summ. reſponſionis Capituli*
num. 5. atque per tranſportationem proceſſus de
10 vna inſtantia ad aliam , quæ veram publicatio-
nem implicat , & pandit nomina Teſtium , vt reſ-
pondit *Rota coram eodem ſan. me. Greg. deciſ. 583.*
num. 2. & in Cremonen Penſionis 4. Maij 1635. coram
clar. me. Coccino in rec. dec. 41. nu. 6. cum ſeqq. par. 7.
11 noua remiſſoria non eſt concedenda ex allegatis
in eadem *Cremonen. Penſionis num. primo* , & alibi
paſſim .

Gratiſque dicitur ſuper dd. articulis non fuiſſe
factum examen in partibus ob ſuſpenſionem peti-
torij , ſed ſuper alijs, quia contrarium conſtat
tam ex propria confeſſione Beneficiatorum relata
in *d. Summar. reſponſionis Capituli num. 4.* quam ex
proceſſu, ex quo apparet cauſam fuiſſe agitatam ,
& pronunciatum in poſſeſſorio plenario , & in
petitorio ad effectum ſolius ſummarijſſimi poſſeſ-
12 ſorij ſanè ſi probare non potuerunt ad effectum
ſummarijſſimi, inde reſultat, quod eo minus pro-
bare poſſint in petitorio , atque ita calumnioſa
13 præſumitur materia articulata , quæ propterea
remiſſoriam excludit , vt dixit *Rota dec. 111. num.*
2. deciſ. 142. num. 9. & deciſ. 306. num. 2. part. 6.
recent.

Et ita vtraque &c.

BENEVENTANA CENSVS,
ſeu Pecuniaria .
Luna 29. Maij 1656.

ARGVMENTVM.

Mandatum exequutiuum eſt concedendum Credito-
ri aduerſus debitorem vigore obligationis Ca-
meralis in Inſtrumento crediti appoſitæ , quod
procedit etiam contra tertium poſſeſſorem in
quem bona fuerunt alienata , dum conſtat , quod
mala

Digitized by Google

mala fide, & colluſiuè ad ſupplantandum Creditorem fuit facta alienatio.

S V M M A R I V M.

1 *Obligatio Cameralis tribuit viam exequutiuam.*

2 *Amplia etiam contra tertium poſſeſſorem, vbi conſtat colluſiuè, & mala fide ad ſupplantandos creditores in ipſum fuiſſe factam alienationem bonorum.*

3 *Deciſio Rotæ in nonis diſputationibus venit ſupponenda.*

4 *Mandatum de aſſociando tribuit facultos capiendi poſſeſſionem propria auctoritate in inſtrumento Creditori attributo.*

5 *Exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur in Iudicio poſſeſſorio, ſed reijcitur ad petitorium.*

DECISIO DXXVIII.

CAtherina de Philippis filia, & hæres q. Ioannis Baptiſtæ ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus, tam decurſis, quam in futurum decurrendis annui cēſus ducatorum 160. impoſiti anno 1629. per Hieronymum Maſcambrunum ſuper certis eius bonis, & pretio ducatorum bis mille venditi d. Ioanni Baptiſtæ *Summ. num.* 2. petebat mandatum exequutiuum, & reſpectiuè de aſſociando ad fundos cenſuales, aliaque bona dicti Hieronymi Impoſitoris.

Et reſpectu exequutiui res carebat difficultate,
quia concurrit legitimatio perſonarum, & conſtat de credito ex publico Inſtrumento d. impoſi-
1 tionis Camerali obligatione vallatum, quæ vim
tribuit exequutiuam, vt notat *Zacch. ad Galleſ. de oblig. Camer. quæſt.* 2. *verſ.* 5. & reſpondit Rot. *apud eundem dec.* 12. *num.* 1. & alibi paſſim, etiamſi aga-
2 tur contra Aſcanium Bilottam tertium poſſeſſorem, quia cum iam deciſum fuerit *coram bon. me. Bichio* 28. *Iunij* 1645. colluſiuè, & mala fide ad ſupplantandos Creditores in ipſum Aſcanium fuiſſe factam alienationem bonorum d. Hierony-
3 mi, vtique ſupponendo hanc deciſionem, vt moris eſt in nonis diſputationibus. *Buratt. dec.* 596. *num.* 2. *& dec.* 857. *num.* 4. non poteſt ipſe viam exequutiuam impedire ex pleniſſimè congeſtis *in Romana fideicomm. de Gratianis* 28. *Iunij* 1649. *cor. eodem bo. me Bichio per totam, & ſignanter* §. *vlt.*

Mandatum vero de aſſociando tribuit faculta-
4 tem capiendi poſſeſſionem propria auctoritate in eodem inſtrumento Creditori, eiuſque hæredibus attributam, vt deciſum fuit *in Romana Vineæ ad Aquam Sanctam* 28. *Ianuarij* 1643. *coram me* §. *Quo enim, & in Bituntina Cenſus* 27. *Nouembris* 1645. *coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado* §. *Et in propoſito.*

Nec obſtat exceptio fideicommiſſi q. Marcelli; nam reſpectu domus cum Molendino alterius ex fundis cenſualibus incontinenti apparet illam non cadere ſub præfato fideicommiſſo, ex quo longè anteà a fideicommittente inter viuos donata fuerat Hieronymo debitori, vt firmatur in *d. dec. bo. me. Bichij* §. *& amplius.* Reſpectu verò
5 aliorum bonorum cum requirat altiorem indaginem, non eſt admittenda in hoc Iudicio, ſed ad petitorium reijcienda Rot. *coram Card. Seraph. dec.* 1200. *in fine in recent. dec.* 587. *num.* 5. *par.* 3. *& in Romana Cenſus* 22. *Maij* 1648. *coram Reuerendiſſimo D. Terracinen.* §. *neque bonæ aſſociationem.*

Quare pro Catherina informante relaxandum eſſe vtrumque mandatum reſponſum fuit *coram bo. me. Bichio* quo morte præuento non extenſa deciſione. Ego ſubrogatus illam extendi &c.

PAMPILONEN. BENEFICII de Ezguiſga.

Lunæ 5. *Martij* 1657.

ARGVMENTVM:

Præſentatio ad Beneficium facta à patronis de eo, in quo non concurrunt omnia requiſita à Conſtitutione Alexandri VI. eſt inutilis, & inualida, & huic præſentato eſt alter in concurſu præferendus, in quo concurrunt omnia requiſita, etiam ſi ab vnico tantum Patrono fuerit præſentatus.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficium in concurſu eſt illi adiudicandum, qui habet qualitatem à Conſtitutione requiſitam.*

2 *Præſentatio illius, in quo deficit qualitas a Conſtitutione requiſita eſt inutilis, & corruit.*

3 *Præſentatus in quo deficit qualitas à Conſtitutione requiſita non poteſt ad Beneficium inſtitui.*

4 *Amplia etiam ſi maiora præſentantium voto obtinuerit.*

5 *Præſentatus in quo concurrunt omnia requiſita a Conſtitutione in concurſu eſt præferendus.*

6 *Amplia etiam ſi ab vnico tantum Patrono fuerit præſentatus.*

DECISIO DXXIX.

AD duo perpetua Beneficia Eccleſiaſtica Portiones nuncupata exiſtentia in Parochiali Eccleſia Sancti Michaelis loci de Ezquioga Pampilonen. Diœceſis ex ſpeciali Conſtitutione Summi Pontificis Alexandri VI. eueniente caſu vacationis nulli niſi dictę Eccleſiæ ſint naturales de illius Parochia oriundi, & in eadem Eccleſia baptizati, ac in Sacerdorio conſtituti ſi tales exiſtant, aliàs Clerici primo ordinati admitti poſſunt, vt latius in eadem Conſtitutione diſponitur relata in *Sum. informantis num.* 1. Cumque per aſcenſum Gabrielis de Yzaguirre ad Rectoriam dictæ Parochialis, alterum ex eis vacauerit anno 1652: & hodie coram me dubitatum fuerit cui ſit adiudicandum reſponderunt Domini ad fauorem Martini de Lazcanoregui informantis excluſo Dominico de Oſinalde Collitigante.

Et ratio reſolutionis fuit, quia licet vterque ſit filius naturalis dictæ Eccleſiæ oriundus de d. Parochia, & in eadem Eccleſia baptizatus, vt patet ex fidibus relatis in eodem *Summ. numer.* 3. *&* 6. Martinus tamen prius quam Dominicus ad ſacros ordines promotus fuerit, nempe 11. Iunij 1650. iſte verò 10. Martij 1652. eodem *Summ. nu.* 4. *&* 5. Vnde cum ipſe habeat qualitatem à Con-
1 ſtitutione in concurſu requiſitam merito præferendus eſt, eique Beneficium adiudicandum *cap. Monaſterium* 16. *quæſt.* 7. *cap. cum Bertoldus de re iudic. cap. Dilectus ibique gloſſ. verb. plus Iuris de offic. deleg.* & alijs relatis reſponſum fuit *in Cracouien. Præpoſituræ S. Floriani* 28. *Nouembr.* 1650. *coram R. P. D. meo Bichio* §. *primo &* 28. *Iunij* 1651. *cor. R. P. D. meo Veroſpio.*

Non obſtat, quod Dominicus à maiori parte, Martinus verò ab vnico tantum Patrono fuerit præſentatus, vt patet ex proceſſu fol. 15. quia cum in ipſo Dominico deficiat qualitas antecedentis aſſecutionis ſacrorum ordinum à Conſtitutione ſpecialiter requiſita, quæ concurrit in Martino, illius namque præſentatio inutilis eſt, &
2 omninò corruit, vt optimè reſpondit. *Rota coram Card. Seraph. dec.* 1270. *num.* 2. *in recent. deciſ.* 15. *num.* 1. *&* 3. *par.* 2. *& in d. Cracouien. Præpoſituræ S. Floriani coram* R. *P. D. meo Bichio* §. *non obſtat,*
3 *quod etiam,* nec propterea inſtitui valet, quamuis

maiora

Digitized by Google

4 maiora præſentantium ſuffragia obtinuerit, *ex
Theor. Abb. in cap. cum in cunctis §. inferiora num.
10. cum ſeqq. de elect. Garz. de Beneſ. par. 7. cap. 15.
num. 6. Card. Mantic. dec. 115. numer. 5. Feſulana
Beneficij, ſeu Oratorij 14. Martij 1650. coram Emi-
nentiſſimo D. Card. Corrado §. ſiquidem conſtat, & in
d. Cracouien. Præpoſitura S. Floriani coram* R. *P.D.
meo Veroſpio ſub §. In concurſu Sigiſmundi*, eique
5 præferendus eſt Martinus, in quo maiora requiſi-
ta à Conſtitutione (quæ in hac parte munita eſt
decreto irritante, & clauſula ſublata) concur-
runt, licet ab vnico tantum præſentatus, cùm
6 præſentatio facta ab alijs de Dominico nulla ſit,
& inualida, vt in terminis reſpondit. *Rota coram
Pen. dec. 600. num. 2. & 3. coram Buratt. dec. 680.
num. 1.* & in alijs ſupra allegatis.

Et ità vnica tantum &c.

ROMANA DE MELLINIS.

Veneris 27. Aprilis 1657.

ARGVMENTVM.

Qui Religionem ingreditur facta prius renunciatio-
ne intuitu profeſſionis emittendæ, ſi poſt profeſ-
ſionem ſupprimatur Religio bona iam Renuncia-
tario quæſita non recuperat, quærenda verò ſic;
quod certius procedit, ſi vltra ingreſſum in Reli-
gionem Donans aliam donationi adæquatam
cauſam adiecit.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus egrediens, è Religione poſt profeſſionem
non recuperat bona iam Renunciatario quæſita,
quærenda verò ſic.*

2 *Diſpenſatio Apoſtolica non retrotrahitur in præiudi-
cium Tertij.*

3 *Papa non præſumitur voluiſſe Tertio præiudicare, &
ius ipſi quæſitum auferre.*

4 *Religioſus exiens e Religione ante emiſſam profeſ-
ſionem bona renunciata recuperat.*

5 *Renuncians intuitu Religionis, ſi Religionem non
ingrediatur bona recuperat.*

6 *Renunciatio corruit annullata profeſſione inſcio Pro-
fitente.*

7 *Renuncians contemplatione Religionis cum condi-
tione recuperandi in caſum egreſſus, bona recupe-
rat, ſi egrediatur.*

8 *Renunciatio ſub conditione Profeſſionis, profeſſione
ſecuta remanet pura.*

9 *Cauſæ duæ ſi æquè principaliter in renunciatione
apponantur, ex vna tantum renunciatio ſuſti-
netur.*

DECISIO DXXX.

D. Io: Celſus Mellinus anno 1614. (ſunt verba
præciſa renunciationis.) Diuino ſpiritu du-
ctus, & deſiderans Altiſſimo famulari, & ſic ali-
quam Religionem Clauſtralem ingredi, & habi-
tum ſuſcipere, ibique diuina fauente clementia
perſiſtere, & profeſſionem emittere, aduertenſq;
familiarum nobilitatem cum facultatibus coniũ-
ctam in ſuo honorifico ſtatu diutius conſeruari
ceſſit renunciauit, & irreuocabiliter donauit in-
ter viuos, ſex ſuis germanis fratribus portionem
ipſi competentem in bonis paternis, maternis,
ac fraternis, omniaque bona, & Iura quorum-
cumque aſcendentium, & Collateralium Con-
ſanguineorum, & Affinium hactenus, ſiuè teſta-
mento, ſiuè ab inteſtato defunctorum eidem de
præſenti competentia, aut in futurum vigore
cuiuſcunque fideicommiſſi non dum purificati
competitura addita declaratione, quod quæli-
bet ex dictis duabus cauſis ſufficiens eſſet pro va-
liditate huiuſmodi renunciationis, atque iuncta
conditione, quod ipſa renunciatio ſuum ſortire-
tur effectum, quatenus ipſe in aliqua Religione
Clauſtrali habitum ſuſciperet, & profeſſionem
emitteret.

Succeſſiue ingreſſus fuit Religionem Clerico-
rum Regularium S. Laurentij in Lucina, & poſt
ibi emiſſam ſolemnem profeſſionem anno 1615.
cum ſucceſſiua permanentia per annos 23. de li-
centia S. Congregationis ſuper regularibus tran-
ſiuit ad Congregationem Boni Ieſus Rauenna-
ten. Cumque Congregatio à fel. rec. Innocentio
X. anno 1651. ſuppreſſa fuerit: Ideò regreſſus ad
ſæculum introduxit coram A. C. Areoſto iudiciũ
reintegrationis ad bona renunciata, & per ſen-
tiam ſuccubuit: Vndè delata mihi cauſa apella-
tionis dubitaui an ipſi eſſet danda petita reinte-
gratio, & negatiuè reſponſum fuit.

In confeſſo enim eſt apud Partes, quod bona
renunciata, quæ nunc Iudicio reintegrationis pe-
tuntur poſt emiſſam Profeſſionem, & ante egreſ-
ſum è Religione iam quæſita erant fratribus
Renunciatarijs ob prædeceſſum Parentum, &
purificationem fideicommiſſorum, Bona enim
Tertio quæſita non recuperat egrediens è Reli-
gione facto Papæ, vel ex ſimili diſpenſatione,
aut Prouiſione Apoſtolica, licet ſecùs ſit quo-
ad non dum quæſita, ſed poſt egreſſum de futu-
1 ro quærenda, vt optimè declarat *Bart. in tract.
Minorit. lib. 4. diſtinct. 3. cap. 2. num. 9. per tot.
Bald. in Auth. ingreſſi num. 64. verſ. ſi tamen Papa
C. de Sacroſ. Eccleſ. Silueſt. in ſumma verb. Religio
quæſt. 10. num 10, poſt med. verſ. Et confirmatur iſta
deciſio cum alijs per Rotam coram bon. mem. Burattu
deciſ. 510. per tot. repetita in recent. deciſ. 576. in
eodem vol. per Add. ad eundem deciſ. 756. num. 26.*
& in proximis terminis ità conciliat Doctores
inter ſe contrarios *Barboſ. de iur. Eccleſ. vniuerſ.
2 lib. 1. cap. 42. num.* 242 Diſpenſatio enim Apo-
ſtolica non retrotrahitur in præiudicium Tertij,
cui non cenſetur Papa voluiſſe præiudicare, &
3 ius iam ſibi quæſitum auferre, vt pluribus relatis
reſponſum fuit *in d. deciſ. bo. me. Buratto* 510. *ſeu*
576. *num.* 5. & 6.

Authoritates verò in contrarium allegatæ vel
4 loquuntur in exeunte à Religione ante emiſſam
profeſſionem *vt Dec. conſ. 86. num. 5. verſ. Et iſta
donatio Menoch. de arbitr. caſ. 436. num 6. & 7.
Gratian. diſcept. 96. num. 1. cum ſeqq.* Vel in eo,
5 qui nunquam Religionem ingreſſus fuit, vt *Socc.
ſen. conſ. 333. num. 3. lib. 2. Surd. conſ. 445. n. 36.*
6 Aut ſi profeſſio annulletur, *Honded. conſ. 73. n. 10.
& 11. lib. 2. Nouar. pract. quæſt. par. 1. q. 72. n. 1.
& per tot.* quod verum eſſe quando profeſſio eſt
nulla ignaro profitente declarat *Sanch. in præcept.
Decalog. lib. 7. cap. 1. num. 25. cum ſeqq.* Aut de-
7 mum quando adeſt expreſſa conditio reuocandi,
& redeundi ad bona in omni caſu exitus è Reli-
gione, vt firmat. *Natt. conſ. 180. numer. 1. &
per tot, & in his terminis loquitur* Rota *in Bononien.
Succeſſionis de Zanis 17. Maij 1641. coram bon. me.
Bichio*, vbi aderat expreſſa conditio, quod valeret
renunciatio, quatenus ingrederetur Religionem;
& in ea maneret, ſiuè Profeſſus, ſiue non, quia
ſi è dicta Religione egrederetur, & habitum di-
mitteret, intendebat omnia, & ſingula eſſe in-
fecta; ſimilis enim conditio ſic qualificata non
legitur in controuerſa Renunciatione, ſed ſim-
pliciter ibi: *ea conditione &c. quod huiuſmodi ceſſio,
& renunciatio &c. ſuum ſortiatur effectum, & locum*

habeat

habeant quatenus ipſe D. Celſus in aliqua Religione clauſtrali habitum ſuſcipiat,& profeſſionẽ emittat, quæ cum fuerit purificata per profeſſionem emiſſam
8 in Religione Clericorum Regularium anno 1615. renunciatio remanſit pura, *l. Potior verſ. Cum enim ſemel ff. qui potior in ping. hab. cum concordantibus allegatis coram bo. mem. Merlino deciſ.* 178. *nu.* 12. *& deciſ.* 762. *num.* 1.

Quæ certius procedunt in propoſito, quo cauſa renunciationis non fuit ſolus ingreſſus in Religionem, ſed etiam æquè principaliter, & independenter agnationis conſeruatio ſub explicita declaratione, vt ſupra dictum eſt, quod quælibet ex ſupradictis cauſis eſſet ſufficiens ad ſuſtinendam renunciationem, Vnde eſto, quod ceſſauerit cauſa Religionis, (quæ tamen reſpectu iam quæſitorum nullatenùs ceſſauit ex prædictis) nihilhominus ſufficeret cauſa conſeruationis agnationis vt pluribus adductis reſpondit *Rota coram eodem Merlin. deciſ.* 229. *num.* 15. *& coram Eminentiſſimo D. Cardinale Otthobono deciſ.* 10. *num.* 45. *&* 46.

Et ità vtraque, &c.

ASTORICEN PAROCHIALIS DE RUBIANA

Luna 30. *Aprilis* 1657.

ARGVMENTVM.

Aggrauatoriæ eſt locus aduerſus non parentem literis exequutorialibus Rotæ, & quando ad hunc effectum quis non dicatur integrè, & ſufficientèr paruiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians poſſeſſionem dicitur ſatis paruiſſe exequutorialibus Rotæ.*

2 *Fructus vbi ſunt ſub ſequeſtro illorum conſignatio facta Æconomo eſt legitima*

3 *Oblatio expenſarum, vel depoſitum non attenditur in Iudicio Attentatorum, ſed requiritur integra ipſarum reſtitutio ipſi attentata paſſo.*

4 *Amplia etiam ſi expenſæ illiquidæ eſſent, quia tenetur Attentans procurare liquidationem, vel præfixionem termini alteri parti ad liquidan.*

5 *Aggrauatoria poſt intimationẽ declaratoriæ procedit, ſeruatis tamen quatuor terminis ad videndum ſe aggrauari cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum.*

DECISIO DXXXI.

Rota ad fauorem Franciſci Romei contra Michaelem Delgadum prævia deciſione coram bo. me. Bichio 28. Iunij 1643. tanquam attentata reuocauit omnia geſta in partibus poſt præſentatam Inhibitionem toralem ſub die 23. Februarij 1651. & quia expeditis ſolitis literis exequutorialibus prædictæ reuocationis, illiſque d. Michaeli attentati perſonaliter præſentatis eis non paruit vt par erat, præmiſſa altera *deciſ. ſub die* 1. *Iulij* 1654. contra eundem fuit lata ſententia declaratoria; Cumque modo coram me in eius locum ſubrogato dubitatum fuit an conſtet de ſufficienti paritione, vel ſit danda aggrauatoria, &c.

Informantes pro Michaele Delgado allegabãt in omnibus fuiſſe ſufficienter paritum: Etenim quod poſſeſſionem controuerſæ Parochialis conſtat de illius renunciatione facta in partibus eius *Sum. num.* 4. ac de mandato procuræ ad illam dimittendam in perſonam ſpecialis Procuratoris *nu.* 5. qui in illius exequutionẽ, denuo illam dimiſit *num.* 6. & Franciſcus Romero eam apprehendit,
1 ac de præſenti retinet *num.* 8. Vnde in hac parte conſtat de ſufficienti, imo exuberanti paritione ex deductis per *Rotam deciſ.* 319. *n.* 1. *par.* 2. *& dec.* 614. *num.* 2. *par.* 3. *recent. apud Poſth. de manut. dec.* 272. *num.* 3. *in Burgen Decimar.* 11. *Februarij* 1650. §. *quia præterquod coram me in Leodien. Vicariæ* 4. *Iunij* 1653. *coram bo. me. Bichio* 5. *Nec Robertus.*

Quoverò ad fructus à Michaele perceptos cum eſſent ſub ſequeſtro antecedenter appoſito 27. Septembris 1650. eius *Sum. num* 1. non tenebatur liberè Franciſco illos reſtituere, ſed ſolum eos Æconomo cõſignare, vt ipſe ſeruauit reportata generali quietantia in actis exhibita, nec ſubſiſtit, quod Franciſcus obtinuerit à Rota manutentionem, quia ſolum repoſuit in eo ſtatu, in quo reperiebantur de tempore, quo attentata fuerunt commiſſa, vt patet tam ex *d. deciſ. die* 28. *Iunij* 1652. quam ex Decreto in Proceſſu pag. 110. vn-
2 de cum d. tempore fuiſſent ſub ſequeſtro legitima fuit conſignatio facta prædicto Æconomo, vt in puncto reſpondit Rota in *Aucrionen. Attentatorum* 28. *Iunij* 1651. *coram R. P. D. meo Celſo* §. *Nam licet.*

Reſpectu verò expenſarum allegabatur pro ſufficienti paritione, ſiuè oblatio verbalis facta in actis per D. Procuratorem cum depoſito vnius Iulij *d. Sum. num.* 7. ſiue depoſitum earundem expenſarum factum penès d. Æconomum, ſed DD.
3 viſa fuit inſufficiens quia in Iudicio attentatorum non admittuntur huiuſmodi oblationes, nec ſimile depoſitum, ſed requiritur integra expenſarum reſtitutio facienda ipſi attentata paſſo *Rota coram Pen. deciſ.* 176. *num.* 3. *&* 4. *in recent. deciſ.* 269. *nu.* 1. *& coram bo. me. Coccino deciſ.* 371. *ſub n.*
4 3. *verſ. nèc in hoc caſu.* quamuis ſint illiquidæ; quia nihilominus attentans debet vel procurare illarum liquidationem, vel præfixionem termini alteri parti ad liquidan, vt dixit *Rota coram Card. Seraph. deciſ.* 655. *num.* 4. *& alijs allegatis in Melevitana Parochialis* 25. *Decembris* 1653. §. 1. *coram me, & in Romana attentatorum* 26. *Iunij* 1654. *coram R. P. D. meo Meltio* §. *minus pro dicta cum caeteris per Add. ad S. M. Greg. deciſ.* 503. *ſub. num.* 6.

Vnde quidquid ſit de alijs ex hoc defectu potiſſimè reſponſum fuit non conſtare de ſufficiente paritione, & dandam eſſe aggrauatoriam niſi infra menſem, dum de cætero non reuocatur in
5 dubium intimatio declaratoriæ, & ſeruatio quatuor terminorum ad viden ſe aggrauari cum interuallo decem dierum inter vnum, & alterum ex deductis in *Leodien Præpoſituræ de Autianes* 10. *Martij* 1654. *coram me.*

Et ità vtraque, &c.

MELEVITANA DONATIONIS

Luna 14. *Maij* 1657.

ARGVMENTVM.

Donatio facta Sponſo, vel Sponſæ pro ſe, & hæredibus quibuſcunque, nulla facta mentione filiorum, cenſetur æqualitèr acquiſita pro omnibus filijs cuiuſuis Matrimonij hæredibus tamen, & hoc idem eſt ſi donatio ſit facta à Tertio habita mentione filiorum reſpectu aliquorum Coniugum. Donatio verò copulatiuè facta Viro, & Mulieri, eorumque filijs, vel facta ab vno ex Coniugibus alteri Coniugi ſolis liberis communibus acquiritur; maximè ſi donatio fuerit correſpectiua ad dotem illius Matrimonij, ex quo communes liberi procreati ſunt. Ad has donationes diſtinguendas multum influunt pacta in ipſarum Inſtrumentis appoſita.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta Sponſo; vel Sponſæ pro ſe & hæredibus quibuſcunque nulla facta mentione filiorum cenſetur acquiſita pro omnibus filijs cuiuſuis Matrimonij hæredibus tamen.*

2 *Donatio facta Viro, & Mulieri, eorumque filijs, & deſcendentibus, acquiſita dicitur ſolis filijs communis Matrimonij, quamuis non ſint hæredes.*

3 *Donatio facta à Tertio habita mentione filiorum reſpectu aliquorum Coniugum comprehendit omnes filios ex quocunque matrimonio.*

4 *Donatio facta ab vno ex Coniugibus alteri Coniugi acquiritur ſolum liberis communibus.*

5 *Donans vnus ex Coniugibus alteri non eſt veriſimile quod cogitauerit de filijs alterius Matrimonij, propter iniuriam ſecundarum nuptiarum.*

6 *Ratificatio, & approbatio idem operantur, ac ſi factum ipſum ab approbante fuiſſet in eſſe deductũ.*

7 *Donatio facta ab vno ex Coniugibus alteri coniugi cum nominatione filiorum comprehendit ſolùm filios communes, non verò alterius Matrimonij*

Donatio mentionem habens de filijs, vt dicatur reſtricta ad filios certi Matrimonij pacta in ipſa appoſita conſiderantur, & quæ

8 Rationis identitas vbi viget, eadem fieri debet interpretatio.

9 *Subſtitutio facta Marito, & Vxori ſi deceſſerint ſine liberis, non excluditur niſi per liberos communes vtriuſque Coniugis.*

10 *Subſtitutio facta filijs ſi decedant ſine deſcendentibus & ab inteſtato intelligitur ſolùm de filijs communibus Coniugum ſubſtituentium.*

11 *Coniuges abſonum eſt quod conceſſerint facultatem filijs alterius matrimonij excludendi ſubſtitutum contemplatione filiorum matrimonij communis.*

12 *Pacta cenſentur inter ſe correſpectiua.*

13 *Pactum vnum recipit declarationem ab alio in eodem Inſtrumento adiecto.*

14 *Dictio* Item *repetit qualitates antecedenter expreſſas, vbi congrua fieri poteſt repetitio.*

15 *Donatio facta Sponſis in contractu dotalitio præſumitur correſpectiua ad Dotem.*

16 *Dictio* e conuerſo *importat correſpectiuitatem.*

17 *Dos ſcutorum 3650. de anno 1599. dicebatur inſignis reſpectu Adoleſcentis Romæ ſtudiorum cauſa degentis.*

18 *Principali ſe reſoluente in ſuas ſingularitates, reſolui debet, & acceſſorium.*

19 *Donatio indiuidua reſpectu vnius determinati matrimonij ad filios alterius matrimonij non debet extendi.*

20 *Donatio mentionem faciens de filijs ex legitimo, & carnali matrimonio procreatis comprehendit filios etiam ſecundi matrimonij.*

21 *Qualitas legitimitatis adiecta filijs, excludit filios quos Parentes illicito modo ſuſcipere poſſent.*

22 *Coniuges regularitèr odio proſequi ſolent filios ex altero matrimonio.*

23 *Facta vnico contextu non poſſunt diuerſo iure cenſeri.*

24 *In donatione facta à Patruo correſpectiuè ad dotem vnius matrimonij præſumitur affectio donantis reſtricta ad filios tantùm illius Matrimonij, non vlterioris.*

25 *Bona æquum eſt quod redeant ad ſuum principium.*

26 *Melius adeſt conſuetudo diſtinguendi bona, ad euitandam eorum confuſionem.*

27 *Dictio* vt ſupra *importat repetitionem antecedentèr expreſſi.*

28 *Iudex iniuſtè procedendo non priuat anteriori poſſeſſione manutenibili poſſeſſorem, qui non habuit ſe pro ſpoliato.*

DECISIO DXXXII.

DEciſio coram me emanata 12. Decembris 1653. ſuper bono Iure Ioannis Vincentij Galeæ, & filiorum etiam ad effectum manutentionis, ad nouam diſputationis trutinam reuocata poſt tertiam propoſitionem hodie confirmata fuit, quia Donatio bonorum, de quibus agitur ſuffragatur dumtaxat filijs primi, non autem ſecundi Matrimonij.

1 Recepta enim eſt diſtinctio, quod ſi donatio
fiat Sponſo, vel Sponſæ nulla facta mentione filiorum, ſed pro ſe, & hæredibus quibuſcunque cum clauſula ad habendum, & quidquid perpetuò ſibi, ſuiſque hæredibus placuerit faciendum, cenſetur æqualiter acquiſita pro omnibus filijs, ex quocunque matrimonio procreandis, in quibus concurrat dicta qualitas hæreditaria, vt punctualiter deciſum fuit in *Piſauren. Donationis 8. Februarij 1647. & 31. Ianuarij 1648. coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbobono inter eius impreſſ. deciſ. 99. &*
2 *deciſ. 133. per tot.* ſi verò facta ſit Viro, & Mulieri, eorumque filijs, & deſcendentibus, hoc caſu acquiſita dicitur ſolis filijs natis ex illo matrimonio inter Virum, & Mulierem contracto, quamuis non ſint illorum hæredes, & non alijs, vt in his terminis præter allegatos in *deciſione ſub §. Attamen* firmant diſtinguendo *Rimin. Iun. conſil. 295. num. 42. & conſil. 569. num. 37. & 38. Bertrand. conſil. 234. num. 6. & ſeqq. lib. 2. Simon. de Pret. conſil. 56. num. 13. lib. 1. Cald. de Iur. Emphyt. lib. 2. quæſt. 15. num. 28. Gamm. deciſ. 233. num. 2. cum ſeqq. Larrea deciſ. Granaten. 33. num. 24.* Idemque admittit *Rota in d. prima deciſione Eminentiſſimi D. Card. Ottboboni num.* 10.

Et pariter recepta eſt alia diſtinctio, quod ſi
3 mentio filiorum fiat à Tertio reſpectu aliquorum
Coniugum, tunc in dubio non cenſetur facta connexiuè, vt liberos ex quocunque matrimo-
4 nio, ſed ſi fiat ab vno ex Coniugibus reſpectu alterius Coniugis procul dubio connexiuè facta
5 dicitur de ſolis liberis communibus, ex quo non eſt veriſimile, quod de filijs alterius Matrimonij cogitauerit propter iniuriam, qua per ſecundas nuptias anima Coniugis prædefuncti affecta cenſetur, vt notat *Cald. vbi ſupra d. quæſt. 15. num. 8.* & diſtinguendo *Cancer. var. reſol. par. 3. tit. de pact. cap. 7. num. 104. & ſeq.*

Caſus autem præſentis controuerſiæ non cadit ſub primo, ſed ſub ſecundo membro prædictarum diſtinctionum; Nàm donatio, de qua agitur, vt firmatur in præcedenti Deciſione non fuit facta alteri ex Coniugibus pro ſe, ſuiſque hæredibus quibuſcunque cum expreſſa facultate alienandi, quam tribuit clauſula ad haben. & quidquid ſibi, ſuiſque hæredibus placuerit facien. iuxtà caſum dd. deciſionum Piſauren. ſed contemplatione certi matrimonij facta, & vinculata fuit pro Sponſo, & Sponſa, eorumque filijs, & deſcendẽtibus in perpetuum cum arctiſſima prohibitione alienationis vltra legitimam, & ſic iuxtà terminos Conſiliorum *Rimin. Iun. ac aliorum DD.* tam in dicta prima deciſione, quàm ſupra allegatarum; Cumque dicta donatio explicitè facta fuerit pro omnibus, & quibuſcunque Iuribus Io: Antonio Sponſo competentibus, & competituris tam Iure Succeſſionis paternæ, & maternæ, quàm pro omni eo, quod donans ei debebat ex

cauſa

cauſa adminiſtrationis Tutelę factæ de bonis ſuis,
vt deducitur in d. deciſione 5. Quod fortius, Iſtamque Donationem] cum omnibus in eius Inſtrumento contentis dictus Io: Antonius Sponſus expreſsè ratificauerit, & appobauerit præſenti
6 Summario Io: Vincentij num. 2. Vtique perinde habetur ac ſi donatio immediatè ab ipſo facta fuiſſet ex Theoric. Bald. in l. ſi liqueat num. 2. C. de in offic. donat. quam approbauit Rota in Romana de Millinis 15. Decembris 1645. coram me, §. Quibus
7 non obſtat in fine, verſ. Quidquid ſecus, & conſequenter ſumus in nominatione filiorum ab vno ex Coniugibus facta reſpectu alterius Coniugis, quæ ſolos liberos communes, non autem filios alterius matrimonij comprehendit, vt optimè probant Cald. & Cancer. ſupra allegati,

Comprobātur præfata ex pactis in eadem Donatione adiectis. Primo enim conuentum fuit, quod omnia, & ſingula acquirenda per dictum Sponſum, & Sponſam conſtante, & durante pręſenti eorum matrimonio eſſent, & eſſe deberent omnium, & ſingulorum ſuorum filiorum vtriuſque ſexus, Nepotum, & Pronepotum. Secundo conuenerunt, vt dictum eſt, & ſuper quo verſatur tota difficultas huius Cauſæ, quod omnia, & ſingula bona vinculata eſſene, tàm dictæ Sponſę, quam eidem Sponſo, eorumque filijs, & deſcendentibus in perpetuum cum dicta arctiſſima prohibitione alienationis; Et tertio conuentum extitit, quod in caſu deceſſus dd. Sponſorum ſine filijs legitimis, & naturalibus de eorum corporibus legitimè deſcendentibus, vel cum filijs, & dicti filij morerentur in maiori, vel minori ætate quandocunque ſine filijs legitimis, & naturalibus de eorum corporibus legitimè deſcendentibus ab inteſtato, & abſque vlla diſpoſitione; Tali caſu bona Sponſæ reuerterentur ad Alexandrum eius Patrem ſi in humanis fuerit, ſin minus ad illius filios, & deſcēdētes; Bona verò ſpōſi reuerterentur ad Donantem, ſi viuus fuerit, alioquin ad Margharitam ipſius Sponſi Sororem, illiuſque filios, & deſcendentes.

Hinc enim ſicut primum, & tertium pactum non comprehendunt filios ſecundi, ſed reſtringuntur ad filios primi Matrimonij, vt reſpectu primi pacti oſtendunt tam verba illa ibi: Præſenti eorum Matrimonio &c. ibi ſuorū filiorum, quæ non poſſunt intelligi de alio matrimonio, nec de alijs, quàm de illo, quod tunc concluſum fuerat inter Agatucciam, & Io: Antonium, ac de ipſorum communibus liberis, vt probant DD. ſupra allegati, quam congrua ponderatio conuentionis acquirendi bona conſtante illo matrimonio fauore ſuorum filiorum, quæ non extenditur ad filios ſecundi matrimonij cum iſti viceuerſa non grauentur communicare filijs primi bona acquirenda conſtante ſecundo; Et reſpectu tertij pacti clarè demonſtrant conditio deceſſus ſponſorum ſine filijs, quæ cum reſpectu primi decedentis intelligi non poſſit de filijs alieni matrimonij, ſed tantum illius quod ſoluebatur per obitum
8 primi Coniugis; Ita ſimiliter de iiſdem intelligi debet quoad alterum Coniugem ſuperuiuentem ob vnitatem rationis, & determinationis ad regulam, Text. in l. Iam hoc Iure ff. de vulg. & pu-
9 pill. Card. Seraph. deciſ. 1433. num. 10. Excluſio ſubſtitutorum, quæ non reſultat, niſi ex filijs communibus vtriuſque Coniugis, vt notant Barbat. in l. cum acutiſſimi num. 381. C. de fideicomm. quem refert, & ſequitur Odd. de compend. part. 6. quæſt. 2. par. 2. art. 6. & vltimo ſub num. 2. verſic. limitatur autem ſingulariter, Cyriac. controu. 497. num. 9. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 411. num. 2. & demum ſubſtitutio facta filijs ſub duplici conditione, quod decederent ſine deſcendentibus, & ab
10 inteſtato ſine vlla diſpoſitione; Cum enim ipſi teſtando, & diſponendo excluderent ſubſtitutos Peregrin. conſil 41. num. 10. & 11. lib. 3. Balſarin. Marchett. inter conſ. Fuſar. conſil. 41. numer 15. & Idem Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 437. ſub numer. 242.
11 Abſonum eſt, quod Contrahentes, & Coniuges voluerint hanc facultatem concedere etiam filijs alterius Matrimonij.

Ità pari modo ſecundum pactum intermedium ad eoſdem filios primi matrimonij reſtringi debet, vt in terminis arguit Cald. de Iur. Emphyt. dicto lib. 2. quæſt. 15. dicto num. 28. verſ. qua etiam
12 reſolutio; Pacta enim cenſentur inter ſe correſpectiua l. fundi partem ff. de contrah. empt. Buratt. de-
13 ciſ. 336. nu. 7. Imò vnum recipit intelligentiam, & declarationem ab alio in eodem Inſtrumento adiecto l. qui filiabus ff. de legat. 1. Surd. deciſ. 375. num. 28. & conſil. 426. num. 21. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 13. num. 10. Præſertim vbicunque (prout hic) poſita ſunt per di-
14 ctionem Item, quæ vbi congrua repetitio fieri poteſt, eaſdem qualitates repetit in præcedenti expreſſas l. Item ff. de Procurat. & l. Item eorum ff. quod cuiuſque vniuerſ. nom. cum cæteris allegatis per Barboſ. dict. 185. num. 1. cum ſeqq.

Valdè etiam vrgere viſum fuit argumentum primæ Deciſionis §. Idque clarius, deſumptum ex correſpectiuitate huius Donationis ad inſignē Dotem ſcutorum 3650. Agatucciæ Sponſæ ab
15 Alexandro eius Patre conſtitutam. Huiuſmodi enim correſpectiuitas reſultat ſiuè ex quo præfata donatio facta fuit in ipſo contractu dotalitio. vt dixit Rota in recent. deciſ. 127. num. 13. part. 6. ſiuè etiam ex dictione, E conuerſo, qua concepta legitur Rota deciſ. 405. ante num 1. par. 4. diuerſ.
16 Atque arguit, quod principaliter donatum fuerit contemplatione Vxoris, cum eius Pater tantam Dotem ei non dediſſet, imò nec Matrimonio conſenſiſſet, niſi correſpectiuè ſubſequeretur pręfata donatio, vt tradunt Natt. conſil 609. num. 3. verſ. Et præſertim, Menoch. conſil. 723. num. 14. & alij ibi allegati. Cumque propterea talis correſpectiuitas in alio matrimonio conſiderari non poſſit, reſtringit effectum ipſius Donationis ad ſolos
17 filios ex illo progenitos, alioſque excludit; Pręfatam autem Dotem fuiſſe, inſignem anno 1599. pro Adoleſcente occaſione ſtudiorū Romæ commorante probant adducta per Surd. deciſ. 61. n. 9. comprobata per Rotam coram Card. Canal. deciſ. 260. num. 4.

Non obſtat Bald. in Auth. qui rem num. 7. C. de Sacroſ. Eccleſ. Loquitur enim in emphyteuſi re-
18 cepta à Viro, & Vxore pro ſe, & eorum filijs, firmans proinde quod ſicuti principale diſpoſitum, ideſt ipſa emphyteuſis reſoluitur in ſingularitates, Ita etiam reſolui debeant accidentalia, nempè mentio filiorum, vt tam in parte Viri, quam in parte Vxoris intelligatur de quibuſcunque filijs ipſorum, & inter omnes eadem Emphyteuſis ſit diuidenda. At vbicunque vel ratione materiæ, vel ex coniecturata mente contrahentium elicita ex verbis, & pactis ipſius Inſtrumen-
19 ti, atque ex alijs efficacibus coniecturis res indiuidua eſt, tunc filijs communibus, non autem alterius matrimonij debet adiudicari, vt ex men-

te eiuſdem *Baldi* etiam in materia Emphyteuſis
ità reſpondit *Cald. vbi ſupra lib. 5. cap. 13. nu. 57.*
Idemque in effectu probat *Cancer. pariter vbi ſu-
pra par. 3. d cap. 7. num. 113.*

Nec obſtat *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4.
gloſſ. 9. par. 1 ſub num. 36. verſ. Idem quod ſupra*,
Quia loquitur in caſu, quo filijs addita fuerant
20 verba de legitimo, & carnali matrimonio pro-
creatis, quæ niſi comprehenderent filios ſecundi
forent omnino ſuperflua, cum iam Coniuges
coniuncti eſſent verò, & carnali matrimonio;
Ideò non applicatur caſui noſtro, quo tempore
Donationis matrimonium non erat contractum,
ſed ſolum contracta erant Sponſalia per verba de
futuro; Vndè licet pactum reuerſiuum con-
ceptum fuerit ſub conditione, quod filij Sponſo-
rum eſſent legitimi, & naturales de ipſorum cor-
poribus legitimè deſcendētes, huiuſmodi tamen
conditio non fuit ſuperflua prout erat in caſu
Fontanella, cum cenſeatur addita ad effectum ex-
cludendi filios, quos medio tempore inter Spon-
21 ſalia, & conſumationem Matrimonij, illicito
forſan modo habere poterant; Vltra quod argu-
mentum vitandæ ſuperfluitatis eſſe admodum
debile, cum ſæpè multa dicantur ad maiorem
explicationem reſpondit *Rota in recent. deciſ. 249.
num. 20. & 21. par. 7.*

Declaratio autem à Patruo facta, quod dona-
bat pro omnibus, & quibuſcunque Iuribus Io:
Antonio competentibus, & competituris tam
Iure ſucceſſionis paternæ, & maternæ, quam pro
omni eo, quod ipſe illi debebat ex cauſa admi-
niſtrationis Tutelæ factæ de bonis ſuis, hodie vi-
ſa fuit retorqueri, quia cum Ioannes Antonius
hanc donationem expreſsè ratificauerit ipſe cen-
ſetur donaſſe, dum continebat eius bona propria,
22 vt ſupra probatum fuit *ſub §. Caſus autem*, & ſic
intellexiſſe tantum de filijs communibus propter
odium, quo regulariter Coniuges eueniente ca-
ſu diſſolutionis matrimonij proſequi ſolent filios
ex alio matrimonio ſuſcipiendos, vt probant
Cald. & Cancer. ſuperius alleg. §. Et pariter. Parum
releuante quod Patruus ibidem etiam propriam
portionem donauerit; Quia præter quod non
conſtat quanta eſſet, & an verè bona ibidem ex-
23 preſſa excederent eius debitum, & ſucceſſionem
paternam, & maternam Io: Antonij, cum facta
fuerit vnico contextu, non poteſt diuerſo Iure
cenſeri *l. cum, qui ædes ff. de vſucap. Surd. conſ. 534.
ante num. 19. verſ. Et eadem*; Neque in ipſo Pa-
truo intrat præſumptio æqualis affectionis erga
filios Donatarij tam primi, quam ſecundi, & vl-
24 terioris matrimonij; Quia regulanda eſt tam
cum voluntate Dotantis, cuius contemplatione,
& correſpectiuè fuit facta donatio, quam cum
voluntate ipſius Sponſi, qui in eadem diſpoſitio-
ne principaliter (vt dictum eſt) bona propria do-
nauit, quorum proinde voluntas, & intentio ad
ſolos filios illius matrimonij reſtringitur ex Iuri-
bus ſupra allegatis.

Denique non refert, quod diſtincta fuerint
bona donata à dotalibus, quia non fuit facta hu-
iuſmodi diſtinctio in caſu fideicommiſſi filijs ex-
tantibus, ſed ſolum in caſum reuerſionis ijs non
extantibus, quo caſu æquum erat, vt bona redi-
25 rent ad ſuum principium, & vnicuique reſtitue-
retur ſua portio; Vinculatio autem in caſu fidei-
commiſſi facta Sponſo diuiſim facta fuit ad eui-
tandam confuſionem bonorum ex conſuetudine
26 Melitæ, de qua meminit *Rota coram bon. mem
Merlino deciſ. 347. num. 3. verſ. Neque dici poteſt*,
& cui Partes noluerunt ſe conformare contrahen-
do more Romanorum, vt declararunt in princi-
pio, & propterea in dicta vinculatione dixerunt
diuiſim, vt ſupra, repetendo exinde dictam præ-
cedentem declarationem in principio factam,
27 quæ quidem repetitio ex præfata dictione, *vt
ſupra* congruè reſultat *l. Item quæritur §. Item Iu-
lianus ff. locati cum alijs relatis per Barboſ. dict. 441.
num. 1.*

Conſtito itaque de bono Iure Io: Vincentij, ac
filiorum, qui cauſam habent ab Agatuccia Iunio-
re filia dicti primi matrimonij ipſis pariter com-
petit manutentio tam in poſſeſſionem medietatis
Territorij, & Viridarij *Tal Puales* contentæ in di-
cta Donatione, quam in poſſeſſionem 25. tumu-
natarum clauſuræ *Ta Pons* adiudicatarum Io: An-
tonio Perdicomato Collitiganti, & cauſam ha-
benti à filia ſecundi matrimonij pro fructibus
Bonorum donatorum à dicto Io: Vincentio per-
28 ceptis, & qui percipi potuerunt, cum Iudex in-
iuſtè procedendo ex prædictis eos non priuauerit
ſua anteriori poſſeſſione manutenibili, dum non
habuerunt ſe pro ſpoliatis, vt præter allegata in
fine *dictæ deciſionis reſpondit Rota coram S. M. Greg.
deciſ. 555. num. 1. ibique Add. num. 2. in recent. de-
ciſ. 330. num. 7. par. 6. & in Romana Bonorum 19.
Ianuarij 1643. in princ. coram Reuerendiſſimo Terra-
cinen.*

Et ità vtraque &c.

MANTVANA BONORVM.

Ven. 25. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Admiſſio ad Cauſam regulariter conceditur peten-
ti, conſtito de illius intereſſe, etiam ſummariè,
& apparenter.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio ſemper datur ad commodum, & vtilitatē
Domini directi.*

2 *Intereſſe ad effectum vt quis admittatur ad cauſam,
ſatis eſt vt aliqualiter iuſtificetur.*

3 *Nullitas, iam detecta, & declarata ad fauorem Ec-
cleſiæ poteſt etiam à tertio allegari.*

DECISIO DXXXIII.

DEfuncto ſine filijs Comite Vincentio Caſſino, cui anno 1647. à Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Mantuano per viam renouationis in feudum conceſſa fuerunt bona, de quibus agitur in loco *dell' Angelo* bubulcarum 230. pro ſe, ſuiſque hæredibus ex eo legitimè deſcenden. vtriuſque ſexus orta fuit lis inter Menſam Epiſcopalem prætendentem dd. bona ad ipſam fuiſſe deuoluta, ex quo defecerint omnes in præfata Inueſtitura comprehenſi, & D. Comitiſſam Caſtrobarcam Vxorem dicti Comitis Vincentij eadem Bona vti illius hæredem vniuerſalem in Teſtamento inſtitutam retinere contendentem; Vndè cauſam mihi commiſſa ſub diebus 18. Maij 1654. & 28. Ianuarij 1656. vtraque Parte informante reſolutum fuit conſtare de bono Iure Menſæ Epiſcopalis; Verum quia nuper Sereniſſimus D. Dux Mantuæ obtinuit Commiſſionem admiſſionis ad cauſam conſtito de intereſſe, propoſito deſuper dubio Domini affirmatiuè reſponderunt.

Etenim hodie exhibitum fuit Inſtrumentum Inueſtituræ ab antiquo Epiſcopo conceſſæ; Primo Duci Gonzaghæ anno 1332. de Terris poſitis in Inſula Beueri modo Curia Podij nuncupatis, in quibus comprehendantur Bona controuerſa

pro

Digitized by Google

pro ſe filijs, & liberis maſculis, & fœminis in
infinitum cum clauſula *ad haben.* & cum transla-
tione omnium Iurium, & actionum, Cumque
non controuertatur, quod linea primi Inueſtiti
1 adhuc duret in Sereniſſimo Duce, inde prætendi-
tur quod deuolutio non intret ad vtilitatem Ec-
cleſiæ, ſed ad commodum, & vtilitatem ipſius
Ducis Domini immediati, iuxta diſpoſitionem
Textus in §. Illud quoque de prohibit. alienat. per Fe-
2 *der.* Vnde ſatis videtur conſtare de eius intereſſe,
vt admittatur ad Cauſam, ad quem effectum ſuf-
ficit, quod aliqualiter etiam ſummariè, & appa-
renter de eo doceatur *Innoc. in cap. veniens el 2.
verb. incontinenti de Teſt.b. Felin. in cap. cum ſuper
nu.16. de ſent. & re iudic. Biſignett. dec.1.de reſcript.
Rota in Romana de Alexijs 29. Febr.1644. & in Ro-
mana Cenſus 23. Iunij 1653. coram me.*

Non obſtat liberatio à Vinculo feudalitatis de
anno 1555. cum ſubſequentibus Inueſtituris ab
Eccleſia conceſſis, quia in dd. duabus deciſioni-
bus fuit declarata nulla, & licet talis declaratio
emanauerit ad fauorem Menſæ ob defectum eui-
3 dentis vtilitatis Eccleſiæ, attamen cum huiuſmo-
di nullitas ſit iam detecta, & valeat etiam ipſi
D. Duci eſſe proficua, ab eo pariter allegari po-
teſt, vt reſpondit *Rota coram Card. Caualerio de-
ciſ. 253. num. 5.* Inueſtituras verò ſubſequentes
conceſſas eſſe aptas illi præiudicium inferre de-
ducebant Informantes ex *Dec. conſil. 464. num. 26.*
& ex alijs Iuribus ſuper negotio principali plenè
diſcutiendis.

Et ità vtraque &c.

ROMANA CENSVS, SEV SALVIANI.

Ven. 25. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

Saluianum, quod competit, vbi de credito cum hip-
potheca, & poſſeſſione debitoris. Reique con-
uenti docetur, locum habet poſſeſſione prædicta,
etiam per ſimplicem locationem cum perceptio-
ne penſionum probata.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio conceditur, iuſtificatis omnibus extremis in
Saluiani iudicio neceſſarijs.*

2 *Saluiani extrema ſunt ex parte Actoris creditum
cum hypotheca, & ex parte Debitoris, & rei
conuenti poſſeſio.*

3 *Locatio cum perceptione penſionis contra quoſcum-
que probat poſſeſſionem.*

4 *Poſſeſſio, præſertim in antiquis probatur ex locatio-
ne cum perceptione penſionis.*

5 *Prælegata hæredibus relicta ante fideicommiſſum re-
gulariter veniunt in reſtitutione fideicommiſſi
ſubſequentis*. limit. num. ſeq.

6 *Limita ſi adſit Clauſula ſaluis* legatis.

7 *Fideicommiſſum continens clauſulam* ſaluis lega-
*tis dicitur tantummodo conſtitutum ſuper reſiduo
hæreditatis, demptis legatis hæredi relictis.*

8 *Fideicommiſſum non comprehendit prælegata, quan-
do ad ipſum vocantur perſona à prælegatarijs di-
uerſa.*

9 *Exceptio requirens altiorem indaginem reijcitur à
Iudicio Saluiani.*

10 *Fideicommiſſi renunciati ob ingreſſum in religionem
fructus ſpectant ad Renunciatarium vſque ad
mortem Renunciantis.*

11 *Retentio non datur pro creditis illiquidis.*

DECISIO DXXXIV.

IMmiſſio ſuper tribus corporibus aliàs petita à
Piordis tanquam Creditoribus q. Martini Co-
ronæ illiſque denegata ex deductis in *deciſ. edita
coram me 5. Maij* 1655. iterum hodie petita fuit
ſuper Domo ad S. Marcum vti Creditoribus q.
Anaſtaſij Patris dicti Martini, & eſſe conceden-
1 dam Domini reſponderunt, quià iuſtificantur
omnia extrema in iudicio Saluiani neceſſaria.

Primũ enim extremum crediti cum hypotheca
2 iuſtificatum ex publico Inſtrumẽto impoſitionis
Cenſus ſub die 27. Martij 1607. cum obligatio-
ne inſolidum dicti Anaſtaſij, & tertium recentis
poſſeſſionis Petri Pauli de Roſis Rei conuenti
comprobatum ex ſubſtentatione litis non con-
trouertebantur, ſed ſolùm reuocabatur in dubium
poſſeſſio Anaſtaſij de tempore, vel poſt obliga-
tionem pro ſecundo extremo requiſita, quæ ta-
3 men viſa fuit concludenter probata ex Inſtru-
mento Locationis dictæ Domus ab ipſo factæ
anno 1603. cum perceptione penſionis, quæ illi-
us poſſeſſionem iuſtificat contra quoſcunque
*iuxta gloſſ. in l. qui vniuerſas §. quod per Colonum ff.
de acquir. poſſeſſ.* ibi, *Bart. num. 1. coram S. M.
Gregorio deciſ.* 500. *num. 2. & in Romana Palatij*
4 *3. Decembris 1646. coram me §. Quantum enim, præ-
ſertim in antiquis, vt pluribus allegatis dictum fuit in
Auximana fideicommiſſi 13. Ianuarij 1640. coram
Reuerendiſs. D. meo Decano §. Quoncro cum ſeqq.*
iniuncto etiam alio Inſtrumento locationis pera-
ctæ anno 1609. quod licet ſine perceptione in ſer-
uit ſaltèm pro maiori corroboratione.

Nec turbat ſi dicatur quod dicta Domus ſit
ſubiecta fideicommiſſo Simonis Coronæ purifi-
cato ad fauorem Sulpitiæ Annæ Mariæ de Roſis
Sororis, & Auctricis d. Petri Pauli Rei Conuenti,
Quia prælegata fuerat ab eodem Teſtatore Fran-
ciſco, & Melchiori cohæredibus, ac filijs dicti
Anaſtaſij, qui ſubinde ex cauſa ingreſſus in Reli-
gionem ampliſſimam fecerunt renunciationem
ad fauorem eiuſdem Anaſtaſij eorum Patris, &
quamuis regulariter prælegata hæredibus relicta
5 ante Fideicommiſſum veniant in reſtitutione
ipſius Fideicommiſſi ſubſequenter conſtituti
iuxta ſententiam. *gloſs. communiter receptam in l.*
6 *Marcellus §. quidam liberis ff. ad Trebell.* Id tamèn
non procedit quando in ſubſtitutione dictum fuit
Saluis, vel exceptis Legatis, vt legitur in Teſta-
mento Simonis ibi: *In omnibus autèm ipſius Te-
ſtatoris bonis mobilibus, & immobilibus &c. vbique
exiſten. &c. exceptis ſuppoſitis vſufructu, & alijs, vt
ſupra hæredes ſuos vniuerſales fecit, & ore proprio
nominauit Martinum. Melchiorem, Paulum, & Fran-
ciſcum ipſius Teſtatoris Nepotes ex d. Anaſtaſio fratre,
& omnes alios filios maſculos d. Anaſtaſij naſcituros
exceptis ſupradictis vſufructu &c. & alijs, vt ſupra
voluit, & mandauit, vt bona præfata titulo vniuer-
ſalis inſtitutionis relicta, & in quibus præfati eius Ne-
potes inſtituti ſunt ſemper, perpetuò, & in infinitum
permaneant, & conſeruentur in ipſa familia, & agna-*
7 *tione de Coronis &c.* Hoc enim caſu ſuper reſiduo
tantùm hæreditatis fideicõmiſſum dicitur conſti-
tutum, vt mouuit *Bart. in d. l. Marcellus d. §.
Quidem liberis num. 11. ff. ad Trebell. Soccin. Iun.
conſ. 89. num. 10. lib. 4. Surd. conſ. 253. num. 6.
Theſaur. Iun. quæſt. forens lib. 1. q. 14. ante n. 15.
verſ. quo fit vt inter cæteros cum alijs allegatis per
Fuſar. de ſubſtit. q. 650. num. 48.* Præſertim vbi,
prout hic ſub Fideicommiſſo continentur aliæ

perſo-

Digitized by Google

perſonę, quæ in prælegato non comprehenduntur, vt in terminis reſpondit *Rota in Viterbien. Caſtrorum 9. Decembris 1620. & 24. Maij 1621. coram bo. me. Coccino in recent. deciſ. 418. num. 5. verſ. 2. fuit reſponſum cum ſeqq. & deciſ. 421. num. 26. cum duob. ſeqq. par. 5.*

Nèc obſtat, quod Franciſcus, & Melchior nunquam acquiſiuerint iſtud prælegatum, cùm non aſſumpſerint nomen Teſtatoris, nec inhabitauerint d. Domum, prout diſponitur in Teſtamento; Ideoque Domus controuerſa veniat in reſtitutione Fideicommiſſi, ex quo prælegatum effectum fuit caducum; Quia cum valde dubium ſit
9 An dictum onus aſſumendi nomen, & inhabitandi adiectum fuerit per viam conditionis vel per viam modi hanc exceptionem vti requirentem altiorem indaginem Domini reiecerunt ab hoc Iudicio Saluiani, prout aliam ſimilem exceptionem reiecit *Rota in recent. deciſ. 387. num. 7. & deciſ. 559. num. 7. par. 1. & in Auenionen. Saluiani 8. Martij 1652. coram bo. me Bichio §. hac eadem reſponſio.*

Nèc releuat retentio pro pretenſis creditis obiecta, & firmata in præcedenti deciſione, Quia vt ibi legitur dd. Credita pro maiori parte ſunt contra Martinum, ſuper quibus emanauit Calculus de ordine Rotæ extraiudicialiter factus, & quæ iuſtificantur contra Anaſtaſium duo alia credita opponuntur, quæ anteriora ſunt Alterum ſcilicet Cenſus ſortis principalis ſcut. biſ centum impoſiti anno 1624. & ceſſi Mariæ Prouidæ Auctricis Rei conuenti translatiuè, & non extinctiuè, & alterum ex cauſa reintegrationis Fideicommiſſi ob alienationem alterius Domus valoris ſcutorum 606. factam ab eodem Anaſtaſio: Nihilominùs quia Petrus Paulus ſiuè eius Auctores
10 perceperunt fructus omnium bonorum d. Fideicommiſsi, qui ſpectabant ad Anaſtaſium, vt Renunciatarium, & Donatarium dictorum Fraciſci & Melchioris eius filiorum vſque ad ipſorum mortem naturalem, vt firmatum fuit coram *bo. me. Merlino deciſ. 645. num. 9.* vtique eis, vel ſatisfacti
11 remanſerunt, vel ſaltem dd. Credita redduntur adeò illiquida, vt pro illis nullo modo competat allegata retentio, vt alijs adductis reſpondit *Rota in Senogallien. Saluiani 7. Februarij 1653. coram bo. me. Bichio §. Tùm quià ob fructus:*

Et ita vtraque &c.

CALAGVRITANA BENEFICII DE Ondategni.

Lunæ 28. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

In concurſu duorum habentium qualitates à Clementina conſtitutione requiſitas, etiam ſi alter ſit beneficatus, & alter non, dignior tamen ad beneficium eſt præeligendus, & dignior cenſetur, qui eſt ætate, & Sacerdotio antiquior.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutionis Clementinæ qualitates habenti adiudicandum eſt beneficium.*
2 *In concurſu duorum huiuſmodi qualitates habentium dignior eſt præferendus.*
3 *Dignior ille cenſetur, qui ætate, & ſacerdotio eſt antiquior.*
4 *Dignitas lite pendente aſſumpta non attenditur da effectum prælationis.*
5 *Dignitas ſacerdotalis reddit quem digniorem ſimplici Clerico Baccalaureo.*
6 *Beneficiato in caſu electionis præfertur nōn Beneficiatus ſi ijſdem qualitatibus eſt decoratus.*
7 *Secus ſi eius qualitates ſint inferiores.*
8 *Non beneficatus æque dignus præfertur Beneficiato ſi iuſtificet illum ex beneficio habere redditus ſufficientes pro congrua ſuſtentatione, aliàs ſecus.*
9 *Præſentatio, & Inſtitutio appellatione pendente obtenta tamquam attentata non proſunt ad prælationem habendam.*
10 *etiam ſi agatur inter approbatos ad curata.*
11 *Beneficium appellatione pendente Rota confert digniori, loco Beneficatorum, & ordinarij.*
12 *Appellationem à Coppoſitore interpoſitam proſequi poteſt admiſſus ad cauſam per decretum pro ſuo intereſſe.*
13 *Lis non dicitur extincta per lapſum plurium annorum poſt appellationem interpoſitam, niſi præcedat ſententia declarans deſertionem, & rem indicatam.*
14 *Beneficij aſſecutionem leuis diffamationis probatio impedit.*
15 *Niſi inquiſitio, & denunciatio, ex quibus proceſſit diffamatio, fuerint calumnioſa.*

DECISIO DXXXV.

Ex quatuor Oppoſitoribus, qui ſe ſe oppoſuerunt in concurſu ad dimidiam portionem ſimplicis Beneficij vacantem in Eccleſia de Ondategni Calaguritanæ Diœceſis, Tres nempè Io. Fernandez, Io. Ortiz de Launza, & Thomas Martinez de Ondategni ab examinatoribus Sinodalibus, approbati fuerunt etiàm ad curata, quartus verò nempè Paulus Ortiz reprobatur, qui tàm à d: relatione, quam à ſubſequuta Inſtitutione per ordinarium peracta ad præſentationem Beneficiatorum fauore Ioannis Fernandez, & Thomam Martinez æqualiter approbatus dubitari contigerit cui controuerſum Beneficium eſſet adiudicandum ad fauorem Thomæ prodijt reſolutio,
1 quia vltra qualitates per conſtitutionem Clementinam requiſitas, quæ in vtroque concurrunt ex
2 alijs ipſe viſus fuit dignior, & ſic in concurſu præferendus, vt alijs allegatis reſponſum fuit *in Calagaritana Beneficij de Aleſaneo 14. Februarij 1653. §. Iuſtitia vero coram* Reuerendiſs. *D. Archiep. Tarraconen. & in Calagaritana Beneficij de Ocon 6. Februarij 1654. §. non enim coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Etenim eſt ætate Senior, vt expreſsè admitti-
3 tur ab Informantibus pro Ioanne, & erat Sacerdos tempore vacationis Beneficij controuerſi ſequutę menſe Aprilis 1650. vt patet ex litteris ſuæ promotionis ad Sacrum Presbyteratus ordinem ſub die 6. Aprilis 1647. eius primo *Summ. num. 7.* Ioannes verò tunc temporis erat ſimplex Clericus, & talem eſſe, & hodie ab informantibus pro Thoma contenditur; Iſtas enim duas qualitates pro prælatione ponderauit *Rota alijs allegatis in Calaguritana Beneficij de Murillo 14. Februarij 1653. coram R.P.D. meo albergato §. iuſtitia autem.*

Non obſtat, quod Ioannes ſit Baccalaureus,
4 tum quia huiuſmodi gradus ab eo aſſumptus fuit 21. Aprilis 1654. & ſic poſt quatriennium à dicta vacatione, & lite pendente, tum etiam quia non
5 attenditur in concurſu Sacerdotis, cum qualitas Sacerdotalis reddat quem digniorem, vt bene in terminis reſponſum fuit in *Calaguritana Beneficij de la Reyna 27. Martij 1648. coram Reuerendiſs. D. Terracinen. §. Denique nulla ad hunc effectum.*

Nec obſtat, quod Thomas habeat aliud medium Beneficium in Eccleſijs inuicem vnitis Ciuitatis de Victoria, Ioannes verò aliud Benefi- 6
cium non habeat, quia tunc non beneficiatus

præfertur

Digitized by Google

præfertur Beneficiato, quãdo ijſdẽ qualitatibus eſt
decoratus, vt dictum fuit in *Calagnritana Beneficij*
SS. Iacobi, & Andreæ 9. Maij 1653. coram R. P. D.
7 *meo Veroſpio §. Secundus pariter*, Secus ſi eius qua-
litates (prout hic) ſunt impares, & inferiores
Rota in Calagnritana Beneficij de Ocon 14. Martij
1653. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano ſub §. 1.
8 Et quando iuſtificatur, quod Beneficium obten-
tum habet redditus ſufficientes pro congrua ſub-
ſtentatione, alias ſecus, vt reſponſum fuit in *Ca-*
lagurıtana Beneficij de Aro eadẽ die 14. Martij 1653.
coram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. fin.

Nec refert, quod Ioannes fuerit præſentatus à
Beneficiatis, & obtinuerit Inſtitutionem ab Or-
9 dinario, quia cum laborent vitio attentatorum
ob appellationem ſtatim interpoſitam à Paulo
Ortiz reprobato, & Rotæ ſimpliciter cõmiſſam,
10 non attenduntur pro obtinenda prælatione, quã-
11 uis agatur inter approbatos ad curata, ſed intrat
arbitrium Rotæ, coram qua pendet Cauſa appel-
lationis, quæ loco Beneficiatorum, & Ordinarij
confert Beneficium digniori, vt reſpondit *Rota in*
Calagurıtana Beneficij de Zerbera 26. Febr. 1652. co-
ram eodem Reuerendiſſimo D. meo Decano §. non obſtat,
quod Didacus.

Et quamuis dictus Paulus appellans poſt com-
miſſam cauſam nil amplius egerit, attamen
Thomas præuio decreto ad illam admiſſus fuit
12 ſtante ſuo, intereſſe reſultante ex eius oppoſitio-
ne, qui propterea proſequi poteſt appellationem
ab alio coppoſitore interpoſitam, *Rota in Cala-*
guritana Beneficij de Longrono 20. Nouembris 1651.
coram R. P. D. meo Veroſpio §. eidem quoque in Ca-
laguritana Beneficij 15. Ianuarij 1652. coram bo. me.
13 *Bichio §. Nimirum verſ. Et appellationem*, nec lis
poteſt dici; extincta per lapſum aliquorum anno-
rum niſi præcedat ſententia declarans deſertionẽ,
& rem iudicatam ex deductis in *Calagnritana Bene-*
ficij Sancti Ioannis de Molinar 29. Maij eiuſdem anni
coram me §. Quoniam lis.

Præterea Ioannes fuit inquiſitus, & diffamatus
14 de quodam delicto *dicto Summar. Thomæ num. 10.*
Vnde ne in Populo oriatur cauſa ſcandali repel-
lendus eſt ab aſſecutione huius Beneficij, ad quẽ
effectum ſufficit leuis probatio diffamationis, vt
dictum fuit in *Leodien. Præpoſituræ Tongren. 19.*
Ianuarij 1650. coram Eminentiſſimo D. Card. Ottho-
bono §. Præterea Domini inter eius impreſſ. deciſ. 202.
num 14. cum duobus ſeqq. & plenè in Calagnritana
Beneficij de Bilbao 5. Iulij 1655. & 15. Maij 1656.
15 *coram bon. mem. Bichio*, niſi concludenter conſta-
ret inquiſitionem, & denunciationem eſſe pror-
ſus calumnioſam, vt dictum fuit in *Meliten. Pa-*
rochialis 31. Ianuarij 1650. coram eodem bon. mem.
Bichio §. Tandem non obſtat, & in Burgen. Beneficij
18. Februarij 1656. coram R. P. D. meo Celſo.

Et ità vtraque &c.

LEODIEN. SVCCESSIONIS.

Lunæ 28. Maij 1656.

ARGVMENTVM:

Ceſſio facta de Iuribus quę cędenti nullatenus com-
petebant, nil tribuit Ceſſionario? Sententia lata
non citato poſſeſſore bonorum, maxime ſi poſſeſ-
ſor ſe oppoſuit in actis pro omni ſuo intereſſe, di-
citur notoriè nulla, ideoque omnes probationes
in ea factæ nullam fidem merentur, hocque pro-
cedit, licet ſententia eſſet antiqua, ideoque ha-
beret pro ſe præſumptionem Iuſtitiæ, & validitatis
dum conſtat de defectu dictæ citationis, & ſic
habetur probatio contraria præſumptioni? Ex-
ceptio de Iure tertij quæ dicatur, & quando alle-
gari poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Bona Monialium poſt emiſſam profeſſionem, vel acqui-*
runtur Monaſterio, ſi eſt capax bonorum in com-
muni, vel ſi eſt incapax ſpectant ad ſuccedentes
ab inteſtato.

2 *Cedens Iura, quæ non habebat in alios transferre non*
potuit.

3 *Poſſeſſor bonorum de quibus agitur, eſt omninò citã-*
dus, maximè attenta illius proteſtatione in cauſa
non procedi, niſi ipſo citato ratione ſui inte-
reſſe.

4 *Sententia lata non citato poſſeſſore bonorum de qui-*
bus agitur, nec citatis alijs, qui ad formam com-
miſſionis erant citandi ab euidenti nullitate excu-
ſari non poteſt.

5 *Teſtes inducti, & examinati in cauſa in qua non*
fuerunt citati, citandi, nullum gradum probatio-
nis faciunt.

6 *Exceptio de Iure Tertij, dum eſt ipſo Iure excluſi-*
ua Iuris agentis, etiam à tertio allegari poteſt.

7 *Præſertim ſi allegans ſit reus, & poſſeſſor cui ſuffi-*
cit vincere per non Ius agentis.

8 *Sententia antiqua regulariter præſumitur valida,*
& iuſta, niſi ex reuolutione proceſſus appareat
de defectu citationis omnino requiſitæ, & ſic de
illius nullitate, & iniuſtitia.

9 *Præſumptio, quæ intrat pro validitate, & iuſtitia*
antiquæ ſententiæ, excluditur per contrariam pro-
bationem.

DECISIO DXXXVI.

PRofeſſionem emiſerat in Monaſterio Ordinis
Ciſtercienſis Regulę S. Bernardi Leodien. Diœ-
ceſis Marcherita Merbichr, ſed poſt nonnullos
annos ad ſęculum de facto redijt, ac deinde à Se-
de Apoſtolica impetrauit anno 1589. committi
Officiali Leodien. vt vocatis Abbatiſſa dicti Mo-
naſterij, vel alia illius ſuperiore, ac alijs, qui
fuerint vocandi, & conſtito de vi, & metu, ac
ætate minori dictæ Margheritæ dum habitum ſu-
ſcepit, declararet ipſam non teneri ad obſeruan-
tiam Profeſſionis, ſed in ſęculo vti Mulierem ſæ-
cularem, ac ſolutam remanere, & matrimonium
ſeruata forma Sacri Concilij Triden. liberè, &
licitè contrahere poſſe *proceſſ. fol. 26. cum duob. ſeqq.*
dictus Officialis pronunciauit anno 1597. in con-
tumaciam Abbatiſſæ *proceſſ. fol. 32.*

Cum autem Menſe Ianuarij 1599. Margherita
inſtituerit Iudicium ſuper ſucceſſione paterna, &
materna contra Ludouicum fratrem, eoque op-
ponente de Profeſſione dictam ſententiam produ-
xerit *Proceſſ. fol. 8. & 13.* & Anno 1602. donatio-
ne inter viuos ceſſerit, atque donauerit Raſoni;
dans omnia Iura, & actiones, quas habebat, vel
habere poterat in Bonis feudalibus, Allodiali-
bus, & Cenſualibus ex hæreditate q. Godefridi
de Marbicht, & Iſabellæ de Fellons eius Paren-
tum *Proceſſ. fol. 7. à tergo*, Ceſſionarius diſtulit
cauſam præfatam continuare vſque ad annum
1640. quo eam reaſſumpſit contra filios dicti Lu-
douici pupillos, & deuoluta per appellationem
ad Rotã dubitaui An ceſſio præfata ſuffragetur,
& negatiua prodijt reſolutio, quia dicta Iura, &
actiones ad præfatam Marcheritam nullo modo
ſpectabant; Nam per emiſſionem Profeſſionis,
1 vel fuerunt acquiſita Monaſterio ſi capax bono-
rum in communi, *cap. de Monachis 16. quæſt. 1.*
cap. de lapſis 16. quæſt. 6. cap. in præſentia de probat.
& cap.

& cap. eum ad Monaſterium de Stat. Monac. Abb. in
cap. cum olim il 2. numer. 6. de priuil. Archidiac. in
cap. vnic. n. 13.18. quaſt. 1. cum alijs allegatis in
Romana *Cenſuam 27. Maij 1652. coram bon. mem.*
Bichio in princ. vel ſi eſt incapax ſpectanr ad ſuc-
ceſſores ab inteſtato *elem. exivit, vbi communiter*
DD. de verb. ſigaif. cum pluribus allegatis per Bar-
boſ. de Iur. Eccleſ. Vniuerſ. tom. 2. lib. 3. cap. 31.
2 *num.4.* Et per conſequens Iura, quæ non habebat,
iu alios nullatenus transferre potuit, vt firmatur
in d. *Romana Cenſaum §.cum Religioſus, & in eadem*
27. Aprilis 1654. coram R.P.D. meo Beuilaqua §. De
validitate verſ. Sed illarum.

Non obſtat ſententia ab Officiale Leodienſi la-
ta ſuper nullitate profeſſionis tanquam factæ per
vim, & metum, quia cũ commiſſio in forma Bre-
uis illi directa explicitam haberet clauſulam,
vocatis Abbatiſſa dicti Monaſterij, vel alia illius ſupe-
riore, ac alijs, qui fuerint vocandi, vtique ſenten-
tia lata in contumaciam Abbatiſſæ minimè cita-
3 to Ludouico fratre dictæ Margheritæ, & poſſeſ-
ſore Bonorum, de quibus agitur, qui omninò
citandus erat *cap. licet Episcopus de præbend. in 6.*
Rot. deciſ. 525. num. 4. par. 2. recent. præſertim at-
tenta eius comparitione in cauſa non procedi
niſi ipſo citato ratione ſui intereſſe *proceſſu fol. 24.*
4 *à terga*, ab euidenti nullitate excuſari non poteſt
vt in terminis reſolutum fuit in *Ianuea. Profeſſio-*
nis 28. Iunij 1645. coram R.P.D. meo Meltio §. ſecun-
do nullitas, & in Placentina Nullitatis Profeſſionis
31. Martij 1656. coram R.P.D. meo Albergato.

5 Indeque ceſſante citatione multo minus dici
valet conſtare de vi, & metu, quia Teſtes ad id
inducti nullũ gradum probationis faciunt *cap. 2.*
vbi Abb. num. 9. de Teſtib. l. ſi quando C. eod. Ro-
ta poſt 2. vol. conſil. Farin. deciſ. 64. numer. 2. & in
recent. deciſ. 413. num. 3. par. 2. & in terminis *de-*
ciſ. 516. num 16. par. 5.

Non obſtat, quod huiuſmodi exceptio videa-
tur de Iure Tertij, quia præterquod eſt de Iure
opponentium ſi Monaſterium eſt incapax bono-
6 rum in cõmuni, cum ſit ipſo Iure excluſiua Iuris
agentis. etiam à Tertio allegari poteſt *Caſtr. con-*
ſil. 77. num. 6. in fine lib. 2. San. Mem. Gregor. de-
ciſ. 415. num. 3. Rota in Roſſanen. Decimarum 4. Iu-
lij 1640. coram bon. mem. Bichio §. cuius poſſeſſionis,
7 Præſertim cum ſit Reus, & poſſeſſor, cui ſufficie
vincere per non Ius Actoris *l. loci corpus §. compe-*
tit ff. ſi ſerv. vendic. Roman. conſ. 347. num. 4. & 9.
Rota dec. 4. de re ind. in nou.

8 Nec refert, quod verſemur in ſententia antiqua
pro qua regulariter eſt præſumendum, quia vltra
quod hoc ſuppoſitum ceſſat, dum biennio poſt
latam dictam ſententiam motum fuit Iudicium
controuerſum, vbi in ſubſtantia petitur eius exe-
quutio, cum ex reuolutione proceſſus appareat
de defectu citationis omninò requiſitæ, & ſic de
9 illius nullitate, & Iniuſtitia, huiuſmodi proba-
tio excludit quamcunque præſumptionem in cõ-
trarium *l. continuus §. cum ita ff. de verb. oblig. l. ſi*
certis annis C. de pact. cum alijs plene per Add. ad Bu-
ratt. dec. 120. n. 41. cum ſeqq.

Et ità vnica tantùm, &c.

FIRMANA BONORVM.

Mercurij 30. Maij 1657.

ARGVMENTVM.

In Renunciationibus, vel Donationibus quæ fiunt
in ſæculo ante ingreſſum in Religionem, non
ſunt neceſſariæ ſolemnitates requiſitæ per Sacr.
Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16 de Regul. neque
eſt neceſſaria inſinuatio in donatione facta ex
cauſa ingreſſus in Religionem, vel ſi agatur de
donatione Iuris non dum quæſiti, & euentualis,
& ſi fuerit à filio facta fauore parentum non ſolũ
de Iuribus competentibus, ſed etiam competitu-
ris illorum hæreditas non deuenit ad donantem,
licet parentes moriantur ab inteſtato, maximè
ſi ſuperſint illorum filij, quorum fauore cenſetur
etiam ſtipulata donatio, quamuis filij eſſent vte-
rini, & vno tantum latere coniuncti, & an in
reſpicientibus formam donationis, & ſolemnita-
tes attendatur locus, vbi ipſa donatio celebratur,
quamuis donator ſit forenſis.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta ob ingreſſum in Religionem donanti, vel Monaſterio ex eius perſona agenti impedit immiſſionem ſuper bonis donatis.*

2 *In reſpicientibus formam contractus, & illius ſolemnitates attenditur locus, vbi ipſe contractus celebratur, quamuis contrahentes eſſent forenſes.*

3 *Inſinuatio non eſt neceſſaria, quando agitur de donatione Iuris non dum quæſiti, ſed quærendi, & euentualis.*

4 *Inſinuatio non requiritur in Donatione facta ex cauſa ingreſſus in Monaſterium.*

5 *Solemnitates requiſitæ per Sacrum Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul. ſunt tantum neceſſariæ in renunciationibus, quæ fiunt à iam ingreſſis in Religionem tempore nouitiatus intra duos menſes antè profeſſionem.*

6 *Renunciationes, ſeù donationes, quæ fiunt in ſæculo antè ingreſſum in Religionem non requirunt ſolemnitates Sacr. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul. requiſitas tantummodo in renunciationibus factis à iam ingreſſis in Religionem.*

7 *Renunciatio facta à filio Religionem ingrediente ad fauorem Matris, non ſolum de Iuribus competentibus, ſed etiam competituris, impedit ne ipſe poſſit matri ſuccedere, quamuis ab inteſtata deceſſerit.*

8 *Donatio facta non ſolum de Iuribus competentibus, ſed etiam competituris, obſtat etiam Iuri acquirendo ex noua, & ſuperueniente cauſa.*

9 *Donatio facta à filio Religionem ingrediente ad fauorem matris cenſetur etiam recepta, & ſtipulata à ſucceſſione ab inteſtato.*

10 *Amplia quamuis filij eſſent vterini tantum, & ſic vno tantum latere coniuncti.*

11 *Subſtitutio alicuius, & eius filiorum reſpectu filiorum non eſt fideicommiſſaria, ſed vulgaris.*

12 *Subſtitutio vulgaris expirat primo adeunte.*

DECISIO DXXXVII.

Conuentui S. Auguſtini de Firmo agenti ex per-
ſona Fratris Io: Baptiſtæ Iotti in ſæculo Vin-
centij nuncupati non eſſe dandam Immiſſionem
in poſſeſſionem medietatis bonorum tam Victo-
riæ illius Matris, quam Io: Antonij Aui materni
hodie reſolutum fuit, quia eidem obſtat ampliſ-
ſima donatio inter viuos ab illo facta ob ingreſ-
ſum in Religionem ad fauorem eiuſdem Victoriæ
Matris de omnibus Iuribus, & actionibus, quas,
& quæ habuerat, habebat, & in futurum ei com-
petere poterant ſuper Dote, & Bonis d. Victoriæ
1 ex quocunque Iure, & cauſa, quæ propterea Do-
nanti, ſeù Conuentui ex eius perſona petitam
Immiſſionem impedit, vt reſpondit *Rota in recent.*
deciſ. 109. num. 11. & deciſ. 141. num. 12. par. 5. &
in Ariminen. Succeſſionis 26. Ianuarij 1654. coram
bon. mem. Bichio in princ.

Nec

Nec ſubſiſtit defectus ſolemnitatum Conſtitu-
tinis Ægidianæ, & Statuti Firmani, atque inſi-
nuationis, quoniam ſolemnitates concurrunt,
Nam donatio facta fuit cum auctoritate Curato-
ris, interuentu Proximiorum Viciniorum, & de-
creto Iudicis Ordinarij Oppidi Molleani, vbi fuit
celebrata *Summar. Io: Antonij num.* 1. qui benè po-
tuit illam auctorizare, & Decretum interponere
2 quamuis Donator eſſet forenſis, quia in reſpi-
cientibus formam contractus, & ſolemnitates at-
tenditur locus, vbi ipſe contractus celebratur,
iuxta diſtinctionem optimè comprobatam in *Bo-
non. Cenſus 17. Martij 1608. coram Card. Marque-
montio apud Pie. ad Stat. Vrb. dec. 59. num. 4. & 5. &
in Romana, ſeù Peruſina Cenſus 12. Decembris 1644.
coram bo: me: Bichio §. nam ſtatutum.*

3 Inſinuatio verò non fuit neceſſaria, ſinè quia
agitur de donatione Iuris non dum quæſiti, ſed
quærendi, & euentualis, *Rota deciſ. 12. num. 11.
deciſ. 292. num. 20. deciſ. 320. num. 8. & dec. 323.
num. 5. par. 6. recent. in Romana fideicommiſſi de
Coſciaris 16. Martij 1648. coram Eminentiſſimo D.
Card. Corrado §. Eoque minus, & in Caſenaten. Bo-
norum 15. Maij 1651. corā R. P. D. m. Albergato §. non*
4 *obſtat*, ſiuè etiam quia facta fuit ex cauſa ingreſ-
ſus in Monaſterium, vt reſpondit *Rota coram Bu-
ratt. deciſ. 461. per tot. in Romana Donationis 1. Fe-
bruarij 1640. & 3. Iunij 1641. coram Reuerendiſſi-
mo D. Tarraconen. in dicta Romana fideicommiſſi de
Coſciaris §. Inſinuatio verò, & in Aſculana hæredita-
tis 4. Aprilis 1650. coram R. P. D. Celſo §. fin.*

5 Solemnitates autem requiſitæ per *Sacr. Concil.
Trid. ſeſſ. 25. cap. 16. de Regul.* ſunt neceſſariæ
tantum in renunciationibus, quæ fiunt à iam in-
greſſis Religionem tempore Nouitiatus intra
6 duos menſes ante profeſſionem, non autem in
renunciationibus, vel donationibus, quæ fiunt
in ſæculo ante ingreſſum in Religionem (prout
hic) vt latè diſcuſſo articulo reſponſum fuit in
dicta *Romana Donationis 1. Februarij 1640. coram
Reuerendiſſimo Tarraconen. & in Romana Succeſſionis
de Comitibus 12. Ianuarij 1642. coram Reuerendiſſimo
D. meo Decano §. Et videbatur cum alijs pluribus
congeſtis per Add. ad deciſ. 586. num. 2. part. 5.
recent.*

Nec refert, quod Victoria Donataria deceſſe-
7 rit ab inteſtato, quia cum dicta donatio fuerit fa-
cta non ſolum de Iuribus competentibus, ſed
etiam competituris, vtique impedit quominus
8 hæreditas, Donatariæ deueniat ad Donantem,
& obſtat etiam Iuri acquirendo ex noua, & ſu-
peruenienti cauſa, vt declarat *Rip. in l. qui Roma
§. Duo fratres numer. 11. ff. de verb. oblig. Roman.
conſil. 22. ſub num. 3. verſic. ſecundo probant Pariſ.
conſil. 26. num. 44. & 45. lib. 3. Menoch. conſ. 6.*
9 *num. 15. Giouagn. conſ. 91. num. 18. lib. 1.* præſer-
tim cum Victoria alium filium maſculum nempè
Ioannem Antonium Fortem reliquerit, Donatio
enim etiam pro ipſo cenſetur recepta, & ſtipula-
ta, qui proinde certius Donantem excludit, *Pa-
riſ. d. conſ. 26. num. 33. Franc. Aret. conſ. 17. n. 10.
verſ. Item nec prohibetur Menoch. d. conſ. 6. num. 16.
optimè Couar. in cap. quamuis par. 3. §. 3. numer. 4.*
10 *verſ. Et præſertim vbi nulli de pact. in antiq.* Quam-
uis ſit vterinus, & ſic ex vno tantum latere Con-
iunctus, vt in terminis reſolutum fuit in *Aſcula-
na hæreditatis 7. Iunij 1649. coram Reuerendiſſimo D.
Tarraconen. §. Nec refert in fine.*

Denique non ſubſiſtit, quod dicta donatio non
comprehendat bona fideicommiſſaria ſupradicti

Io: Antonij Aui materni, quia licet iſte deceden-
te Polennio filio ſine deſcendentibus, ſubſtituerit
Victoriam filiam, & ſuos filios hæc tamen ſubſti-
11 tutio reſpectu filiorum non eſt fideicommiſſaria,
ſed vulgaris, ſecluſis coniecturis, *gloſſ. & DD. in
l. Gallus §. Qui rectè ff. de liber. & poſthum. Peregr.
de fideic. art. 18. num. 3. Fuſar. conſil. 29. num. 1.
& de ſubſtit. quæſt. 479. per tot. Card. Caual. deciſ.
496. num. 4. cum allegatis in Spoletana Fideicommiſſi
22. Maij 1655. coram R. P. D. meo Beuilaqua §. At*
12 *non cenſuerunt cum ſeq.* Quæ per ſubſequutam
aditionem Victoriæ expirauit *l. poſt aditam C. de
Impuber. & alijs ſubſtit.* Et ſic dd. bona tanquam
effecta proprium ipſius Patrimonium in præfata
donatione comprehenduntur.

Et ità vtraque &c.

BONONIEN. BONORVM DE GRAFFIS.

Mercurij 13. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Ad effectum, vt Fideicommiſſarius ſit legitimus cō-
tradictor ad impediendam immiſſionem hæredi
Tria copulatiuè probare debet nempè, quod ſit
nominatim vocatus, quod nihil ſit detrahendum,
& quod poſſideat ſine vitio.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio conceditur hæredi habenti pro ſe teſtamen-
tum non abolitum neque cancellatum.*
2 *Fideicommiſſarius ad impediendam Immiſſionem hæ-
redi tria copulatiuè probare tenetur, & quæ.*
3 *Fideicommiſſum non dicitur in continenti probatum
ſi vocatio non eſt literalis, ſed à coniecturis, &
per interpretationem deducatur.*
4 *Vocatio deducta ex coniecturis, & per interpretatio-
nem requirit altiorem indaginem.*
5 *Probatio vocationis deductæ ex coniecturis, & per
interpretationem debet fieri citato legitimo hære-
de grauati.*
6 *Poſſeſſio apprehenſa per Fideicommiſſarium non ci-
tato legitimo hærede grauati eſt vitioſa.*
7 *Fideicommiſſarius tenetur apprehendere poſſeſſionem
de manu hæredis, vel à Iudice citato hærede.*
8 *Poſſeſſio capta contra formam ſtatuti dicitur vitioſa.*
9 *Clauſula*, citra præiudicium Iurium, *illæſa Iura
conſeruat.*

DECISIO DXXXVIII.

PEr obitum Iulij de Graffis ſequutum anno 1632.
orta controuerſia inter q. Lactantium Iuniorem
& Scipionem pariter de Graffis ſuper bonis ſup-
poſitis tribus fideicommiſſis olim conſtitutis à
Petro anno 1570. ab Antonio anno 1573. & ab
Archangelo anno 1602. ſub die 24. Maij eiuſdem
anni 1632. præuia tranſactione Scipio dimiſit, &
relaxauit Lactantio ex cauſa prædictorum fidei-
commiſſorum Poſſeſſionem Tornaturarum 326.
in Communi Quadernæ Comitatus Bonoñ, Alte-
ram Tornaturarum 220. in communi Villæ-Fon-
tanæ in loco detto *Biachauello* Prædiolum Torna-
turarum 16. cum domo in dicto Communi Villæ
Fontanæ in loco detto *al Chiù*, & aliud Tornatu-
rarum 50. in Communi Pizzani, in loco detto *al
Monte delle Formiche*, atque perſoluit eidem La-
ctantio libras mille pro omni, & toto eo, quod
pro aduentu conditionis dd. fideicommiſſorum
Lactantius prætendere, aut conſequi poſſet ſuper
bonis, & hæreditatibus dd. fideicommittentium
ſaluis tamen, & reſeruatis ad fauorem vtriuſque
caſibus, & ſubſtitutionibus ordinatis in eorum
Teſtamentis, vt in *Proc. de Partibus fol. 84.*

Obijt Lactantius 13. Martij 1651. condito te-

ſtamento, in quo inſtituta hærede vſufructuaria
Gentile de Armis eius vxore hæredem proprieta-
rium ſibi ſcripſit Cæſatem de Graſſis *dicto Proceſs.*
*fol.*5. qui die 5. Februarij 1652. ex primo Decre-
to Teuntam accepit omnium bonorum à Lactan-
tio poſſeſſorum tempore eius mortis, & ſignanter
illorum, quæ in dicta tranſactione ex dd. fidei-
commiſſis illi relaxata fuerunt *dicto Proc. fol.* 40.
& ſubinde 10. Nouembris 1653. ad Auditore ge-
nerali Bononiæ ſententiam obtinuit, in qua pro-
nunciatum fuit immitteñ fore, & eſſe vti hæredẽ
Lactantij in poſſeſſionem bonorum, de quibus
dictam Tenutam acceperat *eod. Proc. fol.* 239. quæ
in gradu appellationis coram A.C. Areoſto confir-
mata fuit; Cumque in tertia Inſtantia coram me
dubitatum fuerit an immiſſio ſit reuocanda, nega-
1 tiua prodijt reſolutio, quia cum exhibuerit teſta-
mentum Lactantij non abolitum, nec cancella-
tum iure optimo Immiſſionem obtinuit ſuper om
nibus bonis in illius hæreditate repertis iuxta di-
ſpoſitionem *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll. ſemper à*
Rota approbatam.

Nec Scipio eſt legitimus Contradictor ad illam
impeditñ vti veniens ex prædictis fideicommiſſis
2 Quia ad iſtum effectum tria copulatiuè requirun-
tur nempè, quod fideicommiſſarius doceat incon-
tinenti de Iure ſuo, quod nihil ſit detrahendum,
& quod poſſideat ſine vitio, vt notat *Bart. in d. l.*
fin. num. 22. & comprobauit *Rota deciſ.* 103. *in num.*
primo par. prima diuerſ. in recen. deciſ. 94. *nu.* 5. *par.* 5
in Bonon. Bonorum 31. *Ianuarij* 1646. *coram Reue-*
rendiſſimo D. meo Decano §. *Nec ad eam, in Meleui-*
tana Territorij 17. *Maij* 1649. §. *fin. & in Bonon. Bo-*
norum de Toſtinis 15. *Decembris eiuſdem anni* §. *Ne-*
que hanc immiſſionem coram Eminentiſſimo D. Card.
Otthobono inter eius impreſſas deciſ. 176. *nu.* 20. *&* 21.
& deciſ. 198. *num.* 3. *&* 4.

In caſu propoſito excepto ſecundo requiſito,
eum nullæ prætendantur detractiones à Cæſare,
& excepto fideicommiſſo Archangeli, cuius re-
ſpectu controuertitur duntaxat identitas bono-
rum, non autem vocatio Scipionis. Primum, &
tertium requiſitum prorſus deficiunt. Nam quoad
3 fideicommiſſa Petri, & Antonij, cum Scipio in
illis non ſit nominatim vocatus, ſed vocationem
4 à coniecturis, & per interpretationem deducat,
ius ſuum non dicitur incontinenti probatum,
ſed requirit altiorem indaginem diſcutiendam ci
5 rato legitimo hærede grauari, vt in terminis con-
cordantibus reſpondit *Rota in Bonon. Fideicommiſ-*
ſi de Barbettis 19. *Iunij* 1654. *coram bon mem. Bichio*
Poſſeſſio vero à Scipione apprehenſa Cæſare non
6 citato, eſt vitioſa tam inſpecto iure communi di-
ſponente fideicommiſſarium teneri illam appre-
7 hendere de manu hæredis, vel auctoritate iudicis,
illo legitime citato, vt reſponſum fuit *coram ſan.*
me. Greg. dec. 206. *num.* 5. *cum cæteris allegatis in dicta*
Bononien. Bonorum 3. *Aprilis* 1645. §. *primo* 24. *Ia-*
nuarij 1646. *in principio, &* 31. *eiuſdem anni* §. *vl-*
timo coram Reuerendiſſimo *D. meo Decano*, quam at-
tento Statuto Bonon. *lib.* 2. *rubr. quod nullus occu-*
pet poſſeſſionem rei hæreditariæ §. *Statuimus*, diſpo-
nendo, quod nulli alij, quam hæredi liceat mor-
tuo poſſeſſore ſub quouis quæſito colore occupa-
re, vel ingredi bona etiam authoritate Iudicis;
8 Ob reſiſtentiam enim huius ſtatuti eo certius poſ-
ſeſſio aliter capta cenſetur vitioſa, vt reſponſum
fuit *in Bonon. Manutentionis* 19. *Iunij* 1647. §. *ſecun-*
do quia Poſſeſſioni, & 26. *Iunij* §. *ſiquidem, &* 4. *De-*
cembris 1648. §. *Ineuitabilis enim & in dicta Bononien.*
Fideicommiſſi de Barbettis §. *neque ad impediendam*
coram bon. mem. Bichio, vbi plene probatur ſtatuen-
tes omnino voluiſſe interdicere ingreſſum etiam
venientibus ex fideicommiſſis maiorum.

Nihil obſtante Inſtrumento inter ipſos Cæſa-
rem, & Scipionem anno 1631. celebrato, quia
continet dationem in ſolutum Prædij Caſtenaſij
hæreditarij Lactantij, ac prorſus diuerſis à bonis
controuerſis pro libris 5630. in quibus Scipio ſe
aſſerebat Creditorem d. hæreditatis occaſione
quorundam alienationum: Atque vlterius habet
clauſulam, *citra præiudicium quorumcunque Iurium*,
9 ipſi Cæſari, eiuſque filijs, & deſcendentibus quo-
modolibet competentium, & competiturorum,
quæ operatur, vt ipſorum Iura ab eis nullatenus
abdicata fuerint, ſed penes illos illæſa remanſe-
rint, vt dixit *Rota in Romana Domus, & Cenſus* 16
Iunij 1606. *coram Cardinali Sacrato apud Marcheſ. de*
Commiſſ. par. prima fol. 320. *num.* 4. *verſ. Sed imo con-*
tinet, in Ariminen. Caſtrorum 14. *Februarij* 1642. *co-*
ram Reuerendiſſimo D. meo Decano §. *eoque minus*
verſ. quam etiam ex clauſula, & in Cæſarauguſtana di-
ſtributionum 7. *Iunij* 1649. *coram me* §. *Quia cum in-*
ter Partes verſ. Licet enim.

Et ita vtraque, &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Mercurij 13. *Iunij* 1657.

ARGVMENTVM.

Per reciproeam Subſtitutionem, quis intelligitur vocatus non ſolum ad portionem Patris, ſed etiã Patrui, quando adſunt illa verba *vnus alteri, & alter alteri*, per quæ ſubſtitutio dicitur facta vltimo morienti, & ſi ſubſtitutio ſit facta de filijs, hæredibus & ſucceſſoribus, filius licet non ſit hæres vniuerſalis Patris adhuc ſuccedit ex reciproca, cum ad hunc effectum ſit ſufficiens, vel quod fuerit inſtitutus in re certa, vel quod per eum non ſteterit quo minus fuerit hæres vniuerſalis.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti, vt cenſeantur vocati non ſolum ad portionem Patris, ſed etiam ad portionem patrui opus eſt vrgentibus coniecturis.*

2 *Filius capit nedum portionem Patris, ſed etiam Patrui, Dum illis legitur expreſſè, reciprocè ſubſtitutus.*

3 *Subſtitutio reciproca, vbi eſt facta inter Tranſuerſales eorumque deſcendentes, cenſetur Teſtator ſubſtituiſſe deſcendentes tantum tranſuerſales grauati, ita vt in portione illius non includatur alter tranſuerſalis, ſed vnuſquiſque ſuis deſcendentibus propriam portionem reſtituat.*

4 *Secus tamen eſt in ſubſtitutione facta per Aſcendentem ad fauorem ſuorum filiorum, & deſcendentium, inter ipſos enim facilius inducitur reciproca vocatio vnius ad alium ob præſumptam illorum prædilectionem.*

5 *Subſtitutio recipraca filiorum verificari non poteſt, niſi in portione Patrui ſine filijs defuncti, dum reſpectu portionis Paternæ fuit concepta ſub conditione ſi ſine filijs.*

6 *Subſtitutio reciproca non cenſetur ad fauorem filiorũ inducta dum vni tantum primo decedenti facta eſt ſubſtitutio, vt ſi dictum ſit altero eorum ſinè filijs decedente, vel ſi alter eorum ſinè filijs decederet, quod vnum tantum de duobus de ſui natura includit.*

7 *Secus autem, quando ſubſtitutio pluribus morientibus eſt facta, & plures numero comprehendis.*

8 *Subſtitutio reciproca, quod fuerit facta pluribus morientibus, & non vni tantum primo decedenti indicant*

dicant

Digitized by Google

dicant verba vnus alteri, & alter alteri.
9 *Subſtitutio reciproca facta pluribus morientibus, & non vni primo decedenti non reſtringitur, neque extinguitur in primo moriente, ſed omnes etiam vltimo morientes comprehendit.*
10 *Subſtitutio reciproca ad fauorem filiorum hæredum comprehendit etiam filium in rè certa inſtitutum licet non ſit hæres vniuerſalis.*
11 *Filius, & hæres reciprocè ſubſtitutus comprehenditur in reciproca ſubſtitutione, licet non ſit hæres Patris dum per eum non ſtetit quo minus hæres non fuerit.*

DECISIO DXXXIX.

Deciſum fuerat coram me 15. Maij 1656. conſtare de vocatione Luciæ tam in Teſtamento Io. Mariæ, & reſpectu Auiti non ſolùm ad portionem paternam, ſed etiam ad portionem Vincentij Patrui vltimo loco defuncti, & huiuſmodi reſolutioni in omnibus acquieſcebant Perotti, præterquam reſpectu vocationis ad portionem Patrui, vndè ſtrictè ſuper hac repropoſita cauſa, Domini ſteterunt in deciſis.

Quoniam, vt firmatur in deciſione §. *minuſuè ſubſiſtit*, huiuſmodi vocatio ad portionem Patrui
1 non deducitur ex ſola poſitione filiorum in condi
tione, quo caſu opus eſt vrgentibus coniecturis in
eadem deciſione relatis, ſed habetur expreſſa ob
reciprocam ſubſtitutionem explicite factam nedū
fauore filiorum Teſtatoris ſuperuiuentium, ſed
etiam fauore hæredum, & ſucceſſorum eorundem,
ibi: *Et voluit inſuper, quod ad mortem ipſius D.Sylle hæreditas redeat, & eſſe debeat dd. ſuorum filiorum, & eorum hæredum, & ſucceſſorum cum ſupradicta conditione, quod ſi quis deceſſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, vt ſupra, ſuccedat vnus alteri, & alter alteri, ſuique hæredes, & ſucceſſores omni meliori modo, &c.* vnde Lucia filia Bartholomei capit por-
2 tionem Vincentij Patrui, ex quo illi expreſsè legitur reciprocè ſubſtituta, *l. Lucius ff. de vulg. & pupill. & l.2.C.de Impuber. & alijs ſubſtit.* cum alijs allegatis in *deciſ.§. minuſue ſubſiſtit*.

Nec applicantur *Menoch.conſ.376. numer.29. & Gratian.diſcept.371.num.8.* loquuntur enim in fidei-
3 commiſſo inſtituto à Tranſuerſali, in quo Teſta-
tor reciprocè ſubſtituendo Tranſuerſales, eorum-
que Deſcendentes cenſetur ſubſtituiſſe Deſcendē-
tes tantùm Tranſuerſales grauati, itaut in por-
tione illius non includatur alter Tranſuerſalis, ſed
vnuſquiſque ſuis deſcendentibus propriam portio
4 tionem reſtituat; Contrarium tamen procedit in
fideicommiſſo inſtituto, prout hic, per Aſcenden-
tem ad fauorem ſuorum filiorū, & Deſcendentiū;
Inter iſtos enim facilius inducitur reciproca vo-
catio vnius ad alium ob præſumptam illorum
prædilectionem, vt expreſsè poſt *Alciat.* admittunt
ipſimet *Menoch. & Grat.* vbi ſupra, & pluribus al-
legatis firmat *Peregrin.conſ.54. num 8. lib. primo &
comprobauit Rota coram Card.Seraph.deciſ.939 n.11.
in recent.deciſ.649. num.13. par.8. & in Romana Fi-
deicommiſſi de Zeffiris 4. Iulij 1646 §. ſubſtitutionem
fœminarum, verſ. Quia inter deſcendentes coram bon.
5 mem. Bichio*; Niſi enim admitteretur vocatio Lu-
ciæ ad portionem Patrui ſine filijs defuncti ſuper-
flua omninò, & infructuoſa remaneret expreſſa,
& diſpoſitiua vocatio hæredum, & ſucceſſorum
adiecta in dicta reciproca ſubſtitutione, cùm re-
ſpectu paternæ portionis eius vocatio concepta
ſit per conditionem ſi ſine filijs, vt aduertitur in
deciſione ſub eodem §. Minuſuè ſubſiſtit.

Nec ſubſiſtit, quod non ſit facta ſubſtitutio vl-
-timo morienti, qualis fuit Vincentius ex *Peregr.*
6 *de Fideicom.art.28.num.22.* procedit enim eius opi-
nio, quando vni tantum primo decedenti facta
eſt ſubſtitutio in caſu ſcilicet, quo ſimpliciter di-
ctum eſt ſi alter ipſorum decederet, vel altero eo-
rum decedente, quod vnum de duobus de ſui na-
7 tura includit, ſecus autem quando, prout hic, plu-
res numero comprehendit, ibi: *quod ſi quis deceſ-
ſerit ſine filijs legitimis, & naturalibus, vt ſupra ſuc-
cedat vnus alteri, & alter alteri, ſuique hæredes, &
ſucceſſores, &c.* tunc enim nedum alteri, nempè
8 vni decedenti, ſed pluribus decedentibus ſubſtitu-
tio facta eſt, vt præ cæteris indicant dicta ver-
ba *Vnus alteri, & alter alteri*, & conſequenter
9 non reſtringitur, neque extinguitur in primo mo-
riente, ſed omnes etiam vltimo morientes com-
prehendit, vt reſpondendo ad *Peregrin.* vbi ſupra
firmat *Fuſar. conſ.144. ſub num.14. verſ. Reſpondetur enim*, de quo meminit *in tract. de ſubſtit.qu.437
ſub num. 246.* & optimè declarauit *Rota in Romana
Fideicommiſſi de Quinque 11. Ianuarij 1636. coram
bon.mem. Pirovano apud Fenzon. ad Stat.Vrb.dec.103
§. Quoniam ex ſola, & in Romana Fideicommiſſi de
Palatijs 25. Iunij 1646. coram bon.mem Arguelles §.
Sed Peregrinus*, idemque admiſit in *Peruſina Fidei-
commiſſi de Cincijs 15. Iunij 1654. coram R.P.D.meo
Zarate §. nec huic reſolutioni*.

Repetitum autem obiectum, quod Lucia non
fuerit hæres effectiua omnium bonorum ſui Pa-
tris, ſufficienter tollitur ex quo ſatis eſt fuiſſe in-
10 ſtitutam in re certa, nec per ipſam ſtetiſſe quo-
minùs fuerit Hæres vniuerſalis, vt probant au-
11 ctoritates allegatæ in *Deciſione ſub §. Reſpectu enim
verſ. Et quamuis non fuerit*.

Et ita vtraque, &c.

ARIMINEN. BONORVM.

Lunæ 18. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Cum ea præſumatur poſſeſſio anterior, quæ habet adnotatam horam, ideo exiſtenti in tali poſſeſſione manutentio conceditur, imo ad tuendam huiuſmodi poſſeſſionem ex remedio adipiſcendæ ipſi debetur etiam immiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio illa dicitur anterior, quæ habet adnotatam horam.*
2 *Poſſeſſio poſterior capta anteriore poſſeſſore non citato non eſt manutenibilis, vtpotè clandeſtina, & turbatiua.*
3 *Colonus non tenetur expellere Poſſeſſor ad demonſtrandam poſſeſſionem propriam, ſi ab ipſis in dominum fuerit recognitus.*
4 *Colonorum recognitio optimè probatur ex ipſorum depoſitione, ſiue ex præcepto ipſis facto à poſſeſſore de recognoſcendo ipſum in dominum, cum ſubſecuta eorum taciturnitate.*
5 *Poſſeſſio hæredis, vt per Colonos dicatur quæſita, quæ requirantur.*
6 *Coloni per traditionem fructuum dominicalium poſteriori poſſeſſori factam, anteriori legitimo non præiudicant.*
7 *Immiſſio in bonis emphyteuticis debetur comprehenſo in Inueſtitura.*
8 *Poſſeſſori in Inueſtitura comprehenſo debetur Immiſſio pro confirmatione ſuæ poſſeſſionis.*
9 *Adipiſcenda* Remediū *datur cōprehenſo in Inueſtitura ſuper bonis emphyteuticis, quæ non poſſidet.*
10 *Immiſſio Emphyteutæ conceditur, non hæredi, ſi incontinenti conſtet de Inueſtitura.*

Digitized by Google

11 *Bona emphyteutica ex pacto, & prouidentia non ve-
niant in generali inſtitutione,*

DECISIO DXL.

SEquuta obitu Iulij Nanni die 9. Auguſti 1654.
Capitaneus Valerius Nannus eius frater die 10
eiuſdem hora 9. in. & 12. reſpectiuè poſſeſſionem
apprehendit Domus ſitæ in contrata Sancti Mar-
tini in Ripa Rupta cum Tornaturis 53. circiter
Terræ, Domus in Contrata S. Iuuenalis cum tor-
naturis 30. Domus in contrata S. Martini Montis
Abbatis cum tornaturiſ 14 & aliæ Domus in cō-
trata Sanctæ Chriſtinæ cum Tornaturis 60. eius
Summ. num. primo, eandemque poſſeſſionem eadem
die 10. Auguſti cœpit Eliſabettha communis Ma-
ter, & hæres vniuerſalis à dicto Iulio inſtituta ip-
ſius *Summ. num. primo & 3.* Cumque ipſa coram
AC. obtinuiſſet mandatum de manutenendo cō-
miſſa mihi cauſa appellationis cum clauſula, *ſine
preiudicio*, dubitaui An, & cui ſit danda manu-
tentio, ſeù potius Immiſſio, & ſuper quibus bo-
& DD. vtramque decreuerunt dicto Capitaneo
Valerio.

Manutentio ſiquidem in poſſeſſionem dd. qua-
1 tuor Corporum, ipſi debetur, quia eius poſſeſſio
cenſetur anterior cum habeat ad notatam horam
*gloſſ. in cap. ſi à ſede, verb. non appareat de prabend.
in 6 Bald. in l. Imperator la prima in prima lectura
verſ. & nota, quod dies ff. de ſtat. homin.* cum alijs
allegatis per *Rotam coram Durao. dec. 29 num. 2. re-
petita apud Poſth. de manut. dec. 49. d. num 2. coram bo.
mem. Merlin. dec. 878. num. primo in Peruſina Pratenſa
Manutentionis 27. Iunij 1654. coram me §. primo,*
eiuſque anterioritatem comprobant teſtes relati
in eius Summario deponentes Eliſabettham poſt
quatuor horas circiter ſuam poſſeſſionem appre-
2 hendiſſe, quæ propterea vti poſterior, & capta
illo, non citato, non eſt manutenibilis, ſed clan-
deſtina, & turbatiua *cap. licet cauſam de probat.
gloſſ. in cap. licet Epiſcopus, verb. te non vocato verſ.
hinc eſt de prabend. in 6. Rota apud Poſth. de manut.
dec. 169. num. 6. & in d. Peruſino Pratenſa Manuten-
tionis coram me ſub d. §. 1.*

Non obſtat, quod in actu dictæ poſſeſſionis ad
eptæ per Capitaneum Valerium nō fuerint expul-
ſi Coloni, quia cùm tunc temporis per obitum
D. Iulij poſſeſſio præfatorum bonorum eſſet va-
3 cans, ſatis vtique fuit eorundem Colonorum re-
cognitio abſque alia expulſione, vt reſpondit *Ro-
ta in Imolea, Bonorum 10. Aprilis 1592. coram Pam-
philio Seniore apud Marcheſ. de commiſſ. par. prima
fol. 948. num. 3. apud Poſth. vbi ſupra deciſ. 74. n. 12.
deciſ. 77. num 3. verſ. ſecùs quando, & deciſ 79. n. 2.
& 3. in recent. deciſ. 158. num. 7. par. 7. & in Interam-
nen. Fideicommiſſi 27. Nouembris 1652. coram bon.
mem. Bichio §. Non expulſio, verſ. Et exabundanti;*
4 Quæ quidem recognitio optimè in caſu noſtro
probatur, ſiuè ex ipſorum met Colonum depoſi-
tione relata in *d. Summ. Capitanei d. num. 2.* ſiuè ex
præcepto illis facto in actu dictæ adeptionis, vt
in poſterum eum recognoſcerent in Dominum cū
ſubſequuta illorum taciturnitate, quod ſufficere
dixit *Rota deciſ. 84. num. 45. & 46. & num. 8 in fine
verſ. Imò cùm ſaltem, & dicta deciſ. 79. num. 4. cum
ſeqq.* E conuerſo autem, vt per Colonos dicatur,
5 quæſita poſſeſſio hæredi tria probanda ſunt, quæ
in caſu noſtro non iuſtificantur, imò excluduntur
per præfatam ipſorum depoſitionem, quod ſcili-
cet illi declarauerint ſe continuare poſſeſſionem
nomine hæredis, quod hæres id ſciuerit, & vo-
luerit, quodque Coloni erga eum aliquem actum
recognitionis fecerint, *Card. Seraph. deciſ. 466. nu-
mer. 2. Rota apud Poſth. dicto deciſ. 77. num. 7. & 8.
cum cæteris allegatis in dicta Interamnen. Fideicom-
miſſi coram bon. mem. Bichio §. Vt verò.*

Nec refert, quod aliqui ex dd. Colonis partem
dominicalem fructuum D. Eliſabetthę tradiderint
6 quia non potuerunt præiudiciū inferre dicto Ca-
pitaneo anteriori poſſeſſori, nec exinde interuer-
tere eius præcedentem poſſeſſionem legitime cap-
tam ex traditis per *Biſignett. dec. 8. de reſtit. ſpoliat.
in antiq. dec. 5. de conſ. poſſeſſ. & propriet. cum alijs al-
legatis in Celſonen. Parochialis 27. Ianu 1642. coram
bon. mem. Peutingerio §, non obſtat quod poſt adeptam.*

Immiſſio verò reſpectiue pari modo illi debe-
tur; Cùm enim ſint prædicta bona; & Domus cū
quatuor Apothecis in Ciuitate Arimini in Burgo
S. Iuliani, ſint emphyteotica ex pacto, & proui-
dentia acquiſita ab Alexandro, & Valerio Senior.
reſpectiuè pro ſe ipſis, eorumque filijs, & Nepo-
tibus cùm expreſſo pacto, quod portio præmorię-
tis accreſcat ſuperuiuenti *dicto Summario Capitanei
7 num. 3. cum quatuor ſeqq.* nec ab Eliſabettha reuo-
cetur in dubium dictum Capitaneum eſſe compre
henſum in præfatis Inueſtituris, vtique earum vi-
gore ipſi debetur Immiſſio ex remedio adipiſcen-
dæ ad inſtar *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.* pro
8 confirmatione poſſeſſionis adeptæ reſpectu illorū
corporum, quorum poſſeſſionem iam fuit aſſe-
quutus *iuxtà theoricam Bart. in l. prima num. 2. C. de
Carbon. Edict.* pluribus auctoritatibus comprobа-
tam *in Romana Fideicommiſſi de Nicolinis 30. Iunij
1653. coram me §. Exiſtentia enim*, & pro noua ap-
9 prehenſione reſpectu d. Domus, & cum quatuor
Apothecis in Ciuitate Arimini, cuius reſpectu nō
iuſtificant tunc poſſeſſionem apprehendiſſe *Bart.
in cap. cæterum num 11. de Iudic. Roland. conſ. primo
num. 52. cum ſeqq. lib. primo Rota deciſ. 204. numer. 6.
cum ſeqq. & deciſ. 242. num. 3. par. 7. rec. cum cæteris
allegatis in Fanen. ſeù Senogallien. Bonorum 14. Mar
tij 1646. coram R. P. D. meo Meltio §. Exhibuit enim.*

Non obſtat, quod dicta Eliſabettha ſit hæres
ſcripta vltimi poſseſsoris, quia cum incontinen-
10 ti conſtet de inueſtituris, datur immiſſio vocato
in eis, non autem hæredi ſcriptæ, *Peregr. conſ. 4.
n. 45. Argel. de legit. contradict. quæſt. 19. art. 2. num. 75.
Rota dec. 97. & 697. vtrobique num. primo par. 2. rec.*
bona enim emphyteotica ex pacto, & prouiden-
11 tia non veniunt in generali inſtitutione hæredis
iuxta diſtinctionem plene firmatam per *Fulgin. de
Iur. emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. Emphyt. quæſt. 7. nu-
mer. primo cum ſeqq. & comprobatam à Rota coram
Duran. deciſ. 254. num. 17. & 18. cum alijs per Add.
ad Gregor. deciſ. 271. num. 27.*

Et ita vtraque, &c.

BONONIEN. DE BOLOGNINIS.

Veneris 18. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Sententiæ priores latæ ad fauorem fideicommiſſa-
riorum faciunt numerum trium conformium, cum
poſterioribus ſententijs reportatis per alios confi-
deicommiſſarios in eodem gradu, atque ſub vna,
& eadem ſubſtitutione vocatos proindeque ad ip-
ſorum fauorem ſunt exequendæ, nec illorum con-
formitas impeditur ex quo aliæ ſententię emana-
uerint in poſseſsorio, & aliæ in petitorio, cum
ſententia lata in petitorio de Iure habeat in ven-
tre poſseſsorium, & cum eo dicatur conformis,
& ſi fuerit actum Iudicio vniuerſali petitionis hæ-
reditatis, & fideicommiſſi, in ipſo non ſolum

venit

Digitized by Google

venit illa pars Bonorum, cuius reſpectus purifica-
ta erat conditio de tempore litis conteſtatæ, ſed
etiam alia pars, quæ lite pendente ſuperuenit per
mortem confideicommiſsarij, & quare.

SVMMARIVM.

1 *Sententia licet ſeparatim lata ad fauorem fideicommiſſariorum, iunguntur cum poſterioribus ſententijs reportatis per alias confideicommiſſarios in eodem gradu, & ſub vnica, & eadem ſubſtitutione vocatos, & pro iſtis faciunt numerum trium conformium.*

2 *Proximiores nomine collectiuo vocati eundem gradum repreſentantes pro vna tantum perſona reputuntur.*

3 *Sententia lata ad fauorem vnius in Iure connexo, & inſeparabili iuuat etiam alios ex eodem Iure venientes quamuis res eſſet diuerſa.*

4 *In Iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, & fideicommiſſi venit nedùm illa pars Bonorum, cuius reſpectu purificata erat conditio tempore litis conteſtata, ſed etiam alia pars, quæ lite pendente ſuperuenit per mortem confideicommiſſarij.*

5 *Donatarius cenſetur egiſſe ex iiſdem Iuribus pro quibus dumtaxat donans agere potuiſſet.*

6 *Donatario plus competere Iuris non poteſt, quam donanti competeret.*

7 *Sententia minus concedens, quam fuerit petitum non poteſt dici difformis libello cum minor pars de Iure contineatur in maiori petita.*

8 *Sententia omnes dicuntur lata in poſſeſſorio, dum qualibet ſententia concedit Immiſſionem tangendo Titulum ad ſolum effectum poſſeſſorij.*

9 *Sententia lata in petitorio, cum de Iure habeat in ventre poſſeſſionem, dicitur conformis cum alijs in poſſeſſorio latis.*

10 *Sententia lata ex eodem Iure, & cauſa iunguntur & faciunt numerum trium conformium, etiam ſi res diuerſa in aliquibus ſententijs petita fuerit, & à diuerſis perſonis.*

DECISIO DXLI.

RESolutum fuerat coram me 29. Maij anni præ-
teriti exequutionem vltimo loco factam ſuper
altera medietate quoad bona Io: Mariæ eſse con-
firmandã, reuocandam verò quoad bona Bartho-
lomei, ſed cauſa ad nouam diſputationis truti-
nam reuocata Domini ſteterunt in deciſis reſpe-
ctu primæ, receſserunt verò reſpectu ſecundæ
partis.

Quo enim ad bona Io: Mariæ ſolida viſa fue-
runt fundamenta deciſionis, quia ſuper eis non
ſolum ad ſunt tres ſententiæ conformes, vt requi-
rit commiſſio mihi directa, ſed quatuor nempè
Auditoris generalis Bononiæ, Rotæ Bononien.
D. Altouiti, & Rotæ noſtræ; Et quamuis primæ
duæ ſuper medietate nunc controuerſa non ema-
nauerint ad fauorem Bartholomæi, & Thadei,
ſed Horatij, & Valerij tunc ſuperextantium, ſeù
Octauiani, & fratrum de Zambeccharijs Dona-
tariorum Valerij; Nihilominus quia omnes inſi-
mul erant confideicommiſsarij in eodem gradu,
& ſub vna atque eadem ſubſtitutione vocati ad
integrum fideicommiſsum, vtique omnes ſenten-
tiæ iunguntur, & faciunt numerum cum alijs po-
ſterioribus integrum fideicommiſsum Bartholo-
1 meo, & Thadeo adiudicantibus ob mortem dd.
Horatij, & Valerij medio tempore ſequutam ex
firmatis in *d. dec. §. quoniam ſententiæ*, & reſponſum
fuit in *Romana Prælationis* 20. *Decembris* 1630. *co-
ram Reuerendiſſimo Terracinen. in recent. dec.* 518 *nu-
mer.* 2. 3. *&* 4. *par.* 5. omnes enim tanquam vocati
2 nomine collectiuo proximiorum, & repræſentan-
tes eundem gradum pro vna tantum perſona re-
putantur, iuxta *gloſſ. in l. Interdum verb. filij ff. de
hæred. inſtit.* cum concordantibus allegatis in alia
deciſione huius cauſæ coram R.P.D. meo Celſo 27. *Fe-
bruarij* 1654. *§. non obſtat*, & ſic vtpote in iure con-
3 nexo, & inſeparabili ſententia lata ad fauorem
vnius iuuat etiam alios ex eodem iure venientes,
Surd. conſ. 231. *num.* 6. *Peregrin. de fideicomm. art.* 53.
num. 43. *Card. Seraph. dec.* 44. *num.* 2. *Rota dec.* 576. *nu-
mer.* 6. *par.* 3. *recent.* & plenius *in d. dec. R.P.D. Celſi
§. Et propterea*, quamuis res eſset diuerſa, *Caſtr.
in l. ſi quis eum totum num.* 2. *in fin. ff. de except. rei
iudic. Corn. conſ.* 126. *num.* 11. *lib.* 4. *Io: Franc. de
Pont. conſ.* 90. *num.* 10. *& ſeq. lib. primo Surd. conſ.* 312
num. 21. *&* 22.

Certiùs cùm actum fuerit Iudicio vniuerſali
4 petitionis hæreditatis, & fideicommiſſi, In ipſo
enim non ſolum venit illa pars Bonorum, cuius
reſpectu purificata erat conditio tempore litis cõ-
teſtata, ſed etiam alia pars, quæ lite pendente
ſuperuenit per mortem confideicommiſsarij; Cùm
vtraque eadem actione petatur *l. ſi hæreditatem* 4.
ff. de petit. hæredit. vbi gloſſ. & DD. Bero queſt. 102.
num. 8. *Gabr. de Iudic. concluſ.* 3. *num.* 4. *Oſaſch. dec.* 74
num. 20. *verſ. ſecus in petitione.*

Nec ſubſiſtit ſententias eſse difformes ex quo
Bartholomeus, & Thaddeus egerint ad bona vti
vacantia per obitum Io: Ludouici de Bologniuis,
Zambeccarij verò tanquam vacantia per mortem
dd. Horatij, & Valerij, quia contrarium oſten-
dit contextus ſententiarum, cùm in eis pronun-
ciatum fuerit per obitum Io: Ludouici eueniſse
caſum fideicommiſſi Io Mariæ ad fauorem Vale-
rij, & Horatij, & propterea, Hieronymum illius
hæredem condemnandum eſse ad conſignandum
fructus Zambeccharijs tanquam Donatarijs dicti
Valerij *Summario impreſſo num.* 6. & ſic omnes ege-
runt ex eodem Iure purificato per mortem dicti
Ioannis Ludouici; Cumque Zambeccarij ad con-
trouerſa bona aliud Ius non competeret, quam
vigore donationis ipſis factæ per Valerium, vti-
que ſicut Valerius illa petere non poterat niſi ta-
quam vacantia per obitum dicti Io: Ludouici, Ita
pariter eodem modo illa petijſse cenſentur Zam-
5 beccarij illius Donatarij, qui non ex proprio, ſed
ex Iure Valerij Donantis ad dicta bona agere po-
terant ex congeſtis per *Rot. deciſ.* 50. *num.* 6. *par.* 8.
recen.

Et hinc etiam tollitur, quod Zambeccharij in-
tegra bona petierint ad excluſionem Bartholomæi
& Thaddei, Tùm quia petierunt omnia, & quæ-
cunque bona hæreditaria ad eos ſpectantia ex per-
ſona Valerij *Summario Pupillorum ſub num. primo*,
& ſic petitio intelligitur de portione Valerij, non
autem de integris bonis, neque de portione alio-
rum, quod Iuri conſonum eſt cum Zambeccha-
6 rijs plus Iuris competere non potuerit, quàm Va-
lerio Donanti competeret *l. nemo plus ff. de reg. Iur.
l. Emptor C. de hæred. act. Rot. deciſ.* 117. *num.* 12. *d.
par.* 8. *recent. & in Romana Fideicommiſſi de Mutis* 9
Martij 1651. *coram me ſub §. quia ſubſiſteret*; Tum
etiam quia parum refert libellus petitionis, dùm
7 ſententiæ de ſola medietate loquuntur, quæ illi
difformes dici nequeunt, cùm minor pars de Iure
contineatur in maiori petita *l. prima §. ſtipulanti*.

Obiectum autem, quod dd. ſententiæ non ema-
nauerint in tribus inſtantijs ſubſequentibus, quod-
que primæ duæ latæ fuerint in petitorio, poſterio-
res vero in poſseſsorio ceſsat ex facto, cum ap-
pa-

Digitized by Google

pareant latæ vna poſt aliam in diuerſis Inſtantijs, Præſertim illæ quatuor pro Actoribus pronunciatæ *dicto Summario impreſſo num. primo per tot. num. 9.*

8 Omueſque fuerunt latæ in poſſeſſorio, cum quælibet concedat Immiſſionem tangendo titulum ad ſolum effectum poſſeſſorij, & in omnem ca-

9 ſum cum ſentẽtia lata in petitorio de Iure habeat in ventre poſſeſſorium dicitur cõformis cum alijs in poſſeſſorio latis, vt poſt *Rotam in Romana Hæreditatis de Comitibus 27. Iunij 1576. coram ſa. mem. Clemente Octauo apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 2. fol. 231. num. 3. reſponſum fuit in dicta deciſione coram me §. Quoniam Sententiæ.*

Quo vero ad bona Bartholomæi corruit fundamentum deciſionis, quod duæ tantum ſententiæ adſint pro fideicommiſſarijs, altera ſcilicet Rotæ Bononiæ, & altera Rotæ noſtræ, intermedia vero Altouiti ſit contraria tanquam abſoluens Palmerios, & Conſortes à petitis per Bologninos, quoniam hodie aliæ tres ſententiæ conſormes ſuper eodem fideicommiſſo latæ à Rota Bonon. Altouito, & Rota noſtra exhibitæ fuerunt *Summario*

10 *Actorum num. 3.* quæ licet prodierint ſuper alia medietate bonorum dicti fideicommiſſi, attamen ſuffragantur ad effectum, de quo agitur etiam reſpectu controuerſæ medietatis eodem iure, & actione vniuerſali petitæ ex iuribus, & auctoritatibus ſupra allegatis reſpectu fideicõmiſſi Io: Mariæ, quæ optimè applicantur fideicommiſſo Bartholomæi;

Nec officit dicta ſententia in contrarium lata quia adhuc remanet numerus trium conformium, vt expoſcit Commiſſio mihi directa, Imò adſunt quinque omnes inſimul iungendo, vt fieri debet ex probatis; Præſertim dùm ipſamet Signatura hunc præcisè deinde canonizauit relaxando fructus controuerſæ medietatis ſub ſequeſtro exiſtẽtes *dicto Summ. num. 2.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Veneris 22. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Statutum Laicorum confirmatum à Papa ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica, vel de eius mandato conditum, licet dicatur Papale, Clericos tamen non ligat, niſi de ipſis expreſſam mentionem faciat, vel Papa mandet ſeruari in omnibus, & quibuſcunque curijs; Quia in eo præſumitur defectus voluntatis ſtatuentium.

SVMMARIVM.

1 *Statutum illud euidenter eſt laicale, ex enim proœmio apparet conditores fuiſſe laicos; Pœnam contrauenientium, decretum eſſe in laicam vtilitatem; Et executionem eius priuatiuè quo ad alios reſeruatam eſſe Iudici laico.*

2 *Statutum Laicorum confirmatum à Papa ex certa ſcientia, & in forma ſpecifica, vel de eius ordine conditum licèt dicatur Papale.*

3 *Attamen non ligat Clericos, niſi de illis expreſſam mentionem faciat, vel Papa mandet illud ſeruari in omnibus, & quibuſcumque Curijs.*

4 *Statutum expreſſam Clericorum mentionem non faciens inuoluit defectum voluntatis ſtatuentium Clericos obligandi, & num. 9.*

5 *Statutum carens verbis vniuerſalibus aptis comprahendere Clericos, cenſetur noluiſſe illos includere Statutum habens verba*, quod ſeruetur inter Ciues, & incolas, in omnibus, & quibuſcumque curijs, *includit etiam Clericos, ibidem.*

6 *Statuti confirmatio Apoſtolica etiam in forma ſpecifica non ſupplet defectum voluntatis ſtatuentium.*

7 *Confirmationis Apoſtolicæ natura eſt robur addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ non includit extendere.*

8 *Statutum laicale continens verba*, Neſſuna perſona di qualunque ſtato, grado, ò preeminenza, *loquitur de ſubiectis Iuriſdictioni ſtatuentium, non autem de Clericis.*

9 *Statuta non facientia expreſſionem de Clericis illos non comprehendunt ex defectu voluntatis ſtatuentium.*

10 *Forenſium appellatione in ſtatutis laicorum veniunt etiam Clerici tanquam non ſubiecti Iuriſdictioni ſtatuentium.*

11 *In ſtatuto correctorio exceptio extenditur ex identitate rationis.*

12 *Statutum eſt laicale ſi diſponat de funeralibus quantum ad pompam, non quantum ad animam.*

13 *Confirmatio ſtatuti non extenditur vltra perſonas ibi comprehenſas.*

14 *Correlatiuorum natura eſt, quod prohibito vno prohibitum cenſeatur, & alterum.*

DECISIO DXLII.

ANtiquum ſtatutum Vrbis anni 1532. ſuper nullitate conſtitutionis Dotis vltra ſummam ducatorum bis mille, de Carolenis fuiſſe conditum

1 à Laicis ſatis apertè conuincitur ex proœmialibus, ibi: *Reformationes, & Statuta, adhortationes, & præcepta S. D. N. Clementis Septimi Pont. Max. ex decreto, & deliberatione publici Conſilij Populi Romani ſuper Dotibus, &c. facta, & ordinata in præſentia Reuerendiſſimi D. &c. A. de Valle S. R. E. Preſbyteri Cardinalis ad hoc per Suam Sanctitatem ſpecialiter deputati per Magnificos Viros, &c. modernos Cameræ Almæ Vrbis Conſeruatores, D. &c. Priorem Capitum Regionum dictæ Vrbis necnon infraſcriptos tredecim alios Reformatores, Regionum auctoritate dicti Conſilij electos, &c.* Ex quo pœna contrauenientibus impoſita pro medietate decreta fuit ad vtilitatem fabricæ Palatij Conſeruatorum, ibi: *nella pena di ducento ducati d'oro, &c. d'applicare per la quarta parte all'Eſſecutore, per l'altra quarta parte all'Accuſatore, e per lo reſto alla fabrica del Palazzo delli Magnifici Signori Conſeruatori, &c.* Et demum quia eius exequutio priuatiuè quo ad alios reſeruata fuit Senatori Vrbis, ibi: (E per l'eſſecutione delle coſe predette per il tempo d'auuenire ſiano obligati li Signori Conſeruatori in principio di ciaſcheduu' anno elegere quattro Cittadini, li quali ſi chiamino difenſori delli preſenti ſtatuti, e debbano vſare ogni diligenza, e ſollecitudine appreſſo il Signore Senatore à cagione, che li detti ſtatuti ſiano mantenuti illeſi, e li Traſgreſſori di quelli ſiano caſtigati, e nientedimeno il detto Senatore poſſa ex officio procedere per via d'Inquiſitione, di querele, ò d'accuſa contro di eſſi traſgreſſori ſeruati i termini dello ſtatuto de' Maleficij, &c.)

Vndè quamuis confirmatum à Papa, vel de eius mandato conditum, vt in eo enunciatur, non comprehendit promiſſionem dotis controuerſæ factam à bo. me. Proſpero Cardinale de Sancta Cruce anno 1563. tunc Sacræ Rotæ Auditore, & Epiſcopo Chiſmen. quidquid enim dictũ fuerit *in Romana Dotis 2. Febr. 1567. coram Robuſterio relata à Card. Seraph. deciſ. 1170. num. 3.* Rota indubitanter hodie ſequitur opinionem in prima deciſione huius cauſæ comprobatam, quod licet ſta-

2 tutum Laicorum à Papa confirmatum ex certa

ſcientia

ſcientia, & in forma ſpecifica, vel de eius man-
dato conditum dicatur Papale, vt firmatur in dd.
deciſionibus, & in deciſ. 379. num. 3. & dec. 452.
num. 1. par. 1. diuerſ. poſt aliam deciſionem Robuſterij
in Portuen. Plani vlmi, & coram eod. Card. Seraph.
dec. 794. numer. 26. & apud Card. Caual. dec. 583.
num. 8. Attamen non ligat Clericos, niſi de illis
3 expreſſam mentionem faciat, vel mandet ſeruari
in omnibus, & quibuſcunque Curijs, vt reſpon-
dendo ad deciſionem Robuſterij in Portuen. Pla-
ni Vlmi firmatum fuit in Romana Relocationis do-
mus 13. Martij 1595. coram Gipſio apud Pic. ad ſta-
tut. Vrb. dec. 38. num 2. 3. & 4. in Romana Reloca-
tionis Caſalis 16. Martij 1615. coram Card. Sacrato,
& in Romana Penſionis Prioratus 4. Februar. 1630.
coram bo. me. Pirouano apud Fenzon. ad idem ſtatut.
dec. 4. §. minus facit & §. ſeq. & dec. 69. §. quia Ius
non eſt in eo, in Romana Liberationis à fideiuſſione 4.
Martij eiuſdem anni 1630. coram bo. me. Merlino in-
ter eius impreſſ. dec. 901. numer 1. cum quatuor ſeqq.
in Romana Donationis de Caſtellanis 23. Iunij 1631.
coram bo. me. Coccino in rec. dec. 58. numer. 28. cum
ſeqq. par. 6. vbi num. 34. cum ſeqq. declarantur, &
reſpondetur omnibus deciſionibus in contrarium
allegatis in Romana dotis 11. Februar. 1647. §. Ad-
debant aliqui, & in Romana Domorum 15. Decembr.
1649. coram R. P. D. meo Meltio, §. nihil etiam fa-
cit & in Bonan. Hæreditatis 28. Iunij eiuſdem anni
coram eodem bo. me. Bichio §. nihil refragante.

Ratio enim concorditer adducta in omnibus
præſatis deciſionibus in eo conſiſtit, quod non
impugnatur ſtatutum ob defectum poteſtatis ex
Apoſtolica confirmatione ſublatum, ſed ex quo
vrget defectus voluntatis, quia niſi in ſtatuto fiat
expreſſa mentio Clericorum, vel adſint verba
4 vniuerſalia apta illos includere, ideſt, quod ſerue-
tur inter Ciues, & Incolas in omnibus, & quibuſ-
5 cunq; Curijs ſtatuentes, non cēſentur eos voluiſſe
cōprehendere vt cōprobāt omnes prædictæ deci-
6 ſiones, huiuſmodi autē voluntatis defectum Apo-
ſtolica confirmatio quamuis in forma ſpecifica
7 non ſupplet, cum natura confirmationis ſit robur
addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ
in confirmato non includuntur extendere, vt be-
nè vltra dd. reſolutiones reſpondit Rot. coram ſan.
mem. Gregor. deciſ. 159. num. 4. in Spoletana Bono-
rum 12. Aprilis 1646. coram Eminentiſſimo D. Card.
Corrado §. nec abſtat, quod d. conſtitutio, & in Rauen-
naten. hæreditatis 5. Iunij 1648. coram Eminentiſſimo
D. Card. Otthobono §. Neque ſuffragatur confirmatio
Apoſtolica inter eius impreſſ. dec. 149. num. 13.

Nec ſuffragantur verba in eodem Sratuto adie-
cta ibi: che neſſuna perſona Romana di qualſiuoglia
ſtato, e grado, ò preeminenza ſi ſia ardiſca &c. quià
8 intelliguntur de ſubiectis Iuriſdictioni ſtatuen-
tium, vt ſunt Conſeruatores Magiſtratum gene-
rantes, & ſimiles, non autem de Clericis non ſu-
biectis, quorum reſpectu, vt dictum eſt, deſide-
rat, vel expreſſa illorum mentio, vel quod ſerue-
tur in omnibus, & quibuſcunque Curijs.

Idque comprobant poſteriora ſtatuta ſuper ea-
dem materia reformatoria dotium condita de
anno 1567. tempore ſan. me. B. Pij V. & anno
1589. fel. rec. Sixti V. quæ vt comprehenderent
Clericos non ſteterunt in talibus terminis ſupra-
dictorum verborum, ſed de illis expreſſam men-
tionem fecerunt ibi: ſtatuimo, & ordinamo, che
neſſuna perſona Romana di qualunque ſtato, grado, e
preeminenza ſi ſia etiamdio Chierico ardiſca &c. vt
patet apud Conſtitutionem 39. ſan. me. B. Pij V. illo-
rum confirmatoriam in Bullar. nouo tom. 2. fol. 171.
& apud Conſtitut. 52. Sixti V. eodem tom. 2. fol. 429.
ſub rubrica moderatione delle doti in fine ibi: ſi
ordina ancora, che nelle ſopraſcritte prohibitioni,
pene ſiano compreſi Baroni, Cortegiani, ò foraſtieri,
che apparenteranno con Romani tanto originarij, come
Cittadini, & incoli di Roma ancorche ſiano Chierici
&c. In qua vlterius ſixtina conſtitutione enun-
ciantur præcedentia ſtatuta, & à Clemente VII.
confirmata non fuiſſe obſeruata; Inde enim con-
9 uincitur, quod quando ſtatuentes voluerunt com-
prehendere Clericos, eos ſpecialiter nominarunt,
quando autem omiſerunt huiuſmodi ſpecialem
nominationem, prout hic noluiſſe videntur illos
comprehendere vulg. arg. l. vnic. C. de caduc. tol-
len. fortius attenta explicita comprehenſione Ba-
ronum Curialium, & forenſium adiecta tam in
his vltimis, quam in alijs præcedentibus a B. Pio
V. confirmatis, qui tamen in ſtatuto, de quo agi-
tur anni 1531. expreſsè excipiuntur ibi: vogliamo
ancora, che dalli preſenti ſtatuti ſiano eſſenti Baroni, e
Cortegiani che ſono Romani, e foraſtieri, quali poſſano
coſtituir dote etiam contrahendo parentado con Romani
in qualunque quantità vorranno &c. dum enim no-
luerunt ligare forenſes, qui ligantur in alijs ſub-
ſequentibus ſtatutis, eo magis cenſetur noluiſſe
10 includere, nec ligare Clericos, qui veniunt ap-
pellatione forenſium, tanquam non ſubiecti cum
excipiantur Barones, multo magis cenſetur etiam
exceptus promiſſor dotis controuerſæ tunc tem-
poris Rotæ Auditor, & Epiſcopus, & ſic in ma-
iori dignitate conſtitutus, in ſtatuto enim con-
11 trario exceptio extenditur ex identitate rationis.
Rip. in l. ſi conſtante num. 80. cum ſeqq. ff. ſolut. ma-
trim. Alex. conſ. 130. ſub num. 8. circa med. lib. 4.
Gomez. ſuper regul. de tacen. quæſt. 49. num. 2.

Nec refert, quod ſtatutum diſponat etiam ſu-
per exequijs mortuorum, & in fine imponat pæ-
nam excommunicationis reſeruata abſolutione
12 ſoli Pontifici, quia reſpectu funeralium diſponit
tantum de ijs, quæ reſpiciunt pompam reſtriu-
gendo, & prohibendo inutiles expenſas, non au-
tem ſalutem animæ: de illis enim Laici poſſunt
ſtatuere, cum ex eis anima nullum conſequatur
beneficium, ſiuè detrimentum, vt notat. Felin. in
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ num. 95. verſ. nemini ta-
men de conſtit. quas, & alias refert Carol. de Graſſ.
de effect. Cleric. effect. 2. num. 468. pæna autem ex-
communicationis non fuit adiecta à Laicis ſta-
tuentibus, ſed ab eis enunciata tanquam impoſi-
13 ta à Papa, quæ propterea non extenditur vltra
perſonas in ſtatuto comprehenſas iuxtà naturam
confirmationis, vt probant auctoritates ſupra al-
legatæ.

Minuſuè obſtat, quod prohibeat etiam rece-
ptionem dotium, & Notarij, ne rogentur, quia
prohibet recipere quando datur à prohibitis, vt
clare declarat ſupradicta exceptio Baronum Cu-
rialium, & forenſium, quibus permittit dare do-
tes vſque ad quamcunque ſummam, & Romanis
illas recipere, hinc enim receptio in tantum dici-
tur prohibita, in quantum correſpectiuè eſt pro-
hibita datio iuxtà naturam correlatiuorum ea-
14 dem reſponſione euitat prohibitio facta Nota-
rijs, cum reſtringi debeat reſpectu perſonarum
prohibitarum, non autem quoad non prohibi-
tos.

Ex quibus DD. ſteterunt in deciſis coram me
18. Iunij 1655. reijciendo iterum exceptionem
contra Inſtrumentum obiectam ex rationibus ibi

& ab

& ab informantibus allegatis, & prætenſionem fructuum ad aliam particularem diſcuſſionem reſeruando.

Vtraque &c.

VITERBIEN. SALVIANI.
Lunæ 25. Iunij 1657.
ARGVMENTVM.

Remiſſoria de nouo non eſt concedenda ſuper iiſdem articulis poſt dedicita teſtificata, neque etiam ſub prætextu maioris ſpecificationis articulorum, dum iſta maior ſpecificatio conſiſtit in ſolo cortice verborum, & articuli in ſubſtantia eandem prorſus materiam continent; neque conceditur remiſſoria poſt rem iudicatam, commiſſa etiam cauſa reſtitutionis in integrum, niſi prius docto de cauſis dictæ reſtitutionis, & dato magno fumo veritatis materiæ articulatæ.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria de nouo non eſt concedenda ſuper eandem materiam ſuper qua fuerunt in partibus Teſtes examinati poſt dedictum eorum teſtificata, & publicationem proceſſus.*

2 *Remiſſoria de nouo non conceditur ſuper iiſdem articulis ſub prætextu maioris ſpecificationis, dum iſta in ſolo cortice verborum conſiſtit, & articuli in ſubſtantia prorſus eandem materiam continent.*

3 *Sententia per lapſum biennij non prorogatis fatalibus tranſit in iudicatum, dum interim nihil ſuit actum in cauſa.*

4 *Remiſſoria poſt rem iudicatam non conceditur, etiam ſi eſſet commiſſa cauſa reſtitutionis in integrum, niſi prius doceantur de cauſis dictæ reſtitutionis, & detur magnus fumus veritatis materiæ articulatæ.*

DECISIO DXLIII.

AD effectum impediendi immiſſionem in Saluiano a Patre Paulo Arringo obtentam per duas ſententias, alteram Iudicis de partibus, & alteram A. C. in poſſeſſionem quorundam Bonorum Equitis Papirij, & Lutij de Buſſis ad effectum ſibi ſatisfaciendi de fructibus cenſus ad eius fauorem impoſiti anno 1609. pro parte Colitigantis exiſtentis in poſſeſſionem eorundem Bonorum fuerunt producti plures articuli, & petita remiſſoria pro iuſtificatione, quod dd. Papirius, & Lutius, ac Lelius fratres de Buſſis, & communes Debitores quouſque vixerunt, ſemper ſteterunt in vniuerſali communione omnium bonorum illaque ſemper pro indiuiſo, & communiter poſſederunt, ſed hodie propoſito dubio Patre Paulo tantum informante reſponſum fuit non eſſe dan-
1 dam remiſſoriam, quia eadem materia in partibus fuit articulata, & deſuper examinati Teſtes, qui nihil probarunt. Cumque fuerint didicita eorum dicta, & publicatus proceſſus noua remiſſoria concedi non debet *cap. fraternitatis, vbi DD. de Teſtib. Clem. fin. eod. tit. Rota coram fin. me. Gregor. deciſ. 191. num. 3. coram Caual. deciſ. 163. nu. 4. in recent. deciſ. 41. num. 1. par. 7. in Piſauren. Iocalium 11. Martij 1650. coram R. P. D. meo Meltio §. ſecundus, & in Palentina decimarum 24. Ianuarij in fine & 23. Iunij 1656. §. articulata autem §. ſemperque ſubſiſtit coram me.* Maior autem diſtinctio,
2 & ſpecificatio facta in nouis articulis cum conſiſtat in ſolo cortice, & ſtructura verborum non vrget, dum in ſubſtantia eandem prorſus materiam continent, vt reſpondetur in d. *Piſauren Iocalium §. neque obſtare, & in d. Palentina Decimarum coram me in fine.*

Eo magis ex quo ſecunda ſententia confirma-
3 toria primæ de partibus ob lapſum nedùm biennij, ſed etiam quatriennij non prorogatis fatalibus tranſitum ſecit in iudicatum, ex quo interim nil actum fuit in cauſa *cap. eum ſit Romana extr. de appell. Clem. ſi appellationem eodem tit. Auth. ei qui C. de tempor. ad appellan.* Remiſſoria autem poſt
4 rem iudicatam non conceditur. *Caputaq. deciſ. 51. per tot. par. 3. Card. Seraph. deciſ. 1308. num. primo Card. Caual. deciſ. 208. num. 1. & deciſ. 281. num. 4. Rot. in rec. deciſ. 125. num. 10. part. 5. & in Bonon. pecuniaria 27. Iunij 1646. coram bo. me. Bichio §. primo quin*, & quatenus commiſſa eſſet cauſa reſtitutionis in integrum non concederetur niſi docto de cauſis dictæ reſtitutionis, vt ſubditur in d. *Bononien. Pecuniaria d. §. primo quin verſ. Et licet, etiam*, & dato magno fumo veritatis materiæ articulatæ, *Rota d. deciſ. 125. num. 36. part. 5. recent.*

Et ità vnica tantum &c.

PALENTINA DECIMARVM.
Mercurij 27. Iunij 1657.
ARGVMENTVM.

Sententia confirmatoria aliarum reſpectu vnius rei dicitur conformis, licet per caput ſeparatum reſpectu alterius rei ſit præcedentium reuocatoria. Immemorabilis per negatiuam coarctatam probatur; & quando dicatur ſufficienter probata.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ tres dicantur conformes ſi ſecunda in omnibus confirmet primam, & tertia quoad partem confirmet vtramque.*

2 *Sententiæ in vna parte conformes quoad eam ſunt exequendæ licet per caput ſeparatum in alia ſint diſformes, & vna plus contineat quam alia.*

3 *Capitulum potius, quam Beneficiati habet iuris aſſiſtentiam pro decimis vbi Parochia Diæceſis non ſunt diſtinctæ, & illud habet conſortium cum Epiſcopo.*

4 *Cura animarum penes eum exiſtere dicitur, cuius nomine adminiſtratur.*

5 *Decimæ de iure debentur Epiſcopo, penes quem eſt cura animarum.*

6 *Beneficia, & alia Dignitates in Hiſpaniæ Regnis fundatæ ſunt ſuper Decimis.*

7 *Decimæ debentur Capitulo habenti conſortium cum Epiſcopo, & conſequenter Iuris aſſiſtentia, & num. 14.*

8 *Teſtes habentes perſonales exceptiones non probant immemorabilem.*

9 *Teſtium depoſitiones, vt probent immemorabilem continere debent negatiuam coarctatam.*

10 *Negatiua coarctata probatur quid continere debeat.*

11 *Præſcriptio non currit Adminiſtratori, & ſocio contra abſentem ignarum, & eius fides acquiſcentem.*

12 *Immemorabilis excluditur ex mala fide.*

13 *Immemorabilis excluditur ſi conſtet de initio.*

14 *Immemorabilis non poteſt vnquam iuſtificari, ſi conſtet de actu contrario & num 15.*

15 *Cauſa vniuerſalis actus qua aliàs attenditur in materia decimarum; non relevat vbi Iuris aſſiſtentia eſt in contrarium; & conſtat de bonorum contra diſtinctione.*

16 *Bona tranſeunt cum ſuo onere, & quæ non mutantur ex mutatione perſonæ.*

DECISIO DXLIV.

DEnegata remiſſoria Beneficiatis Eccleſiæ Oppidi de Oſorno Palentinæ Diœceſis per duas deciſio-

deciſiones coram me editas 24. Ianuarij, & 23.
Junij 16 6. dubium hodie propoſui an conſtet de
tribus conformibus, cui affirmatiuè Domini reſ-
ponderunt.

Prima enim ſententia lata ab Ordinario Palen-
tino condemnat Beneficiatos ad reponendum in
horreo communi omnes decimas bonorum, quæ
vocãr annexa aequiſitorum pro Capellanijs cum
onere Miſſarum erectis ab annis 34. citra, & in
futurum erigendis æqualiter repartiendas inter
Capitulum Cathedralis pro tertia parte eoſdem
Beneficiatos pro alia tertia parte, & pro reſiduali
tertia parte inter fabricam Eccleſiæ, & Domi-
num temporalem eiuſdem Oppidi, decimas verò
aliorum bonorum pro Capellanijs, & Anniuer-
ſarijs erectis ante dd. annos 34. ab immemorabi-
li integraliter adiudicat ipſis Beneficiatis *Summ.
Capituli num.* 1

Secunda verò per Metropolitanum lata in om-
nibus confirmat primam eodem *Summ. num.* 2. ſed
tertia rotalis lata à R. P. D. meo Zarate præuia
deciſione 14. Maij 1655. reſpectu primæ partis
concernentis decimas bonorum aequiſitorum ab
annis 34. citra vtramque ſimpliciter confirmat,
reſpectu verò ſecundæ partis continentis decimas
bonorum aequiſitorum ante annos 34. per Capi-
tulum ſeparatum illas reuocat condemnando Be-
neficiatos ad reponendum etiam iſtas in eodem
horreo communi pro communi commodo Capi-
tuli Beneficiatorum fabricæ, & Domini tempora-
lis iuxtà modum in prima parte expreſſum.

Vndè quoad decimas bonorum aequiſitorum
1 ab annis 34. adſunt ſententiæ conformes, quia
ſecunda confirmat primam, & tertia quoad illas
confirmat vtramque, vt dixit *Rota deciſ. 647. nu.
1. par. 1. deciſ. 491. eodem nu. par. 5. & deciſ. 292.
in princ. par. 6. recent. etiam Duran. deciſ. 365. num.
3. & alijs allegatis in Cæſarauguſtana Canonicatus 9.
Iunij 1655. §. Verum præfatis*; nil refragante, quod
ſententia rotalis per Capitulum ſeparatum præ-
cedentes reuocet quoad decimas aliorum bono-
rum acquiſitorum ante annos 34. quia cum hodiè
petatur executio tantummodo reſpectu primæ
partis continentis decimas bonorum aequiſito-
2 rum ab annis 34. citra, ſatis eſt, quod eius reſpe-
ctu omnes tres ſententiæ conueniant licet per Ca-
pitulum ſeparatum in alia re ſint difformes, & vna
quid plus contineat, vt reſpondit *Rota poſt Cenc.
de cenſ. deciſ. 188. num. 5. in Bonon. fideicommiſſi de
Bologninis 4. Maij 1643. coram Reuerendiſſimo D.
Compoſtellano §. neque mixtura cum ſeq. & in Roma-
na reſtitutionis dotis 9. Iunij 16 6. coram R. P. D.
meo Priolo §. Quia cum hæc declaratio*.

Validitas autem in dubium non reuocatur, &
Iuſtitia optimè comprobatur ex deciſione coram
R. P. D. meo Zarate, cuius fundamenta non
euertuntur ob aſſiſtentiam Iuris pro Beneficiatis
allegatam ex quo exerceant curam Animarum
in toto Territorio de Oſorno, ſiuè ob prætenſam
immemorabilem quaſi poſſeſſionem per ſex Te-
ſtes deductam.

Iuris enim aſſiſtentia potius aſſiſtit Capitulo,
quam prædictis Beneficiatis; Nàm in tota Diœ-
3 ceſi Palentina nullæ adſunt Parochiæ diſtinctæ
nullus que adeſt Curatus particularis, ſed Epiſco-
pus Parochus vniuerſalis, qui vni, vel pluribus ex
Beneficiatis curã demandare ſolet cũ facultate il-
lam adminiſtrãdi ad eius libitum, & nomine ipſi-
4 us Epiſcopi, vndè cura animarum exiſtere dicitur
penes eundem Epiſcopum, cuius nomine admi-
niſtratur, non autem penes Beneficiatos, qui alie-
no nomine eam adminiſtrant *Io. Andr. in cap. cum
ignores ſub num. 2. verſ. ſed contra de præbend. Lot-
ter. de re benef. lib. 1. quæſt. 20. num. 130.* Rota *de-
ciſ. 2. num. 2. de exceſſ. Prælat. in nou. coram Card.
Caualer. deciſ. 615. num. 1. & in recent. deciſ. 258.
num. 3. part. 1. allegatis in 1. deciſ. ſuper remiſſoria
5 coram me §. quoad primum*, & propterea eidem
Epiſcopo de Iure deberentur decimæ *cap. fin. vbi
gloſſ. de Paroch. Rebuff. de decim. quæſt. 7. numer. 9.
Azor. Inſtit. moral. com. 1. lib. 7. cap. 25. quæſt. 9.
verſ. 3. quando non ſunt diſtinctæ Monet. de decim cap.
7. quæſt. 2. num. 10. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc.
part. 3. alleg. 86. num. 37. & de Iur. Eccleſ. vniuerſ.
lib. 3. cap. 26. §. 2. numer. 15.* Rota *in recent. deciſ.
520. num. 1. verſ. ſed vti vniuerſalis Parochi par. 1.
recent. & coram bo. me. Buratto deciſ. 64. numer. 2.
cum alijs per Add. ad eundem deciſ. 402. num. 6.* cum-
6 que in Regnis Hiſpaniarum Eccleſiæ Cathedra-
les Dignitates, & alia Beneficia fundata ſint ſu-
per Decimis, vt notum eſt firmauit *Rota
coram ſan. memor. Gregor. deciſ. 423. numer. 6. quã
etiam referunt Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. d. cap.
26. d. §. 2. d. num. 15. verſ. & in* Regnis *Hiſpania-
rum & Add. ad Buratt. d. deciſ. 402. d. num. 6. con-
ſimili verſ. & in Regnis Hiſpaniarum*, atque optimè
comprobatur *in d. deciſ. R. P. D. mei Zarate §. ex
7 quibus verſ. & omninò* Capitulum Cathedralis, de
qua agitur ſuper decimis controuerſis conſor-
tium habet cum ipſo Epiſcopo, & ab eo fomen-
tum recipit, & per quandam conſequentiam, in
iiſdem decimis habet fundatam intentionem, vt
tradunt *Rebuff. vbi ſupra d. quæſt. 7. numer. 13. &
Monet. pariter vbi ſupra d. cap. 7. d. quæſt. 2. nu. 13.
verſ. Imò Capitulum, & reſpondit Rota in Oſcen. De-
cimarum 21. Martij 1564. coram Rubeo, & coram
bo. me. Coccino deciſ. 254. num. 4. vſque ad fin. cum
alijs allegatis in d. deciſ. §. conſtat etenim*.

Nec ſubſiſtit quod Epiſcopus præciſè teneatur
duos eligere pro exercitio d. curæ ex corpore eo-
rundem Beneficiatorum; nam huiuſmodi præci-
ſam neceſſitatem excludit antiqua Cõſtitutio Sy-
nodalis, dum in ea aſſeritur in ſuis Eccleſijs non
adeſſe Beneficia deputata pro cura animarum, &
Epiſcopo opus eſſe conducere Paſtorem alienige-
nam, *vt reſpondetur in ſecunda deciſione ſuper
remiſſoria §. nihilominus iterum Domini coram
me*.

Prætenſa verò immemorabilis quaſi poſſeſſio
non probatur à dictis Teſtibus, & ex ſequentibus
prorſus deſtituitur; Teſtes enim præterquam plu-
8 res exceptiones perſonales ab informantibus de-
ductas, deponunt ſolum quod Beneficiati liberè
locarunt bona. & decimas controuerſas in hor-
reo particulari repoſuerunt, ſed non coarctant
9 negatiuam, quod illæ nunquam communicatæ
fuerint alijs intereſſatis, itaut aliter eſſe non poſ-
ſit quin ipſi ſcirent, potuerunt enim communi-
cari, vel eas imputando in portionem ſuam pro
alijs decimis horrei magni; vel in portionem fa-
bricæ, vt optimè reſpondit *Rota coram Card. Ca-
ual. deciſ. 437. num. 3. comprobata in Hiſpalen. De-
cimarum 15. Februarij 1647. coram R. P. D. meo
Meltio §. Addendum eſt etiam in Beneuentana Deci-
marum 8. Martij 1649. coram Reuerendiſſimo D. Ar-
chiepiſcopo Tarraconen. §. Tum quia dd. Teſtes, & in
Toletana Decimarum 28. Ianuarij 1650. coram eodem
§. nec refert, quod moniales*, minoſque deponunt,
10 quod Capitulum, & Canonici ſciuerint has De-
cimas per Beneficiatos reponi in horreo particu-

Digitized by Google

ſari, idque paſſi fuerint, ipſorumque partem pe-
tierint, & Beneficiati eam denegauerint, quod-
que huiuſmodi denegationi acquieuerint, vt opus
eſt in negatiuis exallegatis per *Rot. coram bo. me.
Buratto deciſ. 572. num. 4. in fine, & num. 13. in
Leodien. Decimarum 27. Ianuarij 1651. coram R. P. D.
meo Meltio §. non obſtat, quad hae quaſi poſſeſſio,
& in Calaguritana Decimarũ S. Aſcen ſy, & Daua,
lillo 17. Aprilis 1654. coram R. P. D. meo Zarate §. &
inſuper pro præſcriptione.*

Deſtruitur verò ſiuè ex quo Beneficiati tan-
11 quam adminiſtratores, & ſocij non potuerunt
præſcribere contra Capitulum ignarum, abſen-
tem, & illorum fidei acquieſcentem, vt poſt *Iaſ.
in §. quadam num. 32. Inſtit. de act. & alias reſpon-
ſum fuit in deciſ. huius cauſa coram eodem D. meo Za-
rate §. penult.* ſiuè ex prædicta Synodali Conſti-
tutione, quæ expreſsè diſponit, quod reſpectu
bonorum aſſignatorum pro Capellanijs, & Anni-
uerſarijs ex tunc erectis ab annis 30. vel 40. & in
futurum erigendis decimę reponerentur in horreo
communi, reſpectu verò bonorum Capellania-
rum, & Anniuerſariorum erectorum ab imme-
morabili, & in quibus conſuetudo immemora-
bilis vigebat, ea ſernetur *Summ. Capituli numer. 5.*
Vndè cum hodie non agatur de Capellanijs ere-
ctis ab immemorabili, nec de bonis à d. tempo-
re illis aſſignatis, ex quibus pariter nunquam de-
cimæ Capitulo fuerint ſolutæ, ſed de Capellanijs
erectis ab anno 1614. & de bonis, quæ fauore ip-
ſius Capituli decimabantur iuxtà confeſſionem
eorumdemmet Beneficiatorum *d. Summ. capituli
numer.* 6. vtique intrat prima pars diſpoſitionis
12 Conſtitutionis Synodalis, & excluditur omnino
prætenſa immemorabilis, tàm ex mala fide re-
ſultante ex eadem Conſtitutione *cap. fin. de præ-
ſcript. Card. Seraph. deciſ. 707. num. 7. Card. Caual.
deciſ. 91. num. 10. Rota in recent. deciſ. 265. num 17.
par. 5. & in Calaguritana Decimarum de Oeon. prima
Iulij 1654. coram me §. concordia autem verſ. atque
13 ex illius retentione*, quam ex eo, quod conſtat de
initio *Buratt. deciſ. 83. num. 6. Rot. in recent. deciſ.
542. num. 3. part. 4. & dec. 56. num. 16. par. 7.* &
14 etiam ex quo impoſſibilis eſt iuſtificatio, quod
nunquam actum, vel auditum fuerit quidquam
in contrarium, dum ab eadem Conſtitutione
contrarium prorſus deciditur reſpectu iſtarum
decimarum, vt dixit *Rot. coram ſan. me. Greg. de-
ciſ. 51. num. 3. ibique Add. litera B. in recent. deciſ.
243. num. 7. par. 2. coram bo. me. Bichio §. tandem,
verſ. omniſque penitus cum alijs allegatis in deciſ. §.
penult. verſ. etiamque deſtruitur, & in prima deciſ.
ſuper remiſſaria coram me §. fin.*

Refugium autem cauſę vniuerſalis præter quod
fauet Capitulo propter aſſiſtentiam Iuris, quam
15 habet ex conſortio cum Epiſcopo, vt dictum eſt,
non eſt applicabile, dum dicta Conſtitutio con-
tradiſtinguendo bona ab antiquo à moderno
tempore præſcriptionem reſtringit ad cauſam
particularem poſſeſſorum ab immemorabili, &
per conſequens inferri non valet ad Ius perci-
piendi decimas priuatiuè quoad Capitulum reſ-
pectu aliorum bonorum in quibus qualitas im-
memorabilis præſeruata in ſecunda parte Conſti-
tutionis non cadit, vt benè reſpondit *Rota coram
bo. me. Merlino dec. 434. num. 15.*

Cumq; controuerſa bona antequã anno 1614.
aſſignarentur pro Capellanijs, & Anniuerſarijs
eſſent decimabilia, vt dictum eſt, fauore Capituli
cum ſuo onere, & cauſa tranſiuerunt in Benefi-
16 ciatos, quæ non mutatur per mutationem perſo-
narum, *cap. quoniam, vbi Abb. de offic. Deleg. Card.
Caual. deciſ. 83. num. 7. Rota in recent. deciſ. 341.
num. 1. par. 1. & in d. Hiſpalen. Decimarum 15. Fe-
bruarij 1647. coram R. P. D. meo Meltio §. vltimo.*
Et ita vtraque &c.

PALENTINA DECIMARVM.

Mercurij 27. Iunij 1657.

ARGVMENTVM.

Conſortium Capituli cum Epiſcopo inducit iuris aſſiſtentiam fauore Capituli ſuper decimis, quæ ſola ipſius poſſeſſionem reddit manutenibilem. Ex mutatione perſonæ poſſidentis non mutatur Ius ſuper re poſſeſſa, ſed hæc tranſit in ſucceſſores cum ſuo onere, & cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio conceditur habenti pro ſe iuris aſſiſtentiam.*

2 *Capitulum habens conſortium cum Epiſcopo, habet quoque iuris aſſiſtentiam ſuper decimis.*

3 *Confeſſio Collitigantis ſuffragatur contra confitentem in iudicio manutentionis.*

4 *Bona tranſeunt in Succeſſores cum ſuo onere, & cauſa, neque per mutationem perſonæ poſſidentis mutatur ius alter competens ſuper bonis poſſeſſis.*

6 *In Remedio retinendæ ex poſſeſſione Actoris eiuſdem ius metiri debemus, quod quis numquam variatur ex variatione perſonarum ad quas tranſit res huiuſmodi iuri obnoxia.*

DECISIO DXLV.

CApitulo Palentino dandam eſſe manutentionem
quoad tertiam partem Decimarum Bonorum,
1 de quibus agitur, fuit deciſum, quia non ſolum
ipſi aſſiſtit Iuris aſſiſtentia ex conſortio, quod
2 habet cum Epiſcopo Parocho vniuerſali in hac
Diocœſi, quæ ſola ſufficit, vt ſit manutenen. *cap.
cum perſonæ circa fin. verſ. cum de Iure de priuil. in 6.
Garz. de Beneſic. par. 9. cap. 2. num. 59. & ſeq. Ro-
3 ta deciſ. 583. num. 2. in fin. par. 3. recent.* ſed etiam
probat ſuam quaſi poſſeſſionem illas percipiendi
ex dd. bonis antequam applicata fuiſſent pro cre-
ctione Capellaniarum ex propria confeſſione Be-
neficiatorum Collitigantium eius *Summar. num. 2.*
quæ optimè contra eos ſuffragatur in hoc Iudicio
Greg. dec. 200. n. 2. cum ſeq. & dec. 458.

4 Neque ex mutatione perſonarum, quæ poſſe-
derunt dicta Bona immutatum fuit Ius ipſius Ca-
pituli Actoris, quia ad iſtum effectum tranſiue-
runt in ſucceſſores cum ſuo onere, & cauſa, vt
plenè fuit probatum in *deciſione huius Cauſæ coram
me edita hac eadem die ſuper bono Iure*, vbi latè tol-
litur Immemorabilis per Beneficiatos prætenſa,
itaut quaſi poſſeſſio acquiſita contra Anteceſſores
ſit manutenibilis etiam contra Succeſſores, vt in
terminis fuit reſponſum in *Toletana Decimarum
5. Decembris 1653. coram R. P. D. meo Zarate ſub
5 §. Primo*; In remedio enim retinendæ Ius metitur
à Poſſeſſore, quod non mutatur ex variatione
perſonarum iuxtà *deciſ. Guidop. 629.* quam Rota
paſſim ſequuta fuit, & ſignanter *coram Gregor. de-
ciſ. 275. num. 2. coram Buratt. deciſ. 759. numer.* 3.
ibique Add. litera A. apud Poſth. de manut. deciſ. 47.
*num. 7. & in Aſten. Penſionis 27. Iunij 1650. coram
Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. §. quaſi
poſſeſſio poſt med.*

Et ita vtraque, &c.

ASTO-

Digitized by Google

ASTORICEN. PAROCHIALIS DE RVBIANA.

Mercurij 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Recurrens ad Iudices laicos pro impediendo effectu exequutorialium Rotalium, tenetur reficere omnes expenſas per collitigantem factas occaſione dictorum recurſuum, ſiuè ſint Iudiciales, ſiuè extraiudiciales, licet in Breue abſolutionis ab eo obtentæ non adſit clauſula *Refectis expenſis*, dum adſit alia Clauſula *ſinè litis, & collitigantis præiudicio*, quæ alteri Clauſulæ æquipollet, debent tamen expenſæ eſſe vereſimiles, pro quibus data verisimilitudine ſufficiunt probationes, quæ haberi poſſunt; nec in hac materia admittitur exceptio aliorum recurſuum ſimilium per collitigantem factorum, nec compenſatio expenſarum, præſertim ſi ſint illiquidæ, nec iuſtificatæ, & quænam dicantur expenſæ veriſimiles, vt veniant reficiendæ.

SVMMARIVM.

1 *Recurrens ad laicos tenetur reficere omnes expenſas à Collitigante factas occaſione recurſuum, ſinè Iudiciales ſint, ſiuè extraiudiciales.*

2 *Expenſarum refectio per Collitigantem peti non poteſt à recurrente ad Iudices laicos, dum in Breue abſolutionis ab eo obtenta à recurſu non adeſt Clauſula* Refectis expenſis.

3 *Declara hoc non procedere ſi in Breue adſit Clauſula* ſinè litis, & Collitigantis præiudicio, *quæ æquipollet Clauſulæ* refectis oxpenſis.

4 *Clauſula* ſine litis, & collitigantis præiudicio *præſeruat quodcunque intereſſe collitigantis, licet modicum, & æquipollet Clauſulæ* refectis expenſis.

5 *In materia expenſarum attenditur id quod eſt veriſimile.*

6 *Expenſæ dum ſunt veriſimiles ad illarum iuſtificationem ſufficiunt quæcunque probationes, quæ haberi poſſunt.*

7 *Beneficium controuerſum, ſeù Parochialis, dum eſt ſub ſequeſtro illius cura ſpectat ad Œconomum, cui debetur congrua ex fructibus illius.*

8 *Recurrens ad laicos non poteſt de alijs ſimilibus recurſibus per collitigantem factis opponere, nec expenſas compenſare.*

9 *Compenſatio non datur de liquido ad illiquidum.*

DECISIO DXLVI.

MIchael Delgado pro impediendo effectu Exequutorialium Rotalium reuocationis attentatorum habuit recurſum ad Iudices Laicos Regalis Audientiæ Ciuitatis Crunæ, Vndè Franciſcus RometusCollitigans pro remouẽdo hoc impedimento plures expenſas paſſus fuit; Cumque Delgado deindè obtinuerit à S. D. N. Breue abſolutionis, Romerus petebat refectionem expenſarum, & ideò hodie dubitaui An, & ad quam ſummam taxandæ ſint expenſæ, & reſpectu primæ partis Domini nullam habuerunt difficulta-
1 tem, quia recurrens ad Laicos tenetur reficere omnes expenſas à Collitigante factas occaſione recurſuum, ſinè iudiciales ſint, ſiuè extraiudiciales *cap. quoniam §. ſi quis verò, ibique gloſſ. verb. ſatisfactum de Immunit. Eccleſ. in 6. Archid. in cap. quanquam ad fin. verb. reſtituat de cenſur. in 6. Rot. in recent. deciſ. 744. num. 12. par. 8. recent. In Pampilonen. Electionis Canonicorum 11. Maii 1640. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, In Calaguritana Damnorum, & intereſſe 26. Iunij 1649. coram bon.*

mem. Bichio §. Hinc tenetur, & in Calaguritana Quarti Beneficij S. Ioannis de Molinar 3. Martij 1651. coram me §. Primo.

2 Non obſtat, quod non ſit agendum de expenſis, dum in Breue non adeſt clauſula, *refectis expenſis*, vt dixit *Rota in Pampilonen. Beneficij de Sos 28. Ianuarij 1577. coram Blanchetto apud Mortheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 432. num. 1. & in Pampilonen. Parochialis 8. Februarij 1647. coram bon. mem. Peutingerio §. Non obſtat etiam verſ. quam reſcribitenim Carolus.*

3 Quia quatenus hoc ſubſiſtat, ceſſat nihilominus hæc difficultas in caſu noſtro, ex quo adeſt Clauſula *ſine litis, & Collitigantis præiudicio*, quæ æquipollet dictæ Clauſulæ *refectis expenſis*, & pre-
4 ſeruat quodcunque Intereſſe Collitigantis, licet modicum, vt reſponſum fuit in dicta *Calaguritana 4. Beneficij S. Ioannis de Molinar coram me §. Nec refert;* Præſertim quia integra huiuſmodi expenſarum reſtitutio de Iure debetur, vt ſtatuit *S. M. Boniſacius VIII. in d. cap. Quoniam d. §. ſi quis verò* ibi; *Niſi tam Iudicis &c. quàm parti, quæ turbata in proſequutione fuerit ſui Iuris de iniuria, damnis, expenſis, & intereſſe prius per eundem integrè fuerit ſatisfactum, nullatenus abſoluatur*, & comprobant omnes ſupradictæ auctoritates.

Reſpectu verò ſecundæ partis Domini reſponderunt dd. expenſas pro nunc eſſe taxandas in ſcutis 40. & b. 30. cum in hac quantitate hodie viſæ fuerint veriſimiles, & à Teſtibus, alijſque Iuribus
5 in Summario relatis comprobatæ; Nam in hac materia attenditur id, quod veriſimile eſt; *Rota in dicta Calaguritana Damnorum, & Intereſſe coram*
6 *bon. mem. Bichio §. vlterius*, & data veriſimilitudine ſufficiunt quæcunque probationes, quæ haberi poſſunt, *Rota d. dec. 744. num. 14. par. 8. recent. & in dicta Calaguritana 4. Beneficij S. Io. de Molinar coram me in fine.*

Pro acceſſu hac de Cauſa per ipſum facto ad Ciuitatem Cruneę dicto loco de Rubiana diſtante à prædicta Ciuitate 40. Leucis, vt deponunt Teſtes *Summar. num.* 5. nempè pro expenſis Equi, illiuſque Cibarijs per quatuor dies acceſſus, & quatuor reditus (nam tempore intermedio, quo ibi ſtetit, poterat, & debuit d. Equum dimittere, & illum, vel alium deindè pro reditu conducere) ad rationem Iuliorum trium cum dimidio qualibet die, ſcilicet duorum pro Salario, & vnius cum dimidio pro Cibarijs ſcut. duo, & b. 80:

Pro ſalario famuli, cuius opera vſus fuit per dies 30. vt probant Teſtes *dicto Summario num.* 2. ad rationem Iuliorum 2. pro qualibet die ſcut. ſex.

Pro victu tam ipſius Franciſci, quam dicti eius famuli per eoſdem 30. dies ad rationem Iul. 4. pro qualibet die ſcuta 12. Quamuis enim Franciſcus in propria Domo minus impendiſſet pro eius victu, ſatis tamen notum eſt valdè maiores eſſe expenſas, quæ fiunt in Itinere; Ideò veriſimile, & probabile eſt, quod dietim præfatam quantitatem pro ſe, & famulo impenderit vltra id, quod Domi expendiſſet.

Pro mercede Notarij Rotalis Inſtrumenti ſubdelegationis Iudicis in partibus ad liquidandas dictas expenſas ſcut. vnum, & b. 50.

Pro ſportulis traditis d. Iudici ſubdelegato. & pro mercede eius Notarij iuxtà receptam *Summ. num. 6.* ſcuta vndecim.

Pro præſenti Poſitione, atque honorario Procuratoris pro Informatione tam in ſcriptis, quam

Digitized by Google

voce ſcuta 7. quæ inſimul calculatæ feciunt dicta ſcuta 40. & b. 30.

Reiectis tribus Partitis, nempè pro prætenſo Salatio Miniſtrorum Regiorum, & Procueatorum, cum Teſtes quoad hoc deponant de proprio Iudicio, ex quo à Conſilio Regio nulla fuerit acta, ſed ſimplex eelatio Proceſſus Iudicis Eccleſiaſtici per generalem Relatorem Regium, cui nihil ſoluitur.

7 Pro alio prætenſo Salario ſubſtituti dimiſſi pro cura Parochialis controuerſæ, quia cum eſſet ſub ſequeſtro, illius cura ſpectabat ad Æconomum, cui deberue congrua ex fructibus illius.

Et demum pro Proceſſu de partibus, eiuſque rubricatura, quia non conſtat de quantitate ſoluta.

Nec euitari poteſt eeſtitutio ſupradictarum expenſarum ſub prætextu, quod etiam Franciſcus
8 plures habuerit recurſus ad Laicos; Tum quia in hac mateeia non admittitur ſimilis exceptio, nec compenſatio, vt dictum fuit in *Cæſarauguſtana Cathedralitatis* 10. *Decembris* 1655. *coram bon. mem. Bichia, §. Gratis tandem*; Tum etiam quia non conſtat de talibus recurſibus, nec expenſæ per Michaelem, vt aſſeritur, factæ iuſtificatæ ſunt, nec liquidæ, ad *Text. in l. fin. C. de compenſat.*

Et ita vtraque &c.

COLONIEN. PECVNIARIA.

Mercurij 4. Iulij 1657.

ARGVMENTVM.

Sententia, niſi ab ea fuerit intra decem dies appellatum, tranſit in rem Iudicatam, nec aduerſus eam datur reſtitutio in integrum, dum ex illius validitate, & Iuſtitia ceſſat læſio, quæ eſt vnicum fundamentum dictæ reſtitutionis, & ex quibus validitas comprobetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia à qua intra decem dies non fuit appellatũ tranſit in rem Iudicatam.*

2 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam in iudicatum tranſactam non competit, dum ex illius validitate, & Iuſtitia excluditur læſio, quæ eſt vnicum fundamentum huiuſmodi reſtitutionis.*

3 *Validitas ſententiæ comprobatur ex reuolutione Actorum dum in eis concurrunt omnia requiſita per* Deciſ. Caputaq. 260. par. 2.

4 *Apocha manu debitoris ſcripta, & ſubſcripta, eiuſque ſigillo munita, contra ipſum facit plenam probationem.*

DECISIO DXLVII.

Reſponſum fuit conſtare de re iudicata, non autem de cauſis reſtitutionis in integrum, quia cum ſententia Rotalis præuia perſonali citatione lata fuerit 3. Iulij 1654. *Summ. Informantis num.* 2.
1 pro parte Iacobi Maechen ſuccumbentis infra decem dies, ab ea appellatum non fuerit, ſed ſolũ poſt duos menſes, & vltra, nempè 15. Septembris eiuſdem anni præſentata commiſſio eodem *Summar. num.* 3. Præfata vtrique ſententia in rem iudicatam tranſiuit *cap. Quæ ad conſultationem de re iudic. cap. concertationi de appell. in 6. Auth. hodie*
2 *C. eodem*, nec eſt locus in integrum reſtitutioni, cum ex eius validitate, & Iuſtitia ceſſet læſio, vnicum fundamentum huiuſmodi reſtitutionis, vt dixit *Rota dec. 1. de reſtit. in integr. in nou. coram Card. Caual. deciſ.* 194. *n.* 2. *coram Buratt. dec.* 323. *nu.* 2. *cum ſeqq. in Bonon. pecuniaria* 26. *Maij* 1643. *coram bon. me. Bichio §. vltimo cum alijs allegatis in Nornien. Iuris paſcendi* 23. *Maij* 1653. *coram R. P. D. meo Veroſpio ſub §.* 1.

3 Validitas namque ex actorum reuolutione cõprobatur, cum in eis concurrant omnia requiſita per *vulg. dec. Caputaq.* 260. *p.* 2. iuſtitiã verò Iuſtificat deciſio edita *coram R. P. D. meo Zarate* 26. *Maij* 1653. optimè firmans d. Iacobum Marchen teneri reſtituere hæredibus q. Ioannis Hermanni Reinfelden Daleros Imperiales 1875. (de quibus tantum hodie agitur ſuſpenſa inſpectione Intereſſe) ex quo conſtat de tali eius debito per Apochã
4 ſuæ obligationis propria eius manu ſcriptam, & ſubſcriptam proprioque Sigillo munitam, quæ propterea contra ipſum plenè facit probationem, vt præter auctoritates ibi allegatas reſpondit *Rota in Beneuentana Domus* 16. *Nouembris* 1648. *§. Creditum cum coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbobono inter eius impreſſ. dec.* 156. *num.* 2

Et ità vnica tantum &c.

ASTORICEN. PAROCHIALIS DE RVBIANA.

Veneris 11. *Ianuarij* 1658.

ARGVMENTVM.

Ad euitandam Aggrauatoriam quis non dicitur ſatis paruiſſe reuocationi Attentatorum per dimiſſionem poſſeſſionis, & fructuum reſtitutionem, niſi etiam attentata paſſo omnes expenſas, vſque ad obulum refecerit, ſi expenſæ ſint liquidatæ, & quatenus non ſint liquidæ, non ſufficit oblatio de illis reficiendis ſequuta liquidatione cum depoſito vnius Iulij, ſed tenetur attentans, vel procurare illarum liquidationem, vel præfixionem termini Collitiganti ad liquidandum, ſequeſtrum poſſeſſioni appoſitum pro reuocatione attentatorum non poteſt dici attentatum, tamquam appoſitum appellatione pendente cum à decreto reuocationis attentatorum regulariter non detur appellatio ſuſpenſiua, & quid ſi poſt appoſitionem ſequeſtri ſuperueniat Inhibitio Rotalis.

SVMMARIVM.

1 *In Iudicio Attentatorum integra expenſarum reſtitutio fieri debet vſque ad obulum.*

2 *Amplia, vt non ſufficiat oblatio de illis reficiendis ſequuta liquidatione cum depoſita vnius Iulij quatenus non ſint liquidæ.*

3 *Attentans tenetur procurare liquidationem expenſarum, vel præfixionem termini Collitiganti ad liquidandum.*

4 *Confeſſio eſt maior probatio, quæ dari poſſit contra confitentem.*

5 *Inhibitio regulariter reſpicit tantum futura, & non præterita.*

6 *Inhibitio non retrotrahitur ad præterita, ſed conſeruat Iura partium in eo ſtatu, in quo reperiuntur de tempore illius præſentationis.*

7 *Fructus Beneficij, vbi adeſt ſequeſtrum, & Æconomus ei, & non alijs conſignari debent, niſi expreſſo Iudicis decreto, & mandato aliter fuerit ordinatum.*

8 *Appellatio ſuſpenſiua regulariter non datur à decreto reuocationis Attentatorum.*

DECISIO DXLVIII.

Licet Michael Delgadus parendo ſententię declaratoriæ rotali contra eum promulgatæ pro reuocatione attentatorum renunciauerit, atque dimiſerit poſſeſſionem Parochialis controuerſæ, deinde captam à Franciſco Romero collitigante, atque conſignauerit Æconomo omnes fructus ab ipſo perceptos attamen cum non refecerit integraliter expenſas; Ideò ſub die 30. Aprilis anni

præte-

Digitized by Google

præteriti dictum fuit non eſtare de ſufficiēti pa-
1 ritione, ſed dandam eſſe aggrauatoriam; quia
in Iudicio attentatorum integra expenſarum re-
ſtitutio vſque ad obulum fieri debet, & quatenus
2 non ſint liquidæ, non ſufficit oblatio de illis reſi-
cien. ſequuta liquidatione cum depoſito vnius
3 Iulij, ſed attentans tenetur, vel procurare illarum
liquidationem, vel præfixionem termini Colliti-
ganti ad liquidan ex allegatis *in* deciſione.

Verum repropoſita cauſa 5. Decembris præte-
riti Rometus iterum contendebat fructus non po-
tuiſſe reſtitui Æconomo, ſiuè quia non conſtat de
illius deputatione, ſiuè quia non apparet effe-
ctuata ſaltem de tempore, quo præſentata iam
erat Inhibitio Rotalis, & ſic quod fuerit nulla,
& attentata ob appellationem ab ipſo interpoſi-
tam.

Legitimam tamen fuiſſe illorum reſtitutionem
in manibus Æconomi cauſa bis repropoſita denuo
DD. exiſtimarunt, & propterea reſponderunt *in*
omnibus ſtandum eſſe in deciſis, conſtat enim de
illius deputatione, & quidem antequam expedi-
ta, & præſentata fuerit Inhibitio rotalis; Nam
ſequeſtrum appoſitum fuit, & deputatus Æcono-
mus à Iudice ſecundæ Inſtantiæ ſub die 27. Septē-
bris 1650. vt in *Proceſſu fol.* 839. & in hodierno
Summar. Delgadi num. 9. Inhibitio autem rotalis
expedita fuit 19. Nouemb. ſequentis *Proc. fol.* 879.
& præſentata Delgado 23. Februarij 1651. *Proc.
fol.* 887. *& Summario Romeri num.* 2. Indeque ex
facto ceſſat ſuppoſitum denegatæ appoſitionis ſe-
queſtri, & deputationis Æconomi.

Effectuatio verò iuſtificata remanet non ſolum
ex reſtitutione fructuum à Delgado facta in ma-
nibus illius, ſed etiam ex mandato à Iudice ſe-
cundæ Inſtantiæ relaxato contra Romerum, vt
pareret dictæ deputationi, & ſequeſtro *dicto Sum-
mario Delgadi num.* 10. & demum ex propria ipſius
Romeri confeſſione, qui in partibus impugnan-
do deputationem alterius Æconomi proteſtatus
fuit 18. Martij 1655. illum non nominari, quia
iam nominatum erat, & iam cœperat recuperare
4 fructus, *& dicto Summar. num.* 12. Maior probatio
dari non poteſt contra confitentem, quam pro-
pria ipſius confeſſio *vulg. l. generaliter C. de non
numer. pecun.*

Nec refert, quod huiuſmodi effectuatio non
probetur ſequuta ante inhibitionem rotalem;
Quia cum à Rota decretum fuerit, quod pro re-
uocatione attentatorum à Delgado commiſſorũ
omnia reponentur in eo ſtatu, in quo reperieban-
tur de tempore Inhibitionis rotalis *Proc. fol.* 110.
cenſetur vtique demandatum, quod poſſeſſio re-
maneret ſub ſequeſtro, & fructus conſignarentur
Æconomo, prout erant, & conſignari debebant
5 tempore, quo præſentata fuit Inhibitio, quæ re-
gulariter reſpicit tantum futura, & non præterita
cap. ſi eo tempore, vbi Gemin. Franch. & alij de elect.
6 *in* 6. nec retrotrahitur, ſed conſeruat Iura Partiũ
in eo ſtatu in quo reperiuntur tempore ipſius præ-
ſentationis, vt tradit *Mandoſ de Inhibit. quæſt.* 22.
num. 4. verſ. contrariam, & ſic negatiuam, quem
ſequitur, *Peregr. conſil.* 91. *num.* 59. *lib.* 1. *Lan-
cellott. de attent. in præfat. cap.* 20. *nu.* 12. *cum alijs
per* Rot. *in Ianuen. Pecuniaria, ſeu Prateaſorum at-
tentatorum* 20. *Aprilis* 1640. *coram bo. me. Dunozetto*
7 §. *Non obſtat altera*. Et per conſequens ſufficit ef-
fectuatio ſubſequuta, quia vbicunque adeſt ſe-
queſtrum, & Æconomus ei, & non alijs conſi-
gnari debent, niſi ex præciſo Iudicis decreto, &
mandato aliter fuerit ordinatum, vt allegatis
concordantibus reſponſum fuit *in Aueniouen. At-
tentatorum* 28. *Iunij* 1651. §. *Nam licet*, *&* 10. *Fe-
bruarij* 1653. §. *vltimo coram* R. P. D. *meo Celſo*.

Nec turbat, quod ſequeſtrum ſit attentatum,
quia præterquod emanauit pro reuocatione alio-
8 rum attētatorum à Romero prius commiſſorum,
à cuius reuocationis decreto regulariter non da-
tur appellatio ſuſpenſiua, vt reſponſum fuit in
Anglonen. Territorij 13. *Iunij* 1650. *coram* R. P. D. *meo
Meltio* §. *E' conuerſo attentata*, Hodie nō eſt querēdũ
de validitate ſequeſtri, & deputationis Æconomi,
cum ſufficiat pro paritione, quod reponantur
omnia *in* eo ſtatu, in quo erant de tempore præ-
ſentatæ Inhibitionis totalis, vt dictum eſt.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DE MELLINIS.

Lunæ 14. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM:

Per ſuppreſſionē Religionis Authoritate Apoſtoli-
ca factam, quis dicitur ſolutus à vinculis ipſius
religionis, & poteſt viuere in ſæculo ſub Iuriſdi-
ctione ordinarij, hoc etiam procedit in tranſlato
de vna Religione ad aliam nam ſecuta legitima
tranſlatione ad ſecundam, & ibi emiſſa ſolemni
Profeſſione, non tenetur illa ſuppreſſa ad primam
Religionem reuerti, & quare, & quando tranſla-
tio, de vna Religione ad aliam dicatur legitimè
facta, & quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Monachus ſuppreſſa* Religione *in qua ipſe militabat
Auctoritate Apoſtolica remanet ſolutus à vincu-
lis ipſius Religionis, & poteſt viuere in ſæculo
ſub Iuriſdictione Ordinarij.*
2 *Monachus legitimè tranſlatus de vna Religione ad
aliam, emiſſa ibi ſolemni Profeſſione, ſi poſtea à
ſecunda eijciatur, vel eadem ſupprimatur non in-
dè primam denuò ingredi tenetur.*
3 *Monachus per legitimam tranſlationem, & ſubſe-
quentem Profeſſionem in ſecũda* Religione *ſolem-
niter factam, remanet prorſus ſolutus ab obliga-
tione erga primam.*
4 *Monachus poſt quam legitimè exiuit ab vna Reli-
gione, & nouam Profeſſionem ſolemniter emiſit
in ſecunda, non tenetur prima illum amplius re-
cipere, nec alere, ſi ad ipſam vellet redire.*
5 *Declara hoc tantum procedere, dummodo exitus non
fuiſſet illegitimus, & Monachus redierit ante
emiſſam profeſſionem in ſecunda.*
6 *Papæ voluntas dum apparet de illius poteſtate dubi-
tari non poteſt.*
7 *Monachi tranſlatio de vna Religione ad aliam, dum
fuit executioni demandata per eius receptionem
in ſecunda Religione, ſuſceptionem habitus, emiſ-
ſionem Profeſſionis, & per continuatam per-
manẽtiam in ea præſumptio ſtat pro illius vali-
ditate, & Iuſtitia.*
8 *Monachi trãſlatio de vna* Religione *ad aliam dicitur
legitima quatenus ſecunda Religio ſit valida, &
approbata, ſecus autem ſi de illius validitate, &
approbatione dubitetur.*
9 *Religio præſumitur valida, & approbata, dum per
ſpatium centum Annorum, & vltra pro Religio-
ne habita fuit, & inter alias Religiones connume-
rata.*
10 *Papæ ſufficit, quod in genere cogitauerit, ad effectum
vt ceſſare dicatur eius Intentionis defectus.*
11 *Monachus ex diſpoſitione* Sacr. Conc. Trid. ſeſſ. 14.
cap. 14. de reform. *debet perpetuò manere in*
ſecun-

Digitized by Google

ſecunda Religione, ad quam transfertur, durante
ipſa Religione, & donec ipſa durat, non poteſt
translatus de facto, & propria Auctoritate
exire.
12 *Secus verò dum Religio ad quam fuit trãslatus ſup-*
primitur, & ex facto Papæ eius Religioſi Iuriſ-
dictioni Ordinariorum locorum ſubijciuntur.
13 *Religio dum à Papa ſupprimitur eiuſque Religioſi*
etiam translati ab alia Religione Iuriſdictioni Or-
dinariorum locorum ſubijciuntur, ipſi non tenen-
tur redire ad primam Religionem.

DECISIO DXLIX.

DVbium aliàs propoſitum 27. Aprilis 1657. An.
D. Ioannes Celſus Mellinus ſit ſolutus a Reli-
gione, vel potius teneatur ad illam redire, ho-
die affirmatiue quoad primam partem negatiue
verò quoad ſecundam reſolutum fuit, quià cum
1 Religio Boni Ieſus, in qua poſtremo militabat,
Auctoritate Apoſtolica ſuppreſſa fuerit, ſolutus
remanſit à vinculis. Religionis, & in ſæculo vi-
uere poteſt ſub Iuriſdictione Ordinarij, vt tradit
Nauar. de Regular. commentar. 2. num. 34. Barthe-
lom. à S. Fauſt. in Theſaur. Reliq. lib. 6. quaſt. 249.
& lib. 8. q. 56. Modern. donat. rer. regular tom. 1.
par. 2. tract. 8. quaſt. 48.

Idque procedit etiam in traslato de vna Reli-
2 gione ad aliam, nàm ſi legitime ad aliam Reli-
gionem translatus fuerit ibique ſolemnem Pro-
feſſionem emiſerit, ſi poſtea ab hac ſecunda eijcia-
tur, vel eadem ſupprimatur, non inde primam
3 denuò ingredi tenetur, quia per legitimam tran-
slationem, & ſubſequentem Profeſſionem in ſe-
cunda Religione ſolemniter factam extincta
prorſus remanſit eius obligatio erga primam, vt
tradunt *Suarez de Relig, tom. 4. tract. 8. lib. 3. cap. 5.*
ſub num. 21. verſ. Immo addo Sanchez ſuper præcept.
Decalog. lib. 6. cap. 7. num. 87. verſ. Quare ea ipſo
Bordon. in eius tract. de Profeſs. Regul. cap. 2. q. 72.
verſ. Tertio certum eſt fol. 103. & verſ. vndecimo
fol. 109. Bonac. oper. moral tom. 1 tract. de Clauſur.
quaſt. 2. punct. 9. §. 4. difficult. 1. num. 1. & 3. circa
fin. fol. 718. vbi optimè diſtinguit *Caſtropal. oper.*
moral. par. 3. tract. 16. diſput. 3. punct. regular.
tom. 1. tract. 1. cap. 1. num. 34. & tract. 3. cap. 1.
num. 34. & tract. 3. cap. 1. ſect. 1. num. 9. Barboſ. col-
let. Doctor. in cap. licèt num. 28. de Regular. Bottiglin.
de ſucceſs. cap. 2. Theorem. 77. num. 14.

Eodem prorſus modo, quo extincta remanet
obligatio primæ Religionis erga ipſum, quia
4 poſtquam legitimè exiuit, & nouam profeſſio-
nem ſolemniter emiſit in ſecunda non tenetur
prima eum amplius recipere, nec alere ſi ad ip-
5 ſam vellet redire, licèt ſecus eſſet ſi exitus fuiſſet
illegitimus, & redierit ante emiſſam Profeſsio-
nem in ſecunda, vt notant *Silueſt. in Summ. par. 2.*
verb. Religio il 4. quaſt. 5. Sanch. in præcept. Decalog.
d. cap. 7. num. 104. verſ. Tandèm difficultas eſt Bo-
nacin. d. difficult. 1. num. 3. in fin. Pellizar. d. cap. 5.
ſect. 3. num. 105. in princ. verſ. ſi hæc contingant ante
Profeſſionem Donat. rer. Regular. tom. 1. par. 2. tract. 5.
de tranſ. quaſt. 5. num. 8. & 9. fol. 97. Bordon. rer.
Regular tom. 1. reſol. 29, num. 57. verſ. peracta verò
valida profeſſione, & num. 60.

Quæ indubitanter procedere dixerunt Domini
in caſu noſtro, quo Pontifex in ſupreſsione fa-
ciendò expreſſam mentionem etiam de Profeſsis
in alijs Religionibus & ad dictam Congregatio-
nem Boni Ieſus traſlatis nihilominus non præce-
pit illos ad primam Religionem redire debere,
ſed indiſtinctè omnes ſubmiſit Iuriſdictioni Ordi-
nariorum locorum ibi -- *Nihilominus ex alijs ordi-*
nibus etiàm mendicantium Profeſſos ad ſe transeuntes
recipere conſueuerit &c. ac Religioſos Congregationis
ſuppreſſæ huiuſmodi, qui in Congregationem Vota Re-
gularia emiſerunt quoad vixerint omnimodæ Iuriſdi-
ctioni, & obedientiæ Ordinariorum locorum ſubijci-
mus Sum. Io. Celſi num. 10. Huiuſmodi enim ſup-
primentis diſpoſitio ponit rem in claris, om-
6 nemque tollit dubitandi occaſionem, dum ex ea
apertè apparet de illius voluntate, ac de poteſta-
te dubitari non poteſt, vt dixit *Rota in recent. dec.*
292. num. 7. par. 6. recent.

Exitum autem Io: Celſi à prima Religione
fuiſſe legitimum in dubium reuocari non poteſt,
dum factus fuit præuia expreſſa licentia tàm con-
ſultationis generalis d. Religionis *Sum. n. 1.* quam
Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regula-
rium ter repetita *Sum. num. 2.* Cumque exequu-
7 tioni demandata fuerit per eius receptionem in
ſecunda ſuſceptionem habitus, & emiſſionem
nouæ profeſſionis *eodem Sum. num. 3.* ipſiuſque
continuatam permanentiam vſque ad d. ſuppreſ-
ſionem, perperam vtique illius nullitas allegatur
opponendo, quod fuerit ſine cauſa, & ad laxio-
rem, cum attentis præfatis præſumptio ſtet pro
illius validitate, & iuſtitia per ea, quæ dixit *Rota*
coram bo. me. Buratto deciſ. 842. num. 4. & coram
Reuerendiſſimo D. Card. Otthobono deciſ. 154. num.
28. cum concordantibus allegatis in *Vicen Paro-*
chialis 20. Ianij 1650. coram bo. me. Bichio §. Si-
quidem.

Non obſtat, quod præfata procedant quate-
8 nus Secunda Religio ſit valida, & approbata,
ſecùs verò ſi de illius validitate, & approbatione
dubitetur vt in propoſito deducitur ex verbis ip-
ſiuſmet ſuppreſſionis ibi: *Et quamuis de ſui funda-*
tione, & erectione huius Sanctæ Sedis Apoſtolicæ au-
ctoritate legitimè facta per literas, & relationes nuper
9 *exhibitas minime docuerit, &c.* Quia præter quod
eius validitas, & approbatio conuincitur dum à
Primordio eius erectionis vſque ad ſuppreſſionem
ſpatio annorum centum, & vltra pro Religione
habita fuit, & inter alias Religiones connume-
rata, vt refert *Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1.*
cap. 41. num. 157. accedentibus etiam, tàm literis
Apoſtolicis Pauli V. & Iulij III. *d. Sum. num. 6. &*
7. quam licentiam Cardinalis Farneſij Maioris
Pænitentiarij vigore facultatis, & mandati ſibi,
vt aſſeruit viuæ vocis oraculo à Papa attributi,
ex eo ſolùm quod Pontifex dubitauit Religio-
nem eſſe approbatam, & nihilhominus aſſeruit
conſuetam fuiſſe recipere translatos ex alijs Re-
ligionibus, & omnes ſubmiſit Iuriſdictioni Or-
dinariorum locorum, nec præcepit quod iſti ad
10 primam Religionem tenerentur redire; Inde
ceſſat prorſus eius intentionis defectus, ad quem
effectum etiam genericà cogitatio ſufficit *Felin.*
in cap. nonnulli num. 18. de reſcript. Rota dec. 24.
num. 9. part. 5. rec.

Nec vrget diſpoſitio *Sac. conc. Trid. ſeſſ. 14.*
11 *cap. 12. de reformat* quatenus diſponit translatum
debere perpetuo manere in ſecunda Religione
ad quam transfertur; Intelligitur enim donec
ipſa Religio duret, eaque durante vellet transla-
tus de facto, & propria auctoritate exire, ſecus ve-
12 rò dum Religio ſupprimitur, & ex facto Papæ
eius Religioſi etiam translati Ordinariorum lo-
corum Iuriſdictioni ſubmittuntur, tunc enim
13 non tenentur ad primam redire ex alleg.

Et ita vtraque. &c.

ARI-

Digitized by Google

ARIMINEN FRVCTVVM.

Mercurij 16. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Emptor cenſus nunquam poteſt agere pro reſtitutione ſortis principalis, nec reſpectu illius dicitur Creditor Venditoris, & licet vbi fuit inſtitutum Iudicium concurſus ob decoctionem debitoris poſſit Creditor cenſus etiam ſortem principalem repetere, hoc tamen dumtaxat procedit, vbi ipſe Creditor in eodem iudicio comparet, & petit ſibi aſſignari locum inter Creditores, & adiudicari tot bona debitoris, quod ſufficiant tam pro fructibus, quàm pro ſorte; ſecùs autem ſi non compareat, vel petat ſolum bona pro fructibus; Et licèt debitor Cenſus in inſtrumento locationis eius bonorum mandauerit Conductori, vt cum affictibus ſucceſſiuè decurrendis cenſum extingueret, inde tamen eo non extincto nulla actio dicitur quæſita Creditori Cenſus pro repetione ſortis principalis illius.

SVMMARIVM.

1 *Hæres dum adiuit hæreditatem cum Benef. leg. & Inuent. & Inuentarium confecit, inde dicitur ceſſare confuſio Bonorum, & iurium defuncti, cum bonis, & iuribus Hæredis.*

2 *Heres cum benef. leg. & Inuent. non tenetur de proprio pro debitis hæreditarijs integra de bonis hæreditarijs reddita ratione.*

3 *Sors principalis Cenſus eſt irrepetibilis iuxta conſtitutionem* San. me. Pij V. 79. Bul. Tom. 2.

4 *Creditor cenſus reſpectu ſortis principalis non dicitur Creditor Venditoris, cum pro illius reſtitutione agere non poſſit.*

5 *Creditor Cenſus, facta diſdicta per debitorem, & ſequuta illius acceptatione poteſt intra annum etiam à debitore inuito ſortem principalem repetere.*

6 *Creditor cenſus poteſt petere etiam ſortem principalem, dum fuit factum Iudicium concurſus ob decoctionem debitoris.*

7 *Declara hoc tantum procedere, ſi in iudicio concurſus ipſemet Creditor compareat, & petat ſibi locum aſſignari inter alios Creditores, & adiudicari tot bona, quod ſufficiant tàm pro fructibus, quàm pro ſorte.*

8 *Secùs autem ſi vel non compareat, vel petat locum, & bona ſolum pro fructibus, tunc enim cenſus non habetur pro extincto, nec eſt locus repetitioni ſortis.*

9 *Cenſus non cenſetur extinctus, nec fuit locus repetitioni ſortis principalis ex ſolo iudicio concurſus ob decoctionem debitoris facto, niſi creditor cenſus compareat, & petat ſibi aſſignari locum, & bona tàm pro fructibus, quàm pro ſorte.*

10 *Creditor cenſus, non poteſt agere ad reſtitutionem ſortis, ex eo quod debitor illius in inſtrumento locationis ſuorum bonorum mandauerit Conductori vt ex fructibus ſucceſſiuè decurrendis cenſum extingueret.*

DECISIO DL.

ROta conceſſit Portiæ Battaglinæ nouam audientiam ſuper reſolutis 7. *Iunij* 1655. *coram bo. mem. Bichio*, præciſè ordinando, quod ſtrictè ſcriberetur an forma Statuti Ariminen ſub Rubrica *quod omnia bona Mulierum extra Dotem poſita ſint obligata Creditori earum*, teneretur Capitaneus Laurentius eius Maritus ex fructibus bonorum, de quibus agitur extinguere cenſus controuerſos; Cauſa ter propoſita, negatiuè DD. reſponderunt, & ſic ſteterunt in deciſis.

Loquitur enim d. municipalis diſpoſitio de Creditoribus Mulierum, quorum fauore omnia bona illarum ſint obligata: ideò duplici fundamento caſui noſtro non applicatur; Et primo quia pro cenſibus cõtrouerſis non erant obligata bona Portiæ, ſed ſolum bona hæreditaria Ludouici eius Patris, Et quamuis ipſa fuerit eius hæres, attamen quia hæreditatem adiuit cum beneficio
1 legis, & Inuentarij, Inuentariumq; confecit, inde
ceſſat confuſio bonorum, & iurium Defuncti cum
bonis, & iuribus Portiæ hæredis, ac propte-
2 rea eius bona propria non ſunt obligata pro de-
bitis hæreditarijs integram de bonis illius red-
dendo rationem vt dixit *Rota coram bo. me. Coccino deciſ. 8. num. 4. & coram bo. me. Merlino deciſ. 72. ſub. num. 3. & deciſ. 721. num. 1.*

Secundò quia ſortes principales cenſuum ſunt
3 irrepetibiles iuxta præſcriptam formam conſti-
tutionis 79. *San. me. Pij V. in Bullar. tom. 2.* & ſic
4 Domini cenſuum quoad eas non dicuntur credi-
tores venditorum cenſuum, cum pro illarum re-
ſtitutione agere non poſſint, *Card. Seraphin. dec. 890. num. 10. coram bo. me. Merlino deciſ. 463. nu. 6. & coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono deciſ. 180. num. 16.*

Non obſtat, quod hoc non procedat facta diſ-
5 dicta per Debitorem; & ſequuta illius acceptatio-
ne per Creditorem, quo caſu intra annum poteſt
creditor etiam à debitore inuito ſortē principa-
lem repetere, vt diſponit d. Piana Cõſtitutio §. 11.

Quoniam de huiuſmodi diſdicta in caſu noſtro
6 non conſtat, & quamuis replicetur æquipolle-
re concurſum ob decoctionem Debitoris, deinde
factum ad inſtantiam Portiæ, fuit tamen animad-
7 uerſum, quod tunc demum id procedit quando
Dominus Cenſus in iudicio concurſus, & diſcuſ-
ſionis bonorum ſui Debitoris, comparet peten-
do ſibi aſſignari locum inter Creditores, & adiu-
dicari tot bona, quæ ſufficiant, tàm pro fructibus
8 quàm pro ſorte, ſecùs autem ſi non compareat,
vel petat locum, & bona ſolum pro fructibus.
tunc enim cenſum non haberi pro extincto, nec
eſſe locum repetitioni ſortis ſecundum veriorem,
& communiorem opinionem tradunt *Franc. Milanen. deciſ. Sicul. 2. num. 16. & 17. lib. 2. Cenc. de Cenſ. quæſt. 107. ſub. n. 29. verſ. poteſt ſupradictis cum ſeqq. & quæſt. 108. ſub n. 14. verſ. vel ſi quando Modern. Salgad. in Labyrinth. Credit. par. 1. cap. 22. nu.* 45. & 46.

In propoſito autem ſolum adeſt ſententia lata
in Iudicio ſeparationis moto à Portia contra
creditores paternos, in quo iſti non inſteterunt,
9 vt requiritur pro reſtitutione ſortium principa-
lium cenſuum, imo illud ſemper impugnauerunt,
hodierno Sum. Ludouici, & fratrum num. 1. & 2.
nec in d. ſententia pro dd. ſortibus aliqua bona
eis adiudicata fuerunt, ſed omnia ad fauorem
Portiæ fuerunt relaxata, atque ideo nullo prorſus
modo exinde prętendi poteſt fuiſſe factum locum
ipſarum repetitioni, vt probatum eſt, & compro-
bauit *Rota in rec. deciſ. 60. num. 3. par. 1.*

Nec ſubſiſtit, quod ſaltèm deberet extingui
cenſus ſcutorum 800. debitus Alexandro Gam-
10 balungo, ex quo Ludouicus in inſtrumento Lo-
cationis certorum bonorum mandauerat Condu-
ctori, vt illum extingueret cum affictibus ſucceſ-
ſiuè decurrendis, quia non inde huiuſmodi pa-
ctum actionem præbuit Creditori cenſus pro re-
petitione ſortis principalis illius, vt bene reſpon-

dēt

det deciſ. bo. me. Bichij §. nec obſtat, ex Roderic. de anu. reddit lib. 2. quaeſt. 13. num. 24. in fine Felician. de cenſib. lib. 1. cap. 7. num. 17. cum concordantibus allegatis in Ciuitatis Plebis Salatani 1. Iulij 1647. §. extrema in fine coram eodem bo. me. Bichio.
Et ità vtraque, &c.

MAIORICEN. CANONICATVS.

Mercurij 23. Ianuar. 1658.

ARGVMENTVM.

Cauſa commiſſa in Rota cum clauſula, Parito literis Apoſtolicis arbitrio Rotæ, qualiter ſit intelligendum tale arbitrium. Beneficium dicitur vacare ob nullitatem electionis. Teſtes vt dicantur probare conſuetudinem, qualitèr deponere debeant.

SVMMARIVM.

1 *Literæ Apoſtolicæ ſunt exequendæ ſi ſint iuſtificatæ.*
2 *Beneficium dicitur vacare ob inualiditatem electionis, & collutionem inde factam.*
3 *Collatio facta in paritate votorum non eſt valida.*
4 *Votum Epiſcopi eſt ponderoſius cæteris quia paritatu prævalet.*
5 *Teſtes non probant conſuetudinem, ſi ingenuè fateantur, nunquam euenisse talem caſum.*
6 *Teſtes, vt probent conſuetudinem debent deponere in caſu præciſo, de quo agitur.*
7 *Quod multo magis procedit ſtante diuerſitate rationis in vtroque caſu.*
8 *Conſuetudo, cum ſit ſtricti Iuris, attenditur tantum in caſu, de quo agitur.*
9 *Conſuetudo non extenditur de vno loco ad alium.*
Conſuetudo vnius Eccleſiæ non extenditur ad aliam num. 9.
10 *Teſtes deponentes de proprio ipſorum iudicio, & credulitate nullum gradum probationis faciunt.*
11 *Teſtes deponentes de proprio iudicio non probant quamuis affirment id pro certo tenere.*
12 *Verba vniuerſalia generaliter ſunt intelligenda.*
13 *In conſuetudinis materia requiritur ſpecialis, & indiuidua probatio eiuſdem caſus, nec admittitur probatio generalis.*
14 *In conſuetudine probanda, quando admittatur cauſa vniuerſalis, & quando non.*
15 *Præſcriptum dicitur tantum, quantum poſſeſſum.*
17 *Epiſcopus conſideratus in Capitulo vti Prælatus, nullum habet votum deciſiuum, conſideratus verò vti Canonicus habet tantum vnum votum ſicuti cæteri Canonici.*
18 *Conſuetudo, vt validè dicatur introducta, requiritur actuum frequentia.*
19 *Quadragenaria poſſeſſio requiritur ad effectum vt admittatur ius Capitulo, & detur Epiſcopo, aut ſaltem decennalis & num. 20.*
21 *Conſuetudo, vt dicatur iuſtificata, neceſſe eſt probatio plurium actuum effectuatorum, cum vnicus actus non ſufficiat.*

DECISIO DLI.

CVM clauſula, Parito literis arbitrio Rotæ, cõmiſſa mihi fuit cauſa appellationis interpoſitę à ſententia rotali declarante literas Apoſtolicas Ioanni de Togores vti iuſtificatas eſſe exequendas & propoſito hodie dubio reſponſum fuit non intrare arbitrium pro retardatione, quia literæ A-
1 poſtolicæ ſunt exequendæ ſi probentur iuſtificatę vt in his terminis dictum fuit *in Soruna Beneficij 26. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono inter eius impreſſas deciſ. 272. num. 1. & 2. & in Viennen. Prioratus 22. Maij 1656. coram R. P. D. meo Veroſpio §. 1.*

Omiſſis enim alijs, quæ non reuocantur in du-
2 bium iuſtificata omninò iterum viſa fuit narratiua vacationis ob inualiditatem electionis, & collationis factæ ad fauorem Didaci Deſclapes in concurſu Franciſci Olezę, ex quo Franciſcus electus fuerat à maiori parte, aut ſaltem à medietate; Didacus verò à medietate tantùm, aut à minori parte; Cum enim ex decem, & nouem votis decem fuerint ad fauorem Franciſci, alia verò nouem pro Didaco Franciſcus a maiori parte electus, & quatenus ex dd. decem deleri debeat votum Canonici Gabriellis Collectoris ob non ſer-
3 uatam formam *cap. penult. §. fin. de elect. in 6.* vota remanent paria, atq; vterque electus a medietate, & ſic collatio facta fauore Didaci in paritate votorũ eſt inualida (vt Ioannes Papæ narrauit) *cap. Cumana cap. in Geneſi. & cap. Eccleſia veſtra de elect. vbi Abb. num. 13. poſt med. verſ. ſi autem omnia.*

Non obſtat, quod inter vota Didaci adeſſet il-
4 lud Epiſcopi, quod ex conſuetudine, tam huius Eccleſiæ, quam aliarum Regni Hiſpaniarum, qualificatum eſt, & ponderoſius, cæteriſque in paritate prævalet.

Quia Teſtes ad hunc effectum examinati licet
5 ſpecificent nonnullos alios actus electionis Officialium, & Miniſtrorum Capituli, omnes tamen vno ore ingenuè fatentur in Eccleſia maioricen. nunquam euenisse caſum electionis Canonici in paritate votorum præter controuerſum *Sum. nu 1.*
6 Ideò non concludunt conſuetudinem, quę ſuffragetur, cum in indiuiduo caſus, de quo agitur
7 probari debeat, præſertim concurrente diuerſitate rationis de vno caſu ad alium, vt optimè pluribus allegatis firmatur *in 2. Deciſ. huius cauſæ coram R. P. D. meo Melzio 25. Iunij prædicti §. Deficiunt in propoſito cum duob ſeqq.* quibus addi poſſunt
8 *deciſ. 799. n. 3. par. 1. diuerſ. & coram Card. Caual. deciſ. 172. num. 5. & deciſ. 205. num. 8.* Conſuetudo enim tanquam ſtricti iuris attenditur ſolum in caſu, in quo ſeruata fuit *l. quod non ratione ff. de legat. Nat. conſ. 40. nu. 2. Soccin. Iun. conſ. 101. num. 13. lib. 2. Card. Mantic. deciſ. 56 num. 7. & 8. Card. Seraph. deciſ. 326. num. 2. Rota in Meſſanen. Decimarum 27. Maij 1641. coram bo. me. Dunoz-*
9 *zettu §. nec releuant oppoſitiones;* Neque extenditur de loco ad locum (eſto quod probaretur in alijs Eccleſijs ſimilem conſuetudinem vigere) *Card. Seraph. deciſ. 1159. num. Rota in rec. deciſ. 214. n. 20. part. 7.*

Et quamuis nonnulli ex dd. Teſtibus ſubdant ab eis habitum fuiſſe pro certo, & indubitato aſſertam conſuetudinem huius Eccleſiæ procedere quoque in electionibus Canonicorum, attamèn
11 cum id ſimplicitèr dicant de proprio ipſorum iudicio, & credulitate nullum gradum probatio-
11 nis faciunt etiam ſi affirment illud habere pro certo *Iaſ. in rubr. ff. de Iur. iuran. num. 2 Cæſar de Graſſ. 76. aliàs 7. nu. 2. de Teſtib. Burat. deciſ. 599. num. 12. Rota in recent. deciſ. 695. num. 2. par. 8.*

Nec releuat, quod per verba vniuerſalia gene-
12 ralitèr deponant de actibus capitularibus, & propterea ſub huiuſmodi cauſa vniuerſali omnes caſus includantur.

Quia præter quod in materia conſuetudinis
13 requiritur ſpecialis, & indiuidua probatio eiuſdem caſus, nec admittitur generalis, vt dixit *Rota d. deciſ. 799. num. 3. par. 1. diuerſ. coram Card. Caual. d. deciſ. 172. num. 5. & in recent. deciſ. 422. num 13. part. 1.* Tunc demum cauſa attenditur
14 vniuerſalis, quando deſuper concurrit iuris aſſi-
ſtentia,

ſtentia, ſecùs autem ſi ius non aſſiſtat, vel faueat
alteri, tunc enim quaſi poſſeſſio non extenditur
de caſu ad caſum, & tantùm dicitur præſcriptum
35 quantum poſſeſſum, vt notat *Abb. in cap. 1. ſub*
num. 3. verſ. dicitur enim de Religioſ. Domib. Grab.
de præſcript. concluſ. 2. num. 22. Mareſcot. var. reſol.
lib. 1. cap. 11. num. 22. Poſtb. de manut. obſeruat.
73. num. 178. Put. deciſ. 301. num. 1. lib. 2. in cor-
rect. Rota in recent. deciſ. 416. nu. 2. verſ. quia eam
Rectori part. 2. & coram bo. me. Coccino deciſ. 497.
num. 1. & 2. cum alijs per Add. ad Greg. deciſ. 557.
num. 12. verſ. 2. non procedit. Nec contradicit
deciſ. 809. bo. me. Burat. Nam in ſuo caſu Ius aſſi-
36 ſtebat Priori ob particularia ſtatuta illius Eccle-
ſiæ, in quibus clariſſimè cauebatur, quod in quo-
cunque negocio Capitulari ſi vota eſſent paria,
præualere deberent illa in quibus votauit Prior,
vt habetur *ſub num. 3. & per tot.* In propoſito au-
37 tem non extantibus huiuſmodi ſtatutis in rebus
pertinentibus ad Capitulum Epiſcopus tanquam
Prælatus nullum habet votũ deciſiuum, conſide-
ratus verò tanquam Canonicus de iure vnius dũ-
taxat vocis ſuffragium (prout quilibet ex Cano-
nicis obtinet, vt latè probatur *in 1. deciſ. 27. Maij*
1656. §. Præterea & in 2. §. etenim de iure.

Indeque deficit etiam aliud requiſitum pro in-
18 ducenda conſuetudine neceſſarium, nempe fre-
quentia actus cum temporis diuturnitate, nam aut
19 requiritur quadragenaria, ex quo eius vigore a-
dimitur Ius Capitulo, & datur Epiſcopo, vt fir-
matur in deciſionibus, & tradunt *Garz. de benef.*
par. 5. cap. 4. num. 89. cum ſeqq. & Lotter. de re be-
20 *neſ. lib. 2. quæſt. 21. num. 46.* Aut ſaltem decen-
nalis, vt contendebant Informantes pro Didaco
& dixit *Rota in Mediolanen. ſubſtentationis libri 25.*
Ianuarij 1647. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen.
§. Cum ſtatuto; Certum eſt quod nec quadragena-
ria, nec decennalis iuſtificatur in ſpecie caſus cõ-
trouerſi, dum Teſtes non deponunt de actu ele-
ctionis Canonicorum in paritate votorum cum
prælatione illius, cuius fauore Epiſcopus dedit
ſuffragium, & tamen neceſſaria eſt iuſtificatio plu-
rium actuum effectuatorum ad effectum inducen-
di conſuetudinem, cum vnicus non ſufficiat, vt
dictum fuit *in Interamnen. mercedis 15. Maij 1645.*
coram bo. me. Penzingerio §. nec alia conſuetudo, verſ.
neque exemplum.

Et ita vtraque &c.

MANTVANA BONORVM.

Lunæ 28. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Finita linea ſubinueſtiti, licet feudum regularitèr deuoluat ad Dominum Immediatum primum inueſtitum, non autem ad dominum mediatum, & directum, hoc tamen non procedit vel vbi ſubinueſtitus cauſam non habet ab ipſo primo Inueſtito, vel vbi primus Inueſtitus in Inſtrumento ſubinueſtituræ liberauit bona ab omni onere feudali ad fauorem ſubinueſtiti nullo iure ſibi prorſus reſeruato tunc enim deuolutio non ſpectat ad Dominum immediatum, ſed ad Dominum mediatum, & directum; Huiuſmodi autem liberatio bonorum facta à primo Inueſtito non dicitur nulla ex defectu conſenſus Domini directi, vel vbi ex conſuetudine loci bona feudalia ſunt redacta ad inſtar allodialium, vel vbi in inueſtitura a Domino directo conceſſa primo Inueſtito fuit illi attributa ſpecialis facultas alienandi, & in omnem caſum huiuſmodi nullitas allegari non poteſt niſi ab ipſo Domino directo, ad cuius fauorem dicitur inducta.

SVMMARIVM.

1 *Deuolutio ſubfeudi regulariter ſpectat ad immediatum primum Inueſtitum, non autem ad Dominum directum.*

2 *Declara hoc tantum procedere vbi ſubfeudatarius ab ipſo primo Inueſtito feudum habet.*

3 *Deuolutio ſubfeudi non deuoluit ad Immediatum primum Inueſtitum, ſed ad Dominum directum, vbi ſubinfeudatus ab ipſo Domino directo, non autem a primo Inueſtito feudum habuit.*

4 *Deuolutio ſubfeudi remanet aperta ad fauorem Domini mediati, & directi, non autem primi Inueſtiti, dũ iſte in Inſtrumẽto ſubinueſtituræ liberauit bona ab omni iure feudali ad fauorem ſubinueſtiti nullo iure ſibi prorſus reſeruato.*

5 *Bona feudalia in Territorio Mantuano redacta ſunt ad inſtar allodialium.*

6 *Bona feudalia dum ex antiqua loci conſuetudine ſunt redacta, ad inſtar allodialium, durante Inueſtitura ſunt alienabilia.*

7 *Conſenſus Domini directi non eſt neceſſarius in alienatione feudi, vel vbi ex loci conſuetudine feudalia ſunt redacta ad inſtar allodialium, vel vbi in Inueſtitura ſpecialis alienandi facultas fuit attributa.*

8 *Alienatio feudi irrequiſito Domino directo facta non dicitur nulla, vel dum bona ſunt redacta ad inſtar allodialium, vel vbi facultas alienandi fuit in Inueſtitura conceſſa.*

9 *Nullitas alienationis feudi ex defectu conſenſus Domini directi ab ipſo dumtaxat allegari poteſt, & non ab alio ad cuius fauorem dicitur inducta.*

DECISIO DLII.

VErtente coram me lite ſuper deuolutione Bonorum, de quibus agitur in loco dell' *Angelo* Bubulcarum 230. ob mortem Com. Vincentij Caſſini vltimi Inueſtiti ſine filijs, & vlterioribus deſcendentibus inter Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Mantuæ Dominum directum, & Dominã Comitiſſam Caſtrobariam illius Vxorem, & hæredem vniuerſalem, vt conſtat *ex deciſ. editis 18. Maij 1654. & 28. Ianuarij 1656.* in quibus dictum fuit conſtare de bono iure Menſæ Epiſcopalis Sereniſſimus D. Dux Mantuæ vti habens cauſam a primo Inueſtito anno 1332. de Terris poſitis in Inſula Roueri modo Curia Podij nuncupata, in quibus continentur bona controuerſa, prætendidit deuolutionem ſibi ſuffragari, non autem Menſæ; Ideo obtenta ſpeciali commiſſione admiſſionis ad cauſam conſtito de intereſſe, eoque admiſſo præuia alia deciſione *coram me 25. Maij 1657.* dubitaui, cui ſuffragetur deuolutio, & fauorabilis pro Domino Epiſcopo fuit reſolutio.

1 Licet enim regulariter deuolutiones ſubfeudorum ſpectent ad immediatum primum Inueſtitũ, non autem ad Dominum directum ex diſpoſitione *Textus in cap. Imperialem §. Illud quoque de prohibit. feud. alienat. per Friderich. Menoch. plures congerens conſ. 338. num. 6. per tot.* cum alijs allegatis ab Informantibus.

2 Attamen præterquod id procedit vbi ſubfeudatarius ab ipſo primo Inueſtito ſub feudum habuit, in quibus terminis loquitur *Text. in d. §. Illud quoque* ibi: *Et ad Dominum ſuum, à quo ipſe tenebat, reuertatur,* & ſequitur *Menoch. d. conſil. 338. vbi ſub num. 17.* ponit hec verba ibi: *Imò magis*

*oſtenditur Dominus immediatus , cum is fuerit , qui
ſub vaſſallo , vel ſub emphyteuta conceſſit , quippe
eius fidem , & perſonam , non autem alterius approba-*
3 *uit;* Ideoque non videtur applicabile caſui noſtro,
quo Com. Caſſinus , per cuius obitum ſine filijs ,
& deſcendentibus controuerſa bona deuoluuntur
non fuit ſubinſeudatus à primo Inueſtito , vel
eius Deſcendentibus , ſed per viam renouationis
dicta bona in feudum obtinut ab ipſo Epiſcopo
Mantuano Domino directo .

Cum Marchio Maximilianus anno 1537. de
controuerſis Bonis ſubinfeudauerit Hieronymũ
4 de Piperarijs,& deinde anno 1548.& anno 1551.
ad eius ipſiuſque hæredum fauorem ab omni Iure
feudali illa prorſus exemerit , & liberauerit , nul-
lo Iure ſibi reſeruato *Summar. D. Epiſcopi num. 1.
2. & 3.* non poſſunt vtique eiuſdem Maximiliani
Succeſſores deuolutionem prætendere dictorum
Bonorum , ſed illa aperta remanet ad fauorem
Menſæ Dominæ directæ , & mediatæ , vt diſtin-
guendo tradit *Andr. de Iſern. in d. cap. Imperialem
dicto §. Illud quoque ſub num.63. in fine verſ. ſed hæc
lex,* quem ſequuntur *Scrader. de feud. par. 8. cap.5.
ſub num. 25. verſ. Aut verò Vaſſallus cum ſeqq. Ro-
ſental. eod. tract. cap. 11. concluſ. 18. in addit. ſub
litera C. verſ. alias verò , & allegatis concordantibus
Cyriac. controu. 82. num. 4.*

Nec ſubſiſtit, quod præfata liberatio fuerit nul-
la ob defectum conſenſus Epiſcopi .

Quia in vtroque Inſtrumẽto liberationis reſer-
uatus fuit cum clauſula, *quatenus opus ſit , & non*
5 *alias &c.* vt in præfato *Summario nu. 3.* cum autem
in Statu Mantuano bona feudalia ex antiqua cõ-
6 ſuetudine redacta ſint ad inſtar allodialium , &
ſic durante Inueſtitura ſint alienabilia , vt firma-
tur in *prima Deciſione coram me §. Quia omiſſis , &
in ſecunda §. Demum non refert* , Atque vlterius in
prima Inueſtitura anni 1332. omnimoda feudi
diſpoſitio, & ſpecialis alienandi facultas DD. de
Gonzaghis attributa fuerit , vt deducitur in *Mã-
tuana Feudi 29. Nouembris* 1655. *coram R.P.D.meo
Veroſpio §. Feudum autem verſ. Tum quia denique;*
7 Vtique his ſtantibus conſenſus Eccleſiæ Dominæ
directæ non erat neceſſarius, vt contra *Specul.* tra-
dunt *Salycet. in l. fin. num. 2. C. de Iur. Emphyt.
Imol. in cap. potuit num. 64. verſ. quid ſi tempore de
locat.* Ruin. *conſil.* 81, *num. 6. lib.1. Cephal. conſil.3.
num. 123. cum ſeq. Corbul. de Emphyt. tit. de cauſ.
priuat. ob alien. irrequiſ. Domin. ampliat. 2. num. 4.
verſ. Verum tamen cauendum eſt , & nu. 5. cum ſeqq.*
8 cum alijs per *Cyriac.contr.146.nu. 11.* Ac proindè
illius impetratio potuit omitti abſq; incurſu nul-
litatis , *Gabr. conſil.92. num. 7. & 8. lib. 1. Rota
deciſ. 519. ſub num. 3. verſic. Minus facit, quod fuit
par. 1. diuerſ. Card. Seraph. deciſ. 1027, num. 6. &
7. Add. ad S. M. Gregor. dec. 192. ſub num. 3. verſ.
ſi verò beneplacitum , & plenè Duran. deciſ. 250.*
9 *num.16. & 17.* Vltra quod nullitas ex huiuſmodi
defectu reſultans tanquam inducta ad ſolum fa-
uorem Eccleſiæ Dominæ directæ , ab ipſa dumta-
xat allegari poteſt , & non ab alio, dum ab eadẽ
Eccleſia nunquam declarata fuit *Soccin. Sen. con-
ſil. 78. num.8. lib.4. Surd. conſil.1. num. 84. Cephal.
conſ.3. num.122. Rota deciſ.133. nu.12. & dec.262.
num.9.par.3.diuerſ. & in Romana Saluiani 18. Martij
coram bon. mem. Bichio §. Tum quia vtilius verſ. Tum
tertio quia .*

Nec ſubſiſtit, quod dicta liberatio fuerit ab
Epiſcopo impugnata,eiuſque nullitas per Rotam
declarata in præfatis deciſionibus coram me ;
quia impugnatio , & reſpectiuè declaratio nulli-
tatis non reſpiciunt liberationem factam à Maxi-
miliano annis 1548.& 1551. ſed aliam liberatio-
nem Piperario conceſſam anno 1555. per Epiſco-
pum Gonzagam ab alto Dominio Eccleſiæ , quæ
ob defectum euidentis vtilitatis illius , immò ob
eius ænormiſſimam læſionem tanquam notoriè
nulla per *Rotam in dictis Deciſionibus* refellitur , vt
in *prima ſub §. Nullitas autem , & in ſecunda §. Non
obſtat;* Quinimo liberationem Maximiliani pro
valida , & alteram Eccleſiæ pro nulla habitas
fuiſſe à Menſa Epiſcopali euidenter demonſtrant
ſucceſſiuæ Inueſtituræ ab Epiſcopis factæ , & per
annos 70. & vltra effectuatæ , vt in iiſdem deci-
ſionibus comprobatur in *prima §. Quoniam , & in
ſecunda § Stante igitur* .

Quod verò D. Dux , eiuſque Anteceſſores non
obſtante dicta liberatione Maximiliani poſſede-
rint Terras in Contrata *Dorſo dell' Inferno* nihil
facit, dum iſtæ non comprehenduntur in præfata
liberatione , quæ ſolum loquitur de bubulis 230.
poſitis in loco *dell' Angelo* , de quibus hodie
agitur .

Et ità vtraque &c.

CÆSARAVGVSTANA FVNDATIONIS
Conuentus.

Lunæ 4. Februarij 1658.

ARGVMENTVM:

Conuentus noui Regularium vt validè fundentur
requiritur Beneplacitum Apoſtolicum , & copu-
latiuè cum ipſo conſenſus Ordinarij? Item con-
ſenſus Parochi ; Inhabitantium in loco , & deni-
que alterius Conuentus vicini , in cuius præiudi-
cium non poteſt permitti noua Conuentus ere-
ctio ; & horum cuiuslibet requiſitorum defectus
ſufficit pro inualidanda noui Conuentus Fun-
datione.

SVMMARIVM.

1 *Conuentus noui fundatio requirit Beneplacitum Apo-
ſtolicum .*

2 *Conuentus noui fundatio cum Beneplatito Apoſtolico
copulatiuè requirit licentiam Ordinarij .*

3 *Conuentus noui fundatio requirit conſenſum Incola-
rum loci .*

4 *Conuentus noui fundatio requirit conſenſum Parochi,
intra cuius Parochiam Conuentus fundandus eſt .
Conuentus noui fundatio requirit conſenſum aliorum
Regularium poſſidentium Conuentus vicinos iam
conſtructos .*

5 *Conuentus noui fundatio non poteſt permitti in præ-
iudicium aliorum Regularium habentium Conuen-
tus etiam extra Ciuitatem conſtructos intra qua-
tuor milliaria .*

6 *Conuentus noui fundatio eſt inualida ſi ipſi deficiat
vel ſolum Beneplacitum Apoſtolicum , vel ſola
Ordinarij licentia , vel ſolus Incolarum, vel Pa-
rochi , vel Conuentuum vicinorum conſenſus .*

DECISIO DLIII.

HOdie in tertia Inſtantia rotali iterum dixerunt
Domini non licuiſſe , neque licere Patribus
Capuccinis Prouinciæ Aragoniæ nouum Conuen-
tum erigere in oppido Catiñenæ, & fundationem
iam inceptam non ſubſtineri , quia deſiderantur
ferè omnia requiſita neceſſaria pro illius validi-
tate .

1 Deficit enim Beneplacitum Apoſtolicum requi-
ſitum ex *cap. 1. de exceſſ. Prælat. in 6. innouato in
Clem. cupientes 3. in princ. de pæn. & in cap. Vnico
§. Confirmatos de Religioſ. Domib. pariter in 6.* Licen-
tia

Digitized by Google

2 tia Ordinari Cæſarauguſtani ex *Sac. Concilio Tridentino ſeſſ. 25. cap. 3. de Regular.* quam copulatiuè requiri cum beneplacito Apoſtolico ex declarationibus Sac. Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium eiuſdem Sacri Concilij Tridentini Interpretum, reſpondendo ad *dec.745. par. 2. & deciſ. 115. num. 7. par. 5. recent.* dictum fuit in *Cracouien. Fundationis Monaſterij 19. Aprilis 1649. coram R. P. D. meo Celſo §. Primo cum tribus ſeqq. & in Toletana Manutentionis 7. Februarij 1656.*
3 *coram* R. *P. D. meo Melsio §. Non etiam* Conſenſus Incolarum, & loci habitantium, quem expoſcit *Conſtitutio trigeſima prima San. Mem. Gregorij XV. ſub §. Tertio in fine* innouata per *Conſtitutionem vigeſima quintam fel. rec. Vrbani Octaui ſub §. 2. Bullar. tom. 3. & 4.* Quinimò probatus fuit expreſſus to-
4 tius Populi diſſenſus; Deficitque aſſenſus tum Parochi eiuſdem Oppidi Cariñenæ, cui licet contradicere, & conſtructionem, noui Conuentus intra fines ſuæ Parochiæ impedire ob timorem futuri præiudicij ratione oblationum, aliarumq; obuentionum ſibi debitarum ad notata *in cap. Dilectus 2. de Cappell. Monachor. & in cap. Paſtoralis 9. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſ. Capitul.*
5 Tum Patrum Minorum Sancti Franciſci de obſeruantia, qui intra ſpatium quatuor millarium à dicto Oppido, vt nuper iuſtificatum fuit alium Conuentum iam conſtructum poſſident, In quorum propterea præiudicium tantò certius permitti non debet alterius noui Conuentus conſtructio, vt diſponitur in *dicta Gregoriana Conſtitutione d. §. 3.*

6 Hi itaque defectus, quorum quilibet etiam ſolus ſufficeret pro dictæ fundationis inualiditate *ad Text. in l. ſi is, qui ducenta §. Vsrum ff. de reb. dub.* cũlatiſſimè comprobentur in deciſionibus emanatis in alijs Inſtãtijs 18. *Maij 1647. coram R. P. D. meo Beuilaqua, & 12. Nouembris præteriti coram R. P. D. meo Melsio*, neque à Patribus Capuccinis amplius reuocentur in dubium, iuſtificant Iuſtitiam ſententiæ rotalis.

Et ideò pro illius confirmatione reſponſum fuit, vnica tantum &c.

MELEVITANA DONATIONIS.

Veneris 8. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Ad executionem ſententiarum deueniri non poteſt, antequam Conditiones in ijſdem appoſitæ fuerint impleræ onus liquidandi legitimam ſpectat ad illius debitorem agentem pro immiſſione contra reum poſſidentem cui ſuffragatur præſumptio, quod bona ab eo poſſeſſa æquent dumtaxat Creditum legitimæ. Melioramenta dum fuerunt probata in genere, nec fuit prefixus terminus ad liquidandum in ſpecie competit melioranti eiuſque Succeſſori retentio, ad cuius fauorem etiam fructus melioramentorum ſunt deducendi tanquam proprij ipſius, nec tenetur illos imputare cum primo credito.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* ſinè præiudicio mandati de manutenendo, & trium conformium, *in reſcripto commiſſionis appoſita, regulariter reſeruat Iuriſdictionem Iudicis à quovſque ad perfectam legitimam executionem.*

2 *Sententia prius non eſt exequenda quam impleantur conditiones in illa appoſitæ.*

3 *Legitima eſt liquidanda per debitorem agentem pro Immiſſione, quando Creditor illius eſt reus, & poſſeſſor.*

4 *Creditor pro legitima, quando poſſidet, & conuenitur à debitore, habet præſumptionem pro ſe, quod res ab eo poſſeſſæ legitimæ creditum æquet.*

5 *Melioramenta quando fuerunt probata in genere, nec fuit præfixus terminus ad liquidandum in ſpecie, competit melioranti, eiuſque Succeſſori retentio.*

6 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus ſuos facit ante motam litem perceptos, nec tenetur illos cum credito legitimæ, nec cum melioramentis compenſare.*

7 *Legitima debetur liberè filio vna cum fructibus à die obitus Patris.*

8 *Fructus melioramentorum ſunt proprij meliorantis, & ſtante eius bona fide non ſunt imputandi in eius primo credito.*

DECISIO DLIV.

IVxtà deciſiones coram me emanatas 11. Decembris 1653. & 14. Maij 1657. de ordine Rotæ cauſa expedita tam per Cedulam confirmando duas ſententias conformes in partibus præcedenter latas, & reuocando contrariam, quam per Decretum concedendo mandatum de manutenendo Io: Vincentio Galeæ marito Agaruccię, & Patri, ac vſufructuario reſpectiuè bonorum ad communes filios ſpectantium, cum Signatura appellationi per Io: Antonium Perdicomatum collitigantem
1 interpoſitæ reſcripſerit cum clauſula *ſine præiudicio mandati de manutenendo, & trium conformium*, quæ regulariter præſeruat Iuriſdictionem Iudicis à quo vſque ad perfectam legitimam exequutionem ex allegatis in *Romana Palatij 4. Maij 1648. coram me §. penultimo*; Ideò Io: Vincentius petebat mandatum pro reſtitutione fructuum, quod Domini cenſuerunt non eſſe relaxandum, quia cum dictæ duæ primæ ſententiæ, quæ in vltima rotali confirmatæ fuerunt, & quarum vigore Io: Vincentio, & alijs Immiſſio, ac ſucceſſiuè manutentio conceſſa fuit, explicitam habeant conditionẽ detrahendi prius legitimam, & reficiendi melio-
2 ramenta *Summar. Perdicomati num 5. 6. & 7.* non purificata huiuſmodi conditione relaxari non poteſt mandatum pro fructibus a Io: Vincentio prætenſis pro implemento exequutionis illarum, vt in his terminis tradunt *Surd. conſ. 186. num. 10. cum duobus ſeqq. & conſil. 410. num. 55 & 56. Peregrin. de fideicomm. par. 1. fol. 1089. num. 1. in Bonon. Fideicommiſſi de Bologninis 15. Martij 1641. coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſas deciſ. 859. num. 3. & in Ferrarien. Supplementi legitimæ 28. Iunij 9. Non obſtat mandatum, & 1. Decembris 1645. §. 1. coram bon. mem. Dunozetto.*

Non obſtat, quod nec legitima, nec meliora-
3 menta ſint liquida; Reſpectu enim legitimæ onus illam liquidandi ſpectat ad Debitorem agentem quando (prout hic) Creditor eſt Reus, & Poſſeſ-
4 ſor, cum habeat præſumptionem pro ſe, quod res ab ipſo poſſeſſa legitimæ Creditum æquet, vt diſtinguendo probatum fuit in *Peruſina Bonorum 30. Maij §. Pro intelligentia eam, & in Peruſina Fideicommiſſi de Rodulphis 14. Iunij 1652. §. Quoniam alienationes, verſ. quarto quod ſeruli coram me.*

5 Quo verò ad melioramenta cum fuerint probata in genere *dicto Summario num. 4.* & non fuerit præfixus terminus ad ea liquidandum in ſpecie, competit melioranti, eiuſque ſucceſſori retentio, *Rota deciſ. 112. num. 3. verſ. Quo verò par. 2. diuerſ. coram bon. me. Merlino deciſ. 363. num. 6. & 7. & in Bononien. Fideicommiſſi de Vizzanis 7. Iunij*

1647. §. Melioramentorum verò coram bon. mem. Bichio.

Nec ſubſiſtit prætenſa ſatisfactio vtriuſque detractionis deſumpta ſiuè ex adiudicatione certæ portionis Tenutę *Tapnales* facta Margheritę Surdo, ſiuè ex fructibus bonorum de quibus agitur perceptis ab Anno 1604. citra.

Quoniam adiudicatio non fuit facta pro Credito legitimæ debito ex perſona Io: Antonij Xerri Iunioris, nec melioramentorum, ſed pro alio valdè diuerſo ſpectante ad dictam Marghatitam, & proueniente ex diſpoſitione q. Io: Antonij Xerri Senioris *Summar. replicationis Perdicomati num. 1.*
6 *& 2.* fructus autem inſpecto tempore ante motam litem Perdicomatus fecit ſuos ob abſentiam malæ fidei, vt propterea non teneatur illos cum legitima, & melioramentis compenſare *Bald. conſil. 11. in fine lib. 1. Rota deciſ. 320. n. 1. cum ſeqq. par. 1. recent. & coram bon. mem. Merlino dec. 163.*
7 *num. 10. & deciſ. 663. num. 4.* Poſt verò motam litem deducendi ſunt fructus portionis legitimæ, quæ vna cum illis debetur filio liberè à die obitus Patris *l. Papinianus §. Vndè ſi quis ff. de inoff. Teſtam.* Rip. *in l. ſi vnquam num. 103. de reuoc. donat. Alex. conſil. 69. num. 4. lib. 1. Duran. deciſ. 192. num. 10. & in Romana fideicommiſſi de Cenlis 10. Ianuarij 1641. coram* Reuerendiſſimo *D. Compoſtellano*
8 *§. Secundo ex Inueſtimento*, atque etiam deducendi ſunt fructus melioramentorum tanquam proprij meliorantis, qui ob ejus bonam fidem non ſunt imputandi, vt reſpondit *Rota coram Merlino d. dec. 361. num. 5. & latè diſcuſſa materia in Romana Domorum 31. Maij 1655. coram me §. ſed verſamur.*

Et ita vtraque, &c.

BONON. HÆREDITATIS.

Lunæ 11. Februarij 1658.

ARGVMENTVM.

Hæres poteſt hæreditatem prius aditam poſteà repudiare, dum illam adiuit ex erronea cauſa Inteſtati cognito quod Teſtator Teſtamentum condiderat, & huiuſmodi repudiatio poteſt fieri à Monaſterio etiam abſque ſolemnitatibus, & Beneplacito Apoſtolico cum tunc, agi dicatur de iure prorſus quærendo, nec dici poſſit quod bona hæreditaria ex erronea aditione fuerint illi acquiſita, data autem legitima repudiatione, fit locus ſubſtituto in vim valgaris, nec ad impediendam illi Immiſſionem dicitur legitimus contradictor veniens ex antiquiori fideicommiſſo niſi concurrant omnia ad id requiſita nempè quod doceat incontinenti de fideicommiſſo, & Iure ſuo, quod nihil ſit detrahendum, & quod ipſe ſine vitio poſſideat, & qualiter de his omnibus dicatur ſufficienter conſtare?

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio debetur hæredi ſcripto, agenti ex Teſtamento non abolito, nec cancellato.*
2 *Aditio Hæreditatis dum fuit facta ex erronea cauſa Inteſtati, perindè habetur ac ſi facta non fuiſſet ob defectum conſenſus.*
3 *Hæres poteſt hæreditatem aditam ex erronea cauſa inteſtati, tamquam verè non aditam repudiare,*
4 *Declara hoc procedere, quando Hæres de tempore aditionis Teſtamentum ignorabat.*
5 *Defectus Beneplaciti Apoſtolici, non poteſt à tertio allegari.*
6 *Hæreditas adita ex erronea cauſa Inteſtati, non habetur pro adita, ſed iacenti, & bona hæreditaria non dicuntur ex illa aditione acquiſita hæredi, nec incorporata cum eius bonis.*
7 *Hæreditas adita ex erronea cauſa Inteſtati poteſt à Monaſterio poſtea repudiari etiam abſque ſolemnitatibus, & Beneplacito Apoſtolico.*
8 *Beneplacitum Apoſtolicum, neque ſolemnitates requiruntur in repudiatione per Monaſterium facta, de iure prorſus acquirendo.*
9 *Subſtitutio vulgaris continetur in compendioſa.*
10 *Subſtitutio compendioſa continet vulgarem, cum in ea comprehendatur caſus, tam impotentiæ, quam voluntatis.*
11 *Immiſſio fideicommiſſario impediri non poteſt à tertio excipiente de antiquiore fideicommiſſo niſi concurrant neceſſaria requiſita nempè quod incontinenti doceat de iure ſuo, quod nihil ſit detrahendum, & quod poſſideat ſinè vitio.*
12 *Immiſſio retardari non poteſt hæredi ſcripto per exceptionem requirentem altiorem indaginem.*
13 *Poſſidens ex antiquiori fideicommiſſo dicitur vitiosè poſſidere, dum poſſeſſionem non fuit adeptus de manu legitimi hæredis, nec ipſo validè citato, quæ propterea illi non ſuffragatur ad impediendam Immiſſionem nouo fideicommiſſario.*

DECISIO DLV.

IN Teſtamento per Iacobum Barberium condito de anno 1629. inſtituti fuerunt hæredes vniuerſales omnes eius filij maſculi nati, & naſcituri ex legitima vxore, & ijs non extantibus, vel poſtea quandocunque decedentibus ſine filijs eorum filijs inſtitutæ leguntur eius filiæ fœminæ natæ pariter, & naſcituræ ex legitima vxore, *& quando* (ſunt verba Teſtatoris) *tempore mortis meæ non extarent mei filij maſculi, vel fœminæ ex legitima vxore orti, ſeu extantes, quandocunque morerentur abſque deſcendentibus legitimis, tunc ſubſtituo, & inſtituo mihi hæredes RR. Prioriſſam, & Moniales Sanctorum Iacobi, & Philippi huius Ciuitatis nuncupatas le Conuertite liberè, & pleno Iure, &c. Summ. Conuertitarum num. 2.*

Deceſſit Teſtator 21. Maij 1654. ſine deſcendentia maſculina ſuperſtite vnica filia fœmina Moniali Profeſſa in Monaſterio Sanctiſſimæ Trinitatis Bononiæ, nuncupata Sorore Maria Veronica, & eodem die Moniales ex eius perſona ſupponẽdo Iacobum deceſſiſſe ab inteſtato, eiuſque hæreditatem eſſe lucroſam conſtituerunt ſpecialem Procuratorem ad illam adeundam, & ab Auditore Generali Bononiæ obtinuerunt immitti in poſſeſſionem eius bonorum hæreditariorum tanquã hæredes illius ab inteſtato, ſed cognito deinde, quod deceſſerat cum Teſtamento, & reperto, quod eius hæreditas potius erat damnoſa, quàm lucroſa ſub *die 28. Septembris eiuſdem anni* vigore licentiæ obtentæ à Vicario generali Reuerendiſſimi D. Archiepiſcopi Bononien. & cum præſentia, auctoritate, & conſenſu vnius ex Aſſumptis Monaſterij omni meliori modo illam repudiarunt *d. Sum. num. 1.*

Inde Conuertitæ vigore ſupradictæ ſubſtitutionis ex remed. *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.* ab A. C. Areoſto obtinuerũt immiſſionem in poſſeſſionem omnium bonorum, quæ poſſidebantur a Iacobo tempore ſui obitus *Sum. num. 3.* Deuoluta mihi cauſa appellationis propoſito particulari dubio pro eadem immiſſione ad illarum fauorem Do-
1 mini reſponderunt cum agatur vigore Teſtamenti non aboliti, nec cancellati, vt in *Bononien. Bonor. de Graſſijs 13. Iunij prox. coram me.*

Nec controuerti poteſt publicatio illarum vo-

cado-

cationis ob ſuperexiſtentiam d. filiæ Teſtatoris, ex cuius perſona Moniales Sanctiſſimæ Trinitatis illius hæreditatem adiuerunt.

Quia cum huiuſmodi aditio facta fuerit ex er-
2 ronea cauſa inteſtati perinde habetur, ac ſi facta
non fuiſſet ob defectum conſenſus, vt literaliter probat *Text. in l. ſi is, ad quem 22. ff. de acquirit. hæred. ibi: Nàm vt quis pro hærede gerendo obſtringat ſe hæreditati, ſcire debet qua ex cauſa hæreditas ad ſe pertineat veluti agnatus proximus iuſto teſtamento ſcriptus hæres ante quam Tabulæ proferantur, cum exiſtimaret inteſtato Patrem familias mortuum, quamuis omnia pro Domino fecerit, hæres tamen non erit*, ibique *Bart. num. 1. Aucharan. conſil. 357. num. 2. cum ſeqq. Rota coram Duran. deciſ. 348. numer. 15.*
3 Itaut propterea potuerint deinde Moniales eandem hæreditatem tanquam verè non aditam repudiare, vt probant *Angel. inter conſil. Bald. conſil. 403. num. 1. cum ſeqq lib. 3. Alex. conſil. 121. n. 6. in fine, & 7. lib. 1. Pariſ. conſil. 63. num. 25. lib. 1. Soccin. Iun. conſil. 95. num. 8. lib. 2.* firmantes hoc
4 procedere quando hæres de tempore aditionis (prout hic) Teſtamentum ignorat.
5 Idque etiamſi nõ conſtet de Beneplacito Apoſtolico, quia præterquod huiuſmodi defectus allegari non poteſt à Barbetio Collitigante merè tertio, & nullam cauſam habente à dictis Mo-
6 nialibus, cum hæreditas haberetur pro non adita, ſed iacenti, & bona hæreditaria tunc tem-
7 poris nec acquiſita, nec incorporata eſſent Monaſterio, potuit vtique repudiatio fieri etiam ſine ſolemnitatibus, & abſque Beneplacito Apoſtoli-
8 cum ageretur de Iure prorſus quærendo, vt tradunt *Abb. in cap. Tua de his, quæ fiunt à Prælat. Felyn. in cap. In præſentia num. 57. de probat. Federic. de Sen. conſil. 9. per tot. Summ. Silueſtr. part. 1. verb. alienatio num. 18. Card. Put. deciſ. 107. nu. 1. & 2. lib. 2. in correct. atque admiſſum fuit in Romana fideicommiſſi de Druſolinis 21. Iunij 1652. §. Non obſtat cum ſeqq. coram me.*

Firmata autem legitima repudiatione Soror Maria Veronica Teſtatoris filia habetur perinde
9 ac ſi nunquam extitiſſet in rerum natura, & Conuertitæ in vim vulgaris contentę in compendioſa, qua mediante ſubſtitutæ leguntur, hæreditatem
10 capere poſſunt, cum in ea comprehendatur caſus tam impotentiæ, quam voluntatis, vt communiter tradunt omnes in *l. Centurio ff. de vulg. & pupill.* cum concordantibus allegatis per *Grat. diſcept. 288. num. 2.*

Nec Barberius videtur legitimus Contradictor vti veniens ex antiquioribus Fideicommiſſis Io: Antonij de Gaſparis, & Alexandri Sen. de Barberijs.

Omiſſo enim primo cuius bona non petuntur à Conuertitis, quoad ſecundum non concurrunt requiſita adhuc effectum neceſſaria, nempè quod
11 incontinenti doceat de Iure ſuo, quod nihil ſit detrahendum, & quod poſſideat ſine vitio; Admiſſo enim quod clara, & incontinenti probata ſit ipſius vocatio in fideicommiſſo Alexandri Senioris; Attamen ex perſona Iacobi Authoris Conuertitarum plures competunt detractiones ſuper bonis illis ſubiectis, nempè legitimæ, Trebellianicæ, & Dotis maternæ, quibus licet obijciatur defectus Inuentarij cum alienationibus, tamen quia ex deductis pro Conuertitis huiuſmodi
12 obiectum valdè turbidum redditur, & altiorem expoſcit indaginem, quam præſentis Iudicij exigat ratio, non videtur interea retardanda Immiſſio hæredi ſcripto, vt reſpondit *Rota deciſ. 94. num. 12. par. 5. recent. & in Bonon. fideicommiſſi de Barbettis 19. Iunij 1654. coram bon. mem. Bichio §. Prout conſiſtunt.*

13 Præſertim cum vitioſè poſſideat, ex quo poſſeſſionem non fuit adeptus de manu legitimi hæredis, nec ipſo validè citato, cui propterea obſtat non ſolum diſpoſitio Iuris communis, ſed etiam vrgentior diſpoſitio municipalis Statutorum Bononiæ *lib. 2. rubr. quod null. occup. poſſ. rei hæredit. §. ſtatuimus Rota deciſ. 94. ſub d. num. 12 verſ. Præcipuè par. 5. recent. & in d. Bonon. fideicommiſſi de Barbettis §. Neque ad impedien. coram bo. mem. Bichio, & in dicta Bonon. de Graſſis §. In caſu propoſito coram me*, Quæ quidem vitioſa poſſeſſio iuuari non poteſt conſenſu Monialium Sanctiſſimæ Trinitatis, dum vt ſuperius probatum eſt, non fuerunt legitimæ hæredes Iacobi, & validè illius hæreditatem repudiarunt.

Et ità vtraque &c.

ROMANA DE MELLINIS.

Mercurij 20. Ianuarij 1658.

ARGVMENTVM.

Renunciatio ſimpliciter facta de bonis, & Hæreditatibus Paterna, Materna, Fraterna, æquè comprehendit tam hæreditates præteritas, quam futuras, & tam ex Teſtamento quam ab Inteſtato, & propterea impedit Immiſſionem à renunciãte petitã, & quidſi eſſemus in dubio an Renunciatio etiam futura comprehenderet? Teſtamentum à Notario rogatum, qui præcedenter fuerat ſuſpẽſus ab exercitio Notariatus dicitur nullum, nec meretur fidem publici Inſtrumenti, hocque procedit licet Notarius fuerit rehabilitatus antè rogitum Teſtamenti niſi probetur quod rehabilitatio, & eius reſtitutio ad officium facta fuerit ab habente Iuriſdictionem, & facultatem.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta tam ex cauſa Ingreſſus in Religionem, quam propter conſeruationem Agnationis, impedit Immiſſionem à renunciante petitam.*

2 *Renunciatio ſimpliciter facta de bonis, & hæreditatibus, paterna, materna, & fraterna, æquè comprehendit tam hæreditates præteritas, quam futuras, & tam ex Teſtamento quam ab inteſtato.*

3 *Dictio Aut eſt diſiunctiua, ac ſeparat, & diuidit vnam orationem ab alia.*

4 *Verba ſingularis numeri referuntur ad vnum tantũ caſum, proximiorem, & immediatum.*

5 *Renunciatio concepta verbis amplis, & pregnantibus, & dum loquitur tam de præterito, quam de futuro, omnia tam præſentia, quam futura comprehendit.*

6 *Renunciatio facta de Hæreditatibus fraternis, ſi tũc temporis nullus ex fratribus adhuc obierat, verificari non poteſt in Hæreditatibus de præterito, ſed debet intelligi de ſucceſſionibus de futuro, quibus etiam in dubio dicitur renunciatum.*

7 *Teſtamentum à Notario rogatum, qui præcedenter fuerat ſuſpenſus ab officio Notariatus, nullam facit fidem nec meretur nomen publici Inſtrumenti.*

8 *Notarij rehabilitatio, & reſtitutio ad officium Notariatus non ſuſtinetur dum fuit facta à non habẽte iuriſdictionem, & poteſtatem.*

DECISIO DLVI.

IMmmiſſionem petitam à D. Io: Celſo Millino vti hæredi teſtamentario Canonici Angeli ſui fratris concedendam non eſſe Rota reſpondit, quia obſtat

ipſi

ipſi ampliſſima renunciatio per eum facta æquè principaliter ex cauſa ingreſſus in Religionem, & propter conſeruationem Agnationis ſuæ nobilis familiæ de Millinis omnium, & quarumcunque hæreditatum paternæ, maternæ fraternæ, omniumque bonorum, & Iurium quorumcunque Aſcendentium; & Collateralium Conſanguineorum, ſiuè Affinium, vt latius refertur in alia *deciſione edita coram me* ſuper prætenſa reintegratione 7. *Aprilis* 1657. quæ propterea impedit Immiſ-
1 ſionem à renunciante petitam, vt dixit *Rota in recent. deciſ.* 109. *num. primo & deciſ.* 141. *numer.* 12. *par.* 5. *in Ariminen. Succeſſionis* 26. *Ianuarij* 1654. *coram bon. mem. Bichio* §. *primo & in Firmana Bonorum* 30 *Maij* 1657. *coram me in principio*.

Nec ſubſiſtit, quod dicta renunciatio contra diſtinguendo hæreditates ab inteſtato, tàm præſentes, quàm futuras comprehendat, alias vero ex cauſa teſtati nō capiat niſi illas deuolutas, ſeù deuoluendas ex teſtamento hactenùs condito, & conſequenter non extendatur ad controuerſam, quæ deuolura fuit ad renunciantem vigore teſtamenti conditi per annum quadrageſimum poſt dictam renunciationem.

Quoniam DD. animaduerterunt, quod renun-
2 ciatio de bonis, & hæreditatibus paterna, materna, & fraterna, de qua hodie eſt quæſtio, ſimpliciter facta fuit, & ſic æquè comprehendit, tàm præteritas, quàm futuras, & tàm ex Teſtamento, quàm ab inteſtato; illa verò verba, ibi: *Tàm ex Teſtamento, & ab inteſtato hucuſque deuolutis, & quàm ab inteſtato in futurum deuoluendis*, cadunt duntaxat ſuper alijs ſucceſſionibus Aſcendentiū, & Collateralium, quibus immediatè fuerunt adiecta, dum huiuſmodi ſucceſſiones comprehenſæ
3 fuerunt in dicta renunciatione præuia dictione, *Aut*, quæ eſt diſiunctiua, ac ſeparat, & diuidit vnam orationem ab alia *l. ſi ex toto ff. de legat. primo l. Titio ff. de legat.* 2. *cum concordantibus allegatis per Barboſ. axiom.* 46. *num. primo* ſequentia autem verba, ibi: *vel ſucceſſionis ab inteſtato, ſiuè ex Teſtamento Codicillis, donatione, aut alio quocunque contractu hactenus condito*, reſtringuntur pariter ad
4 contractum, quem in numero ſingulari immediatè ſequuntur, vt notat *Bald. conſ.* 242. *numer. primo lib.* 3. *ſa. me. Greg deciſ.* 433. *num.* 7.

Idque clarius colligi ponderarunt, tum ex verbis diſpoſitiuis eiuſdem renunciationis, ibi: *In perpetuum ceſſit, & condonauit, &c. totam, & integram portionem omnium, & ſingulorum bonorum & iurium, quæ ipſi in bonis dd. DD. Pauli, & Portiæ eius Parentum, ac etiam in bonis fraternis, & futuris illorum, & ſingulorum eorum hæreditate bonis, & ſucceſſione etiam ratione legitimæ, & vigore cuiuſcunque contractus, &c. quomodolibet, quomodocunque, & qualitercunque obuenientiu, & obuenturu & etiam vigore fideicommiſſorum, &c.* & ibi: *Volens, & huiuſmodi ceſſionem, renunciationem, &c. trahi & extendi non ſolum ad ſupradictu expreſſu, & ſpecificata, verum etiam ad ea, quæ ſpeciali mentione, & expreſſione indigerent, & ſub generali ſermone non comprehenderetur, &c.* quæ quidem verba cum ſint ſatis
5 ampla, & pregnantia, ac loquautur tàm de præterito, quam de futuro ſignanter reſpectu hæreditatis fraternæ, incongruum vtique eſt prætendere, quod controuerſam non comprehendant per ea, quæ in his terminis dixit *Rota in recent. dec.* 714. *num.* 2, *cum ſeqq. par.* 2. *cum alijs latiùs relatis in* Romana *Fideicommiſſi de Coſciaris* 16. *Martij* 1648. *coram Eminentiſſimo D. Card. Cortudo* §. *Voluntas vere cum ſeqq.*

6 Tum etiam ex quo tunc temporis nullus ex fratribus adhuc obierat, adeout propterea renunciatio circa fraterna nullo modo verificari poſſet in Teſtamentis hactenus conditis, & ſucceſſionibus de præterito, ſed tantum de futuro, quo caſu etiā in dubio dicendum erit illis fuiſſe renunciatum, vt notat *Bart. in l. qui Romæ* §. *duo fratres num.* 19. *verſ. nunc ad propoſitum ff. de verb. obligat. & concordantibus adductis firmatur in dicta Romana Fideicommiſſi de Coſciaris ſub dicto* §. *Voluntas verò, verſ. in qua etiam ſolu*.

7 Præterea Teſtamentum, cuius vigore agitur eſt nullum, nec facit fidem, quia de eo rogatus fuit 24. Septembris 1655. Stephanus Piſanellus, qui præcedenter nempè 6. Iunij eiuſdem anni ſuſpenſus fuerat ab Exercitio Notariatus præuio Decreto Commiſſarij à D. Præfecto Archiuiorum *Summario DD. Collitigantium num.* 6. Ideoque non meretur nomen publici Inſtrumenti ad *Text. in l. ſi aliquid* 12 *C. de ſuſceptor. Præpoſit. & Archar. lib.* 10. *Odofred. in l. ſi quis ex Argentarijs* §. *Coguntur in fine verſ. niſi eſſet depoſitas ff. de eden. Specul. par.* 2. *tit. de Inſtr. edit.* §. *Reſtat ſub num.* 33. *verſ. dic quod donec Franc. Marc. deciſ.* 299. *num.* 2. *cum ſeqq. par.* 2. *Rota diuerſ. deciſ.* 769. *num.* 5. 7. 16. *&* 17. *par. prima*.

Nec refert, quod eadem met die reabilitatus fuerit ab eodem Commiſſario, quia huiuſmodi
8 rehabilitatio, & reſtitutio ad officium non ſubſtinetur, cum expirata fuerit iuriſdictio dicti Commiſſarij, tàm per primum Decretum, vt dixit *Rota coram bon. mem. Merlino dec.* 745. *num.* 19. *&* 20. quam etiam attenta forma ipſius primi Decreti, in quo explicite mandauit, quod Piſanellus ab exercitio Notariatus ſe obtineret, ibi: *donec fuerit legitime habilitatus ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo D. Archiuiorum Præfecto dicto Summario dicto num.* 6.

Alia autem deducta ab Informantibbs pro DD Vrbano, & Mario fratribus de Millinis, non fuerunt viſa ſufficienter iuſtificata.

Et ità vtraque, &c.

AVENIONEN. IVRISDICTIONIS,

Lunæ 11. *Martij* 1658.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria in cauſa profana conceditur etiam ſine fumo, data releuantia Materiæ articulatæ, & etiam ſufficit, quod de releuantia poſſit dubitari.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria in profanis data releuantia non denegatur.*

2 *Remiſſoria in profanis conceditur etiam ſi releuantia ſit dubia.*

3 *Releuantia materiæ articulatæ magis exacte diſcutitur poſt factam probationem, quam tempore conceſſionis remiſſoriæ.*

4 *Remiſſoria facilius conceditur vbi datur fumus veritatis materiæ articulatæ.*

5 *Releuantia vnius articuli ſufficit, vt ſuper omnibus Remiſſoria concedatur.*

DECISIO DLVII.

CVm prætenderet Dominus de Monreal, tàm exemptionem à ſolutione annuæ recognitionis pro aliquibus bonis de directo Dominio Eccleſiæ Archiepiſcopalis Auenioneñ ab ipſo poſſeſſis, & ſolitæ recognitionis pro frumento, & Pane molendo, & reſpectiuè coquendo in Molendinis, & furnis ad eandem Eccleſiam ſpectantibus, quam etiam facultatem diuertendi aquas è fluminibus ad effectum irrigandi propria Prata, ideò

Ideò modernus Reuerendiſſimus D. Archiepiſcopus Aueniones̃ ſummoperè vigilans, ſuæ Eccleſiæ cōtra illum in prima Inſtantia introduxit cauſam in Curia, & ad effectum fundandi ſuam intentionem exhibuit in actis ſex articulos pro examinandis Teſtibus, tàm in Curia, quàm in partibus, propoſitoque dubio reſponſum fuit dan-
1 dam eſſe remiſſoriam ex regulis ſatis vulgaribus, quod Parti actrici in prima inſtanria cauſæ prophanæ concurrente articulorum releuantia etiam ſiue fumo nunquam denegari ſolet facultas faciēdi ſuas probationes, & reſpondit *Rota coram ſa. me. Greg. deciſ. 423. num. primo 2. 3. & 4. & coram Buratt. deciſ. 821. num. 2. & 3.* in quibus ſubditur, quod eſſet nimis durum, & abſurdum, ſi cauſa primæ inſtantiæ diſcuteretur in Curia, & tolleretur facultas probandi in partibus.

Relenantia enim concurrit; Nam in primis tribus articulis ponitur, quod menſa Archiepiſcopalis Aueniones̃, eiuſque Archiepiſcopi pro tempore vti Domini etiam in temporalibus inter cætera loci Bituritarum in eo, ſeù illius territorio poſſederunt, & poſſident Molendina, & furna priuatiuè quoad alios quoſcunque quodque omnes inibi inhabitantes, & bona poſſidentes in illis ſemper frumentum, & panem molerunt, & coquerunt reſpectiue ſoluta conſueta recognitione abſque eo alibi eorum frumentum molerint, ſiue panem coquerint; Nec non etiam quod nemo vnquam diuertit aquas ſine licentia DD. Archiepiſcoporum, quodque poſſeſſores bonorum de directo Dominio Eccleſiæ ſoluerunt ſolitum Canonem, reſponſionem, ſeù liuellum, & loco, & tempore laudemium.

In alijs verò tribus articulatur, quod Collitigans in Territorio Biturritarum poſſidet multa bona ſtabilia culta, & inculta, Prata, Vineas, & Domos, in quibus etiam fuit ſolitus inhabitare cùm ingenti familia, quodque ab annis 30. ſummoperæ, ibi: *Augumentauit ſuum Patrimonium, & ad effectum irrigandi eius Viridarium, & Prata conſtructis ſuper Terram nonnullis Aquaductibus incapit diuertere aquas inſeruientes Molendinis menſæ Archiepiſcopalis.*

Relenans enim Dominis viſa fuit hæc materia
2 pro concedenda remiſſoria, ad quem effectum ſufficit etiam dubitare de releuantia, vt dixit *Rota coram Buratt. dec. 28. num 3. & coram Coccino deciſ. 20. num. 4.* nam concludentior illius diſcuſſio
3 ad diffinitionem cauſæ poſt factas probationes refertur, vt dictum fuit *in Toletana Decimarum de Capilla 12. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio* § *Neque vrget in contrarium.*

4 Accedente præſertim veritatis fumo ex antiquiſſima donatione huic Eccleſiæ facta ab Imperatore, & à Sede Apoſtolica confirmara de Caſtris conſuetis cum Vineis, Pratis, Aquis, Molendinis, cæteriſque regalibus *Summ. num. primo* cuius vigore præçipue prætenditur DD. Archiepiſcopis competere ius prohibendi ſubditis ne ad alia Molendina, vel furna accedere poſſint, minuſue diuertere ex *Surd. conſ. 313. num. 102. verſ. Item ſi habent, & alijs pro D. Informante allegatis.*

Nec dicatur, quod ex ſcripturis ad Vrbem tranſmittendis forſan elidi poſſit materia articulata, quia præter quod impediti non debet probatio Actoris ex futuris, & in certis fundamentis rei conuentæ, adhuc ad ſpeciem non deductis, neque in actis iuſtificatis, cùm materia articulata ex ipſius lectura præſeferat etiam ea, ſuper
5 quibus non ſolent fieri ſcripturæ hoc prorſus ſufficit, vt ſuper omnibus remiſſoria concedatur, vt dixit *Rota in recent. deciſ. 196. num. 9. par. 6. & in dicta Toletana Decimarum de Capilla coram R. P. D. meo Veroſpio* § *Et licet.*

Et ità vnica tantùm, &c.

BONONIEM. FIDEICOMMISSI IOANNIS MARIÆ DE BOLOGNINIS.

Mercury 15. Martij 1658.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Verbum* Prætenſio *non inducit Confeſſionem.*
2 *Verbum* Prætenſum *potiùs tendit ad negandum, quàm ad affirmandum.*
3 *Confeſſio emanata ad effectum tranſigendi cum certis perſonis, non præiudicat Confitenti quo ad alios in Tranſactione non nominatos.*
4 *Tranſactio illis prodeſſe non debet, qui ſemper ſubſtinere voluerunt effectum de directo contrarium Cauſæ, propter quàm fuit tranſactum.*
5 *Grauatus iuncta ommiſſione Inuentarij cum alienationibus præſumitur occultaſſe bona hæreditaria, ex quibus cenſetur ſatisfactus de detractionibus.*

DECISIO DLVIII.

POſt denegatas Palmerijs prætenſas detractiones in diſputatione habita ſuper attentatis ex fundamento irrefragabili omiſſionis Inuentatij cum alienationibus Domini ex ſumma ipſorum benignitate pro quarta vice voluerunt illos audire, ſtrictè tamen ſuper tranſactione, & relatione emanata cū Claris, ſed ea non ob ſtante reſponſum fuit ſtandum eſt in deciſis.

Dicta enim Tranſactio celebrata inter Bologninos, & Claros 22. Iunij 1632. conſecutiue ad aliud conſimile inſtrumentum inter eos factum 12. Ianuarij præcedentis, in qua calculantur detractiones vltra alienationes ibi deductas in lib. 45. mil. quarum 15. mil. pro tertia parte ſoluuntur, & reſpectiue infra certum tempus ſolui promittuntur Claris non fuit facta à Bologninis ad effectum firmandi ſimplicem, & nudam facti veritatem competentiæ dd. detractionum vltra alienationes non obſtante omiſſione inuentarij, vt erronee prætendunt Palmerij, ſed facta fuit ad effectum ſe ſe eximendi à lite, tàm acertima, & quanto citius aſſequendi poſſeſſionem illius portionis bonorum, quam retinebant Clari, vt clare indicat tenor dictorum Inſtrumentorum à Dominis mature ponderatus, dum ibidem narratæ fuerunt detractiones tanquam prætenſæ, ibi: *Repertum fuit ſignanter prætenſionem, detractionum conſiſtere, &c.* & expreſſe dictum fuit eas perſolui ad effectum conſequendi plenariam, & effectiuam relaxationem bonorum fideicommiſſariorum, ibi: *Volenteſque ijdem DD. Bartholomeus, & Thaddeus ſatisfacere dd. Iudith, & litis conſortibus de prædicta portione detractionum, &c. & ab eis conſequi plenariam, actualem, & effectualem reſtitutionem, & relaxationem bonorum, de quibus in dicta ſententia, &c.* prout dd. Collitigantes illam actualiter dimiſerunt, & relaxarunt, ibi: *dd. DD. Iudith, & litis conſortes ſponte, vt ſupra, &c. dimiſerunt, & relaxarunt eiſdem DD. Bartholomeo, & Thaddeo præſentibus, &c. omnem ratam, & partem omnium, & quorumcunque bonorum deſcriptorum in ſententia, &c. eam pleno pacto conſtituti de poſſidendo licentia de ingrediendo, promiſſioneque de lite perpetuo non inferenda, mouenda, vel reſiciendo, &c.* Atque etiam ad ef-

eſſectum obrinendi à Claris ceſſionem Iurium
pro conſequendo ſtudio, ſeù Bibliotheca Camil-
li, provt Clari eorum iura ceſſerunt, ibi: *Item
ceſſerunt omnia, & quaecunque iura, &c. eiſdem Iu-
dith, & litis Conſortibus, & cuilibet ipſorum compe-
tentia, pro conſequendo ſtudio, ſeù Bibliotheca hære-
ditaria D. Camilli, &c.*
1 Hinc igitur, vel nulla adeſt confeſſio, cùm ver-
ba illa: *prætenſionum detractionum*, non inducant
confeſſionem, vt optimè reſpondit *Rota apud Caſ-
ſador. deciſ.4. num.8. de probat. in recens. deciſ. 536.
num.4. verſ. Et dum dicitur par. prima coram Buratt.
deciſ.483.num.4. & coram Duran. deciſ.71. numer.4.*
2 vbi quod verbum *prætenſum* potius tendit ad ne-
gaudum, quàm ad affirmandum, vel tanquam
3 emanata ad effectum tranſigendi cùm Claris non
præiudicat quoad Palmerios, qui in tranſactio-
ne non ſunt nominati, vt clarè probat *Text. in l.
prima C. de tranſact.* ibi: *Neque pactio, neque tran-
ſactio cum quibuſcunque ex Curatoribus, ſiuè Tutori-
bus facta auxilio cæteris eſt in ijs, quæ ſeparatim, com-
muniterué geſſerunt, vel gerere debuerunt; Cùm igi-
tur tres Curatores habueris, & cum duobus ex his
tranſegeris, tertium conuenire non prohiberis;* Præſer-
tim dum reſpectu iſtorum de Palmerijs ceſſat cau-
ſa à Bologninis principaliter, & primariò conſi-
derata, nempè receſſus à lite, & libera aſſequu-
tio bonorum in ſentẽtia contentorum Dùm enim
Palmerii dictam ſententiam non approbarunt,
ſicuti Clari, ſed ab ea appellarunt, & abindè ci-
tra ſpatio aliorum 25. annorum circiter per alias
quatuor inſtantias litem mordicus ſubſtinuerunt,
& ſubſtinent, non videtur æquum, quod commo-
4 dum ſentiant ex dicta Tranſactione, dùm ſemper
voluerunt ſubſtinere effectum de directo contra-
rium, cauſæ, propter quam Bolognini tranſege-
runt, & illas detractiones vti prætenſas ad fauo-
rem illorum de Claris, admiſerunt.

Quod certius admittendum eſt in caſu propo-
ſito; Tum quia quantitas dictorum libr.45.mil.
non fuit firmata pro ſolis detractionibus prouc-
nientibus ex ſolo fideicommiſſo Io: Mariæ, de
quo hodie queritur. ſed etiam pro detractionibus
prætenſis ex fideicommiſſo Io: Andreæ, & Camil-
li, ibi: *Etiam ſuper detractionibus faciendis ex bonis
dd. DD. Io. Maria, & Io. Andrea, quàm olim Illuſtriſ-
ſimi D. Senatoris Camilli pariter de Bologninis*, & li-
bræ 15.mil. ſolutæ fuerunt Claris non ſolum ha-
bito reſpectu ad relaxationem tertiæ partis bono-
rum Io: Andreæ, tàm quoad portionem ſpectan̄,
ad Horatium, & Valerium confideicommiſſarios
vnde reſpectu detractionum ex fideicommiſſo Io:
Mariæ prætenſis ſemper remanet incerta, & illi-
quida Tùm etiam quia poſt dictam Tranſactionẽ
repertæ fuerunt aliæ, & quidem ingentes aliena-
tiones, vt latè firmatur in præcedentibus deciſio-
nibus huius cauſæ coram me æditis 4. Februarij,
& 26. Iunij & 26. Nouembris 1655. Atque ideò
his attentis, quæ in præfata Tranſactione non
fuerunt comprehenſæ, iuncta omiſſione Inuenta-
rij prætendi non poteſt conſtare de vero ſtatu hæ-
5 reditatis, & propterea ſemper firma remanet præ-
ſumptio contra grauatos alienationis, & occul-
tationis aliorum bonorum, ex quibus prætenſæ
detractiones cenſentur conſumptæ, & ſatisfactæ
ex latè firmatis in prædictis deciſionibus.

Ecitá vtraque, &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Ven. 22. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Adminiſtrator non tenetur reddere rationem niſi à
tempore ſuſceptæ Adminiſtrationis, & ea ſemel
reddita iterum conueniri non poteſt, niſi conclu-
dentiſſimè conſtet de errore, nec tenetur ratio-
nem reddere de ijs, quæ non probantur fuiſſe
propria illius, cuius nomine adminiſtrauit, &
dicitur ſufficientem reddidiſſe rationem de omni-
bus ab eo adminiſtratis dum ab altera parte non
iuſtificatur quod alia bona ad eum peruenerint,
præter comprehenſa in redditione rationis. Ad
effectum autem vt teneatur de non factis exactio-
nibus Creditorum requiritur dolus, vel lata cul-
pa quam excludit Ignorantia facti quæ de Iure
præſumitur niſi ſcientia ab altera parte conclu-
denter iuſtificetur cum ſuis requiſitis, & ex quibus
ſcientia huiuſmodi excludatur?

SVMMARIVM.

1 *Tutor non tenetur reddere rationem de geſtis à Patre
viuente, ſed dumtaxat de adminiſtratis ab eo
poſt ſuſceptam adminiſtrationem.*
2 *Mandatum Procuræ expirat per mortem mandatarij.*
3 *Mandatum Procuræ regulariter conferri non poteſt
in incertum, qualis eſt futurus hæres mandatarij.*
4 *Ignorantia facti de Iure præſumitur maximè in hæ-
rede, quando ſcientia cum ſuis requiſitis ab altera
parte non iuſtificatur.*
5 *Ignorantia facti excludit dolum. & culpam.*
6 *Tutor ad effectum vt teneatur de non facta exactio-
ne requiritur dolus, vel lata culpa.*
7 *Actus acquieſcens, qui poteſt ad aliam cauſam referi,
non excludit ſcientiam in Tutore requiſitam ad
effectum vt teneatur de non facta exactione.*
8 *Venditio licet facta fuerit tam nomine debitoris hæ-
reditatis, quàm nomine hæredis tamen probari
debet, quod pretium fuerit hæredi perſolutum, ad
effectum vt is teneatur de eo rationem reddere.*
9 *Menſuratio ad quam partes ſe retulerunt eſt atten-
denda, non autem quantitas expreſſa in Inſtru-
mento cum expreſſio quantitatis dicatur potius
adiecta demonſtratiuè quam taxatiuè.*
10 *Petens redditionem rationis bonorum hæreditario-
rum debet iuſtificare bona eſſe hæreditaria cum
ſufficiat reo conuento id negare.*
11 *Adminiſtrator dicitur ſufficientem reddidiſſe ratio-
nem de omnibus ab eo adminiſtratis, niſi ab alte-
ra parte iuſtificetur, ipſum maiorem percepiſſe
quantitatem.*
12 *Ratio ſemel reddita amplius reddi non debet, niſi
concludentiſſimè conuincatur de errore.*

DECISIO DLIX.

PRoſequendo diſputationem ſuper toties petiea
redditione rationis à Creditoribus &c. Fran-
ciſci Baractelli aduerſus Claudiam de fortis pro
poſui dubium An de partitis 1. 2. 3. 4. & 6. red-
dita ſit ſufficiens ratio, & affirmatiua fuit reſo-
lutio.

Continet enim prima partita ſolutionem ſcut.
bis mille factã pro Bizzarro de Bizzarris à Fran-
ciſco Barattello tunc viuente Dominis de Aldo-
brandinis pro affictu Caſalis Turris nouæ, ſed
1 Claudiam non teneri reddere rationem niſi de
geſtis, & exactis ab ipſa, vèl Felice eius filio poſt
obitum Franciſci, cum tunc incęperit ipſorum
adminiſtratio, non autèm de geſtis ab ipſo Fran-
ciſco viuente & ſic ante ſuſceptam ab eis admini-
ſtrationem, vt tradit *Bart. in l. 1. num. 9. & 10.*

ff. de

Digitized by Google

ff. de eden. quem refert, & ſeq. *Rota in recent. d.* 380. *num.* 4. *par.* 8.

Nec ſubſiſtit replicatio, quod felix poſt mortem Franciſci recuperauerit à Bizzarro principali Debitore dicta ſeuta bis mille mediante Inſtrumento ſolidationis computorum inter eos celebrato 24. Nouembris 1618. nec Claudia illa poſuerit; vt debebat, ad creditum hæreditatis eiuſdem Franciſci, quià in dicta Solidatione felix nil prorſus recepit, & bona Bizzarri ad adminiſtrandum, & vendendum ſibi ibidem aſſignata, de inde vendita, & diſtracta fuerunt ab eodem Bizzarro eiuſque Creditoribus, & eorum pretium eis integrè perſolutum iuſtificatū fuit in *Summ. concordato num.* 16. 17. & 19. & plenè reſponſum in *deciſ. edita coram bo. me. Pentingerio* 23. *Ianuarij* 1654. *§. ſolidatio enim cum duob. ſeqq.*

Secunda continet fructus dicti Caſalis Turris Nouæ anni 1618. conſiſtentes in herbis frumento & Bladijs; ſed quoad herbas intrat reſponſio primæ cum non fuerint perceptæ à Claudia, necà Felice, ſed à Franciſco; qui obijt 10. Iunij eiuſdem anni, & ſic tempore; quo iàm erant conſumptæ.

Quouerò ad frumentum, & Bladas Claudia reddit rationem de rubris 265. frumenti & 142, blandarum d. anno 1618. conductis ad Vrbem ſub nomine *dell' Hoſte dell' Orſo*, vt ex *partitis Commiſſarij Annonæ Summ. num.* 5. (licet per errorem in relatione Periti deſcripta legantur rubra 280. frumenti, & 198. Bladarum) Vnde valutando frumentum ad rigoroſam rationem ſcut. octo cum dimidio pro quolibet rubro, & bladas ad rationem ſcutorum quatuor, eius debitum non excedit ſcut. 2820. & b. 50. Cumque viceuerſa felix poſt obitum ſui Patris perſoluerit pro Bizzarro tàm iiſdem DD. de Aldobrandinis, quā alijs illius Creditoribus in diuerſis vicibus ſcuta 3192. *Summ. num.* 6. Inde non ſolum redditur ſufficiens ratio de ſupradictis fructibus, ſed etiam eius hæreditas remanet Creditrix hac de cauſa in ſcutis 571. & b. 50.

Non obſtat, quod teneatur etiàm reddere rationem de rubris 287. cum dimidio frumenti, & 91. Bladarum tunc temporis à Bizzarro perceptis, cùm non debuiſſet huiuſmodi perceptionem illi permittere ſtante mandato Procuræ per ipſum facto in perſonam Franciſci ad exigendum fructus dicti Caſalis annorum 1618. & 1619.

Quia præter quod mandatum expirauit morte
2 Franciſci mandatarij *l. mandatum deſtrahendorum* 57. *ff. mandat. l. cuius bonis* 9. *ff. de Curat. Furioſ.*
3 cum regulariter mandatum non poſſit conferri in incertum, qualis eſt futurus hæres mandatarij *Anchar. conſ.* 22. *num.* 4. *verſ. ſed hoc non placet*; Quod optime agnouiſſe videntur ijdem met Contrahentes, dum in dicta ſolidatione computorum facta poſt obitum Franciſci ſub die 24. Nouembris 1618. Bizzarrus iterū conſtituit Procuratorem Felicem illius filium, & hæredem ad percipiendum fructus eiuſdem Caſalis anni 1619. qui in primo mandato procuræ continebantur.

Obiectum penitus corruit cum non probetur, quod tunc temporis felix, nec Claudia certam ſcientiam habuerint tàm ſupradicti antecedentis mandati Procuræ, quam etiam perceptionis fructuum factę per Bizzarrum contra eius promiſſionem in dicto mandato contentam; Ignoran-
4 tia enim (quæ de Iure preſumitur, quando prout hic, ſcientia cum ſuis qualitatibus non iuſtificatur, ex deductis *coram Eminentiſſimo D. Card. Otthob. deciſ.* 51. *num.* 7. Præſertim in hærede, & *coram eodem deciſ.* 156. *num.* 11. Excludit dolum;
5 & culpam ad *Text. in l.* 3. *§. ſi quis ignorans ff. ad Sen. Conſult. Syllanian. Cephal. conſ.* 24. *num.* 15.
6 *Cyriac. contr.* 289. *num.* 25. Ad effectum autem vt Tutrix teneatur de non facta exactione requiritur dolus, vel lata culpa *l. nomina vbi gloſſ. & DD. C. Arbitr. Tutel.* cum alijs ad propoſitum allegatis in *Nepeſina Tutela* 20. *Nouembris d.* 240. *num.* 1. *repetita in recent. deciſ.* 678. *num* 1. *par.* 8.

Nec ſufficientes viſæ fuerunt coniecturæ pro Creditoribus deductæ ad effectum educendi huiuſmodi ſcientiam. Prima enim elicita ex quo felix habuit ratam frumenti, & bladarum, de quibus Claudia rationem reddit, remouetur quia cum felix vti hęres Franciſci eſſet obligatus tàm pro affictibus dicti Caſalis, quam etiam in alijs debitis Bizzarri, de quibus in Inuentario hęreditario Franciſci deſcriptis optimam notitiam hàbebat, & pro quibus ingentem pecuniarum quantitatem in dies perſoluebat, dicta quantitas frumenti, & Bladarum veriſimiliter in hanc cauſam potuit Felici à Bizzarro conſignari, & ab ipſo reſpectiue recipi, quod ſufficit, vt ſaltem huiuſ-
7 modi actus tanquam æquiuocus, cum etiam circumſcripto mandato ad aliam cauſam referri poſſet, requiſitam ſcientiam concludere nequeat.

Secunda deſumpta ex denunciatione vendirionis centum rubrorum frumenti ſub nomine Bizzarri, & Felicis pariter non concludit, Tùm quia exinde non iuſtificatur quod prętium fuerit hęredi perſolutum vt requiritur ad effectum, vt Claudia eius nomine de eo teneatur rationem reddere, Tum etiam quia huiuſmodi denunciationes deſcribi ſolent ad relationem Baiulorum, & ſępiſſime accidit, quod venditio frumenti vnius deſcribitur ſub nomine alterius, vt ex iurata atteſtatione officialium hodierno *Summ. Claudiæ n.* 1. Tum demum quia nullo modo concludit ſcientiam prędicti mandati procuræ facti ad fauorem Franciſci.

Tertia & quarta elicitæ ex ſolutionibus aſportationis frumenti ad Vrbem, mercedis Baiulorum, & Penſionis horreorum, pręter quod deducuntur ex aſſerto priuato liberculo Felicis à Creditoribùs exhibito, & in actis non producto, nec recognito, cum vetificari poſſint in quantitate frumenti, & Bladarum Felici conſignata ex Caſali Turris noue de qua redditur ratio, & in alia ab ipſo percepta ex Caſale Vaccareccie, in quo Bizzarrus non habebat intereſſe deſumi non poteſt argumentum, quod felix habuerit notitiam dicti præcedentis mandati, in quo conſiſtit tota difficultas huius partitæ.

Eiuſdemque farinæ ſunt 5. 6. eductæ ex verbis Inſtrumenti ſolidationis ſuperius memoratæ, & ex confeſſione Claudiæ deſumpta ex relatione Periti & ex proceſſu criminali, quia verificantur eodem modo in illis fructibus, quos verè Felix habuit, de quibus Claudia eius nomine integram reddit rationem.

Ex Tertia partita Creditores prætendunt Claudiā pro ſemine Caſalis Vaccareccie anni 1619. poſuiſſe ad debitum hæreditatis rubra centum frumenti & ſolummodo rubra quinquaginta ſeminaſſe deſumendo probationem ab Inſtrumento cum meſſoribus ſtipulato pro rubris 50. menſurandis.

Verùm tollitur ex quietantijs relatis in *Summ. Clau-*

Claudiæ num. 8. *littera A.* ex quibus patet, quod d. anno 1619. Noualia Caſalis Vaccareccię aſcenderunt ad rubra 70. pro quorum ſemine deſiderantur rubra 90. frumenti iuxtà atteſtationem Peritorum *littera B.* reliqua vero rubra decem detrahuntur tàm ratione decrementi menſuræ Vrbis, quam occaſione purgationis eiuſdem ſeminis, vt alijs atteſtationibus Peritorum firmatū fuit in alia *deciſ. huius cauſæ* 14. *Iunij* 1649. *coram bo. me. Peutingerio* §. *Pariter Domini dixerunt.* Inſtrumentum autem cum Meſſoribus celebra-
9 rum nō probat certam quantitatem cum expreſſam habeat relationem ad menſurationem faciendam, adeo vt expreſſio rubrorum 50. ſtet ſolum demonſtratiuè, non autem taxariuè, & proinde attendenda eſt menſuratio ad quam Partes ſe retulerunt, ex deductis per *Sard. deciſ.* 64. *n.*16. *& ſub num,* 23. *verſ. cum ergo.*

Quarta continet quinque Pullos Equinos, ſed
10 de eis vlterior ratio reddi non debet, dum à Creditoribus non iuſtificatur huiuſmodi animalia fuiſſe hæreditaria Franciſci, vt opus eſt cum ſufficiat Reæ conuentæ id negare *S. M. Greg. deciſ.* 220. *num.* 3. Reſponſio vero quod in hæreditate præfata adeſſet *la Polledrara* non ſuffragatur dum de ea ad *partes* reddita fuit integra ratio vt in alijs *deciſ. coram eodem Peuting.* 10. *Decembris* 1646. §. *Pariter* 2. 14. *Iunij* 1649. §. *In eandem ſententiam*, & 26. *Nouembris* 1650. §. *Quinta denique.*

Seſta demùm continet fructus Ouium de annis 1618. 1619. & hæc pariter tollitur, cum Claudia anno 1618. non habuerit niſi ſcut. 500. pro reſiduo Venditionis sēper factæ per Franciſcum Virū tunc viuentem, anno autem 1619. exegit pro lana ſcut. 879. & pro Agnis, & Caſeo alia ſcu. 1690. Vnde cum in Bilancio poſuerit ad creditum hæ-
11 reditatis has omnes tres partitas, ratio dicitur ſufficienter reddita nec conueniri poteſt à Creditoribus niſi ab eis iuſtificetur maiorem percepiſſe quantitatem, vt præter alleg. in præcedentibus deciſionibus huius cauſæ reſpondit *Rota corā Merl. deciſ.* 239. & *d.* 348. *vtrobiq. num.* 1,

Ergo libentius Domini inclinarunt in hanc Sētentiam, quia vt deducitur in vltima deciſione *bo. mem. Peutingerij* §. *Cæterum* Claudia ab eius Viro fuit pleniſſime liberata ab omni redditione rationis, & anno 1627. in contradictorio Iudicio ex bibitis libris tutelaribus hodie deperditis, ad relationem trium Peritorum occaſione controuerſæ adminiſtrationis fuit declarata Creditrix in ſcutis 38 3, & 0 57. $\frac{1}{4}$ vt propterea non teneatur de rigoroſa, & ratio ſemel reddita amplius
12 reddi non debet niſi concludentiſſime de errore Conuincatur, vt fuit etiam reſponſum *coram me in Auximana redditionis rationis* 18. *Februarij* 1656, *ſub* §. 1. *& per tot.*

Et ita vtraque.

ROMANA CENSVVM SEV SALVIANI.

Mercurij 27 Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Locatio cum perceptione penſionis probat poſſeſſionem. Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi conſtituti cum clauſula *exceptis legatis.*

SVMMARIVM.

1 *Locatio cum perceptione penſionis probat poſſeſſionem.*

2 *Locatio ſine perceptione penſionis iuncta alteri locationi cum perceptione, facit adminiculum ad concludenter probandam poſſeſſionem.*

3 *Prælegata non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi conſtituti ſuper alijs bonis, exceptis legatis.*

4 *Legatum caducatum per Ius accreſcendi ſubfideicommiſſo vniuerſali comprehenditur.*

5 *Caducitas incurſa poteſt remitti per eum, fauore cuius fuit impoſita.*

6 *Legatum non caducatur ſi in caſum contrauentionis non fuit adiecta pæna, & præſertim deficiente interpellatione, & Iudicis monitione.*

7 *Retentionis exceptio vbi eſt turbida non valet, impedire immiſſionem.*

DECISIO DLX.

DOmum ad S. Marcum, de qua hodie agitur poſſeſſam, fuiſſe ab Anaſtaſio Corona Debito-
1 re de tempore vel poſt obligationem iuſtificant Locationes in prærerita deciſione deductæ, altera ſcilicet de anno 1603 cum reali, & actuali perceptione penſionis, quæ amplius controuerti non poteſt ob aſſertum defectum mandati Procuratoris, eius, qui nomine Anaſtaſij præfactam locationem fecit, & penſionem exegit, dum nuper in actis exhibitum fuit publicum Inſtrumentum mandati antecedenter cum explicita facultate locandi omnia eius bona ſtabilia cuicunque perſonæ, illorumque redditus, & penſiones exigendi hodierno *Summ. Actorum num.* 2. Altera vero de
2 anno 1609. quæ licet non probetur effectuata per conſimilem exactionis penſionis, inſeruit tamen pro adminiculo, itaut ex vtraque ſimul iuncta concludens poſſeſſionis iuſtificatio alliciatur ex allegatis per *Rotam coram Andr. deciſ.* 12. *num.* 5. *& 6. cum alijs relatis a Poſth. de manut. obſer.* 24. *num.* 31. *&* 32.

Exceptio autem antiqui fideicommiſſi q. Simonis Coronę in eadem deciſione refellitur ex irrefragabili fundamento, quod Domus controuerſa tanquam prælegata Franciſco, & deinde
3 Melchiori coheredibus, qui Anaſtaſio Patri ampliſſimā renunciationem fecerunt non veniat ſub fideicomiſſo ſuper alijs Bonis Conſtituto, exceptis Legatis, vt monuit *Bart. in l. Marcellus* §. *quidam Liberti num* 11. *ff. ad Trebell.* cum alijs allegatis in *deciſ.* §. *nec turbat.*

Et licet replicetur, quod ſaltem contrauenientibus Prælegatarijs præcepto Teſtatoris aſſumendi nomen illius, & inhabitandi Domum ſe ſeq. reddentibus inhabiles ad illum implendum per ingreſſum in Religionem caducatum remanſerit
4 legatum; & ſic per Ius accreſcendi Domus ſub fideicomiſſo vniuerſali comprehendatur ex *Peregrin. de fideic. art.* 9. *n.* 6. *& Surd. deciſ.* 269. *per tot*

Attamen replicatio ceſſat ſiue quia Teſtator non conſtituit fidecomiſſum vniuerſale ſuper omnibus alijs bonis ſimpliciter, in quibus terminis loquuntur *Peregrin. & Surd.* ſed addidit *exceptis legatis*, vt dictum eſt, quo caſu legata tanquam litteraliter excepta nullo prorſus Iure ſub fideicomiſſo venire poſſunt, vt in fortioribus terminis reſpondit *Rota in recent. deciſ.* 418. *num.* 12. *part.* 5. ſiue etiam ex quo Franciſco dumtaxat cui primo loco Domus prælegata fuit Teſtator iniunxit pænam priuationis in caſu non implementi d. oneris, & voluit prælegatum deferri Melchiorri cui vlterior pena non legitur adiecta, & propterea cum datus ſit ſubſtitutus in caſu primæ contrauentionis Prelegatum non fuit caducatum fauore fideicomiſſi vniuerſalis, ſed apertum ad fauorem Melchioris ſubſtituti qui proinde vel remiſit

Digitized by Google

ſit caducitatem conſentiendo, vt Franciſcus onera non impleret, vt potuit iuxtà deciſionem *Theſaur.270. ſub numer. 17. in fine verſ. rederem tamen,*
5 quam refert, & ſequitur *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.447.*
*num.*18. vel eam acceptauit, & deinde per renunciationem tranſtulit in Patrem, quod etiam ipſi facere licuit non attento oneris non implemento, dum, vt dictum eſt, in caſu contrauentionis nulla pæna ipſi iniuncta legitur præſertim non accedente interpellatione, & Iudicis monitione ex plenè probatis per *Modern. Altograd conſ.84.nn.45.*
6 *cum ſeqq. par. prima* vltra quod ſatis eſt ad iſtum effectum, quod præfata requirant altiorem indaginem, vt proptereà impediri non poſſit Immiſſio ex credito claro, & non controuerſo, vt firmatur in eadem *deciſione* §. *nec obſtat*, vbi etiam reijcitur ab hoc Iudicio obiectum an dictum onus iniunctum fuerit per viam modi, vel conditionis.

Nec obſtat, quod Franciſcus, & Melchior ob expreſſam prohibitionem alienandi non potuerint transferre in eius Patrem bona fideicommiſſo vniuerſali grauata, & alienari prohibita, quia cum hodie non agatur ad bona fideicommiſſaria, ſed ſolum ad dictam Domum prælegatam, quæ non cadit ſub fideicommiſſo nec ſub d. prohibitione, ſatis eſt reſpondere, quod ſufficit Actoribus dictam renunciationem quoad Domum ſubſtineri.

7 Exceptio denique retentionis pro duobus creditis anterioribus altero ſcut. 200. & altero ſc.606. vel totaliter remouetur, vel ſaltem valde turbida remanet ex fructibus bonorum Debitoris in ingenti quantitate à Petro-Paulo, eiuſque Auctoribus perceptis; Dicta enim credita vnacum fructibus vſque in præſentem diem decurſis non excedunt ſcuta 1715. illi autem perceperunt fructus in ſumma ſc. 5997. iuxta calculum ad partes datum.

Et ità reſponſum fuit ſtandum eſſe in deciſis 25. Maij 1657. coram me vtraque, &c.

BONONIEN. HÆREDITATIS DE PEPVLIS.

Veneris 29. Martij 1658.

A R G V M E N T V M.

Immiſſione conceſſa filijs in omnibus bonis proprijs, & liberis teſtatoris, non compræhenduntur bona Emphyteutica, quæ ad ipſum Teſtatorem ſpectabant vnde fauore filiorum locus eſt Ægidianæ Filij inceſtuoſi licèt præter alimenta ſint incapaces ſucceſſionis, hoc tamen non procedit ſi mater ignorauerit anteriorem viri concubitum cum conſanguinea; Ignorantia enim huiuſmodi excuſat ab inceſtu, & filij inde progeniti naturales tantum, non autem inceſtuoſi, nec ſpurij reputantur.

S V M M A R I V M.

1 *Ægidianæ locus non eſt, quando ſententia immiſſionis comprahendit bona Emphyteutica Eccleſiaſtica.*
2 *Ægidianæ locus non eſt, quando ſententia eſt iniuſta*
3 *Filij inceſtuoſi ſunt incapaces ſucceſſionis præter alimenta.*
4 *Emphyteutica bona non veniunt ſub generali appellatione omnium bonorum, quæ ſunt propria, & libera teſtatoris.*
5 *Emphyteutica bona ſunt obnoxia oneri reſtitutionis fauore ſucceſſiuè vocatorum in inueſtituris ex pacto, & prouidentia conceſſis.*
6 *Sententia generaliter lata de iure recipit declarationem reſtrictionem à libello, & num.9.*
7 *Ægidiana locus eſt dum actum fuit in poſſeſſorio ex* remed. l. fin. C. de Edict. D. Adr. toll. *inter perſonas laicas, & de bonis mere laicalibus, & liberis.*
8 *Mandatum de immittendo conceſſum nemine citato habere ſolet in ventre clauſulam,* dummodo poſſeſſio ſit vacans, *cuius vigore mandatum ipſum ac eius executio euaneſcunt ſi poſſeſſio ſit plena.*
9 *Filij ex ignorato inceſtuoſo concubitu procreati naturales tantummodo, non verò inceſtuoſi, aut ſpurij reputandi ſunt.*
10 *Filij, vt tamquam inceſtuoſi reputentur iuſtificari debet ſcientia matris de concubitu viri cum eius ſorore ante conceptionem.*
11 *Teſtis vnicus de huiuſmodi ſcientia deponens non facit fidem.*
12 *Teſtes deponentes de auditu ab alio Teſte, qui ſit vnicus non ſupplent defectum illius probationis.*
13 *Probationes concludentes, & indubitatæ requiruntur ad effectum excludendi filios ab hæreditate paterna.*
14 *Atteſtationi iuratæ matris, negantis ſe habuiſſe, ſcientiam de antecedente concubitu viri cum eius ſorore ſtatur, donec concludenter probetur contrarium.*
15 *Iuramento atteſtantis ſe neſcire aliquid ſtandum eſt, quando iurans habet pro ſe præſumptionem ignorantiæ.*
16 *Notitia ſimplex inceſtus ignoranti ſuperueniens non facit ipſum incidere in pænas ordinarias inceſtuoſis inflictas etiam ſi ipſe in concubitu perſeueret.*
17 *Notitia inceſtus alteri ex parentibus ſuperueniens non poteſt inferre præiudicium filijs antecedenter natis.*

D E C I S I O DLXI.

REſolutum fuerat coram me 17. Maij 1656. non eſſe locum Ægidianæ, ſiuè quia inter Bona hæreditaria quondam Comitis Alexandri Mariæ de Pepulis, ex eadem cauſa, & actione ſub vni-
1 co libello petita, & in eadem ſententia contenta comprehendebantur tria corpora Emphyteutica
2 Eccleſiaſtica ſiuè etiam propter Iniuſtitiam ſententiæ ex eo elicitam, quod non poterat concedi Immiſſio Antoniæ, & Margharitæ Sororibus in poſſeſſionem Hæreditatis dicti Comitis Alexan-
3 dri Mariæ, cum ſint inceſtuoſæ, & ſic incapaces ſucceſſionis.

Sed cauſa hodie repropoſita cẽſuerunt Domini recedendum eſſe à deciſis. Primum enim fundamentum corruit ex lectura libelli in ſecundo Proceſſu de partibus fol. 17. à tergo cum ſeqq. vbi non leguntur petita bona emphyteotica, ſed duntaxat omnia bona propria, & libera Comitis
4 Alexandri Mariæ, ſub huiuſmodi enim petitione non includuntur emphyteotica, quæ tanquam
5 obnoxia oneri reſtitutionis ad fauorem ſucceſſiue vocatorum in inueſtituris ex pacto, & prouidentia conceſſis, vt notat *Bart. in l. vt Iuris iurandi* §. *ſi liberi ſub n.6.ff. de oper. libert. cum alijs per Rotam dec.375. ſub num.7. verſ. alia ex pacto par. prima recent. & in Bonon. Fideicommiſſi Io. Mariæ de Bologninis 4. Februarij 1654. coram me* §. *Et quamuis in fine* nuncupari non poſſunt propria, & libe-
6 ra Alexandri Mariæ poſſeſſoris; Cumque ſententia generaliter prolata ſuper immiſſione in poſſeſſionem Hæreditatis illius declarationem de iure recipiat ab huiuſmodi petitione, & libello *Caſtr. conſ. 376. in princ. verſ. quod autem conſtet lib. primo Aym conſ.188. num. primo Menoch. conſ.501. num.6.*

Gregor. dec.470. num.6. exinde patet, quod nulla-
7 tenus in ea comprehendūtur aſſerta corpora em-
phyteotica Eccleſiaſtica, & propterea locus eſt
Ægidianæ, dum actum fuit in poſſeſſorio ex re-
medio *l.fin.C.de Edict. Diu.Adr. tollen.* inter perſo-
nas Laycas, & ſuper bonis tantummodo laycali-
bus, & liberis, vt reſponſum fuit in *Bononien. Fi-
deicommiſſi de Rubeis 16. Martij 1648. coram bon.me.
Dunozetto in princ.*

Nec refert, quod ante libellum præfatæ ſorores
vigore mandati de immittendo in poſſeſſionem
omnium, & ſingulorum bonorum in dicta hære-
ditate relictorum ab AC. relaxati adeptæ fuerint
poſſeſſionem Prædij in loco nuncupato la Moli-
nella primo Proceſſu de partibus fol. primo & 8.
quod eſt emphyteoticum Eccleſiæ Archihoſpitalis
Rauennæ, quia cùm huiuſmodi mandatum nemi-
8 ne citato conceſſum haberet in ventre ſolitam
clauſulam, *dummodo tamen poſſeſſio ſit vacuus* eodem
Proceſſu fol. 4. ſtatim euanuit vna ſimul cum eius
exequutione, ex quo poſſeſſio erat plena, *Rota
deciſ. 513. num. primo par. prima rec. cum alijs in Ro-
mana Fideicommiſſi de Cæsijs 14. Martij 1657. coram
eodem bon. mem. Dunozetto §. Nec anteriorem verſ.
Tùm etiàm quia*, & proinde id, quod eius vigore
geſtum eſt, attendi non debeat, ſed ſolùm inſpi-
cienda, & attendenda eſt ſubſequens iudicialis pe-
titio Immiſſionis vigore dicti libelli peracta, quæ
tanquam reſtricta ad ſola bona propria, & libera
ad iſta pariter reſtringit ſententiam generaliter
ſucceſſiuè prolatam ex deductis.

Secundum vero fundamentum ceſſat ex moti-
uo nouiter deducto in dicta deciſione non ponde-
rato, nempe ex quo non probatur ſcientia Dia-
næ antecedentis concubitus Comitis Alexandri
Mariæ cum Dominica ſorore antequam ipſa ex
9 eo filios conciperet; Ignorantia enim excuſat ab
inceſtu, & filij inde progeniti naturales tantum-
modo, non autem inceſtuoſi, nec ſpurij reputan-
tur *cap. lectum mariti 34. quæſt. 2. l. ſi Adulterium 38.
§. ſtuprum in fine ff. ad l. Iuliam de Adulter. Bart. in
d. l. ſi adulterium ante num. primum verſ. ſed ab ince-
ſtu Federic. de Sen. conſ. 167. ſub num. primo verſ. Et
hoc expreſſe probatur, Aym. conſ. 144. poſt med. nu.7.
verſ. amplius etiam Surd conſ. 303. num. 21. Baiard. ad
Clar. §. Inceſtus num. 2. Lup. de illegit. comment. primo
§. 5. num. 73. Rota apud Caſſador. dec. vnic. nu. 2. verſ.
ſed maior pars, & per tot. de ſponſal. & matrim. &
in recent. dec. 264. ſub num. 4. verſ. vel non deponunt
par. 5. cum concordantibus allegatis per Farinace. de
delict. Carn. quæſt. 149. num 161. cum ſeqq.*

Nec huiuſmodi ſcientia dici valet comprobata
ex Teſtibus deponentibus de confeſſione dd. Mu-
lierum, & Comitis, quod ab eo carnaliter co-
gnita fuerit prius Dominica, quàm Diana; Quià
præter quod ſunt ſingulares in proprio dicto con-
trarij, & plures exceptiones perſonales patiuntur,
vt latè deducunt Informantes; De huiuſmodi cō-
feſſione deponunt longè poſt conceptionem Dia-
næ, nempè de tempore obitus Comitis, quo iſta
penes eum inſtabat, vt ipſam deſponſaret, quod
vtrique non ſuffragatur, cùm ſcientia iuſtificari
10 debeat, ante conceptionem ad effectum, vt filijs
præiudicet ex allegatis. Et licet primus Teſtis
iuxtà 22. Interrogatorium implicitè dictam an-
tecedentem ſcientiam concludere videatur, dùm
deponit, quod Diana aſſiſtendo primo partui Do-
minicæ in lecto Comitis ſequuto proprios anulos
ipſi Teſti tradidit, vt loco pignoris eos relinque-
ret penès Officiales Hoſpitalis Proiectorum do-
nèc ſolitam elemoſynam Comes illi perſolueret
pro Gemellis in dicto partu natis, & in præfato
Hoſpitali dimiſſis; Nihilominùs quià ſuper hac
11 circunſtantia eſt vnicus, non facit fidem, *Card.
Mantic. deciſ. 325. in princ. Card. Seraphin. dec. 1191.
num. 2.* quæ ab alijs Teſtibus ſuppleri non poteſt,
12 dùm cæteri de ea deponunt tantummodo de au-
ditu ab ipſo primo Teſte *cap. licet ex quadam de
Teſtib. Surd. conſ. 135. num 96 Hond. conſ. 102. nu. 58.
lib. primo Card. Seraph. deciſ. 1075. num. 3.*

Quæ certius admittenda videntur; Tum quia
13 agitur de cauſa admodum graui, ac de illatione
maximi præiudicij filiabus comitis, dum tracta-
tur de priuando illas paterna hæreditate valde
opulenta, ad quem effectum concludentes, & in-
dubitatæ probationes requiruntur *l. fin. C. de pro-
bat. Card. Seraph. dec. 1356. num. primo* tum etiam
14 quia pro ignorantia concurrit iurata atteſtatio
ipſius Dianæ negantis ſe habuiſſe ſcientiam dictæ
copulæ præcedentis Dominicæ, nec de præſenti
talem notitiam certam habere, cui ſtatur, donec
concludenter probetur contrarium, quando pro-
vt hic, iurans neſcire aliquam habet pro ſe præ-
15 ſumptionem ignorantiæ, vt tradit *Farin. de delict.
Carn. d. quæſt. 149. num. 263.*

Non obſtat prætenſio, quod Diana poſt habi-
tam de ea notitiam adhuc in concubitu continua
uerit, Quia vltra quod huiuſmodi notitia nullate-
16 nus iuſtificatur, exinde ipſa cenſeri non debet in-
curſa in pœnas ordinarias inceſtuoſis inflictas, vt
tradunt *Couarr. in emphyt. de Sponſalibus cap. 6. §. 8.
num. 19. Clar. in d. §. Inceſtus num. 10. Farin. d. qu. 149
num. 193.* & ſic multo minùs ſuis filiabus præce-
17 denter natis aliquod fuit præiudicium illatum.

Et ita vtraque &c.

NOVARIEN. CAPELLANIÆ.

Veneris 29. Martij 1658.

ARGVMENTVM.

Donans omnia eius bona preſentia, & futura ſi eius vita durante tantum reſeruauerit ſibi vſumfructū bonorum donatorum, an poſſit teſtari de illis fructibus, qui ſuperſunt ex vſufructu reſeruato an verò poſſit ſolummodò de illis diſponere per actum inter viuos maximè ſi in donatione reſeruata fuerit certa, & limitata quantitas ad effectum teſtandi?

Valde controuerſa eſt materia, & magiſtalis deciſio.

SVMMARIVM.

1 *Donatio comprehendit etiam bona loco bonorum donatorum ſubrogata.*

2 *Donatio bonorum futurorum comprehendit etiam acquiſita per donantem ex fructibus bonorum donatorum.*

3 *Donatio facta de bonis præſentibus, & futuris comprehendit etiam fructus, qui donanti ſuperſunt vltra ſuas neceſſitates ex vſufructu reſeruato.*

4 *Donator, quando ſibi reſeruauit fructus bonorum donatorum explicitè prò toto tempore vitæ ſuæ, & eius vita durante tantum, non poteſt de illis diſponere niſi per actum inter viuos; Non autem per actum vltimæ voluntatis, qui poſt mortem effectum ſuum ſortiri deberet.*

5 *Donator dum ſibi reſeruauit certam, & limitatam ſummam ad effectum teſtandi, inde ſequitur quod reſeruatio vſusfructus immediatè antecedens omnino facta fuerit ad diſponendum de fructibus, qui ex eo ſuperſunt in vita.*

6 *Solutio debiti Hæreditatis non ſpectat ad legatarium*

ſed

Digitized by Google

ſed ad hæredem inſtitutum.

7 *Donatio bonorum futurorum comprehendit quidem bona ex quocunque titulo donanti in futurum quæſita non autem fructus perceptos, & extantes ex vſufructu ſibi reſeruato.*

8 *Donator liberè diſponere poteſt etiam teſtando de fructibus, qui ſuperſunt ex vſufructu ſibi reſeruato, num. 9. 10. & 11.*

12 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum ſuſtinetur ex ſola reſeruatione vſusfructus, ſi ſit pinguis, cum donator de fructibus ex eo ſuper extantibus teſtari poſſit.*

13 *Donatio omnium bonorum præſentium, & futurorum non comprahendit fructus ſuper extantes ex vſufructu donatori reſeruato.*

14 *Bona acquiſita per donantem ex vſufructu ſibi reſeruato, non veniunt in donatione omnium bonorum præſentium, & futurorum.*

15 *Donator nil intereſt an ſibi vſumfructum tantum, vel fructus bonorum donatorum reſeruauerit cum vtroque caſu fructus ad reſeruantem pertineant, & de eis ipſe quomodolibet diſponere poſſit.*

16 *Donator, licet ſibi reſeruauerit fructus, & redditus bonorum donatorum toto tempore vitæ ſuæ, eiuſque vita durante tantum, indè non ſequitur, quod ipſe de illis fructibus, qui ſuperſant ad ſui libitum quomodolibet diſponere non poſſit.*

17 *Donator tunc non poteſt diſponere de fructibus, qui ei ſuperſunt ex vſufructu reſeruato per actum vltimæ voluntatis in morte, quando nominatim. & expreſsè actum eſt, vt de illis diſponat in vita.*

18 *Secùs autem, quando nulla facta mentione diſpoſitionis, donator ſibi reſeruat fructus, vel vſumfructum durante vita ſua tantum.*

19 *Expreſſio illorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur.*

20 *Vſusfructus finitur morte vſufructuarij.*

21 *Donator liberè teſtari poteſt, & per actum vltimæ voluntatis diſponere de fructibus reſeruatis, illorumque acquiſitionis, quando nulla facta mentione diſpoſitionis illorum ſibi ſimpliciter reſeruauit fructus, vel vſumfructum durante vita ſua tantum.*

22 *Amplia, etiam ſi præciſam, & limitatam quantitatem ſibi reſeruauerit ſuper bonis donatis ad effectum teſtandi.*

23 *Reſeruatio facta ſuper bonis donatis de certa, & limitata ſumma ad effectum teſtandi non excludit libertatem teſtandi etiam de alijs non donatis, immò expreſſè reſeruatis.*

24 *Reſeruatio per donantem ſibi facta ad effectum teſtandi, debet ſaltem excedere vigeſimam partem Patrimonij donati.*

25 *Reſeruatio facta in donatione ad effectum teſtandi, quando eſt modicæ quantitatis eò certius facultas teſtandi non cenſetur ad illam reſtricta, ſed dicitur ampliatiuè, & comprehenſiuè facta etiam reſpectu aliorum bonorum, & fructuum reſeruatorum.*

28 *Aſſertioni Teſtatoris in Teſtamento facta cum iuramento omnino eſt deferendum, cum non cenſeatur voluiſſe decedere ſub falſo iuramento, ſed tamquam memor ſalutis æternæ veritatem prorſus pandere voluiſſe.*

27 *Legati exequutio, ad hoc vt impediri non poſſit ſatis eſt, quod ſit dubium an bona ſuper quibus exequutio petitur ſint propria Teſtatoris, nec ne.*

28 *Donator, ſicuti poteſt integros fructus ſuper bonis donatis ſibi reſeruatos eius vita durante detrahere, ita poteſt illos cumulare, & eis bona acquirere, de illiſque teſtari.*

29 *Diſpoſitio facta in piam cauſam recipit quamlibet benignam interpretationem.*

30 *Donator poteſt in eius Teſtamento declarare appellatione bonorum futurorum noluiſſe comprahendere in donatione fructus reſeruatos eorumque acquiſitiones.*

31 *Manutentio conceditur probanti eius anteriorem poſſeſſionem.*

32 *Poſſeſſio probatur nedum ex Inſtrumento illius adeptionis, verum etiam ex actualibus exactionibus fructuum.*

33 *Poſſeſſio remanet iuſtificata ex propria confeſſione colligantis, qui contra poſſeſſorem petijt Immiſſionem.*

DECISIO DLXII.

DOnauit anno 1626. Maximilianus Ferrerius Eccleſiæ Parochiali Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſij Plebis Vergontis Nouarien. Diocœſis omnia bona ſua præſentia, & futura mobilia, & immobilia cuiuſcunque generis, exceptis ſcutis 450. auri ſibi debitis à Ludouico Ferrerio, Sylua cum Arboribus Caſtaneis in Territorio Vogorien. & bonis immobilibus, ſeù etiam mobilibus ſitis in Terræ Vogoniæ in loco de *Rumanea*, & reſeruata facultate teſtandi de libris 300. Imperialibus, reſeruatoque vſufructu his verbis ibi: *Pacto tamen quod præfatus Maximilianus Donator poſſit, & valeat, & ſibi liceat non obſtante ſupradicta Donatione, ſibi retinere dicta bona, & Iura, vt ſupra donata, & ipſis, & eorum fructibus, & redditibus percipiendis ex ipſis bonis, vt ſupra frui, & gaudere toto tempore vitæ ſuæ, eiuſque vita durante tantum abſque aliquo impedimento dictæ Eccleſiæ Donatariæ.*

Deinde anno 1651. condidit Teſtamentum, in quo inſtitutis hæredibus ſuis Fratribus erigi, & fundari mandauit Beneficium iurispatronatus, & Cappellaniæ in Eccleſia Parochiali S. Bernardi de Vrzino ſub titulo, Beatæ Mariæ Virginis Roſarij cum onere ſex miſſarum quolibet menſe in perpetuum in ſuffragium Animæ ipſius Teſtatoris, & pro illius Dote aſſignauit certa ibidem deſcripta bona ſub iurata aſſertione ibi: *Quæ verò bona, Cenſus, & Iura per me Teſtatorem acquiſita fuerunt toto ſudore ad hunc finem, & effectum tantum ex pecunijs, quæ prouenerunt ex fructibus, & redditibus per me exactis, & perceptis ab anno 1626. citra, ſaluo, vt infra, prout Ego idem Teſtator hoc meo Iuramento tacto pectore more Clericatus affirmaui, & affirmo &c.*

Defuncto Teſtatore erecta fuit Cappellania, & ad præſentationem Patronorum inſtitutus Clericus Io: Baptiſta Moia, qui poſſeſſionem illius, & bonorum omnium pro Dote aſſignatorū fuit aſſequutus; Cumque 21. Iunij 1655. coram me dubitatum fuerit An, & cui eſſet dandum mandatum de manutenendo, reſponderunt Domini vt videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis, quo hodie diſcuſſo, Informantes pro Eccleſia SS. Vincentij, & Anaſtaſij Donataria, quod cum Maximilianus donaſſet omnia eius bona præſentia, & futura ſub huiuſmodi donatione comprehenderentur etiam controuerſa tanquam futura vti ab ipſo acquiſita poſt annum 1626. quo dictam donationem fecerat, quia aut fuerunt acquiſita, ex capitalibus Cenſuū
1 donatorum, & deinde ab ipſo retrouenditorum
& tanquam loco illorum ſubrogata ſub donatione continentur, prout continebantur dicti Cenſus ad notata in §. *ſi igitur verſ. Vnde conſequens Auth.*

Digitized by Google

2 *Auth. de hæredit. quæ ab inteſt. deferunt*; Aut verò
acquiſita fuerunt ex fructibus bonorum donato-
rum, & pari modo comprehendebantur appella-
tione bonorum futurorum, & cadere debebant
3 ſub donatione ſicuti comprehenderentur, & ſub
ea caderent ipſimet fructus, qui donanti ſupereſ-
ſent vltra ſuas neceſſitates, vt tradit *Caſtr. conſil.
75. ſub num. 3. verſic. vel aliter quia dicta reſponſio
par. 2. Dec. conſ. 30. num. 3. verſ. vt in terminis vo-
luit, & conſil. 250. ſub num. 2. verſ. fuit enim facta
Corn. conſ. 176. num. 23. lib. 2. Io: Franc. à Pont.
conſil. vltimo num. 22. Celſ. Vgo conſil. 37. num. 5.
cum ſeqq. Boer. deciſ. aur. 204. ante num. 38. verſ.
ſed hoc non placet*.

4 Præſertim tam attenta reſeruatione dictorum
fructuum explicitè facta pro toto tempore vitæ
ſuæ, eiuſque vita durante tantum, quæ operatur
vt de eis diſponere potuerit dumtaxat per actum
inter viuos, non autem teſtari, aut aliter diſpo-
nere per actum vltimæ voluntatis qui poſt mor-
tem effectum ſuum ſortiri deberet, vt conſuluit
*Bart. conſ. 76. poſt med. verſ. Ne tamen ratio, & per
tot. vol. 1. quem ſequuntur Dec. d. conſil. 30. dicto
num. 3. cum ſeqq. Alex. conſil. 13. num. 17. lib. 3.
Corn. d. conſil. 176. dicta num. 23. verſ. quod maxi-
mè Io: Franc. à Ponte dicto conſil. vltimo ſub n. 23.
verſic. ſecundo principaliter, Boer. d. deciſ. 204. ſub
num. 45. verſ. Ad quartum, quia de fructibus, Clar.
in §. donatio quæſt. 19. num. 9. Cancer. var. reſol.
par. 1. cap. 8. num. 79.* Quam etiam inſpecta re-
ſeruatione librarum 300. Imperialium expreſsè
facta ad effectum teſtandi; Ideò dum habetur
ſpecifica reſeruatio poteſtatis teſtandi ad certam
5 ſummam reſtricta, & limitata peruenire ſequi
videatur, quod reſeruatio vſusfructus immedia-
tè antecedens omninò facta ſit reſpectu diſpoſi-
tionis in vita, vt ponderant *Dec. dicto conſil. 250.
ſub dicto num. 2. verſ. Et iſta opinio ſaltem videtur
procedere Celſ. Vgo d. conſil. 37. ſub num. 9. verſic.
Et in caſu noſtro, & verſ. Maximè quod reſeruaue-
runt Io: Franc. à Pont. dicto conſil. vt ſupra ſub nu-
mer. 26. verſ. Tertio principaliter, & Cancer. dicto
cap. 8. num 84. verſ. ſuper quibus*.

Scribentes verò pro Cappella Sanctiſſimi Ro-
ſarij, ad cuius fauorem fuerat factum legatum,
contendebãt acerrimè dicta bona ex fructibus ac-
quiſita fuiſſe, vt Maximilianus Teſtator Iure iu-
rando in Teſtamento firmiter aſſeruit, non au-
tem ex capitalibus Cenſuum ab ipſo retrouendi-
torum, atteneo potiſſimè, quod retrouenditio-
nes relatæ in *Summar. Eccleſiæ num. 2.* quæ prauia
appoſitione diei iuſtificantur factæ poſt donatio-
nem modicæ ſunt quantitatis librarum 550. cir-
citer non correſpondentis valori bonorum acqui-
ſitorum aſcendenti ad libras 4703. Et quatenus
replicabatur, quod ſaltem pro illa rata reinte-
6 granda eſſet donatio, huiuſmodi tamen onus
non videbatur ſpectare ad Cappellam, ſed ad hæ-
redes inſtitutos ad *Text. in l. cum hæredes 23. ff. de
acquir. poſſeſſ. & in l. hæredes la 2. ff. de acquir.
hæred.*

Ad reliqua reſpondebant veriorem, & magis
7 communem eſſe opinionem, quod in d. donatio-
ne bonorum futurorum veniunt quidem bona ex
quocunque alio titulo Donanti in futurum quæ-
8 ſita, non autem fructus percepti, & extantes ex
vſufructu reſeruato, de quibus Donator liberè
diſponere poteſt etiam teſtando vt contra *Caſtr.*
vbi ſupra reſpondit *Alex. in l. ſtipulatio hoc modo
concepta 61. ſub num. 18. verſ. Et quid ſi vſumfru-
ctum ff. de verb. oblig. quem ſequitur Iaſ. ibidem pa-
9 riter num. 18.* vbi aſſerit ſe credere Caſtrenſem er-
rare in præſuppoſito, quod Donator non poſſit
teſtari de illis fructibus, qui ſuperſunt ex vſufru-
ctu reſeruato, *Aym. conſil. 222. num. 5. Natt. conſ.
146. num. 11. Gabr. conſil 139. ſub num. 2. verſ.
Nec refert, quod de vſufructu lib. 1. Rimin. Iun. con-
ſil. 167. num. 17. & 18. qui allegat Caſtr. ſibi contra-
rium in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta in fine*, vbi
10 præcisè firmat, quod de dictis fructibus teſtari
poteſt, ſi ſuperſunt, *Couar. var reſol. lib. 3. cap. 12.
ſub num. 1. verſ. Ex contrario, & ſub num. 2. verſ.
Item eadem Gutier. de Iuram. confirmat. par. prima
cap. 11. ſub num. 14. verſ. facit etiam præterea Clar.
in §. Donatio quæſt. 19. num. 9. verſ. Aut verò Do-
11 nator*, vbi dicit hanc ſententiam contra Caſtren-
ſem eſſe communem *Cancer. d. cap. 8. num. 78.
verſ. Eſtque ratio plenè Card. Mantic. de tacit. lib. 13.
tit. 32. num. 5. cum plur. ſeqq. Trentacinq. var. reſol.
vol. 1.] lib. 3. tit. de donat. reſol. 3. num. 18. verſ.
prima eſt, & verſ. Tu non recedas à prima Fontanell.
de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſſ. 22. ſub num. 2. verſ.
Affirmatiuam ex ſui ratione Vincent. de Franch. deciſ.
168. num. 3. & 4.* & ex hac ratione, quod Dona-
12 tio omnium bonorum præſentium, & futurorum
ſubſtineatur ex ſola reſeruatione vſusfructus ſi ſit
pinguis, ex quo Donator de fructibus ſuperex-
tantibus validè teſtari poteſt reſpondit *Rota in
Vrbeuetana Caſtri Criſignani 24. Aprilis 1626. coram
Remboldo, in recent. deciſ. 10. per tot. & ſignanter
13 num. 7. par. 5.* Itaque propterea ſicut in Donatio-
ne appellatione futurorum non veniunt præfati
14 fructus, ita pari modo non veniant bona ex iiſdẽ
fructibus acquiſita, vt comprobat *Franch. d. de-
ciſ. 168. num. 18. verſ. Et poſtquam iuxtà ſecundum
& tenuit Rota coram Duran. deciſ. 348. num. 9. verſ.
ſed imò, & in* Romana *Domus, ſeù Fideicommiſſi de
Incoronatis 24. Ianuarij 1646 coram bo. me. Pentin-
gerio ſub §. 1. verſ. Nam cum Domus*.

15 Nec vllum diſcrimen eſſe conſtituendum inter
reſeruationem vſusfructus, & reſeruationem fru-
ctuum, quia paria ſunt quoad poteſtatem teſtan-
di de fructibus ſuperextantibus, vel de illorum
acquiſitionibus reſeruarè vſumfructum, vel fru-
ctus cum vtroque caſu fructus ad reſeruantem
pertineant, & de eis ipſe quomodolibet diſpone-
re poſſit, vt poſt *Aym. dicto conſil. 222. num. 5.
verſ. Non obſtat, quod aliud, & verſ. Ille enim*
tradit *Card. Mantic. de tacit. d. tit. 32. num. 12.* ac
admitti *Io: Franc. à Ponte*, qui ſcripſit in contra-
rium *d. conſil. vltimo numer. 23. verſ. Et ideò benè*;
Præter quod in caſu noſtro Donator idem intel-
lexit de fructibus, ac de vſufructu, nam in reſer-
uatione mentionem fecit de fructibus, & reddi-
tibus ſua vita durante adiectis verbis, *frui, &
gaudere*, Et in tranſlatione poſſeſſionis bonorum
donatorum poſt mortem addidit hæc verba ibi:
*poſt eius obitum, bona, & Iura ſint Eccleſiæ &c. &
tunc conſolidetur cum dominio dato*.

16 Prout nec obſtare, quod Donator ſibi reſerua-
uerit fructus, & redditus toto tempore vitæ ſuæ,
eiuſque vita durante tantum, quia huiuſmodi
verba deſignant quidem tempus determinatum,
quo durare debebat reſeruatio fructuum, & red-
dituum, nempè vſquequo eius vita naturalis dura-
uerit, ſed non indè arctant Donantem, quia de
illis, qui ſuperſint ad ſui libitum quomodolibet
17 diſponere poſſit, Tunc enim de eis diſponere non
poteſt per actum vltimæ voluntatis in morte quã-
do vlterius nominatim, & expreſsè actum eſt,
quod

quod de illis diſponat in vita, in quibus terminis
conſuluit *Bart. d. conſil. 76. & loquitur Rota in Fa-*
uentina Legatorum 24. Februarij 1626. & 23. Ianua-
rij 1637. coram Card. Panzirolo, & 15. Iunij eiuſdem
anni coram Merlino in recent. dec. 104. 190. & 231.
18 *par. 7.* Secus autem quando (prout hic) nulla
facta mentione diſpoſitionis Donator ſibi reſer-
uat fructus, vel vſumfructum durante vita ſua tan-
19 tum, hoc enim caſu quia exprimit quod tacitè
20 ineſt ex quo vſusfructus morte finitur *l. cũ antiqui-*
tas C. de vſufruct. §. fin. Inſtit. eodem huiuſmodi ex-
21 preſſio nihil operatur, nec impedit Donantem
quin licitè, & liberè teſtari poſſit, & per actum
vltimæ voluntatis diſponere de fructibus reſerua-
tis, illorumque acquiſitionibus, vt optimè decla-
rauit *Natt. d. conſil. 146. ſub num. 12. verſ. Non ob-*
ſtat quod quando Remin. Inn. d. conſil. 167. num. 24.
cum duob. ſeqq. Gabr. d. conſil. 131. num 5. lib. 1.
Couarr. d. cap. 12. ſub num 2. verſ. ſic ſanè falſum eſt,
& num. 3. Guttier. de Iuram. confirmat. d. cap. 11.
ſub n. 5. verſ. eandem etiam communem Card. Mantic.
d. tit. 32. n. 14. & 15. Clar. d. §. Donatio d. queſt.
39. num. 9. verſ: Aut teſtator reſeruauit Trentacinq.
d. reſol. 3. ſub d. num. 18. verſ. Procedit hæc com-
munis opinio.
22 Et addebant minus hunc caſum diuerſificare
præciſam, & limitatam reſeruationem librarum
300. Imperialium ad effectum teſtandi, Tum
quia in his præciſis terminis pronunciauit Sena-
tus Luſitanus, vt refert *Fontanell. vbi ſupra dicta*
23 *gloſſ. 22. verſ. ex quo apud.* Tum etiam quia re-
ſeruatio huiuſmodi facultatis teſtandi cadit qui-
dem ſuper bonis donatis, cum ex eis voluerit
Donans poſſe teſtari de libris 300. ſed non exclu-
dit libertatem teſtandi etiam de alijs non dona-
tis, imò expreſsè exceptis, & liberè ſibi reſerua-
tis, vt in ſimilibus terminis probat *Sola ad conſue-*
tud. Sabaud. tit. de alienat. bonor. minor. gloſſ. 3. n. 48.
& Theſaur. deciſ. 109. num. 8. & maximè quia illa
quantitas librarum 300. erat valdè modica non
excedens ſcuta 43. monetæ Romanæ, & tamen
24 ſumma reſeruata ad effectum teſtandi ſaltem
debet excedere vigeſimã partem illius patrimo-
nij, quod donatur, vt refert *Clar. in d. §. donatio*
d. quæſt. 19. ſub num. 8. in fine, & propterea eo
25 certius huiuſmodi teſtandi facultas non cenſetur
reſtricta, & limitata ad illam modicam quanti-
tatem, ſed ampliatiuè, & comprehenſiuè facta
etiam reſpectu aliorum bonorum, & fructuum
reſeruatorum.

Placuerunt Dominis hæc poſteriora funda-
menta; Ideoque exiſtimarunt conſtare de bono
Iure Cappellæ etiam ad effectum manutentionis,
ponderando præcipuè quod ex facti circunſtan-
tijs duo vlterius pro illius comprobatione reſul-
tant; Alterum, quod Donator in Teſtamento
ſub Iuramento tacto pectore more Clericorum
aſſeruit controuerſa bona toto ſudore ad hunc fi-
nem, & effectum acquiſiuiſſe ex fructibus, &
redditibus bonorum ſuorum cui quidem aſſertio-
26 ni omninò videtur deferendum, cum non cenſea-
tur voluiſſe decedere ſub falſo iuramento ſed tan-
quam memor ſalutis æternæ veritatem prorſus
pandere voluiſſe, vt dixit *Rota deciſ. 62. num. 2.*
cum ſeqq. par. 7. recent. & propterea conſiderabile
admodum eſt, quod cum non ſolum haberet bo-
na donata, ſed etiam reſeruata, & ex omnibus
fructus perciperet, exinde vel affirmari poteſt fru-
ctus prouenientes ex donatis impendiſſe in vita
pro ſuis neceſſitatibus, fructus verò bonorum re-
ſeruatorum cumulaſſe pro acquirendis bonis, de
27 quibus agitur, vel ſaltem negari non valet quin
valdè dubium, & incertum ſit iuſtificare pro qua
quantitate acquiſitiones fecerit ex fructibus do-
natorum, & pro qua quantitate ex fructibus re-
ſeruatorum, quod vtique ſufficeret Cappellæ Le-
gatariæ ad effectum, quod executio eius Legati
impediri non poſſit.
28 Alterum, quod ſicut indubium eſt potuiſſe
Donatorem integros fructus bonorum donato-
rum eius vita durante diſtrahere, & in quoslibet
vſus ſibi male, ſeù benè viſos conuertere abſque
vllo impedimento per Eccleſiam inferendo, vt in
ſpecie in ipſa donatione prouidit ibi: *frui, &*
gaudere toto tempore vitæ ſuæ, eiuſque vita durante
tantum abſque aliquo impedimento dictæ Eccleſiæ Do-
natariæ; Ità etiam atque certius honeſtum, lici-
tum, immò laudabile exiſtimarunt eoſdem fru-
ctus potuiſſe cumulare, & conſeruare atque ex
eis bona acquirere, & de illis in articulo mortis
diſponere in opus pium celebrationis ſex miſſa-
rum quolibet menſe in perpetuum pro ſalute ani-
29 mæ ſuæ, ad cuius propterea fauorem quælibet
benigna interpretatio ſumenda eſt, & ſic ſaltem
30 viſum fuit Donatorem potuiſſe in Teſtamento
declarare prout facto declarauit, appellatione bo-
norum futurorum noluiſſe comprehendere fru-
ctus reſeruatos, eorumque acquiſitiones per ea,
quæ dixit *Rot. in recent. deciſ. 238. num. 5. par. 3.*
in Bonon. Succeſſionis 4. Maij 1646. coram bon. mem.
Bichio, §. Quæ opinio circa med. & in Piſauren. Do-
nationis 26. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo Ottho-
bono inter eius impreſſ. deciſ. 119. num. 8.
31 Manutentionem verò eidem Cappellæ ſine du-
32 bio competere viſum fuit, cum eius anterior
poſſeſſio ſufficienter iuſtificetur nedum ex publi-
co Inſtrumento adeptionis relato in eius *primo*
Summario num 4. atque ex actualibus exactioni-
33 bus fructuum *eodem Summar. num. 9.* ſed etiam ex
propria confeſſione Colligantis, quæ contra
eam perijt immiſſionem *vulg. Iur.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA CAMBII.

Lunæ 8. Aprilis 1658.

ARGVMENTVM.

Contractus cambij initus ad biennium abſque Be-
neplaciti reſeruatione lapſo termino non durat,
& fructus ſoluti cedunt in extinctionem ſortis
Cambia vt debeantur debet probari tranſmiſſio
pecuniarum ad nundinas.

SVMMARIVM.

1 *Cambia redduntur ſicca, non conſtito de tranſmiſſio-*
ne pecuniarum ad nundinas.

2 *Cambiandi onus adiectum ſolum in prima parte re-*
ſpiciente primum biennium, non cenſetur in par-
te ſecunda reſpiciente poſt biennium repetitum.

3 *Repetitio non admittitur in odioſis, ſed omne id*
quod literaliter non legitur habetur pro omiſſo.

4 *Creditor cambij non poteſt prætendere Cambia, &*
recambia, niſi realiter probauerit pecunias tranſ-
miſiſſe ad nundinas.

5 *Conditiones, & qualitates expreſſæ in priori diſpo-*
ſitione, dum in ſequenti non fuerunt repetitæ,
cenſentur conſultò omiſſæ.

6 *Contractus initus ad certum tempus, cum clauſula,*
& deinde ad Beneplacitum, etiam elapſo termino
durat.

7 *Contractus initus vſque ad certum tempus, abſque*

alia

Digitized by Google

alia Beneplaciti reſeruatione lapſo tempore, dicitur extinctus.

8 *Itaut ſi ille de conſenſu partium continuetur ſiuè tacitè, ſiuè expreſſe nouus dicitur Contractus.*

9 *Contractuum diuerſitate, & repetitione ſtante, pacta onerosa, & odibilia non cenſentur in ſecundo contractu repetita.*

10 *Cambiorum continuatio poſt tempus datum debitori ad reſtituendum ſortem, debet eidem debitori notificari.*

11 *Amplia etiam, ſi in Inſtrumento fuerit notificationi renunciatum.*

12 *Cambia indebitè ſoluta cedunt in ſortis extinctionem, cum Partes non poſſint illicitum reddere licitum.*

DECISIO DLXIII.

INter D. Gineuram Manfronam, & D. Franciſcũ Columnam anno 1639. initum fuit Cambium ſortis principalis ſcutorum 500. in quo Franciſcus Debitor infra duos annos illi reſtituere promiſit dicta ſcuta 500. & interim hoc biennio durante ne ipſa D. Gineura aliquod damnum pateretur, voluit, & conſenſit, quod ipſa, ſeù aliquis mercator pro ea ibidem ab ipſo electus poſſet totidem ſcuta 500. ſeù illorum valorem ſuſcipere ad cambium, & recambium à quibuſuis Mercatoribus per quaſcunque ferias, cura, opera, diligentia, cambijs, recambijs, damnis, expenſis, prouiſionibus, & intereſſe ipſius D. Franciſci, promittens vlterius ſingulo bimeſtre exhibere in manibus D. Gineuræ partitas librorum, & literarum reuerſus, & in caſu non exhibitionis illarum, vel non tranſmiſſionis inferijs promiſit loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis perſoluere dictæ D. Gineuræ cambia, & recambia ad rationem ſcutorum ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, ex quo (ſunt verba præciſa Inſtrumenti) ibi; *Id in ipſum abſumpſit, elapſo autem biennio, & non reſtituta ſorte principali, nec ſolutis cambijs de curſis vltra facultatem cogendi Debitorem ad dictam reſtitutionem, & ſolutionem reſpectiuè conuentum fuit, quod abſque alia interpellatione poſſet dicta D. Gineura, ſeù Mercator deputatus continuare ſuper Cambijs valorem dd. ſcutorum 500.*

Verum quia elapſo biennio D. Franciſcus dicta ſcuta 500. non reſtituit, imò nouiſſimè iudicialiter conuentus pro illorum reſtitutione coram D. Vicario Lateranen excepit Cambia, ſeù pecunias per ipſum ſolutas ceſſiſſe in extinctionem ſortis, à quo ſententiam fauorabilem obtinuit, & delata mihi cauſa appellationis dubitaui An Cambia deberentur poſt biennium, & negatiua
1 prodijt reſolutio, quia cum non iuſtificetur actualis tranſmiſſio pecuniarum ad nundinas, cambia, & recambia redduntur ſicca, & illicita iuxtà *Conſtitutionem San. Mem. Pij V. 118. per totam, & ſæpiſſimè dixit Rota, & ſignanter in Romana Pecuniaria 14. Maij 1646. & 23. Martij 1648. coram R. P. D. meo Meltio, & in Mediolanen. Cambij 18. Martij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Non obſtat, quod Franciſcus aſſumpſerit in ſe onus dictæ tranſmiſſionis, alias teneri voluerunt ad damna, & intereſſe.

Quia cum huiuſmodi oneris aſſumptio adiecta
2 fuerit dumtaxat in prima parte contractus reſpiciente primum biennium, nec in verbis repetita fuerit in ſecunda parte reſpiciente tempus poſt
3 biennium vſque ad ſortis reſtitutionem, vtique propter odibilitatem materiæ non inducitur tacita illius repetitio in hac ſecunda parte, ſed omne id, quod in verbis literaliter non legitur habetur pro omiſſo, *Bart. conſil. 39. num. 1. verſic. Præterea lib. 1. Card. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 6.*
4 *num. 33.* & remanet ſub diſpoſitione Iuris, cuius vigore Creditor non poteſt Cambia, & recambia prætendere, niſi doceat de reali, & actuali pecuniarum tranſmiſſione, & continuatione per nundinas, vt præter deciſiones ſupra allegatas latè reſponſum fuit in *Licien. Pecuniaria 29. Maij 1643.*
5 *coram bon. mem. Bichio*; Quoties enim in priori diſpoſitione plures exprimuntur conditiones, & qualitates, in ſequenti verò aliqua tantum repetuntur, reliquæ cenſentur conſulto omiſſæ, *Anan. conſil. 8. num. 5. Surd. conſil. 200. n. 23. Ger. Spin. conſil. 13. num. 15. cum ſeqq. Rota deciſ. 194. n. 17. par. 5. recent.*

Deciſiones autem in *Romana Cambij 14. Februarij 1648. coram bon. mem. Peutingerio, & in Romana Pecuniaria 5. Iunij, & 31. Iulij eiuſdem anni coram*
6 *Eminentiſſimo D. Card. Corrado.* loquuntur in Cambio inito ad ſex menſes, & deinde ad beneplacitum cum onere cambiandi aſſumpto per Debitorem ſine temporis limitatione, & indefinitè vſque ad integram, & effectiuam ſortis reſtitutionem; Vndè non applicantur caſui noſtro, quo cambium contractum fuit ad biennium abſque alia reſeruatione beneplaciti, & ſic cum onere cambiandi limitatè, aſſumpto à Debitore durante dicto biennio; Ingens enim eſt differentia inter vtrumque caſum; nam contractus initus ad certum tempus cum clauſula, & deinde ad beneplacitum etiam lapſo primo termino durat idem contractus *cap. ſi gratioſè de reſcript. l. 4. ff. locat. Gozzad. conſil. 22. num. 10. Dec. conſil. 108. nu. 5. & in terminis Societatis Caſtracan. hoc tract. cap. 54.*
7 *num. 13. & 14.* At vbi contractus eſt initus ad certum tempus abſque alia beneplaciti reſeruatione, lapſo tempore, cenſetur ſolutus *l. actione 5. Item qui Societatem ff. pro Soc. Caſtracan. dicto*
8 *cap. 54. num. 6.* Adeut ſi poſtmodum ex nouo Partium conſenſu tacito, vel expreſſo prorogetur nouus dicatur contractus bene *Corn. conſil. 235. n. 9.*
9 *lib. 2.* Data autem contractus diuerſitate pacta oneroſa, & odibilia nunquam cenſentur in ſecundo repetita ex Iuribus ſupra allegatis.

Præterea ponderatum fuit, quod pactum continuandi pecunias ſuper Cambijs lapſo biennio
10 poſitum fuit in facultate Creditricis, Ideoque debitori notificari debuit non obſtante, quod expreſſe fuerit huic notificationi renunciatum, quia
11 renunciatio intelligitur de prima interpellatione per quam Creditrix notificaret Debitori, quod intendebat vti pacto, & eligere Cambiorum continuationem, non autem de ſecunda, quæ poſt factam electionem ex æquitate fieri debet Debitori, vt certo ſciat electionem Creditoris continuandi pecunias ſuper Cambijs, vt diſtinguendo reſpondit *Rota in Romana Cambiorum 3. Iulij 1618. coram Manzanedo, & in Romana Pratenſorum Cambiorum 30. Aprilis 1655. coram bon. mem. Dunozetto 5. Non obſtat.*

Nec refert, quod Debitor in Cauſam Cambiorum poſt biennium decurſorum aliquam ſummã
12 perſoluerit; Quia vel repete poteſt per viam conditionis in debiti, vel ipſo Iure ceſſit in ſatisfactionem ſortis, cum non poſſint partes exinde illicitum reddere licitum, vt benè reſpondetur in

d. Leo-

Digitized by Google

d. Leodien. Pecuniaria coram bon. mem. Bichio §. Quia ſolutio.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Veneris 10. Maij 1658.

ARGVMENTO.

Non egee.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum publicum facit probationem probatã, & reddit rem claram, & manifeſtam.*

2 *Reo conuento ſufficit reddere turbidam, & æquiuocam probationem Actoris.*

3 *Tranſactio facta bona fide ad componendas lites ortas inter tranſigentes nocet ſucceſſoribus etiam non hæredibus.*

4 *Mulier poteſt agere pro conſecutione ſuæ dotis contra bona fideicommiſſi non excuſſis alijs bonis mariti penes tertios exiſtentibus.*

DECISIO DLXIV.

COnfirmarunt DD. poſtremam reſolutionem coram me emanatam 19. Iunij 1656. vbi DD. Octauio, & Fratribus decernitur Immiſsio in ſolis rubris 18. cum tribus quartis alterius rubri Caſalis Polidori, quia eius fundamenta non ſolum ſubſiſtunt, ſed etiam ex alijs nouiter deductis optimè comprobantur.

Subſiſtunt ſiquidem quia Io: Franciſcus de Mutis, & ſucceſſiuè Valerianus Fideicommittens, eiuſque fratres, & filij reſpectiuè Io: Franciſci non poſſederunt niſi duas tertias partes medietatis dicti Caſalis iunctas pro indiuiſo cum alia tertia parte eiuſdem medietatis Caroli de Mutis, vt clarè probatur ex Inſtrumento obligationis factæ 21. Maij 1495. per Valerianum fideicommittentem præſente, & conſentiente Io. Franciſco eius Patre *Summario præſentis poſitionis D. Falconerij num.* 2. cuius verba referuntur in deciſione, ſeu diſcurſu à me edito 21. *Maij* 1655. *§. Concordant cum hac præciſa, vbi in §§. ſeqq.* pro illius comprobatione alia conſiderantur Inſtrumenta ſucceſſiuè celebrata ab ijſdem fratribus, eorumque deſcendentibus, à quibus cauſam habent Actores.

Præfatæ autem duæ tertiæ partes medietatis conſtituunt rubra 302. dumtaxat, & ſic rubra 151. pro qualibet tertia parte, quod apertè demonſtratur, dum defunctis tam Io: Franciſco Patre, quam Valeriano eius filio, & fideicommittente, ac Marco Antonio, & Iacobo alijs filijs, & fratribus reſpectiuè, ſuperſtitibus Nicolao quarto filio Io: Franciſci, ac Cæſare, & Britio filijs, & hæredibus Valeriani ſub die 8. Iunij 1539. Nicolaus ex vna, & Cæſar, ac Britius ex altera deuenerunt ad tranſactionem ſuper hæreditatibus tam Io: Franciſci Patris, quam Valeriani, Marci Antonij, & Iacobi filiorum prædefunctorum; in qua reſpectu portionis Caſalis Polidori explicitè conuenerunt, quod diuideretur, in duas integras partes, quarum vna eſſe deberet ipſius Nicolai, altera verò præfatorum Cæſaris, & Britij *d. Summario num.* 14. Nicolaus verò, cui obuenit ex dicta tranſactione medietas integræ portionis ad Io: Franciſcum Patrem ſpectantis, non habuit, nec poſſedit niſi rubra 151. nam Hieronymus eius filius 24. Martij 1568. vendidit Carolo de Mutis rubra 103. & die 4. Iulij eiuſdem anni tradidit eidem Carolo in cauſam Dotis Fauſtinæ filiæ ipſi nuptæ alia rubra 48. pro reſiduo ſuæ portionis, vt in *dicto præſenti Summario n.* 12. quæ rubra 103. & 48. ſimul coaceruata conſtituunt tantum d. rubra 151. Britius autem, cui ibidem obuenit medietas alterius medietatis integræ portionis Io: Franciſci poſſedit rubra 75. cum dimidio dumtaxat, nam Horatius eius filius anno 1559. vendidit Iacobo Muto medietatem ſextæ partis totius Caſalis cum pacto redimendi pretio ſcutorum 2500. & 6. Iulij 1563. eidem vendidit alterã medietatem eiuſdem ſextæ partis cum Iure redimendi dictam medietatem præcedenter venditum pretio ſcut. 102. pro quolibet rubro, iuxtà menſuram faciendam à Perito communiter eligendo, qui retulit integram partem eſſe rubrorum 75. cum dimidio, & ad iſtam rationem fuit calculatum, & ſolutum pretium 7. Ianuarij 1564. in ſcutis 7927. & b. 50. comprehenſis ſcutis 2500. in prima venditione ſolutis, & *dicto Summar. num.* 10.

Cum itaque Io: Franciſcus non haberet niſi duas tertias partes medietatis, & iſtæ duæ tertiæ partes integraliter deuenerint in Nicolaum filiũ pro medietate, & in Cæſarem, ac Britium Nepotes pro altera medietate, & ſic vna integra tertia pars ſpectaret ad Nicolaum, & alia integra tertia pars ad Cæſarem, & Britiam, dum Nicolaus non poſſedit niſi rubra 151. & Britius pro ſua ſexta parte, quæ eſt medietas dictæ alterius integræ tertiæ partis non poſſedit niſi rubra 75. cum dimidio, conſequens eſt neceſſarium, quod integræ duæ tertiæ partes integræ medietatis totius Caſalis ad Io: Franciſcum ſpectantes non excedebant prædicta rubra 302. Cumque Io: Franciſcus habuerit quatuor filios, nempè Valerianum fideicommittentem, Marcum Antonium, Iacobum, & Nicolaum, portio ſpectans ad Valerianum proprio Iure, quæ propterea cadit ſub eius fideicommiſſo, eſt quarta pars dictorum rubrorum 302. non excedens rubra 75. cum dimidio, quibus diuiſis inter Cæſarem, & Britium illius filios vnicuique tetigit portio rubrorum 37. $\frac{1}{4}$ quorum medietas modo petita ab Actoribus ex perſona Alexandri alterius ex filijs dicti Cæſaris reſtringitur ad rubra 18. cum tribus quartis alterius rubri, vt firmatur in proxima præcedenti *deciſ. & in d. diſcurſu §. Nihilominus.*

Comprobantur verò ex alijs deductis ab Informantibus pro D. Falconerio; Nam ex relatione Agrimenſoris electi anno 1653. patet integram Tenutam *di Torre in pietra* venditam Falconerio per Cardinalem Montaltum bon: mem: eſſe rubrorum 1944. & fuiſſe factam ex ſeptem Tenutis venditis diuerſis temporibus per diuerſos illorum Dominos Authoribus eiuſdem Cardinalis vltimi venditoris.

Prima autem Tenuta ſignata tribus Literis A. ibidem dicitur eſſe rubr. 451. cum tribus quartis, & ſine controuerſia olim ſpectaſſe ad Mutos.

Secunda ſignata B. rubr. 147. $\frac{3}{4}$ & tertia ſignata C. rubr. 141. $\frac{1}{4}$ dicuntur ibi prætendi ab Octauio, & Fratribus cum reperiantur terminata, & circundata Columnellis ſignatis ſtemmatibus illorum de Mutis.

Sed ex Inſtrumentis modo exhibitis iuſtificatur, quod dictæ duæ Tenutæ non erant antiquitus membra Caſalis Polidori ſpectantis ad Io: Franciſcum Patrem Valeriani fideicommittentis pro duabus tertijs partibus medietatis, ſed fuerunt acquiſitæ anno 1567. à Carolo de Mutis Poſſeſſore alterius tertiæ partis dictæ medietatis mediantibus venditionibus tunc ſibi factis ab Horatio de Maximis prius pro rata rubrorum 150. cui

Digitized by Google

fuerũt deſignati fines omninò conuenientes cum confinibus deſcriptis in Plãta nempè ab vno Caſale Polidori de Mutis, & ab alio Foſſatum vſq; ad Fountanile, & deinde pro alia rata rubr. 141. deſignata ſubtus granaria cum iiſdem cõfinibus, de quibus in planta videlicet à duobus Via, ab alio Foſſatum, & Caſale Leprignani, & ab alio reliqua pars non vendita eiuſdem Caſalis *Torre in pietra*, & vt ex publico Inſtrumento relato in *Summario præſentis poſitionis num.* 3. in quo ad effectum diſtinguendi hanc remanentem partem ab alia, vt ſupra vendita contrahentes conuenerunt de apponendis dictis Columnellis cum Stemmatibus illorum de Mutis, prout fuerunt appoſitæ ſculptis inibi Literis C. M. ad deſignandum nomen Caroli Muti Emptoris, qui poſtmodum de anno 1578. eadem rubra ſic, vt ſupra empta ab Horatio de Maximis vendidit Franciſco Cincio, vt ex alio Inſtrumento *dicto Summar. num.* 4. eius ſucceſſores illa vendiderunt anno 1615. bon: me. Principi Peretto eodem *Summar. num.* 5. non autem Alexander Mutus.

Quarta ſignata D. rubrorum 145. quæ ſine aliqua iuſtificatione aſſerebatur ab Octauio, & fratribus contineri in ſua portione; Et Quinta ſignata E. & F. aliorum rubrorum 401. iuſtificantur nuncupari Leprignano, & olim ſpectaſſe ad DD. de Celſis, & Mancinis, qui anno 1587. illas vendiderunt in rubris 270. pro quolibet Ioſepho Iuſtiniano pro perſona nominanda, qui ſucceſſiuè nominauit Camillam Perettam, *Summario num.* 6.

Sexta demum ſignata G. rubrorum 381. ſpectabat ad Horatium de Maximis pro reſiduo venditionis factæ Carolo Muto, & ab eo vendita fuit anno 1590. eidem Camillæ Peretti *num.* 7. Et Septimo ſignata H. rubrorum 278. nuncupatur *Caſtiglione delle Monache* ſpectabat ad DD. de Caſalibus, qui illam vendiderunt anno 1617. Principi Peretto *Summ. num.* 8.

Duo igitur reſultant ex ſupradicta ſerie facti publicis documentis comprobata; Alterum, quod prætenſio Actorum comprehendendi ſub fideicõmiſſo Valeriani conditum anno 1527. ſecundam, & tertiam Tenutas ſignatas B. & C. ex quo reperiuntur terminatæ & circundatæ Columnellis ſignatis Stemmatibus illorum de Mutis, corruit omninò, dum hodie docetur dd. duas Tenutas longè poſt obitum Valeriani fuiſſe acquiſitas à Carolo Muto de anno 1567. & Columnellas appoſitas fuiſſe ex pacto ſculptis Literis C. M. ad effectum illas ſeparandi à remanente portione Horatij de Maximis venditoris; Alterum quod dum integra Tenuta *Torre in pietra* conſtat de rubris 1944. prouenientibus ex dictis ſeptem Tenutis ſimul vnitis, quarum ſex ab alijs venditæ aſcendunt ad rubra 1493. à ſufficienti partium enumeratione reſultat, quod Tenuta Polidori illorum de Mutis, quæ in primo loco ponitur dd. ſeptem Tenutarum non excedit rubra 451. quæ deficiunt pro complemento dd. rubrorum 1944.

Cumque huiuſmodi iuſtificationes prouenĩant
1 (vt dictum eſt) ex publicis documentis faciant probationem probatam, & reddunt rem claram, & manifeſtam *cap. cum dilecti, vbi Abb. num. 3. de donat. & Bart. in l. 1. num. 8. ff. de nou. oper. nunciat. Bald. in l. intereſt num. 2. C. de ſolut.* quod ſa-
2 nè exuberat in propoſito, cum ſufficiat Reis cõuenis reddere turbidam, & æquiuocam probationem Actoris, vt firmatur in dicta vltima *deciſ.* 5. *ad probandum in fine, &* 5. *Parique modo*.

Non obſtat, quod in portione fideicommiſſaria Valeriani includi debeat etiam rata ſibi debita ratione Trebellianicæ in portione Iacobi fratris, quia huiuſmodi obiectum tollitur ex tranſatione ſuperius memorata anni 1519. inter Nicolaum ex vna, & Cæſarem, ac Britium filios Valeriani ex altera, quæ effectuata probatur ex Inſtrumento anni 1541. *Summar. num.* 15. in quo Nicolaus conſenſum præſtitit alienationi factæ per Cæſarem de Caſali Pernę in ipſa tranſactione promiſſum; Et Actoribus præiudicat non ſolum ex quo ſunt hęredes abſque beneficio legis, & Inuentarij eorum Patris filij, & hæredis Cæſaris tranſigentis, vt deducitur in dicta vltima *deciſio-*
3 *ne*, 5. *Et diuiſionem*, ſed etiam ex quo tanquam facta bona fide ad componendas lites acriter ortas inter Tranſigentes nocet Succeſſoribus etiam non hæredibus, vt reſponſum fuit in *Romana fideicommiſſi de Bariſanis* 27. *Iunij* 1650. *coram R. P. D. meo Celſo* 5. *Imò cum dicta*.

Et ita cum etiam in cæteris vltima deciſio benè ſubſiſtat, & ſignanter reſpectu detractionis medietatis reſidui Dotis Philippæ à Valeriano receptæ, & obligatione Camerali ſuper omnibus
4 eius bonis hypothecatæ, quæ inſolidum deduci poteſt ſuper portione Creditoribus, & poſſeſſoribus benè viſa non excuſſis bonis Britij penès Tertios exiſtentibus, vt dictum fuit *coram Eminentiſſimo D. Card. Ottobono deciſ.* 43. *numer.* 12. *& deciſ.* 78. *num.* 16. Reſponderunt Domini eſſe confirmandam vtraque &c.

BONONIEN. IVRISPATRONATVS.

Lunæ 13. *Maij* 1658.

ARGVMENTVM.

Licet Iuriſpatronatus ex dotatione, & fundatione vbi non cadit præſumptio vſurpationis ſufficienter probetur, vel per centenariam, vel per quadragenariam cum fama de eo tamen non dicitur ſatis conſtare ſi adſint prouiſiones Apoſtolicæ poſteriores cum aſſertiua Pontificis, quod Iuſpatronatus dumtaxat competebat ex conſuetudine, quod per *Sacr. Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 9. *de Reform.* expreſsè abrogatur, & quid ſufficiat ad excluſionem Iuriſpatronatus ex dotatione, & fundatione?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula per ablatiuum abſolutum concepta reddit gratiam conditionalem, ac proindè præciſam, & concludentem iuſtificationem expoſcit.*

2 *Iuſpatronatus vbi verſamur in perſonis, in quibus non cadit præſumptio vſurpationis ſufficienter probatur, vel per centenariam, vel quadragenariam cum fama.*

3 *Amplia etiam ad effectum iuſtificandi Iuriſpatronatus ex dotatione, & fundatione.*

4 *Iuſpatronatus de iure alicui competens dicitur pertinere ex dotatione, ſeù fundatione.*

5 *Dictio taxatiua dumtaxat, omnem alium titulum prorſus excludit.*

6 *Patronus, dum electum à Pontifice admiſit in gratia electionis emiſſa aſſertio Pontificis, quod Iuſpatronatus ad Patronum ſpectabat dumtaxat ex conſuetudine cenſetur ab ipſo tacitè acceptata, illique infert præiudicium.*

7 *Producens ſimpliciter ſcripturam in partibus omnia ibi enunciata ab ipſo acceptata, & approbata cenſentur.*

8 *Amplia quamuis in vlterioribus productionibus de-* in de

Digitized by Google

inde factis in Curia addita fuerit clauſula per
compulſum.
9 *Iuſpatronatus quodcunque ex priuilegio conſtitutione,*
& conſuetudine, etiam immemorabili competens,
fuit ſublatum à Sacr. *Concil. Trid.* Seſſ. 25. cap.
9. de reform.
10 *Prouiſiones Apoſtolicæ licèt regulariter non immu-*
tent ſtatum Beneficij, illud tamen declarant, &
oſtendunt qualis fuerit de præterito.
11 *Enunciatiua, quando eſt vnica, nullius eſt relevan-*
tiæ, & maximè ſi nulla concludenti iuſtificatione
fulcitur vbi contingit principalitèr dubitari de
enunciato.
12 *Iuſpatronatus ex dotatione, & fundatione excludi-*
tur ex mendicitate Patroni, qui eſt inueriſimile,
quod illud dotare, & fundare potuerit.
13 *Probatio nullatenus dicitur plena, & concludens, da-*
ta poſſibilitate, quod rei alitèr ſe habeat.

DECISIO DLXV.

CVM Pauperes Læproſi Hoſpitalis S. Lazzati
extra Mœnia Bononiæ donauerint Anno
1605. Io. Antonio Petramelario pro ſe, ſuiſque
filijs, & deſcendentibus ius præſentandi Rectorē
d. Hoſpitalis, & pro huiuſmodi donationis con-
firmatione idem Petramelarius ſupplicauit S. M.
Gregorium XV. demandauit ipſe anno 1621. Vi-
cario Archiepiſcopi Bononien. vt præfatam do-
nationem Apoſtolica auctoritate approbaret, ve-
rificato tamen prius, qnod d. ius patronatûs, ſeu
præſentandi ex fundatione, vel dotatione exiſte-
ret; Verum quia Rector tunc temporis Hoſpita-
lis ab eodem Pontifice obtinuerat committi cau-
ſam in Rota præuia auocatione à Vicario; Ideò
dubium propoſui an conſtet de iure patronatus, &
1 hodie negatiuè reſolutum, quia d. clauſula per
ablatiuum abſolutum cõcepta ibi: *verificato prius*
quod dum Iuſpatronatus, ſeu præſentandi ex fun-
datione, vel dotatione exiſtat gratiam reddit cõ-
ditionalem, ac proinde præciſam, & concluden-
tem iuſtificationem expoſcit, vt in terminis dixit
Rota coram Durano deciſ. 178. num. 1. repetita in re-
cent. deciſ. 176. num. 2. part. 4. coram Durano deciſ.
87. num. 18. & 19. in Piſtorien. ſeu nullius beneficij
18. Decembris 1634. coram bo. mo. Dunozetto in re-
cent. deciſ. 569. num. 29. 30. & 31. par. 5. in Luca-
na Beneficij 16. Iunij 1651. coram me §. corruit etiam
& in Aquilana Cappellaniæ 26. Maij 1656. coram
R. P. D. meo Priolo §. nullitas poſſeſſionis.

Non obſtat centenaria quaſi poſſeſſio præſen-
tandi educta ex præſumptionibus relatis in *Sum.*
Petramelarij num. 2. cum ſeqq.

Licet enim verſemur in perſonis, in quibus non
intrare præſumptionem vſurpationis declarauit
de anno 1617. *Sacra Congregatio Eminentiſſimorum*
DD. Cardinalium Sacri Concilij Tridentini Interpre-
2 *tum d. Sum. num.* 1. Et propterea ſufficiat cente-
naria, vel quadragenaria cum fama iuxta *conſ.*
feder. de ſen. 234. num. 3. verſ. ſic. ad propoſitum ſę-
pius à Rota comprobatum, & ſignantèr in deci-
ſionibus allegatis in *Aretina Plebaniæ 6. Februarij*
3 1654. *coram me §. Præmiſſo enim* Etiam ad effectum
iuſtificandi iuſpatronatus ex dotatione. & funda-
tione, vt reſpondit *Rota coram Card. Puteo dec. 199.*
num. 1. verſ. ſed ſi eſſemus lib. 1. in correct. dec 254.
ſub. num. 10. verſ. Et propterea lib. 3. par. 3. diuerſ.
in recent. deciſ. 312. num. 4. part. 1. Comitol. deciſ.
60. num. 11. Card. Caualer. deciſ. 547. num. 1. &
Buratt. deciſ. 172. num. 1. & deciſ. 872. num. 1. &
2. præſertim cum in dd. præſentationibus enun-

cietur ad Pauperes Leproſos electionem, & præ-
4 ſentationem pertinere de iure, & conſuetudine;
De iure autem Iuſpatronatus pertinere dicitur ex
fundatione, vel dotatione iuxta *deciſ. 7. Achill.*
num. 2. de Iurepatr. Comitol. d. deciſ. 60. num. 14.

Nihilominus quidquid ſit an adducta centena-
ria legitimè comprobata iuſtificetur ex ſcripturis
dd. præſentationum ad id exibitis ex ſequenti-
bus exiſtimarunt Domini titulum fundationis,
vel dotationis valdè turbidum reddi. Et primo
quo Clemens VII. ſel. rec. anno 1526: eligendo in
Rectorem Hieronymum de Apoſa explicitè aſſe-
ruit Iuſpatronatus ex cõſuetudine dumtaxat exi-
ſtere *Sum. D. Marchionis Vetia num.* 1. Huiuſmo-
5 di enim dictio taxatiua *dumtaxat* omnem alium
titulum prorſus excludit *Bart. in l. vnica num. 1. ff.*
Si quis Ius dicent non obtemper. Card. in Clem. 1. verſ.
Nos igitur de Summ. Trinit. & fid. Cathol. Rota apud
Pacific. de Saluian. deciſ. 58. num. 4 in Toletana Ca-
nonicatus Penitentiariæ 4. Maij 1644. §. Idque non
ſolum, & in Romana Fideicommiſſi de Maximis 12.
Ianuarij 1649. quid præterquod coram me. Quæ qui-
6 dem Summi Pontificis aſſertio Pauperibus, &
Petramelario videtur obſtare, ſiue quia gratia d.
electionis effectum habuit, & electus admiſſus fuit
ab ipſis met Pauperibus; Exinde enim tacitus eo-
rundem conſenſus in ipſorum præiudicium elici-
tur vt in ſimilibus terminis reſpondit *Rota apud*
7 *Verall. deciſ. 81. num. 4. par. 3.* ſiue etiam quia à
d. Petramelario iudicialiter in partibus ſimplici-
tèr producta fuit; Vnde omnia ibi enunciata ab
ipſis acceptata, & approbata cenſentur *cap. Ve-*
nerabilis, vbi ſcribentes de *except. cap. cum olim de*
Cenſ. Aym. conſ. 134 num. 8. cum concordantibus
allegatis *in Leodien. ſucceſſionis 1. Iulij 1654. coram*
8 *me §. vltimo* Quamuis in vlterioribus productio-
nibus deinde factis in Curia addita fuerit clauſu-
la per compulſum, quia exinde non remouetur
conſenſus reſultans ex antecedenti productione
in partibus ſimplicitèr facta *Buratt. deciſ. 551. nu.*
1. & 2.

Secundò ex quo aſſertę præſentationes iuxta
prætentionem ipſiuſmet Petramelarij incipiunt
ab anno 1359. & vltima emanauit anno 1562.
ab inde verò citra nulla vlterior datur præſenta-
tio à dd. Pauperibus peracta, ſed vſque nunc à
Sede Apoſtolica Rectores electi, & deputati fue-
9 runt; Cum autem Concilium Tridentinum,
quod poſt vltimam præſentationem anno
1562. factam, publicatum fuit *Seſſ. 25. cap. 9. de*
reformat. expreſſe abrogauit quodcunque Iuſpa-
tronatus ex priuilegio, conſtitutione, & conſue-
tudine etiam immemorabili competens, inde ſa-
tis apertè conuincitur, quod Iuſpatronatus à Pau-
peribus prætenſum, & ab eis vſque tunc poſſeſſum
ex ſola conſuetudine ad illos pertinebat, & quod
proinde ipſimet Pauperes agnouerint omne ipſo-
rum Ius tanquam in ſola conſuetudine verè con-
ſiſtens, à Sacro Concilio remanſiſſe ſublatum,
quod etiam demonſtrant ſubſequentes prouiſio-
10 nes Apoſtolicæ effectum ſortitæ, quæ licèt regu-
laritèr non immutent ſtatum beneficij, illum
tamen declarant, & oſtendunt quàlis fuerit de
præterito *San. me. Greg. deciſ. 432. num. 1. Card.*
Caualer. deciſ. 252, num. 3. in recent deciſ. 315. nu.
1. par. 2. Merlin. deciſ. 521. num. 4. & 5. & in Spo-
letana Iuriſpatronatus 24. Nouembris 1655. coram
11 *me §. vltimo* Simplex autem enunciatiua Ordina-
rij de anno 1606. quod de iurepatronatus Pau-
perum legitimè, & ſecundum formam traditam

à Concilio conſtaret d. *Sum. Petramelarij num.* 11. *in fine* tanquam vnica nullius eſt releuantiæ, *Areti. in cap. cum cauſ. num.* 22. *in fine de probat. Buratt. deciſ.* 178. *num.* 13. Præſertim cum hodie principaliter contingit dubitari de enunciato, nulla prorſus concludenti iuſtificatione fulcitur *Felin. in cap. Per tuas num.* 12. *de probat. Rota deciſ* 552. *num.* 11. *par.* 8. *recent.*

Tertio demum quia inuериſimile admodum eſt,
12 quod Pauperes Leproſi, qui prorſus mendici ſunt controuerſum Iuſpatronatus dotare, & fundare potuerint vt in ſimilibus terminis ponderauit Rota *apud Creſcent. deciſ.* 1. *aliàs* 13. *num.* 2. *de Iurepatr. in recent. deciſ.* 235. *ſub num.* 5. *par.* 2. *apud Viuian. de iurepatronat. deciſ.* 28. *num.* 1. *& in Lucana Iuriſpatronatus* 10. *Ianuarij* 1645. §. *num reſpectu*, & 3. *Decembris* 1646. §. *Ratio cum duob. ſeqq. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen.*

Dum itaque ex præfatis ſaltem per poſſibile educi valet, quod controuerſum Iuſpatronatus non ſit ex fundatione, vel dotatione, ſed ex ſola
13 conſuetudine, inde reſultat, quod ex hac ſolum poſſibilitate probatio pro Petramelario deducta non ſit plena, & concludens, vt ex prædicta clauſula de neceſſitate requiritur ex notatis per *Caſtren. in l. ſi per aliam* §. *docere n.* 4. *ff. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat Dec. conſ.* 37. *nu.* 9. *circa med. Rota deciſ.* 216. *num.* 13. *par.* 6. *rec. & alijs allegatis in Aſten. Coadiutoriæ* 14. *Februarij* 1653. *coram R. P. D. meo Celſo* §. *Probatio verò.*

Quapropter Domini exiſtimarunt ad effectum, de quo agitur, non conſtare de Iure Patronatus, Vtraque, &c.

CÆSARAVGVSTANA CATHEDRALITATIS,
Lunæ 27. *Maij* 1658.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria an concedatur poſt rem iudicatam, & poſt commiſſam cauſam reſtitutionis in integrũ, & quando ſit deneganda attenta irreleuentia materiæ articulatæ?

SVMMARIVM.

1 *Lis ſuper quo fuerit commiſſa in* Rota *iuſtificatur ex commiſſione cauſæ.*
2 *Remiſſoria denegatur ob irreleuantiam.*
3 *Sententia declaratur à libello, & commiſſione.*
4 *Articuli loco libelli ſuccedunt.*
5 *Sententia declaratur ex deciſionibus præcedentèr factis.*
6 *Res iudicata capit etiam ea, quæ literalitèr in ſententia non ſunt expreſſa, vbi veniunt in neceſſariam conſequentiam expreſſorum.*
7 *Sententia ex vi attractiua extenditur ad id ſine quo ipſa nullius eſſet effectus.*
8 *Remiſſoriæ petitioni obſtat res iudicata.*
9 *Remiſſoria tunc ſolum conceditur poſt rem iudicatam quando fuit conceſſa reſtitutio.*
10 *Remiſſoria in gradu reſtitutionis in integrum conceditur, vel ante diſputationem, vel quando eſt reſolutum conſtare de cauſis reſtitutionis.*
11 *Cathedralitas vnius Eccleſiæ non poteſt transferri in aliam Eccleſiam ſine expreſſo beneplacito Romani Pontificis.*
12 *Regibus Aragoniæ per Bullas Gregorij VII. & Vrbani II. fuit prohibitum poſſe transferre Cathedralitatem vnius Eccleſiæ in aliam.*
13 *Eccleſia Cathedralis celebrat Feſtum Dedicationis ſuæ Eccleſiæ.*
14 *Eccleſia Cathedralis habet præeminentiam ſuper omnibus alijs Eccleſijs.*
15 *Eccleſia Cathedralis ex quibus cognoſcatur?*
16 *Priuatiua excluditur per vnicum actum in contrarium.*
17 *Remiſſoria denegatur ex capite irreleuantiæ.*
18 *Probatio per ſcripturas, præualet probationi per Teſtes.*
19 *Actus aliqui quod ſint facti ex Vrbanitate tollitur ex multiplicitate actuum, Actus vrbanitatis excluditur titulo præambulo num.* 19.
20 *Actus Vrbanitatis excluduntur ſtantibus deſuper controuerſijs iudicialibus præcedenter motis.*
21 *Conſuetudo etiam immemorabilis tollitur per vnicũ actum in contrarium.*
22 *Obſeruantia interpretatiua etiam tollitur per vnicũ actum in contrarium.*
23 *Eccleſia quando efficitur Cathedralis hoc ſolum operatur, vt non amplius Eccleſia dicatur ſuffraganea, ſed Epiſcopalis.*
24 *Clauſula ſine præiudicio præſeruat omnia iura etiam in minimis.*
25 *Exemptio obtenta intelligitur facta ſecundum ſubiectam materiam.*
26 *Exemptio non operatur quoad præſeruata.*
27 *Remiſſoria facilius denegatur, quando ea aliàs fuit petita, & nihil probatum fuit.*
28 *Remiſſoria denegatur, quando petitur ad protrahendam cauſæ terminationem.*

DECISIO DLXVI.

Coram bo. me. Dunozetto 27. Aprilis 1657. reſolutum fuerat Capitulo S. Saluatoris dandã eſſe remiſſoriam ad effectum probandi, quod Cathedra poſt recuperatam Cæſaraugustam à Maurorum tyrannide anno 1118. ad eius Eccleſiam translata fuerit priuatiuè reſpectu Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari, quodque abinde citra ſemper fuerit habita pro vnica Cathedrali, ac ſucceſſiue Metropolitana ex pluribus actibus in articulis recenſitis, Idque cum ſuppoſito quod talis materia in Rota prorſus ſit noua, & in ſententijs Rotalibus in iudicatum tranſactis non contenta; Verùm quia huiuſmodi fundamentum corruit ex facto hodie melius dilucidato ex commiſſione, Articulis, & interrogatorijs hinc inde aliàs exhibitis, deciſionibus, & ſententijs; Ideò exiſtimarunt Domini recedendum eſſe à deciſis.

Prima enim, & originalis commiſſio huius cauſæ ad inſtantiam eiuſdem Capituli S. Saluatoris Rotę directa anno 1620. non ſolum continet Cathedralitatem antiquam ante annum 1118. ſed etiam modernam vſque ad diem motæ litis *Sum. Eccleſiæ Beatæ Mariæ de Pilari num.* 4. ibi: *Beatiſſime Pater Metropolitana Eccleſia S. Saluatoris, &c. fuit ab initio naſcentis Eccleſiæ Cathedralis illius Ciuitatis, &c. & deinde ſimul atque fuit de anno* 1118. *à dd. Mauris recuperata ad priſtinum ſtatum fuit reſtituta; & abinde citra vſque in præſentiarum abſque aliqua contradictione ab omnibus pro Cathedrali cognita & habita, &c.* & ibi: *Nihilominus moderni Prior, & Canonici d. Eccleſiæ iactant ſe velle, & de iure præcedere debere S. V. Oratores, &c. & hoc ſub vano prætextu, quod d. eorum Eccleſia fuerit prius Cathedralis, quam Eccleſia S. Saluatoris, & quod per amiſſionem ſtatus Cathedralis, in quo nunquam fuit, non amiſit ſuas prætenſas præeminentias, & antelationes, Immò quod illa fuerint ei integrè reſeruata, &c.* Cuius quidem lectura ſicut iuſtificat litis introductionem tàm ſuper antiqua, quàm ſuper moderna Cathedrali-
1 tate ita pari modo clarè excludit replicationem alterius partis, quod huiuſmodi commiſſio emanauerit ſuper præcedentia in Synodo, non autem

ſuper

Digitized by Google

ſuper Cathedralitate, vt reijciendo nullitatem ex
defectu iuriſdictionis exinde obiectam aduerſus
primam ſententiam rotalem reſponſum fuit corã
Card. Vbaldo in recent. deciſ. 85. per tot. & ſignanter
§. vltimo, & deciſ. 91. num. 3. cum ſeqq. par. 6.

Anno autem 1625. pro Eccleſia Beatæ Mariæ
exhibiti fuerunt articuli, & deſuper examinati
Teſtes à Rota in præteritis deciſionibus approba-
ti, in quibus inter alia ſub 3. continetur ibi: *qua-
liter veritas fuit, & eſt quod Eccleſia Beatæ Mariæ, &c.
fuit ædificata, &c. per prædictum S. Iacobum, &c. &
tunc capit eſſe Cathedralis*, Sub 7. ibi: *Et Canonici
dictarum Eccleſiarum ſimul cum Epiſcopo modo in vna,
modo in altera Eccleſia conueniebant præcedentibus ſẽ-
per tam in Choro, Eccleſia, & Proceſſionibus, quam in
alijs quibuſcunque actibus Canonicis Beatæ Mariæ ra-
tione antiquitatis, & Cathedralitatis, & ita ſemper
obſeruatum fuit tempore immemorabili, & hodie ſerua-
tur, &c.* Et ſub 8. ibi: *Et de præſenti retinere iura,
præeminentias, prerogatiuas Cathedralitatis, & illis
de præſenti frui, & gaudere, &c. d. Sum. num. 5.*

E contra verò Capitulum S. Saluatoris dedit
interrogatoria, & ſub centeſimo quinto Teſtes
interrogari poſuit ibi: *in quo conſiſtant præeminen-
tiæ Cathedralitatis, quas dicunt præſeruatas fuiſſe Ec-*
2 *cleſiæ de Pilar Sum. num. 6.* ac ſucceſſiuè in tertia
inſtantia coram bo. me. Motmanno dedit articu-
los, ſuper quibus Rota denegauit remiſſoriam ob
illorum irreleuantiam ex *deciſ. 142. par. 6. recent.*
vbi in quarto articulauit ibi *Item qualitèr eadem
Eccleſia S. Saluatoris tàm ante ſupradictam captiuita-
tem Ciuitatis, quam poſt redemptam, & reſtitutam ſuo
pristino ſtatui Cathedralitatis vſque in preſentem diem
fuit, & eſt habita, tenta, & reputata pro Matrice, &c.*
& in 24. ibi: *Et quod ſub nomine, ſeu appellatione
Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ fuit ſemper communi opinio-
ne habita, & intellecta Eccleſia S. Saluatoris, & non
Eccleſia del Pilar &c. Sum. num. 7*

Deciſiones demum ſuper negocio principali e-
manatæ pleniſſime ponderant actus continuatæ
Cathedralitatis Eccleſiæ Beatæ Mariæ vſque ad
diem motæ litis, & in illa celebri coram *rec. me.
Coccino ſub die 20. Martij 1630. in recent. deciſ. 353.
par. 5. ſub num. 78.* habentur hæc præciſa verba
ibi: *Quæ quidem veſtigia, & Cathedralitatis antiqua
reliquias Eccleſia iſta de Pilari poſt translatam a ſe
Chathedram retinuit, & hanc vſque in diem retinet
quemadmodum conſtat ex ſenteatijs, & concordus deſu-
per emanatis*, & latè expendit *Murill. in tract. ſupra
citato cap. 19.* quæ per extenſum referuntur in alia
coram *bo. me. Bichio 6. Martij 1656. ſub §. quæ con-
tinuatio*, vbi in fine dicitur, quod gratis ab Agen-
tibus Capituli S. Saluatoris aſſerebatur nouam
eſſe prætenſionem apud Pilarenſes continuatæ
Cathedralitatis.

Cum enim de iure ſententia declaretur ex li-
3 bello, & commiſſione *Caſtr. conſ. 376. in princip.
verſ. quod autem conſtet lib. 1. Gregor. deciſ. 470. n.*
4 *6.* ex articulis, qui in loco libelli ſuccedunt *Rota
deciſ. 78 num. 7. par. 7. recent. & coram Duran. de-
ciſ. 90. num. 2.* & ex deciſionibus in cauſa præce-
5 denter emanatis *Buratt. deciſ. 327. num. 1. Rota in
Meleuitana antianitatis 4. Iuly 1646 coram R.P.D.
meo Veroſpio § vltimo, & in Romana cambij 26. Maij
1656. coram me, §. verùm*, Apertè conuincitur,
quod hinc inde continuatio Cathedralitatis ab
initio cauſæ in iudicium deducta fuit a Pilarenſi-
bus, ſcilicèt qui eam ſemper allegarunt, & ſcri-
pturis, ac Teſtibus iuſtificarunt, à Capitulo verò
& Canonicis S. Saluatoris, qui illam negarunt,
& priuatiuam Cathedræ translationem fauore
ipſorum Eccleſiæ mordicùs contenderunt: Ac
proinde ſequitur, quod etiam ipſa Cathedralita-
tis continuatio determinata cenſeatur fauore Ec-
cleſiæ Beatæ Mariæ in ipſis ſententijs de antiqua
Cathedralitate loquentibus, quodque res iudica-
ta illam etiam capiat, quamuis in verbis ſenten-
6 tiarum literalitèr non ſint expreſſa, cum veniat in
neceſſariam conſequentiam expreſſorum *Aym. cõſ.
79. num. 4. Surd. conſ. 467. num. 11. Rota in Veli-
terna Penſionis 17. Iunij 1583. coram Robuſterio re-
lata per Garz. de Benef. par. 1. cap. 5. nu. 514. verſ.
non obſtat ſententia, & in d. Meleuitana Antianitatis
coram R.P.D. meo Veroſpio §. 1. & per tot.*

Certiùs põderando, quo in eis non ſolum pro-
nũciatur Eccleſiã Beatæ Mariæ antiquitùs fuiſſe
Cathedralem, & in ea primam Sedem Epiſcopa-
lem Ciuitatis Cęſarauguſtanæ extitiſſe, ſed etiam
declaratur moleſtationes, & vexationes deſuper
præſtitas à Capitulo, & Canonicis S. Saluatoris
fuiſſe, & eſſe iniuſtas, iniquas, temerarias, & in-
debitas, illiſque perpetuum ſilentium imponitur,
omniaque mandata neceſſaria, & opportuna fa-
uore Pilarenſium decernuntur: Inde enim argu-
mentum educitur, quod ſaltem implicitè in eis
contineatur continuatio Cathedralitatis: Nam ſi
Rota voluiſſet illas reſtringere ad Cathedralita-
tem ante annum 1118. non liberaſſet Pilarenſes
à moleſtijs nunc illatis concernentibus modernã
etiam Cathedralitatem, vt in articulis, & alijs
ſupra ponderatis, nec illorum fauore; mandata
neceſſaria decreuiſſet, multoque minus perpetuum
ſilentium Capitulo, & Canonicis colitigantibus
impoſuiſſet; Quinimo inepta, o nana fuiſſet in-
ſtantia, & petitio Pilarenſium antiquę Cathedra-
litatis tot laboribus, & expenſis facta, ſi ſenten-
tię ab eis acceptatæ reſtringerentur ad Cathedra-
7 litatem ante annum 1118 quę de præſenti nihil
eſſet profutura. Sententia autem ex vi attractiua
extenditur etiam ad aliud, ſine quo ipſa nullius
eſſet effectus *Angel. conſ. 257. num. 5. ante med. verſ.
ſupereſt autem Duran. deciſ. 266. num. 27.*

Dum itaque ex prædictis patet, quod materia
articulata non eſt noua, ſed antiqua, & in proceſ-
ſu, ac ſententijs rotalibus diſcuſſa, & comprehen-
8 ſa ſequitur proinde, quod petitæ Remiſſoriæ ob-
ſtet res iudicata, quæ eſt exceptio litis finitæ, ac
vlteriorem dilationem, & probationem excludit
iuxta *deciſionem Capuatq; ſi per tot part. 3.* Nihil
9 refragante, quod commiſſa reperiatur cauſa reſti-
10 tutionis in integrum, quia tunc ſolum remiſſoria
conceditur, vel ante diſputationem, vel quando
eſt reſolutum conſtare de cauſis reſtitutionis: Se-
cus quando, prout hic reſolutum fuit de illis non
conſtare *Rota in recent. deciſ. 381. num. 6. & 7. par.
8. in Bononien. pecuniaria 27. Iunij 1646. coram bo.
me. Bichio §. Primo quia, & in Leodien. Bonorum 15.
Dec. 1651. corã R.P.D. meo Albergato §. & quidquid ſit.*

Accedit inſuper irreleuantia, quæ reſultat tùm
ex defectu iuriſdictionis in transferente, cùm de
11 iure Cathedra a nemine abdicari poſſit ab vna
Eccleſia, & in aliam transferri priuatiuè niſi à
Summo Pontifice, vel cum expreſſo ipſius bene-
placito Apoſtolico *cap. niſi ſpeciali de offic. Deleg.
cum concordantibus allegatis in d. deciſ. bo. me. Bichij*
12 *§. Deueniendo igitur* Eoque magis dum explicitè
huiuſmodi facultas prohibita fuit Regibus Ara-
goniæ per Bullas *Gregorij VII. & Vrbani II. rela-
tas in d. Sum. num. 6.*

Tùm

Tùm etiam ex quo continuatio Cathedralita-
tis in Eccleſia B. M. comprobata fuit ex pluribus
actibus in præſatis *deciſionibus 353. par. 5. recen..*
& bo. me. Bichij latè recenſitis, comprobatiſque
ex publicis documentis, atque ex Teſtibus titè
examinatis, & ſignanter ex iuperetata conſuetu-
13 dine ipſius Eccleſiæ de Pilari celebrandi Dedica-
tionem Eccleſiæ Cathedralis Cæſarauguſtanæ cu-
mulatiuè cum Eccleſia S. Saluatoris ſuper qua
obtinuit fauorabiles reſolutiones coram *San. mem.*
Gregor. deciſ. 472. & 493. cum ſubſequuta ſenten-
tia *Sum. num. 9.* in iudicatum tranſacta; Ex inſe-
14 parabilitate ab Archiepiſcopo, qua etiam de præ-
ſenti gaudet vtraque Eccleſia, in omnibus maio-
15 ribus Feſtiuitatibus anni, tàm in vna, quàm in
altera Eccleſia, in quibus inſuper digniorem lo-
cum ſemper occuparuut Priot, & Canonici Bea-
tæ Matiæ, vt in mandatis rotalibus *Sum. num. 10.*
Ex ſententijs, tùm Ioannis Ferrer. Vicarij Gene-
ralis Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, vbi Eccleſia
Beatæ Mariæ eximitur à ſubſidio charitatiuo præ-
uia declaratione, quod fuerit prima Sedes Cæſa-
rauguſtana, quodque multa inſignia, & prærога-
tiuæ Chathedralitatis penès eam remanſerint,
Tùm tribunalis Iuſtitiæ Regni Aragoniæ, vbi de-
claratur per translationem nõ amiſiſſe Priuilegia,
& prærogatiuas Cathedralis Eccleſiæ, cum tranſ-
latio non fuerit facta cum omnimoda dictarum
Præheminentiarum extinctione, ſed cum expreſ-
ſa reſeruatione earundem *Sum. num. 11. & demum*
ex atteſtatione *Murilli in ſuo Tract. Mirabil. fundat.*
Angelic. Dom. de Pilar. cap. 19. pagn. 157. Sum. n.
12. cuius Teſtimonium magnificauit *Rota in dicta*
deciſ. 353. ſub num. 22. 47. 50. 78. & ſeqq. par. 5.
16 *recent.* Huiuſmodi enim actus cettè exuberant
ad excludendam articulatam priuatiuuam, cum
ad iſtum effectum etiam vnicus actus contrarius
ſufficiat, vt probatur idem *num. 79. & in d. deciſ.*
Bichij §. quæ omnia; Cumque, vt dictum eſt, pro
maiori parte iuſtificentur publicis documentis,
tanto certius deneganda eſt remiſſoria ex capite
17 irrcleuantiæ, dum in concurſu ſcripturis magis
18 quam Teſtibus ſit deferendum *Roman. conſ. 319.*
num. 1. Card. Seraph. deciſ. 339. num. 7. & deciſ.
1460. num. 3. Card. Mantic. deciſ. 61. num. 6. cum
ſeqq. Rota in Cæſarauguſtana diſtributionum 13. Mar-
tij 1643. §. Quæ conceſſio verſ. Aut deponent, & in
Placentina Decimarum 24. Ianuarij 1656 §. quoad
primum coram me.

Non ſubſiſtente, quod huiuſmodi actus permiſ-
ſi fuerint ex cauſa Vrbanitatis; Quià hoc pror-
19 ſus excluditur, ſiuè ex temporis diuturnitate, il-
lorumque multiplicatione, ex notatis per
Oſaſch. deciſ. Pedemont. 99. num. 17. verſ. nihi-
lominùs ratione cum duob. ſeqq. ſiuè ex præcedenti ti-
tulo antiquæ Cathedralitatis, cuius vigore geſti,
& peracti ceuſentur ad excludendam allegatam
Cauſam Vrbanitatis, vt dixit *Rota deciſ. 389. nu 4.*
par. 3. & deciſ. 409. num. 4. par. 4. recent. Stantibus
20 præſertim iudicialibus controuerſijs à ſæculo mo-
tis, in quibus Pilarenſes contra Collitigantes, &
mandata, & ſententias fauorabiles reportarunt
dicto Summ. num. 9. & 10. Vnde à fortiori applican-
tur deducta in *deciſ. 224. num. 9. & 10 par. 6. recent.*
Atque ex his improbabilis etiam videtur priuati-
ua iſta erectio Cathedralis, cùm ex tot actibus
conſtet de conttario, & vnicus ſufficiat ad exclu-
21 dam quamuis conſuetudinem non ſolùm imme-
morabilem, ſed etiam quadragenariam, *Surd.*
conſ. 476. num. 13. ſan. mem. Gregor. deciſ. 162. num. 9.
ibique Add. num. 15. Imò, & interpretatiuam ob-
22 ſeruantiam *Surd. conſ. 313. num. 33. Rota in Romana*
Grani 11. Maij 1643. coram me §. penultimo verſ. Pro-
batio vero.

Non obſtant erectio in Metropolim, ſæculari-
zatio Eccleſiæ Sancti Saluatoris, & erectio Pila-
renſis in Collegiatam.

Ius enim Metropoliticum vltra quod fuit etiam
enunciatum in dicta originali Commiſſione, ibi:
ſignanter verò de anno 1318. fel. rec. Ioannes Papa
XXII. eam à Cathedrali in Metropolim erexit, &c.
dicto Summ. num. 4. non fuit conceſſum ipſi Eccle-
ſiæ Sancti Saluatoris, ſed Eccleſiæ Cæſarauguſta-
næ, vt ex Bulla erectionis in Metropolim *Summ.*
num. 13. & ſic conceſſum dicitur vtrique Eccleſiæ
Beatæ Mariæ, & Sancti Saluatoris vnitiuè, cùm
in vtraque conſiſtat Eccleſia Cæſarauguſtana,
quod etiam ſenſiſſe videtur Lupus Archiepiſcopus
Cæſarauguſtanus anno 1361. dùm Eccleſiam Bea-
tæ Mariæ nuncupauit Eccleſiam Cæſarauguſtanã,
& eius ſponſam, atque vti talem à ſubſidio cha-
ritatiuo exemit *Summ. num. 14.* Quæ quidem ex-
emptio, qua etiam in præſentem diem gaudent
Pilarenſes, confirmata fuit per dictas ſententias
Io: Ferret, & Tribunalis Iuſtitiæ Regni Aragoniæ
de annis 1502. & 1605. *dicto Summ. 11.* Idemque
comprobauit Martinus Garzia in ſuo Sermone 91
vbi habentur hæc præciſa verba, ibi: *Hæc autem*
Eccleſia Cæſarauguſtana principaliter fundata à Chri-
ſto ſicut aliæ, ſed principaliter ad hanc fundandam non
miſit, &c. ſed vnum de principalioribus ſcilicèt Iaco-
bum, &c. qui, &c. hanc Eccleſiam, &c fundauit, &
ædificauit, quæ dicta eſt Sancta Mariæ de Pilari, vel
columna, &c. & apertè etiàm conuincitur, dum
inſimul ab vtroque Capitulo celebratur ſolemni-
tas dictæ erectionis in Metropolim in die feſtiui-
tatis SS. Iuſtæ, & Rufinæ, in qua Eccleſia Cæſa-
rauguſtana fuit facta Metropolis, vt ex mandato
totali deſuper Eccleſiæ Beatæ Mariæ conceſſo, &
relato in *dicto Summ. num. 10.*

23 Præterea aduertendum eſt, quod erectio in
Metropolim ſolum operatur, quod vbi prius Ec-
cleſia Epiſcopalis erat ſuffraganea ab hoc onere
exempta remaneat, & efficiatur ſuperior, nempè
Archiepiſcopalis, vt literaliter probat *Text. in*
extrauag. Saluator de Præben. inter communes verſ.
Et quia Eccleſia Tholoſana ſicut ſolemniori, ſatiſque
declarauit Ioannes XXII. in dicta erectione dum
Cæſarauguſtanam Eccleſiam, quæ vſque tunc ſuf-
fraganea fuit Eccleſiæ Archiepiſcopalis, & Me-
tropolitanæ Tarraconeñ, ab eius iuriſdictione,
poteſtate, & ſubiectione exemit, illamque erexit
in Archiepiſcopalem, & Metropolitanam aſſi-
gnando illi, tàm certam Prouinciam diſtinctam
à Prouincia Tarraconeñ, quam etiam congruum
Eccleſiarum ſuffraganearum, nempe Oſceñ, &
Tiraſoneñ cum alijs duobus; Hinc igitur dicta
erectio in Metropolim reſpicere videtur ſtatum
Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ duntaxat quoad Eccle-
ſias ſuffraganeas illi ſubiectas, & reſpectu Eccle-
ſiæ Tarraconeñ, à cuius iuriſdictione fuit exem-
pta, non autem quoad ipſas Eccleſias Archiepi-
ſcopatus Cæſarauguſtani, & ſic allegari non po-
teſt in præiudicium Eccleſiæ Beatæ Mariæ; Con-
feſſiones vero Pilarenſium, quod Eccleſia Sancti
Saluatoris ſit Metropolitana, vt in eius *Summ. nu-*
mer. 7. & 8. non vrgent quia ipſi id nunquam ne-
garunt, nec hodie negant, ſed faſſi fuerunt, &
fatentur vnitiuè cum ipſorum Eccleſia, non au-
tem priuatiuè,

Secu-

Digitized by Google

Seculariʒatio verò cùm facta fuerit addita clauſula declaratiua ſine præiudicio Eccleſiæ Beatæ Mariæ, vt patet in *Summ. num.* 15. & dixit Rota inter eaſdem Partes, in *Cæſarauguſtana* 13. *Martij* 1609. §. *Nec releuat* 10. *Nouembris* 1623. §. *Ex quibus.*, & 15. *Nouembris* 1624. §. *Quod autem coram eodem clar. mem. Coccino*; Non auxit Iura Eccleſiæ Sancti Saluatoris, quæ præiudicium inferre vale-
24 ant Eccleſiæ Beatæ Mariæ cùm ex dicta clauſula, omnia iſtius Iura etiam in minimis præſeruata dicantur, vt dixit *Rota apud Put. deciſ. 6. num. primo & 2. lib. 3. Lotter. de re benef. lib. primo quæſt. 40. numer.* 278. Erectio tandem Pilarenſis in Collegiatam, præter quod negatur, non repugnat continuationi cumulatiuæ Cathedralitatis, vt latè firmatur, in dicta *deciſione bon. mem. Bichij* §. *Erectio tandem*, *vbi ſub* §. *Sententia*, reſpondetur etiam ſententiæ Archiepiſcopi Alphonſi latæ an. 1513.

Non obſtat, quod Eccleſia B. Mariæ ſic exempta ex literis Apoſtolicis Innocentij Secundi, Eugenij Tertij, Alexandri Tertij, & Clementis Septimi confirmatis per Sixtum Quintum, de quibus meminit *Rota in recent. deciſ. 43. num. 4. par. 6.* Tum
25 quià huiuſmodi exemptio refertur ad concernentia Inſtitutum regulare, vt reſpondetur in dicta
26 *deciſione Bichij* §. *Exemptio refertur*, Tàm etiam quià literæ habent clauſulam, ibi: *Salua Canonica Iuſtitia Epiſcopi Cæſarauguſtani*, vt refert *Rota in eadem cauſa dicta par. 6. recent. deciſ. 157. ſub num. 14. verſ. Clauſulæ autem*.

Cæterum libentius Domini denegarunt remiſſoriam, quia alias hanc eandem materiam priua-
27 tiue articularunt, & quamuis Rota coram Motmanno petitam deſuper remiſſoriam denegauerit ex *dicta dec. 142. par. 6 recent.* nihilominus ea expedita de conſenſu Agentis Capituli Beatæ Mariæ, (vt aſſerunt Informantes) nil prorſus probatum
28 fuit; Vnde modo cenſetur non abſque calumnia petita ad protrahendam cauſæ terminationem, quamuis moderni Articuli maiorem diſtinctionem contineant in cortice, vt in *Palentina Decimarum 24. Ianuarij 1656. coram me* §. *vltimo*.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA VSVSFRVCTVS.

Veneris 31. Maij 1658.

ARGVMENTVM.

Pactum reuerſiuum fauore donantis in Inſtrumento donationis appoſitum, caſu quo donatarius deficeret in præſtatione Alimentorum, non habet locum vbi donatarius decedens reliquit donanti menſtruum legatum animo compenſandi cum eius debito licet vlterius alimenta non fuerint ab eius hærede donanti præſtita dummodò legatum integraliter fuerit ſemper perſolutum. Legatum autem cenſetur animo compenſandi relictum, quando quantitas legata correſpondet debito alimentorum eique eſt adæquata, vel quando menſtruum legatum fuit factum perſonæ pauperi, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Renuncianti non datur regreſſus ad iura renunciata.*

2 *Solemnitates ſtatutariæ, dum fuerunt ſeruatæ in principali contractu donationis in quo donanti fuit explicitè reſeruata facultas ſibi eligendi, vel vſumfructum bonorum donatorum, vel alimenta, vlterior ſolemnitatum ſeruatio in actu electionis non eſt neceſſaria.*

3 *Legatum cenſetur à Teſtatore relictum Animo compenſandi eius debitum, quando quantitas legata correſpondet debito, eique eſt adæquata.*

4 *Legatum menſtruum relictum perſonæ pauperi cenſetur factum ex cauſa alimentorum.*

5 *In alternatiuis, ſatis eſt alteram partem alternatam implere.*

DECISIO DLXVII.

Donatione inter viuos cum Decreto Iudicis, alijſque Solemnitatibus Petrus Giordus, & Margharita Coniuges donarunt anno 1638. Zenobio Ciliano quandam ipſorum Vineam cum onere, quod extingueret diuerſas ſocietates officiorum ab ipſis Donatoribus initas, illorumque fructus, tàm decurſos, quàm decurrendos perſolueret, & reſeruato ijſdem Donatoribus integro vſuſfructu eiuſdem Vineæ eorum vita durante, ac ſcutis 50. pro quolibet ad effectum teſtandi, pacto adiecto, quod in euentum mortis ipſius Petri, ſiuè eius Vxoris eſſet in arbitrio illius, qui ſuperſtes erit, permanere in Domo Zenobij, & ſuorum, qui illi tradere teneretur Victum, Veſtitum, & Manſiones iuxtà eorum gradum, & eo caſu fructus ex dicta Vinea percipiendi eſſe deberent liberi ipſius Zenobij *Summario Informan. num. primo*.

Deceſſit anno ſequenti Petrus, & cum Margherita ſuperſtes ob eius ingraueſcentem ætatem vineam colere non valeret, vſumfructum illius renunciauit Zenobio, & vigore prædictæ facultatis elegit habitationem cum alimentis congruis, pro quorum præſtatione ſe obligauit Iulius Cilianus Donatarij Patruus ſub explicita conuentione, quod caſu, quo Iulius in ea deficeret, ſeù quauis alia cauſa Margherita apud ipſum amplius manere non valeret, teneretur ipſe etiam aliunde alimenta ei ſubminiſtrare, *& in euentum. in quem illa non aſſignaret, ſeu alias illis non prouideret, tunc liceret Margheritæ ad dictum vſumfructum liberum habere regreſſum, perinde ac ſi non fuiſſet renunciatum dicta Summ num.* 2.

Præfata alimenta Iulius præſtitit Margharitæ in propria Domo vſque ad annum 1644. quo decedens eidem reliquit Iure Legati ſcuta ſex menſtrua, & Domunculam eius vita durante *Summ. num.* 5. Verùm quià non obſtante huiuſmodi Legato integraliter sēper impleto prætenderet Margharita ob denegatam præſtationem alimentorū a Zenobio regreſſum ad dictum vſumfructum renunciatum, & deſuper introducta cauſa fauorabiliter ſententiam ab A.C. reportauerit, In gradu appellationis dubitaui An Margharitæ deberetur vſusfructus dictæ Vineæ, & Domini negatiuè reſponderunt, quià ſtante illius inſtrumentali renunciatione cum electione alimentorum peracta
1 intrat Regula, quod ad Iura renunciata non datur renuncianti regreſſus iuxtà diſpoſitionem *Textus in l. quod in hærede* §. *eligere ff. de tributor. act. Angel. conſ. 336. num. 4. Card. Mantic. deciſ. 344. n. primo*.

Nec refert, quod in huiuſmodi electione, & renunciatione non fuerint ſeruatæ ſolemnitates ſtatuti Vrbis *lib. primo cap.* 151. quia cum ſeruatæ
2 fuerint in principali contractu Donationis, in quo facultas eligēdi cum remiſſione integri vſuſfructus ad fauorem Zenobij explicitè reſeruata legitur *dicto Summ. num. 5. in fine*; Vlterior ſolemnitatum ſeruatio in actu electionis non fuit neceſſaria *Iaſ. in l. prima* §. *Item acquirimus numer. 4. verſ. tum autem conſidera ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 189 num. 13. & 14. lib. 7. Soccin. Sen. conſ. 254. ſub num. 2. verſ. vbi patet quod ſi Pupillus lib. 2. cum alijs allegatis in Romana Fructuum Cenſus 7. Maij 1646. coram me* §. *Quia cum ipſe apud Zacch. de Oblig. Camer.*

dec.

Digitized by Google

dec.259. nu. 3. & in ſimilibus terminis *Rota coram Duran. dec.156. num.15. & ſub num.16. verſ. Dicebant Domini.*

Nec ſubſiſtit, quod poſt obitum Iulij alimenta amplius præſtita non fuerint, Ideoque ſit locus regreſſui ad vſumfructum in hoc caſu explicitè in dicto Inſtrumento renunciationis reſeruato.

Quia loco alimentorum ſuccedit legatum Margharitæ ab illo relictum, & ipſi ſemper præſtitum menſtruorum ſcutorum ſex vna cum habitatione,
3 quod à teſtatore animo compenſandi cum alimẽtis ab ipſo promiſſis eidem relictum cenſeatur, quamuis de illis in eo nulla mentio facta fuerit; Tum quia quantitas legata correſpondet debito, eique eſt adæquata *Caſtr. in l. ſi cum Dote §. ſi Pater num.2. poſt med. verſ. ſi tamen illa pars ff. ſolut. matrim. Aym. conſ.149. num.5. & conſ.301. ſub num.0. cum alijs per Menoch. lib.4. præſumpt.110. num.26. Rota in rec. deciſ. dec.312. num.9. par.7.* tum etiam quia
4 legatum mẽſtruum factum perſonæ pauperi, prout hic factum cenſetur ex cauſa alimentorum, *l. ſtichus §. titia ff. de alim. legat. gloſſ. in l. Codicillis in princ. ibique Bart. in ſecunda oppoſit. ff. de ann. legat. cum alijs allegatis à Surd. de alim. lib.2. tit.12. num. primo cum ſeqq. Buratt. dec.73. num.6.*

Et ceſſat quoad hoc quælibet hæſitatio, dùm pactum reuerſiuum ad vſumfructum non fuit ſimpliciter Conuentum in caſu, quo Iulius alimenta non præſtaret. ſed etiàm alternatiuè, ibi: *ſeu aliàs illi non prouiderit dicto Summ. num.2.* Vnde cùm decedens ei reliquerit, vt dictum eſt, menſtrua ſcuta ſex, & habitationem donec vixerit, ſatis ipſi ab illo prouiſum eſſe cenſetur, vt propterea non
5 ſit locus regreſſui, cùm in alternatiuis alteram partem alternatam adimplere ſufficiat *per reg. in alternatiuis de reg. Iur. Rota deciſ.260. num.3. & deciſ.727. pariter num.3. par.8. recent.*

Nec dicatur, quod dictum Legatum referri debeat ad cauſam ſeruitutis ob illa verba, ibi: *Laſcio à Margarita mia ſerua, &c.* tum quia non erat talis, ſed morabatur in Domo Teſtatoris ab anno 1639. ad effectum ſuſcipiendi alimenta in dicto Inſtrumento contenta; Tum etiam quia ex eodem Teſtamento conuincitur, quod Teſtator ſuis famulis, qui per annos 20. ei inſeruierunt, ſola ſcuta decem pro quolibet vnica vice ſoluenda reliquit; Vnde non eſt veriſimile, quod voluerit relinquere Margharitæ, tàm pingue legatum menſtruorum ſcutorum ſex cum habitatione, ſua vita durante, ex ſola cauſa ſeruitutis, dum ipſa in eius Domo permanſerat per annos quatuor duntaxat, ſatiſque eſt, quod ex dicto Legato illi prouiſum eſſe dicatur, vt impleta videatur alternatiua obligatio Iulij ad effectum excludendi petitum regreſſum ad vſumfructum renunciatũ ex allegatis, &c.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA DONATIONIS.

Lunæ 3. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Donatione facta Patri, & filijs, iſti dicuntur condonatarij equè principaliter, eiſque debetur donatio licèt ad ſint Patris hæredes. Reſolutio Donationis prætenſa ob pacta nõ ſeruata tunc ſolum intrat, quando adeſt pactum reuerſiuum ad Donantem cum clauſula non alias aliter, nec alio modo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta Patri, & filijs, notario pro omnibus acceptante, & ſtipulante tribuit ius irreuocabile etiam filijs ante ipſorum acceptationem.*

2 *Donatio ob non ſeruata pacta reſoluitur ac ſi nunquã facta fuiſſet.*

3 *Declara id procedere duntaxat in præiudicium ſolius contrauenientis, & eius tantum vita durante.*

4 *Donatio ob non ſeruata pacta tunc ſolum reſoluitur; quando in caſu adimplementi, & contrauentionis adeſt pactum reuerſiuum ad Donantem.*

5 *Filij in donatione æquè principaliter cum Patre comprehenſi ex facto Patris, nõ remanẽt præiudicati.*

6 *Donantis declarationi ſtandum eſt circa pacta in donatione contenta.*

7 *Pater non poteſt bona ſibi, & filijs donata in filiorum præiudicium diſponere, nec vllo modo obligare.*

8 *Verbum* relinquere *intelligitur poſt mortem per viã vltimæ voluntatis.*

9 *Promiſſio relinquendi nullam tribuit actionem durante vita promiſſoris.*

10 *Donator reſeruans in donatione facultatem aliquid addendi, apponens ex interuallo aliquas conditiones perinde cenſeri debent ac ſi in donatione fuiſſent expreſſa.*

11 *Bulla Baronum fel. rec. Clementis VIII. non comprehendit fideicommiſſa eorum quorum inſtitutores mortui non ſunt.*

12 *Bulla prædicta habet locum in poſſidentibus Caſtra cum actuali Iuriſdictione.*

DECISIO DLXVIII.

R. P. D. Angelus Andoſilla Signaturæ Iuſtitiæ meritiſſimus Decanus, contemplatione matrimonij à Raphaele eius Nepote tunc contrahendo cum Angela Palazzola promiſit eidem relinquere annua ſcuta 200. monetæ, & interim ſponſos in propria Domo retinere, & alere, reſeruata tamen ſibi ſemper, & omni caſu facultate illa ſupponendi fideicommiſſo poſt obitum Raphaelis, & ſuorum in perpetuum cum prohibitione cuiuſcũque alienationis, vt ex apoca priuata ſub die prima Aprilis 1646. per ipſum confecta.

Contracto, & conſumato inter eos Matrimonio, indeque ſuſcepto Angelo Iuniore communi filio, idem D. Angelus Senior die 20. Martij 1651 per publicum inſtrumentũ enunciando duas præcedentes donationes certorum bonorum eidem Raphaeli ab ipſo factas 9. Ianuarij 1634. & 18. Decembris 1637. Proſpiciens conſeruationi eius agnationis de Andoſillis, & cupiens nedum dictam ſuam promiſſionem exequutioni demandare, ſed etiam omnia, & ſingula bona ibidem expreſſa in ſua agnatione conſeruari, & ampliari inter viuos irreuocabiliter donauit Raphaeli, omnibuſque, & ſingulis eius filijs, & deſcendentibus maſculis in infinitum, alijſque in ea nominatis dicto Raphaele vna ſimul cum Notario pro ipſis acceptante, & ſtipulante omnia, & ſingula eius bona ſtabilia, ſemouentia, & loca cuiuſuis generis, & ſpeciei deſcripta, & adnotata in notula, ſeù liſta ab ipſo ſubſcripta, & in præfato inſtrumento inſerta; Iuncto eidem ſuiſque deſcendentibus, & ſucceſſoribus onere inueſtiendi ſcuta 25. mil. nempe ſcuta mille quomodolibet anno à die donationis incipien; Et addita arctiſſima prohibitione alienandi etiam alienationis latiſſimè ſumpto vocabulo, & detrahendi quantumuis minimum occaſione falcidiæ, & trebellianicæ, aut alia quauis de cauſa, & occaſione ſub pena caducitatis ipſo facto incurrenda etiam quoad commoditatem fructuum percipiendorum; Viceque verſa dictus Raphael recognoſcendo à præfa-

to

Digitized by Google

to eius Patruo, tam gratum beneficium ſibi, & ſuis factum, volens ipſe quoque ſe cum mente, & eius voluntate conformare, ipſique adhærere pro conſeruatione eorum agnationis, & familiæ, ſubmiſit, ſuppoſuit, obligauit; & hypothecauit omnibus ſupradictis vinculis, conditionibus, fideicommiſſo, ſubſtitutionibus, & alijs in dicto Inſtrumento contentis ſcut. 17500. monetæ in toc corporibus exiſtentia, & ad ipſum ſpectantia occaſione Dotium tam primæ prædefunctæ, quàm ſecundæ eius vxoris ſuperextantis, vt ſunt fere præciſa verba inſtrumenti donationis *Summario impreſſo D. Andoſillæ num.* 10.

Deceſſit deinde Raphael ſuperſtitibus tàm Angelo Iuniore eius filio, quàm D. Angelo Seniore eius Patruo, & Donatore, qui comperto, quod ille ad maximam iacturam bonorum donatorum deuenerat, enunciando ſe credere poſſe reuocare dictam donationem, vel de Iure ſubintelligendum eſſe pactum reſolutiuum, Nihilominùs continuando amorem, & affectum erga ſuam agnationem die 30. Auguſti 1653. per aliud publicum Inſtrumentum præfatam Donationem confirmauit, aliaque bona addidit ad fauorem dicti Angeli Iunioris, aliorumque in ea nominatorum *Summario DD. Creditorum num.* 4.

Verum cum Creditores Raphaelis prætenderēt eorum iura exercere ſuper bonis in donatione cōpræhenſis, D. Andoſilla Donator ſe oppoſuit, deducens donationem quoad Raphaelem eſſe reſolutam, tàm ob alienationes, atque obligationes bonorum donatorum factas contra arctiſſimam prohibitionem ibi adiectam, quàm ob non factum inueſtimentum annuorum ſcutorum mille illi iniunctum, alijſque de cauſis in facto deductis ſed illam incipere ab Angelo Iuniore illius filio, atque in ipſo radicari proinde, ac ſi ei ab initio fuiſſet donatum, & ſic Creditoribus ſuper bonis in donatione contentis nullum ius cōpetere; Ideo dubitani an donatio ſit reſoluta, & ius competat Creditoribus ſuper bonis donatis, & negatiue in omnibus DD. reſponderunt.

Quo enim ad primam partem fuit conſideratū, quod donatio nedùm fuit facta Raphaeli, ſed
1 etiàm æquè principaliter, & independenter Angelo eius filio, eiuſque filijs, & deſcendentibus maſculis in infinitum, dicto Raphaele vna ſimul cum Notario, (vt dictum eſt) acceptante, & ſtipulante, quibus propterea irreuocabile ius quæſitum fuit etiam ante ipſorum acceptationē, & ratificationem *l. quoties C. de donat. quæ ſub modo, Rota dec. 683. num. 8. par. prima diuerſ. in Romano Pecuniaria 30. Aprilis 1629. coram bon. me. Merlino, inter eius impreſſas dec. 404. num. primo repetita in recent. dec. 270. par. 5. & in Romana Salutani ac Caſalibus 21. Iunij 1641. coram me §. ſecundum verò.*

2 Vnde etiamſi pactis non ſeruatis donatio remaneat reſoluta ac ſi nunquam fuiſſet facta, & dominium nunquam fuiſſet abdicatum à Donatore per *Text. in l. fin. C. de reuocan. donat. & in l. prima C. de donat. quæ ſub modo.*

Nihilominus huiuſmodi concluſio, quam indubitatam in iure appellat *Rota in Mediolanen. Donationis 10. Iunij 1645. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. quia in donatione, verſ. ſiquidem,* procedit
3 duntaxat, ſiue in præiudicium ſolius contrauenientis, & eius vita durante tantum, vt in terminis deciſum fuit *in Mediolanen. Donationis 16. Martij, & 17. Decembris 1646. coram eodem D. Terra-*
4 *cinen.* ſiue quando in caſu non implementi, & contrauentionis adeſt expreſſum pactum reuerſiuū ad donantem cum clauſula non aliàs aliter, nec alio modo, quod efficit, vt nullus ſucceſſiue vocatus poſſit prætendere ius ſibi quæſitum, niſi cum dicta conditione reſolutiua, quæ etiam non contrauenientibus præiudicat, vt optimè declaratur in *Cremonen. Donationis de Montani 9. Maij 1631. coram Card. Panzirolo in recent. dec. 203. n. 23. cum tribus ſeqq. par. 6.* ſecus autem defuncto (prout hic) contrauueniente, & non extante dicto pacto reuerſiuo ſic expreſsè, & explicitè ſtipulato; Hoc enim caſu cum tot dicantur donationes, quot ſunt perſonæ, quibus æquè principaliter, & independenter donatum eſt, ſingulæque non à primo Donatario, qui contrauenit, ſed à donante acceptam referant ipſam Donationem vtique etiam
5 ſi donans ob contrauentionem a primo commiſſam, illum à beneficio donationis voluerit, & potuerit excludere, inde tamen præiudicium inferre non valet illius filijs, & deſcendentibus, alijſque ex propria perſona vocatis *Caſtrenſ. conſ. 385. in princ. par. prima Aym. conſ. 19. ſub numer. 8. Gratian. diſcept. 247. num. 5. & diſcept. 332. num. 14. Rota deciſ. 683. num. 9. par. prima diuerſ. & in recent. deciſ. 494. num. primo par. 2. & in alla Romana Pecuniaria coram Merlino num. 7. cum ſeqq*

Et ad id etiam reſpexit doctiſſimus Donator, dum poſt obitum Raphaelis comperto, quod ad maximam iacturam bonorum donatorum deuenerat, aſſerendo ſe credere poſſe donationem reuocare, vel ſubintelligendum eſſe pactum reſolutiuum, ad fauorem Angeli Iunioris illius filij, aliorumque vocatorum eam expreſſe confirmauit imò eidem multa alia bona addidit *dicto Summario Creditorum dicto num.* 4. Hinc enim ſatis decla-
6 rauit animum ſuum, quod alijs condonatarijs ex propria perſona vocatis per contrauentionem, vel non implementum primi, nolebat præiudicium, ſed quoad eos intendebat donationem ſubſiſtere, & firmam remanere, atque in ipſis radicari, cui quidem declarationi plurium eſt deferendum, ad notata per *Bart. in l. cum quis decedens §. Codicillis num. 6. ff. delegat. 3. Card Seraph. dec. 837 num. 14. Rota in recent deciſ. 238. num. 5. par. 3.*

Indequè ſicut ex præfatis donatio non eſt reſoluta in præiudicium Angeli Iunioris aliorum vocatorum, ita pari modo reſultat reſolutio ſecundæ partis dubij, nempè nullum Ius competere Creditoribus Raphaelis ſuper bonis donatis, quià
7 cùm pertineant ad illius filios, & vlteriores deſcendentes maſculos non vti eius hæredes, ſed tanquàm filios independenter, & æquè principaliter condonatarios, non potuit Raphael in ipſorum præiudicium de eis diſponere, nec fauore eius Creditorum illa tacitè, vel expreſsè hypothecare, vt notat *Dec. conſ. 238. ſub num. 5. verſ. ſed breuiter his non obſtan. Bero conſ. 125. num. 21. verſ. Itant Pater eo caſu non poſſit, cum alijs allegatis in Florentina Donationis, ſeù Separationis Bonorum 2. Decemb. 1650. coram bon. Peutingerio §. nec obſtat, quod idem.*

Nec ſubſiſtit, quod ſaltem rata ſcutorum 2000. in Apoca præcedenti contenta libera ſit ab omni onere fideicommiſſi.

Quià præter quod D. Andoſilla in ea non promiſit donare, ſed relinquere dicta ānua ſcut. 2000. quod verbum, *relinquere* intelligitur poſt mortem
8 per viam vltimæ voluntatis, vt aduertit *Menoch. conſ. 344. num. 2. & 7.* & proinde ipſo viuente
9 nulla ex dicta promiſſione oriri, & exerceri po-

ruit actio *Gabr. conſ. 114. num. 5. lib. 1. Gomeſ*
var. reſol. cap. 11. n. 21. verſ. Quod tamen primo
limita Rota poſt Merlin. de pignor. deciſ. 40. num. 4.
cum ſeqq. In eadem Apoca ſibi explicitam reſerua-
uit facultatem in hæc verba, *Riſeruãdomi però ſem-*
pre di poter fare ſopra detta entrata fideicommiſſo dopo
la morte di detto Signore Rafaele : e ſuoi , & in per-
petuo , come a me piacerà , & in tanto , è ſempre pro-
10 *bibire ogni allenatione &c.* Quæ quidem reſeruatio
operatur vt fideicommiſſum , alienationis prohi-
bitio , & omnia alia pacta appoſita in ſequenti
donatione ab ipſo peracta etiam in executione d.
Apocæ inde habeantur, ac ſi de verbo ad verbum
contextualiter in ipſa Apoca eſſent inſerta *l. ſi*
Teſtamentum 3. C. de Inſtit. & ſubſtit. Rota dec. 194.
num. 48. & 49. par. 5. recent. , & coram Merlin.
deciſ. 802. num. 3.

Deducebant vlterius Informantes pro D. An-
doſilla , nullum Ius competere Creditoribus vi-
gore Bullæ Baronũ fel. rec. Clementis VIII. ſiue ex
11 quo non compræhendat fideicommiſſa , quorum
Inſtitutor , & Ordinator (vt hic) adhuc viuit, ad
Tex. in l. fin. ff. de his , quibus vt indign. & in d. l.
fin. C. de reuoc. donat. Molin. de Iuſt. & Iur. par. 3.
diſput. 650. num. 1. verſ. quo loco, monet. de commut.
vltim. volunt. cap. 9. ſub num. 665. ſiue etiam ex
quo penes Raphaelem Debitorem nunquam ad
12 fuerunt Caſtra cum actuali Iuriſdictione (vt re-
quiritur) & ſaltem tempore , quo ipſe donatio-
nem reportauit quãcumque Baroniam emiſerat ,
cum precedenter vendita , & alienata fuerit aſſer-
ta quarta pars Caſtrorum Cantalupi , & Bordel-
læ proueniens ex dictæ ſuæ primæ Vxoris ex alle-
gatis *in Romana fideicommiſſi 8. Iunij 1654. coram*
R. P. D. meo Veroſpio.

Cæterum ſuper hoc DD. noluerunt aliquid fir-
mare, ſed eius reſolutionem particulari diſcuſſio-
ni reſeruarunt , quia ſcribentes pro Creditoribus
ſuper hoc non informarunt , allegantes Iura ad
hunc effectum neceſſaria adhuc ab ipſis non fuiſ-
ſe producta , & ideo ſolum reſponderunt ex ſupe-
rius deductis donationem non eſſe reſolutam ſed
nullum Ius competere Creditoribus vtraque Par-
te Informante .

ROMANA LEGATI.

Lunæ 3. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Fructus licet regulariter non veniant in reſtitutione
fideicomiſſi , etiam ſi Teſtator vſus fuerit verbis
amplis , & generalibus : hoc tamen fallit, vel
quando quis fuit explicitè rogatus etiam fructus
reſtituere , vel quando hoc ex coniecturata mente
Teſtatoris deducitur , & quænam ſint coniecturæ
ad id ſufficientes ?

SVMMARIVM.

1 *Fructus nõ veniunt in reſtitutione fideicomiſſi, licet Teſtator vſus fuerit verbis generalibus , & amplis .*

2 *Verba Teſtatoris non important onus reſtituendi fructus , quando poſſunt recipere alium ſenſum .*

3 *Declara hoc non procedere , quando quis explicitè fuit rogatus etiam fructus reſtituere .*

4 *Item quando ex coniecturis apparet Teſtatorem voluiſſe etiam fructus reſtitui .*

5 *Voluntas Teſtatoris coniecturata non minus operatur quàm expreſſa .*

6 *Fructuum reſtitutio , quando fuit à Teſtatore ordinata fauore primi ſubſtituti , cenſetur pariter ordinata ad fauorem vltimi vocati , quando hic per copulam Et per modum continuati ſermonis fuit ſubſtitutus .*

7 *Subſtitutiones ſequentes dependenter , & continuatiuè per copulam Et adiecta conſiderantur , & intelliguntur facta cum iiſdem qualitatibus primæ à qua dependent .*

8 *Hæres grauatus etiam fructus reſtituere ſi illi ſint conſumpti , non excuſatur ab illorum reſtitutione ob concurſum bonæ fidei , vel abſentiam malæ, ſed debentur fideicommiſſario tamquam ſors principalis , ſicuti debetur ipſamet ſors à Teſtatore relicta .*

9 *Hæredis Inſtitutio regulariter non debet eſſe de vento .*

10 *Legatarius frui non poteſt beneficio Vniuerſalis hæredis .*

DECISIO DLXIX.

Legauerat Catherina fratribus de Frangipanis
eius Nepotibus ſcuta bis mille ſub hac forma
ibi , . *Il terzo anno dopo la mia morte voglio ſi diano*
del Capitale mio ſcudi 2000. di moneta alli miei Ca-
riſſimi Signori Nepoti &c. quali ſcudi 2000. voglio ſi
ponghino à frutto dal primo di , che ſaranno sborſati, e
ſiano del primo figlio maſchio , che naſcerà nella loro
Caſa , con queſto però , che non ne poſſa godere de' frut-
ti ne eſſo , ne altri fino che egli non ſarà arriuato all'
età di 20. anni , & all' hora il Capitale aſſieme con li
frutti ſi ponga in vn ſtabile, ò Vigna, ò Caſa, ò altro , che
ſia , quale non ſi poſſa alienare dalla ſopradetta Caſa in
perpetuo , e ſe non vi foſſe figlio maſchio vada alla
femina con l'iſteſſo obligo , e ſe non vi foſſero figli d'al-
cuna ſorte , il che non piaccia à Dio , vada alla Com-
pagnia de Santi Apoſtoli ; Quæ quidem ſcuta bis
mille ab hærede fuerunt ſoluta , & reinueſtita in
Cenſu ab eiſdem met Fratribus de Frangipanis
impoſito .

Obierunt Fratres nullis vnquam ſuſceptis fi-
lijs , ſiuè maſculis , ſiue fæminis , quare purifica-
ta conditione ad fauorem Venerabilis Soc. San-
ctorum Apoſtolorum de Vrbe petebãt eius Offi-
ciales prætatum Legatum vnacum omnibus fru-
ctibus decurſis poſt biennium à die obitus Teſta-
toris , hæres autem Teſtamentarius vltimi de-
functi non controuerſa ſolutione ſortis principa-
lis ſcutorum bis mille, ad fructus ante huiuſmodi
purificationem ſe minime teneri contendebant ,
ſed Iudex pro eis ſtante obligatione Camerali
Legatariorum Mandatum exequutiuum relaxauit
contra bona hæreditaria , quod exequendum eſſe
in gradu appellationis hodie Rota reſpondit .

Licet enim fructus regulariter non veniant in
1 reſtitutione fideicomiſſi etiam ſi Teſtator vſus
fuerit verbis generalibus , & amplis in *l. fideico-*
miſſaria 18 ff. ad Trebell. & l. facta 63. §. ſi hæres ff.
2 *eod. cum verba* non importent onus in fructibus
quando recipere poſſunt alium ſenſum , *l. quod his*
verbis 81. ff. de legat. 3. l. hæredes mei 57. ff. ad
Trebell. Peregrin. de fideicom. art. 49. num 29.

Regula tamen fallit pluribus modis, & ſignan-
3 ter quando quis rogatus eſt etiam fructus reſti-
tuere : vt in d. *l. In fideicommiſſaria* ibi : *niſi mora*
facta ſit , aut cum quis ſpecialiter fuerit rogatus etiam
fructus reſtituere & in *l. ſi ità relictum 44. §. Pegaſus*
in fine ff. de legat 2. ibi . *Et hæc intelligenda ſunt ſi*
non nominatim adiectum eſt , vt cum incremento hæres
fideicommiſſum præſtet. Et quando coniecturis con-
4 ſtare poteſt Teſtatorem voluiſſe fructus etiam re-
ſtitui , cum non minus operetur coniecturata vo-
5 luntas , quam expreſſa , vt in his terminis probat
Angel. conſ. 331, num. 1. verſ. 4. fallit , quem re-

fert-

fert, & ſequitur *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 10. num. 9.*

Huiuſmodi enim fallentias, quas in his præci-
ſis terminis comprobauit *Rota in recent. deciſ. 682.
ſub num. 3. cum quatuor ſeqq. par. 2.* quam refert,
& ſequitur, *Gratian. diſcept. 540. num. 44. & 45.*
exiſtimarunt Domini optimè applicari caſui no-
ſtro ob illa verba legati ibi.. *quali ſcudi 2000. vo-
glio ſi ponghino à frutto dal primo di, che faranno
sborſati, e ſiano &c.* Inde enim expreſſa habetur
6 Teſtatoris diſpoſitio comprehendendi fructus in
reſtitutione Legati, quod licet primo loco ordi-
natum fuerit fauore Primogeniti, attamen cum
non extante Primogenito maſculo fuerit vocata
femina, & ea non extante per modum continua-
ti ſermonis, & per copulam, & ſubſtituta fuerit
Societas Sanctorum Apoſtolorum. Vtique etiam
ipſa cenſetur contemplata in prefata ordinatio-
ne, vt ad propoſitum aduertit *Rota in d. deciſ. 682.
num. 6.* & comprobat *Gratian. d. diſcept. 540. n. 46.
& 47.* facitque regula, quod ſequentes ſubſtitu-
7 tiones dependenter, & continuatiuè per copulam
Et adiectæ conſiderantur, & intelliguntur factæ
cum iiſdem qualitatibus primæ, à qua dependent,
per ea, quæ dixit *Rota deciſ. 519. n. 1. par. 1. recent.
& coram Duran. deciſ. 319. ſub num. 33. in fin. verſ.
Tùm etiàm quia.*

Duplex enim Inueſtimentum ordinauit Teſta-
trix. Primum ſtatim ſequuta ſolutione ſcutorum
bis mille facienda triennio poſt eius mortem ibi:
*quali ſcudi 2000. voglio ſi ponghino à frutto dal pri-
mo dì, che faranno sborſati, e ſiano &c.* Secundum
verò poſtquam primus filius maſculus naſciturus
peruenerit ad ætatem 20. annorum ibi: *con queſto
però, che non ne poſſa godere de' frutti nè eſſo, nè al-
tri fino, che non ſarà arriuato all' età di 20. anni, &
all' hora il Capitale aſſieme con li frutti ſi ponga in vn
Stabile, ò Vigna, ò Caſa, ò altro &c.* Vnde eſto
quod illud ſecundum comprehendens tam fru-
ctus, quam fructus fructuum multiplicandos re-
ſtringantur ad ſolum fauorem filij maſculi, & eo
non extante ad fauorem filiæ fæminæ cum eadem
obligatione ſubſtitutæ, nec extendatur ad Socie-
tatem, quæ non tenebatur expectare annos 20.
poſt purificationem Legati ad fauorem; Certum
tamen eſt quod primum nullam habens reſtrictio-
nem ad filium maſculum, vel fæminam omnes
vocatos, & copulatiuè ſubſtitutos æquè compre-
hendit, atque ad fauorem omnium dicitur à Te-
ſtatrice ordinatum ex allegatis.

Et hinc ceſſat, quod ſubdebatur ſaltem nega-
ri non poſſe hanc diſpoſitionē eſſe dubiam, ac iu-
ſtè grauatos potuiſſe credere onus cumulādi fru-
ctus non cenſeri adiectum niſi poſt natiuitatem
8 primi filij; Cumque dicti fructus ſint conſumpti,
excuſandi ſint ab illorum reſtitutione propter cō-
curſum bonæ fidei, vel abſentiam malæ, Quia
non agitur ex ſecundo Inueſtimento, ſed ex pri-
mo, & non petuntur fructus fructuum, ſeù illo-
rum intereſſe, ob non factum ſecundum Inueſti-
mentum reſtrictum poſt ætatem 20. annorum pri-
mi filij maſculi, ſed petuntur fructus dumtaxat
ſcutorum bis mille legatorum, quæ inueſtita fue-
runt in Cenſu ab ipſiſmet grauatis impoſito, in
quibus propterea non intrat materia legitimæ
conſumptionis ob abſentiam malæ fidei, ſed ſo-
lum videndum eſt An Teſtatrix voluerit illos
comprehendere in Legato fauore Societatis ſub-
ſtitutæ; Quæ quidem comprehenſio cum ex præ-
dictis clarè deſumatur attentis verbis ipſius teſta-
mentariæ diſpoſitionis hoc vtique ſufficit ipſi So-
cietati ad effectum illos aſſequendi à ſuo Debito-
re tanquam ſortem principalem vna ſimul cum
ſcutis bis mille à Teſtatrice ſibi relictū ad *Text.
in l. Illud ff. de acquir. hæred. Grat. d. diſcept. 540.
num. 48. Rota dicta deciſ. 682. num. 5. verſ. Et hæc
eo magis, & num. 7. verſic. quo caſu abſque dubio
par. 2. recent.*

Nec releuat inconueniens, quod Nepotes Te-
ſtatricis fuiſſent nudi miniſtri abſque vllo com
modo, vel emolumento contra diſpoſitionem
Text. in l. Poſtulante 44. §. fin. ff. ad Trebell. Quia
9 præter quod Textus loquitur in hærede, cuius in-
ſtitutio regulariter non debet eſſe de vento, &
10 propterea non trahitur ad Legatarium, qui frui
non poteſt beneficio vniuerſalis hæredis, *Bart. in
l. fin. num. 2. ff. eodem Rota deciſ. 8. num. 7. par. 7.
recent.* Obiectum ceſſat in caſu noſtro; Tum quia
patet ex lectura Legati dictos Nepotes verè fuiſſe
relictos tanquam nudos Miniſtros, dum ſcuta
bis mille fuerunt ſolum legata primo filio maſcu-
lo naſcituro, ſeu fæminæ, vel Societati, Tum
etiam quia poterant conſequi emolumentum, &
commodum ſi habuiſſent filios maſculos, vel fæ-
minas, ſiuè eis ſuccedendo, cum non eſſent gra-
uati, aut ſaltem reſpectu vſusfructus illorum vita
durante poſtquam compleuiſſent annos 20. quod
ſufficit ne Legatum dicatur prorſus inutile.

Et ità vtraque &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM S. ASCENTII, & Daualillo.

Mercurij 26. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Tranſactio, quæ emanauit de legitimo vtriuſque partis conſenſu præuijs omnibus ſolemnitatibus, & ex iuſta cauſa, dicitur valida, ſi autem ſpatio longiſſimi temporis fuerit obſeruata quælibet nullitas excluditur, & ex quibus de his omnibus conſtare dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio vbi fuit inconcuſsè obſeruata per ſpatium longiſſimi temporis, fundans ſe in ea, habet fundatam intentionem pro illius validitate.*

2 *Tranſactio vbi fuit per ſpatium longiſſimi temporis obſeruata, omnis poſſibilis interpretatio ſumenda eſt pro illius ſubſiſtentia.*

3 *Conſenſus maioris partis Canonicorum ſatis eſt, quando actus ſpectat ad Canonicos non vti ſingulos, ſed vti vniuerſos, & Capitulum repræſentantes.*

4 *Amplia, etiam ſi actus non ſit neceſſarius ſed dumtaxat voluntarius, dummodo tendat in euidentem vtilitatem eorum Eccleſiæ.*

5 *Stylus loci, in quo actus geritur, apprimè eſt attendendus.*

6 *Conceſſio, quæ ſe refert ad petitionem perindè ac ſi omnia petita de verbo ad verbum exprimeret.*

7 *Conceſſio recipit interpretationem à petitione.*

8 *Tranſactio, dum fuit inconcuſsè ſpatio longiſſimi temporis obſeruata, exinde perneceſſe reſultat omnium ratificatio.*

9 *Tranſactionis obſeruantia tollit omnem defectum mandati, qui ab initio interfuiſſet.*

10 *Obſeruantia Tranſactionis æquiparatur mandato etiam vbi ſpeciale requiritur.*

11 *Tranſigendi iuſtam, & ſufficientem præſtat occaſionem, receſſus à lite iam introducta eiuſque dubio futuro euentu.*

12 *Ad nouam tranſactionem licitè deueniri poteſt pro to-*

totali extinctione controuerſiarum quæ ex præcedenti tranſactione poſſeſſent oriri.

13 *Beneplacitum Apoſtolicum potuit, & debuit impetrari ab vno tantum ex tranſigentibus ſi in Inſtrumento Tranſactionis fuit conuentum quod ipſe ſolus proprijs expenſis illud impetraret.*

14 *Beneplacitum Apoſtolicum, quando in Tranſactione non fuit conuentum quod impetraretur in forma ſpecifica, ſatis eſt illud impetrare in forma communi.*

15 *Tranſactio, qua continet pacta licita, & honeſta inter Eccleſiaſticos poteſt ſubſtineri etiam abſque beneplacito Apoſtolico.*

16 *Obſeruantia Tranſactionis ſpatio longiſſimi temporis continuata, quamcunque nullitatem excludit.*

17 *Obſeruantia ſubſequens ſpatio longiſſimi temporis continuata dat fidem ſcripturæ etiam informi.*

18 *Læſio in contractibus non lucratiuis non iudicatur à futuro euentu ſed ſolum inſpecto tempore celebrationis ipſius contractus.*

DECISIO DLXX.

IN gradu appellationis mihi commiſſæ à ſententia rotali declaran. Monaſterium Beatæ Mariæ
de Eſtrella teneri ad integras Decimas, & primitias pro omnibus, & quibuſcunque ſuis bonis, &
Decimas de Villarica ſpectate ad Beneficiatos S. Aſcenſij, vtrique Parti conceſſæ fuerunt remiſſoria, & compulſoria, quarum vigore fabricatis
Proceſſibus ad Vrbem tranſmiſſis, inter cætera in eis exhibita, & compulſata fuit antiqua tranſactio inter Monaſterium, & Beneficiatos intra anno 1417. in qua conuenerunt, quod Monaſteriũ
pro Decima ſolueret vnum de 50. de Tritico, Vino, & hordeo tantum; Pro reliquis verò fructibus maioribus, vel minoribus, nihil nihilque
pro cercado, Vinea del Campo, Domo de Buenauiſta, nec de fructibus, quos colligunt in Tenutis, & Territorijs Valpierri, de Briones, &
Villarica, nihil pariter pro pecoribus *Summario impreſſo Monaſterij num. 21. & 22.* Cumque die
17. Maij præteriti dubitauerim an ſententia rotalis eſſet confirmanda, vel infirmanda, dilata
reſolutione DD. oretenus ordinarunt, quod prius ſtrictè videretur de viribus dictæ tranſactionis,
ſuper qua hodie cauſa repropoſita reſolutum fuit tranſactionem eſſe validam, & in hac parte Sententiam Rotalem eſſe infirmandam, quia emanauit de legitimo vtriuſque Partis conſenſu; Ex iuſta cauſa, & præuijs ſolemnitatibus, atque à dicto anno 1417. vſque ad diem motæ litis, & ſic
1 ſpatio annorum 200. & vltra inconcuſſe obſeruata fuit, indeque Monaſterium habet intentionem
fundatam pro illius validitate iuxtà *Text. clarum in cap. contingit 3. de tranſact. vbi gloſſ. verb. aliquot annis Zabarell. num. 1. ad med. verſ. poſt tamen dici,*
2 *& Imol. num. 1.* itaut propterea omnis poſſibilis interpretatio ſumi debeat pro eius ſubſiſtentia,
ad *notat. per Decian. conſ. 28. num. 11. & 12. lib. 3. Rota coram Card. Caual. dec. 407. num. 9. in recent. deciſ. 86. num 7. & 8. part. 6. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono deciſ. 25. num. 15. & in Peruſina fideicommiſſi de Rodulphis 14. Iunij 1652. corã me §. Verum propoſito.*

Legitimus ſiquidem interfuit vtriuſque Partis conſenſus; Nam vt patet ex lectura ipſius Tranſactionis Archidiaconus de Naxera ad quam pertinet quarta pars controuerſarum Decimarum,
perſonaliter interuenit, ſuumque conſenſum præſtitit; Beneficiati verò Sancti Aſcenſij integras
Decimas prætendentes, & Procuratores Monaſterij Beatæ Mariæ exemptionem allegantes idem
conſenſerunt, præuijs ſpecialibus Procuratoribus capitulariter conſtitutis, vt in *primo Tom. Proceſſus compulſati pro Monaſterio fol. 19. & fol. 28. à tergo.*

Non obſtat, quod in actu conſtitutionis Procuratoris Beneficiatorum non interfuerint omnes
duodecim Beneficiati, ſed octo ſolum, ex quibus ſex tantummodo mandatum procuræ ſubſcripſerunt.

3 Quia cum Decimæ per eos prætenſæ ad illos pertinerent non Iure ſingulorum, in quibus terminis loquuntur *deciſiones in Monaſterien. Canonicatus 20. Nouemb. 1654. & 22. Maij 1656. coram me,*
ſed Iure Eccleſiæ, & ſic vti ad Collegium, & vti ad vniuerſos tanquam Capitulum repreſentantes,
4 ſatis vtrique fuit conſenſus maioris partis, quamuis actus tranſigendi fuiſſet voluntarius, dum tendebat, vt infra in euidentem vtilitatem eorum
Eccleſiæ, vt tradit *Imol. in cap. humilis num. 6. verſ. Et ſic de maior. & obed.* quem ſequitur *Felin. in cap. cum omnes ſub num. 17. verſ. Et hanc fallentiam tenet etiam de conſtit. ibique Dec. n. 25. & 29. & in terminis Rota in Burgen. Decimarum de Schalante 1. Februarij 1593. coram Orano,* idemque admiſſum fuit in *Comen. Funeralium 16. Martij 1654. coram me §. Quia non afficit;* Ex omiſſa autem ſubſcriptione duorum ex illis octo Intereſſentibus deſumi non poteſt illorum diſſenſus, Tum quia ſufficit rogitus Notarij de communi omnium con-
5 ſenſu peractus; Tum etiam quia de ſtylo illarum partium, qui apprimè eſt attendendus, *l. 1. quod autem ff. de ventr. inſpic. Bart. in l. cunctos Populos ſub num. 13. verſ. Primo quæro C. de Summ. Trinit.*
ſubſcribentes actum id facere dicuntur nedum nomine proprio, ſed etiam nomine aliorum ibidem intereſſentium, vt pariter practicatum fuit
in mandato procuræ Monaſterij, in quo duodecim Patres nominantur, & ſex tantummodo ibi
ſubſcripti leguntur *eius hodierno Summario num. 1. Litera A.* & de anno 1613. in mandato procuræ
facto per Capitulum Calciateñ. pro ſtipulanda alia concordia cum eodem Monaſterio *d. 1. Tom. eius Proceſſus compulſati fol.* 287

Nec ſubſiſtit, quod ſaltem deficiat conſenſus reſpectu Primitiarum;

Quo enim ad Monaſterium in narratiua eius mandati procuræ de illis legitur facta expreſſa
mentio *dicto hodierno Summar. num. 1. litera B. ibi: In omnibus Tenutis, & Territorijs, quæ d. Monaſterium habuit, & habet ex donatione D. Epiſcopi Calaguritani, & Calciaten. de quibus &c. dictus D. Epiſcopus, eiuſque Anteceſſores ſemper adminiſtrando, & colendo illas per Colonos, & Arrendatarios liberis, & exemptis à Decimis, & Primitijs &c.* quæ etiam
contineri dicitur in licentia à P. Generali deſuper illi conceſſa, dum ibi præmiſſa narratiua totius
ſubſtantia tranſactionis addita fuit generalis clauſula relatiua ibi: *cum alijs conditionibus in ve-*
6 *ſtra petitione contentis &c.* cuius vigore Primitiarũ
expreſſio in petitione contenta perinde habetur ac ſi de verbo ad verbum in licentia referente repetita fuiſſet, *l. aſſe toto ff. de hæred. inſtit. cum concordan. allegatis per Rot. deciſ. 35. num. 6. in fine par. 1. & deciſ. 447. num. 5. verſ. Tum ex virtute par. 2. recent.*

Quo verò ad Beneficiatos etiamſi in illorum
mandato de eis nulla facta mentio legatur, attamen cum conceſſum fuerit, & ipſorum Procuratores ad tranſactionem deuenerint vigore licentiæ

per

per Ordinarium eis conceſſæ Cauſa cognita, &
præuijs depoſitionibus quatuor Teſtium exami-
natorum ſuper vtilitate Capituli, qui depoſuerũt
de exemptione tam à Decimis, quam à Primitijs
vigore Priuilegiorum Apoſtolicorũ *hodierno Sum-
mario Monaſterij num. 2.* vtique etiam in mandato
Procuræ differentia Primitiarum contenta, cum
7 ipſum à licentia, & licentia a Teſtium depoſitio-
nibus interpretationem aſſumant *l. Vt fundum ff.
comm. diuid. cum alijs alleg. in Meleuitana Antianita-
tis 4. Iulij 1646. §. Vltimo coram* R. P. D. *meo Ve-
8 roſpio*; Cumque per 200. & vltra annos, quibus
ſemper inconcuſſe tranſactio obſeruata fuit, nun-
quam Primitiæ ſolutæ fuerint, ſed tantum Deci-
mæ ad formam in ipſa præſcriptam, exinde per-
neceſſe reſultat omnium ratificatio, *Rota in recent.
deciſ. 159. num. 6. par. 1. & coram Card. Mantic.
9 dec. 13. num. 9.* quæ tollit omnem defectum man-
dati, qui ab initio interfuiſſet *cap. rati habitatio-
nem in 6. l. fin. ff. ad Maced. Canal. deciſ. 641. nu. 6.
10 Rota in recent. deciſ. 103. num. 12. par. 5.* ipſique
mandato æquiparatur etiam vbi ſpeciale requiri-
tur *Buratt. dec. 301. num. 8. & dec. 792. num. 15. verſ.
& dicta ratificatio.*

Cauſa tranſigendi fuit iuſta, quia cum pende-
ret lis ſuper exemptione à Decimis totaliter à
Patribus prætenſa tum ex eo, quod eorum bona
proueniebant ab Epiſcopis Calaguritanis, & Cal-
ciaten. Monaſterio donatis anno 1400. Tum etiã
ob Apoſtolica priuilegia exemptionis, vt enun-
ciatur in ipſa tranſactione ibi: *Et omnes dixerunt
verſam fuiſſe inter ambas Partes Litem ratione, quod
dicunt Conuentus S. Mariæ dell' Eſtrella deberet ſolue-
re Decimas ſupradicto Capitulo de Daualillo, &
S. Aſcenſij de omnibus fructibus Decimalibus, quos
colligeret in dictis Territorijs, & Tenutis, quas dictus
Conuentus dell' Eſtrella habet, & poſſidet ad præſens,
& in futurum habebit in termino, & terminis ſupradi-
cti Oppidi de Daualilo, ac eius loco S. Aſcenſij &c.
& pro parte ſupradicti Conuentus S. Mariæ dell' Eſtrel-
la &c. hæc prætenſio fuit contradicta, aſſerendo, quod
Territoria, & Tenuta &c. fuerant Epiſcoporum Cala-
guritan. & Calciaten. etiamq; Eccleſiam S. Mariæ &c.
dum eſſet Epiſcopus ſupradicti Epiſcopatus D. Don
Ioannes de Guzman anno 1400. donauit dictam Eccle-
ſiam &c. omneſque alias Tenutas &c. Conuentui S. Mi-
chaelis de la Morquera, & deinde poſt 19. annos &c.
præfatus Conuentus S. Michaelis translatus fuit ad Ec-
cleſiam S. Mariæ de la Eſtrella vigore Bullæ, & Licen-
tiæ Sanctiſſimi Patris Martini V. & quod vt fueretur
præfatus Conuentus de la Eſtrella ſupradictis bonis li-
beris à Decimis, & Primitijs ec forma relata, & ha-
bet Bullas Apoſtolicas exemptionis à Decimis &c. dicto
primo tom. Proceſſus compulſati fol. 43. cum ſeqq.*

Quæ quidem Apoſtolica Priuilegia optimè iu-
ſtificantur ex quo Martinus V. anno 1419. ſuppri-
mendo Monaſterium S. Michaelis de la Morquera
in Monaſterium erexit Domum, in qua erat vna
Cappella Beatæ Mariæ Virginis de la Eſtrella, il-
lique appropriauit omnia bona mobilia, & im-
mobilia, Iura, & pertinentia dicti Monaſterij
ſuppreſſi, mandauitque quod nouiter erectum
gauderet omnibus, & ſingulis gratijs, libertati-
bus, prærogatiuis, priuilegijs, & Indulgentijs,
quibus anteà potiebatur Monaſterium ſuppreſſũ
dicto hodierno Summario num. 3. Illud autem gaude-
bat priuilegio exemptionis à Decimis per Bene-
dictum XIV. in hæc verba ipſi conceſſo ibi: *Bene-
dictus Epiſcopus &c. Exhibita Nobis pro parte Dile-
ctorum Filiorum Prioris, & Conuentus Monaſterij
S. Michaelis de la Morquera &c. Ordinis S. Hierony-
mi &c. petitio continebat, quod olim Ven. Frater No-
ſter D. Ioannes Abulen. tunc Calaguritanus Epiſco-
pus &c. & deinde bon. mem. Ioannes Epiſcopus Bur-
gen. dictum Monaſterium &c. fundauerunt, & ei non
nullas Terras &c. Quare pro parte dicti Prioris, &
Conuentus fuit nobis humiliter ſupplicatum, vt funda-
tioni, donationi, & acquiſitioni huiuſmodi robur Apo-
ſtolicæ Confirmationis addicere, & eidem Priori, &
Conuentui concedere, quod de Noualibus, & Terris ei
conceſſis, vel per eos iuſtè acquiſitis, quas proprijs ma-
nibus colunt, vel ſuis ſumptibus coli facient Decimas
ſoluere minimè teneantur de benignitate Apoſtolica di-
gnaremur. Nos, igitur &c. mandamus &c. quatenus
fundationes &c. Apoſtolica auctoritate confirmes &c.
& inſuper eidem Priori, & Conuentui eadem auctori-
tate concedas, quod ipſi de huiuſmodi Noualibus, &
Terris eis conceſſis, vel per eos acquiſitis, quas colent
vel coli facient, vt præfertur, Decimas minimè ſolue-
re teneantur: dicto hodierno Summar. num. 4.* Atque
vlterius anno 1427. idem Martinus Quintus dicto
Conuentui S. Mariæ de la Eſtrella indulſit, vt
gauderet omnibus, & ſingulis gratijs, libertati-
bus, exemptionibus, priuilegijs, Immunitatibus,
& Indultis conceſſis tam Priori, & Conuentui
Monaſterij de Montemarta eiuſdem Ordinis San-
cti Hieronymi, quam generaliter eidem Ordini,
& quibuſcunque alijs illius Monaſterij *eodem Sum-
mario num 5.* & ſic etiam Priuilegijs dicto Ordini
conceſſis à *Gregorio XI.* & ab eodem *Martino V.*
de quibus meminit *Rota coram Card. Seraphin. de-
ciſ. 827. & coram Pen. deciſ. 911.*

Cum igitur præfata priuilegia Monaſterio Bea-
tæ Mariæ communicata probabiliter ipſum po-
tuerit litigando ſententiam fauorabilem obtinere
ſuper totali exemptione, vt deinde obtinuit anno
1465. contra Capitulum de Zaraton anno 1468.
contra Benedictinos, & anno 1490. contra Cleri-
cos, & Beneficiatos Vianæ, *dicto Summar. num* 8.
lit. A. B. & C. vtique iuſtum, atque euidenter vti-
le fuit Beneficiatis S. Aſcenſij ad dictam tranſa-
11 ctionem deuenire non ſolum quia exinde à præ-
dicta Lite, eiuſque dubio futuro euentu receſſe-
runt, cuius receſſus iuſtam, & ſufficientem præ-
ſtat tranſigendi occaſionem ex *alleg. in d. dec. 25.
num. 17. coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbobono*,
ſed etiam quia illius vigore vnum de 50. ex Triti-
tico, Ordeo, & Vino aſſequuti fuerunt, cum
alias forſan ob dd. priuilegia nil prorſus de Iure
prętendere, & conſequi valuiſſent.

Non obſtat quod inter eaſdem Partes adeſſet
altera præcedens tranſactio, vt explicitè contro-
uerſa enunciatur, quia cum, vt ibi ſubditur, con-
ditiones in ea appoſitæ non eſſent benè declaratę,
& ſic in futurum oriri potuiſſent quæſtiones, &
diſcordiæ, vt ſucceſſiuè inter eas exortæ fuerunt,
12 licitum omninò fuit pro illarum totali extinctio-
ne ad nouam tranſactionem deuenire, vt reſpon-
dit *Rota deciſ. 795. num. 1. & 2. par. 4. diuerſ. &
coram bon. mem. Coccino deciſ. 491. num. 1.* Perpe-
ram autem negatur præfatæ litis exiſtentia, dum
iuſtificatur ex depoſitionibus dd. quatuor Teſtiũ
coram Ordinario Calaguritano examinatorum.
iuncto præcipuè quod Patres anno 1429. & ſic
per octo annos ante cõtrouerſam tranſactionem,
exhibitis prædictis priuilegijs exemptionum co-
ram Vicario generali Oxomen. inſteterunt pro
illorum publicatione etiam contra Beneficiatos
S. Aſcenſij *dicto Summario Monaſterij num. 6.* quod-
que anno 1432. dum coacti fuerunt ſoluere Bene-
cia-

Digitized by Google

ficiatis pro Decimis marapetinos 1750. expreſſè ſe proteſtarunt, quod nolebant ſibi ipſi præiudicare reſpectu exemptionis vigore dd. priuilegiorum *eodem Summar. num 6.*

Solemnitates demùm, quæ ex Iuris diſpoſitione requiruntur fuerunt adhibitæ; nam vt dictum eſt pro Beneficiatis præceſſit Licentia Ordinarij conceſſa Cauſa cognita, & examinatis quatuor Teſtibus ſuper vtilitate eorum Eccleſiæ Pro Patribus verò interfuit legitima licentia Generalis, & vlterius impetratum fuit beneplacitum Apoſtolicum à *Paulo Secundo de anno* 1465. in hæc verba conceſſum ibi: *Paulus Epiſcopus &c. Dilectis filijs Priori, et Fratribus Domus Beatæ Mariæ de la Eſtrella etc. Exhibita ſiquidem nobis pro parte veſtra petitio continebat, quod orta dudum inter Vos ex vna, & Dilectos filios Archidiaconum de Naxera in Calaguritana, ac Vniuerſos Clericos perpetuos Beneficiatos in Parochialibus de Danalillo, ac S. Aſcenſij etc. ex altera partibus ſuper Decimis prouenientibus ex fructibus accreſcentibus in Terris, et poſſeſſionibus veſtris, quas vos in locis præfatis, et eorum Territorijs proprijs manibus, vel expenſis pro tempore excolitis etc. Nos igitur huiuſmodi ſupplicationibus inclinati compoſitionem ipſam ſicut ritè, & ſine prauitate prouidè factam, et ab vtraque Parte ſponte receptam hactenus pacificè obſeruatam, et in alterius præiudicium non redundat auctoritate Apoſtolica confirmamus &c.* quod originaliter in actis ab eodem Monaſterio exhibitum fuit: & relatum in *d. eius Summ. impreſſo num.* 24.

Parum obſtante, quod impetratum fuit ad inſtantiam ſolius Monaſterij non inſerto toto te-
13 nore tranſactionis, & in ſola forma communi; Quia cum expreſſè in ea conuentum fuerit, quod impetrari deberet à Summo Pontifice tunc præſente, vel futuro proprijs expenſis Monaſterij non autem Capituli, & intereſſatorum potuit, & debuit ipſum dumtaxat illud impetrare, vt in fortioribus terminis dixit *Rota apud Put. deciſ.* 343. *n. 6. verſ. & quod illa verba lib. 1. in correct.* Cum-
14 que in eadem tranſactione non fuerit conuentum quod impetraretur in forma ſpecifica inſerto toto tenore pactorum ſatis vtique fuit illud impetrare in forma communi prauia narratina ſolius
15 ſubſtantiæ ipſius tranſactionis præſertim dum continet pacta licita, & honeſta, quæ inter Eccleſiaſticos poſſunt ſubſtineri etiam abſque beneplacito Apoſtolico *cap. quod. ex eo* 3. *de pact. in* 6. & *fuit dictum in Hiſpalen. preheminentiarum* 4. *Iulij* 1625. *coram bo. me. Coccino in recent. deciſ.* 459. *n.* 2. *part.* 5. *in Legionen. Decimarum* 29. *Maij* 1637. *coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. in recent deciſ.* 218. *num.* 3. *cum ſeqq. part.* 7. & *in Vercellen. Decimar.* 31. *Maij* 1647. *coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Terraconen.* §. *Nec dicatur.*

Cæterum quoad omnia ponit rem in claris inconcuſſa illius obſeruantia vltra annos biſeentum, quæ optimè concluditur tàm ex partitis Librorũ excuſati relatis in *d. Sum. impreſſo num.* 25. in quibus explicita mentio facta legitur, quod Monaſterium ſoluit tantùm de tribus ſpeciebus vnum de 50. quod correſpondet concordiæ, quam ex pluribus Teſtibus diuerſis vicibus examinatis nedùm pro Patribus, ſed etiam pro ipſiſmet Beneficiatis, qui plenè deponunt pro Decimis non fuiſſe ſolutam niſi quantitatem in dicta tranſactione conuentam *eodem Summ. num.* 26. quam etiam ex partitis librorum ipſius Capituli, in quibus ſimili modo apparet ipſum non percepiſſe decimam niſi pro illis tribus ſpeciebus nempè frumento, Vino & Ordeo ad formam tranſactionis *d. Summ. n.* 27.
16 ſubſequens enim obſeruantia ram diù continuata quamcumque nullitatem exludit, *l.* 1. & 2. *l. ſi veritas C. de fideic. Aym. conſ.* 101. *num.* 3. & 4. *Rota apud Caſſador. deciſ.* 3. *ſub num.* 7. *verſ. Et præſumitur de cauſ. poſſeſ. & propriet.* cũ concord. alleg in *Barchinonen. Parochialis & Vicariæ* 10. *Februarij* 1645. *coram Eminentiſſ. Card. Corrado* §. *Et*
17 *profectò*, & dat fidem ſcripturæ etiam informi, vt dictum fuit in *Baren. Iuriſpatronatus* 27. *Iunij eiuſdem anni coram bo. me. Pentingerio ſub* §. 1. & *coram Eminentiſſimo D. Card. Ottbobono deciſ.* 125. *num.* 5.

Non obſtat læſio valde exagerata ex quo tranſactio comprehendit bona futura, quæ poſt eam longe excreuerunt, adeout à ſumma paupertate, qua tunc Monaſterium præmebatur euaſerit ditiſſimum proprijs acquiſitionibus bonorum valoris vltra ſc. 200. mille cũ maximo damno Beneficiatorum, qui exinde priuati remanſerunt decimis illorum.

Tum, quia huiuſmodi paupertas, & ſucceſſiuæ acquiſitiones in facto negantur, cum potiùs Monaſterij facultates tam de tempore eius erectionis, quam de tempore concordiæ opulenter iuſtificentur ex Chronica Religionis *Summ. impreſſo Monaſterij num.* 29. & ex pluribus donationibus *d. eius hodierno Sum. n.* 9. & 10. atque ex duobus ex illis quatuor Teſtibus ſuper vtilitate Capituli Beneficiatorum examinati coram Ordinario Calaguritano *eodem Summ num.* 2. Nil obſtantibus aſſertione facta in vnione Eccleſiæ S. Emiliani de Villarica, quod redditus Conuentus eſſent librarum 50. monetæ Turronen. ex 32. Inſtrumentis acquiſitionum, nam dicta aſſertio intelligitur, demptis oneribus, quæ maiorem partem redditunm abſorbent, dicta vero Inſtrumenta continet tantummodo 33. fanecas Terræ, & 34. operas Vinearum, & tamen ex alijs Inſtrumentis relatis in *Summ. impreſſo Monaſterij num* 30. *lit. A.* apparet quod poſt tranſactionem Monaſterium dedit ad Cenſum perpetuum Faneeas Terræ 246. & operas Vinearum 145. pro quibus Capitulum Beneficiatorum percipit integram Decimam, & Demum ex notula ab eodẽ Capitulo exhibita anno 1633. & ab eius Teſtibus deſuper examinatis apparet Bona Monaſterij non excedere Faneeas Terræ 562. & operas Vinearum 2165. quarum valor nõ excedit ſc. 25. mille vt conuincitur ex prędictis Inſtrumentis, itaut propterea non mereantur attendi alij Teſtes antecedenter pro eodem Capitulo examinati, & de valore ſc. 200. m illedeponẽtes,

Tum quia in contractibus non lucratiuis læſio
18 non iudicatur à futuro euentu Sed ſolum inſpecto tempore celebrationis ipſius Contractus, vt deponunt *Innoc. in cap. Quorum circa med. verſ. nec liberalitates de Cenſib. Natt. conſ.* 397 *num.* 13. *cum ſeqq. Aym. conſ.* 394. *ſub num.* 8. *in fine verſ. Nec obſtat vltimum Soccin. Iun. conſ.* 60. *num.* 58, *cum ſeqq. lib.* 3. *Card. Seraph. deciſ.* 366. *num.* 1. *cum ſeqq. Duran. deciſ.* 397. *num.* 12. *Rota apud Cenc. de Cenſ. deciſ.* 463. *num* 5. Tum & certius quia dictũ Monaſterium ob priuilegia Apoſtolica totaliter exemptum erat tranſactio, per quam Beneficiatis datur vnum ex 50. nedum non eſt læſiua ſed omnino, & euidenter vtilis, vt latè ſuperius peobatum eſt.

Et ita vtraque &c.

RO-

ROMANA SEV REATINA BENEFICII

Mercurij 26. Iunij 1658,

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus Laijcorum vacans in Curia per obitum pòſſeſſoris remanet Sedi Apoſtolice affectum, & pro illa viee collatio pertinet ad Pontificem, excluſo quocunque allio eollatore inferiori, ideoque in concurſu dicitur potius conſtare de bono iure prouiſi Apoſtoliei, quam ab ordinario præuia Patronorum præſenratione inſtituti, hoc que licet Prouiſio Ordinarij non ſit Papæ narrata: & licet in litteris Apoſtolicis adſit Clauſula dummodo non ſit alteri Ius quæſirum & quare?

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus vacans per obitum poſſeſſoris in Curia remanet Sedi Apoſtolicæ affectum, & reſeruatum.*

2 *Collatio Beneficj vacantis in Curia ſpectat ad ſummum Pontificem excluſo quocumque ali o inferiori Collatore.*

3 *Ius patronatus Laycorum probari debet quod ſit ex fundatione, & dotatione, ne eius collatio pertineat ad Pontificem.*

4 *Beneficia de partibus, quando vacant in Curia Papa conſueuit de illis prouidere & derogare Iuri patronatus laycorum etiam in totum pro illa vice.*

5 *Limita hoc non procedere in Iure potronatus ad Reges ſpectante.*

6 *Patronus dum ſe ipſum præſentauit ad Iuſpatronatus, præſentatio eſt ipſa Iure nulla.*

7 *Gratia prouiſionis Apoſtolicæ non dicitur ſubreptitia, licet Papæ narrata non fuerit alterius prouiſio, dum illa ipſo iure erat nulla.*

8 *Clauſula,* dummodo alteri non ſit ius quæſitum *regulariter præſeruat alteri Ius antea quæſitum*

9 *Declara hoc intelligi de iure prorſus inualido, & inſubſiſtenti.*

10 *Poſſeſſor licet ab Executore litterarum Apoſtolicarum in poſſeſſione Beneficij alteri tradita citatus non fuerit non inde tamen dicitur ſpoliatus nec eſt reſtituendus ſi illam ſaltem tacitè acceptauit & approbauit.*

DECISIO DLXXI

DE ſimplici, ac perpetuo Beneficio, ſeù Cappellania ſub Innocatione S. Srephani in Eccleſia Cathedrali Ciuitatis Reatis vacante per obitum Antonij Iatterroni familiaris à ſecretis Eminentiſs. D. Cardinalis Georij in Curia ſequutum 2. Ottobris 1653. à Sede Apoſtolica prouiſus fuit Dominieus Seuerinus cum expreſſa derogatione in totum pro hac vice aſſerti Iuriſpatroatus Laicorum Verum quia huiuſmodi Apoſtoliea prouiſio nemine cirato executioni demandata fuit Petrus Iauerronus Frater Defuncti ãterior poſſeſſor vigore Inſtitutionis ſibi conceſſæ ab Ordinario ad ſuam, & alterius eius fratris præſenrationem obtinuit mihi Commiri cauſam appellationis cum facultate manutenendi quem de Iure: Ad cuius formam propoſito dubio 11. Martij prætetiti Rota mandauit quod videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis & hodie ad fauorem Dominiei prouiſi Apoſtolici emanauit reſolutio
1 Quià cum cõttouerſum Beneficium vacauerit per
obitum Antonij ſequutum in Curia *Summ. Dominici num.* 1. Sedi Apoſtolicæ affectum, & reſetuatum erat iuxta diſpoſitionem *cap. 2. de præbend. in 6. Duran. deciſ. 68. num. 4. & deciſ. 263. n. 13.*
2 Et propterea eius prouiſio ad ſummum Pontifi-
cem ſpectabat, excluſo quocunque alio inferiori Collatore, vt dixit *Rota corã Card. Mellino deciſ. 58. num. 2. & in alijs allegat. in d. deciſ. Duran. num. 3.*

Non obſtat quod aſſeratur de Iurepatronatus
3 Laicorum, quia præterquod non iuſtificatur,
quod ſit ex fundarione vel dotatione, vt requiritur ex deductis *coram S. M. Greg. deciſ. 48. num. 3.* Eſtò quod de Iure ceſſet reſeruatio d. cap. 2.
4 Attamen. quando (prouthic) huiuſmodi Bene-
ficia de partibus vacaut in Curia, Papa conſueuit de illis prouidere, & derogare (prout fecit in caſu noſtro) Iuriſpatronatus Laycorum etiam in
5 totum pro illa vice; excepto Iurepatronatus ad
Reges pertinente, vt notant. *Pariſ. de reſignat. lib. 2. queſt. 4. num. 45. 46. & 47. Modern. Viuian. de Iurepatr. lib. 5. cap. 5. num. 158. Lotter. de re benef. lib. 2 queſt. 8. num. 94. & queſt. 27. num. 7. & dixit* Rota *in Comachen., & Ferrarien. Præpoſituræ, & Beneficij* 15. *Decembris 1625. coram Remboldo, in recent. deciſ. 636. num. 22. & 23. par. 4. tom. 3.*

Nec ſubſiſtit, quod ſaltem teneretur Dominicus narrare Pontifici antecedentem poſſeſſionem Petri Collitigantis cum ſubſequuta inſtitutione,
6 & poſſeſſione, quia cum huiuſmodi præſentatio
eſſet ipſo Iure nulla, ex quo Petrus vna ſimul cum eius fratre præſentauit ſe ipſum contra Prohibitionem *Text. cap. per noſtras de Iurepatr. & in cap. fin. de Inſtit.* cum Concordantibus allegatis à *Bu-*
7 *ratt. deciſ. 712. num. 1. & per tot.* non fuit opus il-
lam narrare, & eius taciturnas non inducit ſubreptionem, vt ad propoſitum reſpondit *Rota coram Card. Caual. deciſ. 280. ante num. 2. verſ. hinc ſequebatur, & deciſ. 333. ſub num. 1. verſ. Vndè ſequebatur repetitur in recent. deciſ. 504. & 634. par. 1.*

Indeque nec refert clauſula appoſita in Litteris
8 Dominici *Dummodo tempore Datæ preſentium non*
ſit alteri Ius quæſitum, quæ regulariter præſeruat Ius alteri antea quæſitum ex preſentarione, vt in *Leodien. Beneficij 24. Februarij 1644. coram bo. me.*
9 *Bichio* §. *fin.* Quia intelligitur de Iure valido, &
efficaci vt eadte ibidem ſubditur *d. §. fin. verſ. quodque illud eſſet validum*, non autem, vt hic de Iure prorſus inualido, & inſubſiſtenti, vt in terminis reſpondetur in *dictis deciſ. Cardinalis Cazaler. deciſ. 280. & 333. vtrobique num. 2.* quas ſequuta fuit Rota in *Beneuentana Canonicatus 8. Februarij 1647. coram eodem Bichio §. vlt. in fin. & in Auellina Canonicatus 12. Iunij 1651. coram me §. non obſtante.*

Quare cum ſubſequens poſſeſſio Dominici de
10 manu Exequutoris per Inſtrumentum eapta ab
ipſomet Petro Collitigante ſalrem tacite acceptata, & approbata apparet ex eius litteris miſſiuis *d. Summ. num 3. & 4.* Videntur applieari poſſe deducta *coram Card. Seraph. deciſ. 256. num. 1. & per tot. ac in Tudertina Fundac. 4. Maij 1654. & 24. Nouembris 1655. coram R. P. D. meo Meltio.*

Quapropter Domini reſponderũt conſtare de bono Iure etiam ad effectum manutẽtionis Vtraque &c.

HIDELSIMEN. PRÆPOSITVRÆ.

Veneris 28. Iunij 1658.

ARGVMENTVM.

Litteræ Prouiſionis Apoſtulicæ à Papa motu proprio & certa ſcientia, & mera liberalitate conceſſæ habent paratam executionem etiam abſque præcedente narratorum iuſtificatione, nee illarum executio poteſt retardari ab allegante immemorabilẽ pro excluſione reſeruationis Beneficij donee ipſa immemorabilis per tres conformes eanonizata

non

Digitized by Google

non fuerit, & ex quibus præſcriptio immemorabilis excludatur?

S V M M A R I V M.

1 *Literæ Prouiſionis Apoſtolicæ motu proprio, & certa ſcientia, & mera liberalitate conceſſa ob maiorem illarum reuerentiam, habent paratam executionē.*

2 *Ampla etiam nulla præcedente Clericatus aliorumq; narratorum iuſtificatione.*

3 *Valor Beneficiorum Germaniæ ſolet exprimi iuxta illius concordata per non exceſſum in annuis ducatis viginti quatuor Auri de Camera.*

4 *Dignitatis maioritatem operantur communis exiſtimatio, & fama.*

5 *Præpoſitura cenſetur prima dignitas in Eccleſia ex communi exiſtimatione, & fama concurrente præcipuè generali conſuetudine, quod in omnibus Eccleſijs Præpoſitura ſit prima dignitas.*

6 *Prima dignitas in Collegiatis, eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ ex Reg. 4. Cancel.*

7 *Prima dignitas eſt reſeruata Sedi Apoſtolicæ, etiam ex concordatis Germaniæ.*

8 *Beneficia electiua comprehenduntur etiam in concordatis Germaniæ, nec qualitas electiua impedit illorum reſeruationem ex dictis concordatis reſultantem.*

9 *Immemorabilis nequit impedire executionum prouiſionis Apoſtolicæ, donec fuerit per tres ſententias conformes canonizata.*

10 *Immemorabilis regulariter excluditur, vbi conſtat de certo initio.*

11 *Clauſula ſublata, & decretum irritans conſtituunt in mala fide prætendentes contrarium præſcribere.*

12 *Immemorabilis bonam fidem omnino deſiderat, & vbi adeſt mala deſtruitur.*

13 *Prouiſus de Beneficio Germaniæ contra tenorem, & formam concordatorum habetur pro merè intruſo, & malæ fidei poſſeſſore, niſi prouiſio Authoritate Sedis Apoſtolicæ fuerit approbata.*

DECISIO DLXXII.

MOtu proprio, ex certa ſcientia matura deliberatione, & mera liberalitate Sanctiſſimus D. Noſter Alexander VII. 5. *Idus Nouembris anni elapſi* contulit D. Ferdinando à Fuſtembergh Clerico, & Sanctitatis ſuæ continuo Commenſali, & intimo Cubiculario Præpoſituram ſæcularis, & Collegiatæ Eccleſiæ S. Crucis Hildeſimen præuia narratiua, quod inibi Dignitas principalis exiſtit, valorē annuum decem florenorum communi æſtimatione, excedit quodque per obitum Gulielmi Houle Coadiuti, ſeu Gulielmi Principis Stabulen. Coadiutoris perpetui, & irreuocabilis cum futura ſucceſſione, vel etiam vtriuſque vacabant, vt latius conſtat ex literis Apoſtolicis in *Sum, num.* 9. Quas exequendas eſſe hodie Domini
1 cenſuerunt quia cū motu proprio conceſſæ fuerint etiam nulla præcedente iudiciali iuſtificatione Clericatus, aliorumque narratorum ob ipſarū
2 maiorem reuerentiam habent executionem paratam, vt alijs allegatis dixit *Rota in Gadicen. Præſtimonij 2. Decembris* 1648. *coram bo. me Arguelles* §. 1. & §. *Ac proinde*.

Præſertim dum ex duobus Teſtibus *relatis in eius Sum. num.* 3. & rite examinatis apparet tum de vacatione per obitum Coadiuti, & Coadiutoris, quàm de valore longe excedente annuos ducatos decem auri de Camera, qui iuxta Concor-
3 dara Germaniæ in omnibus eius beneficijs exprimi ſolet non per exceſſum in ſimilibus ducatis viginti quatuor vt refert *Lotter de re benefic. lib. 2. quæſt. 15. num. 38. & dixit Rota in recent. deciſ. 576. nu. 6. par. 8. in Leodien. Canonicatus 37. Iunij 1642. & 23. Februarij 1643. & in Leodien. Archidiaconatus 1. Iulij 1652. §. vltimo coram me.* Quam etiam quod verè controuerſa Præpoſitura prima eſt, & principalis Dignitas Eccleſiæ Collegiatæ iuxta communem exiſtimationem, atque publicam vo-
4 cem, & famam communis enim exiſtimatio, & fama maioritatem Dignitatis operantur, vt dixit *Rota deciſ. 11. ſub num. 1. verſ. tamen quidquid ſit de præbend. in nou. deciſ. 518. num. 2. par. 1. & deciſ. 29. num. 3. par. 2. diuerſ. Card. Mantic. deciſ. 175. num. 3. & in Gerunden. Cappellaniæ 20. Martij 1645. coram bo. me. Bichio §. Sed Rota cum concordantibus allegatis per Lotther vbi ſupra lib. 2. quæſt. 33. num. 29.* Concurrente præcipuè generali con-
5 ſuetudine totius Germaniæ, quod in omnibus Eccleſijs Præpoſitura ſit prima dignitas, vt teſtatur *Rota in Leodien. Decanatus 26. Februarij 1627. coram Manzanedo, & 10. Nouembris eiuſdem anni coram Pirouano, quas refert Add. ad Buratt. deciſ. 809. num. 21.*

Inde autem reſeruatio redditur incontrouerti-
6 bilis tam ex regula 4. Cancellariæ, vt reſponſum fuit *coram Eminentiſs. Otthobono deciſ. 240. num. 7.*
7 quam etiam ex concordatis Germaniæ apud *Conſtitutionem primam Nicolai V. ſub* §. 3. vt dixit *Rota deciſ. 580. num. 2. par. 2 recent.*

Non obſtat, quod ſit electiua, & ab immemo-
8 rabili ſolita conferri à Capitulo. Qualitas enim electiua (præterquod non iuſtificatur vt opus eſt) non excludit reſeruationem ex concordatis reſultantem cum ipſa ſpecialiter etiam comprehendant Beneficia electiua ex verbis Extrauag: Ad regimen. concordatis incorporatæ, vt in *Pardemonen. Præpoſituræ 9. Martij & 30. Maij 1588. coram Bubalo relicta per Georg. Branden. in ſuo tractatu ſuper dictis Concordatis quæſt. 7. num. 1. & quæſt. 9. num. 4. & per extenſum ſub notab. 3. Rota in recent. d. deciſ. 580. num. 2. par. 2. & deciſ. 153. num. 5. par. 6. & in Bambergen. Præpoſituræ 23. Februarij 1654. coram R. P. D. meo Celſo §. Cenſuerunt tamen*

Immemorabilis verò vltra quod inefficax eſt
9 pro impedienda executione prouiſionis Apoſtolicæ donec fuerit per tres ſententias conformes Canonizata, *Rota deciſ. 273. num. 1. par. 1. recent.* Aut deducitur ante concordata, & redditur improbabilis iuſtificationis, aut poſt, & inde habe-
10 tur certum initium, quod eam regulariter excludit *Rota deciſ. 14. num. 2. par. 3. deciſ. 542. num. 2. & 3. par. 4. & deciſ. 56. num. 18 par. 7. recent. & in Calaguritana Decimarum de Ocon. 1. Iulij 1654. coram me ſub* §. *Concordia autem*. Certius cum ſint
11 munita clauſula ſublata, & decreto irritanti, conſtituunt enim in mala fide prætendentes contrarium præſcribere quæ propterea deſtruxit prorſus im-
12 memorabilem bonam fidem omninò deſiderantem, *Pen. deciſ. 9. num. 38. & deciſ. 103. num. 24. Card. Seraph. deciſ. 707. num 6. Card. Caual. deciſ. 77. num. 7. Rota in recent, deciſ. 265. num. 17. par. 5. & in d. Calaguritana Decimarum de Ocon coram me d.* §. *Concordia verò verſ. Atque ex illius*.

Nec allegari poſſunt collationes factæ à Capi-
13 tulo niſi inſimul iuſtificentur approbatæ authoritate ſedis Apoſtolicæ iuxta *Conſtitutionem 41. Clementis VII. ſub* §. 2. *tom. 1.* vbi declaratur, quod collationes; & aliæ diſpoſitiones contra tenorem, & formam concordatorum quomodolibet factæ, & quæ in poſterum fient nullum titulum, vel collatoribus, & merè intruſis ab omnibus haberi, & cenſeri

ceuſeri debeant, vt latè *Branden. vbi ſupra q. 2. n. 11. cum queſt. ſeqq.*

Et ita vnica tamen &c.

PERVSINA TESTAMENTI
Luna 28. Iunij 1658.
ARGVMENTVM,

Teſtamentum ſigillatum ad hoc vt certitudo illius Identitatis habeatur ita debet eſſe alligatum, & complicatum vt nullo modo extrahi poſſit, alias ſi reperitur apertum, præſertim in manibus Intereſſati euitatur certitudo Identitatis, & oritur vehemens ſuſpicio, quod vnum loco alterius potuetit ſupponi, & qualiter certitudo Identitatis excludatur Teſtamentum abſqne ſollemnitatibus tam inter liberos, quam fauore piæ cauſæ ſuſtinetut, & quando Teſtamentum dicatur conditum fauore piæ cauſæ, & an priuilegium Teſtamenti inter liberos ſuffragetur etiam reſpectu legatotum extraneis relictorum, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Identitas Schedulæ Teſtamentariæ vt certitudinaliter haberi poſſit, requiritur, quod Schedula ita ſit alligata, & complicata, vt nullo prorſus modo extrahi poſſit.*

2 *Schedula Teſtamentaria, vbi reperitur aperta præſertim in manibus intereſſati, euitatur certitudo illius identitatis, & intrat vehemens ſuſpicio, quod vna loco alterius potuerit ſupponi.*

3 *Pluralitas, regulariter identitatis certitudinem tollit.*

4 *Teſtamentum ſigillatum debet Notario conſignari à Teſtatore adhibitis ſeptem Teſtibus in actu conſignationis.*

5 *Teſtamentum licet contineat Legata Pia non dicitur conditum fauore piæ cauſæ, niſi illa abſorbeant maiorem partem hæreditatis;*

6 *Teſtamenti inter liberos Priuilegium non ſuffragatur reſpectu legatorum extraneis relictorum.*

7 *Limita niſi concurrant requiſita relata in* deciſ. Merlin. 862. num. 12.

8 *Contrarietas Teſtium vt excludatur, omnis poſſibilis interpretatio ſumenda eſt.*

9 *Scientia, & Ignorantia diuerſificato tempore non ſunt contraria.*

DECISIO DLXXIII.

Die 15. Decembris 1642, coram me reſolutum fuit conſtare de tali Teſtamento q. Ludouici Montemellini, quod ſuffragetur Horatio, & Fratribus de perinellis cum ſuppoſito, quod ipſi in partibus introduxiſſent iudicium contra Thadeum Bonziam Notarium pro exhibitione Teſtamenti ſibi conſignati à d. Ludouico corã ſeptem Teſtibus, & ſententiam fauorabilem contra eum reportaſſent à qua eius hæres appellauit, quodque interim medio tempore ad inſtantiam eorundem de Perinellis fuerint publicatæ, & fulminatæ excommùnicationes contra occultantes, & occupantes dictum Teſtamentum, & comparuerit in actis Curiæ Epiſcopalis Frater Iacobus de Meuania Prior Conuentus Sancti Dominici de Peruſia, Ibique exhibuerit Teſtamentum manu dicti Ludouici ſcriptum & ſubſcriptum eſſerens ſibi traditum fuiſſe ſub ſigillo confeſſionis ad effectum illud exhibendi.

Verum ex probationibus deinde factis iuſtificatur fratrem Iacobum exhibuiſſe in Curia Epiſcopali folia aſſ. Teſtamenti priuſquam Perinelli introduxiſſent Iudicium contra Notarium; Exhibitio enim per dictum Religioſum facta fuit 9. Auguſti 1622. *preſenti Summ. Iacoba num.* 1. Perinelli autem Iudicium introduxerunt contra Notarium die 30. *eiuſdem Summ. num.* 3. Et vlterius ex depoſitione ipſius met Religioſi formiter facta anno 1643. num. 2. ac deinde pro exoneratione eius conſcientiæ ratificata anno 1647 n. 7. cum qua obijt num. 8. comprobatur dicta folia fuiſſe ſibi tradita, vt illa exiberet, ab vno ex dictis fratribus de Perinellis Collitigantibus, nempè à Commendatario Franciſco.

Iude enim ſcribentes pro Iacoba controuertentes conſignationem Teſtamenti quæ in deciſione dicitur Notario facta per Ludouicum, ex quo Teſtes ad hunc effectum inducti habent intereſſe, & illam non concludunt, adminicula vero ſint æquiuoca; Deducebant vlterius, quod etiam ſi conſtaret de huiuſmodi conſignatione, adhuc tamen prætendi non poſſit, quod folia, de quibus agitur, exhibita per dictum Religioſum ſint illamet, quæ Ludouicus Notario conſignauerat; Idque duplici fundamento comprobabant.

Altero, quod non ſolum non fuerunt reperta penes Notarium de conſignatione rogatum nec ab ea exhibita, ſed nec minus erant clauſa, nec ſigillata, prout Ludouicus illi conſignauerat *Summ. num.* 15. Sed reperta fuerunt aperta; & diſ-
1 ſigillata penes Religioſum, cui ſic tradita fuerunt ab intereſſe habente. Vnde ſi DD. pro concludenda certidudine idẽtitatis ſchedulæ Teſtamentariæ requirunt, quod ità ſit allegata & complicata, vt nullo prorſus modo extrahi poſſit ex pleniſſime congeſtis per *Pariſ. conſ. 19. num. 26. cum ſeqq. lib. 3. modern. Altograd. conſ. 96. num. 20. lib. 5. Cyriac. controu. forenſ. cap 444. num. 19. cum ſeqq.* alijs allegatis admiſſum fuit in *deciſ. § nec aduer-*
2 *ſatur*; Vtique vbicunque, prout hic, reperitur aperta, præſertim in manibus intereſſati euitatur huiuſmodi certitudo, & intrat vehemens ſuſpicio quod vna loco alterius potuerit ſupponi, vt tradit *Burgoſ. de Pace in l. Tauri num. 1166. verſ. ex Superioribus dirimi poteſt fol. 331. quem refert & ſequitur Rouit deciſ. Neap. 95. num. 18. verſ. Et tandem corruit.*

Altero quod dum Perinelli Collitigantes poſt exhibitionem foliorum factam à Religioſo inſtituerunt Iudicium contra Notarium pro exhibitione Teſtamenti à Ludouico ſibi conſignati, illudque acriter proſequuti fuerunt etiam poſt habitam notitiam dictæ exhibitionis, & poſt expeditum tranſumptum dictorum foliorum *Summ. num.* 4. obtinendo Inſtantiam ſuper illius condemnatione in quantitate, quam ſua intereſſe declarauerint medio eorum Iuramento *num* 5. Exinde demonſtratur folia Religioſo conſignata, & ab eo exibita non eſſe illam ſchedulam Teſtamenti; quam Ludouicus eidem Notario conſignauerit & ſic reſultat pluralitas, que regulariter
3 identitatis certitudinem tollit, *Alex. in l. 2. n. 5. C. de bonor. poſſeſ. ſecund. Tabul.*

Idque certius attentis duobus Teſtibus à Perinellis pro conſignatione adductis deponentibus, quod ſcriptura Teſtamenti à Ludouico Notario tradita complicata erat in forma plichi, & Epiſtolæ *Summ. d. num.* 15. eandemque complicationis formam articularunt Perinelli *num.* 16. folia autem controuerſa complicata ſunt per longum, nec vllum præſeferunt Veſtigium, vel Signum alterius complicationis, vt ex oculari inſpectio-

Digitized by Google

ne detegitur, & depoſuit 4. Teſtis *Summ. num.* 17.
Nec obſtat, quod aſſerantur ſcripta manu Lu-
douici, Tum quia Teſtes ſuper illius recognitio-
ne examinati dubitatiuè depoſuerunt, et ſiguâter
dictus quartus excludit à recognitione vltimos
nouem verſicnlos continentes ſubſtantiam diſpo-
ſitionis, nempè declarationem, quod illud eſſet
vltimum Ludouici Teſtamentum eius que ſub-
ſcriptionem *Summ. num.* 11. Tum etiam quia ex-
inde non concluditur perneceſſe, quod ſint illa-
met, quæ Teſtator conſignauit Notario neç quod
ipſe voluerit decedere cum diſpoſitione in illis
contenta.

Et hinc etiam inſurgit defectus ſolemnitatum,
quia dum ex prædictis educitur folia controuerſa
non eſſe illamet Notario conſignata deſtituta re-
manent Teſtibus alijſque ſolemnitatibus de Iure
neceſſarijs, quæ in *deciſ. §. Teſtamentum enim, &
§. Deminm non obſtat cum ſeqq.* Supponuntur adhi-
4 bitæ vnacum ſeptem Teſtibus in actu conſigna-
tionjs factæ Notario per Ludouicum.

Nec euitari poſũt ſiue ex priuilegio piæ Cauſæ
propter legata pia in illis relicta, ſiue ex quo Te-
ſtamentum in eis contentum appareat conditum
inter liberos, çum in ipſis legatur inſtituta vni-
uerſalis hæres pro medietate Ludouica filia, quia
5 deficit in propoſito, qund illa abſorbeant maio-
rem partem hæreditatis *Dec. conſ.* 504. *n.* 3. *Mart.
de ſucceſſ. legal. par.* 4. *q.* 8. *art.* 2. *n.* 8. *Caſ. de Graſſ.
d.* 5. *per tot.*, & ſignanter *num.* 16. *de Teſtam. Rota
in Alatrina Teſtamenti* 26. *Februarij* 1649. *coram
R.P.D. meo Veroſpio §. Hanc vero*; Priuilegium
6 autem Teſtamenti inter liberos, nnn videtur ſuf-
fragari reſpectu legatorum extraneis relictorum,
Menoch. conſ. 288. *num.* 37. *Clar. in §. Teſtamentum
q.* 10. *num.* 1. *ibique Add. littera B.* niſi couentrant
7 requiſita relata in *Melevitana Bonorum* 22. *Aprilis*
1641. *coram bo. me. Merlino inter eius impreſſ.* 862,
num. 12. *&* 4. *Maij* 1643. *coram Reuerendiſſ. Com-
poſtellano §. Quarum primum*..

Non obſtat, quod Religioſus, qui controuerſa
folia exhibuit examinatus formiter Anno 1632.
depoſuerit nunquam cognouiſſe, nec prius, nec
poſtea perſonam, quæ illa ſibi tradidit, & pro-
terea ſit ſibi contrarius, dum in ſecundo examine
Anni 1643, aſſeruit perſonam extitiſſe Commen-
datarium Franciſcum Perinellum.

Diuerſitas enim huiuſmodi depoſitionum ex
eo prouenire potuit ex quo conſignatio fuerit ſibi
facta ſub ſigillo confeſſionis; Vnde in primo exa-
mine expediens credidit reticere nomen ſub eo
prætextu, quod ſibi eſſet incognita; At videns
ſucceſſiuè ingens præiudicium ex ſua depoſitio-
ne iudicialiter reſultans Iacobæ Teſtatoris filiæ
potuit, & debuit veritatem aperire, & perſonam
tradentis publicare, cum traditio licèt ſibi facta
ſub ſigillo confeſſionis Sacramentalis ſed extra;
Vnde conſideratis huiuſmodi circunſtantijs ceſſat
adducta contrarietas, pro cuius excluſione omnis
8 poſſibilis interpretatio ſumenda eſt.

Vltra quod in ſecũdo examine Anni 1643. non
dixit quod cognouerat perſonam in actu tradi-
tionis ſed quod illam tunc cognoſcebat ab annis
quinque, vel ſex citra, quodque ex tractatibus, &
colloquijs dicto medio tẽpore habitis cum Com-
mendatario Perinello agnouerit etiam ex propria
eius Confeſſione, quod ipſe fuerat, qui dicta fo-
lia ſibi tradiderat, vt in dicto *Summ. num.* 2. Hinc
enim ſtant ſimul, quod tempore traditionis; &
primi examinis de anno 1632: illum non cogno-
ſceret, & quod deinde anno 1643. eius no[...]
9 & cognitionem haberet, nam ſcientia, & igno-
rantia diuerſificato tempore non ſunt contrariæ
vt dixit *Rota coram S. M. Greg. d.* 347. *num.* 2.

Placebat DD, quod Partes huiuſmodi contro-
uerſiam amicabiliter componerent ſequẽdo *Ro[...]
d. deciſ.* 95. vbi ſum *num.* 18. *verſ. Et quia erat*
refert, quod Burgos de Pace in ſimili caſu a[...]
ſtatur cauſam fuiſſe tranſactione finitam, ſed [...]
concordia non potuit ſuum effectum ſortiri, reſ[...]
lutionem publicam pro receſſu à deciſis.

Vtraque &c.

AVENIONEN. ATTENTATORVM.

Lunæ prima Iulij 1658.

ARGVMENTVM.

Arbitrium, ad effectum reſeruandi attentata in fine
litis, intrat quando conſtat de paupertate præten-
ſi attentantis, & quando ab eſt dolus, maximè
cauſa commiſſa fuerit appellatione remota, &
qualiter de abſentia doli in attentante, illiuſq[ue]
paupertate ſatis conſtare dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* Arbitrio *in commiſſione appoſita,* [...]
*facultatem dimittendi rigorem, & ſeruandi æqui-
tatem.*
2 *Attentata ſunt de æquitate reſeruanda in fine litis,
quando ceſſat dolus, & concurrit paupertas [...]
prætenſo attentante:*
3 *Poſſeſſio capta poſt moderatam inhibitionem, dicitur
capta Iudice ad quem potius annuente, quam in
ſpretam, & contemptum eius Iuriſdictionis.*
4 *Iudicis Auctoritas excuſat à dolo.*
5 *Poſſeſſio capta poſt moderatam Inhibitionem nulla-
tenus eſt attentata; quamuis ſignatura Iuſtitiæ
Iudici inhibenti mandauerit, vt Iaam Inhibi-
tionem etiam quo ad attentata reintegraret.*
6 *Paupertas, ad effectum vt intret arbitrium, pro re-
ſeruatione Attentatorum in fine litis, ſatis p[ro]-
batur ex atteſtatione, quod prætenſus attenta[ns]
eſt pauper eam eius Induſtria, & labore viu[...]*
7 *Attentata eo facilius reſeruantur in fine litis, qua[...]
cauſa eſt commiſſa appellatione remota.*

DECISIO DLXXIV.

PRætendente Anna Caſella, qund Margharita
& Magdalena Vienot attentauerint, dum [...]
decendium adeptæ fuerunt poſſeſſionẽ Bonor[...]
fideicommiſſariorum q. Ioannis (quæ aſſerun[...]
de dominio Eccleſiaſtico) vigore ſententiæ a[...]
ipſarum fauorem prolata per D. V. Legatum Au[e]-
nionem ex *remed. l. fin. C. de Edict. D. Adr. tollen.*
Adiuerunt Actrices *Sanctiſſimam D.N. Alexandrum
VII.* vt dignaretur Cauſam Committere Audit[o]-
ri Cameræ appellatione remota, & reſeruatis a[t]-
tentatis in fine litis, cui in plena Signatura p[la]-
cuit reſcribere quoad primam partem de Vo[to]
Rotæ, & quoad ſecundam, Arbitrio eiuſdem[...]
Vnde reſpectu huius ſecundæ partis ad forma[m]
Commiſſionis dubium propoſui An intret Ar[bi]-
trium, & fuit affirmatiuè reſolutum, quia ex [hu]-
1 iuſmodi reſcripto dicitur data facultas dimitte[n]-
di rigorem, & ſeruandi æquitatem, vt reſpon[dit]
Rota apud Creſc. deciſ. 4. *num.* 3. *de Teſtib.*

Æquitas autem ſuadet, quod reſeruentur atte[n]-
2 tata in fine Litis, quia ceſſat dolus, & concu[rrit]
paupertas prætenſarum attentãtium per ea q[uæ]
his terminis firmauit *Rota coram bo. me Coc[cin.]
deciſ.* 496. *num.* 2. *&* 3. quam refert, & ſequ[itur]
Add. ad S. M. Gregor. deciſ. 361. *ſub num.* 5.

Dolus ſi quidem ceſſat, quia etiam ſi Actr[ices]

pri[...]

Primo loco cœperint poſſeſſionẽ infra decendium-
ſecunda tamen vice illam adeptæ fuerunt, ſecun
da Nouembris 1656. poſtquam Auditor Cameræ
Iudex appellationis ſuo die 16. Settembris ante-
cedentis moderatus fuerat ſuam Inhibitionem
vigore appellationis ad fauorem Collitigantis
conceſſam *Summ. num.* 5. *&* 6. Stante enim huiuſ-
3 modi moderamine, ceſſat dolus, cum dicantur
accepiſſe poſſeſſionem potius Iudice ad quem an-
nuente, quam in ſpretum, & contemptum eius
Iuriſdictionis & inteat regula, quod à dolo excu-
4 ſat Iudicis autoritas, vt poſt *Angel. & Alberic.*
ponderauit *Rota in d. deciſ. 496. bo. me. Coccin. n. 4.*
5 Non obſtante, quod deinde ſignatura Iuſtitiæ
demandauerit eidem A. C. vt ſuam Inhibitionem
reintegraret etiam quoad attentata, Quia adhuc
poſſeſſio dignoſcitur ſine dolo capta ob dictam
moderationem Inhibitionis, itaut intret arbitri-
um ad fauorem pauperum attentantium ex dedu-
ctis

Paupertas autem demonſtratur ex atteſtatione
6 relata in *Summ. num. 9.* vbi habetur dictas Mar-
gharitas, & Magdalenam eſſe Virgines, & pau-
peres cum induſtria, & labore viuentes, quod
videtur in hac materia ſufficere ex deductis in *Ro-
mana Vineæ 10. Februarij* 1651. *coram me* §. *Hodie
verò*

Et ita cum cauſa reperiatur commiſſa appella-
7 tione remota facilius Domini inclinarūt in hanc
ſententiam ex *deciſ. 229. S. M. Gregor. num. 1. &
per tot.* vnica tantum &c.

BONONIEN. ATTENTATORVM.

Luna prima Iulij 3658.

ARGVMENTVM.

Actus geſti in ſprætum litis pendentiæ, & Rotalis
Inhibitionis, tamquam attentati veniunt reuo-
candi, nec poteſt pars inhibita, vel alius Iudex
de viribus inhibitionis cognoſcere ſed habito re-
curſu ad ſuperiorem, nihil interim debent inno-
uare. Pro purgatione vero attentatorum, nedum
omnia ſunt in priſtinum reponenda, verum etiam
ſunt reficiendæ omnes expenſæ attentata paſſo
vſque ad vltimum quadrantem ſiuè expenſæ ſint
viuæ, ſiuè non.

SVMMARIVM.

1 *Actus geſti in ſpretum litis pendentiæ, & Rotalis Inhibitionis in partibus præſentatæ excuſari non poſſunt à vitio attentatorum.*

2 *Clauſula*; Quam, & quaſcum omnibus incidentibus &c. *comprehendit nedum cauſas motas ſed etiam mouendas ſuper eadem re, & circa idem negotium.*

3 *De viribus Inhibitionis Rotalis non poteſt pars inhibita, ſeu alius Iudex cognoſcere ſed habito recurſu ad eandem Rotam, vel ad ſignaturam pro eius moderatione, nihil interim eſt innouandum.*

4 *Pro purgatione attentatorum nedum omnia in priſtinum ſunt reponenda, ſed omnes expenſæ attentata paſſo veniunt reficiende.*

5 *Amplia etiam nulla adhibita diſtinctione inter expenſas viuas, & alias, quæ non vocantur viuæ.*

6 *In Iudicio attentatorum omnes expenſæ integraliter refici debent tamquam damna, & intereſſe vſque ad vltimum quadrantem.*

DECISIO DLXXV.

PEndente Lite in Rota inter Comites Hieronymũ
& Albertum de Graſſis ſuper Iurepatronatus,
& iure preſentandi, & adminiſtrandi Bona Plebis
Eccleſiæ Sancti Laurentij in Collina Bononien.
reſeruato ſeniori pro tempore illius familiæ, Co-
mes Hieronymus quam plura attentata commiſit
vt *in deciſ. 18. Iunij* 1646. eoque defuncto Comi-
tiſſa Conſtantia Balleona prætenſa Tutrix &
Curatrix Comitis Gabrielis, & Fratrum de Graſ-
ſis fil. q. Paridis Mariæ, non attenta præfata li-
tis pendentia, & in ſpretum Inhibitionis rotalis
ex noua Commiſſione contra eam expedita at-
tentate extorſit in Curia Eminentiſſimi D. Cardi-
nalis Bononiæ Legati ſibi relaxati, & conſignari
liberas 642: 4. 2. prouenientes ex fructibus Bono-
rum dictæ Plebis, atque ad alios actus deuenit
ex quibus damna & expenſas Comes Albertus
ſubire coactus fuit, Vnde hodie per Contradi-
ctas dubitaui An conſtet de attentatis, quæ ve-
niant purganda, & pro illis ſit relaxandum man-
datum exequutiuum: & affirmatiua prodijt reſo-
lutio, cum dicta pecuniarum conſignatio, alijque
1 actus geſti fuerint in ſpretum litis pendentiæ, ac
rotalis Inhibitionis ex noua commiſſione expedi-
tæ & in partibus præſentatæ dictæ Comitiſſæ
Conſtantiæ Domi 19. *Decembris* 1657. & perſo-
naliter 21. *Februarij* 2658. 19. *Ianuarij eiuſdem an-
ni* 1658. *Summ. num.* 1. *&* 2. quæ propterea à vitio
attentatorum excuſari non poſſunt, vt probatum
fuit in *d. deciſ.* §. 1. *circa finem.*

Nec excuſat ratio in decreto dictæ conſigna-
tionis allegata, quod præfata Inhibitio non ema-
nauerit in preſenti cauſa; Quia præterquod erro-
nea conuincitur ex ipſius Inhibitionis eiuſque
commiſſionis lectura quæ emanauit contra ipſam
met Comitiſſam vigore apellationis interpoſitæ à
primo Decreto D. Cardinalis Legati *d. Summ. n.* 1.
2 præſertim attenta clauſula, *Quam, & quas cum
omnibus incidentibus &c.* quæ comprehendit ne-
dum cauſas motas, ſed etiam mouendas ſuper
eadem re & circa idem negocium, vt ad iſtum
effectum firmatum fuit in *Caibacen. Hæreditatis* 1.
Februarij 1651. *coram me* §. *quæ eo magis*; Placuit
3 reſponſio quod non eſt in facultate partis inhibi-
tæ, nec alterius Iudicis cognoſcere an Inhibitio-
nes rotales afficiant, nec ne, ſed tenentur recur-
rere ad eandem Rotam, vel ad Signaturam pro
illarum declaratione, vel moderatione, & inte-
rim nihil innouare, vt in *Craconien. Attentatorum*
17. *Iunij* 1652. §. *penult. & in Bonon. Legati ſeu
vſusfructus* 4. *Iunij* 1653. §. *Prout. nec excuſari corã
bo. me: Bichio. & in Bononien. Attentatorum* 5. *Iulij*
1656. §. *nec ſpectat coram R. P. D. meo Celſo.*

Firmatis attentatis pro illarum purgatione eſt
4 relaxandum mandatum exequutiuum tam pro
reſtitutione dd. *librarum* 642. 4. 2. quæ attentate,
fuerunt Comitiſſæ conſignatæ, quam pro omni-
5 bus expenſis, quæ ex quietantijs in actis exhibitis
& relatis *in Summ. num.* 7. a Comite Alberto hac
de cauſa paſſæ iuſtificantur, nulla adhibita diſtin-
ctione inter expenſas viuas, & alias quæ non vo-
6 cantur viuæ, quia in Iudicio attentatorum omnes
integraliter refici debent tanquam damna, & in-
tereſſe vſque ad vltimum quadrantem, vt in *Ro-
mana Vinea 9. Decembris* 1648. *coram Reuerendiſs.
D. Archiep. Tarraconen.* §. *Vlterius in Auenionen.
Attentatorum* 28. *Iunij* 1651. §. *& licet, & in Ful-
ginaten. Attentatorum* 11. *Februarij præteriti coram
R. P. D. meo Celſo.*

Et ita &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Luna prima Iulij 1658.

ARGVMENTVM:

Mandatum de manutenendo conceditur anteriori poſſeſſori, qui numquam ſe habuit pro ſpoliato; Non dicitur autem ſua poſſeſſione priuatus ex adiudicatione, & deliberatione Prædij nulliter facta per Iudicem, & abſque citatione, & ſufficit quod aliquis citatus non fuerit, vt tam quod ad ipſum, quam etiam quo ad alios pro indiuiſo poſſidentes, & legitimè citatos deliberatio corruat, & ex quibus de nullitate deliberationis appareat?

SVMMARIVM.

1 *Manutentio, conceditur probanti anteriorem poſſeſſionem.*

2 *Poſſeſſio anterior probatur ex clauſula Conſtituti in Inſtrumento appoſita.*

3 *Poſſeſſor non dicitur ſua poſſeſſione priuatus ex deliberatione, ſeu adiudicatione Prædij, dum iudex nulliter omninò proceſſit ipſo non citato.*

4 *Manutentio datur poſſeſſori, qui non habuit ſe pro ſpoliato ex deliberatione, ſeu adiudicatione Prædij per Iudicem nulliter facta.*

5 *Cauſa dicitur noua, & diuerſa, quando agitur pro alijs terminis fructuum poſt modum decurſis.*

6 *Nullitas eſt ineuitabilis, dum citata fuit perſona de cuius mandato non conſtat.*

7 *Deliberatio, ſeu Adiudicatio Prædij corruit tam quo ad non citatum quam etiam quo ad alios pro indiuiſo poſſidentes, & legitimè citatos.*

8 *Res magni valoris pro exiguo credito ſubbaſtari non poteſt.*

9 *Retentio donec perſoluatur debitum non poteſt competere, quando proceſſum fuit ſpoliatiuè, ſine citatione poſſeſſoris.*

10 *Retentio peti non poteſt pro eodem credito, pro quo nulliter deliberatio, & adiudicatio Prædij emanauit.*

11 *Retentio, vbi deliberatio Prædij fuit facta pro vno credito, allegari non poteſt pro alijs creditis diuerſis.*

DECISIO DLXXVI.

Claræ Caſtellæ, & Petro Antonio Marzitello
eius filio exiſtimarunt Domini dandum eſſe
1 mandatum de manutenendo, quia de ipſorum
anteriori poſſeſſione Prædij, de quo agitur
conſtat reſpectu Claræ ex clauſula conſtituti in
2 Inſtrumentis ſolutionis Dotis adiecta, vt *in ſuo Summ. num. 1.* & reſpectu vtriuſque quoad integrum Prædium ex Teſtibus eam pro eis ad perpetuam rei memoriam examinatis *d. Summ. n. 2.* quam ex alijs, qui ad inſtãtiam fratrum de Ciamburlanis ſer. ſec. examinati fuerunt *eodem Summ.*
3 *num. 3.* qua non fuerunt priuati ex deliberatione,
ſeu adiudicatione dicti prædij facta Ciamburlanis
præuio mandato exequtiuo ab A. C. relaxato
contra bona hæreditaria q. Io: Valentini Marzitelli, dum Iudex nulliter omninò proceſſit illis
non citatis, quibus propterea competit manu-
4 tentio, cũ non habuerint ſe pro ſpoliatis, vt inter
minis pluribus allegatis reſponſum fuit *in Senogallien. Prædij 28. Nouembris 1646. coram me §. quia tanquam, & §. quia dum iſte.*

Nec refert, quod citatus fuerit Anaſtaſius Philotius tam vti Dominus litis effectus, quam vti Procurator Claræ, & Petri Antonij.

Reſpectu enim primi nominis obiectum tollitur ex quo licet Anaſtaſius fuerit Procurator Io: Alexandri defuncti in alia cauſa prius in Rota
pendente, & in ipſa effectus fuerit Dominus litis,
hoc tamen nihil Commune habet cum cauſa huius deliberationis, & adiudicationis, quæ [illegible]
omninò noua tanquam introducta contra [illegible]
5 hæredem pro alijs terminis poſtmodum decurſis
iuxta *deciſ. 345. num. 2. San. mem. Gregorij* paſſim
à Rota receptam, Reſpectu vero ſecundi dum
non docetur de mandato procuratoris Claræ, & Petri
Antonij in illius perſona ad hanc litem legitimo
6 facto, nullitas eſt etiam ineuitabilis ex quo citata
fuit perſona, de cuius mandato non conſtat *Rota Apud Poſth. de manut. deciſ. 492. num. 3.* ſatis que eſt
7 quod reſpectu vnius deficiat iuſtificatio mandati
ad effectum, vt tàm quoad ipſum, quam etiam
quoad alios pro indiuiſo poſſidentes, & legitimè
citatos deliberatio corruat *Gregor. deciſ. [illegible] 19. n. 1. Rota apud Poſth. vbi proximè deciſ. 44. num. 4. & & deciſ. 192. num. 3. & 4. & deciſ. 192. n. 3. & 4.*

Accedit, quod pro ſcutis 300. deliberatum, &
8 adiudicatum fuit Prædium valoris (vt non controuertitur) ſcut. 7000. quod propterea pro tam
modica ſumma deliberari non debuit ad *Text. in l. magis puto §. non paſſim in fine ff. de reb. eor.* cum
concordantibus allegatis *à Buratt. deciſ. 627. num. 9.*
& licet ſtatim Ciamburlani declarauerint velle illud retinere pro alijs eorum prætenſis Creditis ſc.
4180. Placuit tamen Dominis reſponſio, quod
9 huiuſmodi retentio competere non poteſt, tum
quia proceſſum fuit ſpoliatiuè, vt dictum eſt ſine
citatione Poſſeſſorum, vt reſpondit *Rota deciſ. 85. num. 4. par. 2. & deciſ. 411. num. 22. par. 5. recent.* tum
10 etiam quia retentio non petitur, nec peti poteſt
pro eodem Credito, pro quo emanauit delibera
tio, in quibus terminis loquitur *[illegible] d. deciſ. 46. per tot. & alij allegati in Senogallien. Salutant 7. Februarij 1653. coram bon. mem. Bichio, §. Denique,* ne
11 allegari pro alijs Creditis diuerſis, pro quibus
nunquam conceditur, vt in puncto ſequendo diſtinctionem *Bart. in l. ſi non fortem §. ſi centum nu. ff. de condit. indebit.* reſponſum fuit *coram Canal. deciſ. 539. num. 4. & deciſ. 543. num. 3. & 4. in rec. dicta deciſ. 411. num. 23. par. 5. & in Peruſina S[illegible] 19. Ianuarij 1643. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. penes Poſth. de ſubbaſt. deciſ. 1[illegible] num. 36.*

Et ità vtraque, &c.

LEODIEN PAROCHIA[illegible]

Lunæ prima Iulij 1658.

ARGVMENTVM.

Remiſſoria pro iuſtificatione literarum Apoſtolicarum petita, tanquam rationabilis, & neceſſaria eſt concedenda, & data releuantia alicuius Articuli eſt ſuper omnibus concedenda, & quando petens Remiſſoriam in Beneficialibus teneatur iuxta ſtylum Rotæ conſentire ſequeſtro, & promittere de ſtando vnico pœnitio ſpeciali mandato.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria pro iuſtificatione Prouiſionis Apoſtolicæ petita, tanquam rationabilis, iuſta, & neceſſaria eſt concedenda.*

2 *Iuriſpatronatus vſurpatio præſumitur, quando illud ſpectat, ad laycos, qui ſunt domini temporales loci.*

3 *Iuſpatronatus vbi cadit præſumptio illius vſurpationis debet iuſtificari per rigoroſam probationem à Sacro Concilio Tridentino requiſitam.*

4 *Iuriſpatronatus vſurpatio non præſumitur, quando illud ſpectat ad Capitulum Cathedral[illegible].*

5 *Declara niſi probetur capitulum habere cau[illegible]*

prox[illegible]

proximam, & immediatam à laico.
6 *Remiſſoria, data releuantia aliquorum Articulorum, eſt ſuper omnibus concedenda.*
7 *Remiſſoriam petens in beneficialibus tenetur iuxta ſtylum Rotæ conſentire ſequeſtro, & promittere de ſtando Vnicæ prauio ſpeciali mandato.*
8 *Declara id non procedere in Actore, qui non poſſidet, & petit Remiſſoriam pro iuſtificanda gratia ſuæ Prouiſionis.*

DECISIO DLXXVII.

CArolus Ioannes Baptiſta Fabritius obtinuit ſibi prouideri à Sede Apoſtolica de Parochiali Eccleſia loci de Oleus ſub diuerſis narratiuis uedum valoris, tàm ipſius Parochialis, quàm duorum ſimplicium Beneficiorum prius obtentorum, ſed etiam vacationis per obitum Matthiæ Henſdens in menſe Decembris 1653. quodque ſit de Iurepatronatus mixto Capituli, & Canonicorum Cathedralis pro vna medietate, & Michelæ de Potelles, ac Erneſti de la Bauuetta pro altera medietate, Cumque Ioannes Tahier Collitigans præſentatus à Capitulo, & Canonicis, obtinuerit mihi committi cauſam iactationis, & iactationum, ideò Fabritius exhibita eius Apoſto-
1 lica prouiſione, petijt Remiſſoriam pro illius iuſtificatione, quæ tanquam iuſta, & rationabilis, imò neceſſaria à Dominis conceſſa fuit, vt reſpōdit *Rota coram Buratt. deciſ.68. num. primo & in Gerunden. Parochialis 21. Iunij & 20. Decembris 1610. coram Queippo.*

Non obſtat, quod in primo, & ſecundo articulo contineatur materia Iuriſpatronatus ſpectā-
2 tis ad Laicos, qui ſunt Domini temporales loci, vt propterea ob præſumptionem vſurpationis ne-
3 ceſſaria ſit rigoroſa probatio per Sacrum Concilium Tridentinum requiſita; Quia præter quod in eis ponitur, quod ſpectat etiam ad Capitulum
4 Cathedralis, in quo præfata præſumptio non intrat, dum non iuſtificatur habere cauſam proxi-
5 mam, & immediatam à Laico, vt dixit *Rota dec.401. num.7. cum ſeqq. par.5. recent.* ſatis eſt, quod
6 alia in articulis contenta reſpiciant iuſtificationē aliorum narratorum, vt proinde ob illorum releuantiam, & neceſſitatem ſuper omnibus Remiſſoria veniat concedenda ex allegatis *in Mantuana Bonorum 17. Februarij 1653. coram me, & alibi paſſim.*

Et quamnis in beneficialibus petens Remiſſo-
7 riam teneatur conſentire ſequeſtro, & promittere de ſtando vnicæ præuio ſpeciali mandato iuxtà ſtylum Rotæ, de quo teſtatur *Vtrall. deciſ. 56. 57. & 63. par.3. Achill. dec.4. & per tot. de dilat.* Atta-
8 men vltra quod allegabatur id non procedere in Actore, qui non poſſidet, & petit Remiſſoriam pro iuſtificanda gratia ſuæ prouiſionis, *vt in dicta Gerunden. Parochialis 21. Iunij 1630. coram Queippo, §. Et quamuis:* Agentes pro Actore offerunt hæc omnia adimplere cùm ſpeciali mandato antequam expediantur litteræ remiſſoriales, quæ conditionaliter poſſent decerni præſtito conſenſu futuro ſequeſtro in caſu victoriæ, & facta promiſſione de ſtando vnicæ per perſonam legitimam.

Et ita vtraque &c.

ELBOREN. BENEFICII.

Veneris 15. Nouembris 1658.

ARGVMENTVM.

Gratia prouiſionis Apoſtolicæ remanet inefficax ob non expreſſionem veri valoris: Valor autem ſi fuerit narratus per Aſcenſum ſpecificas requirit probationes; Si vero per non exceſſum leuioribus indiget iuſtificationibus Immò in hac vltima narratiua datur diminutio ſextæ partis prò ſubſtinenda Prouiſione Apoſtolica, quod tamen procedit fauore impetrantis Beneficium ob falſam narratiuam Valoris ab altero factam, & quare?

SVMMARIVM.

1 *Articulans non poteſt impugnare id quod in articulis continetur, dum ipſe Articulos exhibuit, & ſpecificauit materias medio Iuramento.*
2 *Gratia prouiſionis Apoſtolica remanet inefficax ob non expreſſionem Valoris.*
3 *In expreſſione Valoris per non exceſſum datur regulariter diminutio ſextæ partis pro ſubſtinenda Prouiſione Apoſtolica.*
4 *Valor narratus per Aſcenſum certas, & præciſas requirit probationes.*
5 *In expreſſione Valoris per non exceſſum non datur diminutio ſextæ partis prò ſubſtinenda gratia Apoſtolica fauore impetrantis ob falſam narratiuam Valoris ab altero factam.*

DECISIO DLXXVIII.

IMpetrauit à Sede Apoſtolica Dominicus de Coſta Beneficium, de quo agitur cum expreſſione valoris per non exceſſum in ducatis auri de Camera 24. *eius Summ. num. primo* ſed ob non expreſſionem veri valoris illud expiſcauit Ioſephus Borges de Oliuerio cum narratiua, quod verus valor aſcendebat, & aſcendit ad ſimiles ducatos 36. *dicto Summ. num.2.* Ideò Ioſephus pro iuſtificatione ſuæ expreſſionis duos exhibuit articulos, & petijt Remiſſoriam, quam denegandam eſſe Domini reſponderant ob irreleuantiam materiæ articulatæ.

Continent enim in ſubſtantia articuli, quod bona Beneficij quolibet anno reddunt fructus vltra ſcuta centum monetæ, & vna cum incertis
1 vltra ſcuta centum quinquaginta *dicto Summ. nu.3.* Hinc enim cū hoc ab ipſo articulante impugnari non poſſit, dum articulos exhibuit, & ſpecificauit materias medio Iuramento, vt dixit *Rota coram ſa. me. Greg. dec.215. num.2. & in Elboren. Penſionis 1. Iulij 1647. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. Hac autem, verſ. quando autem.* Irreleuans redditur futura probatio, ex quo ſcuta centum monetæ, & magis centum quinquaginta longe excedunt ducatos 36. auri de Camera, qui non cōſtituunt niſi ſcuta 56. & ba.60. & ſic eius gratia
2 remaneret inefficax, ob non expreſſionem veri valoris iuxta diſpoſitionem *Textus in clem 1. de præbend. & in cap. Ad aures de reſcript.* atque eſt clara regula Cancellariæ 55.

Non obſtat, quod expreſſio intelligatur de moneta Regni Luſitaniæ, vbi eſt ſitum Beneficium; Quia præter quod ibi non adſunt ſcuta, ſed Cruciati, omiſſis alijs, adhuc materia remanet irreleuans, & gratia iuſtificabilis, cùm ducati auri de Camera conſtituant tantùm Cruciatos octuaginta ſex, non autem centum.

3 Nec refert, quod regulariter in expreſſione per non exceſſum detur diminutio ſextæ partis pro ſubſtinenda prouiſione Apoſtolica, vt tradit *Mandoſ. de ſignat. Grat. tit. de Prouiſ. verſ. Rotæ ſtylus;* Quia vltra quod in gratia Ioſephi valor non fuit narratus per non exceſſum, ſed per aſcenſum *d. Summ. num.2.* quæ narratiua certas, & præciſas re-
4 quirit probationes, vt tradit *Garz. de Beneſ. par.1 cap.5. num.476. & 527. Rota dec.444. num.1. & 3. par.2. recent.* Id non procedit in Gratia Piſcatoris
5 impetrata, prout hic, ob falſam narratiuam valo-

ris ab altero tactam ex ratione allegata per *Lotther. de re benef. lib. 3. quæſt. 19. num. 104. cum duob. ſeqq.* comprobata *in Mediolanen. Beneficij 1. Iulij præteriti coram R.P.D. meo Meltio*.

Cæterum non obſtat, quod ſi remaneat iniuſtificabilis gratia Ioſephi, certius reddatur obreptitia illa Dominici, qui valorem expreſſit per non exceſſum in ſolis ducatis 24. Quia cùm hodie agatur tantummodo de iuſtificanda gratia Ioſephi, ſufficit, quod improbabilis remaneat eius narratiua, & irrelevans materia articulata.

Et ita vtraque &c.

BONONIEN. DOMVS.
Mercurij 27. Nouembris 1658.

ARGVMENTVM.

Tranſactio ſemper obſtat Tranſigenti, donec fuerit per tres conformes reſciſſa, & inita bona fide afficit etiam vocatos ad fideicommiſſum ex propria perſona, quamuis non ſint hæredes Tranſigentis. Subſtitutio facta ſub conditione, illa non impleta habetur pro non ſcripta, & corruit etiam ſubſequens diſpoſitio ab illa dependens, & quando Filij ex propria perſona vocati poſſint ex contrauentione matris ſub conditione inſtitutæ à ſucceſſione repelli, & quando conditio per Teſtatorem adiecta dicatur pænalis, nec ſuſtineatur?

In Emphyteuſi Eccleſiaſtica appellatione hæredum veniunt dumtaxat hæredes Sanguinis deſcendentes ſcilicet ab Inueſtito in quibus debet ſimul concurrere, etiam qualitas hæreditaria, & quando bona Emphyteotica poſſint alienari, & quænam Inueſtituræ ſint attendendæ?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio non impleta conditione euaneſcit, & proindè reſoluitur, ac ſi ſcripta non eſſet.*
2 *Tranſactio obſtat tranſigenti, donec per tres ſententias conformes fuerit reſciſſa.*
3 *Clauſula, citra præiudicium, vel inuocationem aliquam antiquorum Iurium, intelligitur de alijs iuribus ſeparatis ab actu, ſuper quo adijcitur.*
4 *Tranſactio inita bona fide, afficit etiam ſubſtitutos, quamuis non ſint hæredes tranſigentis.*
5 *Subſtitutus contemplatione alterius ſub conditione inſtituti ei præiudicat contrauentio illius, ita vt ex eius facto poſſit à ſucceſſione repelli.*
6 *Deficiente conditione primo gradui adiecta euaneſcit pariter ſecundus ſubſtitutionis gradus illi ſubordinatus.*
7 *Conditio per Teſtatorem adiecta, quando eſt pænalis improbatur a Iure.*
8 *Diſpoſitio Teſtatoris, dum concernit fauorem Tertij, nempè hæredis Inſtituti, non dicitur pœnalis, ſed merè conditionalis, quamuis ipſe vſus fuerit verbis, ſub pæna priuationis.*
9 *Conditio poteſtatiua, ſub qua quis fuit primo loco vocatus dicitur conditio cauſalis reſpectu ſubſtituti itá, vt ea non impleta per Inſtitutum deficiat pariter conditio ſubſtitutionis.*
10 *Subſtitutus ſub conditione ea deficiente non habetur pro priuato, ſed pro non vocato.*
11 *Inueſtitura pro ſe, & hæredibus conceſſa ſuffragatur dumtaxat habenti qualitatem hæreditariam eiuſque ſucceſſoribus.*
12 *In Emphyteuſi Eccleſiaſtica, regulariter appellatione hæredum veniunt dumtaxat hæredes ſanguinis deſcendentes ſcilicet ab Inueſtito.*
13 *In Emphyteuſi Eccleſiaſtica vt appellatione hæredum admittantur hæredes Sanguinis nempè deſcendentes ab Inueſtito, debent habere etiam qualitatem hæreditariam aliàs reijciuntur.*
14 *Inueſtitus à Domino directo prò ſe, & hæredibus habet ſufficientem Titulum, vt legitimè contradicat, & impediat Immiſſionem ab Actore petitam.*
15 *Inueſtitura poſterior, non præiudicat primo Inueſtito, nec eius filijs, & hæredibus.*

DECISIO DLXXIX.

PEtro Paulo, & Iuliæ de Beluederijs filijs quondam Bartholomeæ reſponderunt DD. non e[illegible] dandam Immiſſionem; Quatenùs enim petebatu[r] vigore ſubſtitutionis contentæ in Teſtamento A[n]nibalis de Maccaferris Bartholomeæ Patris [illegible]deratum fuit, quod ipſe inſtituendo Virginia[m] eius tertiam Vxorem ei ſubſtituit pro medietat[e] dictam Bartholomeam filiam in primis nupti[js] ſuſceptam ſi viueret, ſin minùs eius filios, ſe[d] prius addiderat conditionem, quod non poſſe[n]t nec deberent legitimam, nec illius fructus pete[re] nec conſequi durante vita Virginiæ, nec ea[m] tàm dicta de cauſa, quàm alia quauis etiam [illegible] legitima, & iuridica turbare, vel moleſtare i[n] Iudicio, vel extra aut aliàs quomodolibet ſub p[œ]na priuationis totius commodi, & Iuris, q[uod] tunc & in futurum in ipſius bonis, & hæred[illegible] ſpectare, vel conſequi poſſent, & præcipuè ex d[i]cto Teſtamento, & vigore ſu[bſti]tutionis *Summario Floriani num. primo* Vnde cùm Bartho[lomea] non ſolùm huiuſmodi præcepto non obte[mpe]rarit, ſed illi explicitè controuenerit iud[i]cia[liter] petendo legitimam, & al[ia] Credita, [illegible] ſtando pro reuocatione Inſtitution[is] [illegible] illius reductione ad æqualitatem [illegible] *in edictali C. de ſecund. nupt.* ſuper quibus fauora[bi]lem ſententiam reportauit *dicto Summ. num. 2.* [illegible] ius vigore Virginia coacta fuit firmare ſtatum h[æ]reditatis Annibalis, & per tranſactionem certa[m] bonorum, & pecuniarum quantitatem conſig[na]re, & reſpectiue perſoluere, in qua receſſerunt [à] dicta lite, ſeque inuicem [illegible]erarunt, & abſoluerunt cum pacto perpetuo de quicquam vlterius [illegible] petendo *eodem Summ. num. 3.* Ide[illegible] tiræ Immi[ſſio]ni indubitanter obſtat, tam def[illegible] im[p]lem[entum]

1 præfatæ conditionis, quæ operat[illegible] in caſu contrario euaneſcat, & reſolua[tur] [illegible] ac ſi ſcripta non eſſet *l. ſi ita fuerit 13. ff. de manumiſs. Teſtam. Menoch. conſ. 73. num. 7. Pereg[illegible] comm. art. 11. num. 86.* R[ota] *in Caſenaten* [illegible] *24. Martij 1651. coram bon. mem. Dunoz[illegible] §. iuxta huius, & in Romana Hæreditatis 10. Decemb. 1655 coram R.P.D. meo Albergato §. primo In fine*, [illegible]

2 prælata tran[ſa]ctio don[e]c per tres ſen[tentias con]formes fue[rit] reſciſſa, *Rota coram Caualer. dec. 5[illegible] num. 4. In recent. [dec]. 86. num. 9. par. 6.* [illegible] *in Romana Succeſſionis de Cum[illegible]ibus 26. Iunij 16[illegible] [co]ram Reuerendiſſimo Terra[nuo]ua. §. R[illegible], qua mouit ver[illegible]*

3 *quæ ſemper* [illegible] c[lauſu]la, [ci]tra præ[iudi]*cium, vel innoua[tion]em aliquam an[tiq]uorum* [illegible] *rium* [illegible] *intelligit*[ur] [illegible] ribus ſep[aratis] [illegible] adi[ici]tur iuxta *conſ. Oldrad. 3*[illegible] *in fine Card. Seraph. decis. 756. nu.* [illegible] *& deciſ. 1445. num. 4.*

Non obſtat, quod contrauentio matris præ[iu]dicare non debeat [f]ilijs ex propria perſona vo[ca]tis.

Quia præter, q[u]od adhuc [i]llis obſtat [illegible]ta tra[nſ]actio [illegible] [t]am facta bona fi[de]

4 cit [illegible] [qu]amuis n[illegible]
Tr[a]nſ[illegible] *Peyes*[illegible] [illegible]

allegatis in dicta deciſióne Romana Succeſſionis de Comitibus coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. de poteſtate Tranſigentium in Romana Donationis 9. Decembris 1650. & 29. Aprilis 1652. coram Reuerendiſſimo D.Tarraconen. vtrobique §. vltimo in Romana Fideicommiſſi de Bariſanis 27. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Celſo §. Imò cùm dicta, & in Romana Fideicommiſſi de Mutijs 10. Maij proximi præteriti coram me §. penultimo, cùm Teſtator ſubſtitutionem Bartholomeæ, & eius filiorum copulauerit ſub illa explicita conditione non moleſtandi, nec aliquid petendi à Virginia viuente, præfatoſque filios vo-
5 cauerit contemplatione ipſius Bartholomeæ matris, vtique eis præiudicat contrauentio illius, cùm cenſeantur ſubſtituti quatenùs ipſa non cōtrauueniat, & ſic ex facto matris à ſucceſſione repelli poſſunt, vt in proximis terminis reſpondit *Rota coram Duran. deciſ. 339. num. 21. & 65.* Defi-
6 cienre enim conditione primo gradui adiecta euaneſcit pariter ſecundus ſubſtitutionis gradus illi ſubordinatus *l. qui habebat ff. de vulgar. Alex. conſ. 139. in primo dub. lib. 6. Peregrin. conſ. 36. nn. 16. lib. 3. Rota deciſ. 529. num. 2. par. prima deciſ. 538. num. primo & 5. verſ. Ratio autem par. 2. & deciſ. 149. num. 9 par. 7. recent.*
7 Nec ſubſiſtit, quod præfata condirio ſit pænalis, ideoque improbetur à iure, quia cum con-
8 cernat fauorem tertij, nempe hæredis inſtituti diſpoſirio non dicitur pænalis, quamuis teſtator vſus fuerit verbis, ibi: *ſub pæna priuationis*, ſed
9 mere conditionalis conditione poteſtatiua reſpectu matris, & cauſali reſpectu filiorum, quæ non
10 eſt prohibita, cum taliter ſubſtituti non habeantur pro priuatis, ſed pro non vocatis, ſequuta contrauentione, vt dixit *Rota coram Duran. d. deciſ. 339. num. 57. & 58. cum ſeqq. & num. 66. in recent. dec. 639. num. 4. par. prima, & in Romana, ſeù Ianuen. Legati 23. Iunij 1645. coram R. P. D. meo Veroſpio §. licet marchio.*

Quatenùs vero prætendebatur vigore Inueſtituræ conceſſæ anno 1614. dicto Annibali Teſtatori pro ſe, & hæredibus reſponſum fuit, quod cùm
11 in ipſis deficiat qualitas hæreditaria Annibalis, vt ſupra probatum eſt, illaque concurrat in Virginia Florini Auctrice Inueſtitura non eis, ſed Virginiæ eiuſque ſucceſſori ſuffragatur iuxtà *Text. in l. Emphyteuſim Auth. de non alien. Bart. in l. Vt Ius iurandum §. Liberi num. 3. ff. de oper. libert. Clar. de emphyt. quæſt. 37. num. 2. verſ. aut verò eſt conceſſa Clar. deciſ. Dolan. 18. num. 11. verſ. contrarium verò Rota in Auenionen. Fideicommiſſi 4. Februarij 1647. coram R.P.D. meo Veroſpio §. hac autem verſ. Et quo-*
12 *ties*, & quàmuis in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, prout hic, regulariter veniant ſoli hæredes ſanguinis, nempè deſcendentes ab inueſtito, vt latè probatum fuit *in Caietana Bonorum 3. Decembr. 1646. coram me §. Iuſtitia verò*, adhuc tamen vt iſti ad-
13 mittantur debent habere etiam qualitatem hæreditariam alias reijciuntur, vt probant ex communi opinione auctoritates allegatæ, Virginiæ autem eiuſque filio, & hæredi in omnem caſum
14 ſuffragantur nouæ Inueſtituræ etiam ſibi conceſſæ, ab Eccleſia Domina directa anno 1634. & 1653. pro ſe, & hæredibus, quæ ſufficientem titulum præſtant, vt legitimè contradicat, & impediat Immiſſionem ab Actoribus modo petitam *iuxta doctr. Bart. in l. fin. num. 21. C. de Edict. Diu. Adr. tollen.* quam ad propoſitum expendit *Rota in Farſen. Bonorum 14. Decembris 1640. §. nec inuita, & 18. Februarij 1647. §. At verò coram Reuerendiſſimo Tarraconen.*

Præterea cum Teſtator eidem Virginiæ ampliſſimam tribuerer facultatem diſponendi in vita de omnibus eius bonis, reſtringendo fideicommiſſum ad illa duntaxat, quæ ſuperfuerint tempore eius mortis *Summ. d. num. 1.* vtique dum Virginia viuens ab Eccleſia obtinuit præfatas inueſtituras, in quarum prima enunciauit ſe eſſe hæredem Annibalis cum dicta ampliſſima facultate *Summ. n. 2.* in ſecunda quod tranſegerat cum Bartholomea, & in tranſactione ſibi obuenerat eadem Domus *num. 6.* cenſetur de conſequenti voluiſſe, vti præfata facultate à viro ſibi attributa, eiuſque vigore Domum à Vinculo fideicommiſſi redegiſſe immunem, & in proprios hæredes alienaſſe, quod illicitum non eſt accedente, vt hic, Eccleſiæ conſenſu; Poſtrema autem inueſtitura actoribus con-
15 ceſſa anno 1655. tanquam poſterior illis non ſuffragatur, nec præiudicat Virginiæ primo loco inueſtitæ, eiuſque filio, & hæredi, vt bene probatur *in d. Farſen. Bonorum coram Reuerendiſſimo Tarraconen. & 27. Nouembris 1648. coram me in fine*,

Et ita vtraque &c.

FIRMANA BENEFICII.

Mercurij 27. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Pendente Cauſa in Rota quicquid geſtum eſt coram alio Iudice dicitur attentatum licèt Exequutor proceſſerit vigore literarum Apoſtolicarum.

SVMMARIVM.

1 *Acta geſta coram alio Iudice lite pendente in Rota redduntur attentata.*

2 *Lite pendente in Rota Auditor ſuccedit loco certi executoris.*

3 *Executore dato in literis procedente ad executionem, quando Cauſa pendet in Rota committuntur attentata.*

4 *Papa non attentat prouidendo, ſed quidem Executor procedendo ad executionem, quamuis ſpecialiter ſibi demandata fuerit.*

DECISIO DLXXX.

Reſolutum fuit conſtare de attentatis, quia cùm Ioannes Sapolinus in ſpretum litis pendentiæ in Rota, eiuſque Inhibitionis ſibi perſonaliter præſentatæ prius anno 1646. ad inſtantiā Luciani Gaſparinis Anteceſſoris *Summ. num. primo* & deinde 27. Iunij proximi præteriti ad inſtantiam Iacobi Laurentij Contucci *num. 4.* ad plures actus iudiciales deuenerit menſe Octobris proximi præteriti coram Eminentiſſimo D. Cardinali Abbate Farſeū, exhibendo coram ipſo literas Apoſtolicas in forma mandati de ſubrogando ſibi conceſſas, inſtando pro illarum exequutione, & procurando indictionem concurſus *dicto Summ. num. 7. & 9.* Ideoque quicquid in dictum ſpretum geſtum eſt, redditur attentatum, vt ſæpiſſimè reſpondit Rota.

Non obſtante, quod exequutio dd. literarum directa, & demandata fuerit à Sede Apoſtolica eidem Eminentiſſimo Cardinali Abbati, quia pendente lite in Rota Auditor ſuccedit loco certi
2 exequutoris iuxta *Clement. Auditor de reſcript.* & proinde gratia interim obtenta coram ipſo exhibenda eſt, & verificanda, quæ illi concedere debet exequutionem, quatenus ei locum eſſe digno-
3 ſcat, aliás adeundo exequutorem, & iſte vlterius procedendo committuntur attentata, vt reſpondit *Rota coram bon. mem. Coccino deciſ. 443. num. 2. & 3. & in rec. dec. 242. per tot. per tot. & dec. 469. num. 2. cum quatuor ſeqq. & per tot. par. 4 tom. 2. in Aquilana*

In-

Iuriſpatronatus 18. Iunij 1649. coram R. P. D. meo Meltio §. Pendentia autem, & in Meleuitana Parochialis 26. Maij 1651. coram me §. quia huiuſmodi.

Et licèt Apoſtolica prouiſio non poſſit dici at-
4 tentata, cùm Papa non attentet prouidendo, attentat tamen Exequutor procedendo ad eius exequutionem, quamuis ſibi ſpecialiter demandata fuerit, vt dixit *Rota coram ſa.me.Greg.deciſ.10. num. primo verſ. Tamen licet cum alijs allegatis in Gerunden. Beneficij prima Februarij 1645.§.fin. & in dicta Meleuitana Parochialis §. Indeque coram me.*

Et ita vnica tantum &c.

PLACENTINA PAROCHIALIS.

Lunæ 2. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Auditor Rotæ, vbi lis ſuper Beneficio fuit in Rota introducta, poteſt cognoſcere de iuſtificatione literarum Apoſtolicarum ipſiſque decernere debitam exequutionem, licet alteri illarum exequutio directa, & demandata fuerit, & quare? Quo caſu Prouiſo ſuffragatur approbatio per ipſum obtenta ab examinatoribus Vrbis, ſed quid ſi Beneficium ſit aliqua Parochialis, & requiratur approbatio, etiam circa mores, ſuper quibus non inquirunt Examinatores Vrbis? Reſignatio facta ad fauorem eius, qui fuit ab Examinatoribus reprobatus non requirit publicationem, non inducit vacationem, nec abdicat ius à Reſignante, non probata in eo certa, & indubitata ſcientia illius inhabilitatis, Simonia qualiter ſit probanda, & ex quibus exceptio Homicidij in Presbitero excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſus Apoſtolicus non eſt legitimus contradictor ad impediendam executionem aliarum litterarum Apoſtolicarum dum non venit ex eadem vacatione.*

2 *Reſignatio beneficij facta ad fauorem illius, qui poſteà fuit ab examinatoribus reprobatus non inducit vacationem, nec abdicat Ius à Reſignante.*

3 *Declara dummodo non probetur in Reſignante certa, & indubitata ſcientia illius inhabilitatis.*

4 *Auditor Rotæ, vbi lis fuit introducta in Rota ſuper beneficio, ſuccedit in locum certi Exequutoris, & poteſt de iuſtificatione literarum Apoſtolicarum cognoſcere, illiſque debitam exequutionem decernere.*

5 *Prouiſo Apoſtolico ſuffragatur approbatio per ipſum obtenta ab Examinatoribus Vrbis.*

6 *In Parochialibus requiritur etiam approbatio circa mores* ex diſpoſ. Sacr. Concil. Trid. ſeſs. 24. cap. 18. de Reformat.

7 *Examinatores Vrbis non inquirunt ſuper moribus Prouiſi, ſed reſtringunt eorum examen ad ſolam literaturam.*

8 *Prouiſus præſumitur habilis quo ad morum probitatem, dum ipſe ab ordinario fuit ad presbyteratus ordinem aſſumptus, & audiendas confeſſiones, & curam Animarum admiſſus.*

9 *Prouiſus etiam quoad morum probitatem præſumitur de iure habilis abſque alia extrinſeca probatione.*

10 *Fides extraiuditialis nullam facit fidem.*

11 *Simonia debet plene, & concludenter iuſtificari.*

12 *Simonia, vt dicatur commiſſa eſt neceſſarium, quod temporale datum fuerit pro ſpirituali.*

DECISIO DLXXXI.

Confirmarunt Domini deciſionem coram me emanatam 15. Februarij præteriti pro exequutione literarum Apoſtolicarum Franciſci Agatij eum in omnibus iuſtificentur, & impediri non valeat à Io: Bernardino Collitigante prouiſo à Sede Apoſtolica ob non factam publicationem antecedentis Reſignationis per Io. Mariam Ruffinum peractæ ad fauorem Dominici Rugalis, & ob eius inhabilitatem; Tùm quia non eſt legiti-
1 musContradictor tanquam non veniens ex eadem vacatione; Tùm etiam quia reſignatio facta ad
2 fauorem dicti Rugalis euanuerat, nec abdicauerat Ius à Reſignante, ex quo ab Examinatoribus reprobatus fuit, Ideò non requirebat publicationem nec induxit vacationem non probata in Re-
3 ſignante certa, & indubitata ſcientia illius inhabilitatis, vt probatur in dicta deciſione.

Non obſtat, quod huiuſmodi exequutio directa, & demandata fuerit Vicario Placentino.
4 Quia cùm ſuperuenerit lis in hoc Sacro Tribunali Auditor ſuccedit in locum certi Exequutoris, & ſic ſupplendo illius vices poteſt cognoſcere de illarum iuſtificatione, & ipſis decernere debitam exequutionem ex *Clem. Auditor de reſcript.* vt dixit *Rota deciſ.398.num. primo & deciſ.606.num.3. verſ. & ſuperueneriт iuncto num.ſeq.par.3.rec.in Toletana Canonicatus Pænitentiariа 4.Maij 1644. coram me §. Et propterea, & in Tiruſonen. Vnionis 31. Martij 1653. in fine coram R.P.D. meo Veroſpio.* Ac
5 proinde ſuffragatur Agatio approbatio per ipſum obtenta ab Examinatoribus Vrbis, vt in his terminis reſponſum fuit *in Deturnen. Parochialis 17. Decembris 1646. coram Reuerendiſſimo Tarraconen. §. Identitas, & Valentina Parochialis de Moncada 28 Iunij 1647. coram me §. Thomam verò circa finem, & in Caſſanen. Parochialis 6. Iunij 1653. coram bon. me. Bichio §. Habilitatem probat;* Et licèt Sacrum Concilium Tridentinum *Seſſ.24. cap. 18. de reform.* re-
6 quirat in Parochialibus etiam approbationem circa mores, ſuper quibus non inquirunt Exami-
7 natores Vrbis reſtringendo examen ad ſolam literarum, nihilominus cùm in caſu noſtro Agatius à ſuo ordinario antecedenter aſſumptus fuerat ad ſacrum Presbyteratus ordinem, eidemque
8 conceſſa licentia audiendi confeſſiones, & exercendi curam Animarum *eius Summ.num.primo & 2.* Inde quoad morum probitatem præſumptio Iuris
9 inſurgit, quæ ſufficit abſque alia extrinſeca probatione, vt dixit *Rota deciſ.672. num. primo par.4. diuerſ. & ſequitur Lotter. de re benef. lib.2. quæſt.18. num.55.57. & 59.*

10 Nec obſtat exceptio Simoniæ, & homicidij: Prima enim non iuſtificatur ex fide extraiudiciali relata in *Summ.Io. Bernardi num. 8.* cum nullam faciat fidem ex vulgaribus, & tamen ſimonia de-
11 bet plene, & concludenter iuſtificari, vt dixit *Rota coram Card.Caualer.dec.352.num.1. & 2.iun. nu.3.verſ. quia non ſufficit, & coram Buratt.dec.445. num.6. ibique Add.num.11. & 12.* Quinimo prorſus excluditur ſiue ex confeſſione debiti librar.1200. per Agatium facta, & relata *in d.Summ.num.7.* ex qua patet illam fuiſſe factam ad fauorem Thomæ non autem ad fauorem Ioannis Mariæ Reſignantis, nullumque verbum in ea legitur circa huiuſmodi reſignationem ex quo argui poſſit tempo-
12 le fuiſſe datum pro ſpirituali, vt neceſſarium ad committendam ſimoniam iuxta *Text. in c. cum pridem de pactis,* & dixit *Rota dec. 28. num. 1. par.4.tom.2.rec.* ſiue ex altera fide iurata duorum teſtium relata *in alio Summario Agatij num. 2.* qui deponunt pecunias fuiſſe vere mutuatas Agatio per Thomam eius Conſanguineum ad faciendam illi rem gratam.

Se-

Secundum vero nullo prorſus modo probatur ex ſimplici inquiſitione biennio circiter poſt ſequutum homicidium facta *d. Summ. Io. Bernardi num. 9.* ſine proceſſu & ſine Sententia, Immo penitus remouetur, dum poſt dictam inquiſitionem Epiſcopus litteras dimiſſoriales Agazio conceſſit in quibus ne dum atteſtatur eſſe Presbyterum ſolitum Miſſam, aliaque Diuina Officia celebrare, ſed etiam ampliſſimam addidit atteſtationem, quod nec ipſi, nec in actis eius Curiæ Epiſcopalis conſtabat aliquod illi impedimentum obſtare ad Miſsæ Sacrificium celebrandum *d. eius 1. Summ. n. 3.* Huiuſmodi enim atteſtationem nullo prorſus modo feciſſet, ſi vere, vt ſupponit dicta inquiſitio, in actis eius Curiæ Epiſcopalis taliter inquiſitus fuiſſet, & deſuper aliqua etiam extraiudicialis ad fuiſſet probatio, & multo minus ſi, provt dicitur in inquiſitione publicè, & ſcandaloſè homicidium ab eo fuiſſet commiſſum.

Atque ità vtraque, &c.

RAGVSINA PECVNIARIA.

Lunæ 2. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Procurator ad negocia, licet poſſit alium ſubſtituere, periculo tamen ſuo ſubſtitutionem facit, & tenetur pro ſubſtituto ad Intereſſe ergà mandantem, ſi ille negligit, vel doloſè verſatur, nec liberatur cædendo actiones contra ſubſtitutum, vel fideiubendo de reſtituendo ſi aliquid recuſauerit. Hoc tamen limita non procedere, quando mandatarius notificauit mandanti ſubſtitutionem, & ipſe eam acceptauit, & quando teneatur mandatarius etiam de caſu fortuito?

SVMMARIVM.

1 *Mandatarius vbi non eſt in dolo neque in culpa non tenetur niſi ad cedendum actiones, & ad cauendum de reſtituendo ſi aliquid recuſauerit.*

2 *Mandatario imputari non poteſt, quod mandatum non impleuerit ſi fuit impeditus ob ſuperuenientiam Peſtis in loco in quo debebat implere.*

3 *Mandatarius qui legitimè impeditus mandatum implere non potuit, penitus liberatur cædendo Actiones contra depoſitarium, apud quod mandantis pecunias depoſuit.*

4 *Mandatum omne regulariter continet officium gratuito exhibendum.*

5 *Mandatarius tenetur aſſumptum officium, & fines mandati diligenter implere, etiam ſi gratuito præſtet officium.*

6 *Mandatario liberum eſt ab initio mandatum ſuſcipere, vel recuſare ſed poſtquam illud ſuſcepit, cogitur diligenter exequutioni demandare, conſumare, & perficere.*

7 *Mandatarius ſi ſuſceptum mandatum diligenter non adimpleuit tenetur ad intereſſe actione mandati, tam directa, quam contraria.*

8 *Tranſumptum, tamquam copia ſimplex, informis, nec legitimè recognita, nullam fidem, nec probationem facit.*

9. *Procurator ad negocia, alium poteſt ſubſtituere.*

10 *Procurator ad negocia periculo ſuo ſubſtitutionem facit, & tenetur ad intereſſe ergà mandantem, pro ſubſtituto ſi ille negligit, vel doloſè verſatur.*

11 *Mandatarius non tenetur de caſu fortuito, ſequuto ſine eius dolo, poſtquam ex parte ſua mandatum impleueret.*

12 *Mandatarius vbi ex parte ſua mandatum non impleuit, ſed alteri negocium comiſit, tenetur erga mandantem de dolo, & negligentia ſubſtituti.*

13 *Amplia, vt nec etiam liberetur cædendo Actiones contra ſubſtitutum.*

14 *Inter mandatarium, & depoſitarium maxima eſt differentia.*

15 *Depoſitarius tenetur tantùm de dolo ſuo.*

16 *Mandatarius tenetur nedum de dolo, ſed etiam de culpa, & negligentia à qua non liberatur cædendo Actiones contra ſubſtitutum.*

17 *Mandatarius liberatur cædendo Actiones contra ſubſtitutum, quando ipſe notificauit mandanti ſubſtitutionem, & ipſe eam acceptauit.*

18 *Quietantia priuata non dicitur legitimè recognita per vnicum Teſtem formiter examinatum, qui vlterius illam recognoſcat per ſolam ſimilitudinem.*

DECISIO DLXXXII.

NOn controuertebat Michael Natalis exegiſſe in Ciuitate Neapolis ducatos 600. monetæ Venetæ de proprijs pecunijs Sigiſmundi erogandos in emptionem tot Ormeſinorum Raguſium illi tranſmittendorum, & habuiſſe à Iunio de Grandis quaſdam gemmas, vt quanti plurimi illas venderet, vt firmatum fuit *in deciſione Reuerendiſſimi D. mei Zarata Præſidis Valliſoletani 16. Ianuarij præteriti.*

Sed reſpectu Sigiſmundi allegabat mandatum ſufficienter ab ipſo fuiſſe impletum, ex quo 21. Februarij 1656. commiſit texturam Antonio Ruſſo publico Textori, qui per inſtrumentum promiſit eos fabricare certo conuento pretio illoſque ipſi conſignare infra menſem perſolutis ſibi à Michaele ad bonum computum ducatis 30. *eius primo Summ. num. 2.* Cumque opere adhuc non perfecto, ipſe neceſſitate ductus diſceſſerit à Ciuitate Neapolis, ſubſtituit 28. eiuſdem, ſeù commiſit complementum mandati Lazzaro Salerno Mercatori fundacali, cui tradidit ducatos 560. pro reſiduo pretij, & pro expenſis tranſmiſſionis Ormeſinorum, provt ipſe ſuo tempore implere promiſit per apocham in forma Banchi *Summ. num. 3.*

1 Indeque cùm mandatum fuerit gratuitum, & nullus dolus, nullaque culpa in ipſo conſiderari poſſit ad nihil aliud teneatur, niſi ad cedendum actiones, & ad cauendum de reſtituendo ſi aliquid recuſauerit *iuxtà diſpoſitionem Textus in l. ſi Procuratorem 8. §. final. ff. mand. cum ely/s per Crauett. conſ, 247. per tot.*

Nil refragante, quod ormeſini non fuerint
tranſmiſſi Raguſium, quia cum interim ſuperue-
2 nerit Peſtis in Ciuitate Neapolis, ex qua tam
Antonius Ruſſus Textor, quam Salernus ſubſtitu-
tus eorum diem clauſerunt extremum, nil poſſit
imputari Natali, ſi ormeſini perfici, & tranſmit-
ti non potuerint, vt in terminis *Rota Genua dec. 76*
num. 5. cum ſeqq. & propterea dum diſcendendo à
3 dicta Ciuitate pecunias depoſuit penes præfatum
mercatorem fide, & facultatibus idoneum *Sum.*
num. 4. penitus liberetur cedendo actiones contra
depoſitarium, ex *Text. in l. ſi is apud quem vbi*
Caſtr. ff. depoſit.

Reſpectu verò Iunij aſſerebat gemmas adhibitis omnibus diligentijs vendidiſſe ducatis centũ, & ex eis quinquaginta iuxtà ordinem ſibi datum perſoluiſſe Antonio Marnarræ ex quietantia relata *in eius ſecundo Summ. num 2.* Ideò hac de cauſa non teneri niſi ad reliquos ducatos 50.

4 Verum informantes pro gradis ad primum reſpondebant omne mandatum regulariter continere officium gratuito exhibendum *iuxta Text. in §. final. Inſtit. mandat. gloſſ. in rubric. ff. eod.* & nihilo-

5 minus mandatarius aſſumptum officium, & fines
mandati diligenter tenetur adimplere *l. diligenter
§. ff. eod.* liberum enim eſt mandatum ſuſcipere,
vel recuſare, ſed poſtquam illud ſuſcepit cogitur
6 diligenter exequutioni demandare, conſumare,
& perficere *§. mandatum non ſuſcipere Inſtit. mandat
Rota Genua deciſ. 9. num. 5. Surd. deciſ. 304. pariter nu-*
7 *mer. 5.* alias tenetur ad intereſſe actione mandati
tam directa, quam contraria *l. Idemque §. ſi Pro-
curator ff. mandat. l. ad comparandas, & l. in re man-
data C. eodem cum alijs per Rotam Genua deciſ. 68.
num. 5.*

Nec referre ſuppoſitam ſubſtitutionem, ſeù cõ-
miſſionem implementi in perſonam Salerni.

Tum quia in facto non iuſtificatur; Natalis
enim non produxit in actis Notarij cauſæ aſſer-
tam apocham originalem, minuſue curauit illam
ibidem recognoſci formiter parte citata cuiuſ-
dam Notarij Capitolini, ibi: *Extraiudicialiter,
nemine citato, eam recognoſcere fecit*, ac deinde ab
8 eodem Notario Capitolino reportauit tranſum-
ptum, quod produxit in Rota ideoque tanquam
copia ſimplex, in formis, & minus legitime re-
cognita nullam fidem, nec probationem facit *cap.
primo, vbi gloſſ, in fine de fid. Inſtrum. Auth. ſi quis
in aliquo C. eod. Rota dec. 286. ſub num. 4. par. 1. &
dec. 210. pariter nu. 4. par. 7. recen.*

9 Tùm etiam, quia licèt Procurator ad negocia
alium ſubſtituere poſſit *d. l. ſi Procuratorem §. ſi quis*
10 *mandauerit ff. mand.* Periculo tamen ſuo ſubſtitu-
tionem facit, & pro ſubſtituto tenetur ad inte-
reſſe erga mandantem, ſi ille negligit, vel dolo-
sè verſatur *Bald. in l. Ad ſimilitudinem in 3. notab. C.
de Epiſc. & Cleric. Barbat. conſ. 92. num. 5. lib. 3. Me-
rend. contron. Iur. cap. 22. num. 5. lib. 5. Gratian. diſcept.
395. num. 9.* Et conſequenter dùm nec ipſe Natalis,
nec Salernus eius ſubſtitutus mandatum impleue-
runt, euitare vtique non poteſt petitam pecunia-
rum reſtitutionem.

Nec applicari diſpoſitionem *Textus* ſiue in *d. l.
ſi Procuratorem d. §. fin. ff. mand.* ſiue in *l. ſi is apud
quem ff. depoſit.*

Primus enim probat non teneri Mandatarium
11 de caſu fortuito ſequuto ſine eius dolo poſtquã
ex parte ſua mandatum impleuerat, ibi: *Proinde
ſi tibi mandaui, vt hominem emeres, eumque emiſti, te-
neberis mihi, vt reſtituas, &c. Sed ſi ſeruum, quem
emiſti fugit, ſiquidem dolo tuo teneberis, ſed ſi dolus
non interuenit, nec culpa, non teneberis niſi ad hoc vt
caueas, ſi in poteſtate tua peruenit, te reſtituturum*,
& in his terminis loquitur *Crauett. conſ. 247.* ſupra
allegatus; Vbicunque tamen ex parte ſua non
12 impleuit, ſed alteri negocium commiſit, tunc in
dubium eſt teneri erga mandantem, vt probant
auctoritates ſupra allegatæ, & admittit idem *Cra-
uett. dicto conſ. 247. num. 6. verſ. Nec dicatur, & verſ.
vbi ſi Nuncius*, vt propterea nullatenus liberetur
13 cedendo actiones contra ſubſtitutum, & etiam
comprobat *Text. in l. nam & ſeruius 22. §. mandato
to tuo ff. de neg. geſt.* ibi: *mandato tuo negotia mea
Lucius Titius geſſit, quod ſi non rectè geſſit tu mihi
actione negotiorum geſtorum teneris, non in hoc tantum
vt actiones tuas præſtes, ſed etiam, (quod imprudenter
eum elegeris,) vt quidquid detrimenti negligentia
eius fecit, vt mihi præſtes.*

14 Secundus vero non procedit in Mandatario,
ſed in ſimplici depoſitario, inter quos maxima
15 eſt differentia, nam depoſitarius tenetur tantum
de dolo ſuo, ſed mandatarius tenetur etiam de
16 culpa, & negligentia, à qua non liberatur ce-
dendo actiones, vt declarat *gloſſ. ibidem verb. præ-
ſtat, & in d. l. nam eſt ſeruius d. §. mandato tuo verb.
præſtes.*

17 Parique modo non applicari *deciſ. Genua 16.*
loquitur enim, & procedit quando Mandatarius
notificauit mandanti ſubſtitutionem, & ipſe eam
acceptauit, vt legitur *ſub num. 2. verſ. Et eùm hæc
omnia.*

In propoſito autem tantum abeſt, quod Nata-
lis huiuſmodi ſubſtitutionem, & commiſſionem
implementi in perſonam Salerni factam Sigiſmun-
do notificauerit, quod immo eam ſemper tacuit,
& per litteras miſſiuas faſſus fuit propter eius ne-
ceſſarium diſceſſum opus non fuiſſe perfectum, ac
deinde illi obtulit pecuniarum reſtitutionem cum
intereſſe, vt in eius epiſtola conſcripta 25. *Maij*
1656. ibi: *Mi viene poi ſcritto, che hauendo inteſo il
detto Mercante* (nempe Textor, de quo loquutus
fuit ſupra) *la mia partenza da Napoli, ha ſopraſe-
duto con li lauori, & ha replicato, che reſtituiſſe il
danaro datogli, &c, & il maggior diſguſto, che in que-
ſte mie tribulationi ſento è il non hauer potuto ſeruire
V.S. alla quale tanto deuo, e confido nella benignità
ſua grande, che con la ſua ſolita prudenza mi compati-
rà, & il tutto attribuirà alla malignità della fortuna,
&c.* & in alia ſub die 21. *Maij eiuſdem anni*, ibi:
*Scriſſi à V.S. che dal Signor Pieri di Venetia mi erano
rimeſſi ducati 600. delli quali hebbi l'accettatione, & an-
co il pagamento, cento delli quali* (licet in rei verita-
te fuerint tantum triginta, vt patet ex inſtrumen-
to) *pagai al mercante dell'ormeſinetti per douerli con-
ſegnare per tutto li 23. Marzo proſſimo paſſato come
senz'altro hauerebbe fatto ſe non mi foſſi aſſentata da
Napoli, &c. tratanto ſupplica V.S. à compatirmi nelle
preſenti tribulationi, aſſicurandola, che non patirà dan-
no di ſorte alcuna. e ceſſata la tempeſta ſubito modo, che
poſſo valerſi del ſuo con quell'intereſſe, che parerà alla
ſua prudenza, &c.*

Cùm enim dubitari nequeat de veritate, & le-
galitate huiuſmodi Epiſtolarum, quæ Parte cita-
ta, in actis fuerunt exhibitæ, ex eis vbique clarè
conuincitur iuſtificatio exactionis pecuniarum,
ſuſceptionis mandati, eiuſque non implementi ex
facto ipſius Mandatarij, atque educitur tacitur-
nitas ſubſtitutionis, & propria, ac præciſa eius
confeſſio, quod ipſe verè, & realiter erga Man-
dantem tenetur.

Nec ſubſiſtere, quod opus non potuerit perfici
ob ſuperuenientiam peſtis; Nam textor promiſe-
rat conſignare ormeſinos completos per totam
diem 23. *Martij* 1656. peſtis autem ſuperuenit
longe poſt, & commercium cum Ciuitate Nea-
polis non fuit prohibitum in vrbe niſi 19. Maij ſe-
quentis, & ſic ferè per duos menſes poſtquam
ormeſini debebant eſſe completi; Veritas tamen
eſt, quod in tantum ceſſauit ipſorum implemen-
tum, in quantum die 28. Februarij, & ſic tempo-
re, quo nulla prorſus inerat ſuſpicio peſtis ex ſua
propria, & particulari cauſa à dicta Ciuitate di-
ſceſſit, vt fatetur in dicta prima Epiſtola, ibi: *Mi
vien poi ſcritto, che hauendo inteſo il detto Mercante
la mia partenza da Napoli ha ſopraſeduto nelli lauori*,
& in ſecunda, ibi: *Per douerli conſegnare per tutto
li 23. Marzo proſſimo paſſato come ſenz'altra haureb-
be fatta ſe non mi foſſi aſſentata da Napoli, &c.*

Quo verò ad ſecundum nempè reſpectu gem-
marum allegabant, Natalem non ſolùm teneri ad
oblatos 50. ducatos pro medietate pretij illarum
ab ipſo recepti, ſed etiam ad reliquos 50. vt aſſe-
ruit Antonio Marnarræ per ſolutos, quia priuata
quietan-

Digitized by Google

18 quietantia ab eo exhibita, negatur ab eodem Antonio, & legitimè non eſt recognita, cùm vnicus tantùm adiit Teſtis formiter examinatus, qui vlterius illam recognouit per ſolam ſimilitudinẽ, alij verò Teſtes non fuerunt formiter, ſed tantùm extraiudicialiter examinati.

Placuerunt Dominis deducta pro gradis, ideò ſteterunt in deciſis vtraque, &c.

ROMANA CAMBII.

Mercurij 4. Decembris 1658.

ARGVMENTVM.

Cambia loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni, emergentis promiſſa à debitore ad certum tempus ex caſu non factæ tranſmiſſionis eo elapſo pecuniarum ad Nundinas amplius non debentur, nec etiamſi debitor elapſo tempore fuerit moroſus in reſtitutione pecuniarum, niſi cum mora debitoris copulatiuè concurrant Requiſita Caſtrenſ. & ex quibus mora excludatur?

SVMMARIVM.

1 *In materia odioſa, omne id, quod in verbis litteraliter repetitum non legitur habetur prò omiſſo.*

2 *Amplia etiam ſi concurrat paritas, vel maioritas rationis.*

3 *Cambium licitum eſt, & permiſſum, concurrente reali tranſmiſſione pecuniarum ad Nundinas vna cum alijs requiſitis Conſtitutionis* ſan.me. Pij V.

4 *Cambia loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis ob non factam tranſmiſſionem pecuniarum ad Nundinas, ſunt odioſa.*

5 *Cambia non debentur loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis ob non factam tranſmiſſionem pecuniarum ad Nundinas, niſi quando concurrit præciſa, & expreſſa obligatio debitoris, cum eius culpa, & negligentia in illis exercendis.*

6 *Copula,* Et, *regulariter coniungit, non autem conſtituit capitulum ſeparatum.*

7 *Vna pars Inſtrumenti regulariter aliam declarat.*

8 *Dictio,* Vt ſupra, & modo, quo ſupra *operatur repetitionem, tantummodò illarum qualitatum, quibus immediatè adhæret, non autem aliarum.*

9 *Debitor dicitur in mora vbi dies interpellat pro homine.*

10 *Lucrum ceſſans, & damnum emergens ad hoc, vt debeatur debent vltra moram Creditoris copulatiuè concurrere Requiſita Caſtrenſ.*

11 *Cambia, & Recambia ceſſant, quando creditor, in cuius facultate erat, vel ſortem repetere, vel potius continuare ſuper cambijs, non notificauit debitori ſuam voluntatem.*

12 *Amplia, etiam ſi per debitorem fuerit huiuſmodi notificationi renunciatum, quia hoc intelligitur de prima, quando Creditor eligit vti pacto, & vult potiùs continuare ſuper cambijs, quam ſortem repetere.*

13 *Secus autem de ſecunda, quæ poſt factam electionem ſaltem ex æquitate fieri debet debitori.*

DECISIO DLXXXIII.

STeterunt Domini in deciſis *coram me 8. Aprilis præteriti*, nempè Cambia poſt biennium non deberi, quia non conſtat de actuali tranſmiſſione pecuniarum ad nundinas, & licèt D. Franciſcus Columna infra duos annos explicitè aſſumpſerit in ſe onus ibidem illas tranſmittendi, & ſingulo bimeſtre in manibus D. Gineuræ exhibendi partitas librorum, & literarum reuerſus, & in caſu non exhibitionis illarum, vel non tranſmiſſionis in ferijs promiſerit Cambia loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis, ibi: *Et ad abundatiorem cauthelam dicta Illuſtriſſima D. Gineura promiſit ſingulo bimeſtre in manibus ipſius Illuſtriſſimæ D. Gineuræ exhibere partitas librorum, & literarum reuerſus, & in caſu non exhibitionis illarum vel non tranſmiſſionis in ferijs, ex quo id in ſe ipſum aſſumpſit promiſit loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis perſoluere dictæ Illuſtriſſimæ D. Gineuræ Cambia ad infraſcriptam rationem, &c.* Attamen dum huiuſmodi oneris aſſumptionem, & promiſſionem ſic explicitè non repetijt elapſo biennio, eam cenſetur conſulto omiſiſſe, quia in materia odioſa omne id, quod in

1 verbis litteraliter repetitum non legitur, habetur pro omiſſo, vt optimè ratiocinatur *Surd. in prima deciſ. alleg. conſ. 200. ſub num. 26. circa finem cum alijs ibi relatis §. Quia tum huiuſmodi*, quamuis concur-

2 reret paritas, imò maioritas rationis, *Bart. in Auth. quas actiones num 8. & 9. C. de Sacroſ. Eccleſ. Rota deciſ. 497. num. 2. par. prima recent.* Odibilitas autem materiæ non reſultat ex qualitate contra-

3 ctus Cambij, qui licitus eſt, & permiſſus, concurrente reali tranſmiſſione pecuniarum in ferijs vna cum alijs requiſitis Conſtitutionis *ſan. mem.*

4 *Beati Pij V.* ſed ex quo prætenduntur Cambia loco damnorum, & intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis ob non factam tranſmiſſionem pecuniarum ad nundinas; Iſta enim ſunt odioſa,

5 nec debentur, niſi quando concurrit præciſa, & expreſſa obligatio Debitoris cum eius culpa, & negligentia in illis exercendis, vt fuit dictum in *Romana Pecuniaria 7. Iunij 1647. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado §. final.*

Nec ſubſiſtit, quod tempus biennij adiectum fuerit reſtitutioni pecuniarum, non autem oneri cambiandi, quod proinde tanquam indefinitè appoſitum referatur ad omne tempus.

Quià verius eſt adiectum fuiſſe non ſolum reſtitutioni pecuniarum, ſed etiam aſſumptioni dicti oneris, & explicitè promiſſioni ſoluendi Cambia loco damnorum, & intereſſe in caſu non factæ tranſmiſſionis pecuniarum in ferijs; Tùm quia hæc omnia continuatiuè appoſita ſunt per Copulam *Et*, ibi: *Et quia* dicta Illuſtriſſima D. Gineura non eſt *ſolita, &c.* & ibi: *Et ad abundantiorem cauthelam dicta D. Gineura, &c.* quæ regulariter cō-

6 iungit, non autem conſtituit Capitulum ſeparatum *Bart. & alij in l. prima in princ. ff. de Inſt. & Iur. Buratt. deciſ. 161. num. 11.* Tùm etiam quia ſequuntur verba, ibi: *quod ſi elapſo dicto biennio*, ſignum euidens, quod ſub biennio, de quo Partes precedenter ſermonem habuerunt, omnia ea voluerunt comprehendere, quæ expreſſa fuerunt ante dicta verba, *quod ſi elapſo dicto biennio.*

Nec refert, quod poſt biennium repetita fuerit facultas continuandi pecunias ſuper cambijs per quaſcunque ferias toties quoties opus fuerit *omnibus D. Franciſci Cambijs, recambijs, cura, opera diligentia, prouiſionibus damnis, & intereſſe*, additis dictionibus, *vt ſupra, & modo, quo ſupra.*

Quia cùm in biennio eadem legantur attributa, & repetita facultas ſub *verſ. teneatur d. D. Franciſcus, at verſ.* & in cambijs, & recambijs huiuſmodi, & nihilominùs Partes *voluerunt*, quod ſub inde Franciſcus ad abundatiorem cauthelam Creditricis explicitè diceret, quod in ſe aſſumebat onus exhibendi in eius manibus partitas librorum, & literarum reuerſus, & in caſum non exhibitionis, vel non tranſmiſſionis teneretur ad Cambia loco damnorum, & intereſſe, quod, vt di-

Digitized by Google

dictum eſt elapſo biennio, non fuit repetitum, cenſetur itaque quod ſub illis generalibus verbis cura, opera, & diligentia nullatenus intellexerint dictum onus, & promiſſionem comprehendere, cum aliàs ſuperflua omninò fuiſſet illius explicita repetitio, & conſequenter eodem modo dictum onus non videtur compræhenſum ſub iiſdē verbis generalibus adiectus elapſo biennio, dum
7 in eis non fuit repetitum; De Iure enim vna pars Inſtrumenti aliam declarat *l. prima ff. de reb. Dub. Rota deciſ. 711. num. 2. circa fin. par. 3 rec.*

Idque optime comprobatur ex diſcretiuo modo loquendi, in biennio enim D. Franciſcus non ſolum promiſit ſtare partitis ſibi exhibendis à Creditrice, ſeu à mercatore, ſed in ea parte, in qua aſſumpſit in ſe onus cambiandi expreſſe conuenit ſe exhibiturum in manibus D. Gineuræ ſingulo bimeſtre partitas librorum, & litterarum reuerſus, elapſo vero biennio ſimpliciter ſtare, & credere voluit partitis per D, Gineuram, ſeu Mercatorem electum exhibendis. Hinc enim clare eruitur, quod quando ipſe debitor debebat cambiare, tenebatur etiam exhibere creditrici litteras, & partitas librorum; Vnde quando conuentum fuit, quod ſtaret, & crederet partitis à creditrice ſibi exhibeñ, tunc non ab ipſo, ſed ab eadem creditrice facienda erat tranſmiſſio pecuniarum in ferijs.

Dictiones autem, *vt ſupra & moda, quo ſupra* adiectæ fuerunt dumtaxat reſpectu electionis mercatoris exhibitionis dd. partitarum per eundem Mercatorem agendæ, & quantitatis Cambiorū in ſcutis ſemptem cum dimidio pro quolibet centenario, & anno, ideò operantur repetitio-
8 ne tantummodo illarum qualitatum, quibus immediatè adhærent, non autem aliarum *Rota deciſ. 581. num. 12. par. 5. recent.*

9 Nec refert mora debitoris ex quo ſtatim poſt biennium ſc. 500. non reſtituit, vt tenebatur ex propria obligatione, & ex die, quæ interpellat pro homine, præſertim dum Romæ non deſunt occaſiones recipientium ad cambium.

10 Quia hæc attenduntur, quando vlterius concurrunt copulatiuè requiſita *Caſtrenſ. in l. 3. §. fin. ff. de eo, quod cert. loc.* & quando occaſio probatur ſpecialis, & indiuidua alicuius particularis Inueſtimenti, cui Creditor pecunias implicaſſet niſi mora Debitoris facultatem abſtuliſſet, & alias secùs, vt pleniſſimè diſcuſſo articulo reſponſum fuit in *Auenionen. Pecuniaria* 10. *February* 1640. *coram bon. mem. Bichio §. Nam Iuſtitiam, & §. nec releuat probatio in genere.*

Demum non ſubſiſtit, quod ex mente contrahentium colligatur cambia deberi etiam poſt biennium ex quo dum creditrix curauit illorum ſatisſactionem durante dilatione; Et ſic debitore nondum moroſo, multo magis illam voluerit dum moroſus eſſet.

Quoniam non eſt par ratio inter vnum caſum, & alterum; In biennio enim non poterat Creditrix repetere ſortem, quià dederat dilationem duorum annorum, & ſic æquum fuit, quod Debitor aſſumeret in ſe onus cambiandi, & in caſu non tranſmiſſionis in ferijs promitteret Cambia loco damnorum, & intereſſe, ſed elapſo biennio, Creditrix actionem, & facultatem habebat repetendi ſortem, & pro ea vna cum cambijs decurſis conueniendi Debitorem, qui tenebatur ſoluere, ideò ſatis fuit attribuere Creditrici facultatem continuandi ſuper Cambijs; Si id maluiſſet,
11 quinimo dùm tunc erat in ſua facultate repetere ſortem, vel potius continuare ſupee Cambijs, & elapſo biennio ſuam voluntatem Debitori non notificauit, vtique etiam ex defectu huius notificationis ceſſant Cambia, & recambia, non obſtante, quod per Debitorem remiſſa fuerit huiuſ-
12 modi interpellatio, quia hoc intelligitur de prima quando Creditor eligit vti pacto, & vult potius pecunias retinere, & continuare ſuper Cambijs, quàm ſortem repetere, non autem de ſe-
13 cunda, quæ poſt factam electionem ſaltem ex æquitate fieri debet Debitori ex *deciſionibus allegatis in præterita deciſione ſub §. penult.*

Et ita &c.

SALAMANTINA CVCVLLÆ.

Luna 9 Decembris 3658.

ARGVMENTVM.

Cuculla quid, & quotuplex ſit, & à quibus monacis, & ſub qua forma geſtari poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Cuculla longas, & amplas habeas manicas proprie flocus appellatur.*

2 *Cuculla, quæ dicitur flocus à Monacis Nigris tantumodo, nempe à Benedictinis geſtari poteſt.*

3 *Cuculla, quæ proprie dicitur flocus non poteſt geſtari à Monacis Baſilienſibus.*

4 *Confuſio Ordinum debet vitari.*

5 *Cuculla Monacalis geſtari debet à Monacis Baſilienſibus ex regula S. Baſilij, & ex Conſtitutionibus eius Religionis.*

6 *Cucullarum duplex genus eſt alterum non manicatum, quod Caputium, ſeù Cappa appellatur, & alterum manicatum, habens manicas amplas, & longas, quod denominatur flocus.*

7 *Cuculla, de qua loquitur Conſtitutio Greg. XIII. eſt illa quæ caputium, ſeù Cappa appellatur.*

8 *Dictio, ſiuè ſtat declaratiuè pro ideſt.*

9 *Cuculla permiſſa Monacis Baſilienſibus ex decreto Clem VIII. debet diſtingui à Cuculla Benedictinorum.*

10 *Cuculla Benedictinorum manifeſtè contrariatur Regula S. Baſilij.*

11 *Præceptum generale alicuius Regula Monacorum obligat omnes Monacos etiam Reformatos ſub tali Regula viuentes.*

12 *Rota ſemper amplexa eſt reſolutiones Sacrarum Congregationum Vrbis.*

13 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam non probant.*

14 *Teſtibus deponentibus de actu geſta contra conſtitutiones, & decreta Pontificum non eſt adhibenda fides, ſed magis huiuſmodi Conſtitutionibus deferendum eſt.*

15 *Clauſula ſublata, & Decretum irritans regulariter irritant, & infirmat quemcumque titulum, & poſſeſſionem incontrarium.*

DECISIO DLXXXIV.

VErtente iudiciali controuerſia inter Monachos S. Benedicti ex vna, & S. Baſilij Hiſpaniarum ex altera ſuper delatione Cucullæ manicatæ Sanctiſſimus D. N. Alexander Septimus in Signatura Gratiæ reſcripſit Sac. Rituum Congregationi, vt in ea procederet de Voto Rotæ appellatione remota; Ideò dubitaui An, & cui liceat ex Monachis Benedictinis, & Baſilieñ Hiſpaniarum deferre Cucullam amplam talarem, & manicatam, & pro Patribus Benedictinis reſponſum fuit.

1 Cuculla enim controuerſa longas, & amplas habens manicas proprie flocus appellatur, vt decrauit fa. me. *Clemens V. in Clementina in Agro §. verum*

Digitized by Google

rum de Stat. Monach. ibi : *Verum ne ex diuerſa acceptione, quæ ex diuerſis Regionibus huiuſmodi vocabula*
flocus videlicet, & cuculla dicuntur habere hæſitandi
di circa præmiſſa materia relinquatur, cuculla nomine
habitum longum, & amplum, ſed manicas non haben.
2 *nomine vero flocci habitum, qui longas, & amplas habet manicas nos intelligere declaramus*, quæ ad mo-
nacos nigros, & non ad alios pertinet, vt latè
ſancitur in *d. Clem. ibiq. gloſſ. verb. Nigrorum Imol.*
n. 12 ad med. Aschar. n. 1. verſ. 2. nota Abb. poſt prin.
verſ. conſtitutio ipſius Clement. Vitalin. n. 18. & Card.
Zabarell. n. 7. Benedictos autem eſſe monacos ni-
gros refert *Tambur. de Iur. Abbat. tom. 2. diſput. 24.*
q. 5. n. 45.

Idque ſatis clarè diſpoſuiſſe videntur Grego-
rius Nonus in Reformatione Monacorum Clunia
cen Ordinis S. Benedicti *Bullar. nono tom. primo con-*
ſtit. 5. §. 18. ibi. *Illud quoque obſeruari præcipimus,*
vt Monaci ſicut in Clauſtro, ità & foris honeſtè ſe habeant, nec incedant ſine Cuculla, & flocco, &c. &
per eadem verba *Nicolaus XIX. in declaratione d.*
reformationis d. tom. 1. eius conſt. 3. §. 24.

Quod inſuper comprobatur tum ex conſtitutio
nibus religionis, nempe Congregationis Caſſi-
nen de anno 1530. in *cap. 55. reg. S. Benedicti*, ibi :
Et ordinamus, quod fratres noſtri habeant ſinguli tunicam, &c. habeant & cucullam, quæ ſecundum Clem.
ne in agro vocatur flocus Congregationis Hiſpaniarum
cap. 44. de Veſtiar. ibi : *Cuculla confici debet, &c.*
manicæ non ſint longiores corpore ipſius cucullæ atque
ita longæ, vt manibus ad oram caputij appoſitis palmo
diſtent ob ipſius fimbria cucullæ, Congregationis An
gliæ cap. 10. de habit. & veſtim ibi : *Manicæ vero*
cucullæ ſint ita prolixæ, vt dimiſſæ prætendantur ad
fimbriam cucullæ, Congregationis Auſtriæ eod. tit.
cap. 4. ibi : *Habeant quoque cucullam, quæ ſecundum*
Clem. ne in agro vocatur flocus, quo vtantur in templo, & aliquando foras procedentes, & Congrega-
tionis Braſelden in Germania *diſtinct. 3. cap. 24 tit.*
de habit. & Veſtim. ibi : *Tam Abbas, & Prior, quam*
cæteri Profeſſi flocci vtantur flocus ſiquidem, qui habitus eſt rotundus, & manicatus, &c. Summ. Benedictinorum n. 7.

Tùm ex Hiſtoricis, nempè *Card. à Turrecremata in Comment. Regul. S. Benedicti cap. 55. tract. 121 tit*
de diſpenſ. Veſtim. & qualit. & Menſ. eorum vbi in
§. Circa Cucullam in fine hæc præciſa verba po-
nit, ibi : *Alij verò Cucullam nominant eum habitum,*
qui apud alios dicitur flocus videlicet cum Caputio ex
omni parte clauſum, longiſque manicis manicatum, &c.
Anton Perez in comment. eiuſdem regul. eod. lo-
co, ibi : *Manicatis tenemur vti Cucullis, & iiſdem*
Benedictini noſtri vſi ſunt, &c. Quare Cuculla Manicata nobis in ſigno noſtræ Religionis eſt veluti impreſ
ſa nota Bernard. Card. Caſſinen. in expoſit. d. Regul. d.
cap. 55. tit. de Veſtim. Verſic. Cucullam appellant, &
demùm *Ioannes Bertles Louanien. in eæd. Regul. Dia*
log. 23. dd. cap. 54. & 55. reg. S. Benedicti, qui diſtin-
guendo Cucullam in duo genera dicit, ibi : *Et ſe*
cundum genus vocamus eum habitum, qui apud alios
flocus dicitur, videlicet cum caputio ex omni parte
clauſum, longiſque manicis manicatum, &c. cumque
geſtant omnes Religioſi de obſeruantia Bruſel-
denſi per Germaniam Ordinis S. Benedicti.

Tum demum ex pluribus teſtibus pro Benedi-
nis diuerſis temporibus, & in diuerſis tribunali-
bus formiter examinatis, qui concorditer depo-
nunt ab immemorabili illos ſemper conſueuiſſe
controuerſam cucullam deferre amplam, talarē,
& manicatum *Summ. num. 8.*

Inde igitur ſicut ex præfatis concludenter pro-
bata remanet intentio Benedictinorum, ita de
conſequenti excluditur prorſus prætenſio à PP.
Baſilien deducta geſtandi ſimilem, & pariformem
3 Cucullam, aliàs enim reſultaret confuſio ordi-
num in Populo, quæ vitanda eſt ex traditis per
4 *Roderic. quæſt. Regul. tom. 2. quæſt. 76. art. 4. Nouar. in*
Lucera. Regul. *verb. Capuccini num. 2.* & in terminis
aliarum Religionum declararunt Summi Pontifi-
cis *Gregor. XIV. Conſt. 11. to. 2. Clem. VIII. conſ. 111.*
tom. 3. & Vrban. VIII. conſt. 12. tom. 4. & in append.
conſt. 13. aliàs 123.

Et quamuis, tam ex regula S. Baſilij, quam ex
Conſtitutionibus eius Religionis Italiæ, & Hi-
5 ſpaniarum debeant ipſi deferre cucullam mona-
chalem, attamen cum duplex ſit cucullarum ge-
nus, alterum manicatum habens manicas amplas
& longas, quod denominatur flocus iuxta diſtin-
6 ctionem præſcriptam in *d. Clem. ne in agro d. §. verum* comprobatam communiter à Doctoribus ibi
ſcribentibus, & à *Io. Bertles Louanien*, vbi ſupra
ac per *Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. diſput. 27. q. 1*
n. 3. verſ. eſt autem; Vtique ad euitan ordinum
confuſionem præceptum ex dicta regula, & ex
præfatis conſtitutionibus eductum intelligendum
eſt de primo, non autem de ſecundo genere cucul
larum, ſicut in dubio intelligi debet ex probatis
per eundem *Tambur. d. q. 1. d. n. 3. verſ. vnde licet.*

Nec repugnant *Conſtitutio 58. Greg. XIII. tom. 1.*
& decreta reformationis pro Ordine S. Baſilij Hi-
ſpaniarum *à Clem. VIII. edita anno 1602. ſub tit. de*
Veſtim. calceam. & Zon. Summ. Baſilien. num 5.

7 Conſtitutio enim Gregoriana §. 7. loquitur de
caputio ſiue cuculla monacali, quæ intelligitur
de cuculla primi generis ſine manicis, vt proba-
tur ex prædictis, & colligitur etiam ex illa dictio
ne intermedia, *ſiue*, quæ de ſui natura ſtat decla-
ratiue, & expoſitiue pro, *ideſt Apoſtill. ad Roman.*
8 *conſ. 179. n. 7. verſ. & idcirco litt. D. Gemin. conſ. 115.*
n. 7. decreta vero Clementis Octaui, (& hoc tol-
lit omnem difficultatem,) etſi videantur illis per
mittere cucullam cum manicis, ſubdunt tamen,
ibi : *Erit tamen ſtricta nullas, vel paucas habens rugas : ſine ſinus, nec adeo amplas manicas, vt à Benedictinorum cucu la, & habitu in aliquo diſtinguatur*
9 & ſic etiam iuxta ſenſum eorundem decretorum
Baſilienſibus interdicta eſt cuculla, de qua agitur
quam geſtare ſolent, & debent Benedictini.

Certius cum ab eodem Clemente anno ſequen-
10 ti 1603. in eius *Conſtitutione 103. cap. 6. tom. 3.*
prohibita fuerit Baſilienſibus Cuculla Benedicti-
norum adden. rationem, ex quo manifeſtè con-
trariatur Regulæ S. Baſilij. Nec refragatur reſpō-
ſio, quod huiuſmodi Conſtitutio emanauerit pro
reformatione duorum Monaſteriorum particula-
rium, quia fundamentum conſtituitur in eo, quod
Cuculla Benedictinorum manifeſtè contrariatur
11 Regulæ S. Baſilij, quod tanquam generale geni-
raliter reſpicit omnes ſub huiuſmodi regula vi-
uentes, *ad Text. in l. regula §. Cùm quis ff. de fact.*
& Iur. ignor.

Quibus accedit, quod cum de anno 1634. im
preſſa fuerit Imago S. Baſilij cum habitu Cuculla-
ri Manicato Congregatio S. Officij Hiſpaniarum
prohibuit illam retineri ſub pœna excommunica-
tionis *dicto Summar. num. 9. litt. A.* deinde Sac.
Congregatio Indicis 8. Decembris 1639. decre-
uit in hæc verba ibi : *Et mandauit ſub pœnis &c. de*
medio tollen. eſſe, & à fidelium oculis amouen. effigiem
S. Baſilij Magni cucullati habitu prorſus Benedictino
di-

Digitized by Google

12 *dicto num. 9. litt. B.* Decreta enim, & relationes
Sac. Congregationum Vrbis ſemper Rota conſue-
uit reuerenter amplecti.

Teſtes autem in magno numero adducti pro
Baſilienſibus, Domini noluerunt attendere ſiuè vti
13 examinati ad perpetuam rei memoriam, ſiuè
quia loquuntur de actibus vel poſt motam litem,
vel liti proximis, ſiuè etiam quia intelligendi
ſunt de vſu Cucullæ primi generis, alias depone-
14 rent contra diſpoſitionem dictæ Clem. Ne in
Agro tot Conſtitutionum Apoſtolicarum, & præ-
ſertim Clem. VIII. aliorumque ſuperius deducto-
rum, quibus in concuſſu DD. viſum eſt magis de-
ferendum, præcipuè attento Decreto irritanti
cum clauſula ſublata, quibus omnia prædicta
munita ſunt, quæ regulariter irritant, & inficiunt
15 quemcunque titulum, & poſſeſſionem in contra-
rium, *Rota dec. 10. & 11. de cauſ. poſſeſſ. & propt. in nou. Card. Mont. deciſ. 40. num. 8.*

Et ita vtraque, &c.

ANGLONEN. CANONICATVS.

Lunæ 9. Decembris 1655.

ARGVMENTVM.

Euicto beneficio, quod ſecundo loco fuerat impetratum, datur regreſſus ad primum eius contemplatione dimiſſum Impetrans certior factus de eius malo iure, licet fuerit alteri collatum, dummodo tamen nulla mora adhibita, nec expectato exitu cauſæ ſecundum dimittat.

SVMMARIVM.

1 *Euicto Beneficio, quod ſecundo loco fuerat impetratum, competit regreſſus ad primum eius contemplatione dimiſſum.*

Hæc tamen procedit dumtaxat, vbi impetrans certior factus de eius malo iure, abſque difficultate, nec expectato exitu cauſæ ſecundum dimiſit.

3 *Regreſſus ad primum beneficium competit ſine noua collatione ſi impetrans non expectato exitu cauſæ ſecundum dimittat.*

4 *Impetrans ſecundum beneficium, vt eo euicto poſſit ad primum eius intuitu dimiſſum redire non debet expectare ſententiam.*

5 *Impetrans ſecundum Beneficium ſi quod poſtea fuit euictum difficultatem adhibeat in illo dimittendo recuperat primum eius contemplatione dimiſſum.*

6 *Impetrans ſecundum Beneficium eo euicto non recuperat primum eius intuitu dimiſſum, ſi litem fuit proſecutus, expectauit ſententiam, & adhuc ſtetit in poſſeſſione per aliquos menſes.*

DECISIO DLXXXV.

Annibal Paſcha poſſidens Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Anglonen. obtinuit prouideri à Sede Apoſtolica anno 1637. de Archipresbyteratu eiuſdem Eccleſiæ tanquam vacante ob liberam dimiſſionem Leonardi Antonij Zottæ cũ ſolito Decreto, quod ante dictum Canonicatum dimittere teneretur infra duos menſes; Verum quia habita pacifica poſſeſſione Archipresbyteratus per plures menſes continuata Canonicatum non dimiſerat præmiſſa hac narratiua de eo prouiſus fuit 26. Iunij 1638. à Sede Apoſtolica Angelus Ambroſius, per cuius obitum collatus fuit Honuphrio de Lationibus, & deinde per translationem iſtius ad Canonicatum Collegiatæ Neapolis illum obtinuit Io: Baptiſta Mangiottus Reus conuentus poſſeſſione ſubſequuta; ſed recuperato per Leonardum Antonium Zottam Archipresbyteratu vigore ſententiæ totalis latæ à *R. P. D. Albergato* petebat hodie Anibal contra Mangiottum reintegrationem ad dictum Canonicatum, quam Domini denegarunt.

1 Quamuis enim euicto Beneficio, quod ſecundo
loco impetratum fuit, competat regreſſus ad pri-
mum eius contemplatione dimiſſum iuxtà diſpo-
ſitione *Tex. in cap. ſi Beneficia 20. de prabend. in 6.*
2 Hoc tamen intelligitur dummodo concurrat cir-
cumſtantia, & qualitas per dictum Textum con-
ſiderata, alias ſecus ibi: *Statuimus, vt ſi ipſi de collatione, ſeù reſeruatione prædicta poſtea certiores effecti ſublata difficultate quacunque omninò dimiſerint Beneficia ſic ſibi de facto collata, ad beneficia ſua priora (collatione quibuſcunque perſonis facta de ipſis nequaquam obſtante)* liberè reuertantur. *Alioquin redeundi ad ea (ſi difficultatem adhibuerint in alijs dimittendis, ſit ipſis penitus interdicta facultas; & gloſſ.* ibi-
3 dem in figuratione caſus dicit competere regreſ-
ſum ad primum ſine noua collatione ſi non expe-
ctato exitu cauſæ ſecundum dimittat, ac ſequun-
4 tur *Franch. ibidem num 6. in fin.* vbi quod non de-
bet expectare ſententiam, *Gemin. num. 7. Anchar. num. 2. verſic. Quinto nota, & Barbeſ. in coll. nu. 1.*
5 vbi quod ſi difficultatem adhibeant non recupe-
rant primum, optimè *Roman, conſil. 329. num. 7.*
6 *&* 8. vbi quod nullatenus primum recuperat ſi li-
tem proſequutus fuit expectauit ſententiam, &
adhuc ſtetit in poſſeſſione per aliquot menſes
Modern. Auen. Tondut. quæſt. beneſic. 69. nu. 4. verſ. dummodo confeſtim, & ſine mora.

Vnde cum Annibal in caſu noſtro intimata ſibi lite pro parte Zottæ ſuper inualida, & ſubreptitia impetratione Archipresbyteratus ſtatim illum non dimiſerit, ſed acerrimè Litem continuauerit prius coram Ordinario, ac deinde in Signatura Gratiæ, & poſtmodum in Rota non ſolum vſque ad ſententiam excluſiuè, vel etiam poſt ſententiam latam à *R. P. D. Albergato* præuijs duabus deciſionibus 24. Aprilis, & 28. Iunij 1654. ab ea appellando, & obtinendo cauſam appellationis committi *R. P. D. meo Meltio*, corã quo denuò voluit illam diſcutere, & ſequuta ſententia confirmatoria præuia altera deciſione ſub die 5. Iulij 1655. adhuc voluit diſputare ſuper liquidatione fructuum, ad quorum reſtitutionem in vtraque ſententia fuerat condemnatus, vt ex alia deciſione ſub die 30. Maij 1657. vtique ob tam arduas difficultates in illius dimiſſione adhibitas penitus interdicta ſibi remanet facultas redeundi ad primum, vt clariſſimè ſancitur in *dicto cap. ſi Beneficia, verſ. Alioquin*, optimè comprobato ab omnibus Doctoribus ſupra allegatis.

Non obſtat, quod iuſtam habuerit cauſam litigandi, dum obtinuerat reſolutiones fauorabiles tam in poſſeſſorio 23. *Martij* 1650. *coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado*, quam in petitorio 17. *Martij* 1652. *coram eodem R. P. D meo Albergato*; Quia nihilominus quando denuo diſcuſſa Cauſa, & facti veritate melius dilucidata à dicta deciſione receſſum fuit 24. Aprilis 1654 ex qua effectus fuit certus de bono Iure Zottæ, tunc ſtatim debebat litem deſerere, atque Archipresbyteratum dimittere cumque aliter fecerit obtinendo iterum audiri, expectando ſententiam, ab ea appellando, & in altera ſubſequenter ſuccumbendo mora ipſius adeò irregularis eſt, vt nullam valeat iuſtam cauſam allegare.

Et ità vtraque, &c.

ROMA-

Digitized by Google

ROMANA RESIDVI DOTIS.

Mercurij 11. *Decembris* 1658.

ARGVMENTVM.

Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij quouſque ſuppetunt vires hæreditariæ factum, & promiſſionem defuncti ſeruare tenetur, & ſi contraueniat tenetur in ſolidum, quamuis pro medietate ſolum ſit hæres, & poteſt conueniri à cohærede ad damnum eius culpa, & facto ſequutum. Creditor in actione reali, & hypothecaria poteſt agere contra alterum ex hæredibus pro integro debito defuncti, ſi ille poſſidet tot illius bona, quę pro ſolutione integri debiti ſufficiant, quamuis in actione perſonali deficiente obligatione Hæredum inſolidum, ipſi teneantur tantum pro virili, & non vltra portionem hæreditariam vnicuique obuentam.

SVMMARIVM.

1 *Quem de euictione tenet Actio eundem agentem repellit exceptio.*

2 *Hæres beneficiatus quouſque ſuppetunt vires hæreditariæ factum, & promiſſionem defuncti ſeruare tenetur, illique contrauenire non poteſt.*

3 *Inuentarium præſeruat hæredem à damno, quatenus vires hæreditariæ non ſufficiant, ſed eum non liberat donec adſunt bona.*

4 *Hæres, qui contrauenit facto, & obligationi defuncti, tenetur inſolidum, & cohæres poteſt ab eo repetere damnum, eius culpa, & facto ſequutum.*

5 *Retentio competit reo conuento, eodem modo quo ipſi contra actorem competeret actio realis, & hypothecaria, ſi ageret.*

6 *Hæredes pro debito defuncti tenentur tantum pro virili, & non vltra portionem hæreditariam vnicuique obuentam.*

7 *Declara hoc tantum procedere in ſola actione perſonali deficiente obligatione Hæredum in ſolidum.*

8 *Secus autem in actione reali, & hypothecaria.*

9 *Creditor in actione reali, & hypothecaria poteſt agere contra alterum ex hæredibus pro integro debito defuncti, ſi poſſidet tot illius bona, ſufficiant pro ſolutione integri debiti.*

10 *Retentio fauorabilior eſt quam Actio.*

11 *Retentio multo magis competit ſi datur Actio.*

12 Retentio *datur, quamuis ceſſaret compenſatio.*

13 *Dictio,* Mai, *omnem caſum, & omne tempus comprehendit.*

14 *Dictio* Mai *cum ſit indefinita nullam recipit reſtrictionem.*

15 *Obligationes, & contractus regulariter tranſeunt ad hæredes actiuè, & paſſiuè.*

16 *Obligatio defuncti non immutatur ex perſona Hæredis cum ſemper ſit eadem cum defuncto.*

17 *Actus poſtremus indicat qualis fuerit intentio contrahentium in antecedentibus.*

18 *Declaratio voluntatis, quæ oritur ex factis poſterior eſt illa, quæ oritur, ex verbis.*

DECISIO DLXXXVI.

Mandatum rotale relaxatum ad fauorem Mauritij de Aſte contra bona hęreditaria q. Octauij Coſtæ pro ſcutis bis mille auri ſtamparum prætenſi reſidui dotis q. Aureliæ non eſſe exequendum hodie Rota reſpondit, quia licet Octauius in Capitulis matrimonialibus per Inſtrumentum celebratis 24. Decembris 1616. promiſerit dotem Aureliæ filiæ nubendæ Carolo de Aſte in ſcutis 16. milla ſtamparum; Attamen deinde per Apocam priuatam propria manu ſubſcriptam 29. Martij 1617. tam ipſe, quam Io: Baptiſta de Aſte Sponſi Pater declararunt veram Dotem vſq; ab initio conſtitutam fuiſſe dumtaxat in ſcutis 14. mill. ſimilibus reliqua vero bis mille fuiſſe appoſita pro maiori honorificentia ſub promiſſione Ioannis Baptiſtæ obligatione Camerali vallata de non petendo nec per ſe, nec per ſponſos niſi dicta ſcuta 14. mill. quorum integra ſolutio non controuertitur, & de liberando Octauium eiuſque hæredes ab omnibus moleſtijs pro dictis ſcutis bis mille inferendis; Vnde cum ſponſi non attenta hac promiſſione iudicialiter petierint præfata ſcuta bis mille, & huiuſmodi iudicialem petitionem proſequatur Mauritius illorum filius, & hæres, qui pari modo hæres eſt Io: Baptiſtæ
1 obligati; Vtique repellitur exceptione *l. cum à Matre* 6. *de rei vindic. & in l. Vindicantem ff. de euict.*

Non obſtat, quod illius hæreditatem adiuerit cum beneficio legis, & Inuentarij, quia hæres beneficiatus quouſque ſuppetunt vires hæreditariæ
2 factum, & promiſſionem defuncti ſeruare tenetur, illique contrauenire non poteſt *l. vlt.* §. *In computatione ibique Bart. num.* 5. *& Bald. num.* 11. *C. de Iur. deliber. idem Bart. in l. cum vir ſub num.* 14. *verſ. ſed ſi fecit Inuentarium ff. de vſucap. Hond. conſ.* 3. *num.* 53. *lib.* 1. *ſan. me. Gregor. deciſ.* 418. *num.* 6. *ibique Add. num.* 15. *Rota in Bononien. de Dulphis* 13. *Martij* 1656. *coram R. P. D. meo Albergato* §. *non obſtat quod Actores verſ. & quod factum*; Inuenta-
3 rium enim pręſeruat hæredem à damno quatenus vires hæreditariæ non ſufficiant, ſed eum non liberat donec adſunt bona, vt reſpondit *Rota coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono deciſ.* 105. *num.* 17. *&* 18. *& in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis* 14. *Martij* 1650. *coram R. P. D. meo Celſo* §. *non obſtat, quod dicti.*

Nec refert, quod fuerit hæres tantummodo pro medietate, quia in obligationibus facti, &
4 non petendi, vt hic, hæres qui contrauenit tenetur inſolidum ex quo cohæres ab eo repetere poſſet damnum eius culpa, & facto ſequutum *l.* 2. §. *Item in facto ff. de verb. oblig. l. hæredes* §. *non tantum ff. famil. herciſc. cum alijs per* Gratian. *diſcept.* 493. *num.* 8. *cum ſeqq.* Cumque hæreditas Io: Baptiſtæ vt notorium eſt, valde opulenta fuerit, itaut medietas Mauritio obuenta longè excędat ſummam ab eo prætenſam ſcutorum 200. auri vtrique pro integra illorum quantitate contra ipſum maiorem promiſſoris ſubſtantiam occupantem, retentio competit Reo conuento, eodem prorſus
5 modo, quo ipſi contra eum competeret inſolidum actio realis, & hypothecaria ſi ageret; quamuis enim pro debito Defuncti hæredes illius
6 teneantur tantum pro virili, & non vltra portionem hæreditariam vnicuique obuentam, *l. pro hæreditarijs, vbi Bart. & alij C. de hæred. act. & l.* 1. *C. ſi cert. pet.* Hoc tamen procedit in ſola actione
7 perſonali, deficiente obligatione hæredum inſolidum, ſecus autem in actione reali, & hypothe-
8 caria; ea enim agi poteſt contra alterum ex hære-
9 dibus pro integro debito defuncti ſi poſſidet, prout hic, tot illius bona, quæ pro ſolutione integri debiti ſufficiant, *vt tradit Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus ampliat.* 7. *num.* 8. *C. de inoffic. teſtam quam refert, & ſeq. Mangil. de euict. quæſt.* 112. *num.* 30. *cum ſeqq. Gratian. diſcept.* 16. *numer.* 10. *cum ſeqq. Cyriac. controu.* 320. *num.* 11. *&* 12. *Rota deciſ.* 71. *num.* 2. *part.* 1. *diuerſ. & coram Buratt. deciſ.* 285. *num.* 10. *verſ. vltra quod*; Retentio autem

tem

10 tem fauorabilior eſt quam actio *l. ſi in Area, in fin.*
ff. de condit. indeb. l. ſi in neceſſarijs §. de pignor. act.
11 vndè ſi datur actio, mul ro magis comperit reten-
tio *l. per retentionem, vbi gloſſ. verb. rata in fine. C.*
12 *de vſur.* Et darur etiam quamuis ceſſaret com-
penſatio *Decian. conſ. 594. num. 27. lib. 3. Gratian.*
diſcept. 316. num. 25. Rota coram Put. deciſ. 284.
num. 1. lib. 2. in correct.

Gratis autem prætenditur d. Io: Baptiſtæ pro-
miſſionem reſtrictam eſſe ad tempus Conſtantis
Matrimonij, & ſupetexiſtenciæ ipſius Io: Bapti-
ſtæ, & Caroli eius filij, non autem poſt diſſolu-
tum matrimonium, illiſque defunctis; contra-
rium enim conuincitur ex lectura Apocæ ibi: *det-*
to Sig. Gio. Battiſta promette, e ſi obliga tanto à nome
proprio, quanto di detto Sig. ſuo Figliuolo per il quale
vuol eſſer tenuto de rato, e per detta Sig. Nora che mai
domanderanno à detto Sig. Ottauio, Sig. Fideicommiſ-
ſarij, e loro heredi, e ſucceſſori altro che detti ſcudi
14. mil. renunciando à detti ſcudi 2000. e promettendo
per quelli mai moleſtare detti Sig. Fratelli Caſta, loro
heredi, e ſucceſſori &c. Summ. Coſtæ num. 1. dictio
13 enim *mai* quæ latinè exponitur *nunquam* omnem
caſum, & omne tempus comprehendit, *l. Proui-*
dendum §. 1. C. de poſtulan. nullamque recipit re-
14 ſtrictionem cum ſit indefinita, *Aym. conſ. 194.*
num. 6. Cephal. conſ. 172. num. 15. Cumque libe-
ratio promiſſa fuerit non ſolum pro Octauio, &
Fratribus, ſed etiam æquè principaliter pro ip-
ſorum hæredibus, & ſucceſſoribus, ita pari modo
correſpectiuè promiſſa cenſerue tam ex parte Io:
Baptiſtæ eiuſque filij, quam etiam æquè princi-
paliter ex parte eorum hæredum, & ſucceſſorum,
15 cum obligationes & contractus regulariter tran-
ſeant ad hæredes actiuè, & paſſiue. *Rota apud*
Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 93. num. 23. & deciſ.
233. num. 2. Et obligatio Defuncti non immuta-
16 tur ex perſona hæredis, cum ſemper ſit eadem
cum Defuncto *Rota apud eundem deciſ. 296. nu. 12.*

Nec ſubſiſtit, quod dicta Apoca per actus po-
ſteriores cum illa incompatibiles virtualitrr fue-
rit reuocara; licet enim in Beneplacito Apoſtoli-
co deinde obtento pro derogatione Conſtitutio-
nis Sixtinæ, & in quietantia gemmarum partes
expreſſam habuerint relationem ad inſtrumen-
tum Capitulorum enunciando dotem in ſcut. 16.
mil. Hoc tamen præcisè cenſetur factum ad con-
ſulendum eidem honorificentiæ, cuius cauſa
adhuc durabat; cumque ſubſequenter anno 1622.
in caſu ſolutionis integræ dotis Io: Baptiſta in
exequutionem d. Apocæ pro ſcutis 16. mil. in
Capitulis, & inſtrumrnto promiſſis receperit ſo-
la ſcuta 14. mil. ſimilia ad formam declarationis
in d. Apoca contentæ promittendo huiuſmodi
quietantiam eſſe bonam, & bene factam, illam-
que ſemper habere ratam, gratam, validam, &
firmam contraque nnn facere, dicere, opponere,
vel venire quouis prætextu quæſito colore, cauſa,
vel ingenio *d. Summ. num. 3.* Inde educitur, qund
17 huiuſmodi poſtremus actus optimè declarat qua-
lis fuerit inrentio contrahentium in antecedenti-
bus, *Rota deciſ. 228. num. 5. part. 4. tom. 2. recent.*
18 & declarare factis potentius eſt, quam verbis,
vt dixit *Rota coram ſan. me. Gregor. deciſ. 247. nu.*
18. ac tradit Add. ad deciſ. 431. numer. 93. & deciſ.
496. num. 81. par. 4. tom. 2. recent. dictamque de-
clararionem, & quietantiam Io: Baptiſtæ impu-
gnare nnn valet Mauritius Actor dum eſt eius hæ-
res, & tot poſſidet bona hæreditaria illius, quæ
nedum adæquant, vt ſatis eſt, ſed longè excedunt
controuerſum dotis reſiduum ex iuribus in prin-
cipio allegatis.

Et ità vtraque &c.

SYPONTINA CATHEDRALITATIS.

Lunæ 13. Ianuarij 1659.

ARGVMENTVM.

Ex quibus actibus probetur Ius Cathedralitatis, & an data primordiali eius legitima impreſſione vnicus ſufficiat? Mala fides ſemper excludit immemorabilem, & facit illam ceſſare etiam ſimplex rumor in contrarium.

SVMMARIVM:

1 *Archiepiſcopus tenetur in Eccleſia ſua reſidere, & ibidem diebus ordinatis perſonaliter celebrare.*
2 *Vniones omnes effectum non ſortitas reuocauit Martinus V. per extrauagantem.*
3 *Decretum executioni demandatur elapſo termino in decreto parti aduerſæ præfixo.*
4 *Enunciatiuæ emanatæ ab ijs de quorum intereſſe agebatur nihil probant.*
5 *Præſertim ſi emanarunt parte abſente.*
6 *Immemorabilis excluditur etiam per ſimplicem rumorem contrarium.*
7 *Immemorabilis ſemper excluditur quotieſcumque conſtat de initio.*
8 *Mala fides prorſus excludit immemorabilem, & quamcumque aliam præſcriptionem.*
9 *Præſcriptio nunquam poteſt incohari ſtante mala fide.*
10 *Lis conſtituit quemlibet in mala fide.*
11 *Inſtrumentum extractum lite pendente ſine citatione partis, ſine teſtibus, & à Notario de eo non rogato nullam facit probationem.*
12 *Actus poſſeſſorij poſt motam litem ſubſequuti nullius ſunt efficaciæ ad obtinendam manutentionem.*
13 *Cathedralitas quando concludenter iuſtificata eſt primordialis, & legitima illius, impreſſio, ad effectum illam retinendi, etiam vnicus actus Cathedralitatis eſt ſufficiens.*
14 *Secus autem non docto de initio, & legitima Cathedralitatis impreſſione.*
15 *Cathedralitas fruſtra pretenditur continuari ex actibus præſertim inualidis turbatiuis, & illegitimis non docto de initio, & legitima illius impreſſione.*

DECISIO DLXXXVII.

ANtiquatam prætenſionem Cathedralitatis, per plures ſummorum Pontificum ſententias, & litteras Apoſtolicas reiectam renouauit Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ S. Michaelis Montis S. Angeli, ſeu Gargani: prætendens exemptionem ab Eccleſia Metropolitana Sypontina & facultatem eligendi Vicarium Capitularem Sede Archiepiſcopali Sypontina vacante, cum alijs prærogatiuis Cathedralitatis, ſed cauſa auditis partibus diſcuſſa per ſacram Congregationem Epiſcoporum, & Regularium, referente Eminentiſſimo D. Cardinali Franciotto die 6. Aprilis 1656. prodijt reſolutio his verbis: *Non conſtare de Cathedralitate Eccleſiæ S. Michaelis Montis Angeli, ſeu Gargani, & proinde non eſſe locum electioni Vicarij Capitularis à Capitulo Garganico, Sede Archiepiſcopali Sypontina vacante quæ hodie vulgo Manfredonia dicitur.* Verum habito per Capitulum Garganicum recurſu ad Sanctiſſimum D. N. Alexandrum Septimum in Signatura Gratiæ placuit Sanctitati Suæ Cauſã remittere ad eandem Sac. Congregationem pro reuiſione cum Voto Rotæ;

Quare

Quare ab eodem Eminentiſſimo D. Cardinali Franciotto ſubſcripto, & mihi tranſmiſſo dubio an Eccleſia Sancti Michaelis Montis S. Angeli, ſeu Gargani ſit Cathedralis, ad eius diſputationem effugiendam Garganici diuerſos produxerunt articulos, petendo remiſſoriam: Super qua propoſito dubio 28. *Iunij præteriti*, Rota ordinauit, quod proponeretur prius cauſa in negotio principali. Qua hodie diſcuſſa reſponſum fuit, non conſtare de Cathedralitate.

Priuilegium enim Eugenij Papę III. ſuper quo primitus ſe fundarunt Capitulares Garganici ab Alexandro III. falſitatis vitio laborare declaratum fuit, proferendo inde ſententiam, de conſilio fratrum, & Prædeceſſorum ſuorum veſtigijs inhærens, in qua pronunciauit: *Non duas, ſed vnam duntaxat Archiepiſcopalem ſedem exiſtere, nempe Sypontinam: quodque de cætero non Sypontinus & Garganicus, ſed Sypontinus Archiepiſcopus ſolummodo diceretur decernendo Chriſma confici, & veſtanum eius ſuffraganeum electum in Eccleſia Sypontina per Archiepiſcopum conſecrari*. Qua quidem ſententia deinde confirmata per Lucium tertium, & Cæleſtinum pariter tertium tandem quarto loco diligenter perpenſis depoſitionibus Teſtium pro Garganicis deinde examinatorum, & omnibus, quæ vtrinque propoſita fuerant plenius intellectis, Innocentius tertius anno 1202. per ſententiam diffinitiuam, viua voce de fratrum conſilio in Conſiſtorio, & deinde per Bullas authoritate Apoſtolica declarauit: *Nihil à Garganicis fuiſſe ſufficienter oſtenſum, per quod eiuſdem Alexandri ſententia deberet retractari, quam protnde modis prædictis ſolemniter confirmauit*, vt ex ſumpto eius litterarum Apoſtolicarum ſub *datum Laterani* 8. *Kal. Iunij anno* 5. (extracto in forma authentica 28. *Martij* 1656. *ex Reg ſtr. ipſius Innocentij* exiſtente in Archiuio ſecreto Vaticano *lib.* 5. *anno* 5. *Epiſt.* 42. *fol.* 10. relato in iuribus originalibus pro Metropolitana Sypontina productis) vbi referuntur Bullæ, & decreta Anteceſſorum.

Idque euidentiſſimè comprobauit Honorius pariter Tertius, qui immediatè Innocentio ſucceſſit anno 1216. nam requiſitus ab Antiſtite Sypontino an in die Cænæ Domini Sacrum poſſet etiam in Garganica Eccleſia celebrare, ad quam de conſuetudine dicta die accedebat ad recipiendos Peregrinos illius loci eidem in hæc præciſa verba mandauit: *Fraternitati tuæ mandamus, quatenus die Cænæ Domini in Eccleſia Sypontina duntaxat, in qua teneris Chriſma conficere, Miſſarum ſtudeas ſolemnia celebrare; vt in cap. te referente de celebrat. Miſſar. ibiq; gloſſ. verb. Sypontina Hoſtien. Abb. ſub verſ. Item nota Archid. & alij*,
1 qui ex inde deducunt, quod Archiepiſcopus tenetur reſidere in Eccleſia ſua, & ibidem diebus ordinatis perſonaliter celebrare.

Non obſtat Bulla Bonifacij IX. Garganicis conceſſa anno 1401. durante ſchiſmate xxvj.

Quia præterquod contra eos retorquetur, & optime ex toto tenore probat antecedentem ſtatum ſubiectionis Eccleſiæ Garganicæ, atque effectuationem dd. ſententiarum. & Conſtitutionum præſertim dum ibi Bonifacius tunc primum erexit, & non alias erectam fuiſſe declarat Terram Montis S. Angeli in Ciuitatem, & Eccleſiam S. Michaelis in Cathedralem, & Metropolitanam) trina, & vlteriori vice ſolemniter reuocata fuit.

Et primo ab ipſomet Bonifacio illius conditore; qui anno 1401. & ſic biennio poſt edidit Conſtitutionem in qua exponens, aliqua per importunam petentium inſtantiam, & aliqua per ſubreptionis malitiam, vel fraudem, ſeu quemuis modum illicitum impetrata fuiſſe inter cætera reuocauit, & annullauit omnes vniones, omneſque exemptiones perpetuas per eum conceſſas quibuſcumque Eccleſijs Cathedralibus, vel Collegiatis, & Capitulis, ac vniuerſitatibus, *Vt ex ſumpto extracto ex Regeſtro Vaticano Bullarum Apoſtolicarum Bonifacij IX. lib.* 153. *fol.* 174. *& ſeqq. ſub Datum Romæ apud S. Petrum* 11. *Kal. Ianuarij anno xjv. relato in dd. Iuribus originalibus fol.* 21. *litt. A.*

Secundo à Ioanne xxiij. qui anno 1413. relato de verbo ad verbum toto tenore dictæ Bullæ Bonifacij ad fauorem Garganicorum emanatæ, volens turbationibus litibus, & ſcandalis obuiare, per Conſtitutionem Apoſtolicam nomen Ciuitatis Garganicæ in d. Terra Montis S. Angeli perpetuo extinxit, & Eccleſiam Garganicam & Eccleſiam B. Michaelis in priſtinum ſtatum reduxit, litteras Bonifacij, & earum tenorem penitus reuocando: Atque inhærendo veſtigijs aliorum Pontificum Prædeceſſorum (nempe. poſt alios, Alexandri, Lucij, Cæleſtini, & Honorij) ſtatuit, vt de cætero Sypontina Eccleſia, & non Garganica, & modernus, & qui pro tempore erit Archiepiſcopus Sypontinus, & non Garganicus nuncupentur; Nec non Chriſma, & Oleum Sanctum, confici debeat duntaxat in Eccleſia Sypontina: Confirmando ad eius, ipſiuſque Capituli fauorem omnes Immunitates, indulgentias, & Priuilegia eis à Prædeceſſoribus conceſſa. *Vt ex alio ſumpto in forma publica pariter exhibito eodem fol.* 2. *Iur. original. litt. B. ſub datum Romæ apud S. Petrum xv. Kal. Ianuarij anno* 3.

Tertio à Martino V. qui non ſolum per extra-
2 uagantem reuocauit omnes vniones effectum non ſortitas (*vt poſt antiq. gloſſatorem ad Reg. XI. Cancell. ac poſt Mandoſ. & Hoed. tradit Garz. de Beneſ. par.* 12 *cap.* 2. *num.* 281.) ſed etiam in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.* 43. *tit. de exempt.* Conſtitutionem prius edidit reuocatoriam omnium exemptionum, quæ poſt obitum Gregorij XI. ſequutum 6. *Aprilis* 1378. vſque tunc (quo medio tempore ſucceſſit, ac durauit prædictum ſchiſma xxvj.) per quoſcunque pro Romanis Pontificibus ſe gerentes conceſſę fuerunt, vt *in libercculo impreſſo, & intitulato, Collectio Iurium Eccleſiæ Garganicæ num.* 3. *fol.* 9. ac per extenſum habetur apud *Geminian. ante conſ.* 35. & per conſequens exinde fuit reuocata d. Bulla Bonifacij IX. qui poſt. Gregorium pro Pontifice ſe geſſit vigente d. Schiſmate xxvj. vt in terminis alterius Priuilegij eiuſdem Bonifacij reſpondit *Rota cor. Buratt. deciſ.* 452. *num* 1. vbi referuntur aliæ litteræ eiuſdem Martini reuocatoriæ exemptionum ſub *data* 7. *Kal. Nouembris Anno* 7. Ac de prædicta reuocatione Martini in Concilio Conſtant. meminit *Rota coram Card. Seraph. deciſ.* 612. *ſub num* 4. *& coram ſan. me. Greg. deciſ.* 509 *in princ. & num.* 1. *cum ſeqq.*

Quarto demum ſpecialiter ab eodem Martino V. nam expoſito ſibi toto ſtatu iſtarum Eccleſiarum, narratiſque omnibus geſtis tam ab Alexandro III. eiuſque Succeſſoribus, quam a Bonifacio, & ſucceſſore à Ioanne XXIII. in hæc præ-

ciſa verba reſcripſit *anno 1419. fiat, quod obſeruentur priuilegia, & alia Conſtitutiones Romanorum Pontificum qui fuerunt ante ſchiſma niſi infra tempus ſex menſium pro parte aduerſa fuerit rationabiliter oſtenſum, quod aliter nunc. fieri debeat vt ex ſumpto originaliter producto ſub datum Florentiæ 8. Idus Aprilis Anno 2. & relato in Iurib. original. d. fol. 2. lit. C. extract. ex Regeſt Vatican. ſupplicat. Apoſt. Martini V. lib. 6. fol. 190. anno 2.* Ideoque elapſo d. termino, & nihil per Garganicos docto, quod releuaret, firma remanſit prædicta Conſtitutio pro obſeruantia præcedentium, & reuocatione alterius, quæ in contrarium prodierat, ſchiſmate durante. Vt in proximis terminis, quod elapſo termino in decreto præfixo, executioni de-
3 cretum demandetur tradunt *Prattici Saluſt Tyber. lib. 1. cap. 31. num. nu. 9. & 10. & Rodolphin. part. 1. cap. 14. num 268. cum ſeq.*

Non obſtant litteræ Iulij III. *editæ 5. Kal. Iunij anno Pontificatus 5. & Incarnationis Domini* 1555. *vt in liberc. collect. Gargan. num. 4. fol.* 11. in quibus enunciatur, quod Sedes Archiepiſcopalis Sypontina quadringentis ferè annis collocata fuit in Eccleſia B. Michaelis, quodque ipſa Eccleſia prima eius Sponſa fuit.

Quia (præter quod non ſunt in forma probanti, & ipſarum verba enunciatiua, vti ab ipſis
4 Garganicis ſupplicantibus emanata, ad eorumdem fauorem non probant, cum agatur de ipſorum intereſſe *Card. Put. deciſ. 149. num. 1. lib. 3. in correct. Card. Seraphin. deciſ. 1189. num.* 3. præ-
5 ſertim emiſſa parte abſente, *Buratt. deciſ. 136. num. 2. ibique Add. litt. B.* ex prædictis tot Summorum Pontificum anteceſſorum ſententijs, decretis, & Conſtitutionibus, atque ex alijs longa ſerie relatis à ſcribentibus pro Metropolitana Sypontina, & congeſtis in alio Liberc. memoriæ Sypontin. erronea prorſus detegitur, & veritas in contrarium habetur. Quæ potiſſime comprobantur ex tribus alijs gratijs ab eodem Iulio III. motu proprio præcedenter conceſſis anno 1551. duabus ſub *datum Romæ* 13. *Kal. Aprilis* & vltima 18. *Kal. Octobris anno* 2. In quarum prima Capitulo Sypontino confirmauit exemptionem à ſolutione Decimarum, à Paulo III. olim ſibi Cardinali, & Archiepiſcopo Sypontino conceſſam, & in tertia eandem exemptionem tunc primum petitam conceſſit Capitulo Montis Gargani ſupplicanti; & in eis ſolum Eccleſiam Sypontinam appellat Metropolitanam, & olim ſuam primam Sponſam Eccleſiam vero B. Michaelis denominat Sypontinæ Diœceſis, vt ex ſumptis pariter originaliter exhibitis *fol. 9. 10. &* 11. relatis in *Liberc. memor. Sypont. numer. 1. fol. 8. & 9.*

Certius, concurrentibus primo viginti Apoſtolicis prouiſionibus, & reſcriptis diuerſorum Summorum Pontificum, antiquiſſimo, medio, & recenti tempore, ad ſupplicationem ipſius Capituli Garganici, ſeu eius Canonicorum, & alijs quinque ad ſupplicationem Conterraneorum Oppidi Montis S. Angeli conceſſis. Et ſignanter Martini V. anno 1426. confirmationis ſtatutorum, & eodem anno alijs litteris ſuppreſſionis Canonicatuum Eugenij IV. anno 1435. ſimilis ſuppreſſionis, & anno 1440. commiſſionis Archidiacono Eccleſiæ Sypontinæ pro collatione Archipresbyteratus Eccleſiæ Sancti Michaelis S. Angeli Montis Gargani, Caliſti III. anno 1455. commiſſionis Archidiacono Eccleſiæ Sypontinæ ad priuandum quendam Archidiaconatu Eccleſiæ S. Michaelis de Monte Gargano, illumque conferendum alteri. Pauli III. collationis Archipresbyteratus Eccleſiæ Sancti Michaelis anno 1543. Pij V. Commiſſionis cauſæ Canonici Garganici anno 1569. Gregorij XIII. diſpenſationum matrimonialium Vicario Sypontino directarum pro Incolis Oppidi Montis S. Angeli 1572. & 1574. ac Commiſſionis pro Canonico Collegiatæ Garganicæ anno 1585. Sixti V. anno 1589. ſimilium diſpenſationum Clementis VIII. anno 1597. Indulti Patribus Cæleſtinis loci Montis S. Angeli conceſſi Pauli V. anno 1610. Conceſſionis Reliquiarum Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ S. Michaelis Terræ Montis Gargani, eo quia in dicta Eccleſia nullæ omnino aderant Sanctorum Reliquiæ, iuxta præciſam ipſorum confeſſionem. Et commiſſionis cauſæ appellationis anno 1616. pro Canonico eiuſdem Collegiatæ, & demum Vrbani VIII. collationis Canonicatus Eccleſiæ Sæcularis, & Collegiatæ Montis Gargani, anno 1628. Conceſſionis Indulgentiarum anno 1634. Collationis alterius Canonicatus eiuſdem Eccleſiæ Oppidi, ſeu loci Montis S. Angeli anno 1636. & admiſſionis reſignationis cum collatione conſimilis Canonicatus eiuſdem Eccleſiæ Terræ Montis Gargani anno 1639. vt ex ſumptis originalibus *à fol. 3. vſq. ad 35. & in Liberc. memor. Sypont. num. 2. 3. & 5.* In quibus omnibus Eccleſia Collegiata S. Michaelis dicitur Sypontinæ Diœceſis, & Garganici partim explicitè, partim implicite ſe ſe fatentur ſubiectos vnicæ Metropolitanæ Sypontinæ.

Secundo Actibus Clericorum Garganicorum vſque ad præſens geſtis, in quibus ſe fatentur Sypontinæ Diœceſis & in Superiorem agnoſcunt Metropolitanam Sypontinam. Qui habentur *impreſſ. in d. Liberc. memor. Sypont. num. 4. per tot. fol. 19. cum ſeq.* Et in iuribus originalibus *fol.* 27. *vſque ad* 49.

Tertio viginti octo electionibus Archiepiſcoporum, ab anno 1407. vſque ad annum 1652. *in d. libro num. 10. fol. 64. & 65.* ex quibus habetur Archiepiſcopos fuiſſe ſemper nuncupatos Sypontinos dumtaxat, quod clarè oſtendit inobſeruantiam Bullæ Bonifacij IX. mandantis quod de cætero futuris temporibus Archiepiſcopi Sypontini, & Garganici cognominarentur, & è contra indubitatam comprobat obſeruantiam vſque ad præſens continuatam præcedentium ſententiarum, & Conſtitutionum.

Quarto relationibus Conſiſtorialibus ab anno 1573. vſque ad annum 1623. (antiquiores enim non reperiuntur in Regeſtis Vaticanis) relatis in *eodem Liberc. memor. Sypont. num. 6. fol. 26. vſque ad* 31. & productis in Iuribus original. *fol.* 12. 19. 25. *&* 26. Quarum prima emanauit cum participatione Card. Comenſis & poſtrema à Card. Ginnaſio, qui Eccleſiæ Sypontinæ per plures annos præfuerant. Atque in omnibus deſcribitur quidditas qualitas, & Status Ciuitatis, & Eccleſiæ Metropolitanæ Sypontinæ priuatiuæ quoad Eccleſiam, & Terram Garganicam, quæ ſemper aſſeritur Sypontinæ Diœceſis.

Quinto diuerſis Archiepiſcoporum pro tempore actibus & aſſertionibus ab antiquiſſimo vſque ad hodiernum tempus idem comprobantibus; Eorumque ſigillis, Sypontinum tantum agnomen imprimentibus; vt patet ex dd. Iuribus originalibus præſertim *fol. 15. 23. 37. & ſeqq. &*

in

Digitized by Google

in Libert. memor. Sypont. num. 7. pag. 31. cum ſeqq.

Sexto decem & ſeptem Teſtibus cum iuramento examinatis; quorum duodecim ſunt Sacerdotes atteſtantibus vnam dumtaxat Cathedralem, & Metropolitanam adeſſe, ſcilicet Sypontinam priuatiuè quoad Eccleſiam Garganicam, vt ex *proceſſu originali, & in d. Libert. pag. 38. cum ſeqq.*

Septimo demum decretis Sacræ Rituum Congregationis altero 15. *Septembris* 1657. in quo cum Garganici iterato feciſſent anno 1648. imprimi Officium S. Michaelis (iam prius ex conceſſione eiuſdem Sacræ Congregationis ſubſcripta à d. Cardinali Comenſi Præfecto impreſſum anno 1604) loco verbi Collegiatæ in d. conceſſione, ſeu decreto adiecti ibi: *Eccleſia Collegiata S. Angeli in monte Gargano*, apponi curarunt verbum *Cathedrali*: vndè ipſa Sacra Congregatio falſam d. die prædictam editionem declarauit, *Summario manuſcripto Eccleſiæ Sypontinæ num.* 6. & altero 1. *Decembris eiuſdem anni* 1657. Nam prætendentibus Garganicis vſum Mitræ ex Iure Cathedratico, ad inſtar dignitatum Sypontinarum ab eadem Sacra Congregatione decretum fuit, eis non ſuffragari Bullam Bonifacij IX. & prætenſum Mitræ vſum eiſdem interdixit ex Decretis originaliter exhibitis, & relatis in *dicto Summario num.* 8.

Non obſtant cætera pro Garganicis deducta immemorabilis enim non eſt probata, Nec probari poteſt, ſiue quia tot adſunt in contrarium, quæ priuatiuam Cathedralitatem fauore Eccleſiæ Sypontinæ concludenter iuſtificant, cum ta-
6 men ea excludatur etiam per ſimplicem rumorem contrarium, vt probat *Add. ad Greg. dec.* 298.
7 *num.* 13. ſiue etiam quia conſtat de initio, licet inſubſiſtenti, Cathedralitatis reſultante ex Priuilegio adulterato Eugenij III. & ex Bulla Bonifacij IX. quod penitus immemorabilem excludit, vt dixit *Rota in recent. deciſ.* 14. *num.* 2 *part.* 3. *deciſ.* 542. *num.* 2. *&* 3. *& deciſ.* 56. *num.* 18. *& ſeqq. par.* 7.

Quinimò cum dd. Bullę ſolemniter à tot Pontificibus toties, altera recognita, & emendata, altera reuocata fuerunt, & per ſententias, & litteras Apoſtolicas pronunciatum, atque diſpoſitum Eccleſiam Sypontinam duntaxat eſſe Cathedralem, & Metropolitanam, non autem
8 Garganicam, exinde vtique reſultat mala fides Garganicorum, quę prorſus excludit non ſolum immemorabilem (*Card. Seraph. deciſ.* 707. *num* 6. *Rota deciſ.* 265. *num.* 17. *par.* 5. *recent. & in Calagaritana Decimarum de Ocon* 1. *Iulij* 1654. §. *concordia enim verſ. Atque illius coram me*,) ſed etiam quamcunque aliam præſcriptionem, quæ de Iure
9 nunquam inchoari poteſt ſtante mala fide *cap. fin. de præſcript. Rota deciſ.* 220. *num.* 7. *part.* 1. *& deciſ.* 164. *num* 3. *par.* 2. *recent. & coram Buratt. dec.* 436. *num.* 5. *& deciſ.* 505. *num.* 6 *cum alijs allegatis in Rauennaten. Cenſus* 26. *Aprilis* 1641. *coram bon. me. Bichio* §. *Nec tricenariam*; *& in Bituntina Cenſus* 27. *Nouembris* 1645. *coram Eminentiſſ. D. Card. Corrado* §. *quia eſto*.

Iuncta præſertim lite ab antiquiſſimo tempore introducta apud Alexandrum III. eiuſque Succeſſores contra Garganicos fauore Sypontinorum iam terminata: Et deinde anno 1607. per eoſdem Garganicos reſtaurata, ex monitorio coram A. C. ab ipſis expedito, & impreſſo *in d. Libert. intitulato collectio Iurium Eccleſiæ Garganicæ Pars II. pag.* 39. quæ adhuc durat. Vndè tanto certius
10 conſtituti fuerunt in mala fide *l. certum, vbi gloſ. verb vniuerſum C. de rei vindicat. Buratt. deciſ.* 449. *num.* 2. *& deciſ.* 714. *num.* 9. *Merlin. deciſ.* 702. *num.* 22. *&* 23.

Quod verò tempore Alexandri, eiuſque Succeſſorum, lis penderet ſuper Cathedralitate diſtincta, quam tunc Canonici S. Michaelis prætendebant habere; Ideoque non excludat Cathedralitatem prouenientem ex vnitate vtriuſque Eccleſiæ modo per eoſdem prætenſam, Non ſubſiſtit,

Quia, præterquod contrarium habetur ex Conſtitutione Innocentij III. qui confirmando ſententiam, & Conſtitutionem Alexandri III. explicitè dixit, Archiepiſcopos de cætero, non Sypontinos, & Garganicos, ſed Sypontinos duntaxat fore cognominandos, quod proinde oſtendit etiam de eo tempore litem quomodocumque extitiſſe ſuper vnitiua Cathedralitate, remouetur omne dubium ex diffinitiua pronunciatione & declaratione ibidem facta iuxta litteras Eugenij III. & Alexandri III. aliorumque Pontificum ibi relatas: quod Eccleſia Sypontina tantum ſit Sedes Cathedralis, & Metropolitana, Garganica verò illius ſubdita; quod etiam fuit confirmatum in ſequentibus Conſtitutionibus Ioannis XXIII. & Martini V. ſupra relatis. Indè enim ſiue diſtinctè, ſiue vnitiue, & cumulatiuè prætenſa abſolutè & totaliter excluditur aſſerta Cathedralitas Eccleſiæ S. Michaelis, & in vtroq; caſu mala fides Garganicorum comprobatur.

Nec etiam facit deſcriptio in lapide eiuſdem Alexandri III. quam in Atrio Eccleſię Sancti Michaelis abſque anni appoſitione Garganici dicunt habere inter cætera hæc verba continentem *Dilectis filijs Eccleſiæ Sypontinæ ſalutem. & Apoſtolicam benedictionem, quoniam Eccleſia veſtra, & Eccleſia Montis Gargani vna ſedes eſſe conſueuit*. Cum enim certum ſit, nullum Pontificem in hac cauſa tam accuratè, & diligenter contra Garganicos decreuiſſe, quam eundemmet Alexandrum, inuериſimile prorſus, & à veritate alienum redditur quod ſcienter enunciauerit, & in priuato lapide deſcribi voluerit, id cuius contrarium, de conſilio Fratrum per dictam ſententiam diffinitiuam (à tot ſequentibus Pontificibus auditis Garganicis confirmatam) & Apoſtolicam Conſtitutionem pronunciauit, ſed veriſimilius eſt, quod à Garganicis proprio marte in propria Eccleſia fuerit compoſita vna cum inſcriptione ſub quadam lapidea adiecta his verbis.

Sedes hac numero differt à Sede Syponti.
Ius, & honor Sedis, quæ ſunt ibi ſunt quoque Monti.

Neque obſtat, vt dicitur, quod nonnulli Archiepiſcopi Sypontini adepti fuerint poſſeſſionem etiam Eccleſiæ Garganicæ, ex Inſtrumentis relatis in *d. Libert. Collect. Iur. Eccleſ. Gargan. n.* 9. *fol.* 27. *vſque ad* 35. quodque tempore Sedis Archiepiſcopalis vacantis Garganici Vicarium Capitularem deputauerint, *vt ibidem num.* 10. *d. fol.* 35. *cum ſeqq.*

Quoniam præterquod Inſtrumenta ad hunc ef-
11 fectum ibi exhibita, extracta fuerunt ex priuato ipſorum Archiuio lite pendente, à Notario Garganico de eis non rogato ſine Teſtibus, & ſine citatione partis, & ſic tanquam informia nullam faciunt probationem *Card. Put. deciſ.* 152. *nu.* 1. *lib.* 3. *in correct. Coccin. deciſ.* 289. *num.* 6. omnes

12 actus poſſeſſionum, vel potius ingreſſus (excepto
pto primo peracto a Card. de Como anno 1567.)
& Vicariorum electionum, ſubſequuti fuerunt
poſt motam litem, nempè anno 1622. *& ſeqq.* &
ſic ſunt inefficaces *ſan. me. Gregor. deciſ. 4. nu. 2.*
ibique Add. litt. A. & in his terminis *in Ampurien.*
ſeu Ciuitaten. electionis Vicarij 19. Ianuarij 1646.
coram R. P. D. meo Meltio §. Non obſtat. Præterti
tim Vicariorum electiones cum à Capitulo Sy-
pontino ſemper fuerint impugnatæ, & ab eodem
obtenta illarum reuocatio etiam mediantibus
cenſuris cum affixione Cedulonum. Illa autem
poſſeſſionis adeptio, quam dicunt Cardinalis de
Como, contra Garganicos potius retorquetur,
Nàm interrogantibus ipſis ibi: *Se ſua Signo-*
ria Illuſtriſſima e Reuerendiſſima viene come Arciue-
ſcouo Garganica, ille iteratis vicibus ad iteratas
interrogationes cautè, & prudenter eis reſpondit
ibi: *come vero Arciueſcouo voſtro*, & infra; *ſi come*
in eſſe Bolle ſi contiene; Ad quas relatio in omni-
bus haberi voluit, quod verificatur vti Archie-
piſcopus Sypontinus, dum Terra, & Eccleſia
Montis Gargani ſunt Sypontinæ Diœceſis, vt
probatum eſt, & dum in dictis litteris Apoſtoli-
cis Sypontinus tantum denominatur. Certius
dum idem Card. de Como ſubſequenter ſemper
tractauit Eccleſiam Garganicam vti Collegia-
tam ſubiectam Eccleſiæ Sypontinæ, vt conſtat ex
eiuſdem Card. ſupplicatione in litteris *Pij V. an-*
no 1569. ſub dat. 8. Kal. Octobris anno quarto in Li-
bere. memor. Sypont. num. 7. litt. B. & in Iuribus
original. fol. 15. & ex prædictis prima relatione
Conſiſtoriali, & Decreto pro officio Sancti Mi-
chaelis.

Nec tandem vrget quod de Iure Cathedralitas
conſeruetur etiam ex vnico actu.

Procedit enim quando concludenter iuſtifica-
13 ta eſt primordialis, & legitima eius impreſſio,
tunc enim ad effectum eam retinendi etiam vni-
cus actus ſufficit. Et in his terminis loquitur,
Rota in Cæſaraugustana Cathedralitatis 1. Martij
1630. coram bo. mem. Coccino in recent. deciſ. 353.
num. 79 par. 5. & 6. Martij 1656. coram bo. mem.
Bichio §. quæ omnia & §. Erectio tandem verſ. prout
alterius, & 27. Maij 1658. coram me §. Tum etiam
14 *ex quo verſ. huiuſmodi enim.* Secus autem non
docto de initio, & legitima Cathedralitatis im-
15 preſſione; hoc enim caſu ſuperuacaneum eſt ex
actibus (& quidem inualidis, turbatiuis, & ille-
gitimis) continuationem prætendere, vt optimè
ponderatur in *d. Cæſaraugustana Cathedralitatis co-*
ram bo. me. Bichio §. Quæ continuatio.

Et ità vtraque parte informante &c.

ROMANA DE MELLINIS.

Mercurij 18. Ianuarij 1656.

ARGVMENTVM.

Religioſus ſuppreſſa religione, licet aliquid an-
nuum fuerit ei per Pontificem aſſignatum, po-
teſt tamen ſupplementum alimentorum petere à
renunciatarijs, nec tenetur illud petere à poſſi-
dentibus bona Religionis ſuppreſſæ; Alimento-
rum autem taxatio relinquitur arbitrio Iudicis,
qui debet ponderare qualitatem perſonarum,
quantitatem Patrimonij, & conſuetudinem
loci.

SVMMARIVM.

1 *Frater diues tenetur alere fratrem pauperem.*

2 *Renunciatarius debet ſubminiſtrare alimenta renun-*
cianti, & donatori pauperi.

3 *Suppreſſio operatur vt ceſſet mutua obligatio tam*
Religionis, quam Religioſi, & vterque ſolutus
remaneat omni onere.

4 *Alimentorum taxatio regulariter remittitur arbitrio*
Iudicis ponderata qualitate perſonarum, quan-
titate patrimonij, & conſuetudine loci.

DECISIO DLXXXVIII.

Poſtquam denegata fuit D. Io. Celſo Millino
tàm reintegratio ad bona paterna, materna,
& auita, quam immiſſio in poſſeſſionem bono-
rum hæreditariorum q. Angeli Millini eius fra-
tris ob ampliſſimam renunciationem ab eo fa-
ctam ex cauſa ingreſſus in Religionem, & æquè
principaliter pro conſeruatione ſuæ nobilis fa-
miliæ, & agnationis petebat ipſe, vt alimenta
neceſſaria ſibi ſubminiſtrarentur à DD. Vrbano,
& Mario alijs ſuis fratribus vigore d. renuncia-
tionis omnia præfata bona poſſidentibus, ideo-
que ſuper hoc propoſito dubio reſponſum fuit
deberi alimenta pro ſumma inferius expri-
menda.

Debentur enim ſiuè ex quo ſui fratres ſunt di-
1 uites, ipſe vero pauper *ad Text. in l. mutus 76. in*
fine ff. de Iur. Dot gloſſ. in l. qui filium verb. hic
aliter verſ. & nota ff. vbi pupill. educ. deb. Bald. conſ.
103. num. 3. lib. 5. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 25.
num. 1. cum ſeqq. Rota coram Duran. deciſ. 95 num.
1. repetita in recent. deciſ. 91. par. 5. & in Anconi-
tana Alimentorum 4. Iunij 1646. coram bon. mem.
Arguelles.

Siue etiam quia Io. Celſus ad ipſorum fauo-
uorem renunciauit omnia bona ſibi obuenta,
& quæ in futurum obuenirent ex ſucceſſionibus
aſcendentium, & Collateralium, Renunciata-
2 rius enim debet ſubminiſtrare alimenta Donato-
ri, & Renuncianti pauperi iuxtà *gloſſ. in l. fin.*
verb. voluerit C. de reuoc. donat. Surd. vbi ſupra tit.
1. quæſt. 48. num 2. cum ſeqq. Rouit. deciſ. Neapol.
10. ſub num. 18. verſ. his omnibus.

Non obſtat quod ex forma Breuis Innocentij
X. ſuper ſuppreſſione Congregationis, ad quam
Io: Celſus tranſierat, pro quolibet Religioſo Sa-
cerdote, qui inibi vota regularia emiſerat, aſſi-
gnata fuerint ex redditibus illius annua ſcuta 40.
ſub onere certarum Miſſarum, & inſeruien. Ec-
cleſiæ; quoniam huiuſmodi quantitas, quæ de-
ducto d. onere annuatim reducitur ad ſola ſcuta
28. circiter, valdè tenuis eſt, & omnino inſuffi-
ciens pro neceſſaria ſubſtentatione, præſertim
viri nobilis, & Senectute, ac mala valetudine
detenti, dictaque quantitas deſtinata fuerit
per Pontificem potius ad ſatisfaciendum Sacro
Concilio Tridentino *ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.*
quam vt exinde ſufficienter prouiſum ſit neceſſi-
tati Sacerdotis.

Nec releuat, quod ſaltem teneatur ſupplemen-
tum petere à poſſidentibus redditus eiuſdem
Congregationis obligatæ ad alendum ſuos Pro-
feſſos. Quia ex d. ſuppreſſione præter quantita-
3 tem ibi deſtinatam mutua obligatio ceſſauit tam
Religionis, quam Religioſi, & vterque ſolutus
remanſit, vt fuit latè firmatum *in deciſione deſuper*
edita coram me 14. Ianuarij 1658. & propterea Iure
optimo fratres Renunciatarij, & poſſeſſores om-
nium eius Bonorum huiuſmodi ſupplementum ei
præſtare tenentur.

Quo vero ad quantitatem, quæ regulariter
4 remittitur prudentis Iudicantis arbitrio ponde-
rata qualitate perſonarum, quantitate Patrimo-
nij, & conſuetudine loci, iuxtà *gloſ. in §. conſi-*
deremus

deremus verb. Legitima Auth. de trient. & ſemiſſ. omiſſis antiquioribus *in Anconitana Alimentorum 14. Iunij 1649. coram R.P.D. meo Celſo §. Quoncirco & in Neapolitana Matrimonij 13. Maij 1650. cor. Reuerend. ſſ. D. Archiepiſcopo Tarraconen. §. Quapropter* Domini taxarunt in annuis ſcutis 400. nam in maiori ſumma, nempè in menſtruis ſcutis 50. ante actis temporibus, quibus abundantia rerum magis affluebat, Rota decreuerat Iacobo Cincio nato ex familia conſimilis, & coæqualis nobilitatis apud *Pea. deciſ. 184. in fin. ſecundum impreſſ. Lugdanen.*

Nec viſa fuit attendenda qualitas annuorum ſcutorum 180. pro alimentis aſſignata alteri de familia Millina, vt refertur in *Romana Diuiſionis 20. Iunij 1639. coram bo. me. Bichio ſub § conſenſus,* quia D. Io. Celſus eſt Primogenitus, Sacerdos, ſenex, & mala valetudine detentus, omniaque ſuis fratribus Reis conuentis renunciauit, quæ quidem circumſtantiæ in illo nullatenus concurrebant.

Verum in huiuſmodi quantitate annuorum ſcutorum 400. dictum fuit computandos eſſe redditus, & introitus, quos ipſe D. Io: Celſus verè poſſidet, itaut eius fratres non teneantur niſi ad ſupplementum quantitatis vſque ad dicta annua ſcuta 400 Cumque adhuc non ſit certum ad quam ſummam dd. redditus aſcendant, nam informantes pro Reis conuentis cõtendunt aſcẽdere ad annua ſcuta 350. ſcribentes verò pro D. Io. Celſo non excedere annua ſcuta 215. deductis debitis, & non computata Vinçola, quam offert reſtituturus refectis ſibi expenſis factis pro illius excaſſatione iuxta formam eius particularis conuentionis; Ideo reſponſum fuit deberi alimenta in annuis ſcutis 400. computatis tamen proprijs introitibus D. Io: Celſi, pro illa rata, quæ effectiua, & vera iuſtificabitur, deductis oneribus, & debitis.

Et ita vtraque, &c.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 24. Ianuarij 1659.

ARGVMENTVM:

Teſtamentum conditum ab ægroto phræneſi, & delirio correpto non ſuſtinetur, & qualiter probetur delirium de tempore conditi teſtamenti, & potius quando teſtibus licet numero paucioribus deponentibus de ſana mente ſit deferendum, quam pluribus deponentibus de delirio? Teſtamentum autem an poſſit impugnari à muliere tanquam conditum à delirante, poſtquam ipſa illud approbauit agnoſcendo portionem ſibi in eo relictam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum conditum tempore delirij, & phreneſis eſt inualidum, nec ſuſtinetur.*

2 *Teſtes licet examinati ad perpetuam rei memoriam, & vigore monitorialium faciunt tamen adminiculum.*

3 *Amplia præſertim ſi deceſſerint non retractata ipſorum depoſitione.*

4 *Delirium teſtatoris probatur ex atteſtatione Medici, & Aromatarij, qui illum curarunt, quibus tanquam in arte peritis plurimum eſt deferendum.*

5 *Teſtamentum conditum ad interrogationem Notarij regulariter ſolet haberi pro valido.*

6 *Declara hoc non procedere, quoties non conſtat teſtatorem ita voluiſſe determinatè diſponere, & ad hunc effectum vocaſſe Notarium, & vbi adeſt ſuſpicio non ſanæ mentis, & apparet de importuna ſuggeſtione Notarij.*

7 *Teſtibus quamuis paucioribus deponentibus de ſana mente teſtatoris magis creditur, quam alijs licet pluribus de inſana.*

8 *Declara hoc tantum procedere, quando teſtes deponentes de ſana mente deponunt ex certa ſcientia, & de preciſo tempore tam ante, quam in actu conditi teſtamenti.*

9 *Secus autem ſi deponant tantum de auditu, nec tempus teſtamenti percutiant, hoc enim caſu præferuntur alij deponentes ex certa ſcientia de inſana mente, & percutientes tempus teſtamenti tanquam melius informati.*

10 *Teſtes tamen plures, & multis adminiculis roborati deponentes de inſana mente teſtantis præferuntur paucioribus deponentibus de ſana mente.*

11 *Parochus deponens de ſana mente ægroti tempore ſubminiſtrationis Sanctiſſimi Eucariſtiæ Sacramenti non probat, cum hoc tendat ad ipſius exonerationem.*

12 *Teſtis qui noluit continuare omnia interrogatoria, nihil probat.*

13 *Teſtes Teſtamentarij qui propria manu teſtamentum ſubſcripſerant, non merentur fidem, ſi dicant non fuiſſe præſentes, vel non audiuiſſe.*

14 *Secus autem ſi non negant fuiſſe præſentes, ſed poſitiue, & affirmatiue deponant audiuiſſe aliter fuiſſe dictam, quam ſit ſcriptum.*

15 *Teſtes teſtamentarij licet propria manu in teſtamento ſubſcripti, ſi duo vel tres eorum non negent fuiſſe præſentes, ſed poſitiue deponant audiuiſſe aliter dictum fuiſſe, quam ſit ſcriptum, reddunt inſtrumentum, & teſtamentum ſuſpectum eique non datur fides.*

16 *Teſtes teſtamentarij quando non negant fuiſſe præſentes, magis attenduntur in ſecunda depoſitione, quam in prima tacitè reſultante ex ipſorum ſubſcriptione in teſtamento.*

17 *Teſtes licet ſubſcripti in teſtamento per verba* ſui præſente *non impediuntur, quia poſtea ritè examinati pro veritate deponere poſſint, teſtatorem tunc temporis fuiſſe mente alienum,*

18 *Medio tempore, quo teſtamentum conditum fuit præſumitur continuatum, quando teſtes concorditer deponunt, teſtatorem continuam mentis alienationem habuiſſe ante teſtamentum, & vſque ad obitum.*

19 *Ignorantia iuris, quæ ſemper præſumitur in muliere, illam præſeruat à quacumque præiudicio.*

20 *Exceptio incontinenti probata impedit immiſſionem vocatis in teſtamento non aboliito, nec cancellato.*

DECISIO DLXXXIX.

MArgarita, & Magdalena filiæ q. Simonis obtinuerunt in partibus ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* ſententiam Immiſſionis in poſſeſſionem Bonorum hæreditariorum q. Ioannis Viennot vigore ſubſtitutionis ad ipſarum fauorem ordinatæ in eius teſtamento &c. ſed cauſa ad Curiam deuoluta, & commiſſa à Sanctiſſimo Auditori Cameræ de voto Rotæ appellatione remota, dubitaui an ipſis ſit danda Immiſſio, & negatiuè fuit reſolutum.

Probatur enim ex quinque Teſtibus formiter examinatis, ac de viſu, & ex certa ſcientia deponentibus, quod Ioannes tertia, ſeu quarta vice ſuæ vltimæ infirmitatis incidit in delirium, & phreneſim, ea que vſque ad obitum oppreſſus extitit *Summ. 1. Anna num. 8. 9. & 12. cum duob. ſeqq.*

ſeqq. Ideo teſtamentum ab eo conditum tempore
1 d. delirij, & phrænesis, nempè per diem ante
obitum redditur nullum, & inualidum, quia
huiuſmodi morbus cum lædat memoriam, & in-
tellectum, impedit quoque teſtamenti factionem
cap, cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſt. Card. Mantic.
deciſ. 60. *num.* 1. *verſ. conſtat enim*,

Idque ex pluribus comprobatur, videlicet ex
propria confeſſione Simonis Patris dictarum ſo
rorum, & primo loco ſubſtituti in teſtamento,
de quo agitur, qui die obitus Ioannis in quo-
dam inſtrumento receptionis ſcutorum 50. ad il-
lum ſpectantium declarauit ipſum Ioannem
quietantiam facere non voluiſſe, quia erat in
delirio, idemque depoſuit Petrus de Mare No-
tarius de d. quietantia rogatus *d. Sum. num.* 6. *&*
15. ex alijs decem teſtibus, quorum quinque
ſunt teſtamentarij, & continuo aſtiterunt ægroto
Sum. num. 2, 16. *&* 17. qui etiamſi examinati ad
2 perpetuam rei memoriam, & vigore Monitoria-
lium, faciunt tamen adminiculum *Rota dec.* 560.
num. 4. *verſ. vt latius*, *& deciſ.* 660. *num.* 1. *verſ.*
& licet part. 2. *recent.* præſertim cum deceſſerit
3 non retractata ipſorum depoſitione *Buratt. deciſ.*
330. *num.* 3. *& deciſ.* 834. *num.* 4. ex alijs ſex te-
ſtibus formiter examinatis, quorum tres depo-
ſuerunt Ioannem aliquibus diebus ante obitum
tentaſſe vi de feneſtra ſe proijcere & fuiſſe impe-
ditum *Summ. num.* 18. & alij tres eandem conti-
nuam phrænesim, & delirium de publica voce,
& fama teſtificati fuerunt *Summ. num.* 19. & de-
4 mum ex atteſtatione Medici, & Aromatharij,
qui illum curarunt, atteſtantes, quod per ſex,
vel ſeptem dies ante obitum occupatus fuit con-
tinua phræneſi, ac delirio cumquo obyt, *eodem*
Summ. num. 20. quibus tanquam in Arte peritis
plurimum eſſe deferendum dixit *Rota deciſ.* 620.
num. 3. *par.* 1. *& deciſ.* 107. *numer.* 5. *verſ.* 4. *iſta*
dementia iuncto num. 6. *par.* 2. *diuerſ. & coram Card.*
Mantic. d. deciſ. 60. *num.* 1.

Accedit modus conditi teſtamenti ad impor-
tunam ſcilicet ſæpius reiteratam Notarij ſugge-
ſtionem, *dite Franceſco*, *dite Giorgio*, cui abſque
alia verborum expreſſione, ſeù clariori ſuę vo-
luntaris declaratione ſimpliciter reſpondit *Fran-*
ceſco, *e Giorgio Summ. num.* 2. quamuis enim te-
5 ſtamentum conditum ad interrogationem Nota-
rij ſoleat haberi pro valido ex *gloſſ. & DD. in l.*
Iubemus C. de teſtam. Hoc tamen non procedit
6 quoties, vthic, adeſt inſtificatio, vel ſaltem ſu-
ſpicio inſanæ mentis, & importunę ſugeſtionis,
& non conſtat teſtatorem determinatè voluiſſe
ita diſponere, & ad iſtum effectum vocaſſe No-
tarium, vt firmauit *Rota coram Card. Mantic. d.*
deciſ. 60. *num.* 6. *& poſt* 1. *vol. conſ. Farin. deciſ.*
139. *num.* 2. *verſ. quando Teſtator. erat*, & latè
comprobat celeberrimus Iuris conſultus *Io. Bapt.*
Spada conſ. 92. *num.* 9. *cum ſeqq. & conſ.* 93. *num.*
12. *& ſeqq.* ac in fortioribus terminis de Legato
relicto piæ cauſę reſponſum fuit in *Senogallien.*
Bonorum 30. *Maij* 1644. *&* 15. *Maij* 1645. *coram me.*

Non obſtant teſtes pro altera parte examinati,
& deponentes de ſana mente; quia ferè omnes
locuuntur de ſimplici auditu, & nullus percutit
tempus teſtamenti 1. *Summ. Sororum num.* 6. vnde
7 licet in hac materia magis credatur teſtibus quã-
nis paucioribus deponentibus de ſana mente,
quam alijs licet pluribus de inſana, hoc tamen
8 procederet ſi deponerent ex certa ſcientia, & de
præciſo tempore, tam ante, quam in actu con-
diti teſtamenti, vt dixit *Rota in Meleuitana hære-*
ditatis 15. *Aprilis* 1644. *coram me* 5. *ſed ex duobus*,
9 ſecus ſi deponunt tantum de auditu, nec tempus
teſtamenti percutiunt; hoc enim caſu præferun-
tur teſtes deponentes ex certa ſcientia, ac de
viſu, quod tempore teſtamenti non fuiſſet ſanæ
mentis, cum dicantur melius, & veriſimiliora
deponere *Alex. conſ.* 141. *num.* 10. *&* 11. *vſque ad*
fin. lib. 1. *Spad. d. conſ.* 93. *numer.* 16. *lib.* 1. *Gabr.*
de teſtib. concluſ. 4. *numer.* 19. *verſ. limita prima.*
10 Præſertim cum iſti fulciantur, vt dictum eſt, tot
adminiculis *l. ob carmen* 5. *in illis verbis Bald. num.*
1. *in* 2. *notabil. ff. de teſt.*

Nec refert atteſtatio Parochi ſuper ſana men-
11 te tempore ſubminiſtrationis Sanctiſſimi Eucha-
riſtiæ Sacramenti, quia præter quod, vt dice-
bant informantes, hoc potius tenderet ad eius
exonerationem, vt oſtenderet non ſubminiſtraſ-
ſe Euchariſtiæ Sacramentum Inſano, ipſe noluit
12 euacuare interrogatoria data pro parte Annæ,
vt tenebatur ex deductis per *Rotam deciſ.* 700. *nu.*
31. *verſ. pro vt etiam part.* 2. *recent. & coram Greg.*
dec. 553. *num.* 10. *ibique Add. num.* 17. & inſuper
dubitatiue loquitur circa tempus, nec concludit
mentis ſanitatem de tempore teſtamenti, imo
potius de hoc tempore fatetur inſaniam, dum
proſequitur ibi: *Et quod eadem die horis ſerotinis*
dum ipſum viſitauit inuenit ipſum in phrænetide alli-
gatum, eumque extrema vnctione muniuit, & audi-
uit tunc temporis, quod d. Ioannes viennot eadem die
condiderat ſuum teſtamentum, *d. Sum. ſororum nu.* 5.
Quod etiam comprobatur ab vno ex teſtibus te-
ſtamentarijs aſſerente Ioannem tam ante, quam
poſt teſtamentum vſque ad obitum extitiſſe alli-
gatum *d.* 1. *Summ. Annæ num.* 2.

Nec obſtat, quod omnes teſtes teſtamentarij
propria manu teſtamentum ſubſcripſerint; quo-
13 niam etiamſi ob huiuſmodi ſubſcriptionem eis
non credatur ſi dicant non fuiſſe præſentes, vel
non audiuiſſe, vt tradit *Surd. conſ.* 414. *num.* 76.
cum ſeqq. & dixit Rota in recent. deciſ. 581. *num.* 34.
& 35. *par.* 4. *tom.* 3. quando tamen non negant
14 fuiſſe præſentes, ſed poſitiuè, & affirmatiue de-
ponunt audiuiſſe aliter fuiſſe dictum, quam ſit
ſcriptum, tunc ſi duo ſunt, vel plures, qui hoc
15 affirmant, reddunt inſtrumentum, & teſtamen-
tum ſuſpectum eique non datur fides, vt docet
Bart. in l. 1. §. *ſi quis neget num.* 10. *ff. quemadm. te-*
ſtam. aper: Menoch. de arbitr. caſ. 105. *num.* 32. *verſ.*
ſextus eſt caſus, *Spad. conſ.* 90. *num.* 1. *lib.* 1. & hoc
16 caſu plus attenditur ipſorum ſecunda depoſitio,
quam prima tacitè reſultans ex ſubſcriptione.
Alex. conſ. 223. *num.* 13. *lib.* 2. *Buratt. deciſ.* 543.
num. 7. Ideoque licet in caſu noſtro teſtes ſub-
17 ſcripſerint teſtamentum per verba *ſui preſente*,
huiuſmodi tamen ſubſcriptio inſeruit quidem
pro ſolemnitate actus, ſed non propterea illos
impedit quin poſtea ritè examinari pro veritate
deponere poſſint teſtatorem tunc temporis fuiſſe
mente alienum, vt poſt *Bart. & Menoch. vbi ſupra*
tradit Spad. d. conſ. 90. *nu.* 3.

Nec releuant exceptiones contra teſtès obie-
ctæ, omiſſis enim alijs, quæ viſæ fuerunt irrele-
uantes, & in facto non ſubſiſtentes, non refert,
quod Antonius Girardono in articulo mortis
ſuam depoſitionem retractauerit pro exoneratio-
ne conſcientiæ, quia ſolum declarauit, vt fecit
alter teſtis, quod non fuerat præſens publicatio-
ni teſtamenti; Hoc enim non officit, quia dum
18 tam ipſe, quam alij concorditer deponunt Io-
annem

Digitized by Google

annem continnam mentis alienationem habniſſe
à tertia, vel quarta die ſuæ vltimæ infirmitatis,
vſque ad obirum, vtique medio tempore, quo
teſtamentum conditum fuit, illius continnatio
præſumitur, vt bene probant *Menoch. conſ. 82. num. 232. eum ſeqq. & Rota coram Card. Mantic. d. deciſ. 60. num. 4. & 5.*

Nec obſtat, quod Anna poſt obitum Ioannis
confecerit inuentarium eius bonorum hæreditariorum
iuxta ſuam voluntatem in d. teſtamento
ordinatam, & ſuſceperit tutelam filiorum eum
declaratione, quod nolebat contrauenire illius
voluntati, & conſequi intendebat tertiam partem
in eodem teſtamento ſibi relictam, quia eum
ignoraret eius inualiditatem, tam ex delirio, &
continua phræneſi, quam ex importuna Notarij
19 ſuggeſtione reſultantem, huiuſmodi Iuris ignorantia,
quæ in Muliere præſumitur illam præſeruat
à quocunque præiudicio *ſan. me. Greg. deciſ. 271 num. 25. & 26.* ſtante præſertim, quod ſtatim
habita huiuſmodi notitia præuijs monitorialibus
eurauit examinari teſtes ſuper phreneſi,
& ſuggeſtione notarij *d. Sum. num. 28.* & à Iudice
de partibus aduerſus præfatos actus reſtitutionem
in integrum obtinuit *num. 29.*

Cæterum non obſtat, quod ſaltem præfata vti
altiorem indaginem requirentia non ſint apta
impedire immiſſionem petitam à vocatis in teſtamento
non abolito, nec cancellato; quia Domini
ex tam effrenato numero teſtium, & ex tot
adminiculis in propoſito concurrentibus vitium
20 teſtamenti habuerunt pro iuſtificato incontinenti,
illudque exiſtimarunt ſufficere pro deneganda
immiſſione ex allegatis per *Menoch. de arbitr. lib. 2. caſ. 12. num. 3. cum alijs per Rotam in Romana de Mareſcottis 18. Maij 1646. coram Reuerendiſſimo D. Terracinen. §. contra ſupradictum in fine verſ. Et licet*, & obtenta præſertim commiſſione
cauſæ cum clauſula *Appellatione remota*.

Et ita vtraque &c.

ROMANA DONATIONIS.

Veneris 24. Ianuarij 1659.

ARGVMENTVM.

Donatio an, & quando reſoluta dicatur, ſi donatarius
pacta non ſeruauerit, & diſpoſitis in ea
contrauenerit, & quando dicatur pura ab initio,
& quando conditionalis? Bona expreſſe alienari
prohibita ſub pœna priuationis non veniunt
ſub generali hyppotheca omnium bonorum;
ideoque ſuper ijs nullum ius acquiritur creditoribus,
ſed quid ſi debitor de tempore hyppothecæ
alia bona libera non habebat?

SVMMARIVM.

1 *Bona expreſſe alienari prohibita ſub pœna priuationis non cadunt ſub generali hypotheca omnium bonorum.*

2 *Hypotheca generalis omnium bonorum non comprehendit bona expreſſe alienari prohibita ſub pœna priuationis, ſed ſi debitor tunc temporis alia bona libera non habeat, intelligi poteſt, de alijs liberè in futurum acquirendis.*

3 *Donatio licet ei fuerit contrauentum, quoties in ea non adeſt pactum reſolutiuum, & ipſa eſt facta cum perpetua primogenitura, & ſucceſſiuo fideicommiſſo, nec etiam in odium contrauenientis reſoluitur, ſed ſolum contra eum datur actio ad implementum, vel ad intereſſe.*

4 *Declaratio tacitè facta à donante plurimum attenditur ad effectum agnoſcendi an donatarius contrauenit donationi, & an ipſa donatio ſit reſoluta.*

5 *Bona expreſſe alienari prohibita ſub pena priuationis non cadunt ſub generali hyppotheca fauore creditorum.*

6 *Bona fideicommiſſi licet fuerint per grauatum ſpecialiter hypothecata, ſequuta tamen ipſius morte liberè deuoluuntur ad fideicommiſſarium abſque vllo onere obligationis, vel hypothecæ.*

7 *Bona fideicommiſſi ſi fuerint alienata per grauatum poſſunt incontinenti per fideicommiſſarium vindicari.*

8 *Donatio quando ab initio fuit libere facta non poteſt per ſubſequens fideicommiſſum inferre præiudicium creditoribus, in quibus medio tempore fuerat ius quæſitum ſuper bonis donatis.*

9 *Donatio non dicitur pura, & libera ab initio, quoties donator in Inſtrumento donationis ſibi reſeruauit facultatem conſtituendi ſuper ea fideicommiſſum cum prohibitione alienationis.*

10 *Donatio dicitur à principio grauata onere fideicommiſſi & prohibitionis alienationis, quando donator ſibi reſeruauit facultatem conſtituendi ſuper ea fideicommiſſum cum dicta prohibitione.*

11 *Fideicommiſſum cum prohibitione alienationis ordinatum à donante in exequutionem facultatis ſibi reſeruatæ, perinde habetur ac ſi de verbo ad verbum in inſtrumento donationis contineretur, & contemporanea cum ipſa donatione fuiſſet adiectum.*

12 *Baronia actuali ceſſante, Clementina conſtitutio locum ſibi vendicare non poteſt.*

13 *Dominium bonorum argui non poteſt ex conſenſu præſtito, & requiſito in illorum alienatione, quando conſenſus fuit requiſitus pro ſimplici cautela.*

DECISIO DXC.

REſolutum fuerat 2. Iunij præteriti donationem
factam à R. P. D. Andoſilla non eſſe reſolutam
in præiudicium Angeli Iunioris, aliorumque
in ea vocatorum, & nullum ius competere
Creditoribus Raphaelis primi Donatarij ſuper
Bonis donatis reſeruato, quod particulariter videretur
an eis aliquod Ius competat vigore Bullæ
Baronum *fel. rec. Clementis VIII.* vt in deciſione
verum informantes pro Creditoribus præſupponentes,
quod in ea admitteretur Raphaelem
pacta non ſeruaſſe, & contraueniſſe, id acriter
contendentes petebant declarari donationem
nec minus reſpectu illius fuiſſe reſolutam; Ideò
hodie cauſam repropoſui tam ſuper reſolutis
quam ſuper reſeruatis, & Domini reſponderunt
donationem non eſſe reſolutam etiam reſpectu
Raphaelis, & nullum Ius competere creditoribus,
& ſic in deciſis.

Præmiſſo enim fundamento, quod donatio
controuerſa facta fuit nedum Raphaeli, ſed etiam
æque principaliter, & independenter Angelo eius
filio, eorumque filijs, & deſcendentibus maſculis
in infinitum, ſicut reſoluta non fuit reſpectu
Angeli Iunioris, & aliorum ex propria perſona
ſucceſſiue vocatorum, ita nec minus reſpectu
Raphaelis.

Siuè quia non ſubſiſtit, quod pacta non ſeruauerit,
& contrauenerit, nam ex parte ſua
omnia adimpleuit nihilque alienauit, minuſuè
bona in donatione contenta obligauit; ea enim
1 tanquam expreſſe alienari prohibita ſub pœna
priuationis non cadunt ſub generali obligatione
2 quæ ſaltem intelligi poteſt de alijs libere in futurum

Digitized by Google

rum acquitendis ſi debitor tunc temporis alia
bona uon habebat, vt probat *Theſaur. deciſ.* 193.
num. 3. *Card. Cuualcr. deciſ.* 292. *num.* 3. *& deciſ.*
433. *num.* 4. *Rotu in recent. deciſ.* 489. *num.* 7. *pu.*
4. *& iu Romaua deuolutionis domorum* 3. *Iunij* 1652.
coram R. P. D. meo Veroſpio §. *Alteru quoque.*

Siue etiam quia dato non implemento, &
3 contrauentione (quod expreſſe negatur) adhuc
ramen quia in donatione non adeſt expreſſum
pactum reſolutiuum cum clauſula, *non aliut aliter, nec alio modo*, & donatio eſt facta cum perpetua Primogenitura, & ſucceſſiuo fideicommiſſo, non eſt locus reſolutioni, nec minus in
odium contrauenientis, ſed ſolum contra ipſum
datur actio ad implementum, vel ad intereſſe,
vt bene probat *Molin. de Hiſpan. Primog. lib.* 2.
cap. 12. *num.* 7. *&* 8.

Idemque ſatis declaraſſe videtur ipſemet donator iu confirmatione eiuſdem Donationis facta poſt obitum Raphaelis; in ea enim licet aſſeruerit ſe credere poſſe donationem reuocare, vel
ſub intelligenduiu eſſe pactum reſolutiuum ex
ſuppoſito quod Raphael ad maximam iacturam
bonorum donatorum deuenerit, illam tamen
non reuocauit, ſed explicitè confirmauit, & beneficio vocatorum plura alia bona ſuper addidit;
vnde non ſolùm elicitur eius intentio, quod prę-
indicatum non fuerit, nec præiudicari potuerit
Condonatarijs ex propria perſona vocatis, ſed
etiam deprehenditur ipſius tacita declaratio,
quod verè nulla aderat contrauentio, nec defectus implementi ex parte Raphaelis, quodque
nec minus reſpectu ipſius donatio fuerat reſolu-
4 ta, cui tacitæ declarationi plurimum eſſe deferendum probat *Bort in deciſ. allegatui in l. cum quis
decedens* §. *Codicillis num* 6. *ff de legut.* 3.

Creditoribus autem nullum ius competit ſuper bonis donatis, tum quia vt ipſimet conten-
5 dunt tanquam expreſſe alienari probibita ſub pę-
na priuationis nullo prorſus modo cadunt ſub
generali obligatione per illum contracta; tum
etiam quia licet ſpecialiter fuiſſent obligata,
6 quod tamen factum non fuit, nihilominus ſtatim
ſequuta morte Raphaelis obligantis liberè ad
angelum ex propria perſona vacatum deuoluerentur, abſque vllo onere obligationis, vel hypothecę per illum contractæ. Immo ſi ab eo fuiſ-
7 ſent alienata iure optimo per Angelum incontinenti vindicari poſſent, vt dixit *Rota deciſ.* 426.
num. 1. *part.* 2. *rec. & in alijs.*

Nec ſubſiſtit repetita prætenſio, quod ſaltem
8 donatio ſit libera pro rata annuorum ſcutorum
biſmille contenta in Apoca pręcedenti, & ſubſequens fideicommiſſum uon potuerit quoad eam
præiudicium inferre creditoribus quibus medio
tempore fuerat ius quæſitum *ex l.* 1, *& l. qui balneum* 9. *ff. qui potior in pign habeant.* Quia cum
donator in d. Apoca explicitam ſibi reſeruauerit
9 facultatem conſtituendi fideicommiſſum cum
prohibitione alienationis, huiuſmodi facultas
oſtendit donationem non fuiſſe puram, in quibus terminis loquitur *text. iu d. l.* 1. nec continet
ſimplicem conditionem poteſtatiuam iuxta terminos *d. l. qui balneum*. ſed operatur quod donatio
10 à principio dicatur grauata onere fideicommiſſi,
& prohibitionis, nam ſubſequens fideicommiſſum, & alienationis prohibitio in eius exequu-
11 tionem deinde ordinatum, & facta, perinde habentur ac ſi de verbo ad verbum in eadem Apoca continerentur, & contemporanee fuiſſent adiecta iuxta claram diſpoſitionem *Text. in l. ſi teſtamentum* §. *ſin autem C. de inſtit. & ſubſtit* ibi: *Tunc
videri ab initio conditionalem eſſe inſtitutionem, & ſic
omnia compleri tanquam ſi teſtator ipſus inſtitutiones
eiſdem conditionibus copulaſſet, & quæ infra conſcripta ſunt*, quem refert, & ſequitur *Rota in terminis
coram bo. me. Merlino deciſ.* 802. *num.* 3.

Nec intrare dixerunt Domini (licet ſuper hoc
creditores nec minus hodie informauerint) diſ-
poſitionem Bullæ Baronum, quia non probatur
in Raphaele qualitas Baronalis; quamuis enim
Anna Morona eius prima Vxor haberet quartam
partem Caſtrorum Cantalupi. & Bordellę, eam
tamen non tranſtulit in Raphaelem eius Virum,
ſed ipſi dotem conſtituit in pecunia numerata
per Pandolphinum, & Acciaiolum promiſſa,
quibus Anna promiſit cedere dictam quartam
partem, & interim eos conſtituit Procuratores
vt in rem propriam ad eadem Caſtra admini-
ſtranda *Summ. Andoſillæ præteritæ poſitionis num.* 1.
Ideoque ceſſante actuali Baronia Clementina
12 Conſtitutio locum ſibi vindicare non poteſt ex
larè probatis *in Romana fideicommiſſi* 8. *Iunij* 1654.
coram R P. D. meo Veroſpio.

Nec dicatur quod ſubſequuta venditio d. quartæ partis pędictorum Caſtrorum facta fuerit à
Raphaele, quia ex inſtrumento venditionis relato in *eodem Summ. num.* 10. contrarium conuincitur, dum ipſe ſuum duntaxat pręſtitit aſſenſum
13 cum explicita declaratione quod nolebat teneri
de euictione, nec aliquo modo obligari, ac proinde, eius aſſenſus cenſetur adhibitus pro ſimplici cauthela, non autem ad effectum oſtendendi,
quod ſuper d. rata parte Caſtrorum aliquod Ius
Dominij, vel poſſeſſionis ſibi competeret, *Rota
deciſ.* 125. *num.* 7. *part.* 7. *recent.*

Et vlterius ponderatum fuit, quod quæcumq;
Baronia ceſſante ex d. venditione, quę pręceſſit
donationem; quodque in propoſito intrat diſpoſitio Conſtitutionis 117. *fel. rec. Vrbani VIII.*
modificatorię Conſtitutionis Clementinę, dum
per Raphaelem exhibita fuit in Archiuio donatio controuerſa continens fideicommiſſum, &
Primogenituram cum arctiſſima prohibitione
alienationis, vt ad litteram diſponitur in pręfata
Vrbani Conſtitutione.

Et ità vtraque &c.

MANTVANA FIDEICOMMISSI.

Luna 27. *Ianuarij* 1650.

ARGVMENTVM.

Ceſſio licet facta ab Eccleſia abſque beneplacito
Apoſtolico ſuſtinetur ſi fuit facta ſuper iure non
non dum acquiſito, ſed dumtaxat acquirendo,
& incerto. & an tertius poſſit opponere defectum
beneplaciti Apoſtolici. Monaſterium non habetur loco filij, quando teſtator vel adiecit qualitatem legitimitatis, & naturalitatis, vel ſubſtituit poſt obitum filiorum piam cauſam.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſionarius mediante ceſſione acquiſiuiſſe dicitur omnia iura, quæ cedenti competebant.*

2 *Liber defunctorum Monialium præſumitur extare penes Moniales ex generali conſuetudine.*

3 *Recuſans librum ſeu ſcripturam exhibere ex qua poteſt haberi veritas, & de cuius exiſtentia docetur; in eius odium ea admitti debet probatio, quæ haberi potuit.*

4 *Monaſterium non venit appellatione filiorum, quando Teſtator filios vocauit adiecta qualitate legitimitatis,*

Digitized by Google

timatis, & naturalitatis.

5 *Monaſterium non venit appellatione filiorum, quando teſtator poſt filios piam cauſam ſubſtituit.*

6 *Deciſiones Rotæ ſemper veniunt ſupponendæ.*

7 *Ceſſionis nullitas ex defectu beneplaciti Apoſtolici non poteſt opponi, niſi ab ipſamet Eccleſia cedente, & interim ceſſio implicitum ſtatum validitatis habet.*

8 *Ceſſio facta ab Eccleſia ſuſtinetur etiam ſine beneplacito Apoſtolico, quando agitur de ſola ceſſione iurium ſuper hæreditate incerta, litigioſa, non adita, neque incorporata.*

9 *Hoſpitale, quando eſt merè laycale in alienatione eius bonorum non tenetur ſeruare formam Ex*trauag. Ambitioſæ de rebus Eccl. non alien.

DECISIO DXCI.

POſtquam preuijs duabus deciſionibus 29. *Aprilis* 1648. *coram Reuerendiſſimo Terracinen. &* 17 *Maij* 1649. *coram bon. mem. Dunozetta* latiſſimè firmatum fuerat vocatas eſſe poſt maſculos ad fideicommiſſum quondam Bartholomei Senioris de Gorno ſolum filias fœminas Teſtatoris, earumque præmortuarum filios, non autem filius fœminas vocatorum, ac propterea ſorores de Gorno Actrices ad præfatum fideicommiſſum ex propria perſona adſpirare non poſſe, cùm non ſint filiæ Teſtatoris, ſed Ferrantis vocati, & ſubſtituti, inſteterunt ipſæ vt videretur An eis ſuffragaretur ceſſio iam in proceſſu cauſæ coram AC. exhibita, & reportata ab Hoſpitali, ſeù conſortio S. Mariæ della Cornetta Mantuæ anno 1658. & hodie poſt tertiam propoſitionem affirmatiuè fuit reſolutum; Cùm enim Hoſpitale
1 ceſſerit ſororibus omnia Iura ſibi competentia ex fideicommiſſo d. q. Bartholomei Senioris vigore huiuſmodi ceſſionis omnia eadem Iura ipſæ acquiſiuiſſe dicuntur, *Bald. in l. Emptor num. 1 C. de hæred. vel act. vendit. Bece conſ. 101. num. 17. Surd. conſ. 22. num. 16 Gratian. diſcept. 133. num. 22. Rota deciſ.* 88. *num. 11. par. 6. recent. & in* Romana *Fideicommiſsi de Incoronatis* 22. *Maij* 1643. *coram bon. mem. Dunozetta* 5. *nec releuat.*

Iura autem Hoſpitali cedenti competere ad præfatum fideicommiſſum oſtendit eius lectura, dum vocatum fuit caſu, quo defecerint, vt euenit, omnes inſtituti, & ſubſtituti, ibi: *Omnibus ipſis maſculis; & fæminis, vt ſupra decedentibus ſubſtituit Conſortium Sanctæ Mariæ della Cornetta di Mantoua, ad quod quidem conſortium voluit, & vult ipſe Teſtator eo caſu dicta bona peruenire debere regenda, gubernanda, & adminiſtranda per Ciues, & Cauſiliarios d. Conſortij more conſueto, &c. Summaria ſororum prædictæ poſitionis num. 4.*

Non obſtat, quod non ſit purificata conditio obitus omnium Inſtitutorum, dùm extitit Soror Anna Eleonora de Gorno Monialis Profeſſa in Monaſterio Sanctæ Eliſabetthæ capace bonorum in communi.

Primo, quia verius eſt dictam Monialem obijſſe, vt probatur ex Teſtibus nuper examinatis & relatis *in hodierno Summ. num. primo* non obſtante, quod nulliter examinati fuerint à Iudice compulſoriali, ſinè Remiſſorialibus Rotæ,
2 quia cùm Moniales recuſauerint illi exhibere Librum Defunctorum ad effectum extrahendi eius partitam, cuius exiſtentia iam probata extitit, ac ex generali conſuetudine præſumitur,
3 vtique in ipſarum odium ea admitti debet probatio, quæ haberi potuit ad *Text. in l. Ne ex dolo ff. de dol mal. & in l. prima §. primo ff. de except. dol.* reſponſum fuit *in Romana Penſionis* 20. *Maij* 1646. *coram me* 5. *ſecunda partita verſ. Attamen cum in caſu.*

Nec Monaſterium haberi poteſt in propoſito
4 caſu loco filiorum, Tum quia Teſtator filios vocauit adiecta qualitate legitimitatis, & naturalitatis, vt tradunt *Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 11 tit. 7. num. 10. verſ. Verum Ego conſidero, Menoch. lib. 4. præſumpt. 83. num. 35. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 429. num. 35.* & dixit *Rota in recent. deciſ. 306. num. 11. par. 5. & deciſ. 179. num. 17. & 18.*
5 *par. 6.* Tum quia etiam ſubſtituit cauſam piam *Card. Mantic. d. tit. 7. numer. 12. Peregrin. de fideicom. art. 28. num. 84. Menoch d. præſumpt. 83. n. 40. Gratian. diſcept. 481. num. 9. & 10. & diſcept. 815. num. 26. Fuſar. d. quæſt. 429. num. 56. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 91. poſt princ. verſ. hoc tamen fallit.*

Secundò, & hoc tollit omnem difficultatem quia dicta monialis non fuit filia Bartholomei Senioris Teſtatoris, ſed filia Barbaræ filiæ Bartholomei Iunioris vocati, & ſubſtituti, atque ideo ſub illius fideicommiſſo nullatenus comprehendebatur, ſed penitus excluſa erat ex rationibus, & fundamentis latiſſime comprobatis in dd. duabus deciſionibus huius cauſæ in
6 hac diſputatione ſupponendis.

Non obſtat nullitas ceſſionis ex defectu bene-
7 placiti Apoſtolici, quia præterquod de hoc opponere non poteſt niſi ipſummet Hoſpitale cedens, & interim ceſſio, habet implicitum ſtatum validitatis, vt dixit *Rota coram Card. Mantic. deciſ. 201. num. primo & 2. coram Card. Caualar. deciſ. 603. num. 3. apud Cenc. de Cenſib. deciſ. 206. num. 7. & in recent. deciſ. 51. num. 4. & deciſ. 82. numer. 11. par. 6.* Dùm agitur de ſola ceſſione Iurium
8 ſuper hæreditate incerta, litigioſa non adita, neque incorporata, non intrat vtique prohibitio *Extrauag. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* & ſic ceſſio ſubſtinetur etiam ſine beneplacito Apoſtolico *Abb. in cap. Tua de his, quæ fiunt à Prælat. Felyn. in cap. In præſentia numer. 57. de probat. Federic. de Sen. conſ. 9. per tot. cum Silueſtr. par. prima verb. alienatio num. 18. Quarant. in Summa Bullarum Apoſtolicarum eodem verbo alienatio num. 43. verſ. Non limita, & verſ. 12. limita Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. par. 3. alleg. 95 num. 63. Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. diſput. 3. quæſt. 9. num. 5. Caſtropal. Oper. Moral. par. 2. tit. de reuerent. debit. Eccleſ. tract. 12. diſput. vnica punct. 15. §. 3. num. 2. verſ. ſecùs verò ſi fiat, Tondut. quæſt. beneſ. par. prima quæſt. 119. num. 4. Rota apud Put. deciſ. 507. num. primo & 2. lib. 2. in correct.* Vltra quod præfatum Hoſpitale
9 vti mere laycale non tenetur ſeruare formam dictæ extrauagantis ex allegatis *in Meleunana Bonorum* 10. *Februarij* 1651. *coram R. P. D. meo Meltio* 5. *non obſtat.*

Et ità vtraque, &c.

FOROLIVIEN. LVCRI DOTALIS.

Ven. 31. *Ianuarij* 1659.

ARGVMENTVM.

Maritus quando habuit expreſſam notitiam, quod bona ſibi in dotem tradita partim erant fideicōmiſſo ſubiecta, & partim libera, ſi ſibi non prouidit ex pacto de lucro dotali, vel ſi non intrat remedium Auth. reſque non poteſt conſequi lucrum ſibi à ſtatuto delatum niſi pro rata bonorum liberorum non autem fideicommiſſorum, & quatc?

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Statutum tribuens marito pro lucro dotali tertiam partem integræ dotis ob prædeceſſum vxoris ſine filijs eſt validum.*

2 *Maritus conſtituta ſibi dote partim ex bonis liberis, & partim ex fideicommiſſo ſubiectis, ſi fideicommiſſum explicitè fuit enunciatum in Inſtrumento dotali, cenſetur dotem recepiſſe cum ſua cauſa, & qualitate; & ſic renunciaſſe lucro dotali reſpectu bonorum fideicommiſſariorum.*

3 *Lucrum dotale nunquam prætendi poteſt, niſi pro rata bonorum liberorum.*

4 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

5 *Lucrum dotale debetur marito ex bonis liberis habito reſpectu ad totam dotem etiam bonorum fideicommiſſariorum.*

6 *Declara hoc tantum procedere, quando Maritus ignorat, quod bona in dotem tradita pro parte ſubiecta ſint fideicommiſſo; ſed omnia libera aſſerantur.*

7 *Vxor, ſeù eius hæredes, tenentur de euictione pro lucro integræ dotis ſuper bonis liberis, quando bona in dotem tradita aſſerta fuerunt libera, & maritus ignorauit illa pro parte eſſe ſubiecta fideicommiſſo.*

8 *Maritus, quando intrat diſpoſitio* Auth. reſque C. comm. de leg. *poteſt ex bonis fideicommiſſarijs lucrum dotale ſibi à ſtatuto delatum deducere.*

9 *Lucrum dotale debetur marito ex bonis liberis habito reſpectu ad totam dotem, & etiam ad bona fideicommiſſaria, quando non obſtante expreſſione fideicommiſſi ſibi cauit de lucro ex pacto expreſſo in Inſtrumento.*

10 *Maritus, quando non obſtante expreſſione fideicommiſſi ſibi cauit de lucro dotali mediante pacto expreſſo non cenſetur accepiſſe bona obnoxia reſtitutioni, niſi cum dicta qualitate acquirendi lucrum.*

11 *Maritus, quando habuit expreſſam notitiam, quod pars dotis erat ſubiecta fideicommiſſo, nec intrat remedium* Auth. reſque *nec adiectum fuit pactum explicitum de lucro dotis, tunc quoad portionem bonorum fideicommiſſariorum lucrum deducere non valet, ſed proportionabiliter ad bona libera tantum.*

12 *Bona fideicommiſſi in dotem tradita, ſtante illius expreſſione, præſumuntur tranſiuiſſe in dominium mariti cum eodem onere reſtitutionis, cum quo prius erant in dominio vxoris.*

13 *Statutum diſponens lucrum dotale à viro detrahi poſſe ex quacunque re, de qua detrahitur dos, veluti ex fideicommiſſo, & re emphyteuticaria intelligitur iuxta terminos* Auth. reſque.

14 *Dos poteſt detrahi ex fideicommiſſo Aſcendentis ob non exiſtentiam bonorum liberorum ex remedio* Auth. reſquæ C Comm. de leg.

DECISIO DXCII.

ANtonia, & Portia Sorores de Fulſis 3. Nouembris 16.3. inſimul cum Paula ipſarum Amita, & Cohærede Caroli Fulſi illarum Patris ad diuiſionem bonorum hæreditariorum deuenerunt, & quælibet ſuam portionem in cauſam Dotis proprio Viro aſſignauit, nempè Antonia Petro-Paulo Albicino, & Portia Petro Franciſco Corbiceo, qui illas in omnem caſum reſtitutionis conſtante, vel diſſoluto matrimonio reſtituere promiſerunt quibus de Iure præuia enunciatiua ſubſequenter adiecta ad effectum reſtituendi Dotem maternam, quod in caſu deceſſus cuiuslibet ipſarum ſine liberis, fuerant per Carolum reciprocè ſubſtituti ſuperſtites, vel earum liberi,

Mortua Portia ſine filijs, & ſic aperto fideicommiſſo ad fauorem Antoniæ ſuperſtitis, Petrus Franciſcus illius maritus prætendebat ſuper lucrari ad formam ſtatutorum Forolivij tertiam partem integræ Dotis, ſed propoſito dubio Rota reſpondit deberi lucrum dotale pro rata tantum bonorum liberorum.

1 Etenim non fuit dubitatum de validitate Statutorum ex deductis in puncto in *Ariminen. Fructuum 26. Ianuarij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpia §. Altera verò, & 7. Ian. 1655. coram bo. me. Bichio §. non obſtat quod ſtatutum*, ſed ratio reſolutionis fuit, quia dùm conſtituta Dote partim ex bonis liberis, & partim ex fideicommiſſo ſubiectis in Inſtrumento explicitè enunciatum fuit eiuſdem fideicommiſſi onus Maritus cenſetur illam recepiſſe cum ſua cauſa, & qualitate, &

2 ſic reſpectu fideicommiſſariorum renunciaſſe lucro dotali, quod prætendi non poteſt niſi pro rata bonorum liberorum, vt tradunt *Caſtren. conſ.59.num.2.verſ.3. videndum eſt, & num.3. par. prima & conſ.43.num.3. & in fine verſ. nec maritus poteſt de illis par.2.Cephal.conſ.365. num.67 in fine*

3 *verſ. ſi verò Maritus Peregr. de fideicom. art.42. numer.102. Odd.eod.tract.quæſt.43. num.145. Gratian. diſcept.245. num.245. num.49 70. & 51. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.663. num.17. verſ. nam dum maritus, Rota coram Comitul.deciſ.45.num 23.* reddentes rationem quia dum hoc caſu præfata bona tranſierunt in Maritum cum ſua cauſa, & qualitate re-

4 ſoluto Iure mulieris datricis per eius mortem ſine filijs reſoluitur etiam Ius mariti acceptoris ad *regul.Text. in l. lex Vectigalis ff. de pignor.*

Et licet *Bald.conſ.356 lib.2.* præſupponat non

5 diſputata materia, quod lucrum debeatur marito ex bonis liberis habito reſpectu ad totam dotem etiam bonorum fideicommiſſariorum idemque tenuerint *Dec.conſ.12. num.15. vſque ad fin.lib.2. Pancirol.conſ.17. ſub num 5. verſic. quibus ſuppoſitis*, qui ſcripſerunt in cauſa Patauina contra *Cephal. vbi ſupra, & Peregrin.conſ 82. ſub numer. primo verſ. contra tamen lib. 5. de fideicom d. art.42.num.106. & deciſ.Patauin. 154.num. primo.*

Ipſorum tamen opinio recipienda videtur in

6 ſequentibus caſibus diuerſis à caſu noſtro videlicet, quando maritus ignorat, quod bona in Dotem tradita pro parte ſubiecta ſint fideicommiſſo; ſed omnia libera aſſeruntur, quo caſu Vxor, ſeù eius Hæredes tenentur de euictione pro lucro integræ dotis ſuper eius bonis liberis,

7 vt declarat idem *Bald.conſ.468.*& ſequuntur *Alex. conſ. 176. num.9. lib.2. Roland. à Vall. de lucr. dot. quæſt 58. num. primo & per tot. Phanucc. eod. tract. gloſſ.10.num.70.Odd. de fideicomm.d.quæſt.43.n.145* optimè *Cephal. d. conſ. 365. ſub dicto 67. verſ. ſed vbi non interuenit*, aut quando intrat diſpoſitio

8 *Auth. Res quæ C. comm. de leg.* ex quo agitur de fideicommiſſo aſcendentis, & non adſunt bona libera; Tunc enim ſicut ex legis permiſſione legitimè filia de eis dotem ſibi conſtituit, ita pari modo legitimè maritus poteſt ex eiſdem lucrum à ſtatuto delatum ſibi deducere, vt notat *Bald. in d. Auth ſub numer. 14. verſ. vel dic contra Aym.conſ.186 num.4. Cæphal. dicto conſ.365. dicto num. 67. verſ. & idem quando bona Panzirol. dicto conſ.17. num.11. Rota in recent. deciſ.209. numer.2. par.2. & coram Comitul.d. deciſ.45. num.25. & 26.*

vc.

Digitized by Google

9 vel demum quando non obſtante expreſſione fi-
deicommiſſi maritus ſibi cauit de lucro median-
10 te pacto expreſſo , nam hoc caſu non cenſetur
acceptaſſe bona obnoxia reſtitutioni , niſi cum
dicta qualitate acquirendi lucrum , vt optimè
tradit *Odd. d. quaſt.* 43. *num.* 14. *cum ſeqq.* & di-
xit Rota *coram Coccino deciſ.* 43. *ſub num.* 3. *&* 4.
& deciſ. 213. *num.* 1. *verſ. quia ideo D. Franciſcus*,
ac in his terminis loquuntur , & ſuper hoc pacto
maiorem vim faciunt *Dec. d. conſ.* 12. *num.* 9. *&*
29. *lib.* 2. *& Pancirol. d. conſ.* 17. *num.* & his duo-
bus caſibus intrat ratio , quod maritus ſciuerit
Ius ſuum ſaluum eſſe.

Alias autem quando maritus, vt hic, expreſſam
11 notitiã habuit, quod pars dotis ſubiecta eſt fi-
deicommiſſo , & non intrat remedium *Auth. res
qua* , ex quo adſunt bona libera , nec adiectum
fuit pactum explicitum de lucro Dotis , tunc
quoad portionem bonorum fideicommiſſario-
rum lucrum deducere non valet , ſed proportio-
nabiliter ab bona libera tantum, vt probant om-
nes auctoritates ſuperius allegatæ.

Nec vrget , quod Dominium dotis etiam reſ-
12 pectu bonorum fideicommiſſi tranſiuit in virum
quia ſtante eius expreſſione tranſiuiſſe præſumi-
tur cum ſuo onere , cum quo eadem bona prius
erant in Dominio vxoris ad *Text. in l. mulier bo-
na* 73. *ff. de Iur. Dot.* Rota *coram Buratt. dec.* 254.
numer. 2. *&* 3. *& in Romana Caſalis Aguzzani* 27.
Aprilis 1644. *coram* Reuerendiſſ. *D. Terracinen.* 5.
Præterea , *&* 26. *Nouembris* 1649. *coram bon. mem.
Dunozetto apud Merlin. de legitim. deciſ.* 199. *nu.* 19.

Prout nec obſtat , quod ſtatutum litteraliter
13 diſponat lucrum à viro detrahi poſſe de qua-
cunque re, de qua detrahitur Dos veluti de fidei-
commiſſo , & re emphyteutica , quia intelligi-
tur iuxta terminos *Auth. res qua* , nempè quoties
14 mulier ob non exiſtentiam bonorum liberorum
detrahere poteſt Dotem ex fideicommiſſo aſcen-
dentis , quod caſui noſtro non congruit ex de-
ductis.

Et itã vtraque &c.

CALAGVRITANA DECIMARVM S. ASCENTII ET DAVALILLO.

Veneris 7. Februarij 1659.

ARGVMENTVM.

Tranſactio inter Eccleſiam Parochialem , & Monaſterium ſuper decimis inita , quando dumtaxat ſuſtineatur , quoad bona præſentia , non autem quoad bona poſt tranſactionem acquiſita , & an ex communicatione omnium priuilegiorum , & exemptionum alicui Monaſterio competentium , generaliter facta cenſeatur etiam communicata exemptio à decimis ? Priuilegium ab exemptione decimarum conceſſum , quando tractu temporis incipit eſſe damnoſum , & infert enorme præiudicium Eccleſiæ cui decimæ debentur , ipſo iure inficitur , & reuocatur , & ad ſubſtinendam tranſactionem quæ requirantur ?

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium exemptionis à ſolutione decimarum comprahendit dumtaxat bona præſentia, non autem in futurum acquirenda , niſi de ipſis clarè mentio fiat in verbis ipſius priuilegij.*

2 *Priuilegium exemptionum à ſolutione decimarum ſi incipit eſſe damnoſum , & infert enorme præiudicium Eccleſiæ , cui decima debentur , ipſo iure inficitur , & reuocatur.*

3 *Priuilegia omnia alicui Monaſterio competentia , licet generaliter fuerint à Pontifice alteri communicata , ſi nulla fuit facta mentio de decimis nec derogatur* Cap. Nuper de decimis *ſub ipſa verborum generalitate non cenſetur communicata exemptio à ſolutione decimarum.*

4 *Exemptio à ſolutione decimarum concedi non ſolet à* Sede *Apoſtolica niſi cum maxima difficultate.*

5 *Tranſactio vt ſuſtineatur, ſatis eſt , quod ante eius celebrationem adeſſet pro ea opinio Rota , quamvis poſtea ab illa opinione receſſerit.*

6 *Priuilegia omnia alicui competentia , licet generaliter fuerint alteri communicata , non cenſetur ſub ipſa generalitate verborum , conceſſa exemptio à decimis , nec derogatum* cap. nuper *quæ concedi non ſolent niſi cum maxima difficultate.*

7 *Tranſactio , qua vnico , & momentaneo actu perficitur , & terminatur , ſuſtineri debet quando ante eius celebrationem aderat pro ea opinio Rota , quamuis poſtea ab illa opinione receſſum fuerit.*

8 *Secus autem quando tranſactio habet tractum ſucceſſiuum , tunc enim quoad futura non ſuſtinetur, poſtquam Rota mutauit ſententiam , & agnouit primam opinionem de iure non ſubſiſtere.*

9 *Tranſactio quando habet tractum ſucceſſiuum , tot cenſentur tranſactiones , quot ſunt anni , & propterea ad conſiderandam læſionem in quolibet anno eius tempus , & grauamen attenditur.*

10 *Tranſactio licet ante illius celebrationem adeſſet pro ea opinio Rota , ſi poſtea ab illa opinione Rota receſſerit , non ſuſtinetur , nec minus pro terminis decurſis durante prima opinione , dum non erant exequutioni demandati.*

11 *Læſio conſideratur de tempore celebrationis contractus , quando ille perficitur vnico momento , nec habet tractum ſucceſſiuum.*

12 *Secus autem ſi contractus habet tractum ſucceſſiuum, vel eſt explendum aliquid de futuro , aut partes ad futurum ſpecialiter etiam reſpexerunt.*

13 *Læſio vt conſideretur in tranſactione attenditur æquè principaliter tempus futurum , quando illa habet tractum ſucceſſiuum , vel eſt explendum aliquid de futuro.*

14 *Obſeruantia vt ſuffragetur ad ſuſtinendam tranſactionem debet eſſe quoad omnia vniformis continuata , & ſucceſſiua , alias non attenditur.*

15 *Amplia præſertim quando concurrit defectus cauſa tranſigendi , & enorme damnum Eccleſiæ tranſigentis.*

DECISIO DXCIII.

FVerat coram me reſolutum 26. Iunij anni præteriti tranſactionem celebratam anno 1437 à Parochis , & Beneficiatis S. Aſcenſij loci de Daualillo cum Monaſterio Sanctæ Mariæ de Eſtrella fuiſſe validam . Verum hodie repropoſita cauſa, cum plura in contrarium deducerentur, Domini reſtringentes totam hanc materiam declararunt reſolutionem quoad Decimas bonorum præſentium , non autem quoad alias bonorum futurorum ſubſiſtere , quia reſpectu bonorum præſentium , nempè donatorum ab Epiſcopis Calaguritano , & Burgen. ſeu , Calciaten. Monaſterio S. Michaelis de la Morquera tranſlato ad Monaſterium de Eſtrella , ac aliorum ab eodem Monaſterio de la Morquera iuſte acquiſitorum, quæ proprijs manibus , vel ſumptibus excolunt concurrit priuilegium Benedicti XIII. relatum in 1. *deciſ.* 5. *qua quidem* , & plenius in præſenti *Summ. Beneficiatorum num.* 7. vna cum benepla-

cito Apoſtolico nempe confirmatione ad inſtantiam Monachorum conceſſa per paulum II. *eod. Summ. num.* 17. ex quibus in hac parte valida rémanet tranſactio ex plene allegatis in deciſione.

Reſpectu verò bonorum futurorum, quæ poſt
1 d. priuilegium Monaſterium de Eſtrella in maxima quantitate acquiſiuit animaduertebant Domini nec Priuilegium Benedicti XIII. nec confirmationem Pauli II. aliquam facere mentionem de bonis futuris, ſed ſolum loqui de præſentibus, Ideò futura non comprehendere in verbis claré (vt requiritur) non expreſſa ad *text. in cap. per exemptionem de priuil. in 6. Rota in Auguſtana Decimarum 28. Martij 1631. coram Card. Vbaldo apud Tamburin. de Iur. Abbat: deciſ.* 102. *num.* 3. *cum alijs allegatis in Cracouien. Decimarum 6. Februarij 1645. coram bo. me. Bichio §. neque abſtant Priuilegia.*

Non obſtante quod Martinus V. anno 1427. cõceſſerit Monaſterio de Eſtrella communicationem omnium Priuilegiorum quomodolibet cõpetentium Monaſterio de Monte Marta Ordinis S. Hieronymi, & generaliter eidem Ordini ac quibuſcunque alijs illius Monaſterijs ideoque potiri debeat alio Priuilegio ab eodem Benedicto XIII. conceſſo Monaſterio Beatæ Mariæ de Eſpeſa eiuſdem Ordinis, quod exemptionem illi concedit à ſolutione Decimarum, & primitiarum nedum bonorum præſentium, ſed etiam futurorum.

Primo quia cum Monaſterium de Eſtrella erectum in ſumma paupertate *d. Summ. num.* 26. & 27. ab inde citra poſt priuilegia ditiſſimum euaſerit, vt patet tam ex notula bonorum, quæ fuerunt ſeminata *anno* 1632. *eodem Summ. numer.* 31. quam ex Teſtibus de omnibus eius deponentibus, quæ prius erant decimabilia *num.* 28. & 29. exemptio exinde deducta nullatenus ſuffragari poteſt, quia ſi Priuilegium exemptiuum incipit
2 eſſe damnoſum, & Eccleſiæ, cui Decimæ debentur enorme inferre præiudicium, ipſo Iure inficitur, & reuocatur, vt clariſſimè diſponitur in *vulg. cap. ſuggeſtum 9. de Decim. ibique gloſſ. in figuratione caſus in fin. verſ. Item ſi priuilegium, & in verb. Priuilegia pariter in fine verſ. Item ſi priuil. in verb. priuilegia pariter in fin. verſ. Item cum enorme, & in cap. quid per nouale verb. magnos verſ ſi enim priuilegium de verb. ſignific. Rebuff. de Decim. quæſt. 14. num. 55. Monet. eod. tract. cap. 4. quæſt. 3. num. 62. verſ. intelligendum enim eſt Rota Cracouien. Decimarum 31. Ianuarij* 1650. *coram R. P. D. meo Veraſpio §. Quia præterquam.*

Secundo quia in priuilegio communicatiuo
3 Martini nulla fit mentio decimarum nec derogatur *cap. nuper de decim.* ſed ſolum communicantur omnes, & ſingulæ gratiæ libertates, exemptiones, priuilegia immunitates, & indulta Monaſterio de Monte Marta Ordinis S. Hieronymi, eidemque Ordini, & quibuſlibet illius Monaſterijs conceſſa *d. Summ. num.* 12. Ideo ſub hac generalitate verborum non cenſetur communicata exemptio à ſolutione Decimarum, nec derogatum *cap. nuper* cum à Sede Apoſtolica
4 concedi non ſoleant, niſi cum maxima difficultate, vt aduerſus eundem met Ordinem S. Hieronymi reſpondit *Rota in Valentina Decimarum 28 Nouembris* 1603. *coram Lancellott. apud Marchesan. de commiſſ. part. 1. fol. 639. num. 1. 2. & per tot. repetita in recent. deciſ. 40. par. 4. & apud Tamburin. de Iur. Abbat. deciſ.* 89. quam reſolutionem captam fuiſſe nemine Dominorum diſcrepante refert *bon. memor. Coccin. in lib. 2. ſuarum annotationum ad deciſion.* 86. quæ apud me habentur manuſcriptæ, & *in Carthaginen. Decimarum 24. Martij 1604. coram Penia inter impreſſas Lugduni deciſ. 1090. num. 12. vſque ad fin.* in qua receditur ab alia præcedenti *deciſ.* 764. & contra Moniales Sancti Pauli Ciuitatis Toletanæ eiuſdem Ordinis Sancti Hieronymi in *Toletana Decimarum 18. Ianuarij 1650. coram Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopo Tarracanen. §. Aut dicta Moniales,* & generaliter contra alios Religioſos *coram bo. me. Coccina deciſ 279. num. 3. & 4. in recent. deciſ. 204. ſub num. 5. part. 2. coram Card. Caual. deciſ. 247. num 10. apud Tamburin. de Iur. Abbat. tom deciſ. 95. num. 2. & 3. in Hiſpalen. Decimarum 25. Iunij 1649. coram bon. me. Bichio §. penult. & in Cæſaraugustana Decimarum 12. Decembris 1650. coram R. P. D. meo Meltio §. quod autem.*

Nec obſtat, quod ad effectum ſuſtinendi tranſactionem ſatisfit, quod Rota ante eius celebrationem contrarium dixerit, nempe quod per generalem communicationem Priuilegiorũ, ſine derogatione *cap. nuper* cenſeretur etiam communicata exemptio à ſolutione Decimarum quamuis deinde ab hac opinione receſſerit, vt fuit reſolutum *in Romana de Mongellinis 30. Ianuarij 1645. coram Eminentiſſimo D. Card. Ottobona inter eius impreſſas deciſ. 25. num. 12. & in Romana Donationis 29. Aprilis 1652. coram Reuerendiſſ. Tarraconen. §. nec quicquam.*

Tum quia *deciſio Pænia 764.* à ſcribentibus pro Monaſterio ad hunc effectum ſolum allegata, à qua ſucceſſiuè Rota receſſit in *d. deciſ.* 1090. vſq; adhuc ſemper comprobata, non emanauit (vt erroneè ijdem aſſerebant) ante controuerſam tranſactionem initam anno 1437. ſed longe poſtea per annos 160. & vltra, nempè anno 1599. & ſic non applicantur d. deciſiones, nam in *Romana de Mongellis* ante tranſactionem præceſ-
5 ſerat in cauſa *deciſio coram Reuerendiſſ. D. Compoſtellano 14. Ianuarij 1636. & in Romana Donationis deciſ. Burutti 924.*

Tum quia eadem deciſio Pęniæ non loquitur de generali, ſed de ſpeciali communicatione certi priuilegij *à ſan. mem. Sixto V.* conceſſi pro exemptione à ſolutione Decimarum cũm expreſſa derogatione *cap. nuper* vnde ibidem *ſub nu.* 8. Rota dixit, quod communicando dictum ſpeciale priuilegium ab ipſomet conceſſum non videbatur dubitandum an talis communicatio ſuffragaretur, & operaretur derogationem *cap. nuper*. In caſu autem noſtro non communicatur in ſpecie aliquod priuilegium particulare exemptiuum à Decimis, ſed ſolum generaliter indulta, & Priuilegia, vnde certum eſt, quod non cenſe-
6 tur ſub generalitate verborum conceſſa exemptio à decimis Eccleſiæ Parochiali præiudicialis nec derogatum, *cap. nuper*, quæ concedi non ſolent niſi cum maxima difficultate, vt tradit *Io. Andr. in cap. dudum ſub num. 5. verſ. Ratio diuerſitatis hæc eſt de Priuileg. allegatus in prædictis deciſionibus.*

Tum Demum quia id poſſet habere locum in
7 tranſactione, quæ vnico, & momentaneo actu perficitur, ac terminatur, in quibus terminis loquitur *dicta deciſ. Romana de Mongellinis, & Romana Donationis*, ſecus autem quando habet, pro-
8 ut hic, tractum ſucceſſiuum, & affert maximum

præ-

præiudicium Eccleſiæ, & ſucceſſoribus. quia
tunc non ſubſtinetur quoad futura poſtquam
Rota mutauit ſententiam, & agnouit primam
opinionem de Iure non ſubſiſtere, cum enim
9 non ſit vnica obligatio ſoluendi, ſed plures, &
ſucceſſiue pro quolibet anno, in ſingulo dicitur
grauamen illarum, & tot cenſentur tranſactio-
nem quot ſunt anni, & propterea in quolibet
anno eius tempus, & grauamen attenditur, vt in
terminis tranſactionis, & ſententiæ reſpondit
*Rota coram Martin. Andr. deciſ. 48. num. 13. verſ.
ad ſecundum principale, & numer. 14. ac deciſ. 70.
num. 3. & 4.* vbi in fortioribus firmat tranſa-
10 ctionem nec minus ſubſtineri pro terminis de-
curſis durante prima opinione, dum non erant
exequutioni demandari, neque ſoluti; vbicum-
11 que enim contractus perficitur vnico momento,
& non habet tractum ſucceſſiuum læſio conſide-
ratur ſolum inſpecto tempore eius celebrationis,
12 ſed ſi habet tractum ſucceſſiuum, vel eſt explen-
dum aliquid de futuro aut Partes ad futurum
ſpecialiter etiam reſpexerunt, tunc pro iudican-
13 da læſione attenditur etiam æquè principaliter
tempus futurum, vt diſtinguendo tradit *Bart. in
l. inter ſtipulantem 83. §. Sacram num. 5. ff. de verb.
oblig. Natt. conſ. 548. num. 36. Rota coram Martin.
Andr. d. dec. 48. num. 14. verſ. vbi quod etiam repe-
tita in recent. dec. 730. ſub num. 8. part. 3.*

Nec ſubſiſtit adducta obſeruantia annorum
200. quia ex teſtibus Beneficiatorum, & ex par-
titis librorum Taſmiæ conſtat de obſeruantia
difformi; Teſtes enim aliqui probant continua-
tam ſolutionem Primitiarum *d. Summ. num. 6.*
alij integram ſolutionem Decimarum fructuum
minutorum *num. 22.* & alij ſolutionem Decima-
rum bonorum Villaricchæ *num. 23.* Partitæ verò
librorum computant pari modo ſolutionem De-
cimarum fructuum minutorum *num 24.* & tamen
in controuerſa tranſactione *cap. 1. 3. & 4.* inte-
grè leguntur remiſſæ, & condonatæ Primitiæ,
ac Decimæ fructuum minutorum, & Bonorum
Villaricchæ præſentium, & futurorum eodem
14 *Summ. num. 3.* obſeruantia enim vt ſuffragetur,
debet eſſe quoad omnia vniformis continuata,
& ſucceſſiua alias non attenditur, *Mareſc. var.
reſol. lib. 1. cap. 13. num. 15. Rota in rec. deciſ. 202.
num. 8. & 9. part. 4. tom. 2. coram Eminentiſſimo
D. Otthobono deciſ. 159 nu. 11. & deciſ. 220. num.
23. & in Cracouien Decimarum 20. Martij 1651. cor.*
R *P. D. meo Veroſpia §. neque ſubſiſtit,* Certius quan-
15 do concurrit (vt hic) defectus cauſæ tranſigen-
di & enorme damnum Eccleſię *Rota coram bo. me.
Merlino deciſ. 887. num. 27. In Nouarien. Bonorum
1. Iulij 1644. coram bo. me. Dunozetto, & in alijs
relatis per Add. ad deciſ. 12. num. 15. & 23. par. 3.
recent.*

Et ità vtraque. &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Ven. 7. Februarij 1659.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio rei magni valoris facta creditori pro exiguo credito, & abſque citatione eſt reuocanda, & in ea venit debitor manutenendus, qui ſe non habuit pro ſpoliato, & qualiter defectus citationis, & exceſſus dicatur ſufficienter probatus, & an detur retentio creditori pro alijs creditis diuerſis ab eo, pro quo emanauit adiudicatio?

SVMMARIVM.

1 *Adiudicatio quando reſpectu vnius eſt nulla corruit in totum etiam fauore aliarum pro in diuiſa poſſidentium propter connexitatem intereſſe, & indiuiduitatem Iudicij.*

2 *Clauſula Conſtituti non poteſt refelli exceptione incertitudinis, quando fuit generaliter appoſita ſuper omnibus bonis conſtituentis præſentibus, & futuris, cum ſaltem reſpectu vniuerſi illius Patrimonij dicatur certa.*

3 *Teſtis etiam vnicus ſufficit ad effectum obtinendæ manutentionis.*

4 *Vxor poſſidens bona viri defuncti non iure familiaritatis, ſed iure proprio poſſidere dicitur ratione ſui crediti dotalis, ſeu vſufructus ab eius viro relicti.*

5 *Poſſeſſor dum non poſſidet iure dominij licet non poſſit impedire viam executiuam Creditoribus, debet tamen in quolibet actu legitimè citari.*

6 *Adiudicatio dicitur exceſſiua, & non ſuſtinetur, dum res magni valoris fuit adiudicata creditori pro exiguo credito.*

7 *Adiudicatio tunc ſolum dicitur exceſſiua, quando exceſſus committitur ex eo quod fuit facta executio pro plus debito, non autem quando executio fit de re maioris valoris.*

8 *Declara hoc tantum admitti in ſubbaſtatione, & deliberatione facta ad fauorem tertij, qui inſtam pretiam depoſuit, vt ſatisfacto creditore reſiduum reſtituatur.*

9 *Secus autem in adiudicatione facta de prædio magni valoris ad fauorem ipſius met Creditoris agentis pro eius dumtaxat modico credito.*

10 *Subbaſtatio facta de prædio magni valoris ad fauorem ipſius met creditoris agentis pro modico credito tanquam continens enormiſſimam læſionem dicitur dolo, & mala fide extorta, & nullo modo ſuſtinetur.*

11 *Iudex ſatis eſt, quod ex iuribus coram ipſo productis, & ex ipſomet inſtramento exequationis dignoſcere potuerit valorem rei exequutæ, ad hoc vt adiudicatio Prædij magni valoris facta creditori pro exiguo credito ſuſtineri non poſſit.*

12 *Scientia Iudicis circa valorem prædij adiudicati poteſt etiam ex nouis comprobari ad effectum reuocandi adiudicationem prædij magni valoris factam creditori pro exigua credito.*

13 *Retentio non datur creditori pro alijs creditis diuerſis ab ea pro quo emanauit adiudicatio.*

14 *Amplia præſertim quando concurrit nullitas adiudicationis ob defectum citationis.*

DECISIO DXCIV.

EX defectu legitimæ citationis, & ex quo pro modico credito ſcutorum 300. adiudicatum fuit Ciambutlanis Creditoribus prędium valoris ſcutor. 7000. & vltra ſub die 1. Iulij proximi præteriti Rota reſpondit dandum eſſe mandatum de manutenendo Claræ Caſtellæ, & Petro Antonio Mazzitello eius filio, qui non habuerunt ſe pro ſpoliatis, & ex ijſdem fundamentis Domini hodie ſteterunt in deciſis.

Subſiſtit enim defectus citationis, quia citatus fuit ſolus Anaſtaſius filotius vti illorum Procuraror, & Dominus litis effectus, & tamen quicquid ſit an reſpectu Petri Antonij ex nouiter deductis iuſtificetur eius mandatum ſaltem præſumptum, certum, & indubitarum eſt, quod reſpectu Claræ nullum mandatum habebat, nec expreſſum, nec præſumptum. Cumque propte-
1 rea eius reſpectu nullitas adiudicationis indubi-
tata

Digitized by Google

tata ſit, & incontrouertibilis corruit in totum
etiam fauore Mazzitelli pro indiuiſo poſſidentis
propter connexitatem intereſſe, & indiuiduita-
tem Iudicij, vt præter auctoritates allegatas in
prima deciſione reſpondit Rota *in recent. dec. 594.*
num. 2. par. 4. apud Paſtb. de manut. deciſ. 44. nu.
4. deciſ. 192. num. 3. coram Duran. deciſ. 37. nu. 9.
& in Bonon. fideicommiſſi de Bargellinis 24. Nouem-
bris 1651. coram bo. me. Bichio §. neque vrget circa
finem, verſ. Nam alioquin.

Communis autem poſſeſſio Claræ in dubium
reuocari non poteſt, quia iuſtificatur primo ex
2 clauſula conſtituti in eius Inſtrumento dotali
adiecta, quæ refelli nequit exceptione incertitu-
dinis, dum non fuit appoſita ſuper aliqua re
particulari incerta, ſed generaliter ſuper omni-
bus bonis præſentibus, & futuris eius Viri, quod
ſufficit, vt ſaltem reſpectu vniuerſi illius Patri-
monij conſtitutum dicatur certum, vt optimè
diſtinguendo reſpondit Rota *in Bituntina Cenſus*
27. Nouembris 1645. coram Eminentiſſimo D. Card.
Corrado Prodatario §. Nam obiectum.

Secundo ex Teſtibus pro hac parte ad perpe-
tuam rei memoriam, & ex alijs pro Ciamburla-
nis formiter examinatis præterito *Summ. Claræ,*
& Conſortis num. 2. & 3. quorum etiam vnicus
3 ſufficit ad effectum obtinendæ manutentionis,
vt dixit Rota *in Romana Vineæ de Capocephalis 26.*
Ianuarij 1629. & 14. Iunij 1630. coram bo. mem.
Danozetto apud Paſtb. de manut. deciſ. 248. & dec.
280. vtrobique num. 1.

Neque huiuſmodi poſſeſſio referri valet ad
4 ſimplicem adminiſtrationem, vel ad ſolum Ius
familiaritatis, dum Clara habebat titulum poſ-
ſidendi Iure proprio nedum ratione ſui crediti
dotalis, ſed etiam ex vſufructu ab eius Viro re-
licto ex latè probatis per eundem *Modern. Paſtb.*
5 *obſeru. 54. num. 22. & 23.* Et licet vti non poſſi-
dens Iure Dominij non potuiſſet impedire viam
exequutiuam Ciamburlanis competentem, de-
bebat tamen in quolibet actu legitimè citari, vt
reſpondit Rota *apud eundem deciſ. 153. num. 2. &*
in Romana Pecuniaria 12. Decembris 1653. coram
R. P. D. meo Albergato.

Euidens pariter eſt exceſſus, dùm pro modico
6 credito ſc. 300. adiudicatum fuit prædium valoris
ſc. 7000. contra Claram diſpoſitionem *Text. in l.*
magis puto §. non paſſim in fine, verſ. aut ſi diſtrahen-
dum ff. de reb. cor. Neque applicatur reſponſio,
7 quod ille exceſſus attendatur qui committitur
ex eo, quod fiat exequutio pro plus debito, non
autem ille, vt hic, qui fit de re maioris valoris.
8 Poteſt enim admitti in ſubhaſtatione, & delibe-
ratione facta ad fauorem Tertij, qui iuſtum pre-
tium depoſuit, vt ſatisfacto Creditore reſiduum
reſtituatur, in quibus terminis loquitur Rota *co-*
ram bo. me. Coccino d. dec. 136. num. 7. coram Bu-
ratt. deciſ. 49. num. 13. in Ariminen. manutentionis
1. Iulij 1647. §. Pariter neque ſubſiſtit coram Reue-
rendiſſimo Terracinen. & in alijs allegatis pro Ciam-
9 *burlanis.* Secus autem in adiudicatione facta de
prædio magni valoris ad fauorem ipſiuſmet Cre-
10 ditoris agentis pro eius duntaxat modico credi-
to. Iſta enim dum continent enormiſſimam læ-
ſionem, vt hic, dicitur dolo, & mala fide extor-
ta, & nullo prorſus modo ſubſtinetur, ex dedu-
ctis *in Romana Cenſuum 16. Martij 1646. coram Re-*
uerendiſſimo Archiepiſcopo Terracinen. per totam. &
ſignanter ſub §. quibus ſtantibus.

Nec ſubſiſtit quod Iudici non innotuerit exi-
guus valor d. prædij, quia ſufficit, quod ex Iuri-
11 bus coram ipſo productis, & ex ipſomet Inſtru-
mento eius exequutionis dignoſcere potuerit il-
lius æſtimationem, quæ ex ijs latè probatur, &
12 validè poteſt etiam ex nouis comprobari, vt latè
fuit reſponſum *in Romana retentionis Domorum 23.*
Ianuarij 1649. coram R. P. D. meo Veroſpio §. nec
obſtat.

Demum non obſtat, quod Ciamburlani de-
clarauerint velle recipere, & retinere dictum
prædium etiam in ſatisfactionem aliorum credi-
torum vſque ad alia ſcuta 4180. aſcendentium.
Quia præter quod, huiuſmodi aſſerta credita
valde controuertuntur, nec adæquant iuſtum
prædij valorem placuit reſpõſio deciſionis, quod
13 non conceditur retentio pro creditis diuerſis ab
eo, pro quo emanauit adiudicatio vt ſequendo
diſtinctionem *Bart. in l. ſi non ſortem §. ſi centum nu.*
3. ff. de condit indeb. reſpondit Rota *coram Card. Ca-*
ualer. deciſ. 539. num. 4. & deciſ. 543. num. 3. &
4. ac in alijs ibi allegatis in fine præſertim quando
14 concurrit nullitas ob defectum citationis, *Paſtb.*
de ſubhaſt. inſpect. 62. num. 10. & 11.

Et ità vtraque &c.

ASTORICEN. PAROCHIALIS DE RVBIANA.

Lunæ 10. Februarij 1659.

A R G V M E N T V M.

Abſolutio quando ſit concedenda perenti ex ſtylo
Rotæ poſt relaxatam aggrauatoriam?

S V M M A R I V M.

1 *Abſolutio aduerſus aggrauatoriam eſt concedenda petenti, facta per ipſum oblatione, & depoſito pro reficiendis expenſis facta liquidatione, poſt quam altera pars in termino illi præfixo ad illas liquidandum illarum liquidationem neglexit.*

2 *Notarij fides non probat aliquem ex actis abſtuliſſe ſcripturas, cum hæc materia ſapiat delictum, & ipſe poſſit huiuſmodi atteſtationem facere ad ſui exonerationem.*

3 *Notarius ipſe tenetur, ſi ſcripturæ authenticæ deperduntur.*

D E C I S I O DXCV.

NOn couſtare de ſufficienti paritione ſed dan-
dam eſſe aggrauatoriam Rota bis coram me
decreuit ſub *diebus 30. Aprilis 1657. & 10. Ianua-*
rij 1658. ex eo ſolum quia Michael Delgadus nõ
refecerat expenſas factas occaſione attentatorũ,
quæ ipſe commiſerat in ſpretum inhibitionis ro
talis, & ad quarum refectionem fuerat per Ro-
tam condemnatus.

Verum impetrata ſpeciali commiſſione præfi-
1 xionis termini Franciſco Romero Colliti ganti
ad illas liquidandas *Summ. num. 1.* illaque in actis
iudicialiter exhibita, & præfixo 29. Aprilis
1658. termino ſex menſium *num. 2.* Cum Fran-
ciſcus huiuſmodi liquidationem non curauerit,
ideò illis elapſis Michael reiterata oblatiõne de
reficiendo dictas expenſas quando fuerint liqui-
datæ, & depoſitis 20. regalibus *num. 10.* abſo-
lutionem perijt, quam ipſi concedendam eſſe
hodie Rota reſpondit iuxtà ſtylum, de quo in
prima deciſione huius cauſæ *coram me §. Reſpecta*
verò.

Non obſtat, quod expenſæ factæ in Curia li-
quidatione non egeant, quodque pro alijs oc-
caſione recurſuũ iam Romerus obtinuit relaxari
mandatum.

Quoniam quoad expenſas Regeſti, & expedi-
tionum, ac ſimilium, quæ viuæ appellantur, &
con-

concernentes attentata, de quibus agitur, cen-
ſuerunt Domini eas eſſe integro renciendas ante
abſolutionem.

Quoutro ad eas, pro quibus ſuit relaxatũ, mã-
datũ cũ nõ pertineant ad articulum attentatorũ,
ſed ad recurſus ad Laicos illarum prætextu inpe-
dirẽ non valet abſolutio modo petita licet Agen-
tes pro Delgado ad tollendas omnes difficulta-
tes etiam illarum ſolutionem offerant facta per
Collitigantem valida obligatione hic in Curia
de illas reſtituendo qatenus in partibus fuerint
perſolutæ.

Nec ſubſiſtit, quod Delgadus ex Proceſſu de
partibus abſtulerit ſcripturas concernentes con-
trouerſam liquidationem, quiâ hoc non proba-
1 tur ex ſimplici fide Notarij, præſertim in hac
materia, quæ ſapit delictum, & ipſe potuit huiuſ-
2 modi atteſtationem facere ad ſui exoneratiõe,
nam ſi ſcripturæ authenticæ deperdũtur, ipſe
Notarius tenetur, conſiderata etiam inuerſimi-
litudine, quod ſub eadem *die 29. Aprilij* 1658.
quâ fuit in Curia præfixus terminus ad liquidan-
dum ablatæ fuerint in partibus ſcripturæ tan-
gentes dictam liquidationem.

Et ita vtraque.

BONONIEN. BONORVM DE GRAFFIIS.

Lunæ 17. Martij 1659.

ARGVMENTVM:

Fideicommiſſarius an, & quando dicatur legiti-
mus contradictor ad impediendam immiſſionem
hæredi ſcripto in teſtamento, & quando ſuſti-
neatur tanquam valida poſſeſſio bonorum hære-
ditariorũ capta deputato Curatore hereditati ia-
centi, licet hæres adeſſet.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ſatis eſt quod aliquid reſtituat fideicommiſ-
ſario, vt cenſeatur integrum reſtituiſſe fideicom-
miſſum.*

2 *Hæres vt cenſeatur fideicommiſſum reſtituiſſe, ſa-
tis eſt, quod facto, & re ipſa patiatur fideicom-
miſſarium poſſidere.*

3 *Traditionis vim obtinet patientia.*

4 *Fideicommiſſarius ſi pro reintegratione bonorum
fideicommiſſi alienatarum recepit ab hærede gra-
uati prædium liberum, illud prædium ex quadam
tacita permutatione, ſubrogatum videtur in lo-
cum fideicommiſſi.*

5 *Fideicommiſſi reſtitutio ſufficienter facta dicitur, ſi
fideicommiſſarius loco bonorum fideicommiſſi alie-
natorum recepit bona libera ab hærede grauati.*

6 *Fideicommiſſarius cui facta eſt reſtitutio ſiue realis,
ſiue verbalis, expreſſa, ſeu tacita, eſt legitimus
contradictor aduerſus hæredem.*

7 *Poſſeſſio fideicommiſſerij ne dicatur vitioſa ſufficit,
quod fuerit capta de mandato Iudicis, Citato cu-
ratore deputato hæreditati, non inuento hærede,
facta illius perquiſitione.*

8 *Hæres qui ſciente, & patiente, fideicommiſſario
poſſeſſionem obtinuit, ſi poſtea agit, vt ſibi ea-
dem bona reſtituantur contra factum proprium
venire dicitur.*

9 *Veniens contra factum proprium venit repellendus
à limine Iudicij.*

10 *Fideicommiſſarius agens aduerſus alium fideicom-
miſſarium debet agere tantum in petitorio, &
via ordinaria.*

DECISIO DXCVI.

Decisum fuerat 13. *Iunij* 1657. non eſſe reuo-
candam Immiſſionem in partibus conceſſam,
& ab A. C. confirmatam Cæſari de Graſijs tan-
quam hæredi teſtamentario quondam Lactantij,
quiâ Scipio prætendens controuerſa bona ex fi-
deicomiſſis Petri Antonij, & Archangeli non
erat legitimus contradictor.

Verum ex facto hodie melius dilucidato re-
ceſſum fuit à deciſis, ex Inſtrumento enim inte-
grè relato *in hodierna Summaria Scipionis num. 3.*
apparet, quod *die 23. Maij* 1651. poſtquam Sci-
pio aſſequutus fuerat poſſeſſionem bonorum fi-
deicommiſſariorum, de quibus agitur, 4. *Martij
antecedentis* deputato Curatore hæreditati Lactã-
tij, Cæſar exhibito deinde illius Teſtamento cum
Scipione tranſegit, vbi præmiſſa narratiua con-
tentorum in alia præcedenti tranſactione ſuper
ijſdem fideicommiſſis inita *anno* 1632. inter La-
ctantium eius Auctorem, & eundem Scipionem
cum ſpecifica deſcriptione pecuniarum, & bono-
rum illis ſubiectorum, quæ ibi fuerant Lactan-
tio aſſignata ſub onere reſtitutionis Scipioni fa-
ciendæ, quatenus ipſe Lactantius (vti euenit) ſi-
ne filijs decederet narratoque quod defuncto La-
ctantio, prætendens Scipio fideicommiſſa ad ſui
fauorem purificata adeptus fuit actualem poſſeſ-
ſionem eorundem met Bonorum in tranſactione
illi aſſignatorum. Cumque vlterius compertum
fuerit, quod Lactantius viuens nonulla ex eis
alienauerat ſiuè francauerat vſque ad ſummam
librarum 5630. Cæſar hæreditario nomine ipſius
non impugnando poſſeſſionem vt ſupra à Scipio-
ne captam eidem aſſignauit, & inſolutum de-
dit quoddam Prædium pariter hæreditarium il-
lius pro reintegratione alienationum, & tranſa-
tionum reportando à Scipione ampliſſimam ab
ſolutionem, & liberationem fauore hæreditatis
Lactantij de omni, & toto eo, quod pro ante-
dictis fideicommiſſis Petri Antonij, & Archan-
geli ab eadem hæreditate petere, exigere vindi-
care, & conſequi poſſet.

Hinc enim dixerunt Domini Scipionem ſuffi-
cientem obtinuiſſe a Cæſare reſtitutionem fidei-
commiſſorum quamuis non omnia, ſed aliquid
ab eius manibus habuerit, & Prædium ſibi aſſi-
gnatum non eſſet fideicommiſſarium, ſed hære-
1 ditarium Lactantij, quiâ de Iure ſatis eſt, quod
hæres aliquid reſtituat fideicommiſſario, vt cen-
ſeatur integrum reſtituiſſe fideicommiſſum iuxtà
diſpoſitionem *Text. in l. reſtituta* ibi *vel totas,
vel aliquas earum* ibique *gloſ. d. verb. earum verſ.
ſed non quid reſtitutio ff. ad Trebell. ſurd. conſ. 92.
num. 23. mareſcott. var. reſol. lib. 1 c. 1. n. 2.* ſatis-
2 que eſt, quod facto, & re ipſa, vt hic, patiatur
fideicommiſſarium poſſidere vt docet idem *Text.
in antecedentibus verbis* ibi *Reſtituta hæreditas vide-
tur aut re ipſa ſi forte paſſus eſt, hæres poſſideri res
3 hæreditarias*; Patientia enim pro traditione, ha-
betur *§. Interdum inſtit. de rer. diuiſ. gloſ. in eadem
4 l. reſtituta verb. paſſus ff. ad Trebell.* Cumque Sci-
pio predictum Prædium receperit loco, & pro
reintegratione bonorum alienatorum, & Cæſar
vti hæres Lactantij reportauerit, atque accepta-
uerit ab eo finalem quietantiam, & liberatio-
nem illud Prædium ex quadam tacita permuta-
tione ab ipſis concorditer facta ſubrogatum vi-
detur in locum fideicommiſſariorum, itant ſuf-
5 ficiens exinde fideicommiſſi reſtitutio per acta
dicatur, vt optimè probat *Surd. d. conſ. 92. d. nu.
23. in fine verſ. eſt ſi dicatur aduertas, & num.* 24.
6 Indeque Scipio dicitur legitimus contradi-
ctor, dum ipſi per hæredem grauati facta eſt re-
ſtitutio

ſtitutio fideicommiſſi, quæ ad iſtum effectum
ſufficit realis, ſeù verbalis, expreſſa, vel tacita
vt tradit *Argel. de legit. Contradict. queſ.2. art.10.*
num. 253. in fine verſ. ex his duæ, & num. 255. &
queſt. 10. art. 5. num. 57. cum duobus ſeqq; & me-
lius ead. queſt. 10. art. 14. num. 212. & 213.

Et ſic etiam tollitur vitioſa poſſeſsio, quia
7 prætcrquod capta fuit de mandato Iudicis cita-
to Curatore deputato hæreditati Lactantij facta
perquiſitione an adeſſet hæres, eoque non in-
uento, cùm Cæſar adhuc non comparuiſſet, nec
Teſtamentum exhibuiſſet *dicto Summ. nu.2.* quod
ſatis eſſe admiſit *Rota in Bononien. Bonorum 24.*
Ianuarij 1646. coram bon.mem. Dunozetto ſub §.pri-
mo, Poſſeſsio præfata tanquam omninò legiti-
ma ab ipſomet Cæſare approbata fuit tam ex
actu poſitiuo dictæ aſsignationis, & dationis in
ſolutum pro reintegratione fideicommiſsi in
8 parte alienati, quàm re ipſa ſciendo, & permit-
tendo, ſeù non reclamando aduerſus prædictam
poſſeſsionem actualiter à Scipione apprehenſam,
itaut propterea veniens poſteà Cæſar tanquam
hæres Lactantij, vt ſibi eadem bona reſtituan-
tur contra proprium factum venire dicatur, &
ſic à limine Iudicij ſit repellendus, vt benè pro-
9 bat *Argel. vbi ſupra dicta quæſt. 10. art.5. num. 62.*
& 63.

Non obſtat ampliſsima reſeruatio quorum-
cunque Iurium ipſi Cæſari, eiuſque filijs, & de-
ſcendentibus quomodolibet competen. & com-
petiturorum in eodem Inſtrumento adiecta; Quo
niam ex verbis in præcedenti poſitione omiſsis
iuſtificatur non fuiſſe præſeruata iura hæredita-
tia, ſed fideicommiſſaria præfatorum Petri An-
tonij, & Archangeli, ibi: *In ſupradictis fidei-*
commiſsis, & illorum bonis; Cæſar enim duplicem
perſonam repreſentabat, alteram hæredis, &
alteram confideicommiſſarij quoad primam nõ
ſolum nullum ius ſibi præſeruauit, ſed poſitiue,
vt dictum eſt, agnouit, confirmauit, & tradi-
dit poſſeſsionem Scipioni, eiuſque fauore iura
præſeruauit; Vnde dum hodie, & in anteceden-
tibus inſtantijs huius cauſæ ſemper egerit vti hæ
res teſtamentarius Lactantij grauati; Certum
vtique, & indubitatum eſt, quod obtinere non
poteſt, cum hoc eſſet venire contra proprium
factum, quod omnino refellitur ex ſupra dedu-
ctis; Si enim aliquid prætendit vti fideicommiſ-
10 ſarius agat hoc nomine particulari iudicio, in
quo non ſolum diſcutienda, & iuſtificanda erit
eius comprehenſio, ſed etiam videndum erit an
Scipio vti veniens ex iure eorundem fideicom-
miſſariorum, & legitime poſsidens valide poſ-
ſit immiſsionem impedire, itaut peritorio tan-
tum agere debeat ad tradita per *Argel. vbi ſupra*
quæſt 2. art. 12 num.284.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA SVPPLEMENTI LEGITIMÆ.

Lunæ 24. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Filia fæminæ ſi ei minus legitima iure inſtitutionis
fuit in teſtamento relictum, an, & quando poſ-
ſit illius ſupplementum petere in bonis matris,
etiam ſi illa à ſtatuto excludatur, nedum à coe-
quali ſucceſsione, ſed etiam à legitima, & li-
cet dotata à Patre excludatur etiam ab hæredi-
tate matris?

SVMMARIVM.

1 *Legatum iure inſtitutionis filiæ relictum à matre licet tollat querelam inofficioſi nontamen impedit quin filia poſſit petere ſupplementum legitimæ.*

2 *Filia poteſt petere ſupplementum legitimæ in bonis matris, ſi quod ei fuit relictum iure inſtitutionis eius portionem non conſtituit.*

3 *Legitimæ ſupplementum debetur filiæ in bonis matris vna cum fructibus ab ipſa die, qua mater deceſſit.*

4 *Fructus legitimæ regulariter taxantur ad rationem quinque pro quolibet centennario, & Anno.*

5 *Declara dummodo in hæreditate adſint res, quæ fructus ferant.*

6 *Statuta fæminarum excluſiua, tanquam principaliter condita fauore maſculorum de agnatione, tunc ſolum locum habent, quando filijs maſculis defertur hæreditas.*

7 *Secus ſi non ipſi, ſed alia fæmina, vel extraneus relinquitur hæres.*

8 *Filia cui minus legitima fuit relictum, licet exclu-cluſa per ſtatutum, etiam à legitima, non impeditur illius ſupplementum petere, ſi alia fæmina, vel extraneus relinquatur hæres.*

9 *Statutum excludens filiam à Patre dotatam à materna etiam hæreditate non propter dotem, ſed propter conſeruationem Agnationis illam cenſetur excludere.*

10 *Filia licet à Patre dotata non cenſetur excluſa à legitima ſibi debita in hæreditate Matris per ſtatutum excludentem fæminam ſic dotatam, quando hæreditas non defertur maſculo, ſed fæminæ.*

11 *Agnatio, quæ per maſculos conſeruatur terminatur in fæminis.*

12 *Statutum excludens fæminam a Patre dotatam a materna etiam hæreditate tunc locum habet, ſi hæreditas matris iure hæreditario maſculo deferatur, ſecus ſi alteri fæminæ.*

13 *Statutum excludens fæminam a Patre dotatam a materna etiam hæreditate cenſetur illam excludere, licet Mater filium maſculum in legitima tantum inſtituerit, dum adſunt alij filij maſculi, ab eadem hæredes inſtituti in reſiduo hæreditatis.*

14 *Secus autem ſi mater filio maſculo in legitima tantum inſtituto alteram filiam fæminam hæredem vniuerſalem reliquerit.*

15 *Filia hæres inſtituta reputatur pro extraneo, vbi agitur de excluſione alterius fæminæ.*

DECISIO DXCVII.

REſolutum fuit deberi Catharinæ Puteobonel-
læ ſupplementum legitimæ vna cum fructi-
bus à die obitus Liuiæ Matris Quandoquidem
præfata Liuia decedens anno 1644. hæredem ſi-
bi ſcripſit Hippolytam aliam filiam fæminam,
Alexandro verò filio maſculo iure inſtitutionis
reliquit legitimam, & Catharinæ ſcuta 200. Iu-
re pariter Inſtitutionis, & omni alio meliori mo-
do legauit pro omni eo, quod poſſet prætendere
a ſua hæreditate; Hinc enim licet huiuſmodi
1 legatum Iure Inſtitutionis relictum, querelam
tollat inofficioſi, poteſt tamen Catharina legi-
timæ ſupplementum petere, dùm ſc.200. inte-
2 gram eius portionem non conſtituunt *l. omnimo-*
do C. de inoffic. Teſtam. l. hac autem Auth. vt cum de
appell. cognoſc. Merlin. de legit. lib 5. tit. 2. quæſt. 20.
num. primo cùm alijs plenè allegatis in Peruſina Bo-
norum 18. Iunij 1649. coram Eminentiſſimo D. Card.
Corrado §. minùs releuat Legatum, Idque vna cum
3 fructibus ab ipſa die, qua mater deceſsit *l. Papi-*
nianus §. Vnde ſi quis ff. de inoffic. Teſtam. Rip. in l. ſi
vnquam num.103. C. de reuoc. donat. Rota coram Re-
uerendiſſimo Durano deciſ.192. num. primo in recent.

deciſ.

Digitized by Google

deciſ.110.num.27. par.8.vlt. impreſſ. in Romana Fideicommiſſi de Cealis 10. Ianuarij 1641. coram Reuerendiſſimo Compoſtellano §. 2. ex Inueſtimento, & in Melentaaa Donationis 18. Februarij 1658. coram me §. fin. qui regulariter taxantur ad rationem
4 quinque pro quolibet centenario, & anno, vt notat *Merlin. vbi ſupra lib. 2. tit. primo quaſt. prima num.5. Rota in recent.deciſ.570. nu. primo par.2.*
5 Dummodo in hæreditate adſint res, quæ fructus ferant, *Peregrin. de fideicom. art.36. num.69. verſ. modo tamen vbi allegat Cephal.conſ.56.nu.49. & 50*

Non obſtat, quod filiæ fœminæ ex ſtatuto Vrbis *lib. primo cap.* 145. totaliter excludantur non ſolum a coæquali ſucceſſione, ſed etiam à legitima.

6 Quia huiuſmodi ſtatuta tanquam principaliter condita fauore maſculorum de agnatione tunc ſolùm locum habent, quando filijs maſculis defertur hæreditas, ſecus quando non ipſi, ſed alia
7 filia fœmina, vel extraneus relinquitur hæres *Bald. inter conſ. Angel.* 281. *ante num. 6. verſ. alia datione Soccin.Iun.conſ.23. num.27. lib. primo Corn. conſ 224. ſub num.5. verſ. Et prædicta lib. 2. Alex. conſ.188.num.2.lib.6. Cephal.conſ 521. numer.150. Rain.conſ.25. num.3.lib.3. Brun. in tra t. quod ſtantib.maſcul. art.7. num.24. & art.12. num.147. Rota coram Card Seraph.deciſ.885.num. primo, & in rec. deciſ.770.num.4. & 5.par.2.deciſ. 13.num.4 par.3. & deciſ.316 num.13. & 19.par.6* & conſequenter
8 non impeditur filia, cui minùs legitima relictum eſt illius ſupplementum petere, vt in his terminis per hanc rationem latè ſtatutum fuit *in Romana Supplementi Legitimæ 18. Maij 164 . in recent.deciſ.228.num.19.par.8.vlt. impreſſ. & 15. Aprilis 1644. & 20. Ianuarij 1646. per tot. coram me.*

Nec refert, quod ex eodem ſtatuto Catharina vt dotata a Patre, a materna etiam hæreditate excludatur.

Quia cùm cauſa finalis, & principalis Statuti
9 non fuerit dotatio, ſed agnationis conſeruatio, vt dixit *Rota deciſ.* 540. *num. primo cum ſeqq. par. prima diuerſ. apud Fenzon. ad Statut.Vrb.deciſ.113 §. Et licet & in recent.deciſ.504. num.23. cum ſeqq.*
10 *par. 5.* ſola dos per Patrem tradita non poteſt Catharinam excludere à legitima ſibi debita in hæreditate matris, dum iſta non defertur ma-
11 ſculo, per quem agnatio conſeruatur, ſed fœminæ, in qua terminatur, vt conſuluit *Gabr.conſil.10. num.15. 18. & 19. lib. primo cum alijs relatis in dicta Romana Supplementi Legitimæ 15. Aprilis 1644. coram me §. comprobatur hic intellectus.*

Nec obſtat, quod Alexandec filius maſculus hæres fuerit communis Patris, & a Liuia matre inſtitutus in legitima, quod ſufficere videtur tenuiſſe *Rotam apud Fenzon. vbi ſupra deciſ. 100. §. ſtatutum cum.*

Quia cum hodie non agatur de legitima in
12 bonis Patris, ſed tantum in bonis maternis, quæ alteri filiæ fœminæ, non autem maſculo Iure hæreditario deferuntur; In iſtis enim vtique ſemper ceſſat excluſio ſtatutaria, dùm nullo modo concurrit cauſa finalis per ſtatuentes conſi-
13 derata ex allegatis, Inſtitutio autem Alexandei facta per Liuiam in Legitima tunc ſuffragari poſſet, quando adeſſent alij filij maſculi, qui fuiſſent hæredes vniuerſales ab eadē inſtituti in reſiduo hæreditatis, in quibus terminis loquitur
14 *dicta deciſ. 100. apud Fenzon.* Secùs autem dum fuit inſtituta filia fœmina, quæ pro extraneo ad
15 hunc effectum reputatur, vt benè Reſpondit *Ro*-
Pars II.
ta coram Card. Seraph. l.deciſ.885.num 4.

Cæterum ad quam ſummam aſcendat ſupplementum legitimæ vna cum fructibus, cum neceſſaria ſit melior iuſtificatio bonorum hæreditariorum Liuiæ, tam reſpectu quantitatis, quam qualitatis deducto ære alieno, ac numero filiorum de tempore eius obitus, ideò reiecta fuit hæc diſcuſſio ad particularem diſputationem.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA VSVSFRVCTVS.

Lunæ 31. Martij 1659.

ARGVMENTVM.

Electio facienda à muliere, vel de vſufructu, vel de alimentis in exequutionem pacti adiecti in Inſtrumento antecedenter cum omnibus ſolemnitatibus ſtatutarijs celebrato, non indiget nouis, & reiteratis ſolemnitatibus, ſed ſatis eſt, quod re ipſa, vel verbis fiat huiuſmodi electio, & reſpectiuè renunciatio vni ex duobus.

SVMMARIVM.

1 *Solemnitates ſtatutariæ non ſunt denuo reiterandæ in ijs, quæ fiunt in executionem Inſtrumenti ſolemniter ſtipulati.*

2 *Decretum Iudicis generaliter ab ipſo interpoſitum ſuper omnibus, & ſingulis contentis in contractu, cadit, ne dum ſuper actu principalis contractus, ſuper omnibus alijs ibidem contentis, etiamque ſimpliciter enunciatis.*

3 *Vineas habentes imitari videntur illos, qui laborant, vt in præcipitium vadant.*

4 *Legatum cenſetur potius relictum loco alimentorum quam ex alia cauſa, vbi alendi præceſſit legantis obligatio, cui quantitas legata reſpondet.*

5 *Papa, vt cenſeatur omnes defectus voluiſſe ſanare, ſatis eſt quod eos potuerit agnoſcere, & nihilominus ſupplicationem ſignauerit.*

6 *Contractus tacitus ex actibus poſitiuis elicitus æquipollet expreſſo.*

7 *Amplia præſertim concurrente aliqua diuturnitate temporis cum obſeruantia.*

8 *Conſenſus legitimè probatur non ſolum verbo, ſed etiam facto.*

9 *Conſenſus ſufficienter probatur per actus etiam inualidos.*

DECISIO DXCVIII.

DIe 31. Maij 1658. Informante tantum. Zenobio Ciliano reſolutum fuerat Margharitæ nō deberi vſumfructum Vineæ, de qua agitur ſtante illius Inſtrumenti renunciatione præuia electione alimentorum, & habitationis, & cauſa hodie repropoſita Informante etiam Sixto Giordino illius hærede, ac Deliberatario dictæ Vineæ, & alterius ad Cilianum proprio Iure ſpectantis Domini ſteterunt in decuis.

Valida ſiquidem fuit renunciatio dicti vſuſfructus quamuis facta ſine ſolemnitatibus *ſtatuti Vrbis lib. primo cap.*151. quia enim huiuſmodi ſolemnitates ſeruatæ fuerint in antecedenti Inſtrumento nouationis celebrato anno 1658. in quo expreſſum; & explicitum pactum adiectum fuit, quod in euentum mortis Petri, ſeù eius vxoris donantium eſſet in arbitrio ſuperſtitis, vel continuare in perceptione vſusfructus vineæ donatę, vel alimenta neceſſaria conſequi in Dono Donatarij, & hoc caſu fructus illius ad eundem donatarium libere ſpectarent nullatenus neceſſaria fuit earundem ſolemnitatum reiteratio in
1 actu electionis dd. alimentorum cum renunciatione vſusfructus facta poſt obitum Petri a Mar-

gharita vxore ſuperſtite, cum huiuſmodi electio
nil aliud præſeferat niſi exequutionem pacti ex-
preſſe ſtipulari in præcedenti datione ſolemniter
facta, *vt* præter auctoritates allegatas *in deciſio-
ne* 5. *nec refert Rota coram bon.mem. Merlin.dec.*364
*n.*2. *&* 7.

Non obſtat, quod Iudex interponendo Decre-
tum ſuper principali contractu dictæ Donationis
ſufficientem non adhibuerit cognitionem cauſæ
quoad dictum pactum futurum, & in certum.
2 Quia cùm præfatum Decretum generaliter ab
ipſo interpoſitum fuerit ſuper omnibus, & ſin-
gulis contentis in dicto contractu, ſufficienter
vtique adhibita cenſetur cognitio nedùm ſuper
actu principalis Donationis, ſed etiam ſuper di-
cto pacto à voluntate ſuperſtitis dependente, &
ſuper omnibus alijs ibidem contentis, Immò
etiam ſuper omnibus ſimpliciter enunciatis, vt
dixit *Rota deciſ.*316.*num.*17.*par.*2.*diuerſ.* quam
refert, & ſequitur *Pic. ad Statut. Vrb.gloſſ.*21. *nu-
mer.* 20. *verſ. & in puncto, & in Auximana Fidei-
commiſſi de Tibaldinis* 26. *Ianuarij* 1654. *coram me*
5. *non obſtante.*

Certius cum nulla læſio conſiderari poſſit in
dicta electione; Quoniam pro vſufructu Vineæ,
qui præuio labore, & induſtria excedebat annua
ſcuta centum, vt deponunt teſtes relati in *Sum-
mario Sixti n.*1. (quicquid dicat alius informiter
examinatus, & de vnico tantum actu deponens
non deductis expenſis *eodem Summ. nu.*10.) Mar-
gharita prius habuit omnia alimenta neceſſaria
in domo Patrui Zenobij, ac deinde eo defuncto
vſque ad obitum vere, & realiter conſequuta
fuit ſine vllo labore, & periculo menſtrua ſcuta
ſex vnacum domuncula pro eius habitatione
ſibi ab eodem Patruo relicta, & ſic lucrum po-
tius, quam læſio cōſiderari poteſt, cum ex vineis
multoties non tantū incerti, & nulli fructus per-
cipiantur, ſed quod peius expenſa eſt longe ma-
ior, quamquod percipitur, vnde vineas habeu-
3 tes imitari videntur illos, qui laborant, vt in
præcipitium vadant, vt ratiocinatur *Add.dec.*81
*n.*109.*par.*8.*recent.* vltimo impreſſa, & experien-
tia hoc me docet.

Dictum autem legatum ſibi fuiſſe relictum lo-
4 co alimentorum non autèm ex cauſa ſeruitutis
latè probatur *in deciſione* 5. *quia loco cum ſeqq.* ex
quo ſcilicet præceſſerat Legantis obligatio, cui
quantitas legata correſpondet, & principaliter
ex quo Inſtrumentum electionis continet pactū
reuerſiuum ad vſumfructum fauore Renuncian-
tis, quatenus Patruus Zenobij illi alimenta non
præſtaret, ſeù aliàs ei non prouideret; Ideoque
ſatis eſt pro excludenda reuerſione, quod ſatiſ-
factum fuerit eius obligationi per implementum
vnius ex partibus alternatis mediante dicto Le-
gato, ex quo renuncianti plenè prouiſum fuit.

Non obſtat, quod inſtrumentum dictæ ele-
ctionis ſit nullum ob defectum legalitatis Bene-
dicti Altij Notarij de eo rogati.

Quoniam eius legalitas comprobata remanſit
ex priuilegio in publicam formam exhibito, &
præuio examine ſibi conceſſo, & licèt vti con-
ceſſum ſimpliciter à R.P.D.Lanuuio vigore Bul-
læ Iulij Secundi non præſtat facultatem rogandi
in Vrbe, eius que Diſtrictu, niſi conſtet, quod
ad formam Bannimentorum Archiuij Vrbani
examinatus, & approbatus fuerit à Conſerua-
tore, Secretario, & Menſario Collegij, Atta-
men ex atteſtatione oretenus facta ab Archiui-
ſta huiuſmodi Officiales amplius non extant in
rerum natura, ſed qui obtinuit dictum priuile-
gium, deſiderans rogare in Curia, eiuſque Di-
ſtrictu, ad id admittitur præſtita fideiuſſione de
ſatisfaciendo omnibus contentis in dictis Ban-
nimentis, illaque regiſtrata per acta eiuſdem
Archiuij Vrbani. quæ fuiſſe adimpleta per Be-
nedictum, concludenter iuſtificat fides publica
eiuſdem Archiuiſtæ mihi tradita.

Nec refert, quod ille infra 20. dies prædictum
5 inſtrumentum non exhibuerit in eodem Archi-
chiuio; quia huiuſmodi defectus ſublatus fuit *a
Sanctiſſimo D. N. Alexandro Septimo* præuia ſup-
plicatione taxationis per Suam Beatitudinem
ſignata quod ſufficere dixit *Rota in Sabinen. Al-
luuionis* 21. *Maij* 1629. *coram bon. mem. Pirouano
in recent.deciſ.*292.*n.*5.*par.*5.

Vlterius ponderatum fuit, quod dum pactum
præfatæ electionis, & renunciationis cum debi-
tis ſolemnitatibus explicitè conuentum fuit in
primo Inſtrumento, de cuius validitate non du-
bitatur, ſicut non fuit neceſſaria reiteratio ſo-
lemnitatum ex quo electio emanauit in meram,
& puram exequutionem dicti pacti præcedentis
ex rationibus ſupra, & in prima deciſione allega-
tis Ita pari modo pro ſufficienti electione, & re-
nunciatione non erat neceſſaria noua ſcriptura,
ſeù ſatis fuit, quod Margharita facto, (vt eue-
nit) acceptando, & vſque ad obitum percipien-
do alimenta, & habitationem, eandem electio-
nem, & renunciationem in exequutionem præ-
dicti pacti antecedentis peregerit, nam cōtractus
6 tacitus ex actibus poſitiuis elicitus æquipollet
expreſſo *Rota deciſ.*608.*ſub num.*5. *&* 7.*par.*1.*rec.*
7 Præſertim concurrente aliqua diuturnitate tem-
poris cum obſeruantia, & alijs de quibus per
Rot. in Romana Diuiſionis 15. *Iunij* 1640. *coram
bon.mem. Bichio in recent.deciſ.*238.*num.*.9. *&* 30.
8 *d. par.*8. Conſenſus enim legitime probatur non
ſolum verbo, ſed etiam facto, iuxta reſponſum
*Scæuola in l. Paulus ff. rem rat.haber.Socein.Sen.con-
ſil.* 125. *num. primo verſ. Primum probatur lib. pri-*
9 *mo* Immo ſufficienter probari per actus etiam in-
ualidos tradit *Maſcard. de probat. lib. primo con-
cluſ.*417.*num.*22.

Et ita vtraque, &c.

FIRMANA BENEFICII

Lunæ 28. *Aprilis* 1659.

ARGVMENTVM.

Attentata quando commiſſa dicantur, & de illis
ſatis conſtare dicatur? Agens remedio; *leg. diſ-
fam. C. de Ingen., & manum.* quando ſit Actor,
& quando reus, lis in beneficialibus, an, & quan-
do mortuo Actore finiatur, vel daret j

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio*, l. diffamari C. de Ingen: & ma-
numiſ. *regulariter dicitur obtinere partes Rei*

2 *Declara hoc non procedere, quando hoc remedium
fuit intentatum à non poſſidente, contra poſſi-
dentem, quia tunc dicitur Actor.*

3 *Lis in beneficialibus mortuo Actore dicitur finita,
declara vt num*. 6. *& ſeqq.*

4 *Clauſula* ſine preiudicio Litterarum Apoſtoli-
carum *appoſita in commiſſione, præſeruat fa-
cultatem exequendi, executori in litteris depu-
tato, non obſtante quod Iudicium ordinarium re-
periatur in Rota introductum.*

5 *Clauſula* ſine præiudicio litterarum Apoſtoli-
carum *nil differt à clauſula* ſine præiudicio

exequu-

exequutionis litterarum Apoſtolicarum.

6 *Lis in beneficialibus non terminatur per mortem Actoris, niſi quando Reus ſuperſtes non vult illam proſequi, & de hoc conſtat aliquo actu ſaltem tacito.*

7 Reus *in beneficialibus tunc cenſetur nolle proſequi litem poſt mortem Actoris, quando reuocauit, ſuos procuratores, vel aliud beneficium incompatibile obtinuit, vel alios actus ſimiles exercuit*

8 *Lis in beneficialibus non extinguitur, nec terminatur per mortem vnius, & ſubrogationem alterius, ſed viuit cum remaneat adhac intereſſe, vel collatoris; vel Patronorum, aut aliorum intereſſe habentium.*

9 *Litterarum ſubrogationis, ab altero ex collitigantibus in locum defuncti obtenta, exhibenda ſūt in* Rota, *coram qua lis pendet, ibique iuſtificanda, & obtinenda illarum exequutio, quamuis in eis ſit datus certus exequutor, & quamuis ſit facta expreſſa mentio pendentia litis in* Rota.

10 *Litis pendentia in Rota Pontifici narrata in litteris ſubrogationis, præſeruat quidem illas à vitio ſubreptionis, qua alia reſultaret ex taciturnitate litis, ſed non efficit, quod exinde dicatur auocata Cauſa à Rota, quodque abſque vitio attentatorum adiri potuerit executor in eis deputatus.*

11 *Amplia hoc multo magis procedere ſi non fuerit conceſſa ſubrogatio gratioſa, ſed ſimplex mandatum de ſubrogando, quod per neceſſe exigit factum exequutionis.*

12 *Litis continuatio in beneficialibus deducitur ex facto ipſius qui obtinuit ſubrogationem, dum non ſolum fecit ſe, ſubrogari ad ius collitigantis defuncti ſed etiam ad litis, & cauſa proſequutionem, & defenſionem.*

13 Clem: Auditor de, reſcript. *eſt conciliaris vti adita à Clemente V. in concilia Viennen.*

14 *Derogatio facta per Pontificem in indulto Apoſtolico omnium conciliorum Synodalium, & Prouincialium, ac conſtitutionum in eis aditarum non ſufficit vt dicatur derogatum* Clem. Aud. de reſcript.

15 Clem. Auditor de reſcript. *vt cenſeatur à Pontifice derogatum ſub generali derogatione requiritur expreſſa derogatio alicuius concilij generalis cum clauſula,* & aliis conciliis.

16 *Clauſula* ſine præiudicio litterarum Apoſtolicarum *in commiſſione appoſita preſeruat executori in litteris deputato facultatem exequendi non obſtante iudicio ordinario in Rota introducto.*

17 *Executor in litteris deputatus non dicitur attentaſſe, quamuis iudicium ordinarium fuerit in Rota introductum ſi in commiſſione aderat clauſula ſi*ne preiudicio *litterarum Apoſtolicarum.*

18 *Inhibitio rotalis emanata, & præſentata vigore commiſſionis cum clauſula* ſine præiudicio litterarum Apoſtolicarum *nil amplius operatur quam ipſa commiſſio, vel propterea redditur attenta, que fuerunt interim geſta ab executore in litteris deputato.*

DECISIO DXCIX.

FVerat reſolutum *die* 27. *Nouembris* 1658. conſtare de attentatis quià Ioan. Sapolinus in ſpretum litis pendentiæ in Rota illiuſque Inhibitionis ſibi perſonaliter præſentatæ, prius *anno*, 1646. ad inſtantiam quondam Luciani Gaſparini, & deinde 27. *Iunij* 1658. Inſtante Iacobo Laurentio Contuccio ad plures actus iudiciales deuenit menſe Octobris ſequentis coram Eminentiſſimo D. Cardinale Abbate Farfeñ. exhibendo corã ipſo litteras Apoſtolicas in forma mandati de ſubrogando ſibi conceſſas, inſtando pro illarum exequutione, & procurando indictionem concurſus.

Verum quia huiuſmodi reſolutio capta fuit Sapolino non audito, repropoſui hodie cauſam, & eius Informantes tria deducebant pro receſſu à deciſis.

Primo quod lis in Rota introducta à Luciano Gaſparino vigore commiſſionis Iactationis, & Iactationum ex remedio *l. diffamari C. de ingen., & manumiſſ.*, cuius vigore emanauit primo Inhibitio per mortem illius extincta fuerit, li-
1 cet enim regulariter agens dicto remedio dica-
2 tur obtinere partes Rei, id tamen non procedit quando fuit intentatum, prout hic à non poſſidente contra poſſidentem, quia tunc dicitur Actor, vt notat *Bald. in l. ſed & ſi per Prætorem* §. *ſedes ſi ſub num.* 4. *verſ. Item contra eum ff. quib. ex cauſ. maior.* 20. *annor.* quem refert, & ſequitur *Rota deciſ.* 500. *num.* 12. *par.* 5. *recent.*
3 In Beneficialibus autem mortuo Actore lis dicitur finita ad *Text. in* §. *Deincep. Auth. de nupt. Bellamer. deciſ.* 156. *num.* 1.

Secundo quod D. Cardinalis exequutor ampliſſimum habet Indultum exequendi intra fines Abbatiæ farfen. priuatiuè quoad omnes alios quaſcunque litteras Apoſtolicas etiam in forma Breuis tàm gratiam, quam iuſtitiam concernentes cum derogatione ibi *Non obſtantibus quibuſcunque Apoſtolicis, & Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs aditis, generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus necnon ſtatutis, & conſuetudinibus.*

Tertia demum, quod ſubſequens commiſſio imperata per Iacobum Laurentium Contuccium ſignata fuit cum reiterata clauſula *ſine præiudicio*
4 *litterarum Apoſtolicarum*, quæ facultatem exequendi præſeruat exequutori in litteris deputato, non obſtante, quod iudicium ordinarium reperiatur in Rota introductũ, vt dictum fuit in *Hiſpalen., & Caurien Permutationis* 11. *Maij* 1596. *coram Giptio apud Marcheſ. de commiſſ. par.* 2. *fol.* 490. *num.* 1. & pluries *coram bo. mem. Coccino deciſ* 144. *num.* 7. quæ loquitur in terminis clauſulæ *ſine præiudicio litterarum Apoſtolicarum, & num.*
5 *ſeq.* firmat nullam in ſubſtantia adeſſe differentiam ad effectum, de quo agitur inter dictam clauſulam, & aliam *ſine præiudicio exequutionis litterarum Apoſtolicarum*

Verum primum fundamentum non videbatur tutum, quià eſto, quod Gaſparinus verè eſſet Actor, non autem Reus, adhuc non ceſſabat
6 duratio litis, quia in Beneficialibus lis non terminatur per mortem Actoris niſi quando Reus ſuperſtes non vult illam proſequi, & de hoc conſtat ex aliquo actu ſaltem tacito, vt tradit *gloſ. in Clem.* 1. §. *ſi verò alter verb. proſequamur, vt lit.pend. Io. Andr. in cap.* 2. *num.* 2. *eod. tit. in* 6. *Rota in recent. deciſ.* 599. *num.* 23. *part.* 4. *tom.* 3. *& coram Merlin. deciſ.* 350. *num.* 8. *repetita in recent. deciſ.* 170. *eod. num. part.* 5. *cum alijs per Add. ad Buratt. deciſ.* 927. *nu.* 14.

Tunc autem conſtare dicitur, Reum per mor-
7 tem Actoris nolle litem proſequi quando reuocauit ſuos Procuratores, vel aliud Beneficium incompatibile obtinuit, aut alios actus ſimiles exercuit, vt dixi *Rota deciſ.* 109. *num.* 5. *part.* 1. &

d. deciſ. 599. num. 24. cum ſeqq. par. 4. tom. 3. recent.
Hec ad illum effectũ ſuffragatur ſola impetra-
tio ſubrogationis gratioſæ in iuribus colitigan-
tis Defuncti quia lis non extinguitur, nec termi-
8 natur per mortem vnius, & ſubrogarionem alte-
rius, ſed viuit, cum remaneat adhuc intereſſe
vel collatorum, vel Patronorum aut aliorum in-
tereſſe habentium, vt puta pro reſtitutione fru-
ctuum, vel expenſatum vt reſpondit *Rota apud*
mobed. deciſ. 8. ſub num. 4. verſ. nec obſtat ſi dicatur
de appellat. & in recent. deciſ 398. per tot. par. 3.
vbi ſubditur, quod exinde litteræ ſubrogarionis
9 exhibendæ ſunt in Rota, coram qua lis pendet,
ibique iuſtificandæ, & obtinenda illarum exe-
quutio, quamuis in eis ſit datus certus exequu-
tor, & quamuis ſit facta expreſſa mentio pen-
10 dentiæ litis in Rota, quia iſta præſeruat quidem
à vitio ſubreptionis, quæ alias reſultaret ex ta-
citurnitate litis, & tollit obſtaculum, quod lite
pendente non licet Principi ſupplicare, ſed non
efficit quod exinde dicatur auocata cauſa a Ro-
ta, quodque abſque vitio attentatorum adiri po-
tuerit executor in eis deputatus, vt allegatis an-
tiquioribus reſolutum fuit in *Melevitana Paro-*
chialis 26. Maij 1651. coram me §. nec ſuffragatur.
11 Certius cum in propoſito non fuerit conceſſa
ſubrogatio gratioſa, ſed ſimplex mandatum de
ſubrogando, quod pernecesſe exigit factum exe-
quutoris, & quod magis eſt Sapolinus non ſo-
12 lum fecit ſe ſubrogari ad Ius collitigantis De-
functi, ſed etiam ad litis, & cauſæ proſequutio-
nem, & defenſionem, ex quo propterea etiam
ex facto ipſius habetur continuatio litis ex pon-
deratis per *Rotam d. deciſ. 109. ſub num. 5. verſ.*
nam hic Actor par. 1. recent.
Secundum pariter eſt eiuſdem farinæ, quia
per indultum D. Cardinalis Abbatis Farfen. non
13 videtur derogatum *Clem. Auditor de reſcript.* quæ
conciliaris eſt vti ædita à Clemente V. in Con-
14 cilio Viennen. continet enim ſolas deroga-
tiones conciliorum ſynodalium, & Prouincia-
lium, ac conſtitutionum in eis æditarum, quæ
non ſufficit, vt poſt *Rotam in Ceſaraugustana De-*
cimarum 17. Iunij 1611. coram S. M. Innocentio De-
15 *cimo* tradit *Add. ad Buratt. deciſ. 704. num. 16.* ſed
requiritur expreſſa derogatio alicuius Concilij
generalis, cum clauſula, & alijs Concilijs, vt in
ſimili de *Cap. nuper. de decim.* dictum fuit in *Con-*
chen. exemptionis Decimarum 17. Martij 1589. co-
ram Orano apud Garz. de Benef. par. 4. cap. 5. num.
39. & in recent. deciſ 316. num. 11. par. 5. & in
Ferrarien Decimarum 8. Aprilis 1658. coram R. P.
D. meo Bevilaqua.
Et quamuis *Garz. d. cap. 5. num. 45. poſt Rot.*
apud Card. Put. deciſ. 494 lib. 2. in antiquis, quæ,
eſt *deciſ. 483. eod. lib. in correct.* voluerit, quod ſi
gratia facta ſit motu proprio, & ex narratis ap-
pareat de certa ſcientia Papæ pro ſufficienti de-
rogatione etiam conciliorum generalium, ſuffi-
cit clauſula *non obſtantibus Conſtitutionibus, & or-*
dinationibus Apoſtolicis, idemque prius voluit
Mandoſ. de Signat. Grat. ſub tit. de Prouiſion. §. 3.
quia verſ. hoc non procedat, & §. Addo, quod con-
ſtitutioni verſ. de voluntate autem.
Attamen præterquod in d. deciſione iſte ab-
ſolute articulus non deciditur, ſed ſolum refe-
runtur motiua nonnullorum ex Dominis, dum
ſubditur fuiſſe ordinatum, vt expectaretur, quod
Rota eſſet magis plena, vt iterum poſſet diſpu-
tari de certa ſcientia Pontificis, & eius volunta-
te derogandi *d. Clem.* in caſu noſtro dubitari po-
teſt, cum indultum non loquatur de Beneficijs
litigioſis.
Vnde DD. viſum fuit potius tutum tertium
16 fundamentum nam ex commiſſione Contuccij
ſignata cum dicta clauſula *ſine præiudicio littera-*
rum Apoſtolicarum, dicitur præſeruata executori
facultas exequendi non obſtante Iudicio ordina-
17 rio in Rota introducto, Ideoque per eumdem
geſta non dicuntur attentata, vt in *Melevitana at-*
tentatorum 20. Iunij 1639. coram bo. mem. Duno-
zetto, in recent. deciſ. 151. num. 7. part. 8. vltimo
impreſſa, & in Romana fideicommiſſi ſeù Saluiani 7.
Februarij 1650. coram eodem §. 1. in fine.
18 Non obſtat Inhibitio rotalis eius vigore ex-
pedita, & præſentata, quia conceſſa fuit vigore
dictę Commiſſionis cum clauſula *ſine præiudicio*,
quæ propterea nil amplius operatur, quam ipſa
commiſſio *Card. Seraphin. deciſ. 1003. num. 2.*
Suppoſitum autem, quod litteræ ſubrogatio-
nis ſint poſteriores, in facto non ſubſiſtit, quia
expeditæ fuerunt 16. *Februarij.* 1657. Commiſſio
verò impetrata 3. *Martij* 1658.
Et ita vtraque &c.

AVXIMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 2. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Tutor, ſeu Curator qui bona minoris generaliter
adminiſtrauit licet poſſit cogi ad nouam reddi-
tionem rationis, ſi ille quietantiam obtinuit à
minore abſque ſolemnitatibus, ſeque fundat in
ſola confeſſione minoris, ſecus tamen eſt in cu-
ratore particulariter deputato ad certa bona,
qui non fundatur in ſola aſſertione minoris, ſed
in actibus veris, & poſitiuis ab eo factis, & quan-
to temporis curſu ſollemnitates præſumatur ad-
hibitæ, & an Tutor, ſeu Curator teneatur poſt
ſuſceptam Curam, & tutelam illam proſequi, &
quando?

SVMMARIVM.

1 *Tutor ſeu curator generalis, qui de vniuerſa ad-*
miniſtratione debet rationem reddere non libera-
tur ex ſola quietantia, & confeſſione minoris
ſibi facta abſque ſolemnitatibus.
2 *Quietantia ſeu ſimplex confeſſio minoris abſque*
ſolemnitatibus non releuat Tutorem, ſeu Cura-
torem generalem ab onere noua, & legitima
redditionis rationis.
3 *Tutor ſeu Curator dicitur rationem adminiſtrato-*
rum legitime reddidiſſe, nec eſt denuo cogendus
ad nouam redditionem, dum non ſe fundat in ſo-
la aſſertione, & quietantia minoris, ſed in acti-
bus veris, & poſitiuis ab eo factis.
4 *Quietantia facta à Minore Tutori ſeu Curatori,*
qui legitimam reddidit rationem, tamquam actus
neceſſarius non eget ſolemnitatibus.
5 *Sollemnitates in contractu minoris neceſſariæ præ-*
ſumuntur ſufficienter adhibitæ ex lapſu 30. An-
norum cum obſeruantia.
6 *Teſtes numero plures melius informati, & admini-*
culati ex ſcripturis ſunt omnibus alijs præferendi.
7 *Tutor, ſeu Curator generaliter deputatus, & à*
Iudice confirmatus poſt ſuſceptam tutelam, &
Curam tenentur illam proſequi.
8 *Declara hoc non procedere in Adminiſtratore v-*
nius rei particularis, qui poteſt ad ſui libitum
ceptam adminiſtrationem dimittere.
9 *Tutor, ſeu Curator licet fuerit generaliter depu-*
tatus à Teſtatore in Teſtamento non poteſt eſſe

Tutor,

Tutor, ſeu Curator generalis, niſi fuerit à Iu-
dice confirmatus, & alia ſollemnia impleuerit.
10 *Curator deputatus in Teſtamento à Teſtatore, ſi*
abſque Iudicis confirmatione ſegerit in generali
adminiſtratione non tamquam Curator ſe gerere
dicitur, ſed tamquam negociorum geſtor.

DECISIO DC.

STeterunt Domini in deciſis coram me 18. *Fe-*
bruarij 1656. non eſſe locum nouæ redditioni
rationis, dum Lutius viuens legitimè ſemel il-
lam reddidit *anno* 1592. ſolidando computa,
ſoluendo reliquatum, & reportando reiteratam
quietantiam.

Nec ſubſiſtit, quod non fuerit legitima, ex
quo non fuerunt adhibitæ ſolemnitates; nec de-
putatus Calculator, vt inſpiceret rationes, qui
de neceſſitate eligi debet etiam ſeruatis ſole-
mnitatibus, & interueniente Decreto Iudicis.

Quoniam præfata copulatiuè requiruntur in
1 Tutore, vel Curatore generali, qui de vniuerſa
adminiſtratione debet rationem reddere, & pro
iuſtificatione non adducit niſi nudam confeſſio-
nem, & aſſertionem Pupilli, ſeu minoris, quæ
2 non ſuffragatur, & liberatio fundata duntaxat
ſuper huiuſmodi nuda, & ſimplici confeſſione,
& aſſertione non releuat ab onere nouæ, & legi-
timæ redditionis, & in his terminis loquuntur
Ancbar. conſ. 330. num 4. verſ. In contrarium mul-
ta faciunt Ruin. conſ. 135. num. 7. & 8. lib. 1. ſucc.
ſeu. conſ. 92. num. 9. cum ſeqq. lib. 4. Roland à
Vall. conſ. 49. num. 50. cum ſeqq. lib. 1. Rimin. Iun.
conſ. 338. num. 35. cum ſeqq. Gratian. diſcept. 563.
num. 3. cum ſeqq. Rota coram Pen. deciſ. 1310. per
tot. coram Buratt. deciſ. 329. num. 2. & in recent. de-
ciſ. 242. num. 4. part. 6.

In caſu autem propoſito verſamur in Admini-
ſtratore particulari de certo Prædio, cuius fru-
ctus Teſtator mandauit ab ipſo percipi, & rein-
ueſtiri quolibet anno in tot Cenſibus ad ratio-
nem octo pro centenario, & ipſe reddidit ratio-
nem ſuæ adminiſtrationis præuia exhibitione
ſeu indicatione Inſtrumentorum tot Cenſuum
ad formam Teſtamenti ab ipſo fauore minoris
quolibet Anno emptorum, qui non controuer-
3 tuntur, & eidem reliquatum actualiter ſoluit,
Vnde eius redditio rationis non eſt fundata in
verbis nudæ confeſſionis, & aſſertionis minoris,
ſed in actibus veris, & poſitiuis peractis eodem
modo, quo Teſtator mandauit, & conſequen-
ter eſt legitima, nec venit reiteranda, vt opti-
mè diſtinguendo admiſit *Rota coram Penia d. dec.*
4 1310. *num. 5. verſ. neque ad rem pertinebat* Inde-
que quietantia ſibi facta à minore tanquam
actus neceſſarius non egebat ſolemnitatibus *Iaſ.*
in l. ſi vnus §. pactus neque peteret ff. de pact. Card.
Put. deciſ. 153. num. 1. lib. 3. in correct. Card. Se-
5 *raph. deciſ. 1133. nu. 2.* vlteraquod quatenus fuiſ-
ſent neceſſariæ ex lapſu 30. annorum cum ob-
ſeruantia ſufficenter præſumerentur adhibitæ
Card. Seraph. deciſ. 1307. nu. 7. Coccin. deciſ. 301.
num. 3. Duran. deciſ. 6. num. 6.

Nonobſtat, quod Inſtrumenta non contine-
ant integrum tempus adminiſtrationis.

Etenim Teſtator obijt 13. *Iuly* 1584. quo tem-
pore meſſis erat iam perfecta, & fructus à Teſta-
tore recollecti, Anno autem 1592. quo fuit red-
dita ratio, Bonifacius Vxorem duxerat menſe
Iunij, & ſtatim aſſumpſerat adminiſtrationē, &
ſic de hoc anno ipſe, non autem Lutius frumen-
tum percepit ex Prædio controuerſo, vnde Lu-
tius non adminiſtrauit niſi per annos ſeptem,
nempè ab *anno* 1585. per totum annum 1591.
incluſiuè, ac proinde dum exhibuit ſeu indica-
uit ſex Inſtrumenta ſingulis primis ſex annis per-
acta, & de fructibus vltimi anni ſcilicet 1591.
Canones ſoluit, & reliquatum in florenis 150.
enumerauit in manibus Bonifacij, nempe 50.
in pecunia numerata, & centum in Cenſu, vti-
que melior, & plenior redditio rationis prætẽ-
di non poteſt.

Suppoſitum autem quod continuauerit in ea-
dem adminiſtratione vſque ad annum 1600. quo
obijt Bonifacius in facto non ſubſiſtit. quia Te-
ſtes examinati pro hæreditate Lutij concludenter
deponunt Bonifacium per ſe ipſum adminiſtraſſe
poſtquam Vxorem duxerat, idque clare compro-
bant Inſtrumenta locationum à Bonifacio tan-
quam principali, & proprio nomine ſucceſſiuè
6 factarum, & ſic præfati Teſtes, qui ſunt numero
plures melius informati, & exinde adminiculati
præferendi videntur duobus alijs pro altera par-
te in contrarium adductis, vt firmatur in *deciſ. §.*
nec ſubſiſtit cum ſeqq.

Nec turbat repetitum obiectum, quod Tutor,
7 & Curator poſt ſuſceptam tutelam, & curam te-
neantur illam proſequi, quia procedit in Tutore,
& Curatore generali a Iudice confirmato, non
autem in adminiſtratore vnius rei particularis,
8 qui poteſt ad ſui libitum ceptam adminiſtratio-
nem dimittere, ac reſpondetur in *deciſ. §. vltimo,*
& litteraliter probat *Text. in l. Tutori vel Cura-*
tori 20. C. de negot. geſt. Bart. in l. ſi Pupilli 6. §.
videamus num. 2. ff eod. Et licet, Lutius videatur
9 à Teſtatore Deputatus Curator generalis, ipſe
tamen non adminiſtrauit vti talis, ſed tanquam
particularis adminiſtrator, percipiendo dunta-
xat fructus Prædij controuerſi illoſque reinue-
ſtiendo iuxta formam in teſtamento præſcriptam
nec fuit à Iudice confirmatus, minuſuè impleuit
alia ſolemnia, quibus deficientibus non potuit
eſſe Curator generalis *§. ſed Curator inſtit. de Cu-*
rat. Grat. conſ. 25. num. 9. lib. 2. Gratian. diſcept.
225. num 1. Rota in recent. deciſ. 470. num. 2. &
3. part. 1. coram bo. me. Greg. deciſ. 260. num. 8.
& 9. & coram Eminentiſſ. D. Card. Ottbob. deciſ.
173. num. 14. & ſi abſque confirmatione ſe geſ-
10 ſiſſet in generali adminiſtratione non diceretur,
vt Curator gerere, ſed tamquam negociorum
geſtor *l. Curatorem C. de negot. geſt. Soccin. Iun.*
conſ 79. num. 21. lib. 2. Gratian. d. diſcept. 225.
num. 2.

Et ità vtraque &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE MVTIS.

Veneris 2. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Trebellianicæ an, & quando cenſeatur renuncia-
tum ex diuiſione, & tranſactione bonorum fidei-
commiſſariorum?

SVMMARIVM.

1 *Trebellianica de iure competit hæredi grauato.*
2 *Trebellianica eſt quarta pars totius hæreditatis.*
3 *Trebellianica nunquam cenſetur renunciatum ex diuiſione, & tranſactione bonorum fideicommiſſariorum, niſi de ea fuerit facta ſpecialis mentio.*
4 *Trebellianica tanquam pars conſequutiua fideicommiſſi cenſetur reſeruata non autem, excluſa in tranſactione, in qua fideicommiſſum fuit reſeruatum.*
5 *Trebellianica nunquam cenſetur remiſſa in tranſactione*

Digitized by Google

ſactione, ſi ex eius remiſſione nullum commodum reſultaret tranſigenti .

6 *Creditores teſtatoris cum obligatione Camerali poſſunt illorum creditum deducere ex quacumque portione illius hæreditatis, & cuicumque hæredi obuenta .*

7 *Amplia præſertim ſi bona Teſtatoris alteri ex hæredibus obuenta , in tertios fuerint alienata .*

8 *Hæres abſque beneficio leg. & inuent. non poteſt impugnare factum Defuncti .*

DECISIO DCI.

CVm in hac cauſa hodie dubitatum fuerit an ſit recedendũ à decifis ſub die 10. Maij 1658. quoad detractionem Tribellianicæ , & reſiduum medietatis dotis Philippæ tantum , quoad Trebellianicam placuit Dominis recedere quia cum ex quatuor filijs Io: Franciſci de Mutis Iacobus inſtituerit hæredem in ſua portione Valerianum fideicommittentem cum onere illam reſtituendi per fideicommiſſum ſuis filijs , eidem Valeriano
1 illius hæredi grauato de Iure competit Trebellia-
2 nica , quæ eſt quarta pars dictæ portionis *l. 1. vbi ſcribentes ff. ad Trebell. §. ſed quia hæredes inſtit. de fideicom. Natt. conſ. 528. num. 24. Mangil. de imput. qu. 128. numer. 5.* Rota *coram Pen. deciſ.* 1043. *num.* 6. Ac propterea propriæ portioni ipſius Valeriani rubrorum 71. $\frac{1}{4}$ addita d. quarta parte portionis Iacobi rubrorum 18. $\frac{1}{4}$ eadunt ſub fideicommiſſo Valeriani rubra 94. $\frac{1}{4}$ quibus diuiſis inter Cæſarem , & Britium illius filios, & hæredes , cuilibet obuenerunt rubra 47. cum medietate alterius quarti, dictaque rata Cæſaris diſtributa inter Laurentium , & Alexandrum eius filios , & Portio Alexandri , de qua hodie tantummodo agitur , conſtituit rubra 23. cum dimidio , & quarta parte alterius rubri ſuper quibus propterea debetur Immiſſio DD. de Mutis Actoribus .

Non obſtat tranſactio , ſeu diuiſio poſt obitum Valeriani inita anno 1539. inter Cæſarem , & Britium eius filios , & hæredes ex vna , & Nicolaum Patruum ex altera .

Quoniam in ea nulla prorſus ſit mentio detra-
3 ctionis dictæ Trebellianicæ , ideò eidem renunciatum dici non poteſt , vt ad propoſitum tradunt *Burſatt. conſ. 102. num. 13. lib. 1. Pariſ. conſ. 43. num. 38. lib. 2. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 26. num. 8. Card. Mantic. de coniect. vltim volunt. lib. 7. tit. 11. num. 10.* Præſertim dum in ipſa tranſactione expreſſe conuentum fuit in ſuo robore perſiſtere debere quæcunque fideicommiſſa à Prædeceſſoribus ordinata , à quibus nullatenus recedere velle expreſſam præmiſerunt proteſtationem *Summ. DD. de Mutis num.* 1. Inde enim cum vigore fideicommiſſorum præſeruatorum bona peruenire deberent ad alios vocatos aduerſus quos competebat detractio Trebellianicæ facienda in actu reſtitutionis fideicommiſſorum ; vtique ſtante huiuſmodi reſeruatione
4 Trebellianica pariter tanquam conſequutiua reſeruata cenſetur , non autem excluſa , *Bero. conſ. 69. ſub num. 23. verſ. quare non comprehenduntur , & conſ. 93. ſub num. 67. lib. 1. Pariſ. d. conſ. 43. num. 38. lib.* 2. Certius cum ex eius excluſione
5 nullum commodum reſultaret Nicolao tranſigenti , vt aduertit *Peregrin. de fideicom. art. 52. ſub num. 73. verſ. 2. quia .*

Non obſtat , quod huiuſmodi reſeruatio intelligenda ſit , vt fideicommiſſa firma remanere debeant ſuper parte diuiſa , & vnicuique obuenta , non autem quod illorum vigore alter ex diuidentibus portionem alterius prætendere poſſit ſtantibus clauſula *non obſtantibus diſpoſitionibus*, & promiſſione ad inuicem de perpetua defenſione, & euictione , vt dicebatur in penultima *deciſione emanata 19. Iunij 1656. §. penult. verſ. Reſeruatio autem*, quia Actores non petunt vigore fideicommiſſi , & detractionis Trebellianicæ aliquid vindicare, nec conſequi ex portione in tranſactione obuenta Nicolao alteri tranſigenti, ad cuius fauorem Cæſar , & Britius promiſerunt de euictione , & defenſione , ſed petunt tantummodo portionem , quæ obuenit Cæſari , & Britio ſuper qua fideicommiſſa debent remanere firma , & illeſa , & ſic potius fauet reſponſio dictæ deciſionis .

Non obſtat , quod Actores ſint hæredes ſine beneficio legis , & inuentarij Laurentij eorum Patris filij , & hæredis Cæſaris vnius ex Tranſigentibus , quodque tranſactio facta fuerit bona fide , quia non impugnatur tranſactio , ſed agitur tantum pro conſequutione Trebellianicæ ex portione obuenta eidem Cæſari, & Britio , ſuper qua , vt dictum eſt , ibi explicitè præſeruata fuerunt fideicommiſſa , & conſecutiue detractio Trebellianicæ .

Quouerò ad reſiduum dotis Philippæ Domini ſteterunt in deciſis , quia cum pro eius reſtitu-
6 tione obligatus eſſet in forma Cameræ Valerianus fideicommittens poſſunt illius Creditores illam deducere ex quacunque portione Caſalis ſibi bene viſa , & ſic ex portione Ceſaris , de qua
7 hodie agitur , præſertim dum Bona Britij , in Tertios fuerunt alienata , vt præter *alleg. in vltima deciſ. §. fin. latè* reſponſum fuit *in* Romana dotis *27. Maij 1647. ſub §. Concluſio procedit , & in teramnen. vſusfructus 14. Martij 1650. §. quia obiectum coram me .*

Non obſtat , quod in venditione totius Caſalis contineatur etiam portio Britij, & D. Falconerius totum Caſale poſſideat.

Quia ipſi ſufficit , quod iſta portio Britij non ſit vendita ab Alexandro Creditore dotis , ſed à ſucceſſoribus Britij ; Cumque hodie non agatur de immiſſione in portione Britij , ſed Alexandri tantum meritò eius Succeſſores pulſari ad reſtituendum ex fideicommiſſo dictam portionem tanquam Creditores d. dotis opponere poſſunt de illius detractione ; eoque magis cum Laurentius Pater Actorum liberè conſenſit alienationi dictæ portionis , vt proinde ipſa tranſierit in emptorem libera , & immunis ab omni hypotheca dictæ dotis , cuius conſenſum, & remiſſionem
8 ipſi Actores impugnare non poſſunt, nec illi contrauenire , dum ſunt illius hæredes ſine beneficio legis , & Inuentarij ex diſpoſitione *Text. in l. cum à matre C. de rei vindic.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA MVTVI.

Lunæ 5. Maij 1659.

ARGVMENTVM.

Mulier ſeu minor opponens nullitatem contractus mutui ex defectu ſolemnitatum reſtituere tenetur pecunias receptas , & in eius vtilitatem verſas , ex quibus facta fuerit locupletior . Verſionem vero tenetur creditor iuſtificare tantummodo in mutuo fœneratitio , & cum vſuris , ſecus autem in mutuo vere gratuito , & ſine vſuris , in quo

verſio

Digitized by Google

verſio, & locupletatio præſumitur niſi ab ipſa muliere, vel minore contrarium probetur.

SVMMARIVM.

1 *Apoca priuata, Camerali obligatione vallata, & manu debitaris ſubſcripta, & per teſtes formiter examinatos racognita habet viam exetutiuam.*

2 *Teſtis recognoſcens inter plures manum debitoris in apoca ſubſcripti, ſuperlatiuè probat, & magnam fidem meretur.*

3 *Minor, ſeu mulier, opponentes nullitatem contractus ex defectu ſolemnitatum, reſtituere tenentur pecunias receptas, & verſas in ipſorum vtilitatem, ex quibus ſunt effecti locupletiores.*

4 *Verſio in vtilitatem minoris, & illius locupletatio probari debet à creditore, quando agitur in contractu mutui fæneratitio, & cum vſuris, ſi ab ipſo minore opponente nullitatem contractus vult Creditor petere reſtitutionem pecuniarum ab eo receptarum.*

5 *Secus autem in mutuo mere gratuito.*

6 *Verſio in vtilitatem minoris, vel mulieris illorumque locupletatio præſumitur in mutua mere gratuito, & ſine vſuris, niſi ab ipſis contrarium probetur.*

7 *Doctor allegans alium Doctorem venit intelligendus iuxta terminos Doctoris allegati.*

8 *Verſio in vtilitatem minoris, ſeu mulieris, eo magis præſumitur in mutuo mere gratuito, quando minor, vel mulier ſunt induſtria diligentia, & prudentia prediti.*

9 *Scriptura priuata, dum non eſt ſubſcripta neque formiter recognita nihil probat cum ipſa vires aſſumat à recognitione.*

DECISIO DCII.

SCuta bis mille, quæ anno 1654. bo. ſme. Hieronimus Matthæius ad cambium ſuſceperat à D. Laurentio Chiſio mutuauit 21. Nouembris eiuſdem anni D. Sulpitiæ Vitelleſchæ eius Vxori præuia Apoca propria iſtius manu ſubſcripta, & obligatione Camerali vallata *Summ. DD. de Mattheis num.* 4. ſequuta actuali ſolutione mediantibus ordinibus Sacro Monte Pietatis Vrbis directis *num.* 2. *&* 5.

Defuncto Hieronymo DD. de Mattheis Fratres, & hæredes egerunt coram R. P. D. Bulgarino Locumtenente A. C. contra D. Sulpitiam pro illorum reſtitutione, & producta d. Apoca, illaque per duos Teſtes ſer. ſer. recognita *Summ. num.* 6. obtinuerunt mandatum exequutiuum, à quo cauſa appellationis mihi commiſſa cum clauſula *ſi quid exequen.* ad formam Commiſſionis propoſito dubio pro exequutione mandati fuit reſponſum.

Conſtat enim de Credito mediante apoca
1 Camerali obligatione vallata, & propria manu
D. Sulpitiæ ſubſcripta, ac recognita per dd. Teſtes formiter examinatos, quorum primus eſt
Sacerdos, ac præſens fuit confectioni illius, ac
2 in ea ſe ſubſcripſit ſecundus vero eam recognouit inter plures, qui modus recognoſcendi eſt
ſuperlatiuus, & magnam fidem meretur, vt dixit *Rota in recent. deciſ.* 192. *ſub numer.* 3. *part.* 3.
confirmata 31. *Martij proximè preteriti cor. R. P. D. mea Beuilaqua.*

Nec obſtat exceptio nullitatis obligationis
deducta ex *ſtatuta Vrbis cap.* 151. *lib.* 1. quia tam
3 mulieres quam minores opponentes nullitatem
contractus ex defectu ſolemnitarum reſtituere tenentur pecunias receptas, & verſas in ipſorum
vtilitatem, ex quibus effecti ſint locupletiores,
quo caſu non intrare dictam diſpoſitionem ſtatutariam poſt *Lambert. de Contract. gloſſ.* 24. *num.* 1. in terminis dixit *Rota in Romana Societatis Officij* 13. *Februarij* 1616. *coram Litta apud Pie. ad ſtatut. Vrb. dec.* 11. *num.* 1. quem refert, & ſequitur
Gratian. diſcept. 879. *num.* 4. *cum ſeqq. & ſignanter num.* 9.

Quod D. Sulpitia d. ſcut. 2000. verè, & realiter receperit probatur ex ordinibus directis Sacro Monti Pietatis relatis *in Summ. num.* 2. quod
4 autem verſa fuerint in eius vtilitatem, & ex eis
effecta fuerit locupletior Domini ponderarunt,
quod non agitur de contractu fæneratitio, &
cum vſuris, quo caſu creditor tenetur probare
verſionem, & locupletationem, & in his terminis loquitur *Rot. coram Martin. Andr. deciſ.* 33. *n.*
8. 9. *&* 10. repetita *in recent. deciſ.* 668. *num.* 6.
& 7. *par.* 1. *& coram Duran deciſ.* 18. *numer.* 30.
5 *cum ſeq.* ſed verſamur in contractu mere gratuito,
& ſine vſuris, in hoc enim caſu verſio, & locu-
6 pletatio præſumitur niſi ab ipſa muliere, vel minore contrarium probetur, vt optimè diſtinguēdo probant *Bart. in l.* 1. *in fine verſ. quandoque iſte qui mutuauit, Lamberteng. vbi ſupra d. gloſ.* 24. *nu.* 17. *Gomeſ. var. reſol. tom.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. *in fine verſ. quinto infertur Card. Mantic. de tacit. lib.* 8. *tit.* 6. *num.* 8. *Odd. de reſtit. in integr. part.* 2. *qu.* 51. *num.* 53. *verſ. in contrarium eſt magis, & verſ. ego puta veriorem Maſcard. de probat. concluſ.* 1167. *num.* 12. *Gratian. d. diſcept.* 879. *num.* 8. & cum
7 iſta diſtinctione intelligendus eſt *Pie. ad ſtatut. Vrb. gloſſ.* 7. *num.* 70. dum allegat *Lamberteng. d. gloſſ.* 24. qui hanc diſtinctionem pro veriſſima, & communiter approbata defendit.

Quod facilius in præſenti caſu recipiendum
8 videbatur attentis optimis qualitatibus D. Sulpitiæ mulieris induſtria, diligentia, & prudentia præditæ, ex quibus augetur præſumptio verſionis in eius vtilitatem, & tollitur ſiniſtra ſuſpicio iactationis vt tradunt *Bald. in d. l.* 1. *in fin. C. ſi aduerſ. credit. Odd. alios cumulans d. quaſt.* 51. *nu.* 51. *Maſcard. de probat. d. concluſ.* 1167. *numer.* 16. *& ſeq.*

Nec ſubſiſtunt ea, quæ deducuntur ad probandam verſionem pecuniarum in expignorandis pignoribus mariti *Summ. additionali D. Sulpitia num.* 1. *cum ſeqq.*

Quoniam notula, quæ aſſeritur ſcripta manu
Beltrammi, qui tanquam eius Procurator ſcuta
2000. exegit, non eſt ſubſcripta, neque oſten-
9 ditur formiter recognita, vt opus eſt, quo ceſſante, nil probat cum Vires aſſumat à recognitione, vt dixit *Rota deciſ.* 103. *num.* 9. *part.* 5. *recent.* nec poteſt adminiculari ex partitis Librorum Montis Pietatis, quia in illis tria tantum pignora reperiebantur deſcripta ſub nomine D. Hieronymi non excedentia ſcuta 300. Reliqua verò expignorata fuerunt ab illis, ad quos verè ſpectabant, non autem per Beltrammum, vt latius in *Summ. reſponſionis DD. de Mattheis num.* 1. Concurritque inſuper maxima inuериſimilitudo, ſi enim ille habens in monte Pietatis ſcuta 2000. voluiſſet die ſequēti expignorare ſua bona ordinem non feciſſet ſoluendum dd. pecunias D. Sulpitiæ, & multo minus ipſa ſe obligaſſet in forma Cameræ illa reſtituere infra certum tempus.

Et ità vtraque &c.

FVL-

FVLGINATEN, ATTENTATORVM.

Veneris 30. Maij 1659.

A R G V M E N T V M.

Attentans pro ſufficienti purgatione attentatorum debet realiter reſtituere fructus, & reficere ac ſoluere omnes expenſas, damna, & intereſſe vſq; ad vltimum quadrantem, & quænam expenſæ veniant ab Attentante reficiendæ, & quando ipſe liberetur ab alteriori purgatione facto depoſito de mandato Iudicis cum citatione partium?

S V M M A R I V M.

1 *Deponere non eſt ſoluere.*

2 *Attentans pro ſufficienti purgatione Attentatorum debet realiter reſtituere omnes fructus, & reficere omnes expenſas, damna, & intereſſe vſque ad vltimum quadrantem.*

3 *Depoſitum factum de mandato Iudicis præuia citatione partis ad recipiendum, quæ recipere recuſauit, habet vim ſolutionis, & liberat deponentem.*

4 *Declara hoc non procedere, quando depoſitum non eſt integrum.*

5 *Valor qui ab attentante debet reſtitui pro purgatione attenditur præciſè de tempore attentatorum.*

6 *Fides ſimplex, & in actis non producta fidem non facit.*

7 *Depoſitum factum de mandato Iudicis nulliter procedentis non releuat.*

8 *Comparens impugnatiue in Iudicio non dicitur conſentire Iuriſdictioni Iudicis, nec geſtis ab eo.*

9 *Expenſæ etiam extraiudiciales veniunt integraliter reficiendæ in iudicio attentatorum tanquam damna, & intereſſe.*

10 *Attentans non dicitur ſatis attentata purgaſſe, facta recognitione, & dimiſſione poſſeſſionis.*

11 *Expenſæ Iudiciales concernentes merita cauſæ non veniunt reficiendæ in iudicio Attentatorum, ſed illæ dumtaxat quæ reſpiciunt attentata.*

12 *Iuriſdictio Iudicis fundatur ex commiſſione in actis producta.*

13 *Tranſportatio integra omnium actorum non requiritur ad effectum reuocandi Attentata, ſed ſufficit illa tantum tranſportare, & exhibere, ex quibus attentata probantur.*

D E C I S I O DCIII.

CОnceſſo Cataneis mandato de manutenendo pro reuocatione Attentatorum per Eliſeos commiſſorum ſuper Prædijs controuerſis in ſpretum litis pendentis in Rota, eiuſque inhibitionis iuxta deciſionem *coram R. P. D. meo Celſo emanatam 27. Martij 1656.* fuit ab eodem decretum, & relaxatum mandatum exequutiuum pro reſtitutione fructuum in ſcutis 104. & b. 65. & expenſarum in alijs ſcutis 165. & b. 95. ex fundamentis in alia deciſione deductis 11. Februarij 1658. verum appellantibus Eliſeijs ab exceſſiua taxatione, & cauſa mihi commiſſa, dubitaui An mandatum totale ſit confirmandum, vel infirmandum.

Et Domini illud confirmandum eſſe cenſuerunt primo quoad fructus non obſtante, quod Eliſei non contrauertentes illorum quantitatem allegauerint non potuiſſe cogi ad ſoluendum illorum æſtimationem, ex quo fructus in eademmet ſpecie, & quantitate depoſuerint de mandato Iudicis Fulginei parte vocata, & præſente ip-
1 ſorum *Summ. num. 2.* quia deponere non eſt ſoluere *l. Item libertas §. 1. ff. quib. mod. pignor. vel hypoth. ſoluat.* Et attentans pro ſufficienti purga-
2 tione debet realiter reſtituere fructus, & reficere, ac ſoluere omnes expenſas, damna, & intereſſe vſque ad vltimum quadrantem, vt præter *deciſiones allegatas in 2. deciſione §. nec ſuffragari*, reſpondit *Rota in recent. deciſ. 269. num. 1. verſ. nam licet part. 1. & in alijs allegatis in Romana Attentatorum 26. Iunij 1654. coram* R. *P. D. meo Meltio §. non obſtat.*

Et licet depoſitum factum de mandato Iudicis
3 præuia citatione partis ad recipiendum, quæ recipere recuſauerit habeat vim ſolutionis, & liberet deponentem, vt in his terminis dixit *Rota coram ſan. me. Greg. dec. 214. num. 1.*

Hoc tamen non applicatur, tum quia depoſi-
4 tum non fuit integrum, vt probatur in 2. *deciſ. §. minus ſuffragari*, & dixit *Rota in recent. deciſ. 158. num. 9. & deciſ. 234. numer. 13. poſtrema part. 8.* Nam deficiebant duæ ſalmæ frumenti, vt aſſeritur mutuatæ Colono, quæ gratis dicuntur ab eo reſtitutæ, dùm ſuper hoc nulla datur ſufficiens iuſtificatio, vt opus eſt pro duodecim ſalmis cum dimidia vuarum fuerunt depoſitata ſcuta 12. & b. 50. & tamen iuſtus illatum valor de tempore
5 attentatorum, qui præciſè attendi debet aſcendebat ad ſcuta 25. & b. 50. vt probatur in *d. dec. §. cenſuerunt pariter*, nil refragante fide relata *in*
6 *Summ. illorum de Eliſeis num. 5.* quia fidem non facit tanquam ſimplex, & in actis non producta, ac vti loquens in genere ibi: *vn anno per l'altro*: Et denique deficiebant expenſæ per Cattaneos paſſæ.

Tùm etiam quia facta fuit de mandato Iudi-
7 cis de partibus lite pendente in Rota, & ſic nulliter, vt probant *auctoritates ibi allegata §. Et fuit factùm & dixit Rota deciſ. 102. num. 5. par. 2. rec.* Fruſtra verò allegatur citatio partis, eiuſque præſentia, quia ſemper proteſtauit de pendentia
8 litis in Rota, & comparuit citra conſenſum in Iuriſdictionem, vt in *d. Summ. num. 2. litt. B.* ex allegatis ad propoſitum *in Bononien. pecuniaria, ſeu attentatorum 28. Aprilis 1645 coram bo. me. Bichio §. conſenſus Geſib.*

Secundo quoad expenſas extraiudiciales pro honorarijs Procuratoris, & Aduocati, ac pro mercede Copiſtæ factis in tribus Poſitionibus in Signatura, & in Rota, & liquidatas in ſcutis 50. quæ quicquid dicat altera pars ſuper articulo, & occaſione attentatorum factæ fuerunt, in
9 hoc enim Iudicio integrè reficiuntur etiam extraiudiciales tanquam damna, & intereſſe, vt fuit dictum in *Romana Vineæ 9. Decembris 1648. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. §. vlterius cum ſeq & in Auenionen. Attentatorum 28. Iunij 1651. coram eodem R. P. D. meo Celſo §. Et licet.*

Nec ſuffragatur renunciatio facta per Eliſeos
10 cum dimiſſione poſſeſſionis, quia hoc non ſufficit ex deductis *in d. 2. deciſ. §. nec ſuffragari*, & *§. Sola autem oblatio cum ſeq.* Præſertim vti facta ab vno tantùm ſine ſpeciali mandato alterius, & in limine propoſitionis cauſæ in Rota tempore quo omnia neceſſaria parata erant.

Quo verò ad expenſas iudiciales, partitæ ſcilicet extractuum A. C. exceſſus non poterat cui-
11 tari, quia non debent refici expenſæ Actorum concernentium merita cauſæ, quæ reficiuntur in fine litis, ſed tantum illorum, quæ purè, & ſimpliciter reſpiciunt attentata, vt in *Foroliuien. expenſarum 26. Iunij 1654. coram R. P. D. meo Veroſpio per totam, & in Aſculana. Parochialis de Rubians*

bians

biano 10. Februarij præteriti coram me §. Quoniam quoad e perſat.

Nec ſubſiſtit, quod fuerit neceſſaria tranſportatio dicti extractus pro firmanda Iuriſdictione;
11 quia Iuriſdictio firmatur ex commiſſione in actis producta præuia citatione partis, & licet non poſſit exerceri antequam tranſportetur acta,
12 nihilominus ad effectum reuocandi Attentata non requiritur integra tranſportatio omnium Actorum, ſed ſufficit illa tantum tranſportare, & exhibere ex quibus probantur Attentata vt dixit *Rota deciſ. 211. num. 6. & 7. par. 4. tom. 2. rec. in Vercellen Prioratus 25. Februarij 1647. coram bo. me. Pentingerio, in fine, & in Taurinen. Decimarum, ſeu Attentatorum 2. Iunij 1652. coram Reuerendiſſimo Tarracanen.* Gratis autem dicitur ex eo Cattaneos iuſtificaſſe eorum bonum Ius, vt facilius obtinerent huiuſmodi reuocationem, quia Attentata fuerunt tantum reuocata ob ſpretum litis pendentis in Rota, eiuſque inhibitionis, non autem ex bono Iure, vt patet *ex vtraque deciſione*.

Verum Domini animaduertebant expenſas extraiudiciales taxatas in ſcutis 50. tantum maioris eſſe quantitatis, nempè ſcutorum 75. & b. 95. ac vlterius illis addendam eſſe mercedem ſollicitatoris ſpatio trium annorum, & amplius nec non alias expenſas neceſſarias in ſumma ſcutorum quindecim; vndè deleta à iudicialibus expenſa Actorum concernentium merita cauſæ, & addita extraiudicialibus ſumma dictarum parcitarum deficientium, adhuc expenſę reficiendæ per Eliſeos excedunt ſcuta 165. & b. 95. contenta in mandato; quapropter in omnibus mandatum rotale eſſe confirmandum vtraque parte informante fuit reſolutum &c.

LEODIEN. PAROCHIALIS.

Veneris 6. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Pręſentatus ad Iuſpatronatus à medietate patronorum, & obtinens apoſtolicam prouiſionem cum derogatione alterius medietatis quando dicatur illam iuſtificaſſe, & quæ requirantur?

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus non præſumitur vſurpatum, licet Patroni Layci iuriſdictionem habeant temporalem in loco beneficij, quando cum eis comitati ſunt patroni Eccleſiaſtici, in quibus dicta præſumptio non cadit.*

2 *Iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione, vt non dicatur ſufficienter probatum, ſufficit quod illud poſſit alijs modis competere.*

3 *Probatio nunquam concludit data poſſibilitate contrarij.*

4 *Præſentatus à medietate patronorum, vt illi ſuffragetur gratia derogationis alterius medietatis debet principaliter probare, quod Patroni, qui eum præſentauerunt exiſtant in quaſi poſſeſſione præſentandi.*

5 *Amplia vt non ſufficiat iuſtificare actualem actum præſentationis, quodque præſentantes ſint veri patroni, & medietatem conſtituant.*

6 *Amplia etiam ſi illi qui præſentauerunt eſſent veri, & indubitati patroni.*

7 *Examen quando conditionaliter, & pro forma requiritur, omnino fieri debet, quamuis examinandus alias eſſet notorie idoneus.*

8 *Examen quando conditionaliter, & pro forma requiritur, nec minus ſtatur atteſtationi Ordinarij de habilitate prouiſi, ſed poſitiuè eſt examinandus.*

9 *Et quidem vocato poſſeſſore, & coopoſitore.*

DECISIO DCIV.

Reſolutum fuit litteras Apoſtolicas non eſſe iuſtificatas, etenim Carolus Io: Baptiſta Fabritius expoſito, quod controuerſa Eccleſia Parochialis loci de Oley vacabat per obitum Matthiæ Neaſdens ſequutum extra Romanam Curiam de menſe Decembris 16.3. quodque ſit de iurepatronatus Clericorum, & Laycorum mixtim, & ad eam à medietate Patronorum præſentatus exiſtat, prouiſionem obtinuit à Sede Apoſtolica cum derogatione alterius medietatis informa mandati de prouidendo per hęc verba ibi *Quatenus verificato prius coram te, quod dictum Iuſpatronatus ex fundatione, vel dotatione huiuſmodi exiſtat, vt præfertur, ſi per diligentem examinationem per te adhibitis examinatoribus ad id à Concilio Tridentino prædicto deſignatis, ſi iſtic eſſent, vti eſſe deberent, in Synodo Diœcaſana deputati, ſin autem abſque illis faciendum d. Carolum Io: Baptiſtam ad hoc idoneum eſſe repereris &c. conferat &c.* narrato valore in 50. vna cum in certis in 150. ac in ſubſequenti gratia reualidatoria in 100. vna cu mincertis in bis centum ducatis auri de Camera per non exceſſum *eius Summ. num. 3. & 10.*

Ideo dixerunt Domini deficere iuſtificationem primo circa qualitatem, quod Iuſpatronatus ſit ex fundatione, & dotatione eſto enim quod non verſemur in rigoroſis terminis *S. Conc.*
1 *Trid. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform.* ex quo licet Patroni Layci Iuriſdictionem habeant temporalem in loco Beneficij, nihilominus ceſſat vſurpationis præſumptio, dum commixti ſunt Patroni Eccleſiaſtici, nempe Capitulum, & Canonici Eccleſiæ Cathedralis Leodien. in quibus dicta præſumptio non cadit, vt tradunt *Menoch. conſ. 654. ante num. 2. verſ. quoad 2. Lotther. de re benef. lib. 2. qu. 13. nu. 1. 8. Card. Canal. dec. 89. num. 2. Rota in recent. deciſ. 154. num. 7. ad med. verſ. ſed vlterius Domini par. 2. & dec. 401. num. 5. & 6. par. 5.*

Adhuc tamen ex enunciatiuis emanatis in viſitationibus, vt *ex præſentationibus relatis in eius Summ. num. 7. & 8.* nullatenus iuſtificatum ap-
2 paret, quod Iuſpatronatus ſpectet ad eos ex fundatione, vel dotatione, ſicut Sanctiſſimus præciſè requiſiuit; Cum enim in eis de hac qualitate nec verbum quidem legatur, & Iuſpatronatus poſſit alijs modis competere, hoc ſanè ſufficit, vt probatio non ſit concludens per ea, quæ in terminis deducta fuerunt in *Bonon. Iuriſpatronatus 13. Maij 1658. coram me per tot, & ſignanter §. fin.* Probatio enim nunquam concludit data poſ-
3 ſibilitate contrarij *cap. in præſentia de probat. Rot. dec. 216. nu. 13. par 6. recent.*

Secundo in ea parte, qua ſuppoſuit præſenta-
4 tum eſſe à medietate Patronorum, quia ad iſtum effectum non ſufficit iuſtificare actualem actum præſentationis, quodque præſentantes ſint veri Patroni, & medietatem conſtituant, quæ in caſu noſtro ex hactenus deductis nec minus videntur ſufficienter iuſtificata, ſed principaliter pro-
5 bandum eſt, quod Patroni, qui eum præſentarunt, exiſtant in quaſi poſſeſſione præſentandi,
6 quia in his terminis Papa de iſtis tantum intelligit, non autem de alijs non exiſtentibus in dicta quaſi poſſeſſione etiamſi alias eſſent veri, & indubitati Patroni, vt probat *Lotther. vbi ſupra d. lib.*

lib. 2. qu. 8. num. 106. cum ſeq. Rota in recent. deciſ. 471. num. 20. & 21. part. 4. tom. 2. & melius *apud Viuian. de Iurepatr. deciſ. 78. num. 9. in Sulmonen. Beneficij 23. Ianuarij 1647. coram bo. mem. Penting. §. neque Tabaſtius in fine, & 20. Martij 1649. cor. bon. mem. Arguelles §. eius ſententia, & in Lucana Iuriſpatronatus 17. Martij 1658. coram R.P.D. meo Celſo §. Et quod magis eſt.* Ex præfatis autem præſentationibus relatis *in d. num. 8.* nullatenus iuſtificatur quod Patroni Layci, qui modo præſentarunt Actorem exiſtant in requiſita quaſi poſſeſſione præſentandi.

Tertio demum reſpectu idoneitatis, nam nullum præceſſit examen à Sanctiſſimo præciſe re-
7 quiſitum; quoties enim (vt hic) conditionaliter, & proforma examen requiritur, omninò fieri debet, quamuis examinandus alias eſſet notorie idoneus *Lambertin. de Iurepatr. par. 1. lib 2. quæſt. 11. art. 3. num. 5. Mandoſ. ſuper reg. 24. qu. 3. num. 11. & 12. Gonzal. ſuper reg 24. gloſ. 4. num. 89. cum ſeqq. Garz. de benef par 6. cap. 2. nu. 26. Rota in Calaguritana Beneficij de Ormillas 12. Octobris 1587 coram Pamphilia ſeu relatum per eundem Garz. ibidem num 266 & coram Card. Seraph. deciſ. 13. 3. num. 1. verſ. quia aliter.*

Indeque non releuat atteſtatio Vicarij Generalis Leonien. relata *in d Summ. num* 6. quia præterquod redarguitur de errore, vbicumque: vt
8 dictum eſt, examen pro forma requiritur, nec minus ſtatur atteſtationi Ordinarij de habilitate prouiſi, ſed poſitiuè eſt examinandus, *Pauſ. de reſignat. lib. 8. qu. 9. num. 89. cum ſeqq. Corrad. in prax. Benefic. lib. 3. cap. 4. num. 3.* Et quidem vo-
9 cato poſſeſſore, & Coopoſitore, vt reſponſum fuit in *Calaguritana Beneficiorum 26. Iunij 1648. §. Quo magis, & in Calaguritana Beneficij 15. Ianuarij 1652. coram bo. me. Bichio.*

Et ità vtraque. &c.

VITERBIEN. TVTELÆ.

Vaner. 6. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Tutor licet remoueatur à tutela ſi Inuentarium tutelare non confecit, & quando eſt abſens à loco vbi ſita ſunt bona pupilli, an tamen poſſit excuſari, & quomodo?

SVMMARIVM.

1 *Tutor qui Inuentarium tutelare non confecit excuſatur ab omni mora, & negligentia, ſi illius omiſſio non prouenerit ex culpa, & dolo ipſius, ſed ex iuſta cauſa ob impedimentum à coniuncto ſibi præſtitum.*

2 *Tutor quoties non habet adminiſtrationem, non poteſt dici ſuſpectus, ſi interim Inuentarium tutelare non confecit.*

3 *Tutor de iure remouetur à tutela, ſi eſſet abſens à loco, vbi ſita ſunt bona pupilli.*

4 *Declara hoc non procedere, quando abſentia eſt neceſſaria.*

5 *Tutoris præmanentia penes pupillos in loco, vbi occaſio eſt, vt magis virtutibus repleantur, non poteſt dici culpabilis, licet abſit à loco.*

6 *Concordia quæ poſtea non vbi ſita ſunt illorum bona fuit effectuata nihil operatur.*

DECISIO DCV.

IN vltimo eius elogio die 12. Iunij 1657. condito bo. me. Io: Baptiſta Buſſius non ſolum reliquit D. Comitiſſæ Eleonoræ Marcianæ eius dilectiſſimæ Vxori vſum Rhedæ, & menſtrua ſcuta 50. ſed etiam eam fecit, reliquit, & eſſe voluit Tutricem, & pro tempore Curatricem DD. Iulij Antonij, & aliorum communium filiorum, & eius hæredum cum omnibus facultatibus deſuper neceſſarijs, & opportunis, & quatenus ipſa huiuſmodi tutelam acceptare nollet ſubſtituit, & in eius locum poſuit R. P. D. Ludouicum Buſſium ipſius fratrem germanum *Summ. d. Comitiſſæ num. 1.*

Defuncto Teſtatore ipſa tutelam acceptauit, & ad maiorem cauthelam alijſque ſalutaribus clauſulis obtinuit ſe in Tutricem confirmari per Locumtenentem Viterbij *num. 2.* Verum quia huiuſmodi tutelę officium in controuerſiam ſibi deductum fuerat coram A. C. ſpeciali Commiſſione Sanctiſſimi ab eo cauſa auocata fuit, & commiſſa poſtremò Eminentiſſimo D. Cardinali Albizio cum voto Rotæ Ideo propoſito particulari dubio Informantes pro D. Buſſio triplici fundamento prætendebant D. Comitiſſæ non deberi tutelam.

Et primo quia non fecit Inuentarium tutelare, ſed fuit reſponſum per ipſam non ſtetiſſe, immò ad eius inſtantiam *die 28. eiuſdem menſis Iunij 1657.* & ſic per paucos dies poſt obitum viri fuiſſe inchoatam deſcriptionem bonorum hæreditariorum illius, manu Notarij publici *d. eius Sum. num. 3.* quæ perfecta non fuit, nec deſuper ſtipulatum publicum inſtrumentum: ex quo ſuperuenit D. Collitigans, qui cum poſſideret omnia bona pro indiuiſo impediuit actu nedum continuationem illius, ac perfectionem ſolemnis inuentarij, ſed etiam adminiſtrationem D. Comitiſſæ, eiuſque tutelare officium. Hinc enim cum
1 illius omiſſio non prouenerit ex culpa, & dolo Tutricis, ſed ex iuſta cauſa ob impedimentum à coniuncto ſibi præſtitum ipſa ab omni mora, & negligentia remanet præſeruata iuxta diſpoſitionem. *Text. in l. Tutor. qui repertorium ff. de adminiſtr. Tutor.* ibi: *niſi forte aliqua neceſſaria, & iuſtiſſima cauſa allegari poſſit cur id factum non ſit,* ibique *Bart. numer. 17. Flot. de in lit. iuran. §. 5. nu. 3. Catheran. dec. Pedemont. 58. nu. 28.*

Accedit ſuperuenientia Peſtis illicò ſequutæ in Ciuitate Viterbij, qua de cauſa iuſſu D. Collitigantis ipſa D. Comitiſſa vna cum filijs, & familia traducta fuit ad Ciuitatem Balneoregij ad purgationem explendam, & deinde ad Vrbem, vbi occupata pariter ſibi adminiſtratione iudicialiter inhibita fuit coram AC. vigore Eugenianæ, ne in controuerſa Tutela amplius ſe in-
2 gereret; Quoties enim Tutor non habet adminiſtrationem; non poteſt dici ſuſpectus ſi interim non confecit Inuentarium, vt monet *Bart. in d. l. Tutor Ruin. conſ. 105. num 8. & 9. lib...... Menoch. de arbitr. lib. 2. cent....... caſ. 174. num. 3. Guttier. vbi ſupra d. par. 2. cap. primo num. 19.*

Secundo, quia deſeruit lares paternos, & familiam traduxit ad vrbem, vbi moratur; Verum
3 quia quamuis de iure tutor remoueatur a tutela ſi eſt abſens à loco vbi ſita ſunt bona pupillorum *l. Diuus Marcus ff. de Tutor. & Curat. Rota deciſ. 668. n. 1. verſ. tum quia eſt abſens par. 1. recent. in Nepeſina Tutela 2. Martij 1643. coram me §. vltimus, & in Tiburtina 10. Martij præteriti §. 3. reſultat coram R. P. D. meo Meltio;* attamen huiuſmodi concluſio non applicatur huic caſui, tum quia abſen-

Digitized by Google

4 abſentia fuit neceſſaria demandata etiam à D.
Collitigante, eiuſque continuatio magis neceſ-
ſaria redditur ob iudiciales controuerſias illico
ſibi motas, & adhuc continuatas ex pluribus ip-
ſa non poteſt diei in aliqua mora cum Romæ de
gat, vt ſe tutricem defendat; Tum quia hìc in
vrbe adſunt etiam effectus hæreditarij, & quod
magis eſt, morantur ipſimet filij ſtudijs incum-
bentes; Cum enim hic abundent Gymnaſia, Ac-
5 cademiæ, & Seminaria, vbi Ludimagiſtri flo-
rent, qui ſumma cum diligentia, & amore Pue-
ris inuigilant, vt virtutibus repleantur, culpa-
bilis non fuit eius permanentia penes ipſos filios
cum illarum acquiſitio alibi difficilior ſit, vt in
puncto reſpondit *Rota coram Reuerendiſsimo Com-
poſtellano in recent. dec. 12. num. 12. & 13. par. 8.*

Tertiò demùm quia D. Comitiſſa tutelæ re-
nunciauit mediante concordia, ſed facilius re-
mouetur, quia præter quod concordia, quæ
erat ineunda ſubſtineri non potuiſſet ſine ſolem-
nitatibus, cùm non ſolùm ageretur de renuncia-
tione tutelæ, verùm etiam annui Legati ſcuto-
rum 600. & vſus Rhedæ pro ſolis ſcutis 4000.
6 non apparet concluſa, nec effectuata, vt demon
ſtrauit ſucceſſiuus cauſæ progreſſus ex deductis
*in Elnen. Fructuum 23. Martij 1639. coram bon.
mem. Dunozetto §. nec obſtare viſa fuit.*

Et ita Domini reſoluerunt tutelam deberi D.
Comitiſſæ viſum tamen fuit forſan expedire, vt
finita penitus lite, & controuerſia ſuper tutela,
& bonis hæreditarijs, nec non ſibi libera admi-
niſtratione dimiſſa, eadem D. Commiſſa cogi-
tet de reditu ad Ciuitatem Viterbij; Nam bo-
na ibidem exiſtentia veriſimiliter ob pupillorum
indemnitatem indigere poterunt perſonali ope-
ra, & miniſterio tutricis, quæ vlterius ibi ſo-
lemnia, quæ deficiunt commodius implere po-
terit, a quibus eamdem non fore alienam Do-
mini confidebant. Vtraque Parte informan-
te, &c.

INTERAMNEN. BONORVM.

Lunæ 9. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Adiudicatio, quando eſt exceſſiua, continetque
enormiſſimam læſionem, & fuit facta abſque ci-
tatione alterius pro indiuiſo poſſidentis tan-
quam nulla, & notoriè iniuſta eſt reuocanda,
etiam per viam manutentionis, an autem in exe-
quutione, ſeù adiudicatione teneatur Credi-
tor vltra hæredem proprietarium debitoris,
etiam vſufructuarium citare, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Clauſula Conſtituti licet appoſita fauore abſentis cenſetur ab eo acceptata, ſi de ea notitiam habuit.*

2 *Actus, qui vtilitatem affert, cenſetur ab abſente acceptatus poſtquam de eo notitiam habuit.*

3 *Conſtitutum etiam abſente Conſtitutario operatur ſi poſtea ipſe tempore habili, viuente ſcilicet conſtituente ratificauerit, vtendo ipſo Inſtrumento.*

4 *Conſtitutum appoſitũ à Marito ad fauorem mulieris in Inſtrumento dotali etiam abſque clauſula* ex nunc prout ex tunc *cenſetur de iure collatum in tempus mortis viri, & ſic in eius vltimo vitæ ſpiritu operatur, effectum ſuum.*

5 *Amplia præſertim, quando bona Viri in ſua hæreditate reperiuntur, nec ab eo viuente alienata fuerunt in tertium.*

6 *Teſtis depoſitio precedenter facta ſuper interrogatorijs magis attenditur, quam ſubſequens facta ſuper articulis.*

7 *Statutum continuans poſſeſſionem defuncti in hæredem, nihil operatur in præiudicium habentis Clauſulam conſtituti.*

8 *Amplia præſertim, quando hæres permittit conſtitutarium inſimul cum ipſo poſſidere.*

9 *Vſusfructus vxoris relictus licet ex bulgari conſuetudine extantibus liberis reſtringatur ad alimenta, hoc ceſſat quando Mater filijs ſiue liberis deſcendentibus ſuperuiuit, tunc enim integrum capit vſumfructum.*

10 *Adiudicatio facta non citato altero ex poſſidentibus iure proprio, remanet nulla, etiam reſpectu citati propter connexitatem, & indiuiduitatem Iudicij, & intereſſe.*

11 *Creditor hæreditarius nulliter agit contra ſolum vſufructuarium, non citato hærede proprietario.*

12 *Hæres proprietarius non autem vſufructuarius tenetur ſoluere debita hæreditaria, quæ non ſunt annua.*

13 *Creditor hæreditarius tenetur citare in exequutionem nedum hæredem proprietarium, ſed etiam vſufructuarium poſſidentem, ſi agatur de auferenda illi eius poſſeſſione, alias nulliter agit.*

14 *Adiudicatio exceſſiua venit reuocanda, etiam ſi agatur de exceſſu conſiſtente in adiudicatione rei magni valoris pro modico credito, dum facta fuit ad fauorem ipſiusmet Creditoris agentis.*

15 *Deliberatio facta ad fauorem tertij de re magni valoris pro modico credito, ſuſtinetur, ſi antequam deliberatarius poſſeſſionem aſſequatur reſiduum iuſti pretij debitori conſignandum exburſauerit.*

16 *Deliberatio in qua concurrit exceſſus, & enormiſſima læſio retractari poteſt etiam per viam manutentionis.*

17 *Retentio nunquam conceditur pro credito diuerſo ab eo pro quo emanauit adiudicatio.*

18 *Amplia præſertim ſi concurrat nullitas adiudicationis ex defectu citationis.*

19 *Iudex in adiudicatione bonorum debitoris, debet diligenter curare, vt creditor iuſto pretio emat non ſecus ac ſi eſſet extraneus.*

DECISIO DCVI.

DEcreuerunt Domini in relationibus Cauſa-
rum expeditionem mandati de manutenendo
ad fauorem Claræ Caſtellæ, & Petri Antonij
Mazzitelli eius filij aduerſus adiudicationem
factam Ciamburlanis de Prædio magni valoris
prò exiguo Credito ſcutorum 300. quia ſubſiſtit
tàm nullitas ex defectu legitimæ citationis Cla-
ræ pro indiuiſo poſſidentis, quàm notoria Iniu-
ſtitia propter exceſſum, & ænormiſſimam læſio-
nem Adiudicationis.

1 Subſiſtit ſiquidem nullitas non obſtante, quod
clauſula conſtituti adiecta in inſtrumento dotali
Claræ appoſita fuerit ipſa abſente, quia non ſo-
lum de ea rectam notitiam habuit, quæ ſuffi-
2 cientem acceptationem præfefert quando actus,
vt hic, vtilitatem affert, *Surd dec. 111. n. 12. in fine
& n. 13. & dec. 206. n. 11. cum alijs relatis in Roma-
na Saluiani de Caualibus 21. Iunij 1641. coram me
apud Zacch. de Oblig. Camer. dec. 189. num. 16.* ſed
3 etiam tempore habili, nempe viuente viro vſa
fuit dicto inſtrumento, eiuſque vigore expedi-
uit inhibitionem dotalem exhibitam etiam con-
tra ipſoſmet Ciamburlanos; Inde enim ſufficiẽs
reſultat ipſius ratificatio, & acceptatio ad effe-
ctum, vt valide iuuari poſſit conſtituto per eius
virum ipſa abſente appoſito, vt probat *Fontancl.
de pact. nupt. clauſ. 4. gloſſ. 27. n. 27.*

Nec refert, quod collatum fuerit poſt mor-

4 Viri conſtituentis abſque clauſula ex *nunc prout*
ex tunc, quia ad fauorem Mulieris collatum de
Iure exiſtimatur in tempus mortis illius, & ſic
in eius vltimo vitæ ſpiritu operatur effectum
ſuum, *Odd. conſ. 22. n. 10. Anton. de Amat. var. reſ. lib. 1*
reſol. 39. nu. 78. Rota apud Moderu. Poſth. de manut.
deciſ. 28. num. 6. Præſertim quando, vt hic, bona
5 Viri in ſua hæreditate reperiuntur, nec ab eo vi-
uente alienata fuerunt in Tertium, ex deductis
per *Amat. d. reſol. 39. num. 80. cum ſeqq.*

Nec facit, quod poſt mortem mariti Petrus
Antonius communis filius non ſolum adiuerit
illius hæreditatem auctoritate eiuſdem Claræ
matris nulla per eam facta proteſtatione, vt opus
erat, quod intendebat bona illius pro ſua dote
retinere quinimmo vltra continuationem poſſeſ-
ſionis ex ſtatuto interamnæ inductam actualiter
illam acceperit de omnibus bonis hæreditarijs
illius ipſa ſciente, & non reclamante.

Quia verius eſt in facto, quod poſſedit Petrus
Antonius vti hæres, Clara verò vti Creditrix
ſuæ Dotis, & tanquam vſufructuaria, & vterque
actualiter in ea continuauit, vt deponunt ijdem
met Teſtes pro Ciamburlanis in Rota formiter
examinati, & ſignanter primus iuxta nonum,
& ſecundus iuxtà quintum in quarto Interpretis
Interrogatorio, qui clariſſimè, & diſertis verbis
de vtriuſque poſſeſſione depoſuerunt, declaran-
do neſcire, quod Clara poſſederit duntaxat vti
Curatrix, & Adminiſtratrix Petri Antonij filij,
6 & quamuis ſuper quarto Articulo deinde dixe-
rint ſolum Petrum Antonium poſſidere miniſte-
rio, & Adminiſtratione Claræ Matris, attendi-
tur tamen, & præfertur præcedens eorundem
depoſitio ſuper Interrogatorijs illius poſſeſſio-
nem concludens ſine illa qualitate, ſed Iure pro-
prio, *Rota deciſ. 774. num. 3. par. 3. recent. & alijs*
relatis in Bonon. Pecuniaria 16. Iunij 1653. coram
me §. non obſtant Teſtes in fine: Statutum autem
7 de continuando poſſeſſionem defuncti in hære-
dem nil operatur in præiudicium habentis clau-
ſulam Conſtituti *Fontanell. vbi ſupra d. gloſſ. 27.*
num. 30. Amat. de reſol. 39. num. 71. Modern. Poſth. de
manut. obſeru. 54. num. 26. verſ. niſi in Rota dec. 232.
8 *num. 2. verſ. nec ſi probantur par. 3. recent.* Præcipuè
dùm filius, vt hic, permittit matrem inſimul
cum ipſo poſſidere *Burſatt. conſ. 9. num. 7. lib. primo*
Amat. d. reſol. 39. num. 69. & 72.

Minuſue ſubſiſtit, quod tempore huius Iudi-
cij Clara de ſua dote & fructibus bonorum ſui
viri eſſet integre ſatisfacta,

Quià hoc in facto probatum non fuit, immò
abſolutè excluditur ex cumulatiuo titulo vſuſ-
fructus, cuius vigore ex diſpoſitione ſui viri fru-
ctus fecit ſuos, nec propterea in ſatisfactionem
ſui Crediti dotalis potuerunt cedere; Nil refra-
9 gante, quod vſusfructus à Viro ſibi relictus pro-
pter exiſtentiam filij reduceretur ad alimenta,
iuxtà opinionem Bulgari conſuetudine vniuer-
ſali receptam; Quia præterquod filius ſolus de
hoc excipere poteſt Mater filijs ſuperuiuens inte-
grum conſequitur vſumfructum, vt dixit *Rota co-*
ram Gregor. deciſ. 460. ſub num. 7. ibique Add. ante
num. 18. verſ. Ceſſat autem, & in Firmana Codicil-
lorum 15. Nouembris 1649. coram me §. Prætereà
animaduertebant; Satis vtique eſt, quod filio per-
mittente pro indiuiſo poſſideret, & fructus per-
ciperet ſiuè pro integro vſufructu, ſiuè ad quan-
titatem duntaxat alimentorum, quia omni caſu
certum eſt, quod Iure proprio poſſidebat, vt
10 propterea de neceſſitate eſſet citanda, & aliter
facta adiudicatio remaneat nulla, & inualida
etiam reſpectu citati propter connexitatem, &
indiuiduitatem Iudicij, & intereſſe, vt probant
auctoritates allegatæ in vtraque huius cauſæ deciſione;
11 Quibus non obſtat, quod Creditor hæreditarius
nulliter agit contra ſolum vſufructuarium, non
12 citato hærede proprietario ad quem ſpectat ſol-
uere debita, quæ non ſunt annua, ex deductis
per *Rot. apud Mohed. deciſ. 4. num. primo, & per tot.*
de appell. quam refert, & ſequitur *Cyriac. controu.*
489. num. primo, quia non exinde educi valet, quod
ſufficiat citare ſolum hæredem proprietarium,
13 quia ſi vſufructuarius poſſideat, vt hic, & in
exequutione agatur de auferenda ſua poſſeſſione
ipſe etiam eſt citandus, alias nulliter agitur, vt
optimè reſpondit *Rota in Romana Pecuniaria 12.*
Decembris 1653. coram R. P. D. meo Albergato §.
Quia quicquid ſit.

Exceſſus autem cum ænormiſſima læſione eſt
clarus, vt in dictis deciſionibus comprobatur
14 etiamſi agatur de exceſſu conſiſtente in adiudi-
catione rei magni valoris pro modico credito,
dum facta fuit ad fauorem ipſius met creditoris
agentis ex deductis *in Romana Cenſuum 16. Mar-*
tij 1646. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tar
15 *raconen.* & quamuis Ciamburlani creditores il-
lam obtinuerint tanquam tertij, attamen quia
non exburſarunt antequam aſſequerentur poſſeſ-
ſionem, reſiduum iuſti pretij debitori conſignan
dum, (in quo conſiſtit ratio, propter quam ſub-
ſtinetur deliberatio facta ad fauorem tertij de
re magni valoris) non poſſunt vtique exceſſum,
& enormiſſimam læſionem euitare, quibus ſtan-
16 tibus retractari poteſt etiam per viam manuten-
tionis ex deductis in *Romana Locorum Montium*
14. Decembris 1658. coram R. P. D. meo Melzio;
& licet deinde per inſtrumentum declarauerint
velle prædium adiudicatum retinere etiam pro
alijs creditis ad ſcuta 4180. aſcendentibus, pro
quorum rata ſcuta 2400. conſtituenre obtinue-
rant mandata ab AC. cum exequatur Sac. Rotæ,
& reiterato reſcripto Signaturæ *ſine præiudicio*,
nihilominus placuit reſponſio deciſionum, quod
17 hoc eſſet petere retentionem, quæ nunquam
conceditur pro credito diuerſo ab eo pro quo
18 emanauit adiudicatio præſertim ſi concurrat
nullitas ex defectu citationis, vt præter auctori-
tates ibi allegatas optime in terminis reſpondit
Rota in Romana Manutentionis 27. Martij 1658. co-
ram R. P. D. meo Albergato §. Has autem nullitates.

Nec valet replicatio, quod Iudici non inno-
tuerit exiguus valor dicti Prædij, quia vltra re-
ſponſionem ſecundæ Deciſionis Iudex debet di-
19 ligenter curare, vt Creditor iuſto pretio emat,
non ſecùs ac ſi eſſet extraneus, vt poſt *Aſin. de*
Exequut. §. 7. cap. 300. num. primo tradit *Poſth. de*
Subhaſt. inſpect. 32. num. 20.

Et ita vtraque, &c.

HYSPALEN. DECIMARVM.

Lunæ 16. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Decimæ ſpirituales in ea Diæceſi in qua Parochiæ
non ſunt diſtinctæ ſpectant ad Capitulum,
tanquam ad vniuerſalem Parochum ratione ge-
neralis, & perpetuæ adminiſtrationis, quam
exercet vice Epiſcopi. Priuilegia exemptiua à
ſolutione Decimarum, quando attendantur, & de
quibus decimis ſint intelligenda? Immemora-

bilis

bilis continens negatiuam non ſoluendi quomodo probetur ?

SVMMARIVM.

1 *Decima ſpirituales ſpectant ad Capitulum tanquam ad vniuerſalem Parochum, ratione perpetuæ, & generalis adminiſtrationis redditnum, quam exercet vice Epiſcopi.*

2 *Declara hoc tantum procedere in ea Diœceſi in qua Parochiæ non ſunt diſtinctæ.*

3 *Concordia inita ſuper ſolutione Decimarum eſt omninò ſeruanda, fauore habentis iuris aſſiſtenſtentiam, non obſtante quod debitori deinde priuilegium concedatur.*

4 *Declara hoc tantum procedere dummodo in priuilegio expreſſa mentio, & derogatio concordiæ facta non fuerit.*

5 *In materia Decimarum ius metitur ex parte Actoris, quod non alteratur, neque immutatur ex mutatione poſſeſſoris fundi obnoxij oneri Decimarum.*

6 *Priuilegia exemptionis Decimarum conceſſa Ordini Sancti Hyeronimi fuerunt à Rota in pluribus cauſis diſcaſſa, & ſemper reiecta.*

7 *Priuilegium continens ſimplicem exemptionem Monaſterij à iuriſdictione ordinarij, illud ſubijciendo immediatè protectioni Sedis Apoſtolicæ illi nõ ſuffragatur, quoad ſolutionem Decimarum.*

8 *Declara niſi priuilegium concedat Monaſterio Territorium ſeparatum cum tranſlatione Iuriſdictionis quaſi Epiſcopalis.*

9 *Monaſterium exemptum ſimpliciter per priuilegium à Iuriſdictione Ordinarij, abſque conceſſione Territorij ſeparati, & tranſlatione Iuriſdictionis quaſi epiſcopalis, licet cum ſuis bonis non ſit de Diœceſi, dicitur tamen eſſe in Diœceſi.*

10 *Exemptio Monaſterij à iuriſdictione Ordinarij in neceſſariam antecedens, præſupponit illius exiſtentiam in Diœceſi.*

11 *Priuilegium ſimpliciter eximens Monaſterium à Iuriſdictione Ordinarij, & nullam faciens mentionem de decimis nunquam illas comprehendit.*

12 *Decimæ ordinariæ, & ſpirituales debitæ de iure diuino ratione Curæ Animarum indiuiduam, & ſpecialem mentionem requirunt in priuilegia exemptionis.*

13 *Exemptio à ſolutione Decimarum, quamuis generaliter loquatur de decimis, intelligitur tantummodo de extraordinariis, & temporalibus.*

14 *Exemptio à ſolutione Decimarum nunquam ſuffragatur quoad decimas ordinarias, & ſpirituales; Niſi in ea adſit expreſſa derogatio* Cap. Nuper de decim.

15 *Teſtes deponentes de Immemorabili debent eſſe Annorum* 54. *ante motam litem.*

16 *Teſtes deponentes de Immemorabili debent deponere de viſu per annos* 40. *ante motam litem.*

17 *Teſtes ad probandam immemorabilem debent de ea deponere cum omnibus requiſitis.* Gloſ. in cap. primo verb. memoria de præſcript. in 6.

18 *Amplia, vt omnes deponere debeant copulatiuè cum dictis requiſitis, nec ſufficiat quod vnus, & alter de alio teſtificetur.*

19 *Immemorabilis, vt non dicatur probata, ſatis eſt quod vnus teſtis deficiat in aliquo ex requiſitis* Gloſ. in cap. primo verb. memoria de præſcript. 1. 6.

20 *Immemorabilis non dicitur probata, ſi Teſtis, qui habet ætatem legitimam deficiat in publica voce, & fama.*

21 *Publica vox, & fama, de qua te ſtes deponere debent ad probandam immemorabilem articulanda, & probanda eſt ſpecialiter in eo articulo in quo immemorabilis articularetur.*

22 *Amplia, vt nec ſufficiat, ſi articuletur, & probetur in vltimo articulo, vbi genericè etiam in omnibus alijs negotijs fama publica articulari ſolet.*

23 *Immemorabilis continens negatiuam ſolutionis non dicitur probata niſi ſit coarctata, & teſtes deponant per concludentes rationes, quod Actor ſolutionem petierit, reus denegauerit, & Actor denegationi acquieuerit.*

24 *Immemorabilis continens negatiuam ſolutionis, non ſuffragatur, niſi fuerit approbata in contradictoria Iudicio per tres ſententias conformes.*

25 *Sententia habet relationem ad libellum, & ab eo de iure declarationem aſſumit.*

26 *Teſtes contra ipſos inducentes, eorumque depoſitiones exhibentes ſuperlatiuam faciunt probationem.*

27 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis aduerſæ, recta qualitate vitioſitatis confeſſioni adiectâ.*

28 *Immemorabilis de neceſſitate requirit, vt nil vnquam actum, vel auditum fuerit in contrarium.*

29 *Amplia, vt etiam vnicus actus, imò ſolus rumor contrarius ſufficiat ad illam excludendam.*

30 *Immemorabilis excluditur quotieſcunque conſtat de initio.*

31 *Manutentio illi debetur, qui eius poſſeſſionem probauit per confeſſionem partis aduerſæ reiecta qualitate vitioſitatis Confeſſioni adiecta.*

DECISIO DCVII.

Quod videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis reſcriptum fuerat in hac cauſa 27. Maij 1658. ſuper quo hodie principaliter aſſumpta diſputatione ad fauorem Capituli Hiſpalen. emanauit reſolutio quoad bona, quæ Patres Sancti Iſidori del Campo Ordinis Sancti Hyeronimi Colitigantes poſſident extra terminum Parochiæ Sancti Pontij, & intra fines Diœceſis Hiſpalen. nam quoad alia per eos poſſeſſa intra terminum dictæ Parochiæ hodie non eſt quæſtio.

1 Quandoquidem non ſolum pro Capitulo viget iuris aſſiſtentia ratione generalis, & perpetuæ adminiſtrationis, quam habet redditnum, & Decimarum vice Archiepiſcopi ad quem tanquã vniuerſalem Parochum ſpectant decimæ ſpeciales in ea Diœceſi, in qua Parochiæ non ſunt di-

2 ſtinctæ, vt ad eius fauorem dixit *Rota in recent. dec.* 22. *n.* 1. 6. & 7. & *dec.* 180. *n.* 9. & 10. *par.* 7. *in Hiſpalen. Decimarum* 27. *Ianij* 1644. *in principio coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado Prodatario* 15. *Februarij* 1647. §. *Habet enim Capitulum coram R. P. D. Meltio* 23. *Iunij* 1653. *in principio coram bo. me. Bichio, & prius* 20. *Nouembris* 1651. §. 1. *coram me.*

Sed etiam concurrit antiquiſſima concordia anni 1379. *eius Summ. nam. primo*, vbi tranſacta Decima bonorum Territorij Sancti Pontij in annuis mille morapetinis quoad cætera Monaſterij bona acquiſita, & acquirenda intra fines dictæ Diœceſis omnes Decimæ prædiales, & Animalium integrè, & plenè promittuntur Archiepiſcopo, Decano, & Capitulo; Similem

3 enim concordiam omninò ſeruandam eſſe fauore habentis Iuris aſſiſtentiam, non obſtante, quod Debitori deinde priuilegium concedatur,

4 ſi in ipſo indiuidua mentio, & derogatio illius fa-

facta non fuerit litteraliter probat *Text. in cap. ex multiplici de decim.* quamuis inita fuerit cum Monacis Ciſtercienſibus, qui tunc temporis poſſidebant Monaſterium S. Iſidori cum ſuis bonis hodie poſſeſſum à Patribus Collitigantibus illorum
5 Succeſſoribus, quia in hac materia Ius inetimur ex parte Actoris, quod non alteratur, neque imminutatur ex mutatione poſſeſſionis fundi obnoxij oneri Decimarum, *Rota in recent. deciſ. 341. num. primo par. prima deciſ. 189. num. 3. & dec. 205 num. 2. par. 2. apud Poſth. de manut. deciſ. 157. num. primo & in Hiſpalen. Decimarum coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado §. quia fuit reſponſum, & coram R.P.D. meo Meltio §. fin.*
6 Non obſtant priuilegia exemptionis. Conceſſa enim Ordini S. Hieronymi in pluribus cauſis à Rota diſcuſſa fuerunt, & ſemper eiecta, *vt in Valentina Decimarum 28. Nouembris* 1603. *coram Lancellotto apud Marcheſan. de Commiſſ. par. prima fol. 69. n. 1. 2. & per tot. repetita in recent. deciſ. 40. par. 4. & apud Tambur. de Iur. Abbat. dec. 89. in Carthaginen. Decimarum 24. Martij 1604. coram Pauia inter eius impreſſ. Lugdun. dec. 1090. à nu. 12. vſque ad finem, in Toletana Decimarum 28. Ianuarij 1650. coram* Reuerendiſſimo *D. Archiepiſcopo §. Aut dictæ Moniales & in Calaguritana Decimarum S. Aſcenſij, & Daualello 15. Aprilis §. minuſue exemptionem, & prima Iulij 1654. §. iterum perpetuam coram R.P.D. meo Zarate Præſide Valliſoletano.*
Illud verò conceſſum Monaſterio, & Patribus Collitigantibus à Nicolao Quinto anno 1448.
7 *Summ. num. 3.* vti continens ſimplicem exemptionem à Iuriſdictione Ordinarij eos ſubijciendo immediatæ protectioni Beati Petri, & Sedis Apoſtolicæ non ſuffragatur, Tùm quia non con-
8 cedit Territorium ſeparatum cum translatione Iuriſdictionis quaſi Epiſcopalis, quo ceſſante
9 quamuis exinde Monaſterium cum ſuis nobis non ſit de Diocæſi, dicitur tamen eſſe in Diocæſi *cap. cum Epiſcopus, & ibi Franch. num. 2. ac Gemin. num. 3. de Offic. Ordin. in 6. Abb. in cap. Apoſtolica num. 3. de donat. cum alijs per Rot. deciſ. 207. num. 2. verſ. Quando autem ſit exemptus par. 2. diuerſ. deciſ. 324. num. 3. par. prima rec. & in Salisburgen. Iuriſdictionis prima Iulij 1643. coram* Reuerendiſſi*mo Tarraconen. §. Nec pariter dicta in fin.* Quinim-
10 mo huiuſmodi exemptio in neceſſarium antecedens præſupponit exiſtentiam in Diocæſi, *Rota d. deciſ. 207. num. 3. par. 2. diuerſ. & deciſ. 491. num. primo par. prima recent.*
11 Tum quia nullam facit mentionem de Decimis ideo eas non comprehendit præſertim ordi-
12 narias, & ſpirituales debitas de iure diuino ratione curæ Animarum, quæ indiuiduam, & ſpecialem mentionem requirit, alias autem exem-
13 ptio generalis, quamuis loqueretur de decimis intelligeretur tantummodo de extraordinarijs, & temporalibus *Card. Put. dec. 65. lib 3. Card. Seraph dec. 1297. n. 6. verſ. ideo nulla verba Card. Canal dec. 247. n. 11. bo. me. Coccin. dec. 269. n 3. & in fine cum alijs plene allegatis in dicta Hiſpalen. Decimarum 26. Maij 1656. §. Vel quia coram R.P.D. meo Albergato, & prius in Vercellen. Decimarum 13. Nouembris 1645. §. hinc etiam, & 15. Ianuarij 1646 §. Quæ reſponſio, & in Hiſpalen. Decimarum de Beraona 16. Martij eiuſdem anni § & in hanc cor. me*
14 Tùm demùm quia caret expreſſa derogatione *cap. Nuper de Decim.* ſine qua nunquam ſuffragatur exemptio quoad Decimas, de quibus agitur, vt toties in Rota firmatum fuit, & ſignanter in omnibus deciſionibus mox relatis, vbi aliæ allegantur, *& in dicta Calaguritana Decimarum Sancti Aſcenſij, & Daualillo 17. Aprilis 1654. ſub d. §. Minuſuè verſ. Et merito coram Reuerendiſſimo Valliſoletano.*
Nec ſubſiſtit, quod Patres a tempore immememorabili exiſtant in quaſi poſſeſſione illas nõ ſoluendi quoniam Teſtes in ipſorum *Summ. nu. 2. & 9.* loquuntur tantum de bonis exiſtentibus intra terminum Parochiæ Sancti Pontij, de quibus hodie non agitur, alij verò relati *ſub num. 6. & 7.* ex pluribus non releuant, & Primo quia exceptis 12. 14. & 15. cæteri non habent legiti-
15 timam ætatem annorum 54. ante litem motam anno 1632. vt neceſſarium eſt *Card. Seraph. deciſ. 1450. & deciſ. 1460. vtrobique num. 2. Card. Mantic. deciſ. 289. num. 3. Rota poſt ſecundum vol. conſ. Farin. deciſ. 276. num. 4. in recent. deciſ. 248. nu. 4. par. 2. & in Beneuentana Iuriſdictionis 31. Ianuarij 1656.*
16 *coram me §. Quia licet, & 12.* ac 14. non deponit de viſu, vt requiritur per annos 40. ante motam litem, *Rota deciſ. 673. num. primo & 2. par. prima recent. cum alijs per Add. ad Buratt. dec. 673. num. 7. in fine.*
17 Secundo, quia nemo de ea deponit, cum omnibus requiſitis *Gloſſ. in cap. primo verbo memoria de præſcript. in 6.* & tamen omnes deponere
18 debent copulatiue cum dictis requiſitis, nec ſufficit, quod vnus, & alter de alio teſtificetur, ſatiſque eſt, quod in aliquo deficiant, vt immemorabilis non dicatur probata *Marcſcott. var. re-*
19 *ſol. lib. 2. cap. 100. num. 10. verſ. Et quilibet Teſtis Rota dec. 557. circa finem verſ. Quoniam ad Immemorabilem par. 4. d. verſ.* vbi fuit dictum immemo-
20 rabilem non probari, quia teſtis, qui habebat ætatem legitimam deficiebat in fama (cum loquerentur teſtes, de quibus agitur) per verba tantum præſentis temporis, & ſic non eſſet opus perquirere alia requiſita *coram Card. Mantic. d. deciſ. 289. n. 4. & in alijs allegatis per Adden. ad Buratt. deciſ. 673. n. 10. vbi num. ſeq.* dicit notandum eſſe;
21 Quod publica vox, & fama, de qua teſtes deponere debent ad probandam immemorabilem, articulanda, & probanda eſt ſpecialiter (in quo etiam deficiunt dicti Teſtes) in eo articulo, in quo immemorabilis articularetur, nec ſufficit ſi
22 articuletur, & probetur in vltimo articulo, vbi generice etiam in omnibus alijs negotijs fama publica articulari ſolet.
23 Tertio, quia aſſerta immemorabilis continet negatiuam ſolutionis, quæ proinde non dicitur probata niſi coarctata ſit, & Teſtes deponant per concludentes rationes, quod Capitulum Decimas petierit Patres illas denegauerint, & Capitulum denegationi acquieuerit *Rota dec. 469. numer. 2. par. prima deciſ. 265. num. 36. par. 5. & dec. 23 num. 4. cum ſeqq. par. 6. recent. In Hiſpalen. Decimarum 25. Iunii 1649. coram bon. mem. Bichio, & in alijs allegatis in dicta Calaguritana Decimarum S. Aſcenſii, & Daualillo §. Inſuper.*
24 Imo huiuſmodi immemorabilis negatiua, nec minus ſuffragatur niſi fuerit approbata in contradictorio iudicio per tres ſententias conformes *Rota apud Poſth. de manut. dec. 197. nu. 2. & in recent. dec. 271. num. 1. par. 2. & in dicta Hiſpalen. Decimarum 15. Februarii 1647. coram* R.P.D. *meo Meltio §. vnde & in ſæpius allegata Calaguritana §. prætereà.* Sententia autem lata anno 1500. loquitur de decimis bonorum, quæ ſita ſunt intra terminum, & intra fines Diocæſis Hiſpalenſis,

vt

Digitized by Google

vt patet ex libello relato *in Summario Capituli n.7.*
ad quem ſententia relationem habet, & à quo
de iure declarationem aſſumit *Caſtr. conſ. 376. in*
25 *princ.lib.1.Aym.conſ.158.n.1.Greg dec.470 num.6.*
cum alijs in Cæſaraugustana Cathedralitatis 27. Maij
1657.§. cum enim coram me.

Quarto denique quia ijdem met Teſtes pro
Patribus examinati, qui contra ipſos inducen-
26 tes, eorumque depoſitiones exhibentes ſuperla-
tiuam faciunt probationem *Hond.conſ 84 num.50*
& 51.lib.2. cum alijs per Add. ad Greg.deciſ.215.ſub
num. 9. verſ. ſi tamen ingenuè fatentur quod de
bonis loci S. Pontij Decimæ ſoluuntur Monaſte-
rio S.Iſidori, ſed de alijs ſitis extra eius termi-
num, de quibus hodie agitur, ſoluuntur Capi-
tulo, eiuſque Arrendatarijs *dicto Summ. num.* 10.
Idemque iudicialiter in hac cauſa anno 1655.
præuia aggrauatoria reſpondendo poſitionibus
Capituli, non autem extraiudicialiter metu ex-
communicationis, vt gratis dicebatur faſſi fue-
runt Prior, & Archiuiſta cum alijs duobus fra-
tribus Monaſterij Collitigantibus, vbi ſpecifi-
cando bona, quæ Monaſterium poſſidet extra
dictum terminum S. Pontij declararunt illa exi-
ſtere intra fines Diocæſis Hiſpalen, quodque Ca
pitulum ab illorum Affittuarijs, & Arrendata-
tarijs percepit, & percipit Decimas, licèt ſub-
dant, quod hoc facere non potuerit, ſtantibus
priuilegijs, quæ habet ipſorum Religio *dicto*
27 *Summario Capituli num.3.* Hinc enim negari ne-
quit quin reiecta hac inſubſiſtēti qualitate actua-
lis quaſi poſſeſſio Capituli concludenter probe-
tur vſque nunc continuata *ſa.me Gregor deciſ 4 8*
num.3 cum ſeqq.Buratt.deciſ 730.num.2. & paſſim
28 in alijs, & conſequenter ceſſat aſſerta Immemo-
rabilis negatiua, quæ de neceſſitate requirit, vt
nil vnquam actum, vel auditum fuerit in contra-
rium, alias vnicus actus, imo ſolus rumor con-
29 trarius ſufficit, vt ipſa excludatur ex auctorita-
tibus ad propoſitum allegatis *in Placentina Decı-*
marum 24. Ianuarij 1650 §. Vltimo 23. Iunij eiuſ-
dem anni § penultimo, & 27. Iunij 1637. ſub §.de-
ſtruitur verò coram me.

Quæ inſuper certius ceſſat tam ex dicta con-
cordia anni 1379. in qua controuerſæ decimæ
promittuntur, quam ex dicto priuilegio Nico-
lai Quinti a Patribus exhibito pro illarum ex-
30 emptione, ex quo proinde initium deſumitur
eas denegandi excluſiuum immemorabilis, *Rota*
dec.14.n.2.par.3.dec.541.n.2.& 3.par 4 & dec.56.
n. 18. par. 7. & in Calagurritana Decimarum de Ocon
1. Iulij 1654. coram me ſub §. concordia autem.

Et hinc dixerunt Domini dandum eſſe Capi-
tulo mandatum de manutenendo, quia cum
tàm ex prædictis Teſtibus *Summario Capituli nu-*
*mer.*10. quàm ex confeſſione Prioris, Archiui-
ſtæ, & aliorum duorum ex fratribus Collitigan-
tibus *num.3.* probatur exiſtentia bonorum Mo-
naſterij extra terminum Parochiæ S. Pontij, &
intra fines Diocæſis Hiſpalen. nec non quaſi poſ
ſeſſio Capituli percipiendi integras Decimas
fructuum illorum, vtique reiecta, vt dictum eſt,
31 qualitate, quod ſtantibus priuilegijs Monaſte-
rij, (quæ in effectu verè non adſunt) non po-
tuerit Capitulum Decimas non percipere eidem
omninò debetur manutentio iuxtà theoricam
Bart. in l. Aurelius §. Item quæſiit num.2.ff. de liber.
legat. Rot.*deciſ.802. num.3. & 4. par. prima diuerſ.*
cum alijs relatis in Leodien. Dominij 10. Ianuarij
1650. coram me §. Probat ſiquidem.

Et ita vtraque, &c.

ROMANA LEGATI.

Luna 26. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Legatum vna cum fructibus debetur nedum primò
vocato, ſed etiam fideicommiſſarijs, quando te-
ſtator inueſtimentum ordinauit ad fauorem om-
nium vocatorum, & quando ſatis clare de vo-
luntate teſtatoris apparere dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Fructus fideicommiſſi nedum debentur primo heredi*
ſeu primo legatario, ſed etiam fideicommiſſarijs,
quando verba teſtamenti fauore omnium illius
ordinationem oſtendunt.

2 *Fructus non poſſunt controuerti fideicommiſſarijs*
quando à teſtatore demandatur fieri inueſtimen-
tum etiam pro eis.

3 *Subſtitutus per vulgarem, omnem id capit, quod*
ex bonis teſtatoris relictum fuit primo inſtituto,
omneque id quod caperet ipſe primus inſtitutus.

4 *Diſpoſitio quando eſt dubia ſemper inſpicitur, &*
attenditur vſus loquendi teſtatoris.

5 *Creditor licet anterior, niſi ſit priuilegiatus non*
reuocat pecuniam, quam creditor poſterior exegit
à communi debitore, & bona fide conſumpſit.

6 *Pecunia recepta per creditorem ſub obligatione*
Camerali de illam reſtituendo prioribus, & po-
tioribus nunquam poteſt dici conſumpta.

7 *Hæres iniquum eſt quod nullam percipiat vtilita-*
tem ex hæreditate, ſed ſit nudus Miniſter.

DECISIO DCVIII.

Die 3. Iunij anni præteriti Rota reſpondit exe-
quendum eſſe mandatum relaxatum ad fauo-
rem Ven. Societatis Sanctorum Apoſtolorum de
Vrbe contra bona hęreditaria D. de Frangipanis
pro fructibus ſcutorum bis mille eidem Societati
Legatorum à Catharina in defectu filiorum ma-
ſculorum, & fœminarum earundem de Frangi-
panis, ex quo ſub præfato Legato nedum com-
præhendebantur d. ſcuta bis mille, ſed etiam
æque principaliter illorum fructus iuxta teſtatri-
cis voluntatem ex proprijs verbis, & toto Lega-
ti contextu deſumptam, cauſaque hodie repro-
poſita, Domini ſteterunt in deciſis.

Legatum enim non loquitur ſimpliciter de
ſcutis bis mille, ſed de ijſdem inueſtiendis, &
Teſtatrix duo inueſtimeura ordinauit primum
de ſcutis bis mille, quod concernit commodum
omnium vocatorum. Secundum de ijſdem vna
cum eorum fructibus decurſis vſquequo Primo-
genitus peruenerit ad ætatem 20. annorum quod
reſtrictum eſt in verbis ad commodum ipſius
Primogeniti, ſiue maſculi, ſiuè fœminæ, & de
hoc hodie non agitur, ſed tantum de fructibus
debitis ex primo inueſtimento ordinato ad com-
modum omnium vocatorum, vt dictum eſt.

Quod autem legatum loquatur de ſcutis bis
mille inueſtiendis probant eius clara verba ibi:
Item il terzo anno dopo la mia morte voglio ſi diano
del capitale mio ſcudi 2000. di moneta alli miei Ca-
riſſimi Sig. Nepoti &c. quali ſcudi 2000. voglio ſi
ponghino à frutto dal primo dì, che ſaranno sborſati
&c. huiuſmodi vero inueſtimentum ordinatum
fuiſſe nedum ad commodum, & fauorem om-
nium ibidem vocatorum, ad oculum demon-
ſtrant verba continuatiuè annexa ibi: *E ſiano del*
primo figlio maſchio, che naſcerà &c. e ſe non vi fuſ-
ſero figli d'alcuna ſorte, il che non piaccia a Dio vada
alla compagnia de SS. Apoſtoli. vnde instar diſpo-
ſitio *Text. in l. ſi ità relictum 44. §. Pegaſus ff. de*
legat 2. ibi: *Et hæc ità intelligenda ſunt, ſi non no-*

no-

Digitized by Google

nominatim adiectum eſt, vt cum incremento hæres fideicommiſſum praſtet; cuius vigore augumentum
1 ex fructibus proueniens nedum debetur primo hæredi, ſeu primo legatario, ſed etiam fideicommiſſarijs, quando verba teſtamenti, vt hic fauore omnium illius ordinationem oſtendunt, vt bene reſpondit *Rota in recent. deciſ.* 682. *num.* 3. *cum ſeqq. & ſignanter d. numer.* 3. *verſ. & ceſſat omnis difficultas, & num.* 7. *part.* 2. *relata per Gratian. diſcept.* 540. *num.* 44. *&* 45.

Nec contradicit, ſed famulatur deciſio *Romana Legitima* 27. *Nouembris* 1617. *coram Sacrato apud Merlin. de legit. deciſ* 60. quia in tantum firmat fructus non eſſe reſtituendos fideicommiſſarijs in quantum vltra regulam *l. in fideicommiſſaria ff. ad Trebell.* ex verbis Teſtamenti apparebat inueſtimentum fuiſſe à Teſtatore demandatum ad ſolum commodum primi hæredis, non autem ad commodum, & vtilitatem fideicommiſſariorum, vt in *numer.* 2. *&* 3. *cum ſeqq.* ſed quando demandatur (prout hic) inueſtimentum
2 fieri etiam pro fideicommiſſarijs eis fructus controuerti non poſſunt, vt probant iura ſupra allegata, & annuit eadem *deciſio* 60. *ſub d. num.* 2. *&* 3. *melius num.* 7. *&* 8.

Prout minus refert, quod ſocietas ſubſtituta fuerit per vulgarem, non autem per fideicommiſſariam, quia quicquid ſit de hoc, dum ſub-
3 ſtitutus per vulgarem omne id capit, quod ex bonis Teſtatoris relictum fuit primo inſtituto, omneque id quod caperet ipſe primus inſtitutus *Alex. in l. coh.redi nu.* 2. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Cephal. conſ.* 620. *num.* 18. *tom.* 5. *Peregrin. de fideicom. art.* 15. *num.* 11. *verſ. & hic ſubſtitutus*, vtique dum certum eſt Primogenito, qui primo loco fuit in legato vocatus debita fuiſſe ſcuta bis mille inueſtita vna cum fructibus decurſis ab ipſa prima die reinueſtimenti iuxta verba legati continuatiuè poſita poſt ordinatum primum inueſtimentum ibi: *E ſiano del primo figlio maſchio, che naſcerà &c.* Ita pari modo debentur ſocietati per vulgarem ibi ſubſtitutæ, quæ, vt dictum eſt capere debet omne id, quod relictum fuit Primogenito primo loco vocato.

Nec facit, quod obligatio conſeruandi fructus non inciperet niſi a die Natiuitatis d. Primogeniti, quia illa non reſpicit primum, ſed ſecundum reinueſtimentum faciendum vna cum fructibus poſtquam Primogenitus peruenisset ad ætatem 20. annorum, de quo hodie non agitur, vt ponderatur in 1. *deciſ.* §. *duplex enim* ad effectum verò conſequendi fructus decurſos ex primo reinueſtimento non eſt attendenda obligatio illos conſeruandi, ſed Teſtatricis diſpoſitio, quod dictum primum reinueſtimentum præordinauit ad fauorem omnium in legato vocatorum, ex quo propterea Societas capere debet ſcuta bis mille reinueſtita vna cum fructibus decurſis à die reinueſtimenti peracto triennio poſt obitum teſtatricis, ſicuti illa capere debebat hoc eodem modo Primogenitus DD. de Frangipanis primo loco vocatus ſi natus fuiſſet.

Non obſtat, quod ſubſtitutio ipſius ſocietatis facta fuerit per verba numeri ſingularis ibi: *Vada alla Compagnia de SS. Apoſtoli*, Itaut proinde intelligi non poſſit niſi reſpectu Capitalis ſcutor. 2000. Tum quia Teſtatrix ſuperius fecit mentionem de ſcutis bis mille reinueſtiendis ibi: *Si diano ſcudi* 2000. *ſi ponghino à frutto dal primo di che ſaranno ſborſati, e ſtano &c.* quibus ratione recti ſermonis congruè non conuenit verbum illud ſingulare *vada*, ſed dicendum debuiſſet *vadino*, vnde obiectum retorquetur, non loquendo Teſtatrix in ſingulari intellexiſſe videtur de reinueſtimento facto ex ſcutis bis mille, quod continet ne dum ſortem principalem, ſed etiam eius fructus, quaſi dixiſſet, *Vada alla Compagnia de SS. Apoſtoli il reinueſtimento di ſcudi* 2000. Tum etiam quia ijſdem verbis vſa fuit in Subſtitutione facta de filia fæmina, quam certum eſt fuiſſe vocatam ad fructus, cenſetur ſub illorum formula pari modo vocata Societas ad ſortem, & fructus, cum in dubio ſemper inſpiciatur vſus lo-
4 quendi Teſtatoris, vt reſponſum fuit *in Cathacen. hæreditatis* 28. *Maij* 1649. *coram me* §. *denique, & in Romana, ſeu Vercellen. fideicommiſſi* 10. *Martij præteriti coram R. P. D. meo Veroſpio*.

Demum non obſtat, quod ſufficiat rem eſſe dubiam, vt non ſit locus reſtitutioni fructuum bona fide conſumptorum, quia præterquod res non eſt dubia, ſed clara, & ſic ceſſat bona fides vt patet ex prædictis, & alijs latius deductis in prima deciſione non intrat in propoſito termi-
5 nus conſumptionis, quia non agitur inter duos Concreditores, quorum alter licèt poſterior vel debiliora Iura habens pecuniam exegit à communi debitore, & bona fide conſumpſit, quo caſu niſi alter Creditor priuilegiatus ſit, illam non auocat, vt fuit late dictum *in Romana Lucri Dotis* 15. *Iunij* 16 8. *&* 19 *Aprilis* 1649. *coram coram me*, ſed agitur contra hæreditatem DD. de Frangipanis, qui erant principales Debitores fructuum, de quibus agitur; Ipſi enim dicta ſcuta 2000. receperunt, & cum ipſis met in Cenſu reinueſtiuerunt, & ſic ipſi non exegerunt fructus à Tertio, ſed ſunt illorum Debitores, cumque ex forma Inſtrumenti impoſitionis dicti Cenſus præfatos fructus omnibus, quorum intereſt ſub obligatione Camerali ſoluere tenerentur, illi dicuntur extare, nec vllo modo dici poſſunt conſumpti, vt in fortioribus terminis,
6 quod non dicatur conſumpta pecunia recepta per Creditorem ſub obligatione Camerali de illam reſtituendo prioribus, & potioribus tradunt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ.* 5. *gloſſ.* 8. *par.* 6. *ſub num.* 37. *verſ. In quo declaratum etiam fuit & num.* 43. *Anton. de Amat. reſol.* 51. *num.* 14. *&* 15. *Rota poſt Pacific. de Saluian. deciſ.* 133. *num.* 11.
7 Neque officit iniquum eſſe, quod Legatarius nullam percipiat vtilitatem, ſed ſit nudus miniſter contra *Text. in l. Poſtulante* 44. §. *fin. ff. ad Trebell.* quia huiuſmodi textus loquitur in hærede, & in caſu noſtro claram habemus teſtatricis voluntatem relinquendi ſuos Nepotes meros, & nudos miniſtros, vt dictum fuit in fine primæ deciſionis; Vndè nec intrat imaginaria ſolutio ſibi ipſis facta, cum nullus adſit titulus habilis ſibi ipſis perſoluendi, dum erant meri, & nudi miniſtri.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 20. *Iunij* 1650.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Liber reſpiciens commodum debitoris non probat contra tertium.*

2 *Predia vrbana de ſui natura non ſunt fructifera niſi quatenus extant locata.*

3 *Redditio rationis non poteſt peti de predijs vrbanis,* *donec*

donec iuſtificetur illa fuiſſe locata vel per Adminiſtratorem inhabitata.

4 *Solutionis realitas probatur ex quietantijs Creditorum.*

5 *Expenſæ quæ neceſſario fieri debent etiam abſque alia iuſtificatione ſunt accepto ferendæ, dummodo ſint veriſimiles.*

6 *Aſſertio per mulierem non informatã emiſſa de iure intelligitur quatenus res ita ſe habeat.*

7 *Adminiſtrator antequam poſſit condemnari ad reddendam rationem de creditis, concludens requiritur iuſtificatio illorum exiſtentiæ, & exactionis.*

8 *Solutio de iure præſumitur facta ab eo, qui in eandem cauſam alias fecit ſolutiones.*

9 *Heres ex diſpoſitione iuris adſtringitur ad reddendam rationem etiam de geſtis à defuncto.*

DECISIO DCIX.

AGgreſſa hodie diſputatione An. pro reliquis partitis reſeruatis à Perito ſit reddita ſufficiens ratio, Domini in omnibus affirmatiuè reſponderunt, & referendo ordine ſcribentium pro hærede Claudiæ ſeptima continet prætenſionem, quod non reddatur ratio de ſcutis centum ſolutis in manibus felicis à D. Duce Cæſarino pro reſiduo maioris ſummæ, ſed congruit reſponſio facilis, cum ſolutio non probetur niſi pro rata Scutorum 50. mediantibus partitis librorum montis Pietatis, de quibus Claudia ſe conſtituit debitricem, non obſtante quod in libro Ducis reperiatur adnotata integra ſolutio ſcutorum
1 100. quia huiuſmodi liber non probat contra Claudiam, cum reſpiciat commodum debitoris *l. exemplo C. de probat. Greg. deciſ. 97. num. 1. Rota in Auenionen. Saluiani 8. Iunij 1648. coram bo. me. Bicchio §. Nec releuat.*

Congrua etiam videbatur reſponſio ad octauam quod non ſit reddenda ratio fabarum Caſalis Vaccareccia, quia licet felix conuenisset in Inſtrumento celebrato cum Carriculatoribus 23. *Iunij* 1619. ibi *Che debbano carricolare tutto il Grano, Orzo, e faue, che il detto Felice hà ſeminato nella Tenuta della Vaccareccia*, nihilominus cum in Caſali dicto anno adeſſent noualia, vt refert ipſe Peritus in reſponſione ad hanc partitam ex illarum qualitate recollectio fabarum erat inveriſimilis, cum in noualibus ſeminari ſoleant frumentum, & ſegetes, non autem legumina, attento præſertim tempore menſis Iunij ferè terminati; Tunc enim certum eſt fabas amplius non extare, Ideò veriſimilius eſt, quod loco illarum contrahentes intellexerint de bladis, de quibus reddita fuit ſufficiens ratio.

Decima, & vndecima concernentes redditionem rationis de penſionibus Domus Ianſani ab obitu Franciſci Barattelli Patris felicis vſque ad diem 28. *May* 1628. & Domus Vrbis in via ferratina a die 24. *Settembris* 1618. vſque ad eius venditionem ſequutam *anno* 1624. Tolluntur ex
2 quo agitur de Prædijs Vrbanis, quæ de ſui natura nõ ſunt fructifera niſi quatenus extent locata,
3 ac proinde fruſtra petitur huiuſmodi redditio rationis donec concludenter à Creditoribus iuſtificetur, quod fuerint locatæ, vel per Claudiam, aut felicem inhabitatæ *Rota in recent. deciſ. 304. num. 15. part. 5. coram Eminentiſſimo Otthob. deciſ. 193. num. 7. cum duob. ſeqq. & in Baren. ſeu Nullius Pecuniaria 24. Ianuarij 1646. coram me §. quia cum adiudicatæ fuerint.*

Habetur in duodecima quod Creditores prætendebant deleri a credito Claudiæ ſummam ſcutorum 318. ab ipſa ſolutam famulis Hoſpitij ſub ſigno vrſi ex quo non diſtinguebatur qualitas, nec tempus ſeruitii, minuſue ad quam rationem ſalarium ipſis ſolueretur Placuit tamen
4 Dominis ponendam eſſe ad creditum Claudiæ quia realitas ſolutionis ex pluribus quietantijs originaliter exhibitis iuſtificatur, *Card. Seraph. deciſ. 1339. num. 2. Rota recent. deciſ. 425. num. 2. part. 2.* omiſſio autem prædictarum qualitatum non obſtat, quia verſamur in mulierè, que legere, & ſcribere ignorabat, atque à Teſtatore in ampliſſima forma fuerat liberata, & expenſæ ſunt veriſimiles attenta qualitate Hoſpitij, cuius occaſione annuatim pro mobilibus ſoluebãtur ſcuta 350.

In quatordecima dicitur delenda eſſe à debito hæreditatis ſcuta 75. pro expenſis vindemiarum, vineæ Ianſani datæ ad pomedium, ſed reſpondetur, quod in ſimilibus caſibus Dominus ſeu Locator ſemper facit aliquas expenſas, & præcipuè eas, quæ concernunt recollectionem, & repoſitionem in Dolijs ratæ dominicalis vini; Vnde cum pro quatuor annis hæreditas non fuerit grauata niſi de ſcutis 75. ſatis veriſimilis vi-
5 detur huiuſmodi expenſarum quantitas, quæ propterea accepto ferenda eſt etiam ſine alia iuſtificatione, cum ſint expenſæ, quæ neceſſario, fieri debent *Rota in l. cum ſeruus 104. ſub num. 4. verſ. Item dico cum aliquis ff. de verb. oblig. Maſcard. de probat. concluſ. 716. nu. 2.*

In decimaſeſta ponitur Claudiam teneri reddere rationem de creditis *H*oſpitij ſub ſigno
6 vrſi, ex quo in Inuentario generali faſſa fuerit eiuſdem credita adeſſe: *H*oc tamen euitatur, cum ſimilis aſſertio per mulierem non informatam emiſſa de Iure intelligatur quatenus credita extent *Burſatt. conſ. 329. num. 3. lib. 3. Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 13. num. 26. Afflict. deciſ. 399. num. 14. Gratian. deciſ. March. 114. num. 6.* Præſertim dum ipſa non dixit deliberate credita extare, ſed velle conficere Inuentarium de Bonis, & Creditis ſpectantibus ad *H*oſpitium vrſi; quod intelligitur congrua congruis referendo de illis ſcilicet, quæ vere exiſtebant; Vndè dum facto Inuentario particulari, credita
7 non fuerunt deſcripta, veriſimile eſt, quod illa non adeſſent, & ſic vt Claudia condemnari poſſit, concludens requiritur iuſtificatio exiſtentiæ Creditorum, eorumque exactionis, vt in *Romana redditionis rationis 12. Ianuarij 1643. coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Tarraconen.*

Tollitur etiam 20. quia in tantum Claudia non poſuit ad creditum hæreditatis pretium herbarum Tenutarum Violatellæ, & Pedicæ anni 1619. in quantum non poſuit ad eius debitum affictus pro dicto tempore à Felice Locatoribus ſolutos.

In 24. Creditores impugnabant ſolutionem factam a Claudia Petro Iacobo Bonetto Creditori hæreditario ſcutorum 200. ſed iuſtificata fuit mediante publico Inſtrumento quietantiæ concernentis etiam alia ſcuta 16. pro fructibus, idque præuio ordine directo menſæ nummulariæ S. Spiritus ſubſcripto à Deputatis Creditorum, & ſignanter a Lambardo *Summo hæredis Claudiæ littera A.* quæ quidem ſolutio concordat cum partitis Bilancij relatis in *eod. Sum. dicto num. 4. littera B.*

Impugnabant pari modo 25. ſolutionis ſcu-

torum 1085. factæ anno 1621. DD. de Aldobrandinis pro affictu Caſalis Turris Nouæ ex rubris 217. frumenti ad rationem ſcutorũ quin-
8 que pro rubro, Difficultas tamen non verſabatur circa realitatem ſolutionis quæ Iure optimo præſumitur, dum ſpatio fere 40. annorum petita non fuit, ſed cadebat in eo an cenſeretur facta à Bizzarro principali conductore, & Debitore, vel potius à Felice filio, & Adminiſtratore Bonorum Franciſci Baratelli Bizzarri fideiuſſoris, & Domini fuiſſe factam à Felice exiſtimarunt, tum attenta mala qualitate facultatum Bizzarri optime comprobata ex datis in *Summ. alias concordato num. 9. 17. & 19.* atque ex 5. *deciſ. huius cauſæ coram b. m. Peutingeris* 23.
9 *Ianuarij* 1654. *§. Hoc ſiquidem*. Tum quia Felix aliam ingentem quantitatem ſcutorum vndicimillium, & vltra iiſdem Locatoribus in eadem cauſa ſoluerat ad *trad. per Gratian. diſcept. 570. num. 43.* Tum demum quia dicta rubra 21.. frumenti recollecta fuerunt per Felicem, & Claudiam ex Caſali Vaccareccię ad ipſos, non autẽ ad Bizzarrum ſpectante, de quibus fuit reddita integra ratio ex partitis Bilancij relatis in *ſumm. num. 5. littera A.*

Vigeſimaſexta continet ſolutionem ſcutorum 363. factam anno 1618. Petro Paulo Belletto pro fructibus Cenſus, quæ impugnabatur reſpectu ratæ partis ſcutorum 200. cum pro hac quantitate non fuerit exhibita recepura Belletti, ſed Arigoni pro totidem, vt in ea dicitur, in hanc cauſam ſolutis eidem Belletto, ita ſufficienter iuſtificatur, cum ad formam dictæ receptæ concurrant etiam partitæ librorum eiuſdem Arigoni publici mercatoris, de quibus in ipſa relatione Periti, atque vlterius acquieſcentia Creditoris, & lapſus temporis 40. annorum, & vltra, quibus Bellettus ſiue eius hæredes nihil vnquam petierunt.

Dicebatur in 27. Claudiam omiſiſſe deſcribere ad creditum hæreditatis ſcuta 116. ſoluta DD. de Aldobrandinis ex pecunijs habitis à Riccijs pro pretio rubrorum 60. hordei hæreditarij; Verum corruit etiam hæc prætenſio, dum de toto, & integro hordeo tunc temporis recollecto conſtituit creditricem hæreditatem Baratelli in alia partita, & ideo integram rationem reddidit, & vt in *deciſione adita coram bo. me Peutingerio 14. Iunii 1649. §. Pariter Domini.*

Denique 30., & vltima continet, quod cum ſpatio decem menſium poſt obitum Baratelli ſoluta fuerint ſcuta decẽ m illia circiter poſita ad Creditum Claudiæ præſumantur ſoluta ex effectibus hæreditarijs ad ſui debitum non detectis; Verum præter quod ſolutiones non excedunt ſcuta 6833. ex bilancio apparet contem, oraneæ in eo eſſe deſcriptam ad debitum Claudiæ coæqualem quantitatem exactam ex effectibus hæreditarijs.

Non obſtat præcipuum fundamentum Creditorum, quod Franciſcus Baratellus duos reliquerit diſtinctos, & ſeparatos Adminiſtratores, nempè Claudiam eius vxorem quoad bona Vrbis, & Felicem communem filium quoad Campeſtria, & ideo cum agatur duntaxat contra Claudiam, ſeu eius hæredem non ſit agendum de partitis, quæ ſpectant ad adminiſtrationem Felicis, & ſic magis congruum ſit diſputare quid, & quantum peruenerit ad manus Claudiæ, præſertim cum ipſa alias iudicialiter declarauerit nolle reddere rationem niſi de adminiſtratis ab ipſa, ſeu de peruentis ad eius manus.

Quoniam vſque ab initio huius cauſæ experientia innotuit, quod huiuſmodi adminiſtrationes non poterunt retineri ſeparatæ, qua propter Signatura cognitionem vtriuſque adminiſtrationis cumulauit *dicto ſumm. alias concordato num. 54.* et ſic Rota partibus demandauit diſputari partitas a Perito eius Iudicio reſeruatas cõcernentes tam Claudiæ, quam Felicis adminiſtrationem quæ iam pro maiori parte prævijs pluribus dubiorum propoſitionibus per annos quindecim circiter omnibus acerrime Informantibus diſcuſſæ fuerunt, & reſolutæ ad fauorem Claudiæ ex ſex deciſionibus nunc ſupponendis.

Et licet Claudia anno 1637. ſuperdictã declarationem fecerit, nihilominus non eſt attendenda, quia ab ea receſſerunt Claudia, Creditores, & Iudices, Claudia ſcilicet dum deinde anno 1639. confecit, & produxit nouum bilancium continens vtramque adminiſtrationẽ, & de vtraque rationem reddidit. Creditores dum litem vſque nunc mordicus ſubſtinuerunt ſuper huiuſmodi redditione rationis, & Iudices nempe ſacra Rota dum de vtraque adminiſtratione cognouit, ſiue etiam quia interim deceſſit Felix ſine filijs, & ſic Claudia mater remanſit eius hæres, quæ propterea ex Iuris diſpoſitiue adſtringitur ad reddendam rationẽ, etiam de geſtis ab ipſo *l. 1. §. hanc actionem ff. de Tutor. & ration. diſtrahen. l. Pater veſter. 2 cum duob. ſeqq. C. de Tutor. l. Omnes Tutores 5., & l. Tutelæ actio 12. C. de arbitr. tutel Rota deciſ. 211. num. 1. part. 4. tom. 2. recent. & in Romana redditionis rationis 27. Iuny 1650. coram R. P. D. meo Albergato §. 1.*

Et ita vtraque &c.

VITERBIEN. SALVIANI.

Veneris 20. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Immiſſio in vim Saluiani conceditur Creditori habenti hyppothecam, etiam contra tertium poſſeſſorem, conſtito de credito, de hyppotheca, de antiqua poſſeſſione debitoris, & moderna Tertij collitigantis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis licet ſit Cognatus inducentis, & fuerit ſollicitator in cauſa, & alios teſtes examinari curauerit deſeruit tamen pro adminiculo.*

2 *Duo teſtes in omni materia ſufficientem faciunt probationem.*

3 *Teſtis etiam vnicus ſufficit contra inducentem.*

4 *Societas omnium bonorum excluditur, vbi conſtat aliquem ex fratribus ex eius Eccleſiaſticis.*

aliquas pecunias communicaſſe, ac reliquas impendiſſe ad eius libitum.

6 *Societas omnium bonorum, vt inducatur inter fratres, eſt neceſſaria integra communicatio, & poſitio in communi Arca omnium lucrorum, & redditum etiam Eccleſiaſticorum.*

7 *Societas omnium bonorum excluditur ſi alter ex fratribus ſeparatim ponat lucra bonorum Eccleſiaſticorum.*

8 *Monialis non poteſt iura cedere in præiudicium Monaſterij, cui legatum ipſi relictum, fuerat delatum.*

9 *Monialis eſt capax retentionis annuæ preſtationis pro ſuis neceſſitatibus abſque participatione Monaſterij.*

10 *Declara hoc tantum procedere, quando conſtat de volun-*

*voluntate concedentis illam in Monaſterium nō
transferri, & quando eadem monialis accipien-
tis fuit intentia.*
11 *Secus vero quando de tali voluntate non conſtat
hoc enim caſu acquiritur Monaſterio.*

DECISO DCX.

IMpoſuit eques Papirius de Bullis 27. *Settembris*
1609. ſuper Domo ſita in Ciuitate Viterbii ſub
Parochia Sancti Stephani annuum perpetuum
Cenſum ſcutorum 44. quem præuia acceſſione,
& obligatione inſolidum Lelij, & Lutij eius fra-
trum vendidit pretio ſcutorum 550. Felici Spre-
chæ quondam Iulij Aringhi, ac Tutrici, & Ca-
ratrici communium ipſorum filiorum *ſumm. Pa-
tris Pauli num.*1. Cumque huiuſmodi Cenſus ob-
tigerit in portione Patri Paulo Aringo fi-
lio, & hæredi dicti Iulij *Summ. num.* 2. ipſe ad
effectum conſequendi fructus illius decurſos, &
non ſolutos, egit Iudicio Saluiani contra Li-
uiam de Angelis tertiam poſſeditricem, & in
partibus, ac ab A. C ſententiam obtinuit Im-
miſſionis in poſſeſſione pro duabus ex tribus
partibus certorum bonorum in primam ſenten-
tiam expreſſorum *ſumm.num.*3. ſed deuoluta in
3. Inſtantia cauſa ad Rotam, & propoſito du-
bio Domini reponderunt eidem dandam eſſe
Immiſſionem pro duabus ex tribus partibus ſu-
per Domo magna, & Domuncula in Ciuitate
Viterbij in Parochia Sancti Stephani, & ſuper
vinea poſita in Contrata *Prato de Giardino* facta
ſolutione vt infra.

Creditum enim cum hypotheca, & recens
poſſeſſio Liuiæ ſeu Iuliæ eius filiæ, & hæredis
non reuocabatur in dubium, ſed controuerteba-
tur antiqua poſſeſſio Papirij, eiuſque Fratrum
debitorum, ac prætendebatur retentio pro cer-
tis aſſertis creditis anterioribus.

Verum poſſeſſio Papirj, & Fratrum reſpectu
Domus magnæ, Domunculæ, & vineę de tem-
pore obligationis ſeu poſtea Dominis viſa fuit
ſufficienter iuſtificata ex tribus Teſtibus relatis
in *ſumm. reſpunſ. Petri Pauli num. 1.* quorum duo
ad eius inſtantiam, & alius pro altera parte exa-
minati fuerunt; Nil refragante, quod alter ex
1 duobus pro ipſo examinatus ſit eius Cognatus,
atque fuerit in hac cauſa ſollicitator, alioſque
Teſtes induxerit, et examinari curauerit, quia
2 ſaltem deſeruit pro adminiculo, & in omnem
caſum remanent alij duo, qui in omni materia
ſufficientem faciunt probationem *cap. in omni
negotio & cap. licet de Teſtib. l. vbi numerus ff. eod.
Surd. conſ.* 52. *num.* 33. *Rota deciſ.* 258. *num.* 5.
3 *par.* 7. *recent.* Præſertim dum alter eorum pro
colliticante inductus, & examinatus fuit qui e-
tiam ſolus ſufficit contra Inducentem, *Roman.
conſ.* 104. *num.* 6. *Aym. conſ.* 201. *num.* 7. *Menoch.
conſ.* 31. *num.* 23. *Gratian. diſcept.* 352. *nu.*9.

Retentio autem non competit; Reſpectu enim
crediti dotalis Liuiæ, licet illud ſit anterius, frui-
tur tamen beneficio retentionis duntaxat reſpe-
ctu portionis Lelij viri, non autem reſpectu por-
tionum aliorum fratrum, qui longè poſt impo-
ſitionem Cenſus, de quo agitur pro reſtitutione
dictæ Dotis ſe obligarunt nempe anno 1623. vn-
de pro duabus duntaxat partibus, Papirij ſcili-
cet, & Lutij, non autem pro portione Lelij in
præfatis ſententijs decreta fuit, & hodie decer-
nitur immiſſio: Nec ſubſiſtit replicatio, quod
inter præfatos fratres adeſſet ſocietas, & com-
munio omnium bonorum, quæ non probatur ex
duobus Teſtibus pro altera parte examinatis, &
relatis *in eius ſumm. num.* 5. Deponunt enim ſim-
4 pliciter de illorum communi habitatione, & poſ-
ſeſſione pro indiuiſo bonorum paternorum quod
non ſufficit ad inducendam ſocietatem omnium
bonorum *Bart. in C. Titium §. Altero num.* 5. *verſ.*
1. *caſu ff. de admin. Tutor. & in l. Patruus num.* 9.
*verſ. Ego clarius C. comm. vtriaſque Iudic. Card.
Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 9. *cum alijs per
Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 56. *num.* 20. *Rota deciſ.*
169. *num.* 3. *part.* 2. *diuerſ.* Immo videtur exclu-
5 di dum ijdem iuxta 19. Interrogatorium depo-
nunt Lutiū ex eius introitibus Eccleſiaſticis ſub-
miniſtraſſe pecunias pro ſeruitio Domus, & reli-
quas pro vſu proprio impediſſe, ac de eis iuxta
liberam eius voluntatem diſpoſuiſſe, vt optime
ad propoſitum ponderauit *Rota in dicta deciſ.*169.
num. 6, *verſ. Præterea part.* 2. *diuerſ.* quod autem
6 ad inducendum huiuſmodi ſocietatem ſit neceſ-
ſaria integra communicatio, & poſitio in com-
muni arca omnium lucrorum, & redditunm e-
tiam Eccleſiaſticorum probat pluribus relatis
Menoc. d. præſumpt. 56. *num.* 24. *lib.* 3. quod que
7 ſi alter lucra huiuſmodi ſeparatim ponat exclu-
datur huiuſmodi ſocietatis prætenſio *Card. Man-
tic. de tacit. d. tit.* 10. *num.* 15.

Reſpectu vero ſcutorum 702. vt aſcritur ſolu-
torū à Liuia ſorori Iuliæ moniali ex cauſa lega-
ti annuorum ſcutorum 40. ipſi à Catalano reli-
cti, & debiti à fratribus de Buſſis, remouetur
ex quo Liuia illa perſoluit, & ceſſionem repor-
8 tauit a ſola moniali, quæ non poterat iura cede-
te in præiudicium Monaſterij, cui legatum ipſi
relictum fuerat delatum, vt ex diſpoſitione *Text.
in C. de Monach.* 16. *quæſt.* 1. *in C. de lapſis* 16. *quæſt.*
6. *in C. In præſentia de probat. & in cap. cum ad Mo-
naſterium de ſtat. Monach.*, *alijſque pluribus relatis
reſpondit Rota in Romana Cenſuum* 27. *Maij* 1652.
9 *coram bo. me. Bichia* §. 1. *cum ſeq.* Et licet Monia-
lis ſit capax retentionis annuæ præſtationis pro
ſuis neceſſitatibus abſque participatione Monaſ-
terii, hoc tamen procedit quando ita conceſſa,
10 ſeu relicta fuit, vt concedens, vel relinquens
noluerit illam in monaſterium transferri, ſed om-
nino cedere in monialis vſum, & eiuſdem monia-
11 lis accipientis fuerit intentio, ſecus vero quan-
do de tali voluntate non conſtat, hoc enim ca-
ſu acquiritur monaſterio, vt bene probat *Sanch.
in præcept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 16. quem
refert, & ſequitur *Barboſ. de offic., & poteſt. epiſc.
alleg.* 103. *num.* 10. *& in collect. Sac. conc. ſeſſ.* 25.
cap. 2. *de Regular. num.* 14.

Reſpectu denique Cenſus ſcutorum 100. im-
poſiti *anno* 1634. per Lelium, & Lutium de Buſ-
ſis ad effectum ſoluendi fructus decurſos alterius
cenſus anterioris impoſiti anno 1576. per Buſſot-
tum Buſſum, Pater Paulus offert Soluere ſcuta
50. pro medietate dd. ſcutorum 100. ſpectante
ad Lutium, pro alia enim medietate, quæ perti-
net ad Lelium, ſibi non conceditur Imuiſſio,
ſed poſſeſſio eius bonorum penes Flauiam rema-
net: Non ſubſiſtente quod teneatur etiam ſolue-
re illorum fructus, quia iſti non potiuntur ea-
dem anterioritate, qua fruitur ſors principalis,
cum ipſa ſolum ceſſerit in ſatisfactionem crediti
anterioris prorſus infructiferi,

Atque ita decreuerunt illi dandam eſſe im-
miſſionem pro duabus ex tribus partibus Domus
magnæ, & Domunculæ in Parochia Sancti Ste-

phani, & vineæ in contrata *Prato del Giardino* ſolutis dictis ſcutis 50.

Et ità vtraque &c.

ELBOREN. THESAVRARIÆ.

Lunæ 23. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Subrogatio gratioſa nunquam conceditur abſque lite, quæ debet pendere ſuper titulo beneficij coram Iudice competente, & quis dicatur Iudex competens in executione litterarum Apoſtolicarum, & an executor in litteris Apoſtolicis à Papa deputatus, poſſit ſubdelegare, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Subrogatio gratioſa vt poſſit obtineri, principale fundamentum eſt lis, & quidem ſuper titulo beneficij.*

2 *Subrogatio gratioſa requirit litem ſuper titulo beneficij, in qua Actor illud petat vti ſuum, non vti debitum, & vti collatum, non vti conferendũ.*

3 *Beneficium, vt efficiatur litigioſum ex litis pendentia, debet lis ſuper eius titulo introduci coram Iudice competente.*

4 *Lis introducta coram Iudice incompetenti nunquam operatur vitium litigioſi.*

5 *Iudex competens ille dicitur, qui habet cauſæ iuriſdictionem.*

6 *Subrogatio gratioſa concedi non debet, vbi nulla lis validè, & legitimè appareat introducta ſuper titulo Beneficij.*

7 *Commiſſio appellationis à reo obtenta in 2. inſtantia non alterat qualitatem Iudicij introducti ab Actore in inſtantia præcedenti.*

8 *Commiſſio ſimpliciter impetrata non ſufficit ad introducendam litem, niſi impetrans partem citauerit ad dicendum contra, & coram Iudice competenti citationem reproduxerit.*

9 *Delegatus a ſupremo Principe, poteſt alium ſubdelegare.*

10 *Amplia non ſolum circa articulum nudi Miniſterij, ſed etiam circa articulum iuriſdictionem continentem.*

11 *Delegatus à Papa, poteſt alium ſubdelegare in tota cauſa ſibi commiſſa.*

12 *Delegatus à Papa executor in gratia in forma dignam etiam cum clauſula* conſcientiam tuam oneramus *poteſt alium ſubdelegare.*

13 *Amplia vt hæc verior ſit, & receptior oppinio D.D.*

14 *Clauſula ſuper* quo conſcientiam tuam oneramus *ſonat potius in monitionem, & excitationem quam in electionem induſtriæ perſonæ.*

15 *Delegatus à Papa non poteſt ſubdelegare vbi cauſa duabus inſimul committitur.*

16 *Declara hoc tantum procedere, quando alter ex duobus præueniſſet in cognoſcendo cauſam ſibi in ſolidum delegatam.*

17 *Secus autem ſi præuentum fuiſſet ab altero in ſubdelegatione, hoc enim caſu ſubdelegatio ſuſtinetur.*

18 *Subdelegatus ex præuentiua occupatione ſubdelegantis, præferendus eſt alijs in ſolidum delegatis in cognitione cauſæ.*

19 *Subdelegatio fieri debet poſt præſentatam ſibi commiſſionem alias eſt nulla.*

20 *Subrogatio gratioſa non conceditur quando apparet litem fuiſſe calumnioſam.*

DECISIO DCXI.

PLacuit Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado Prodatario conſulere Rotam Añ Ioanni Bottado ſit danda ſubrogatio in Iuribus Matthiæ de Faria defuncti, & Domini ipſo non audito, ſed pluries citato negatiuè reſponderunt.

Potiſſima ratio reſolutionis fuit, quia nulla probatur lis legitima, quæ inter Matthiam dum
viueret, & Bottadam ſubrogari petentem pen-
1 deret, & tamen ad obtinendam gratioſam ſubrogationem principale fundamentum eſt lis, & quidem ſuper titulo Beneficijs *cap. 2. vt lit. pend. in 6. Caſſad. deciſ. 2. de reſcript. & deciſ. 4. vt lis pend. cum alijs per Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 20.*
2 *num. 114.* vt ſcilicet in ipſa Actor Beneficium petat vti ſuum, non vti debitum, & vti collatum, non vti conferendum *gloſſ. in d. cap. 2. verb. finita verſ. ſi autem Innoc. in cap. cum M. Ferrarienſis num. 9. de Conſtit. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 3. nu. 5. Garz. de Beneſ. part. 11. cap. 3. num. 76. & ſeqq. Put. deciſ. 485. num. 1. & 2. lib. 2. in correct.* Rota coram *S. M. Gregor. deciſ. 305. num. 5. verſ. Dubium tamen remanet in recent. deciſ. 202. num. 4. & 5. part. 4. tom. 2. In Tridentina Scholaſticæ 30. Martij 1648. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono inter eius impreſſ. deciſ. 140. num. 8. & 9. in Bambergen. Præpoſituræ 23. Februarij 1654. coram* R. *P. D. meo Celſo ſub §. 1. & prius in Meſſanen. Archipresbiteratus 26. Aprilis 1641. §. Tum etiam quia, & in Florentina Parochialis 26. Iunij 1647. §. Admiſſa enim verſ. & proinde coram me.*

Nulla autem alia lis inter prædictos introducta prætendi poteſt niſi coram Petro vas de Fonſeca per Bottadum adito pro executione ſuæ prouiſionis Apoſtolicæ certo modo obrentæ, quæ tamen illegitima fuit, & inualida ob notorium defectum Iuriſdictionis illius, nàm executio dictæ Prouiſionis, non ipſi Petro vas de Fonſeca, ſed A. C., ac Conſaluo Aluo, & Valentino Feo Elboren., & Vlixbonen. Eccleſiarum Canonicis per Sanctiſſimum D. Noſtrum Alexandrum 7.
3 commiſſa fuit *Summ. Informantis num. 1.* Ad effectum autem vt inducetur litis pendentia, & Beneficium efficiatur litigioſum introduci debet lis ſuper eius titulo coram Iudice competente,
4 aliàs introducta coram incompetenti nunquam operatur litigioſi vitium iuxta diſpoſitionem *Textus in Clem. 2. vt lit. pend.* ibi *litem quoad hoc pendere cenſemus poſtquam à Iudice competenti in ea citatio emanauit, & ad partem citatam peruenit ibi-*
5 *que gloſſ. in verb. competenti* firmans competentẽ Iudicem eum dici, qui cauſæ Iuriſdictionem habet, *Anchar. num. 4. Imol. num. 2., & Vitalin. num. 19. cum concordantibus allegatis per Barboſ. ibidem in Collect. num. 5. Afflict. deciſ. 85. num. 4. verſ. Pro parte d. Ioannis Lancell. de attent. part. 2. cap. 4. in præfat. num. 84.*

Cum itàque nulla lis validè, & legitimè ap-
6 pareat introducta ſuper titulo Beneficij, gratioſa ſubrogatio concedi non debet, vt reſpondit *Rota coram S. M. Greg deciſ. 335. num. 1. & 2. in recent. d. deciſ. 202. num. 2. part. 4. tom. 2. & deciſ. 163. num. 5. & 6. part. 8., & in Segobricen. Canonicatus 26. Nouembris 1655. coram bo. mem. Dunozetto §. 1. ſiquidem.*

Non obſtat, quod Matthias defunctus appellauerit à declaratione d. Petri ſe eſſe Iudicem competentem, & cauſam appellationis alteri committi obtinuerit, Tum quià, vt in ea legitur *d. Summ. num. 2.* appellauit ſimpliciter ab illo incidente, allegando defectum eius Iuriſdictionis, ex quo proptetea nullatenus prætendi valet, vt neceſſarium eſt, introductam fuiſſe litem ſuper titulo Beneficij ab Actore, à quo Ius, & Iu-
7 dicium metimur, nàm Commiſſio appellationis

Digitized by Google

nis a Reo obtenta in 2 Inſtantia non alterat qua-
litatem Iudicij introducti ab Actore in Inſtantia
præcedenti, vt benè per *Rotam in Legionen. Præ-
ſtimoniarum 16. Ianuarij 1597. coram Pamphilio Sen.
apud Garz. de beneſic. par. 12. cap. 2. num. 31.* & *co-
ram Greg. d. deciſ. 335. num. 11. cum duob. ſeqq.*
8 *Add. ad eundem deciſ. 174. num. 7. verſ. In hac* Tum
etiam quia non conſtat dè vſu dictæ commiſſio-
nis mediante Decreto citationis, eiuſque execu-
tione, & reproductione coram Iudice competen-
ti peracta, vt opus eſt ad effectum introducendi
litem, aliàs autem ſola impetratio commiſſio-
nis non ſufficit, vt reſpondit *Rota coram Buratt.
deciſ. 138. num. 2., & 3. cum ſeqq. cum alijs in ter-
minis allegatis in dicta Segobricen. Canonicatus §. Nec
prædictæ liti*, & prius in proximis terminis in
*Romana legati 4. Iulij 1642 §. 1. & per tot & in
Comen. Canonicatus 16. Martij 1654. §. licet enim
coram me*,

Difficultas tamen quoad articulum Iuriſdi-
ctionis non modica adfuiſſet ſi conſtaret Pe-
trum fuiſſe ſubdelegatum ab aliquo exequutori-
bus ſpecialiter deputatis in dicta Prouiſione A-
poſtolica, & coram eo lis fuiſſet introducta ſu-
9 per titulo Beneficij, quia delegatus a Principe
10 ſupremo poteſt alium ſubdelegare non ſolum
circa articulum nudi miniſterij, ſed etiam circa
articulum Iuriſdictionem continentem, vt pro-
bat *Text. tàm* Pontificius in *cap. fin. de Offic. dele-
gat., & in cap. cum cauſam de appell.* quam Cæſa-
reus in *l. à Iudice C. de Iudic. Bart. in l. more maio-
rum num. 10. verſ. Item quilibet delegatus a Princi-
pe ff. de Iuriſd. omn. Iud. Sanch. de matrim. tom. 1. lib.
3: diſput. 31. num. 1. verſ. 3. autem parſ.*, & in ſpe-
11 cie, quod delegatus à Papa poſſit alterum ſub-
delegare in tota cauſa ſibi commiſſa *Abb. in cap.
ſuper quæſtionum §. Porrò num. 1. verſ. nota 1. quod
Delegatus de offic. Iudic. de leg. et in cap. cum Bertol-
dus num. 19. in fin. verſ. loquitur enim ibique Add.
litera B. de ſent. & re. Iud. Ieſ. in l. à Iudice ſub
num. 10. verſ. nam delegatus Papa C. de Iudic. ſca: c.
hoc tract. lib. 2. cap. 9: num. 710. verſ. limita 1. &
num. 716. Rota coram Card: Seraph. deciſ. 857. nu.
18. coram Pen. deciſ. 77. num. 7. & deciſ. 99. num. 8
Secundum impreſſ. Lugduuen. & coram Lo. me. Mer-
lin. deciſ. 693. num. 7.*

Id que etiamſi videatur electa induſtria perſo-
næ exequutorum per clauſulas apponi ſolitas,
quæ faciunt exequutorem mixtum excitati à
poſſeſſore; Quià & ſi aliqui voluerint, quod
etiam delegatus à Papa non poſſit quoad iuriſ-
dictionem, & cauſæ cognitionem alterum ſub-
delegare ſi electa ſit induſtria eius perſonæ, vt
ponderatis verbis *mandamus, vel præcipimus Tibi*;
ſeù *cauſam eandem ipſe Delegatus cognoſcere debeat*,
vel *conſcientiam tuam oneramus*, aut *per ſe ipſum
cognoſcat* ſuper quo emanauit etiam regula 58.
Cancellariæ, plures auctoritates allegat *Vant. de
nullit. ex defect. Iuriſd. de leg. ſub num. 21.* Nihilo-
minus verior, & receptior videtur opinio, quod
12 ijs non obſtantibus ſubdelegare poſſit, vt in
terminis exequutoris deputati in gratia in for-
ma dignum cum clauſula *conſcientiam* tuam one-
ramus, *Rota deciſ. 18. per tot de conceſſ. præbend. in
13 nouis* vbi in fine dicitur, quod maior pars DD.
ità tenuit, *& deciſ. 63. per tot. eod. tit. in antiq. de-
ciſ. 130. num. 4. part. 2. diuerſ. coram Pen. d. deciſ. 99.
d. num. 8. Grat. deciſ. March. 157. num. 6. 7. & 8.
ibique Add. num. 3. cum duob. ſeqq. cum alijs relatis*
latiſſimè per tractata materia per *Garz. de Beneſ.
part. 6. cap. 2. §. 1. num. 100. cum ſeqq.* vbi *num. 103.*
refert ità reſolutum per Sacram Congregatio-
nem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sac.
Concilij Tridentini Interpretum, & reddit ra-
14 tionem à Rota approbatam, ex quo dicta ver-
ba, *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus* ſonant
potius in monitionem, & excitationem, quam
in electionem induſtriæ perſonæ.

Et quamuis non vnus, ſed plures fuiſſent de-
putati exequutores in ſolidum Attamen etiamſi
Rota coram Card. Seraph. deciſ. 506. ſub num. 1.
15 dixerit regulam, quod delegatus à Principe
ſubdeleget non procedere vbi cauſa duobus in-
ſimul committitur per *Text in cap. cum plures de
Offic. delegat. in 6.* Hoc tamen intelligitur quan-
16 do alter ex dictis Exequutoribus præueniret in
cognoſcedo cauſam ſibi inſolidum delegatam,
vt optimè declaratur in eadem *deciſ. 506. ſub d.
num. 1. verſ. hoc tamen caſu* ſecus autem ſi præuen-
17 tum fuiſſet ab altero in ſubdelegatione, quià
hoc caſu ſubdelegatio ſuſtinetur, vt explicitè
firmat *gloſſ. in d. cap. cum plures verb. recuſaret verſ.*
18 *Et quod dixi* & ſubdelegatus ex præuentiua oc-
cupatione ſubdelegantis præferendus eſt alijs
inſolidum delegatis, vt probant *Io. Andr. ibidem
ſub num. 3. verſ in gloſſ. penult. & Franch. num. 5.
verſ. in eadem gloſſ. & verſ. ſed ſi pariter*.

Verum DD. dixerunt opus non eſſe ſuper hoc
elaborare, Tum quia nullo prorſus modo conſ-
tat de præfata ſubdelegatione, quæ tempore le-
19 gitime fieri debet nempe poſt præſentatam ſibi
Apoſtolicam prouiſionem, aliàs eſt nulla idem
*Franch. in cap. ſuper eo el 2. num. 9. verſ. vlt. tene
mentt, ibique Dec. num. 24. verſ. vlt. notandum de
appell. Felyn. in cap. cæterum num. 11. verſ. Add. pro
regula de reſcript. Rota coram Pen. deciſ. 1235. num.
2. verſ. 1. ex defectu* Tum etiam quia non ap-
paret, quod coram ſubdelegato introducta fuiſ-
ſet lis ſuper titulo Beneficij, prout neceſſarium
eſt vt ſuperius fuit probatum.

Præterea addebant informantes non eſſe lo-
20 cum gratioſæ ſurrogationi ad fauorem Bottadi
ſiuè quia impetrauit Beneficium vacantis, ſiuè
etiam quia ex erectione dignitatum Eccleſiæ El-
boren. Canonicatus ſunt compatibiles cum The-
ſauraria, & de conſequenti fuerat calumnioſa
vt in dicta Segobricen. Canonicatus coram bo.
me: Dunozetto §. 3. denique.

Et ità Informante tantum Roderico de Mou-
ra Telles &c.

SALAMANTINA CVCVLLÆ.

Lunæ 23. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Monaci dumtaxat Benedictini non autem Monaci
ordinis S. Baſilij continentur ſub diſpoſitione
Clem. Ne in agro de ſtat. monac.

SVMMARIVM.

1 *Cuculla ampla, talaris, longas habens manicas,
quæ propriè floccus appellatur, ad ſolos monacos
nigros pertinet.*
2 *Monaci nigri, de quibus loquitur.* Clem. Ne in
agro de ſtat. Monac. *ſunt ſoli Benedictini.*
3 *Monaci Benedictini, non autem ordinis S. Baſilij
continentur ſub diſpoſitione* Clem. ne in agro
de ſtat. Monac.
4 *Monacis benedictinis dumtaxat, non autem Baſi-
lienſibus licet deferre Cucullam, amplam, Ta-
larem, & manicatam.*
5 *Monacis Baſilienſibus non licet deferre Cucullam
amplam,*

4 Viri conſtituentis abſque clauſula *ex nunc prout ex tunc*, quia ad fauorem Mulieris collatum de Iure exiſtimatur in tempus mortis illius, & ſic in eius vltimo vitæ ſpiritu operatur effectum ſuum, *Odd. conſ.* 22. *n.* 10. *Anton. de Amat. var. reſ. lib.* 1 *reſol.* 39. *nu.* 78. *Rota apud Modern. Poſth. de manut. deciſ.* 28. *num.* 6. Præſertim quando, vt hic, bona
5 Viri in ſua hæreditate reperiuntur, nec ab eo viuente alienata fuerunt in Tertium, ex deductis per *Amat. d. reſol* 39. *num.* 80. *cum ſeqq.*

Nec facit, quod poſt mortem mariti Petrus Antonius communis filius non ſolum adiuerit illius hæreditatem auctoritate eiuſdem Claræ matris nulla per eam facta proteſtatione, vt opus erat, quod intendebat bona illius pro ſua dote retinere quinimmo vltra continuationem poſſeſſionis ex ſtatuto interamnæ inductam actualiter illam acceperit de omnibus bonis hæreditarijs illius ipſa ſciente, & non reclamante.

Quia verius eſt in facto, quod poſſedit Petrus Antonius vti hæres, Clara verò vti Creditrix ſuæ Dotis, & tanquam vſufructuaria, & vterque actualiter in ea continuauit, vt deponunt ijdem met Teſtes pro Ciamburlanis in Rota formiter examinati, & ſignanter primus iuxta nonum, & ſecundus iuxtà quintum in quarto Interpretis Interrogatorio, qui clariſſimè, & diſertis verbis de vtriuſque poſſeſſione depoſuerunt, declarando neſcire, quod Clara poſſederit dumtaxat vti Curatrix, & Adminiſtratrix Petri Antonij filij,
6 & quamuis ſuper quarto Articulo deinde dixerint ſolum Petrum Antonium poſſidere miniſterio, & Adminiſtratione Claræ Matris, attenditur tamèn, & præfertur præcedens eorundem depoſitio ſuper Interrogatorijs illius poſſeſſionem concludens ſine illa qualitate, ſed Iure proprio, *Rota deciſ.* 774. *num.* 3. *par.* 3. *recent. & alijs relatis in Bonon. Pecuniaria* 16. *Iunij* 1653. *coram me* §. *non obſtant Teſtes in fine*: Statutum autem
7 de continuando poſſeſſionem defuncti in hæredem nil operatur in præiudicium habentis clauſulam Conſtituti *Fontanell. vbi ſupra d. glaſſ.* 27. *num.* 30. *Amat. de reſol.* 39. *num.* 71. *Modern. Poſth. de manut. obſeru.* 54. *num.* 26. *verſ. niſi in Rota dec.* 232.
8 *num.* 2. *verſ. nec ſi probantur par.* 3. *recent.* Præcipuè dùm filius, vt hic, permittit matrem inſimul cum ipſo poſſidere *Burſatt. conſ.* 9. *num.* 7. *lib. primo, Amat. d. reſol.* 39. *num.* 69. *&* 72.

Minuſue ſubſiſtit, quod tempore huius Iudicij Clara de ſua dote & fructibus bonorum ſui viri eſſet integre ſatisfacta.

Quià hoc in facto probatum non fuit, immò abſolutè excluditur ex cumulatiuo titulo vſusfructus, cuius vigore ex diſpoſitione ſui viri fructus fecit ſuos, nec propterea in ſatisfactionem ſui Crediti dotalis potuerunt cedere; Nil refra-
9 gante, quod vſusfructus à Viro ſibi relictus propter exiſtentiam filij reduceretur ad alimenta, iuxtà opinionem Bulgari conſuetudine vniuerſali receptam; Quia præterquod filius ſolus de hoc excipere poteſt Mater filijs ſuperuiuens integrum conſequitur vſumfructum, vt dixit *Rota coram Gregor. deciſ.* 460. *ſub num.* 7. *ibique Add. ante num.* 18. *verſ. Ceſſat autem, & in Firmana Codicillorum* 15. *Nouembris* 1649. *coram me* §. *Præterea animaduertebant*; Satis vtique eſt, quod filio permittente pro indiuiſo poſſideret, & fructus perciperet ſiuè pro integro vſufructu, ſiuè ad quantitatem dumtaxat alimentorum, quia omni caſu certum eſt, quod Iure proprio poſſidebat, vt
10 propterea de neceſſitate eſſet citanda, & aliter facta adiudicatio remaneat nulla, & inualida etiam reſpectu citati propter connexitatem, & indiuiduitatem Iudicij, & intereſſe, vt probant *auctoritates allegata in vtraque huius cauſæ deciſione*;
11 Quibus non obſtat, quod Creditor hæreditarius nulliter agit contra ſolum vſufructuarium, non
12 citato hærede proprietario ad quem ſpectat ſoluere debita, quæ non ſunt annua, ex deductis per *Rot. apud Mohed. deciſ.* 4. *num. primo, & per tot. de appell.* quam refert, & ſequitur *Cyriac. contron.* 489. *num. primo*, quia non exinde educi valet, quod ſufficiat citare ſolum hæredem proprietarium,
13 quia ſi vſufructuarius poſſideat, vt hic, & in exequutione agatur de auferenda ſua poſſeſſione ipſe etiam eſt citandus, alias nulliter agitur, vt optimè reſpondit *Rota in Romana Pecuniaria* 12. *Decembris* 1653. *coram R. P. D. meo Albergato* §. *Quia quicquid ſit.*

Exceſſus autem cum ænormiſſima læſione eſt clarus, vt in dictis deciſionibus comprobatur
14 etiamſi agatur de exceſſu conſiſtente in adiudicatione rei magni valoris pro modico credito, dum facta fuit ad fauorem ipſius met creditoris agentis ex deductis *in Romana Cenſuum* 16. *Martij* 1646. *coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tar*
15 *raconen.* & quamuis Ciamburlani creditores illam obtinuerint tanquam tertij, attamen quia non exburſarunt antequam aſſequerentur poſſeſſionem, reſiduum iuſti pretij debitori conſignandum, (in quo conſiſtit ratio, propter quam ſubſtinetur deliberatio facta ad fauorem tertij de re magni valoris) non poſſunt vtique exceſſum, & enormiſſimam læſionem euitare, quibus ſtan-
16 tibus retractari poteſt etiam per viam manutentionis ex deductis in *Romana Locorum Montium* 14. *Decembris* 1658. *coram R. P. D. meo Meltio*; & licet deinde per inſtrumentum declarauerint velle prædium adiudicatum retinere etiam pro alijs creditis ad ſcuta 4180. aſcendentibus, pro quorum rata ſcuta 2400. conſtituente obtinuerant mandata ab AC. cum exequatur Sac. Rotæ, & reiterato reſcripto Signaturæ *ſine præiudicio*, nihilominus placuit reſponſio deciſionum, quod
17 hoc eſſet petere retentionem, quæ nunquam conceditur pro credito diuerſo ab eo pro quo
18 emanauit adiudicatio præſertim ſi concurrat nullitas ex defectu citationis, vt præter auctoritates ibi allegatas optime in terminis reſpondit *Rota in Romana Manutentionis* 27. *Martij* 1658. *coram R. P. D. meo Albergato* §. *Has autem nullitates.*

Nec valet replicatio, quod Iudici non innotuerit exiguus valor dicti Prædij, quia vltra reſponſionem ſecundæ Deciſionis Iudex debet di-
19 ligenter curare, vt Creditor iuſto pretio emat, non ſecùs ac ſi eſſet extraneus, vt poſt *Aſin. de Exequut.* §. 7. *cap.* 300. *num. primo* tradit *Poſth. de Subhaſt. inſpect.* 32. *num.* 20.

Et ita vtraque, &c.

HYSPALEN. DECIMARVM.

Lunæ 16. *Iunij* 1659.

ARGVMENTVM.

Decimæ ſpirituales in ea Diæceſi, in qua Parochiæ non ſunt diſtinctæ ſpectant ad Capitulum, tanquam ad vniuerſalem Parochum ratione generalis, & perpetuæ adminiſtrationis, quam exercet vice Epiſcopi. Priuilegia exemptiua a ſolutione Decimarum, quando attendantur. & de quibus decimis ſint intelligenda? Immemorabilis.

Digitized by Google

bilis continens negatiuam non ſoluendi quomodo probetur?

SVMMARIVM.

1 *Decimæ ſpirituales ſpectant ad Capitulum tanquam ad vniuerſalem Parochum, ratione perpetuæ, & generalis adminiſtrationis reddituum, quam exercet vice Epiſcopi.*

2 *Declara hoc tantum procedere in ea Diœceſi in qua Parochiæ non ſunt diſtinctæ.*

3 *Concordia inita ſuper ſolutione Decimarum eſt omninò ſeruanda, fauore habentis iuris aſſiſtenſtentiam, non obſtante quod debitori deinde priuilegium concedatur,*

4 *Declara hoc tantum procedere dummodo in priuilegio expreſſa mentio, & derogatio concordiæ factæ non fuerit.*

5 *In materia Decimarum ius metitur ex parte Actoris, quod non alteratur, neque immutatur ex mutatione poſſeſſoris fundi obnoxij oneri Decimarum.*

6 *Priuilegia exemptionis Decimarum concessa Ordini Sancti Hyeronimi fuerunt à Rota in pluribus cauſis diſcuſſa, & ſemper reiecta,*

7 *Priuilegium continens ſimplicem exemptionem Monaſterij à iuriſdictione ordinarij, illud ſubijciendo immediatè protectioni Sedis Apoſtolicæ illis nõ ſuffragatur, quoad ſolutionem Decimarum.*

8 *Declara niſi priuilegium concedat Monaſterio Territorium ſeparatum cum tranſlatione Iuriſdictionis quaſi Epiſcopalis.*

9 *Monaſterium exemptum ſimpliciter per priuilegium á Iuriſdictione Ordinarij, abſque conceſſione Territorij ſeparati, & tranſlatione Iuriſdictionis quaſi epiſcopalis, licet cum ſuis bonis non ſit de Diœceſi, dicitur tamen eſſe in Diœceſi.*

10 *Exemptio Monaſterij à iuriſdictione Ordinarij in neceſſarium antecedens, præſupponit illius exiſtentiam in Diœceſi.*

11 *Priuilegium ſimpliciter eximens Monaſterium à Iuriſdictione Ordinarii, & nullam faciens mentionem de decimis nunquam illas comprahendit.*

12 *Decimæ ordinariæ, & ſpirituales debitæ de iure diuino ratione Curæ Animarum indiuiduam, & ſpecialem mentionem requirunt in priuilegio exemptionis.*

13 *Exemptio à ſolutione Decimarum, quamuis generaliter loquatur de decimis, intelligitur tantummodo de extraordinariis, & temporalibus.*

14 *Exemptio à ſolutione Decimarum nunquam ſuffragatur quoad decimas ordinarias, & ſpirituales; Niſi in ea adſit expreſſa derogatio* Cap. Nuper de decim.

15 *Teſtes deponentes de Immemorabili debent eſſe Annorum 54. ante motam litem.*

16 *Teſtes deponentes de Immemorabili debent deponere de viſu per annos 40. ante motam litem.*

17 *Teſtes ad probandam immemorabilem debent de ea deponere cum omnibus requiſitis.* Gloſs. in cap. primo verb. memoria de præſcript. in 6.

18 *Amplia, vt omnes deponere debeant copulatinè cum dictis requiſitis, nec ſufficiat quod vnus, & alter de alio teſtificetur.*

19 *Immemorabilis, vt non dicatur probata, ſatis eſt quod vnus teſtis deficiat in aliquo ex requiſitis* Gloſ. in cap. primo verb. memoria de præſcript. 126.

20 *Immemorabilis non dicitur probata, ſi Teſtis, qui habet ætatem legitimam deficiat in publica voce, & fama.*

21 *Publica vox, & fama, de qua teſtes deponere debent ad probandam immemorabilem articulanda, & probanda eſt ſpecialiter in eo articulo in quo immemorabilis articularetur.*

22 *Amplia, vt nec ſufficiat, ſi articuletur, & probetur in vltimo articulo, vbi genericè etiam in omnibus alijs negotijs fama publica articulari ſolet.*

23 *Immemorabilis continens negatiuam ſolutionis non dicitur probata niſi ſit coarctata, & teſtes deponant per concludentes rationes, quod Actor ſolutionem petierit, reus denegauerit, & Actor denegationi acquieuerit.*

24 *Immemorabilis continens negatiuam ſolutionis, non ſuffragatur, niſi fuerit approbata in contradictorio Iudicio per tres ſententias conformes.*

25 *Sententia habet relationem ad libellum, & ab eo de iure declarationem aſſumit.*

26 *Teſtes contra ipſos inducentes, eorumque depoſitiones exhibentes ſuperlatiuam faciunt probationem.*

27 *Poſſeſſio probatur ex confeſſione partis aduerſæ, reiecta qualitate vitioſitatis confeſſioni adiecta.*

28 *Immemorabilis de neceſſitate requirit, vt nil vnquam actum, vel auditum fuerit in contrarium.*

29 *Amplia, vt etiam vnicus actus, imò ſolus rumor contrarius ſufficiat ad illam excludendam.*

30 *Immemorabilis excluditur quotieſcunque conſtat de initio.*

31 *Manutentio illi debetur, qui eius poſſeſſionem probauit per confeſſionem partis aduerſæ reiecta qualitate vitioſitatis Confeſſioni adiecta.*

DECISIO DCVII.

QVod videretur de bono Iure etiam ad effectum manutentionis reſcriptum fuerat in hac cauſa 27. Maij 1658. ſuper quo hodie principaliter aſſumpta diſputatione ad fauorem Capituli Hiſpalen. emanauit reſolutio quoad bona, quæ Patres Sancti Iſidori del Campo Ordinis Sancti Hyeronimi Collitigantes poſſident extra terminum Parochiæ Sancti Pontij, & intra fines Diœceſis Hiſpalen. nam quoad alia per eos poſſeſſa intra terminum dictæ Parochiæ hodie non eſt quæſtio.

1 Quandoquidem non ſolum pro Capitulo viget
iuris aſſiſtentia ratione generalis, & perpetuæ
adminiſtrationis, quam habet reddituum, &
Decimarum vice Archiepiſcopi ad quem tanquã
vniuerſalem Parochum ſpectant decimæ ſpeciales
in ea Diœceſi, in qua Parochiæ non ſunt di-
2 ſtinctæ, vt ad eius fauorem dixit *Rota in recent.
dec. 22. n. 5. 6. & 7. & dec. 180. n. 9. & 10. par. 7. in
Hiſpalen. Decimarum 27. Iunij 1644. in principio
coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado Prodatario
15. Februarij 1647. §. Habet enim Capitulum coram
R. P. D. Meltio 23. Iunij 1653. in principio coram
bo. me. Bichio, & prius 20. Nouembris 1651. §. 1.
coram me.*

Sed etiam concurrit antiquiſſima concordia
anni 1379. *eius Summ. num. primo*, vbi tranſacta
Decima bonorum Territorij Sancti Pontij in
annuis mille morapetinis quoad cætera Mona-
ſterij bona acquiſita, & acquirenda intra fines
dictæ Diœceſis omnes Decimæ prædiales, &
Animalium integrè, & plenè promittuntur Ar-
chiepiſcopo, Decano, & Capitulo; Similem
3 enim concordiam omninò ſeruandam eſſe fauo-
re habentis Iuris aſſiſtentiam, non obſtante,
quod Debitori deinde priuilegium concedatur,
4 ſi in ipſo indiuidua mentio, & derogatio illius

ta-

facta non fuerit litteraliter probat *Text. in cap. ex*
multiplici de decim. quamuis inita fuerit cum Mo-
nacis Ciſtercienſibus, qui tunc temporis poſſide-
bant Monaſterium S. Iſidori cum ſuis bonis ho-
die poſſeſſum à Patribus Collitigantibus illorum
5 Succeſſoribus, quia in hac materia Ius metimur
ex parte Actoris, quod non alteratur, neque
iminutatur ex mutatione poſſeſſionis fundi ob-
noxij oneri Decimarum, *Rota in recent. deciſ. 341.*
num. primo par. prima deciſ. 189. num. 3. & dec. 205
num. 2. par. 2. apud Poſth. de manut. deciſ. 157. num.
primo & in Hiſpalen. Decimarum coram Eminentiſ-
ſimo D. Card. Corrado §. quia fuit reſponſum, & co-
ram R.P.D. meo Meltio §. fin.

6 Non obſtant priuilegia exemptionis. Conceſſa
enim Ordini S. Hieronymi in pluribus cauſis a
Rota diſcuſſa fuerunt, & ſemper eiecta, *vt in*
Valentina Decimarum 28. *Nouembris* 1603. *coram*
Lancellatto apud Marcheſan. de Commiſſ. par. prima
fol. 69. n. 1. 2. & per tot. repetita in recent. deciſ. 40.
par. 4. & apud Tambur. de Iur. Abbat. dec. 89. in
Carthaginen. Decimarum 24. Martij 1604. coram
Pauia inter eius impreſſ. Lugdun. dec. 1090. à nu. 12.
vſque ad finem, in Toletana Decimarum 28. Ianua-
rij 1650. coram Reuerend*iſſimo D. Archiepiſcopo §.*
Aut dictæ Moniales & in Calagurritana Decimarum
S. Aſcenſij, & Dauialello 15. Aprilis §. minuſue
exemptionem, & prima Iulij 1654. §. iterum perpe-
tam coram R.P.D. meo Zarate Præſide Valliſoletano.

Illud verò conceſſum Monaſterio, & Patribus
Collitigantibus à Nicolao Quinto anno 1448.
7 *Summ. num. 3.* vti continens ſimplicem exemptio-
nem a Iuriſdictione Ordinarij eos ſubijciendo
immediatæ protectioni Beati Petri, & Sedis A-
poſtolicæ non ſuffragatur, Tùm quia non con-
8 cedit Territorium ſeparatum cum translatione
Iuriſdictionis quaſi Epiſcopalis, quo ceſſante
9 quamuis exinde Monaſterium Cum ſuis nobis
non ſit de Diocæſi, dicitur tamen eſſe in Dio-
cæſi *cap. cum Epiſcopus, & ibi Franch. num. 2. ac*
Gemin. num. 3. de Offic. Ordin. in 6. Abb. in cap. Apo-
ſtolica num. 3. de donat. cum alijs per Roc. deciſ. 207.
num. 2. verſ. Quando autem ſit exemptus par. 2. diuerſ.
deciſ. 324. num. 3. par. prima rec. & in Salisburgen.
Iuriſdictionis prima Iulij 1643. coram Reuerendiſſi-
mo Tarraconen. §. Nec pariter dicto in fin. Quinim-
10 mò huiuſmodi exemptio in neceſſarium an-
tecedens præſupponit exiſtentiam in Diocæſi,
Rota d. deciſ. 207. num. 3. par. 2. diuerſ. & deciſ. 491.
num. primo par. prima recent.

11 Tum quia nullam facit mentionem de Deci-
mis ideo eas non comprehendit præſertim ordi-
12 narias, & ſpirituales debitas de iure diuino ra-
tione curæ Animarum, quæ indiuiduam, & ſpe-
cialem mentionem requirit, alias autem exem-
13 ptio generalis, quamuis loqueretur de decimis
intelligeretur tantummodo de extraordinarijs,
& temporalibus *Card. Put. dec. 65. lib 3. Card. Se-*
raph dec. 1293. n. 6. verſ. ideo nulla verba Card. Ca-
nal. dec. 247. n. 11. bo. me. Coccin. dec. 269 n 3. & in fi-
ne cum alijs plene allegatis in dicta Hiſpalen. Deci-
marum 26. Maij 1656. §. Vel quia coram R.P.D. meo
Albergata, & prius in Vercellen. Decimarum 13.
Nouembris 1645. §. hinc etiam, & 15. Ianuarij 1646
§. Qua reſponſio, & in Hiſpalen. Decimarum de
Beraona 16. Martij eiuſdem anni § & in hanc cor. me

14 Tùm demùm quia caret expreſſa derogatione
cap. Nuper de Decim. ſine qua nunquam ſuffraga-
tur exemptio quoad Decimas, de quibus agitur,
vt toties in Rota firmatum fuit, & ſignanter in
omnibus deciſionibus mox relatis, vbi aliæ al-
legantur, *& in dicta Calagurritana Decimarum San-*
cti Aſcenſii, & Dauialillo 17. Aprilis 1654. ſub d. §.
Minuſuè verſ. Et merita coram Reuerendiſſimo Val-
liſoletano.

Nec ſubſiſtit, quod Patres a tempore imme-
memorabili exiſtant in quaſi poſſeſſione illas nõ
ſoluendi quoniam Teſtes in ipſorum *Summ. nu. 2.*
& 9. loquuntur tantum de bonis exiſtentibus in-
tra terminum Parochiæ Sancti Pontij, de qui-
bus hodie non agitur, alij verò relati *ſub num. 6.*
& 7. ex pluribus non releuant, & Primo quia
exceptis 12. 14. & 15. cæteri non habent legiti-
15 timam ætatem annorum 54. ante litem motam
anno 1632. vt neceſſarium eſt *Card. Seraph. deciſ.*
1450. & deciſ. 1460. vtrobique num. 2. Card. Man-
tic. deciſ. 289. num. 3. Rota poſt ſecundum vol. conſ. Fa-
rin. deciſ. 276. num. 4. in recent. deciſ. 148. nu. 4. par. 2.
& in Beneuentana Iuriſdictionis 31. Ianuarii 1656.
16 *coram me §. Quia licet, & 12. ac 14.* non depo-
nit de viſu, vt requiritur per annos 40. ante mo-
tam litem, *Rota deciſ. 673. num. primo & 2. par.*
prima recent. cum aliis per Add. ad Buratt. dec. 673.
num. 7. in fine.

17 Secundo, quia nemo de ea deponit, cum om-
nibus requiſitis *Gloſſ. in cap. primo verbo memo-*
ria de præſcript. in 6. & tamen omnes deponere
18 debent copulatiue cum dictis requiſitis, nec ſuf-
ficit, quod vnus, & alter de alio teſtificetur, ſa-
tiſque eſt, quod in aliquo deficiant, vt imme-
morabilis non dicatur probata *Mareſcott. var. re-*
19 *ſol. lib. 2. cap. 100. num. 10. verſ. Et quilibet Teſtis*
Rota dec. 547. circa finem verſ. Quoniam ad Imme-
morabilem par. 4. diuerſ. vbi fuit dictum immemo-
20 rabilem non probari, quia teſtis, qui habebat
ætatem legitimam deficiebat in fama (cum lo-
querentur teſtes, de quibus agitur) per verba
tantum præſentis temporis, & ſic non eſſet opus
perquirere alia requiſita *coram Card. Mantic. d. de-*
ciſ. 289. n. 4. & in alijs allegatis per Adden. ad Buratt.
deciſ. 673. n. 10. vbi num. ſeq. dicit notandum eſſe;
21 Quod publica vox, & fama, de qua teſtes de-
ponere debent ad probandam immemorabilem,
articulanda, & probanda eſt ſpecialiter (in quo
etiam deficiunt dicti Teſtes) in eo articulo, in
quo immemorabilis articularetur, nec ſufficit ſi
22 articuletur, & probetur in vltimo articulo, vbi
generice etiam in omnibus alijs negotijs fama
publica articulari ſolet.

23 Tertio, quia aſſerta immemorabilis continet
negatiuam ſolutionis, quæ proinde non dicitur
probata niſi coarctata ſit, & Teſtes deponant per
concludentes rationes, quod Capitulum Deci-
mas petierit Patres illas denegauerint, & Capi-
tulum denegationi acquieuerit *Rota dec. 469. nu-*
mer. 2. par. prima deciſ. 265. num. 36. par. 5. & dec. 23
num. 4. cum ſeqq. par. 6. recent. In Hiſpalen. Deci-
marum 25. Iunii 1649. coram bon. mem. Bichio, &
in alijs allegatis in dicta Calagurritana Decimarum S.
Aſcenſii, & Dauialillo §. Inſuper.

24 Imo huiuſmodi immemorabilis negatiua,
nec minus ſuffragatur niſi fuerit approbata in
contradictorio iudicio per tres ſententias con-
formes *Rota apud Poſth. de manut. dec. 197. nu. 2. &*
in recent. dec. 273. num. 1. par. 2. & in dicta Hiſpalen.
Decimarum 15. Februarii 1647. coram R. *P.D. meo*
Meltio §. vnde & in ſæpius allegata Calagurritana §.
præterea. Sententia autem lata anno 1500. lo-
quitur de decimis bonorum, quæ ſita ſunt intra
terminum, & intra fines Diocæſis Hiſpalenſis,

vt

Digitized by Google

vt patet ex libello relato *in Summario Capituli n.7.*
ad quem ſententia relationem habet, & à quo
de iure declarationem aſſumit *Caſtr. conſ. 376. in*
25 *princ.lib.1.Aym.conſ.188.n.1.Greg dec.470 num.6.*
cum alijs in Cæſaraugustana Cathedralitatis 27. Maij
1657.§. cum enim coram me.

Quarto denique quia ijdem met Teſtes pro
Patribus examinati, qui contra ipſos inducen-
26 tes, eorumque depoſitiones exhibentes ſuperla-
tiuam faciunt probationem *Hond.conſ 84 num.50*
& 51.lib.2. cum alijs per Add. ad Greg.deciſ.215.ſub
num. 9. verſ. ſi tamen ingenuè fatentur quod de
bonis loci S. Pontij Decimæ ſoluuntur Monaſte-
rio S.Iſidori, ſed de alijs ſitis extra eius termi-
num, de quibus hodie agitur, ſoluuntur Capi-
tulo, eiuſque Arrendararijs *dicto Summ num.* 10.
Idemque iudicialiter in hac cauſa anno 1615.
præuia aggrauatoria reſpondendo poſitionibus
Capituli, non autem extraiudicialiter metu ex-
communicationis, vt gratis dicebatur falſi fue-
runt Prior, & Archiuiſta cum alijs duobus fra-
tribus Monaſterij Collitigantibus, vbi ſpecifi-
cando bona, quæ Monaſterium poſſidet extra
dictum terminum S. Pontij declararunt illa exi-
ſtere intra fines Diocæſis Hiſpaleñ, quodque Ca
pitulum ab illorum Affictuarijs, & Arrendata-
tarijs percepit, & percipit Decimas, licèt ſub-
dant, quod hoc facere non potuerit, ſtantibus
priuilegijs, quæ habet ipſorum Religio *dicto*
27 *Summario Capituli num.1.* Hinc enim negari ne-
quit quin reiecta hac inſubſiſtenti qualitate actua-
lis quaſi poſſeſſio Capituli concludenter probe-
tur vſque nunc continuata *ſa.me Gregor deciſ 4 8*
num.3 cum ſeqq.Buratt.deciſ 730.num.2. & paſſim
28 in alijs, & conſequenter ceſſat aſſerta Immemo-
rabilis negatiua, quæ de neceſſitate requirit, vt
nil vnquam actum, vel auditum fuerit in contra-
rium, alias vnicus actus, imo ſolus rumor con-
29 trarius ſufficit, vt ipſa excludatur ex auctorita-
tibus ad propoſitum allegatis *in Placentina Deci-*
marum 24. Ianuarij 1650 §. Vltimo 23. Iunij eiuſ-
dem anni §. penultimo, & 27. Iunij 1637. ſub §.de-
ſtruitur verò coram me.

Quæ inſuper certius ceſſat tam ex dicta con-
cordia anni 1379. in qua controuerſæ decimæ
promittuntur, quam ex dicto priuilegio Nico-
lai Quinti a Patribus exhibito pro illarum ex-
30 emptione, ex quo proinde initium deſumitur
eas denegandi exclusiuum immemorabilis, *Rota*
dec. 14.n.2.par.3.dec.541.n.2.& 3.par 4 & dec.56.
n. 18. par. 7. & in Calaguritana Decimarum de Ocon
1. Iulij 1654. coram me ſub §. concordia autem.

Et hinc dixerunt Domini dandum eſſe Capi-
tulo mandatum de manutenendo, quia cum
tàm ex prædictis Teſtibus *Summario Capituli nu-*
*mer.*10. quàm ex confeſſione Prioris, Archiui-
ſtæ, & aliorum duorum ex fratribus Collitigan-
tibus *num.3.* probatur exiſtentia bonorum Mo-
naſterij extra terminum Parochiæ S. Pontij, &
intra fines Diocæſis Hiſpalen. nec non quaſi poſ
ſeſſio Capituli percipiendi integras Decimas
fructuum illorum, vtique reiecta, vt dictum eſt,
31 qualitate, quod ſtantibus priuilegijs Monaſte-
rij, (quæ in effectu verè non adſunt) non po-
tuerit Capitulum Decimas non percipere eidem
omninò debetur manutentio iuxtà theoricam
Bart. in l. Aurelius §. Item quæſiit num.2.ff. de liber.
legat. Rot.*deciſ.802. num. 3. & 4. par. prima diuerſ.*
cum alijs relatis in Leodien. Dominij 10. Ianuarij
1650. coram me §. Probat ſiquidem.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA LEGATI.

Lunæ 16. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Legatum vna cum fructibus debetur nedum primò vocato, ſed etiam fideicommiſſarijs, quando teſtator inueſtimentum ordinauit ad fauorem omnium vocatorum, & quando ſatis clare de voluntate teſtatoris apparere dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Fructus fideicommiſſi nedum debentur primo heredi ſeu primo legatario, ſed etiam fideicommiſſarijs, quando verba teſtamenti fauore omnium illius ordinationem oſtendunt.*

2 *Fructus non poſſunt controuerti fideicommiſſarijs quando à teſtatore demandatur fieri inueſtimentum etiam pro eis.*

3 *Subſtitutus per vulgarem, omnem id capit, quod ex bonis teſtatoris relictum fuit primo inſtituto, omneque id quod caperet ipſe primus inſtitutus.*

4 *Diſpoſitio quando eſt dubia ſemper inſpicitur, & attenditur vſus loquendi teſtatoris.*

5 *Creditor licet anterior, niſi ſit priuilegiatus non auocat pecuniam, quam creditor poſterior exegit à communi debitore, & bona fide conſumpſit.*

6 *Pecunia recepta per creditorem ſub obligatione Camerali de illam reſtituendo prioribus, & potioribus nunquam poteſt dici conſumpta.*

7 *Hæres iniquum eſt quod nullam percipiat vtilitatem ex hæreditate, ſed ſit nudus Miniſter.*

DECISIO DCVIII.

Die 3. Iunij anni præteriti Rota reſpondit exequendum eſſe mandatum relaxatum ad fauorem Ven. Societatis Sanctorum Apoſtolorum de Vrbe contra bona hæreditaria D. de Frangipanis pro fructibus ſcutorum bis mille eidem Societati Legatorum à Catharina in defectu filiorum maſculorum, & fœminarum earundem de Frangipanis, ex quo ſub præfato Legato nedum comprehendebantur d. ſcuta bis mille, ſed etiam æque principaliter illorum fructus iuxtà teſtatricis voluntatem ex proprijs verbis, & toto Legati contextu deſumptam, cauſaque hodie repropoſita, Domini ſteterunt in deciſis.

Legatum enim non loquitur ſimpliciter de ſcutis bis mille, ſed de ijſdem inueſtiendis, & Teſtatrix duo inueſtimenta ordinauit primum de ſcutis bis mille, quod concernit commodum omnium vocatorum. Secundum de ijſdem vna cum eorum fructibus decurſis vſquequo Primogenitus peruenerit ad ætatem 20. annorum quod reſtrictum eſt in verbis ad commodum ipſius Primogeniti, ſiue maſculi, ſiuè fœminæ, & de hoc hodie non agitur, ſed tantum de fructibus debitis ex primo inueſtimento ordinato ad commodum omnium vocatorum, vt dictum eſt.

Quod autem legatum loquatur de ſcutis bis mille inueſtiendis probant eius clara verba ibi: *Item il terzo anno dopo la mia morte voglio ſi diano del capitale mio ſcudi 2000. di moneta alli miei Cariſſimi Sig. Nepoti &c. quali ſcudi 2000. voglio ſi poughino à frutto dal primo di, che ſaranno sborſati &c.* huiuſmodi vero inueſtimentum ordinatum fuiſſe nedum ad commodum, & fauorem omnium ibidem vocatorum, ad oculum demonſtrant verba continuatiuè annexa ibi: *E ſiano del primo figlio maſchio, che naſcerà &c. e ſe non vi fuſſero figli d'alcuna ſorte, il che non piaccia a Dio vada alla compagnia de SS. Apoſtoli.* vnde intrat diſpoſitio *Text. in l. ſi ità relictum 44. §. Pegaſus ff. de legat 2.* ibi: *Et hæc ità intelligenda ſunt, ſi non no-*

Digitized by Google

nominatim adiectum eſt, vt cum incremento hæres fideicommiſſum praſtet; cuius vigore augumentum 1 ex fructibus proueniens nedum debetur primo hæredi, ſeu primo legatario, ſed etiam fideicommiſſarijs, quando verba teſtamenti, vt hic fauore omnium illius ordinationem oſtendunt, vt bene reſpondit *Rota in recent. deciſ. 682. num. 3. cum ſeqq. & ſignanter d. numer. 3. verſ. & ceſſat omnis difficultas, & num. 7. part. 2. relata per Gratian. diſcept. 540. num. 44. & 45.*

Nec contradicit, ſed famulatur deciſio *Romana Legitimæ 27. Nouembris 1617. coram Sacrato apud Merlin. de legit. deciſ. 60.* quia in tantum firmat fructus non eſſe reſtituendos fideicommiſſarijs in quantum vltra regulam *l. in fideicommiſſaria ff. ad Trebell.* ex verbis Teſtamenti apparebat inueſtimentum fuiſſe à Teſtatore demandatum ad ſolum commodum primi hæredis, non autem ad commodum, & vtilitatem fideicommiſſariorum, vt in *numer. 2. & 3. cum ſeqq.* ſed quando demandatur (prout hic) inueſtimentum 2 fieri etiam pro fideicommiſſarijs eis fructus controuerti non poſſunt, vt probant iura ſupra allegata, & annuit eadem *deciſio 60. ſub d. num. 2. & 3. melius num. 7. & 8.*

Prout minus refert, quod ſocietas ſubſtituta fuerit per vulgarem, non autem per fideicommiſſariam, quia quicquid ſit de hoc, dum ſub-3 ſtitutus per vulgarem omne id capit, quod ex bonis Teſtatoris relictum fuit primo inſtituto, omneque id quod caperet ipſe primus inſtitutus *Alex. in l. cohæredi nu. 2. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Cephal. conſ. 620. num. 18. tom. 5. Peregrin. de fideicom. art. 15. num. 11. verſ. & hic ſubſtitutus*, vtique dum certum eſt Primogenito, qui primo loco fuit in legato vocatus debita fuiſſe ſcuta bis mille inueſtita vna cum fructibus decurſis ab ipſa prima die reinueſtimenti iuxta verba legati continuatiuè poſita poſt ordinatum primum inueſtimentum ibi: *E ſiano del primo figlio maſchio, che naſcerà &c.* Ita pari modo debentur ſocietati per vulgarem ibi ſubſtitutæ, quæ, vt dictum eſt capere debet omne id, quod relictum fuit Primogenito primo loco vocato.

Nec facit, quod obligatio conſeruandi fructus non inciperet niſi a die Natiuitatis d. Primogeniti, quia illa non reſpicit primum, ſed ſecundum reinueſtimentum faciendum vna cum fructibus poſtquam Primogenitus perueniſſet ad ætatem 20. annorum, de quo hodie non agitur, vt ponderatur in 1. *deciſ. §. duplex enim* ad effectum verò conſequendi fructus decurſos ex primo reinueſtimento non eſt attendenda obligatio illos conſeruandi, ſed Teſtatricis diſpoſitio, quod dictum primum reinueſtimentum præordinauit ad fauorem omnium in legato vocatorum, ex quo propterea Societas capere debet ſcuta bis mille reinueſtita vna cum fructibus decurſis à die reinueſtimenti peracto triennio poſt obitum Teſtatricis, ſicuti illa capere debebat hoc eodem modo Primogenitus DD. de Frangipanis primo loco vocatus ſi natus fuiſſet.

Non obſtat, quod ſubſtitutio ipſius ſocietatis facta fuerit per verba numeri ſingularis ibi: *Vada alla Compagnia de SS. Apoſtoli*, Itaut proinde intelligi non poſſit niſi reſpectu Capitalis ſcutor. 2000. Tum quia Teſtatrix ſuperius fecit mentionem de ſcutis bis mille reinueſtiendis ibi: *Si diano ſcudi 2000. ſi ponghino à frutto dal primo di che ſaranno ſborſati, e ſtano &c.* quibus ratione textus ſermonis congruè non conuenit verbum illud ſingulare *vada*, ſed dicendum debuiſſet *vadino*, vnde obiectum retorquetur, non loquendo Teſtatrix in ſingulari intellexiſſe videtur de reinueſtimento facto ex ſcutis bis mille, quod continet ne dum ſortem principalem, ſed etiam eius fructus, quaſi dixiſſet, *Vada alla Compagnia de SS. Apoſtoli il reinueſtimento di ſcudi 2000.* Tum etiam quia ijſdem verbis vſa fuit in Subſtitutione facta de filia fæmina, quam certum eſt fuiſſe vocatam ad fructus, cenſetur ſub illorum formula pari modo vocata Societas ad ſortem, & fructus, cum in dubio ſemper inſpiciatur vſus lo-4 quendi Teſtatoris, vt reſponſum fuit *in Cathaceu. hæreditatis 28. Maij 1649. coram me 5. denique, & in Romana, ſeu Vercellen. fideicommiſſi 10. Martij præteriti coram R. P. D. meo Veroſpio*.

Demum non obſtat, quod ſufficiat rem eſſe dubiam, vt non ſit locus reſtitutioni fructuum bona fide conſumptorum, quia præterquod res non eſt dubia, ſed clara, & ſic ceſſat bona fides vt patet ex prædictis, & alijs latius deductis in prima deciſione non intrat in propoſito termi-5 nus conſumptionis, quia non agitur inter duos Concreditores, quorum alter licèt poſterior vel debiliora Iura habens pecuniam exegit à communi debitore, & bona fide conſumpſit, quo caſu niſi alter Creditor priuilegiatus ſit, illam non auocat, vt fuit late dictum *in Romana Lucri Dotis 15. Iunij 1648. & 19 Aprilis 1649. coram coram me*, ſed agitur contra hæreditatem DD. de Frangipanis, qui erant principales Debitores fructuum, de quibus agitur; Ipſi enim dicta ſcuta 2000. receperunt, & eum ipſis met in Cenſu reinueſtiuerunt, & ſic ipſi non exegerunt fructus à Tertio, ſed ſunt illorum Debitores, cumque ex forma Inſtrumenti impoſitionis dicti Cenſus præfatos fructus omnibus, quorum intereſt ſub obligatione Camerali ſoluere tenerentur, illi dicuntur extare, nec vllo modo dici poſſunt conſumpti, vt in fortioribus terminis, 6 quod non dicatur conſumpta pecunia recepta per Creditorem ſub obligatione Camerali de illam reſtituendo prioribus, & potioribus tradunt *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſſ. 8. par. 6. ſub num. 37. verſ. In quo declaratum etiam fuit & num. 43. Anton. de Amat. reſol. 51. num. 14. & 15. Rota poſt Pacific. de Saluian. deciſ. 133. num. 11.*

7 Neque officit iniquum eſſe, quod Legatarius nullam percipiat vtilitatem, ſed ſit nudus miniſter contra *Text. in l. Poſtulante 44. §. fin. ff. ad Trebell.* quia huiuſmodi textus loquitur in hærede, & in caſu noſtro claram habemus teſtatricis voluntatem relinquendi ſuos Nepotes meros, & nudos miniſtros, vt dictum fuit in fine primæ deciſionis; Vndè nec intrat imaginaria ſolutio ſibi ipſis facta, cum nullus adſit titulus hanilis ſibi ipſis perſoluendi, dum erant meri, & nudi miniſtri.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Veneris 20. Iunij 1650.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Liber reſpiciens commodum debitoris non probat contra tertium.*

2 *Predia vrbana de ſui natura non ſunt fructifera niſi quatenus extant locata.*

3 *Redditio rationis non poteſt peti de predijs vrbanis,*

donec

donec iuſtificetur illa fuiſſe locata vel per Adminiſtratorem inhabitata.

4 *Solutionis realitas probatur ex quietantijs Creditorum.*

5 *Expenſæ quæ neceſſario fieri debent etiam abſque alia iuſtificatione ſunt accepto ferenda, dummodo ſint veriſimiles.*

6 *Aſſertio per mulierem non informatã emiſſa de iure intelligitur quatenus res ita ſe habeat.*

7 *Adminiſtrator antequam poſſit condemnari ad reddendam rationem de creditis, concludens requiritur iuſtificatio illorum exiſtentiæ, & exactionis.*

8 *Solutio de iure præſumitur facta ab eo, qui in eandem cauſam alias fecit ſolutiones.*

9 *Heres ex diſpoſitione iuris adſtringitur ad reddendam rationem etiam de geſtis à defuncto.*

DECISIO DCIX.

AGgreſſa hodie diſputatione An. pro reliquis partitis reſeruatis à Perito ſit reddita ſufficiens ratio, Domini in omnibus affirmatiuè reſponderunt, & retento ordine ſcribentium pro hærede Claudiæ ſeptima continet prætenſionem, quod non redda ur ratio de ſcutis centum ſolutis in manibus felicis à D. Duce Cæſarino pro reſiduo maioris ſummæ, ſed congruit reſponſio facilis, cum ſolutio non probetur niſi pro rata Scutorum 50. mediantibus partitis librorum montis Pietatis, de quibus Claudia ſe conſtituit debitricem, non obſtante quod in libro Ducis reperiatur adnotata integra ſolutio ſcutorum

1 100. quia huiuſmodi liber non probat contra Claudiam, cum reſpiciat commodum debitoris *l. exemplo C. de probat. Greg. deciſ. 97. num. 1. Rota in Auenionen. Saluiani 8. Iunij 1648. coram bo. me. Bichio §. Nec releuat.*

Congrua etiam videbatur reſponſio ad octauam quod non ſit reddenda ratio fabarum Caſalis Vaccareccia, quia licet felix conuenißet in Inſtrumento celebrato cum Carriculatoribus 23. *Iunij* 1619. ibi *Che debbano carricolare tutto il Grano, Orzo, e faue, che il detto Felice hà ſeminato nella Tenuta della Vaccareccia*, nihilominus cum in Caſali dicto anno adeſſent noualia, vt refert ipſe Peritus in reſponſione ad hanc partitam ex illarum qualitate recollectio fabarum erat inveriſimilis, cum in noualibus ſeminari ſoleant frumentum, & ſegetes, non autem legumina, attento præſertim tempore menſis Iunij ferè terminati; Tunc enim certum eſt fabas amplius non extare, Ideò veriſimilius eſt, quod loco illarum contrahentes intellexerint de bladis, de quibus reddita fuit ſufficiens ratio.

Decima, & vndecima concernentes redditionem rationis de penſionibus Domus Ianſani ab obitu Franciſci Barattelli Patris felicis vſque ad diem 28. *Maij* 1628. & Domus Vrbis in via ferratina a die 24. *Settembris* 1618. vſque ad eius venditionem ſequutam *anno* 1624. Tolluntur ex

2 quo agitur de Prædijs Vrbanis, quæ de ſui natura nõ ſunt fructifera niſi quatenus extent locata,

3 ac proinde fruſtra petitur huiuſmodi redditio rationis donec concludenter à Creditoribus iuſtificetur, quod fuerint locatæ, vel per Claudiam, aut felicem inhabitatæ *Rota in recent. deciſ. 304. num. 15. part. 5. coram Eminentiſſimo Ottbob. deciſ. 193. num. 7. cum duob. ſeqq. & in Baren. ſeu Nullius Pecuniaria 24. Ianuarij 1646. coram me §. quia cum adinductæ fuerint.*

Habetur in duodecima quod Creditores prætendebant deleri a credito Claudiæ ſummam ſcutorum 318. ab ipſa ſolutam famulis Hoſpitij ſub ſigno vrſi ex quo non diſtinguebatur qualitas, nec tempus ſeruitii, minuſue ad quam rationem ſalarium ipſis ſolueretur Placuit tamen

4 Dominis ponendam eſſe ad creditum Claudiæ quia realitas ſolutionis ex pluribus quietantijs originaliter exhibitis iuſtificatur, *Card. Seraph. deciſ. 1339. num. 2. Rota recent. deciſ. 425. num. 2. part. 2.* omiſſio autem prædictarum qualitatum non obſtat, quia verſamur in mulierè, que legere, & ſcribere ignorabat, atque à Teſtatore in ampliſſima forma fuerat liberata, & expenſæ ſunt veriſimiles attenta qualitate Hoſpitij, cuius occaſione annuatim pro mobilibus ſoluebãtur ſcuta 350.

In quartadecima dicitur delenda eſſe à debito hæreditatis ſcuta 75. pro expenſis vindemiarum, vineæ Ianſani datæ ad pomedium, ſed reſpondetur, quod in ſimilibus caſibus Dominus ſeu Locator ſemper facit aliquas expenſas, & præcipuè eas, quæ concernunt recollectionem, & repoſitionem in Dolijs ratæ dominicalis vini: Vnde cum pro quatuor annis hæreditas non fuerit grauata niſi de ſcutis 75. ſatis veriſimilis vi-

5 detur huiuſmodi expenſarum quantitas, quæ propterea accepto ferenda eſt etiam ſine alia iuſtificatione, cum ſint expenſæ, quæ neceſſario, fieri debent *Rota in l. cum ſeruus 104. ſub num. 4. verſ. Item dico cum aliquis ff. de verb. oblig. Maſcard. de probat. conclus. 716. nu. 2.*

In decimaſexta ponitur Claudiam teneri reddere rationem de creditis *H*oſpitij ſub ſigno

6 vrſi, ex quo in Inuentario generali faſſa fuerit ibidem credita adeſſe: *H*oc tamen euitatur, cum ſimilis aſſertio per mulierem non informatam emiſſa de Iure intelligatur quatenus credita extent *Burſatt. conſ. 329. num. 3. lib. 3. Seraphin. de priuil. Iuram. priuil. 13. num. 26. Afflict. deciſ. 399. num. 14. Gratian. deciſ. March. 114. num. 6.* Præſertim dum ipſa non dixit deliberate credita extare, ſed velle conficere Inuentarium de Bonis, & Creditis ſpectantibus ad *H*oſpitium vrſi, quod intelligitur congrua congruis referendo de illis ſcilicet, quæ vere exiſtebant; Vndè dum facto Inuentario particulari, credita

7 non fuerunt deſcripta, veriſimile eſt, quod illa non adeſſent, & ſic vt Claudia condemnari poſſit, concludens requiritur iuſtificatio exiſtentiæ Creditorum, eorumque exactionis, vt in *Romana redditionis rationis 12. Ianuarij 1643. coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Tarraconen.*

Tollitur etiam 20. quia in tantum Claudia non poſuit ad creditum hæreditatis pretium herbarum Tenutarum Violatellæ, & Pedicæ anni 1619. in quantum non poſuit ad eius debitum affictus pro dicto tempore à Felice Locatoribus ſolutos.

In 24. Creditores impugnabant ſolutionem factam a Claudia Petro Iacobo Bonetto Creditori hæreditario ſcutorum 200. ſed iuſtificata fuit mediante publico Inſtrumento quietantiæ concernentis etiam alia ſcuta 16. pro fructibus, idque præuio ordine directo menſæ nummulariæ S. Spiritus ſubſcripto à Deputatis Creditorum, & ſignanter a Lambardo *Summo hæredis Claudiæ littera A.* quæ quidem ſolutio concordat cum partitis Bilancij relatis in *eod. Sum. dicto num. 4. littera B.*

Impugnabant pari modo 25. ſolutionis ſcu-

Digitized by Google

torum 1085. factæ anno 1621. DD. de Aldobrandinis pro affictu Caſalis Turris Nouæ ex rubris 217. frumenti ad rationem ſcutorũ quin-
8 que pro rubro, Difficultas tamen non verſabatur circa realitatem ſolutionis quæ Iure optimo præſumitur, dum ſpatio fere 40. annorum petita non fuit, ſed cadebat in eo añ cenſeretur facta a Bizzario principali conductore, & Debitore, vel potius á Felice filio, & Adminiſtratore Bonorum Franciſci Barattelli Bizzarri fideiuſſoris, & Domini fuiſſe factam à Felice exiſtimarunt, tum attenta mala qualitate facultatum Bizzarri optime comprobata ex datis in *Summ. alias concordato num. 9. 17. & 19.* atque ex 5. *deciſ. huius cauſæ coram b. m. Pentingeris 23.*
9 *Iannarij* 1654. §. *Hoc ſiquidem*. Tum quia Felix aliam ingentem quantitatem ſcutorum vndicimillium, & vltra ijſdem Locatoribus in eadem cauſa ſoluerat ad *trad. per Gratian. diſcept. 570. num. 43.* Tum demum quia dicta rubra 21[illegible]. frumenti recollecta fuerunt per Felicem, & Claudiam ex Caſali Vaccareccię ad ipſos, non autẽ ad Bizzarrum ſpectante, de quibus fuit reddita integra ratio ex partitis Bilancij relatis in *ſumm. num. 5. litera A.*

Vigeſimaſeſta continet ſolutionem ſcutorum 363. factam anno 16[illegible]8. Petro Paulo Belletto pro fructibus Cenſus, quæ impugnabatur reſpectu ratæ partis ſcutorum 20[illegible]. cum pro hac quantitate non fuerit exhibita receptura Belletti, ſed Angoni pro totidem, vt in ea dicitur, in hanc cauſam ſolutis eidem Belletto, ſed ſuffi[illegible]ter iuſtificatur, cum ad formam dictæ recepturæ concurrant etiam partitæ librorum eiuſdem Ari[illegible] publici [illegible]catoris, de quibus in ipſa relatione Periti, atque vlterius acquieſcentia Creditoris, & lapſus temporis 40. annorum, & vltra, quibus Bellettus nec eius hæredes nihil vnquam petierunt.

Dicebatur in 27. Claudiam omiſiſſe deſcribere ad creditum hæreditatis ſcuta [illegible]6. ſoluta DD. de Aldobrandinis ex pecunijs habitis a Riccijs pro pretio rubrorum 60. hordei hæreditarij, Verum corruit etiam hæc prætenſio, dum de toto, & integro hordeo tunc temporis recollecto conſtituit creditricem hæreditatem Barattelli in alia partita, & ideo integram rationem reddidit, & vt in *deciſione adv[illegible]a coram bo. me Pentingerio 14. Iunij 1649. §. Pariter Domini*.

Denique 30., & vltima continet, quod cum ſpatio decem menſium poſt obitum Barattelli ſoluta fuerint ſcuta decẽ m[illegible]lia circiter poſita ad Creditum Claudiæ præſumantur ſoluta ex effectibus hæreditarijs ad ſui debitum non deſcriptis; Verum præter quod ſolutiones non excedunt ſcuta 68[illegible]3 ex bilancio a[illegible] contem[illegible]oraneæ in eo eſſe deſcriptam ad [illegible] Claudiæ coæqualem quantitatem exactam ex effectibus hæreditarijs.

Non obſtat præcipuum fundamentum Creditorum, quod Franciſcus Barattellus duos reliquerit diſtinctos, & ſeparatos Adminiſtratores, nempè Claudiam eius vxorem quoad bona Vrbis, & Felicem communem filium quoad Campaneam, & ideo cum agatur duntaxat contra Claudiam, ſeu eius hæredem non ſit agendum de partitis, quæ ſpectant ad adminiſtrationem Felicis, & ſic magis congruum ſit diſputare quid, & quantum peruenerit ad manus Claudiæ, preſertim cum ipſa alias iudicialiter declarauerit nolle reddere rationem niſi de adminiſtratis ab ipſa, ſeu de peruentis ad eius manus.

Quoniam vſque ab initio huius cauſæ experientia innotuit, quod huiuſmodi adminiſtrationes non poterunt retineri ſeparatæ, qua propter Signatura cognitionem vtriuſque adminiſtrationis cumulauit *dicto ſumm. alias concordato num.* 54. et ſic Rota partibus demandauit diſputari partitas a Perito eius Iudicio reſeruatas cõcernentes tam Claudiæ, quam Felicis adminiſtrationem quæ iam pro maiori parte præuijs pluribus dubiorum propoſitionibus per annos quindecim circiter omnibus acerrime Informantibus diſcuſſæ fuerunt, & reſolutæ ad fauorem Claudiæ ex ſex deciſionibus nunc ſupponendis.

Et licet Claudia anno 1637. ſuperdictã declarationem fecerit, nihilominus non eſt attendenda, quia ab ea receſſerunt Claudia, Creditores, & Iudices, Claudia ſcilicet dum deinde anno 1639. confecit, & produxit nouum bilancium continens vtramque adminiſtrationẽ, & de vtraque rationem reddidit. Creditores dum litem vſque nunc mordicus ſubſtinuerunt ſuper huiuſmodi redditione rationis, & Iudices nempe ſacra Rota dum de vtraque adminiſtratione cognouit, ſiue etiam quia interim deceſſit Felix ſine filijs, & ſic Claudia mater remanſit eius hæres, quæ propterea ex Iuris diſpoſitiue adſtringitur ad reddendam rationẽ, etiam de geſtis ab ipſo *l. 1. §. hanc actionem ff de Tutor. & ration. diſtrahen. l. Pater veſter. 2 cum duob. ſeqq. C. de Tutor. l. Omnes Tutores 5., & l. Tutela actio 12. C. de arbitr. tutel Rota deciſ. 2[illegible]1 num. 1. part. 4. tom. 2. recent. & in Romana redditionis rationis 27. Iunij 1650. coram R. P. D. meo Albergato §. 1.*

Et ita vtraque &c.

VITERBIEN. SALVIANI.

Veneris 20. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Immiſſio in vim Saluiani conceditur Creditori habenti hypothecam, etiam contra tertium poſſeſſorem, conſtito de credito, de hypportheca, de antiqua poſſeſſione debitoris, & moderna Tertij collitigantis.

SVMMARIVM.

1 *Teſtis licet ſit Cognatus inducentis, & fuerit ſollicitator in cauſa, & alios teſtes examinari curauerit deſeruit tamen pro adminicula.*

2 *Duo teſtes in omni materia ſufficientem faciunt probationem.*

3 *Teſtis etiam vnicus ſufficit contra inducentem.*

4 *Societas omnium bonorum excluditur, vbi conſtat aliquem ex fratribus ex eius Eccleſiaſticis.*

aliquas pecunias communicaſſe, ac reliquas impendiſſe ad eius libitum.

6 *Societas omnium bonorum, vt inducatur inter fratres, eſt neceſſaria integra communicatio, & poſitia in communi Arca omnium lucrorum, & redditum etiam Eccleſiaſticorum.*

7 *Societas omnium bonorum excluditur ſi alter ex fratribus ſeparatim ponat lucra bonorum Eccleſiaſticorum.*

8 *Monialis non poteſt iura cedere in praeiudicium Monaſterij, cui legatum ipſi relictum, fuerat delatum.*

9 *Monialis eſt capax retentianis annuæ preſtationis pro ſuis neceſſitatibus abſque participatione Monaſterij.*

10 *Declara hoc tantum procedere, quando conſtat de volun-*

*voluntate concedentis illam in Monaſterium nõ
transferri, & quando eadem monialis accipien-
tis fuit intentio.*
11 *Secus vero quando de tali voluntate non conſtat
hoc enim caſu acquiritur Monaſterio.*

DECISO DCX.

IMpoſuit eques Papirius de Buſſis 27. *Settembris*
1609. ſuper Domo ſita in Ciuitate Viterbii ſub
Parochia Sancti Stephani annuum perpetuum
Cenſum ſcutorum 44. quem præuia acceſſione,
& obligatione inſolidum Lelij, & Lutij eius fra-
trum vendidit pretio ſcutorum 550. Felici Spre-
chæ quondam Iulij Aringhi, ac Tutrici, & Cu-
ratrici communium ipſorum filiorum *ſumm. Pa-
tris Pauli num.* 1. Cumque huiuſmodi Cenſus ob-
tigerit in portione Patri Paulo Aringo fi-
lio, & hæredi dicti Iulij *Summ. num.* 2. ipſe ad
effectum conſequendi fructus illius decurſos, &
non ſolutos, egit Iudicio Saluiani contra Li-
uiam de Angelis tertiam poſſeditricem, & in
paribus, ac ab A. C ſententiam obtinuit Im-
miſſionis in poſſeſſione pro duabus ex tribus
partibus certorum bonorum in primam ſenten-
tiam expreſſorum *ſumm. num.* 3. ſed deuoluta in
3. Inſtantia cauſa ad Rotam, & propoſito du-
bio Domini reponderunt eidem dandam eſſe
Immiſſionem pro duabus ex tribus partibus ſu-
per Domo magna, & Domuncula in Ciuitate
Viterbij in Parochia Sancti Stephani, & ſuper
vinea poſita in Contrata *Prato de Giardino* facta
ſolutione vt infra.

Creditum enim cum hypotheca, & recens
poſſeſſio Liuiæ ſeu Iuliæ eius filiæ, & hæredis
non reuocabatur in dubium, ſed controuerteba-
tur antiqua poſſeſſio Papirij, eiuſque Fratrum
debitorum, ac prætendebatur retentio pro cer-
tis aſſertis creditis anterioribus.

Verum poſſeſſio Papirij, & Fratrum reſpectu
Domus magnæ, Domunculæ, & vineę de tem-
pore obligationis ſeu poſtea Dominis viſa fuit
ſufficienter iuſtificata ex tribus Teſtibus relatis
in *ſumm. reſponſ. Petri Pauli num.* 1. quorum duo
ad eius inſtantiam, & alius pro altera parte exa-
minati fuerunt; Nil refragante, quod alter ex
1 duobus pro ipſo examinatus ſit eius Cognatus,
atque fuerit in hac cauſa ſollicitator, alioſque
Teſtes induxerit, et examinari curauerit, quia
2 ſaltem deſeruit pro adminiculo, & in omnem
caſum remanent alij duo, qui in omni materia
ſufficientem faciunt probationem *cap. in omni
negotio & cap. licet de Teſtib. l. vbi numerus ff. eod.
Surd. conſ.* 52. *num.* 33. *Rota deciſ.* 258. *num.* 5.
3 *par.* 7. *recent.* Præſertim dum alter eorum pro
collitigante inductus, & examinatus fuit qui e-
tiam ſolus ſufficit contra Inducentem, *Roman.
conſ.* 104. *num.* 6. *Aym. conſ.* 201. *num.* 7. *Menoch.
conſ.* 31. *num.* 23. *Gratian. diſcept.* 352. *nu.* 9.

Retentio autem non competit; Reſpectu enim
crediti dotalis Liuiæ, licet illud ſit anterius, frui-
tur tamen beneficio retentionis duntaxat reſpe-
ctu portionis Lelij viri, non autem reſpectu por-
tionum aliorum fratrum, qui longè poſt impo-
ſitionem Cenſus, de quo agitur pro reſtitutione
dictæ Dotis ſe obligarunt nempe anno 1623. vn-
de pro duabus duntaxat partibus Papirij ſcili-
cet, & Lutij, non autem pro portione Lelij in
præfatis ſententijs decreta fuit, & hodie decer-
nitur immiſſio: Nec ſubſiſtit replicatio, quod
inter præfatos fratres adeſſet ſocietas, & com-
munio omnium bonorum, quæ non probatur ex
duobus Teſtibus pro altera parte examinatis, &
relatis *in eius ſumm. num.* 5. Deponunt enim ſim-
4 pliciter de illorum communi habitatione, & poſ-
ſeſſione pro indiuiſo bonorum paternorum quod
non ſufficit ad inducendam ſocietatem omnium
bonorum *Bart. in C. Titium* §. *Altero num.* 5. *verſ.*
1. *caſu ff. de admin. Tutor. & in l. Paternus num.* 9.
*verſ. Ego clarius C. comm. vtriuſque Iudic. Card.
Mantic. de tacit. lib.* 6. *tit.* 10. *num.* 9. *cum alijs per
Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 56. *num.* 20. *Rota deciſ.*
169. *num.* 3. *part.* 2. *diuerſ.* Immo videtur exclu-
5 di dum ijdem iuxta 19. Interrogatorium depo-
nunt Lutiũ ex eius introitibus Eccleſiaſticis ſub-
miniſtraſſe pecunias pro ſeruitio Domus, & reli-
quas pro vſu proprio impediſſe, ac de eis iuxta
liberam eius voluntatem diſpoſuiſſe, vt optime
ad propoſitum ponderauit *Rota in dicta deciſ.* 169.
num. 6. *verſ. Præterea part.* 2. *diuerſ.* quod autem
6 ad inducendum huiuſmodi ſocietatem ſit neceſ-
ſaria integra communicatio, & poſitio in com-
muni arca omnium lucrorum, & redditũm e-
tiam Eccleſiaſticorum probat pluribus relatis
Menoc. d. præſumpt. 56. *num.* 24. *lib.* 3. quod que
7 ſi alter lucra huiuſmodi ſeparatim ponat exclu-
datur huiuſmodi ſocietatis prætenſio *Card. Man-
tic. de tacit. d. tit.* 10. *num.* 15.

Reſpectu vero ſcutorum 702. vt aſſeritur ſolu-
torũ à Liuia ſorori Iuliæ moniali ex cauſa lega-
ti annuorum ſcutorum 40. ipſi à Catalano reli-
cti, & debiti à fratribus de Buſſis, remouetur
ex quo Liuia illa perſoluit, & ceſſionem repor-
8 tauit a ſola moniali, quæ non poterat iura cede-
re in præiudicium Monaſterij, cui legatum ipſi
relictum fuerat delatum, vt ex diſpoſitione *Text.
in C. de Monach.* 16. *queſt.* 1. *in C. de lapſis* 16. *queſt.*
6. *in C. In præſentia de probat. & in cap. cum ad Mo-
naſterium de ſtat. Monach.*, *alijſque pluribus relatis
reſpondit* Rota *in* Romana *C enſuum* 27. *Maij* 1652.
9 *coram bo. me. Bichio* §. 1. *cum ſeq.* Et licet Monia-
lis ſit capax retentionis annuæ præſtationis pro
ſuis neceſſitatibus abſque participatione Monaſ-
terii, hoc tamen procedit quando ita conceſſa,
10 ſeu relicta fuit, vt concedens, vel relinquens
noluerit illam in monaſterium transferri, ſed om-
ninò cedere in monialis vſum, & eiuſdem monia-
11 lis accipientis fuerit intentio, ſecus vero quan-
do de tali voluntate non conſtat, hoc enim ca-
ſu acquiritur monaſterio, vt bene probat *Sanch.
in precept. Decalog. lib.* 7. *cap.* 22. *num.* 16. quem
refert, & ſequitur *Barboſ. de offic., & poteſt. epiſc.
alleg.* 103. *num.* 10. *& in collect. Sac. conc. ſeſſ.* 25.
cap. 2. *de Regular. num.* 14.

Reſpectu dinique Cenſus ſcutorum 100. im-
poſiti *anno* 1634. per Lelium, & Lutium de Buſ-
ſis ad effectum ſoluendi fructus decurſos alterius
cenſus anterioris impoſiti anno 1576. per Buſſot-
tum Buſſum, Pater Paulus offert Soluere ſcuta
50. pro medietate dd. ſcutorum 100. ſpectante
ad Lutium, pro alia enim medietate, quæ perti-
net ad Lelium, ſibi non conceditur Immiſſio,
ſed poſſeſſio eius bonorum penes Flaniam rema-
net: Non ſubſiſtente quod teneatur etiam ſolue-
re illorum fructus, quia iſti non potiuntur ea-
dem anterioritate, qua fruitur ſors principalis,
cum ipſa ſolum ceſſerit in ſatisfactionem crediti
anterioris prorſus infructiferi.

Atque ita decreuerunt illi dandam eſſe im-
miſſionem pro duabus ex tribus partibus Domus
magnæ, & Domunculæ in Parochia Sancti Ste-

Digitized by Google

nis a Reo obtenta in 2 Inſtantia non alterat qua-
litatem Iudicij introducti ab Actore in Inſtantia
præcedenti, vt benè per *Rotam in Legionen. Præ-
ſtimoniorum 16. Ianuarij 1597. coram Pamphilio Sen.
apud Garz. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 31.* & *co-
ram Greg. d. deciſ. 335. num. 11. cum duob. ſeqq.*
8 *Add. ad eundem deciſ. 174. num. 7. verſ. In hac* Tum
etiam quia non conſtat de vſu dictæ commiſſio-
nis mediante Decreto citationis, eiuſque execu-
tione, & reproductione coram Iudice competen-
ti peracta, vt opus eſt ad effectum introducendi
litem, aliàs autem ſola impetratio commiſſio-
nis non ſufficit, vt reſpondit *Rota coram Buratt.
deciſ. 138. num. 2., & 3. cum ſeqq. cum alijs in ter-
minis allegatis in dicta Segobricen. Canonicatus §. Nec
prædictæ lites*, & prius in proximis terminis in
*Romana legati 4. Iulij 1642 §. 1. & per tot & in
Comen. Canonicatus 16. Martij 1654. §. licet enim
coram me*.

Difficultas tamen quoad articulum Iuriſdi-
ctionis non modica adfuiſſet ſi conſtaret Pe-
trum fuiſſe ſubdelegatum ab aliquo exequutori-
bus ſpecialiter deputatis in dicta Prouiſione A-
poſtolica, & coram eo lis fuiſſet introducta ſu-
9 per titulo Beneficij, quia delegatus a Principe
10 ſupremo poteſt alium ſubdelegare non ſolum
circa articulum nudi miniſterij, ſed etiam circa
articulum Iuriſdictionem continentem, vt pro-
bat *Text.* tàm Pontificius in *cap. fin. de Offic. dele-
gat.*, & *in cap. cum cauſam de appell.* quam Cæſa-
reus in *l. à Iudice C. de Iudic. Bart. in l. more maio-
rum num. 10. verſ. Item quilibet delegatus a Princi-
pe ff. de Iuriſd. omn. Iud. Sanch. de matrim. tom. 1. lib.
3. diſput. 31. num. 1. verſ. 3. autem parſ.*, & in ſpe-
11 cie, quod delegatus à Papa poſſit alterum ſub-
delegare in tota cauſa ſibi commiſſa *Abb. in cap.
ſuper quæſtionum §. Porrò num. 1. verſ. nota 1. quod
Delegatus de offic. Iudic. de leg. et in cap. cum Bertol-
dus num. 19. infin. verſi loquitur enim ibique Add.
littera B. de ſent. & re. Iud. Iaſ. in l. à Iudice ſub
num. 10. verſ. nam delegatus Papa C. de Iudic. ſca. c.
hoc tract. lib. 2. cap. 9. num. 710. verſ. limita 1. &
num. 716. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 857. nu.
18. coram Pen. deciſ. 77. num. 7. & deciſ. 99. num. 8
Secundum impreſſ. Lugdunen. & coram bo. me. Mer
lin. deciſ. 693. num. 7.*

Id que etiamſi videatur electa induſtria perſo-
næ exequutorum per clauſulas apponi ſolitas,
quæ faciunt exequutorem mixtum excitari à
poſſeſsore; Quià & ſi aliqui voluerint, quod
etiam delegatus à Papa non poſſit quoad iuriſ-
dictionem, & cauſæ cognitionem alterum ſub-
delegare ſi electa ſit induſtria eius perſonæ, vt
ponderatis verbis *mandamus, vel præcipimus Tibi*,
ſeù *cauſam eandem ipſe Delegatus cognoſcere debeat*,
vel *conſcientiam tuam oneramus*, aut *per ſe ipſum
cognoſcat* ſuper quo emanauit etiam regula 58.
Cancellariæ, plures auctoritates allegat *Vant. de
nullit. ex defect. Iuriſd. de leg. ſub num. 21.* Nihilo-
minus verior, & receptior videtur opinio, quod
12 ijs non obſtantibus ſubdelegare poſſit, vt in
terminis exequutoris deputati in gratia in for-
ma dignum cum clauſula *conſcientiam* tuam one-
ramus, *Rota deciſ. 18. per tot de conceſſ. præbend. in
13 nouis* vbi in fine dicitur, quod maior pars DD.
ità tenuit, & *deciſ. 63. per tot. eod. tit. in antiq. de-
ciſ. 130. num. 4. part. 2. diuerſ. coram Pen. d. deciſ. 99.
d. num. 8. Grat. deciſ. March. 157. num. 6. 7. & 8.
ibique Add. num. 3. cum duob. ſeqq. cum alijs relatis*
latiſſimè per tractata materia per *Garz. de Beneſ.
part. 6. cap. 2. §. 1. num. 100. cum ſeqq. vbi num. 103.*
refert ità reſolutum per Sacram Congregatio-
nem Eminentiſſimorum DD. Cardinalium Sac.
Concilij Tridentini Interpretum, & reddit ra-
14 tionem à Rota approbatam, ex quo dicta ver-
ba, *ſuper quo conſcientiam tuam oneramus* ſonant
potius in monitionem, & excitationem, quam
in electionem induſtriæ perſonæ.

Et quamuis non vnus, ſed plures fuiſſent de-
putati exequutores in ſolidum Attamen etiamſi
Rota coram Card. Seraph. deciſ. 506. ſub num. 1.
15 dixerit regulam, quod delegatus à Principe
ſubdeleget non procedere vbi cauſa duobus in-
ſimul committitur per *Text in cap. cum plures de
Offic. delegat. in 6.* Hoc tamen intelligitur quan-
16 do alter ex dictis Exequutoribus præueniret in
cognoſcedo cauſam ſibi inſolidum delegatam,
vt optimè declaratur in eadem *deciſ. 506. ſub d.
num. 1. verſ hoc tamen caſu* ſecus autem ſi præuen-
17 tum fuiſſet ab altero in ſubdelegatione, quia
hoc caſu ſubdelegatio ſuſtinetur, vt explicitè
firmat *gloſſ. in d. cap. cum plures verb. recuſaret verſ.
18 Et quod dixi* & ſubdelegatus ex præuentiua oc-
cupatione ſubdelegantis præferendus eſt alijs
inſolidum delegatis, vt probant *Io. Andr. ibidem
ſub num. 3. verſ in gloſſ. penult. & Franch. num. 5.
verſ. in eadem gloſſ. & verſ. ſed ſi pariter*.

Verum DD. dixerunt opus non eſſe ſuper hoc
elaborare, Tum quia nullo prorſus modo conſ-
tat de præfata ſubdelegatione, quæ tempore le-
19 gitime fieri debet nempe poſt præſentatam ſibi
Apoſtolicam prouiſionem, aliàs eſt nulla *idem
Franch. in cap. ſuper eo il 2. num. 9. verſ. vlt. tene
menti, ibique Dec. num. 24. verſ. vlt. notandum de
appell. Felyn. in cap. æternum num. 11. verſ. Add. prę
regulæ de reſcript. Rota coram Pen. deciſ. 1235. num.
2. verſ. 1. ex defectu* Tum etiam quia non ap-
paret, quod coram ſubdelegato introducta fuiſ-
ſet lis ſuper titulo Beneficij, prout neceſſarium
eſt vt ſuperius fuit probatum.

Præterea addebant informantes non eſſe lo-
20 cum gratioſæ ſurogationi ad fauorem Bottadi
ſiuè quia impetrauit Beneficium vacantis, ſiuè
etiam quia ex erectione dignitatum Eccleſiæ El-
boren. Canonicatus ſunt compatibiles cum The-
ſauraria, & de conſequenti fuerat calumnioſa
vt in dicta Segobricen. Canonicatus coram bo.
me. Duuozetto §. 3. denique.

Et ità Informante tantum Roderico de Mou-
ra Telles &c.

SALAMANTINA CVCVLLÆ.

Lunæ 23. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Monaci dumtaxat Benedictini non autem Monaci
ordinis S. Baſilij continentur ſub diſpoſitione
Clem. Ne in agro de ſtat. monac.

SVMMARIVM.

1 *Cuculla ampla, talaris, longas habens manicas, quæ proprie floccus appellatur, ad ſolos monacos nigros pertinet.*

2 *Monaci nigri, de quibus loquitur.* Clem. Ne in agro de ſtat. Monac. *ſunt ſoli Benedictini.*

3 *Monaci Benedictini, non autem ordinis S. Baſilij continentur ſub diſpoſitione* Clem. ne in agro de ſtat. Monac.

4 *Monacis benedictinis dumtaxat, non autem Baſilienſibus licet deferre Cucullam, amplam, Talarem, & manicatam.*

5 *Monacis Baſilienſibus non licet deferre Cucullam amplam,*

ampliam, Talarem, & manicatam, prout faciunt Benedictini, ne fiat confuſio ordinum in Populo.

6 *Ratio generalis facit totam legem generalem.*

7 *Conſtitutio ædita motu proprio, & ex certa ſcientia à ſola voluntate, & verbo Pontificis conditoris inita dicitur.*

8 *Clauſula ſublata, & decretum irritans, irritant, & inficiunt quæcunque incontrarium.*

9 *Exceptio de iure Tertij venit reycienda.*

DECISIO DCXII.

CVcullam amplam talarem, & longas haben-
tem manicas, quæ proprius floccus appella-
1 tur ad ſolos monacos Nigros non autem ad alios
pertinere ſancitur in *Clem. Ne in agro de ſtat. Mo-
nach.* vt notat etiam *gloſſ. ibidem verb. Nigrorum*,
& communiter omnes ſcribentes Nigros autem
2 monacos de quibus loquitur dicta Clementina
Benedictinos eſſe, & non alios vltra *Tambur. re-
latum in præterita deciſione 5. Cuculla enim in fine*,
claré probant in terminis huius Clementinæ *Bel-
lamer. conſ. 32. num. 23. verſ. non valet conſequentia*,
3 vbi in ſpecie dicit, quod Benedictini, non au-
tem monaci S. Baſilij continentur, ſub eius diſ-
poſitione *Alter. de cenſur. tom. 2. diſput. 17. cap. 1.
col. 3. ſub §. 2. ſuſpenſio verſ. ex quibus colligimus, &
ſub §. in eadem Clementina* ibi *Ideſt ſi Abbates, vel
Priores, qui non habent ſupra ſe Abbatem ex eodem
ordine Benedictinorum ſuſpenduntur &c. Suarez. pa-
riter de Cenſur. diſput. 31. Sect. 6. num. 10.* ibi *Cir-
ca quam primum aduerto non de omnibus Religioſis,
aut Monacis nigris, vt ibi dicitur ideſt Ordinis Sancti
Benedicti Card. Tuſc. verbo Religio concluſ. 138. nu.
1. Cherubin. in compend. Bullar. Apoſtolicarum in con-
ſtitutione 1. Benedicti 12. Schol. 1.* Id que clariſſimè
habetur ex conſtitutione 5. eiuſdem Benedicti 12.
Bullar. tom. 1. fol. 185. tam ex eius titulo ibi *ordi-
nationes, & reformationes pro bono regimine mona-
chorum nigrorum ordinis S. Benedicti*, quam ex *cap.*
23 vbi ſtatuendo formam, & honeſtatem veſti-
mentorum expreſſe diſponitur ſeruari diſpoſitio-
nes Clementinæ ne in agro æditæ per Clemen-
tem V. in Concilio viennenſi.

4 Ideo Domini ſteterunt in deciſis coram me
9. Decembris præteriti nempè licere Benedictinis
duntaxat non autem Baſilienſibus Hiſpaniarum
Cucullam deferre amplam talarem, & manica-
tam, vt præcedenter in partibus per tres ſenten-
tias conformes pronunciatum fuit, quia dum
ipſis tantummodo; & non alijs conceſſa fuit in
d. Clemen. ne in agro comprobata ex conſtitutio-
nibus Apoſtolicis, & Benedictinæ Religionis Hiſ-
5 torijs, & Teſtibus in deciſione plenè recenſitis de
conſequenti intrat prohibitio eius delationis ad-
uerſus alios monachos, & Religioſos, & ſignan-
ter aduerſus Baſilienſes qui ſunt monaci alterius
ordinis, & Regulæ idque ad effectum euitandi
confuſionem ordinum in Populo, vt tradit *Ro-
deric. quæſt. Regul. tom. 2. queſt. 26. art. 4. cum alijs
ibi relatis*.

Certius attentis Decretis reformationis pro or-
dine Sancti Baſilij Hiſpaniarum æditis *à S. M.
Clemente VIII. anno 1602. ſub tit. de veſtim. Cal-
ceam. & zon.* in, quibus conſtituitur Cuculla Ba-
ſilienſibus cum maxima diuerſitate ab illa Bene-
dictinorum reſpectu formæ, materiæ, & tempo-
ris, forma enim deſcribitur ibi *Erit tamen ſtricta
nullas, vel paruas habens rugas, ſiue ſinus, nec adeò
amplas manicas, vt à Benedictinorum Cuculle, & ha-
bitu in aliquo diſtinguatur* materia ſtatuitur ibi
*materia vero erit ex panno laneo, qui in Hiſpania di-
citur eſtaminea, & in Italia Saiett, dummodo ſit ex
eo, qui craſſior ſit, & viliori pretio habitus:* Bene-
dictini autem poſt vigeſimum annum a die pro-
feſſionis Cucullam deferunt de *ſaiaſcotta*, Hiſpa-
niæ anaſcotta, cæteri verò de ſtaminea, vt ex
conſtitutionibus Hiſpaniarum æditis *anno 1612.*
& confirmatis *à S. M. Paulo V. Summ. Benedictino-
rum num. 2.* Reſpectu vero temporis Baſilienſes
ex forma dictorum decretorum ad opera tantum
Diuina habent vſum ſupraſcriptæ Cucullæ, ſed
ad opera manualia tam in monaſterio, quam
extra vti debent Tunica clauſa ex panno nigri
coloris cum caputio, quod caput tegat, & ad
collum cum patientia ſiuè ſcapulari adunetur,
quod a fronte ad pectus non pendeat, et a tergo
inſolitam punctam eat, Benedictini autem Cu-
culla, ſiuè floccum nedum in Diuinis, & in mo-
naſterio, ſed etiam extra deferre poſſunt, vt
Sancitur in *dicta Clementina ne in agro §. ſtatuimus.*

Quæ comprobantur ex conſtitutione 103. eius-
dem Pontificis ædita *anno ſequenti* 1603. vbi ex-
plicitè prohibetur Baſilienſibus Cuculla Benedi-
ctinorum ea expreſſa ratione, quia manifeſte
contrarietur regulæ Sancti Baſilij, quamuis enim
huiuſmodi conſtitutio non emanauerit pro toto
illius ordine, ſed ſolum pro reformatione duo-
rum eius monaſteriorum, ratio tamen illa, ex
6 qua Cuculla Benedictinorum contrariatur regu-
læ Sancti Baſilij adeò generalis eſt; vt faciat to-
tam legem, & conſtitutionem generalem com-
prehendentem propterea totum ordinem, vt ex
*Textu relato in 1. deciſione in l. regula §. cum quis
ff. de Iur. & fact. ignor.* reſpondit *Rota coram Bu-
ratt. deciſ. 22. num. 22* non obſtante quod dicta
verba non ſint verba Papæ, ſed conſtitutionum
compoſitarum ab ipſis reformatis, quia verius
eſt ea eſſe propria, & præciſa verba ipſius Pon-
tificis, qui præfatam conſtitutionem edidit mo-
7 tu proprio, & ex certa ſcientia, quæ propterea
ſola voluntate, & verbo Pontificis conditoris
inita dicitur *Achill. deciſ. 10. de probat. Put. deciſ.
101. lib. 3. Rota deciſ. 59. num. 1. 2. & 3. pars. 4.
tom. 2. & deciſ. 225. num. 3. & 4. par. 5. recent. &
coram Duran. deciſ. 154. num. 3. & 4.*

Non obſtat quod ex alijs conſtitutionibus
Congregationis Benedictinorum Hiſpaniarum,
vt prætenditur editis *anno 1575. cap. 3.* diſpona-
tur ibi *Che li ſuperiori e ſudditi non portino Cucule
con pieghe, ne conſentano, che la portino li monaci,
ma piana ſenza piega alcuna, e le maniche delle ſare
non ſiano alla vedouile, ma piane della longhezza,
ch'è neceſſaria per poterſi ben ſeruire di eſſe.*

Quia huiuſmodi conſtitutiones quatenus veræ
ſint, quod valdè controuertitur, nunquam
fuerunt vſu receptæ, ſed ſemper inuiolabiliter
obſeruata fuit diſpoſitio *Clem. ne in agro* vt clarè
probatur ex Teſtibus relatis in *1. Summario Be-
nedictinorum num. 8.* atque apertè comprobatur
ex poſterioribus conſtitutionibus, nempè con-
gregationis Caſſinenſis æditis anno 1580. con-
gregationis Hiſpaniarum de *anno* 1612. & con-
gregationis Auſtriæ *anni* 1626. in quibus præci-
pitur, atque ſtatuitur Cuculla ampla talaris, &
manicata iuxtà formam præſcriptam in *d. Clem.
ne in agro* vt ponderatur in præcedenti *deciſ. §.
quod in ſuper*, Indeque Dominis viſum fuit non
eſſe annuendum petitæ compulſoriali ad effe-
ctum extrahendi in forma probanti præfatas cō-
ſtitutiones *anni* 1575. Tum quia Procurator Ge-
nera-

neralis Benedictinorum, qui iuxta; ſuas ſacultates ex plere poteſt omnia, quà poſſunt peragi à capitulo generali, declararionem fecit in actis habendi dictas conſtitutiones, quatenus veræ ſint pro legitimè compulſatis, Tum etiam quia ſunt inefficaces, & irreleuantes, dum non ſuerunt vſu receptæ, & adeſt conciliaris diſpoſitio *d. Clem. ne in agro*, continua, & inconcuſſa obſeruantia, multiſque conſtiturionibus Apoſtolicis, & Religionis Benedictinæ comprobara ſub comminatione pœnæ, & decreto irritanti, & clau-
8 ſula ſublata, quæ irritant, & inficiunt quecunque in contrarium.

Quod Partes Benedictini Hiſpaniarum Cucullam magis amplam deferant contra formam, in dicta Clementina præſcriptam, de hoc iniuſtè conquerunt Baſilienſes cum hic non probetur, & hæc cura non ſpectet ad ipſos, ſed ad ſuperiores, qui teneutur curare obſeruantiam formæ in Clementina præſcriptæ, præſertim cum ſint alterius ordinis, & regulæ, vt dictum eſt, & ſic vti
9 exceptio de Iure Tertii reijcienda videtur, vt norant Doctores in *l. 2. C. de except. rei iudic.*

Et ita &c.

BONONIEN. BONORVM DE GRAFFIIS.

Veneris 27. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Veniens contra factum proprium eſt repellendus, & quommodo quis dicatur venire contra factum proprium?

SVMMARIVM.

1 *Veniens contra factum proprium eſt repellendus.*
2 *Remedium* l. fin. *ſolet intentari ſummarie & exequutiuè, quando deficit legitimus contradictor, ordinariè vero quando adeſt.*
3 *Immiſſio in vim* l. fin *ſemper conceditur ſiue ſummarie procedatur, ſiue ordinarie, quando iura actoris ſunt potiora.*
4 *Sententia iniuſta eſt reuocanda cum omnibus inde ſequutis.*
5 *Patientia habetur pro traditione.*
6 *Approbatio, & poſitiua confirmatio poſſeſſionis, æquipollet veræ tranſlationi.*

DECISIO DCXIII.

STeterunt Domini in 2. loco deciſis pro reuocatione Immiſſionis, quia cum Cæſar certioratus de prætenſionibus Scipionis, & de poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, per eum adepta de mandato Iudicis de partibus vigore fideicõmiſſorum Petri Antonij, & Archangeli non ſolum eam non impugnauerit, ſed tanquam hæres Lactantii hæredis grauati tranſigendo 23. *Maij* 1651. eidem aſſignauit quoddam Prædium librarum 5630. pro pretio bonorum dictis fideicommiſſis ſubiectorum, quæ Lactantius viuens alienauerat, ſiuè francauerat, non potuit deinde agere ad eadem bona vigore Teſtamenti Lactantii, & tanquam eius hæres, vt hactenus
1 fecit, cum veniat contra proprium factum nedum verbalis, ſed realis reſtitutionis fideicommiſſi, & ſic eſt repellendus ad *Textum l. ſicut C. de act., & obligat.* quem in his terminis expendunt *Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 584 Argel. de legit. contradict. quæſt. 10. art. 5. num. 62. 63. 71. & ſeq.*

Non obſtat præſeruatio omnium, & quorumcumque Iurium ſibi, & eius filijs, ac Deſcendentibus competentium; Quia reſtricta fuit ibi in *ſupradictis fideicommiſſis, & illorum bonis &c.* Repræſentabat enim Cæſar duplicem perſonam, nempe hæredis Lactantii, & prætenſi fideicommiſſi Petri Antonii, & Archangeli, reſpectu huius 2. perſonæ noluit ſibi, nec ſuis filiis, & deſcendentibus præiudicari, ſed reſpectu primæ non ſolum nullam appoſuit Iurium præſeruatiuam, ſed poſitiuè agnouit bona controuerſa nullo modo ad ipſum ſpectare poſſe tanquam hæredem Lactantii, ſed eſſe fideicommiſſaria Prædeceſſorum, & tanquam hæres ipſius illa dimiſit approbando eius poſſeſſionem nomine fideicommiſſario captam à Scipione, eique ſoluendo alienationes; Vndè præſeruatio poterit quidem ei ſuffragari, vt alio particulari Iudicio agere valeat ad fideicommiſſa non autem vt eadem bona Iure hæreditario Lactantii petere poſſit vt ſemper fecit, & facit ex *allegatis in deciſione §. fin.*

2 Nec refert, quod remedium *l. fin.* duplici via intentari ſoleat, nempè ſummarie, & exequutiuè quando deficit legitimus Contradictor, ordinarie vero quando adeſt, ſed vtroque caſu pro-
3 cedatur ad Immiſſionem ſi Iura Actoris ſint potiora ex *Menoch. d. remed. 4. num. 565. cum ſeq.*

Quia fundamentum reſolutionis non eſt in eo, quod vnus ſit alteri in fideicommiſſo legitimus contradictor, de quo hodie non quæritur, ſed quod Cæſar Iure hæreditario Lactantii non poſſit auocare illa bona, quæ agnouit non eſſe Lactantii, ſed Petri Antonii, & Archangeli, ac Scipioni dimiſit præuia approbatione eius poſſeſſionis, & ſolutione alienationum, Ideoque
4 immiſſio hoc iure, & nomine ſibi conceſſa tanquam iniuſta, eſt reuocanda cum omnibus inde ſequutis *cap. fin. de ſent. & re iud. Card. Seraph. deciſ. 987. num. 2. & 6.*

Nec releuat, quod Cæſar tempore tranſactionis non poſſideret, & hic non potuerit transferre in Scipionem poſſeſſionem, quam non habebat: quia ſatis eam tranſtulit, & reſtitutionem fideicommiſſi fecit, dum re ipſa paſſus fuit illius
5 bona à Scipione poſſideri; nam patientia habetur pro traditione *l. reſtituta ff. ad Trebell. §. interd. inſtit. de rer. diuiſ. Surd. conſ. 92. num. 23. cum ſeqq. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 1. numer. 20. cum aliis allegatis in deciſ. §. Hinc enim.* Præſertim dùm actualiter ſoluit alienata; ex actu enim huiuſmodi ſolutionis clarior redditur approbatio,
6 & poſitiua confirmatio poſſeſſionis, quæ æquipollet veræ tranſlationi, vt probat *Surd. cum alijs in deciſione allegatis.*

Deducta autem circa fideicommiſſa non ſunt præſentis indaginis, quia in hoc Iudicio Cæſar non agit illorum vigore, ſed ex Teſtamento Lactantij, & ideo dum huiuſmodi actio ſibi non competit ſententiæ in hoc incompetenti Iudicio per ipſum impetratæ in primis & ante omnia cum omnibus inde ſequutis ſunt reuocandæ vt dictum eſt.

Et ità vtraque.

FAVENTINA BONORVM.

Veneris 27. Iunij 1659.

ARGVMENTVM:

Immiſſio in vim *leg fin.* conceditur petenti vbi conſtat de fideicommiſſo, eiuſque purificatione, & bonorum identitate ius accreſcendi quando habeat locum inter inſtitutos, vel ſubſtitutos? Tranſmiſſio, & ius repræſentationis an intret in fideicommiſſis fauore filiorum, & quando?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in vim* l. fin. *debetur vbi conſtat de fideicommiſſo, eiuſque purificatione, & bonorum identitate.*

2 *Caſus à Teſtatore ommiſſus remanet ſub diſpoſitione iuris Communis.*

3 *Teſtator ſi ſubſtituit ſorores in concurſu filiarum multo magis eas ſubſtituiſſet filiabus non natis.*

4 *Teſtator quoties voluit ſubſtitutum admitti, primo vocato ſuperueniente, & ſuccedente, eo magis videtur voluiſſe eum admitti, ſi primus vocatus morte præuentus non potuiſſet ipſi ſuccedere.*

5 *Subſtitutio pure, & ſimpliciter facta de natis, & naſcituris, non expirat, ſi iſti non naſcantur, ſed portio non natorum accreſcit alijs iam natis, & coniunctim pure inſtitutis, vel ſubſtitutis.*

6 *Tranſmiſſio non intrat in fideicommiſſo conditionali.*

7 *Fideicommiſſum conditionale, regulariter nec ad filios tranſmittitur, quando pater pendente conditione deceſſit.*

8 *Tranſmiſſio habet locum etiam in fideicommiſſo conditionali extantibus coniecturis.*

9 *Tranſmiſſio non habet locum in fideicommiſſo conditionali ex alijs coniecturis, niſi ex contemplatione agnationis, & digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum.*

10 *Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis facilius excluditur, ſi teſtator hæredes proprijs nominibus vocauit, ex quo ſolas perſonas nominatas conſideraſſe videtur.*

11 *Repræſentatio excluditur, quando teſtator patrem vocauit cum expreſſione proprij nominis.*

12 *Filius non ingreditur locum patris in fideicommiſſo vocati, dum nullo modo, ſiue tacitè, ſiuè expreſſe ad ipſius portionem fuit vocatus.*

13 *Fideicommiſſarius poteſt totum fideicommiſſum petere, licet alter fideicommiſſarius non agat, dum offert cautionem de reſtituendo alteri partem ſuam.*

14 *Identitas bonorum probatur ex Inſtrumento diuiſionis inter Teſtatorem, & eius fratres celebratæ.*

15 *Identitas bonorum probatur ex Teſtamento ipſius fideicommittentis, in quo eadem bona, tanquam propria nominauit, & de eis diſpoſuit.*

16 *Bona per hæredem poſſeſſa poſt obitum fideicommittentis in eodem loco, quo ipſe Teſtator poſſidebat, præſumuntur fideicommiſſaria non docto de nouis acquiſitionibus grauati.*

17 *Legitima non detrahitur ex fideicommiſſo tranſuerſali.*

18 *Trebellianica cenſetur prohibita per prohibitionem cuiuſcumque alienationis, ad hoc vt bona omnia deueniant in vocatos.*

19 *Trebellianica cenſetur integraliter conſumpta ex fructibus a grauato per antea perceptis.*

20 *Fideicommiſſarius non impeditur, quin poſſit bona tanquam fideicommiſſaria legitimè vindicare licet illa acceptauerit titulo hæreditario hæredis grauati de tempore quo notitiam fideicommiſſi non habebat.*

DECISO DCXIV.

ALbertus Seuerolus in ſuo vltimo teſtamento vniuerſalem hæredem ſibi inſtituit Bartholomeum ex Africano Patre Nepotem, cui per fideicommiſſum ſubſtituit eius filios maſculos legitimos, & naturales, ijs verò non extantibus idem vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum hæredes vniuerſales ſubſtituit omnes, & quaſcumque eius filias fœminas legitimas, & naturales, nec non DD. Conſtantiam, Iuniperam, Cæciliam, & Pantaſileam illius Sorores æqualiter, & æquis portionibus omni meliori modo *Summ. vtriuſque partis num. 1.*

Defuncto Teſtatore deceſſit primo Cæcilia relicto D. Marchione Horatio Spada filio obijtq; ſecundo Iunipera, ſuperſtite Iulio Torello pariter eius filio, & demum 3. loco Bartholomeus hæres grauatus nulla ſuſcepta prole maſculina, nec fœminina, ſed ſuperſtitibus Conſtantia, & Pantaſilea Sororibus, ac D. Marchione Spada, & Iulio Torello Nepotibus ex alijs Sororibus prædefunctis; Inde commiſſa mihi ad inſtantiam Conſtantiæ Viduæ immiſſionis cauſa in poſſeſſione bonorum fideicommiſſariorum Alberti, dubitaui An, & ſuper quibus bonis eis ſit concedenda immiſſio? & Domini concedendam eſſe dixerunt ſuper infra exprimendis quia conſtat
1 de fideicommiſſo, eiuſque purificatione, & bonorum identitate, quibus concurrentibus debetur immiſſio ex remedio *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* vel vtilis Saluiani interdicti.

Fideicommiſſum ſiquidem eſt litterale, & eius purificationi non obſtat, quod Sorores Bartholomei ſubſtitutæ fuerint vna ſimul & æqualiter cum eius filiabus fœminis, itaut cum iſtæ non adſint, ex quo nunquam natæ fuerunt, non intret fideicommiſſum, ſed ſucceſſio ab inteſtato,
2 cum iſte caſus tanquam à Teſtatore omiſſus remaneat ſub diſpoſitione Iuris communis, vt tradunt *Dec. conſ. 89. num. 2. verſ. 2. conſidero, & ſeqq. Aldobrand. conſ. 30. num. 16. & per tot. lib. 1. Gratian. diſcept. 741. num. 1.*

Quia vltra quod *Decius, & alij* loquuntur in caſu, quo diſpoſitio erat conditionalis, admittens contrarium in caſu puræ diſpoſitionis, vt hic, & in eo &c. caſu verior eſt opinio, quod non deficiat vocatio Sororum propter non natiuitatem filiarum ex veriſimili Teſtatoris mente,
3 nam ſi ſubſtituit Sorores in concurſu filiarum, multo magis eas ſubſtituiſſet filiabus non natis, vt reprehendendo *Decium d. conſ. 89.* firmat *Alciat. de verb. ſignific. lib. 3. fol. mihi 72. ſub nu. 27. verſ. 4. heſitatum eſt Gratian. conſ. 103. num. 4. cum ſeqq. lib. 2. Add. ad eundem Dec. in d. conſ. 89. litt. A. B. & C.* vt etiam in ſimili quoties Teſtator
4 voluit ſubſtitutum admitti primo vocato ſuperueniente, & ſuccedente ipſi Teſtatori eo magis videtur voluiſſe eum admitti ſi primus vocatus morte præuentus non potuiſſet ipſi ſuccedere, vt tradunt idem *Dec. conſ. 227. ſub num. 13. verſ. & in caſu Soccin. Iun. conſ. 106. ſub nu. 20. verſ quæ concluſio 12. & vltimo lib. 1. Surd. deciſ. 37. nu. 29. cum alijs relatis in Sabinen. ſeu fideicommiſſi 14. Maij 1640. verſ. & præſumendum, & in Bononien. Legati, ſeu vſuſfructus 5. Decembris 1650. §. verum hoc motiuum, Surd. latiſſimè coram bo. mem. Bichio.* Ceſſat in caſu noſtro huiuſmodi difficultas, quia
5 ſumus in ſubſtitutione purè, & ſimpliciter facta de natis, & naſcituris, quæ non expirat ſi iſti non naſcantur, ſed portio ipſorum, qui ſperabantur, & nati non ſunt accreſcit alijs iam natis, & coniunctim pure inſtitutis, vel ſubſtitutis, vt litteraliter probat *Text. in l. qui quartam 15. §. fin. & in l. ſi duobus 16. §. vlt. ff. de legat. 1. leg. hæredi 31. ff. de acquir. hæred. & l. vtrum 8. ff. de reb. dub. cum alijs relatis per Bellon. de Iur. accreſc. cap. 7. qu. 24. num. 4. 8. 9. 14. & per tot.* Idemque admittit. *Gratian. diſcept. 741. num. 15.* Licet in caſu ſuo ob expreſ-

expreſſam ſubſtitutionem dicatur ceſſare Ius ac-
creſcendi.
Nou obſtat exiſtentia D. Marchionis, & Iulij
Torelli, quia ipſi ex propria perſona non ſuut
vocati. Prætenſio autem ſuccedendi ex perſona
Matris Iure tranſmiſſionis, vel repræſentationis
6 non ſubſiſtit, quia tranſmiſſio non intrat, dùm
agitur de fideicommiſſo conditionali, quod re-
7 gulariter, nec ad filios tranſmittitur quando
Pater, prout hic, pendente conditione deceſſit,
vt tradit *gloſſ. communiter approbata in l. prima verb.
de relictis C. de his qui ant. apert. tabul. Bart. in l. ha-
redes mei §. cùm ita num. 2. ff. ad Trebell. Burſatt.
conſ. primo num. 3. lib. primo Rota coram Card. Se-
raph. deciſ. 1479. num. 5. in recent. deciſ. 100. num. 2.
par. prima & alijs allegatis in Romana de Millinis 15
Ianuarij 1644. coram me §. hinc eſt, & in Romana
Fideicommiſſi de Marianis prima Martij 1649. co-
ram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. §.
nec dici poteſt.*
8 Et licet extantibus coniecturis ſit locus tranſ-
miſſioni, vt reſponſum fuit in *Cæſenaten. Fidei-
commiſſi 4. Aprilis 1650. & 30. Ianuarij 1654 co-
ram R. P. D. meo Celſo.* In propoſito tamen, vel
9 non adſuut coniecturæ ſufficientes, quia non
fuit contemplata agnatio. Immò expreſſe exclu-
ſa propter explicitam vocationem fæminarum,
nec teſtator digreſſus fuit ad plures gradus ſub-
ſtitutionum, quibus deficientibus cæteræ con-
iecturæ ſunt inſufficientes, vt dixit *Rota in dicta
Romana Fideicommiſſi de Marianis coram Reueren-
diſſimo Tarraconen. dicto §. nec dici poteſt verſ. con-
iectura vero*, vel vrgentior coniectura concurrit
10 pro excluſione tranſmiſſionis, ex quo teſtator
ſorores Bartholomei vocauit proprijs nomini-
bus ex quo facilius excluditur tranſmiſſio, cũ te-
ſtator ſolas perſonas nominatas conſideraſſe vi-
deatur, vt reſpondit Rota *dec. 782. n. 10. par. 1. di-
uerſ. coram Card. Seraph. d. dec. 1479. nu. 9. & coram
Card. Caual. dec. 434. n. 4.*
11 Ex qua quidem ratione expreſſionis proprij
nominis dd. Sororum excluditur etiam repræ-
ſentatio, vt notant *DD. in l. cum ita §. In Fidei-
commiſſo de legat. 2. & in l. hæredes mei §. vltimo ff.
ad Trebell. Hond. conſ. 63. num. 17. lib. 2. Peregrin. de
fideicomm. art. 22. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 185
num. 70. Gratian. diſcept. 629. num. 16. vſque ad 22
Rota deciſ. 482. num. 30. par. 4 diuerſ. cum concordan.
allegatis in dicta Romana de Mellinis coram me §.
Prout minus, verſ. eoque magis, & in Bonoien. Nul-
litatis Concordiæ prima Iulij 1652. coram R. P. D.
meo Meltio §. minus poteſt*; Certius cum ipſi filij
12 nullo modo ſint vocati tacitè, vel expreſsè ad
portionem propriæ matris, vt tradunt *Ruin. con-
ſil. 181. num. 5. lib. 2. Gabr. conſ. 2. num. 16. lib. 2. Pere-
grin. de fideicomm. dicto artic. 21. numer. 24. Card.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 9. num. 2.
Card. Seraphin. deciſ. 1474. num. 3. Rota in recent. d.
deciſ. 100. num. 8. par. prima.*
Non obſtat, quod ſimul cum Conſtantia ſit
etiam ſubſtituta Panthaſilea, quæ adhuc viuit;
13 Quia licet ipſa non agat, poteſt interim Con-
ſtantia petere totum, dum offert cautionem de
reſtituendo ſorori partem ſuam iuxta praxim re-
latã. *Surdo conſ. 359 n. 15. verſ. & gloſſ. ibi & n. 16.*
quam ſequuta fuit *Rota coram Durau. dec. 448. ſub
n. 10. in Peruſina Reintegrationis 10. Iunij 1648. co-
ram* Reuerendiſſimo *Tarraconen. §. ſed huic prætenſ-
ſioni, in Romana Pecuniaria 27. Maij 1650. coram
R. P. D. meo Celſo §. quod eo facilius, & ptim in
Pats II.*
*Interamnen. Bonorum prima Februarij 1641. coram
me §. nec obſtat in fine.*
Bona autem ſuper quibus modo petitur Im-
miſſio conſiſtunt in Domo magna exiſten Fauẽ-
tiæ in Parochia Sanctæ Mariæ Vgonum, & Poſ-
ſeſſione tornat. 180. in Territorio Bononien. in
Communi Caldirariæ, & in alia Poſſeſſione in
Territorio Fauentiæ in Schola Marzini in fundo
Tagliauera, quæ fuiſſe poſſeſſa per Teſtatorem
tempore ſui obitus probatur Tùm ex Inſtrumen-
14 to diuiſionis inter ipſum Teſtatorem, & ſuos
fratres celebratæ *Summario Conſtantiæ num. 4. Rota
coram Card. Caual. deciſ. 579. num. 2. coram bon. mem.
Coccino deciſ. 120. par........ num. 2. & coram Buratt.
deciſ. 22. num. primo* Tùm etiam ex ipſo Teſtamen
15 to Alberti fideicommittentis, in quo eadem
bona tanquam propria enunciauit, & de eis di-
ſpoſuit *dicto Summ. num. 5. & 6. Decian. conſ. 76. nu-
mer. 16. verſ. ſecundo plura lib. 3. Cephal. conſ. 385.
num. 29. cum concordantibus allegatis in Bonon. Fi-
deicommiſſi de Amorinis 15. Maij 1648. coram R. P.
D. meo Meltio, & in Bonon. Fideicommiſſi de Bolo-
gninis 4. Iulii 1653. coram R. P. D. meo Celſo.*
Non obſtante, quod in diuiſione, nec in te-
ſtamento adſint deſcripti confines, quia cum
16 Bartholomeus hæres grauatus dicta bona poſt
obitum Alberti poſſederit in eodem loco; quo
ipſe poſſidebat, inde ea omnia præſumuntur fi-
deicommiſſaria ipſius teſtatoris non docto de
nouis exquiſitionibus grauati iuxta *vulgat. conſ.
Fulgoſ. 145. ſub n. 2.* ſępius a Rota comprobatum
& ſignanter *in Bonon. Fideicommiſſi de Pancaldis
23. Ianuarii 1643. & in Peruſina Bonorum 14. Iu-
nij 1647. coram me.*
17 Non obſtant detractiones, quoniam de legi-
tima agendum non eſt quia ſumus in fideicom-
18 miſſo tranſuerſali. Trebellianica verò vel cen-
ſetur prohibita per prohibitionem cuiuſcunque
alienationis ad hoc, vt bona omnino deueniant
in vocatos *Cardin. Caual. deciſ. 540. num. 6. Rota in
recent. deciſ. 651. num. 3. par. 4. tomer. 3. & deciſ. 226.
19 num. 14. par. 5.* vel ſaltem ex fructibus à Bartho-
lomeo grauato perceptis per annos integraliter
cenſetur conſumpta *l. In fideicommiſſaria 155. ad
Trebell. Honded. conſ. 63. num. 112. lib. 7. cum concor-
dantibus relatis in* Romana *Hæreditatis 14. Decem-
bris 1646. & prima Aprilis 1647. coram bon. mem.
Arguelles.*
Cæterum non turbat, quod Conſtantia, Pan-
taſilea, & Collitigantes pro virili, & æquis por-
tionibus adepti fuerint poſſeſſionem bonorum,
de quibus agitur vti hæredes ab inteſtato Bar-
tholomei, & tanquam illius hæreditaria deſcrip-
ſerint vna cum alijs ſuis bonis in eius inuenta-
20 rio; quia cum id actum fuerit nomine, & titu-
lo hæreditario Bartholomæi tempore quo noti-
tiam non habebant fideicommiſſi Alberti; vti-
que eo poſtmodum detecto, & iuſtificatis puri-
ficatione, ac bonorum identitate, impediri non
poteſt Conſtantiæ, quin hodie huiuſmodi bona
legitime vindicare poſſit iuxta diſpoſitionem
*Text. in l. cum putare in fine ff. famil. Erciſc. Peregr.
conſ. 130. per tot. lib. 5. cum alijs allegatis per Io:
Bapt. Spad. conſ. 50. num. 16.*
Et ita vtraque Parte Informante, &c.

RAGVSINA PECVNIARIA.

Veneris 27. Iunij 1659.

ARGVMENTVM.

Mandatarius poſtquam mandatum ſuſcepit, tene-

tur illud conſumare, & non docto de implemento tenetur ad reſtitutionem acceptorum, & ad damna, & intereſſe, & an Procurator ad negotia poſſit alium ſubſtituere, & facta ſubſtitutione ad quid teneatur?

S V M M A R I V M.

1 *Mandatarius non docto de implementa promiſſorum tenetur actione mandati, tam directi, quam contrarij.*

2 *Mandatum quodlibet, licet regulariter contineat afficium gratuito exhibendum, nihilominus quando Mandatarius illud ſuſcepit, tenetur perficere, & conſumare.*

3 *Procurator ad negatia poteſt alium ſubſtituere.*

4 *Procuratar ad negotia, licet poſſit alium ſubſtituere periculo ſuo ſubſtitutionem facit, & pro ſubſtituto tenetur erga mandantem, ſi ille negligit, aut dolosè verſatur.*

5 *Mandatarius, ſi omnibus impletis ex parte ſua ſubſtitutionem de altero factam notificauit mandanti & ipſe eam acceptauit non tenetur pro ſubſtituto, ſi ille negligit, vel dolosè verſatur.*

D E C I S I O DCXV.

PLacuerunt Dominis fundamenta deciſionis coram me emanatæ 20. Nouembris anni præteriti, quia cum Michael Natalis pro veriſſimo adminiſtet exegiſſe in Ciuitate Neapolis ducatos 600. monetæ Venetæ de pecunijs Sigiſmundi de Gradis ſub onere illos erogandi in emptionem Ormeſinorum Raguſium tranſmittendorum, & habuiſſet à Iunio Cognato Sigiſmundi certas gemmas, vt pariter quanti plurimi illas vende-
1 ret, non docto de implemento, indubitanter tenetur ad reſtitutionem omnium pecuniarum ab ipſo receptarum actione mandati tàm contrarij, quam directi, vt fuit comprobatum *in dicta deciſione*, & prius in alia 16. *Ianuarij* 1658. *coram R. P.D. meo Zarate Præſide Valliſoletano.*

Nec excuſatur quoad Sigiſmundum ſub prætextu, quod mandatum gratuito ſuſceptum ſufficienter impleuiſſe videatur, dum texturam ormeſinorum commiſit publico textori, & complementum mandati mercatori fide, & facultatibus idoneo demandauit depoſitis penes ipſum ducatis 560. pro reſiduo pretij, & pro expenſis tranſmiſſionis ormeſinorum, qui in tantum non fuerunt perfecti, nec Raguſium tranſmiſſi, in quantum ſuperuenta peſte deceſſerunt tam textor quam mercator ſubſtitutus.

2 Quoniam ſolidæ viſæ fuerunt reſponſiones,
quod licet regulariter omne mandatum contineat officium gratuito exhibendum, nihilominus poſtquam Mandatarius illud ſuſcepit cogitur omnino aſſumptum munus diligenter exequutioni demandare, conſumare, & perficere; Nil refragante quod Procurator ad negotia poteſt alium ſubſtituere, quia præter quod in propoſito de tali ſubſtitutione non conſtat per exhibitionem Apocæ originalis formiter recognitæ,
4 periculo ſuo ſubſtitutionem facit, & pro ſubſtituto tenetur ad intereſſe erga mandantem ſi ille negligit, aut dolosè verſatur, licèt ſecus ſit
5 quando Mandatarius omnibus impletis ex parte ſua ſubſtitutionem notificauit mandanti, & ipſe eam acceptauit, quæ in caſu noſtro non ſolùm non concurrunt, ſed ex proprijs Epiſtolis à Natale conſcriptis Sigiſmundo, conuincitur eum ſemper tacuiſſe dicendo opus non fuiſſe perfectum propter eius diſceſſum, à Ciuitate Neapolis, qui ſucceſſit non ex Peſte longè poſtmodum ſuperuenta, ſed ex eius particulari cauſa, in quibus inſuper eidem ſemper obtulit pecuniarum reſtitutionem cum intereſſe, vt probatur *in dicta deciſione coram me §. Verùm cum ſeq. & ſignanter ſub §. In propoſito autem.*

Nec obſtat reſpectu gemmarum obiecta in prioribus ſcriptis compenſatio cum alimentis ab eo præſtitis Iunio Grado, quia ex ſolidatione computorum ante traditionem gemmarum peracta apparet, quod omnibus calculatis remanebat Natalis debitor ducatorum 53. qua de cauſa in vlteriori propoſitione de dicta compenſatione amplius non oppoſuit, ſed obtulit ducatos 50. pro medietate pretij dictarum gemmarum, aſſerendo reliquos 50. de mandato creditoris perſoluiſſe Antonio Marnanæ, quod tamen DD. noluerunt admittere, dum Antonius negat huiuſmodi ſolutionem; quæ per Natalem, vt opus eſt concludenter non iuſtificatur.

Et ita altera tantum &c.

ROMANA HÆREDITATIS.

Veneris 27. Iunij 1659.

A R G V M E N T V M.

Renunciatio facta ſimpliciter de hæreditate fraterna abſque alia expreſſione, licet regulariter cōpræhendat ſolum fratres vtrinque coniunctos, non autem Conſobrinos, hoc non procedit, vbi appellatione fratrum fuit adiecta dictio *quorumcunque*, vel vbi renunciatio eſt generaliſſima, & quando renunciatio ſit reſtringenda, amplianda & quando?

S V M M A R I V M.

1 *Renunciatio impedit immiſſionem à renunciante, vel ab alio ex eius perſona ad bona renunciata petitam.*

2 *Fratris appellatione ſimpliciter abſque alia expreſſione venit tantum vtrinque coniunctus, non autem conſobrinus.*

3 *Dictio* quorumcunque *refertur ad omnes perſonas antea immediatè nominatas, quando ſub vna eadem periodo fuerunt nominatæ, licet ſit poſita in numero correſpondente ſolum tertiis perſonis.*

4 *Dictio* quorumcunque *adeo effrenata eſt, vt comprahendere videatur etiam perſonas, quæ impropriè eſſent tales.*

5 *Dictio* alijs *importat diuerſa ab expreſſis, cum ſit nota ſimilitudinis.*

6 *Simile non eſt idem, ſed diuerſum ab eo, cui aſſimilatur.*

7 *Verba generaliſſima reſtringi non poſſunt ad ſupra expreſſa, ſed etiam diuerſa, & omnia alia comprahendunt, quamuis eſſent maiora expreſſis.*

8 *Dictiones* tam, & quam *regulariter ſtant amplatiuè, & augmentatiuè.*

9 *Verba renunciationis, quando ſunt directa in ipſas hæreditates, cenſetur renuncians omnibus modis renunciaſſe, quibus in eis ſuccedere potuiſſet, etiam ſi mille fuiſſent.*

10 *Renunciatio debet comprahendere vltra expreſſa, quando alias eſſent verba ſuperflua.*

11 *Renunciatio regulariter non eſt extendenda, ſed ſtrictè interpretanda.*

12 *Declara hoc non procedere, quando verba renunciationis ſunt ampliſſima.*

13 *Renunciatio quæ fit propter ingreſſum religionis, largius debet interpretari, quam illa, quæ fit à habente in ſæculo.*

14 *Immiſſio, vt Actori impediri non poſſit, ſufficit exceptionem rei eſſe turbidam.*

15 *Exceptio, quæ probatur ex publico Inſtrumento*

non

non dicitur requirere altiorem indaginem, ſi eius diſcuſsio conſiſtat in mero, & puro articulo Iuris.

16 *Exceptio licet requirat altiorem indaginem, attamen poſſeſſar repelli actarem immitti petensem, ſi altior indago praueniat ex replicatione ipſius Actoris.*

DECISIO DCXVI.

PEtebat Monaſterium S. Margharitæ de Vrbe ex perſona Sororum Hiacynthæ, & Theodoræ de Cincijs Immiſſionem ex Interdicto quorum bonorum in poſſeſſionem duarum ex quinque partibus hæreditatis Equitis Adriani Vellij eorum Fratris Conſobrini ab inteſtato defuncti, ſed in ſecunda dubij propoſitione Domini negatiue reſponderunt, quia obſtat ampliſſima renunciatio intra duos menſes ante emiſſam profeſſionem à dictis Monialibus facta ad fauorem D. Chriſtophori Cincij, aliorumque ipſarum fratrum de omnibus, & quibuſcunque bonis præſentibus, & futuris, quæ propterea Immiſſionem impedit
1 à Renunciante, vel ab alio ex eius perſona ad bona renunciata petitam, vt in his terminis reſpondit *Rota in recent. deciſ. 109. num. primo & deciſ. 141. num. 12. par. 5. in Ariminen. Succeſsionis 26. Ianuarij 1654. coram bon. mem. Bichia §. primo, & in Firmana Bonorum 30. May 1657. coram me in principio.*

Non obſtat, quod renunciatio loquatur in hæreditate paterna, materna, fraterna, Patruorum, & Auorum, ideoque ſub ſimplici appel-
2 latione fratris, ſine alia expreſſione veniat tantum vtrinque coniunctus non autem conſobrinus ex *Bart. in l. Lucius Titius 91 §. quæſitum n. 1. de legat. 3.* quem ſequuntur DD. alleg. ab informantibus pro monaſterio.

3 Quia præterquod adiecta fuit vniuerſalis dictio, *quarumcunque*, quæ iuxta veriſimilem mentem proferentium refertur ad omnes perſonas antea immediatè nominatas ſingula ſingulis congruè referendo, licèt ſit poſita in numero correſpondente ſolum Patruis, & Auis, quia omnes ſub vnica periodo nominati fuerunt, vt in ſpecie notat *Alex. conſ. 106. in verb. genere lib. 5*
4 Et adeò effrenata eſt, vt comprehendere videatur etiam fratres, qui impropriè eſſent tales *l. qui autem §. fin. ff. de conſtit pecun bene Peregrin. de fideicomm. art. 20. num. 21. Gregor. deciſ. 516. num. 3. & ſeqq. Rota in recent. deciſ. 36. num. 4. par. 5.*

Renunciatio non eſt reſtricta ad hæreditates perſonarum nominatim expreſſarum, ſed eſt generaliſſima comprehendens etiam omnia alia bona quorumcunque aliorum quibus moniales renunciantes ſuccedere potuiſſent.

Etenim in prohemio dixerũt velle renunciare, ibi: *Mundo, pompiſque ſuis, nec non alijs, & quibuſcunque bonis mobilibus, & immobilibus, præſentibus, & futuris vbique exiſtentibus, & ad ipſas, earumque quamlibet, tàm ex hæreditate paterna, materna, fraterna, Patruorum, & Auorum quorumcunque, quàm alias quomodocumque, & qualitercunque ſpectan. & prouenien. &c. Illuſtr. DD. Franciſco, &c. earum germanis fratribus renunciare, & eis Iura quæcunque ſuper dictis & infraſcriptis bonis competentia, &c. cedere, &c.* In diſpoſitiua verò, ibi: *ceſſerunt, & refutarunt, & expreſsè renunciarunt, tàm omnibus, & ſingulis prædictis bonis, quàm omnibus, & quibuſcunque alijs præſentibus, & futuris etiam Iuriſditionalibus, &c. & ad ipſas, & earum quamlibet quomodolibet competen. ſeù competituris ex prædictis hæreditatibus, & bonis, &c.*

Hinc enim verba non poſſunt eſſe magis ampla, & vniuerſalia, comprehendentia propterea etiam bona perſonarum ibi in verbis non expreſſarum, vt concludenter demonſtrant tum verba illa reperita, ibi: *nec non alijs, & quibuſcunque*, & ibi: *quibuſcunque alijs præſentibus, & futuris, &c.* nam de iure dictio *alijs*, importat diuerſa
5 ab expreſſis cum ſit nota ſimilitudinis; ſimile enim non eſt idem, ſed diuerſum ab eo, cui aſ-
6 ſimilatur, vt bene ratiocinatur *Soccin. Sen. conſ. 300 ſub n. 2. verſ. li altri beni, &c. lib. 2. Natt. conſ. 546. n. 2. cum ſeqq. Menoch. conſ. 315. num. 18. & ſeq. cum alijs per Barboſ. dict. 26. n. 16. verſ. immò aliquando, & in his terminis Rota in rec. dec. 714. ſub n. 5. verſ. ponderanda præſertim par. 2. & in Peruſina Hæreditatis 26. Iunii 1628. coram Card. Virili apud Gilian. ad Statut. Peruſ. dec. 96. ſub n. 3.* tum etiam ſequentia verba, ibi: *Quam alias quomodocunque, & qualitercunque ſpectan. & prouenien. &c.* & ibi: *quomodolibet competentibus, ſeù competituris, &c.*
7 quæ tanquam generaliſſima ſine euidenti repugnantia reſtringi non poſſunt ad expreſſa, ſed etiam diuerſa, & omnia alia comprehendunt, quamuis eſſent maiora expreſſis *Aym. conſ. 294. n. 1. & ſeq. Rolan. conſ. 27. n. 15. & 18. lib. 4. Honded. conſ. 49. n. 14 lib. 1. Menoch. d. conſ. 315. nu. 22. Rota dec. 149. n. 3. par. 1. diuerſ. d. dec. 714. n. 5. par. 2. recen. & in eadem Peruſina Hæreditatis 7. Februarii, & 26. Iunii 1628. coram Card. Virili apud Gilian. vbi ſupra dec. 95. n. 3. & 6. & dec. 96. n. 4.* quarum prima eſt repetita *in recent. dec. 141. par. 5.* & in vtraque receditur ab alia antecedenti *ſub die 7. Iunii 1627. in recent. dec. 480. ead. par. 5.* quæ eſt eadem apud *Gilian. dec. 94.* tum demum repetita verba, *tam & quam*, ibi: *tam ex hæreditate, &c quam alias*
8 *quomodocunque*, & ibi; *tam omnibus, & ſingulis prædictis bonis, quam omnibus, & quibuſcunque alijs præſentibus, & futuris, &c.* quæ regulariter ſtant ampliatiue, & augumentatiue, *Butr. conſ. 19. n. 4 Aym. conſ. 227. n. 10. Menoch. conſ. 195. n. 7. Rota deciſ. 120. n. 1. par. 6. recent.*

Certius dùm circa finem prædictæ diſpoſitiuæ renunciantes non dixerunt ſimpliciter ex prædictis hæreditatibus, ſed ex prædictis hæreditatibus, & bonis, ex quibus verbis primum refertur ad perſonas ſpecificatas, & ſecundum ad quaſcunque alias vltra ſpecificatas ſingula ſingulis congruè referendo, vt fieri debet.

Nec ſubſiſtit prædicta verba ampliare dumtaxat renunciationem circa modum ſuccedendi perſonis in renunciatione contemplatis, ſed non augere numerum perſonarum.

9 Quia cùm verba, quibus Moniales renunciarunt, directa ſint in ipſas hæreditates omnibus modis cenſentur renunciaſſe, quibus in eis ſuccedere potuiſſent etiamſi mille fuiſſent, vt benè tradit *Pariſ. conſ. 26. num. 44 lib. 3.* ac propterea ſubſequentia verba ſuperius ponderata non poſſunt augere modos ſuccedendi, quibus iam fuit
10 renunciatum, ſed neceſſe eſt ad euitandam ſuperfluitatem, & ſecundum veriſimilem mentem renunciantium, quod importent renunciationem ſuccedendi alijs perſonis vltra ſpecificatas, vt optimè reſpondit *Rota dicta deciſ. 714. num. 6. par. 2.*

11 Nec obſtat, quod regulariter in materia renunciationis non ſit facienda extenſio, ſed ſtricta interpretatio tum quia hoc non procedit,
12 quando verba ſunt ampliſsima *Rota apud Gilian*

a dec.96.nu.14. tum etiam quia admittitur in re-
15 nunciatione facta a nubente in ſæculo ſecus, quando alia ſit propter ingreſſum religionis, quę largius debet interpretari *Rota in eadem deciſ.96. n.15. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono dec.10 n.27. & 28. in Romana Fideicommiſſi de Caſciaris 16. Martii 1648. §. Prædicta verò cum ſeqq. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado*, vbi ita concordantur deciſiones, quæ videntur inter ſe contrariæ, *& in Ariminen. Succeſſionis 26. Maii 1655. coram bon. mem. Bichio §. final.*

14 Minuſuè releuat, quod ad effectum, vt non impediatur Immiſsio ſufficiat exceptionem renunciationis eſſe turbidam, vt dictum fuit in *dicta deciſ. 480. num.9. par.5. recent.* Quia cum pro-
15 betur ex publico Inſtrumento, eius diſcuſsio tanquam conſiſtens in mero, & puro articulo Iuris, non dicitur requirere altiorem indaginem ad iſtum effectum impediendi Immiſsionem, vt recedendo à *dicta deciſ. 480.* reſponſum fuit in præfata *deciſ.141. num.11. eadem par.5. recent.* repetita apud *Gilien. d. deciſ.95. in fine* præſertim
16 fauore Poſſeſſoris, qui ſecus repellit Actorem quoties, vt hic, altior indago prouenit ex replicatione ipſius Actoris prætendentis euitare claram renunciationis diſpoſitionem, ex quo contra amplitudinem eius verborum reſtringenda ſit ad bona tantum fratris vtrinſque coniuncti, vt benè in ſimilibus terminis *Rota deciſ.57. nu.5. & 6. par.2. diuerſ. deciſ.526. num.12. par. primæ & deciſ.573. num.3. & 4. par.2. rec. & in Romana Fideicommiſſi de Nicolinis 28. Aprilis 1651. coram me in fin.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SOCIETATIS.

Lunæ 24. Nouembris 1659.

ARGVMENTVM.

Ratio ſemel reddita, licet denuò reuideri non poſſit, neque ex capite erroris, quando tranſactio interuenit, hoc tamen intelligitur ſi in Tranſactione errores fuerunt deducti, & tranſactio ſit valida, & ex quibus tranſactio poſſit infringi?

SVMMARIVM.

1 *Error Calculi non affert præiudicium, quin rationes ſemel computatæ denuo retractari poſſint, ſi tranſactio non interuenit.*

2 *Tranſactio eſt nulla, quæ fuit facta nomine pupilli per tutorem, qui adhuc Inuentarium tutelare non confecerat neque alia ſolemnia adimpleuerat*

3 *Actus geſtus ab eo, qui ſe palam pro Tutore gerebat, tenet dumtaxat in commodum, & vtilitatem pupilli, non autem in eius damnum, & præiudicium.*

4 *Pupillus tanquam non habens conſenſum, & tanquam facti, & iuris ignarus, non poteſt actum nullum ratum habere.*

5 *Rationes ſemel diſpunctæ ad hoc, vt denuò non poſſint, neque ex capite erroris reuideri ſtante tranſactione, neceſſe eſt quod in ea ſupponentur errores.*

6 *Tranſactio extorta ex falſa cauſa, eſt ipſo iure nulla.*

7 *Læſio enormiſſima vbi concurrit intrat reſciſſio vigore* l. 2. C. de reſcind. Vend.

8 *Tranſactio reſcinditur vigore* l. 2. C. de reſcind. Vend. *concurrente enormiſſima læſione.*

9 *Dolus vbi clarè conſtet, non habet locum diſpoſitio* l. vnic. Cod. de error. Calcul.

10 *Dolus reſultat ex enormiſſima læſione.*

11 *Declaratio, quæ detegit propriam declarantis turpitudinem regulariter non attenditur.*

12 *Limita ſi declarans eam fecerit animo Corrigendi errorem ab eo Commiſſum potius ex ignorantia, quam ex malitia.*

13 *Peritorum relationes extraiudicialiter facta, etiam ex interuallo poſſunt declarari.*

14 *Error dum conſurgit ex ipſomet calculo, in quo partita fuerunt duplicata, non eſt neceſſaria ipſorum inſpectio.*

DECISIO DCXVII.

CVm ratio alias reddita anno 1628. à Sterpino, & Leonello detecta fuerit erronea, & non ſine dolo cum damno Catharinæ ſcut.10.mil. & vltra ſeù, &c. *Rota cenſuit coram me 15. Martij* 1658. locum eſſe nouæ redditioni rationis, quam reſolutionem hodiè Domini approbarunt; Licet
1 enim explorati Iuris ſit errorem Calculi non afferre præiudicium, quin rationes etiam ſemel computatæ denuò retractari poſſint ſi tranſactio non interuenerit, vt diſponit *Text. in l. vnic. C. de error Calcul.* illius tamen diſpoſitionem non intrare ex pluribus reſponſum fuit.

2 Primo quia tranſactio fuit nulla tanquam facta nomine Catherinæ per Leandram matrem tutricem, quæ adhuc inuentarium tutelare non confecerat, nec alia ſolemnia adimpleuerat, & li-
3 cet palam pro tutrice ſe geſſerit, hoc tamen habet locum quando actus tendit in commodum, & vtilitatem Pupilli, ſecus quando illi affert dãnum, & præiudicium ex auctoritatibus allegatis *in deciſione § quia præter quod*; neque huiuſmodi reſponſio titubat ex quo Catherina ſcuta biſcentum receperit pro reſiduo quantitatis promiſſæ in tranſactione, & quietantiam fecerit, quia
4 cum tunc temporis adhuc eſſet Pupilla annorum nouem circiter, vt patet ex iuribus relatis in eius *hodierno Summ. n.3. & 4.* tanquam non habens conſenſum, & ignata facti, & iuris, non potuit exinde actum nullum ratum habere ad *Text. in §. pupillus inſtit. de inutil. ſtipulat. Buratt. dec.82. n.2.*

5 Secundo quia in tranſactione non ſupponitur ad fuiſſe errores in Calculo, ſed quod omnia ritè, & rectè geſta fuerunt *dicto Summ. num.* vndè tantum abeſt, quod Tutrix ſciens errores voluerit per tranſactionem illos remittere, in quibus terminis loquitur *Textus in d. l. vnic.* vt potius eliciatur, quod inducta fuerit ad credendum pro veritate falſum, & ſic tranſactio extorta dicitur
6 ex falſa cauſa, quæ proinde etiam ex hoc capite remanet ipſo Iure nulla *l. & eleganter ff. de dol. mal. l. in ſumma 65. §. ſin autem ff. de condit. indeb. Bart. in l. ſi ex falſis num. 2. ibique Angel. num. primo C. de tranſact. Rota deciſ. 242. num. primo & deciſ. 271. num.4. par.6. recent. & in Bonon. Nullitatis Concordiæ 12. Iunij 1645. coram me §. primo cum ſeqq.*

7 Tertio demum, quia concurrit enormiſſima læſio Catharinæ Pupillæ, quæ pro pretio ſcutorum 1500. remiſiſſet, tam ingens creditum, ea enim concurrente nedum intrat reſciſſio vigore
8 *l. 2. C. de reſcind. vend.* quam habere locum etiam in tranſactione probatur *in deciſione §. cum ex præ-*
9 *dictis*, ſed etiam euitatur diſpoſitio *d. l. vnic. C. de error. Calc.* qui locum non habet, quando clarè conſtat de dolo, qui in propoſito ex dicta enor-
10 miſſima læſione reſultat, vt dixit *Rota coram Card. Seraph. dec. 230. n.2. verſ. limitabant etiam* repetita *in prima par. diuerſ. dec. 157. & in recen. dec.* 184 *n.4. par.2. & poſt ſecundum vol. cenſ. Farin. dec.* 101. *n.3.*

Prob

Probatur ſiquidem læſio ex declaratione facta
per Alexandrum Ruggiam Peritum Calculato-
rem extraiudicialiter electum ab Adminiſtrato-
ribus Anno 1628. & extraiudicialibus relationi-
bus æditis coram AC. ab alijs duobus Peritis ab
ipſo electis ſer: ſer: concludentibus alterationem,
& duplicationem partitarum pro quantitate in
principio memorata.

11 Nec minuitur fides declarationis ex quo vi-
deatur detegere propriam declarantis turpitudi-
12 nem, quia cum ea fecerit animo corrigendi er-
rorem ab eo commiſſum potius ex ignorantia,
quam ex malitia videtur vtique attendenda *Bart.
in l. eos qui n.4. ff. ad l. Cornel. de falſ. Abb. in cap.
cum in tua n. 7. extr. de Teſtib. Gubr. de malef. con-
cluſ. 27. n. 1. Menoch. de arb tr. caſ. 108. nu. 4.* qui etſi
voluerint id habere locum, quando correctio fit
incontinenti, hoc tamen procedit in teſtibus ex-
13 traiudicialiter factæ etiam ex interuallo poſſunt
declarari *Innoc. in cap. in litteris n. 2. de offic. iudic.
delegat. Alciat. cauſ. 124. nu. 1. cum ſeqq lib. 5. Bero.
conſ. 144. n. 53. vol. 3. Rota in Sabinen. Status Mon-
tis Libretti 26. Iunij 1652. coram bo. me. Dunazetto
§. minus obſtat in fine*, Præſertim in propoſito,
quo veritas declarationis roboratur ex ſubſe-
quentibus relationibus iudicialiter peractis, &
ex quo ipſe met Ruggia vna cum alio perito in
fine primi calculi expreſſe proteſtatus fuit, ibi:
*Dichiarando, che ſe nel preſente Calcolo non foſſero
ſtate meſſe à fauore dell'vna, e l'altra Parte, ouero
in danno alcuna partita, che da noi non ne foſſe hauu-
ta luce, in tal caſo ſi dourà mettere, ò leuare ſecondo
douerà andare, &c.*

Nec ſubſiſtit, quod poſtremæ relationes ſint
fundatæ duntaxat in declaratione facta per Reg-
giam, quia præter quod ſupponitur primam il-
lam factam fuiſſe tempore, quo præfata decla-
ratio nec reperta, nec producta erat; Ex eis con-
uincitur omnino fundatas fuiſſe ſuper præceden-
ti Calculo deducendo, & demonſtrando dupli-
cationem, & alterationem partitarum in dam-
num Pupillæ pro ſumma prædicta; Computatis
etiam omnibus pecunijs à Petro Paulo Vicario
14 perceptis. Nec reputatur neceſſaria Librorum
inſpectio, dùm error conſurgit ex ipſo met Cal-
culo, in quo partitæ fuerunt duplicatæ, vt fir-
matur *in deciſiona 5. Quia vltra quod*, vbi vlterius
probatur illorum exiſtentia apud ipſoſmet Ad-
miniſtratores.

Et ita vtraque, &c.

HOSTIEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ prima Decembris 1659.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio reciproca facta inter ſolos primos inſti-
tutos non extenditur ad illorum filios in Condi-
tione poſitos, & licet filij in conditione poſiti
cenſeantur diſpoſitiuè vocati, ex Statuto Vrbis
lib. primo cap. 142. intelliguntur tamen vocati ad
ſolam portionem Patris, non patruorum niſi cõ-
currant coniecturæ, & quæ ad hunc effectum di-
cantur ſufficientes?

SVMMARIVM.

1 *Iniuſtitia ſententiæ excludit rem iudicatam, & eſt
potiſſimum fundamentum reſtitutionis in inte-
grum, quamuis non ſit notoria.*

2 *Subſtitutio reciproca facta inter ſolos primos inſtitu-
tos non extenditur ad illorum filios in conditione
poſitos.*

3 *Filij in conditione poſiti cenſentur diſpoſitiuè vo-
cati ex Statuto Vrbis* lib. primo cap. 142.

4 *Filij in conditione poſiti, licet ex ſtatuto Vrbis Cen-
ſeantur vocati, illarum vocatio reſtringitur ad
portionem patris, cui ſunt in conditione poſiti,
ſed non extenditur ad portionem patruorum poſt
mortem patris defunctorum.*

5 *Filij in conditione poſiti, quando ſunt vocati, ſuc-
cedunt etiam in portionibus patruorum ſi Patrui
prædeceſſerunt Patri.*

6 *Filij in conditione poſiti, quando ſunt vocati, ſuc-
cedunt etiam in portionibus patruorum, quando
concurrit intentio teſtatoris conſeruandi bona in
agnatione.*

7 *Filij in conditione poſiti portiones patruorum pre-
tendere non poſſunt, ſi pater prædecedit patruis,
ſeù deficiant coniectura, & præſertim votum
conſeruandi Agnationem, ſeù digreſſus ad plu-
res gradus ſubſtitutionum.*

8 *Filij ex vulgari Anomala contenta in compendioſa,
capiunt etiam illam portionem, quam habuiſſet
illorum pater, ſi viueret.*

9 *Declara hoc tantum procedere, quando tam Pater,
quam filius ſunt vocati in tota hæreditate.*

10 *Filij in conditione poſiti, quando ſunt vocati limita-
tè ad portionem patris non poſſunt per vulgarem
anomalam contentum in compendioſa ſubintrare
illius locum ad capiendam proprio nomine portio-
nem, quam pater habuiſſet, ſi fuiſſet ſuperſtes.*

11 *Repræſentatio non datur, quando filij primi gradus
hæredes inſtituti proprijs expreſſis nominibus
fuerunt reciprocè ſubſtituti.*

12 *Tranſmiſſio non habet locum, vbi agitur de fidei-
commiſſo conditionali, quod regulariter ceſſa-
bus coniecturis, neque ad filios tranſmittitur,
quando pater pendente conditione deceſſit.*

13 *Tranſmiſſio non habet locum in fideicommiſſo con-
ditionali, ſi non fuit contemplata Agnatio, nec
ad ſit digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum,
licèt concurrant alia coniectura.*

14 *Tranſmiſſio facilius excluditur in fideicommiſſo
conditionali ſi teſtator proprijs nominibus voca-
uit, & reciprocè ſubſtituit filios inſtitutos.*

15 *Fideicommiſſum non eſt extendendum vltra perſo-
nas expreſſè nominatas.*

DECISIO DCXVIII.

ANno 1602. quondam Marcus Tullius Faſanel-
lus hæredes ſibi inſtituit vniuerſales Fauſti-
num, Vincentium, & Angelum eius filios ma-
ſculos cum reciproca ſubſtitutione his verbis,
ibi: *quos vnus moriatur alteri, & alter Vni quan-
docunque ſine filijs legitimis, & naturalibus deceſſerit
Summario Sororum de Faſanellis num. primo.*

Defuncto teſtatore, & adita per filios hæredi-
tate primo loco deceſſit Angelus relictis Grego-
rio, & Clarice filijs, ac deinde obijt Fauſtinus
ſine prole inſtituto hærede dicto Gregorio filio
Angeli, ſed Vincentius frater ſuperſtes vigore
antedictæ reciprocæ ſubſtitutionis iudicium con-
tra eum introduxit coram AC. ſuper immiſſione
in poſſeſſionem portionis obuentæ Fauſtino ex
bonis Marci Tullij communis patris; verum
emanauit ſententia, in qua petita immiſſio ei-
dem conceſſa fuit ſuper ſola medietate dictæ por-
tionis, & vlterius decretæ fuerunt Gregorio
quamplures detractiones, *eius Summ. n. 1.* cumque
poſt interpoſitam appellationem Rotæ commiſ-
ſam prætenderet Gregorius ob lapſum fatalium
huiuſmodi ſententiam tranſijſſe in iudicatum,
impetrata commiſſione exequutoriali, dubitauit
an conſtet de re iudicata, vel potius de cauſis re-
ſti-

ſtitutionis in integrum , & negatiuè quoad primam partem , affirmatiuè verò quoad ſecundam prodijt reſolutio propter iniuſtitiam ſententiæ ,
1 quæ excludit rem iudicatam , & eſt potiſſimum fundamentum reſtitutionis in integrum quamuis non ſit notoria *Creſ. de Graſſ deciſ. 10. num. 12. de re iudic. Card. Seraph. deciſ. 251. num 2.*

Concutit ſiquidem iniuſtitia præcipuè in ea parte , in qua conceditur Immiſſio Vincentio ſolum pro medietate , relicta Gregorio altera medietate , quia cum Angelus Pater Gregorij prædeceſſerit Fauſtino , ſolus Vincentius Frater ſuperſtes eidem Fauſtino ſucceſſit in totum vigore
2 reciprocæ, quę tanquam facta inter ſolos primos inſtitutos non extenditur ad illorum filios in conditione poſitos *Abb. conſ. 29. dub. 2. num. 12 Peregrin. de fideicom. art. 12. num. 85. Rota deciſ. 100. num. 1. verſ. nec reciproca par. 1. & deciſ. 287. nu. 20. par. 4. tom. 2. recent. & in Romana fideicom. de Ferratinis 15. Iunij 1648. coram Reuerendiſſimo D. meo Papien. §. neque dicatur verſ. & in proximis terminis.*

Non obſtat , quod ex ſtatuto Vrbis *lib. 1. cap. 142.* filij poſiti in conditione cenſeantur diſpoſi-
3 tiuè vocati : quia huiuſmodi vocatio reſtingitur ad portionem Patris , cui ſunt in conditione po
4 ſiti , ſed non extenditur ad portiones Patruorum poſt mortem Patris defunctorum *Card. Seraph. deciſ. 1479. num. 1. Rota d. deciſ. 100. num. 3 par. 1. recent. cum alijs in puncto allegatis in d. Romana fideicommiſſi de Ferratinis 19 Nouembris 1646. & 29. Martij 1647. coram bon. mem. Peuting. & 15. Iunij 1648. coram d. Reuerendiſſimo D. meo Papien. & primus in Romana de Millinis 15. Ianuarij 1644. coram me §. Neque obſtat.*

Nec aduerſatur *deciſ. 337. ſan. me. Gregorij* quia
5 ex eo firmat filios poſitos in conditione ſuccedere etiam in portionibus Patruorum , ex quo Patrui prædeceſſerant Patri , & ſic ex reciproca inter ipſos adiecta eorum portio erat effecta vnica portio paterna , vt in *num. 3. cum duob. ſeqq.* quod etiam comprobauit *Rota in Vrbinaten. Pradij 3. Iunij 1650. coram bo. me. Bichio §. neque hic cadit,* & nuper *in Romana fideicom. de Bandinis 30. Maij præteriti coram R.P.D. meo Tata §. ex his non repugnare cum ſeq.* Et demum ex quo plures concurre-
6 bant coniecturæ , & ſignanter intentio Teſtatoris clara , & aperta conſeruandi agnationem , & bo-
7 na in ea , vt *num. 6 & 7.* Alias autem ſi Pater , prout hic , prædecedit Patruis, & coniecturæ deficiant præſertim votum conſeruandi agnationem , ſeu digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum quæ hic deficiunt , filij poſiti in conditione portiones Patruorum prætendere non poſſunt, vt latè firmatur in ſupradictis deciſionibus , & ſignanter *in d. Romana fideicom. de Ferratinis & in d. Romana de Millinis.*

Nec obſtat , quod ex vulgari anomala conten-
8 ta in compendioſa filij capiant etiam illam portionem , quam habuiſſet illorum Pater ſi viueret,
9 quia procedit quando tam Pater , quam filij ſunt vocati in tota hæreditate . Tunc enim verum eſt , quod mortuo Patre ipſi admittuntur ad totum, cum onus quod habebat grauatus reſtituendi totum Patri caducato eius gradu remancat apud ipſum ad fauorem filiorum in ſequenti gradu ſubſtitutorum , in quibus terminis loquuntur *deciſ. 332. num. 6. vſque ad fin. & deciſ. 403 nu. 11. cum ſeqq. par. 2. recent.* At ſecus eſt quando ,
10 prout hic , filij in conditione poſiti reperiuntur vocati limitatè ad ſolam portionem Patris, tunc enim caducato gradu ſubſtitutionis factę Patruo ob prædeceſſum Patris , filij , qui non ſunt vocati ad portionem dicti Patrui non poſſunt per vulgarem contentam in compendioſa ſubintrare gradum Patris ad capiendam proprio nomine portionem , quam Pater habuiſſet , ſi fuiſſet ſuperſtes , vt diſtinguendo tradit *Gabr. conſ. 2. num. 16. lib. 2. Card. Seraph. d. deciſ. 1479. num. 3. Rota in d. Romana fideicom. de Ferratinis 29. Martij 1647. coram bo. me. Peutingerio §. 1. verſ. nam in deciſione & 15. Iunij 1648 coram Reuerendiſſimo D. meo Papien. §. neque releuat obiectum cum ſeqq.* vbi reſpondetur contrarijs : Idque comprobatur alia ratione ; nam filij ex huiuſmodi vulgari non poſſunt plus capere , quam caperent ex fideicommiſſaria, cui vulgaris famulatur , ſed ex fideicommiſſaria non poſſunt ſuccedere niſi in portione Patris, cuius reſpectu duntaxat fuerunt poſiti in conditione , ergo pari modo ex vulgari ſuccedere nequeunt niſi in propria portione paterna , vt benè ponderatur *in d. Romana fideicom. de Ferratinis coram bon. mem. Peutingerio d. §. 1. verſ. & altera ratio.*

Non obſtat repræſentatio, quia non datur quã-
11 do filij primi gradus hæredes inſtituti proprijs expreſſis nominibus , vt hic reciprocè ſubſtituti fuerunt vt notant communiter *DD. in l. hæredes mei §. vlt. ff. ad Trebell. Rota deciſ. 48 . num. 3. par. 4. diuerſ. cum concordantibus relatis in d. Romana de Mellinis § Prout minus verſ. neque magis , & in Fauentina Bonorum 27. Iunij 1659. § ex qua quidem coram me.*

Nec etiam tranſmiſſio , cum agatur de fideicommiſſo conditionali quod regulariter ceſſan-
12 tibus coniecturis neque ad filios tranſmittitur quando Pater pendente conditione deceſſit iuxta ſententiam *gloſſ.* communiter receptam *in l. 1. verb. derelictis C. de his, qua ant. aperi. Tabul. Bart. in l. hæredes mei §. cum ita nu. 2. ff. ad Trebell. Card. Seraph. d. deciſ 1479. num. 5. in recent. d. deciſ. 100. num. 2. par. 1. in Romana fideicommiſſi de Marianis 1. Martij 1649. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. §. nec dici poteſt , & in d. Romana de Mellinis , & Fauentina Bonorum coram me .*

Coniecturæ deficiunt, cum non fuerit contem-
13 plata agnatio , nec adſit digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum ; his enim deficientibus cæteræ , quæ conſiderari poſſunt remanent inefficaces , vt reſpondetur *in d. Romana fideicommiſſi de Marianis §. Neque dici poteſt verſ. coniectura verò & in d. Fauentina Bonorum §. & licet* vbi circa finem
14 ſubditur , quod ſi teſtator, vt hic propriis nominibus vocauit , & reciprocè ſubſtituit filios inſtitutos vrgentior coniectura reſultat pro excluſio-
15 ne tranſmiſſionis , cum non cenſeatur confideraſſe niſi perſonas expreſsè nominatas vltra quas fideicommiſſum non eſt extendendum *Rota deciſ. 782. num. 11. par. 1. diuerſ. Card. Caual. deciſ. 43. num. 4.*

Deducebatur etiam Iniuſtitia reſpectu alterius partis , in qua plures detractiones Gregorio conceduntur , ſed Dominis viſum fuit non eſſe opus ſuper eis pro nunc elaborare , cum ſufficiat pro reſtitutione in integrum læſio reſultans ex iniuſtitia denegatæ immiſſionis in integra portione Fauſtini bonorum ex fideicommiſſo M. Tullij prouenientium .

Et ita vtraque , &c.

MELE

MELEVITANA CANONICATVS.

Luna 5. Decembris 1659.

ARGVMENTVM.

Beneficia omnia, quæ vacant per aſſequutionem incompatibilium Sedi Apoſtolicæ reſeruantur, quando tamen obtinentur ex prouiſione Apoſtolica, ſecus ſi ex collatione facta ab Ordinario, & an ex ſimplici conceſſione optionis facta à Pontifice Canonicis, cenſeatur ablata Epiſcopo in totum facultas conferendi Canonicatum vacantem per optionem, vt neque ei ſuffragetur alternatiua, & quando?

SVMMARIVM.

1 *Menſis Auguſti eſt Apoſtolicus ex regula nona Cancellariæ.*

2 *Beneficia vacantia per aſſequutionem incompatibilium Sedi Apoſtolicæ reſeruantur, quando obtinentur ex prouiſione Apoſtolica.*

3 *Menſis Auguſti non eſt amplius Apoſtolicus, ſed Ordinarius, quando Epiſcopus gaudet alternatiua.*

4 *Reſeruatio ceſſat ratione menſis Epiſcopo gaudente alternatiua.*

5 *Reſeruatio inducta per* Extrauag. ad regim. de præbend. *non habet locum, vbi ſecundum beneficium incompatibile non fuit aſſequutum Authoritate Apoſtolica, ſed ordinaria.*

6 *Collatio Beneficij poteſt fieri etiam tacitè, & in conſequentiam alterius actus.*

7 *Reſeruatio Beneficij Sedi Apoſtolicæ nunquam inducitur, nec Ordinario præiudicium infertur ex defectu voluntatis Papæ.*

8 *Decretum quod per ſolam ſignaturam ſupplicationis vacet primum beneficium, comprehendit ſolam vacationem ex collatione Papæ, non autem quando vacatio alio modo antecedenter ſucceſſit.*

9 *Alternatiua Epiſcopis conceditur reſpectu illorum dumtaxat beneficiorum, quæ ſpectant ad illorum liberam collationem.*

10 *Optandi ſimplex facultas conceſſa Canonicis, eſt penitus contra diſtincta à collatione, quæ omnino eſt libera Epiſcopi.*

11 *Alternatiua ceſſat dumtaxat reſpectu illius beneficij in quo conferendo concurrit diſpoſitio, præſentatio, electio, conſilium, conſenſus, vel interuentus alterius perſonæ.*

12 *Collatio Epiſcopi dicitur libera ad effectum alternatiuæ, quando factum poſitiuum, aut Conſilium, vel conſenſus alterius perſonæ non debet interuenire in ipſa collatione.*

13 *Amplia etiam ſi Epiſcopus adſtringatur beneficium conferre optanti, aut digniori, aut habenti certam qualitatem.*

14 *Collatio Beneficij dum ex parte Epiſcopi eſt libera, cum ſolus conferat, nullum adeſt impedimentum reſpectu alternatiuæ, licet in cui dando non ſit libera poteſtas.*

15 *Epiſcopus licet non poſſit beneficium cuicunque conferre, ſed teneatur certæ perſonæ collationem facere, non inde tamen libertas collationis excluditur ad impiendam alternatiuam*

16 *Beneficia Parochialia, licet debeantur digniori approbato in concurſu, adhuc tamen dicuntur liberæ collationis ad effectum alternatiuæ.*

17 *Indultum Apoſtolicum concedens ſimplicem facultatem optandi beneficium, de collatione autem nihil dicens, eam non comprehendit.*

18 *Optio, & collatio ſunt inter ſe diuerſa.*

19 *Papa dum verbis expreſſis non loquitur de collatione beneficij non cenſetur eam auferre ab Ordinario, nec eidem velle præiudicium inferre in ſuo iure conferendi.*

20 *Verbum* liberè *appoſitum in indulto Papæ, in quo fit mentio ſolum de optione non trahitur ad collationem in eo non expreſſam.*

21 *Verba* Auctoritate Apoſtolica *dum ſunt relata ad conceſſionem non alterant poteſtatem.*

22 *Verba* Auctoritate Apoſtolica *quando referuntur ad verba* concedimus poteſtatem *non faciunt delegatum prout faciunt, quando referuntur ad Actum.*

23 *Optans quando non mutat titulum ſpiritualem, ſed optat, & mutat ſolam præbendam temporalem, tunc in optione non requiritur collatio.*

24 *Optans quando mutat, & optat titulum ſpiritualem ſemper eſt neceſſaria collatio expreſſa, vel tacita ſuperioris habentis ius conferentis.*

25 *Collatio requiritur in optione, quando indultum Pontificis dat facultatem optandi non ſolas præbendas temporales, ſed Canonicatus, & dignitates, & ſic titulum ſpiritualem.*

26 *Optio non datur in beneficijs quacunque reſeruatione affectis, ſiue generali, ſiue particulari.*

27 *Amplia hoc procedere, non ſolum quoad dignitates, quæ primo loco optantur, ſed etiam quoad aliam quæ dimittitur, & ſucceſſiue optatur.*

28 *Optionis natura eſt, quod ſucceſſiue vnus Canonicus poſt alium, prout quiſque antiquior eſt optet.*

29 *Optionis conſuetudo eſt, quod antiquiores Canonici gradatim meliores ſi voluerint; poſſint, vel per ſe, vel per alios optare præbendas.*

DECISIO DCXIX.

VAcauit per obitum Caroli Tebani Theſauraria quarta dignitas Eccleſię Cathedralis Meleuitanæ quam vigore indulti fel. rec. Vrbani VIII. optauit Fabritius Pontremolus Canonicus antiquior ſubſequuta poſſeſſione, ſed poſtmodum ſupponens quod menſis Auguſti, quo ſucceſſit vacatio, eſſet Apoſtolicus obtinuit de ea vti reſeruata ſibi prouideri cum decreto, quod per ſolam Signaturam ſupplicationis vacaret eius Canonicatus modo controuerſus, quem ſtatim facta optione contulerat Reuerendiſſimus Epiſcopus Meleuitanus Carolo Belaguer; Cumque Andreas Baſilius prætenderet Canonicatum eſſe reſeruatum ſupplicauit Sanctiſſimo D. Noſtro Alexandro Septimo pro illius prouiſione; Ideò conſulta Rota de ordine Sanctiſſimi ab Eminentiſſimo D. Cardinali Corrado Prodatario an Canonicatus, de quo agitur ſit reſeruatus, poſt ſecundam propoſitionem negatiuè fuit reſolutum.

Deducebatur enim reſeruatio ob vacationem Thæſaurariæ menſe Auguſti, qui eſt Apoſtolicus ex regula octaua hodie nona Cancellariæ, & ex quo facultas optandi conceſſa eſt auctoritate Apoſtolica, itaut locum habeat diſpoſitio *Extrauag. ad Regimen. verſ. nec non etiam de præbend. innouatæ per regulam* 1. *Cancellariæ*, vbi reſeruantur Sedi Apoſtolicę omnia Beneficia vacantia per aſ-
2 ſecutionem incompatibilium quando obtinentur ex prouiſione Apoſtolica, verum cum D. Epi-
3 ſcopus Meleuitanus gauderet alternatiua, in cuſis Auguſti, quo vacauit Theſauraria, non erat amplius Apoſtolicus, ſed Ordinarius *Gonzal. ſuper d. reg. gloſſ. 43. num. 106. Rota deciſ. 379. num. 9. par. 3. recent.* Ideoque ceſſat non ſolum reſeruatio
4 ratione menſis *Caſſador. deciſ. 8. num. 5. verſ. & idem de præbend. Mohedan. dec. 1. ſub num. 1. verſ.*

Item

Item quia de conceſſ. præbend. Creſcent. deciſ. 11. *de priuil. Put. deciſ.* 209. *num.* 3. *lib.* 1. *& deciſ.* 447. *num.* 1. *&* 4. *lib.* 2. *in correct. Rota in recent. deciſ.* 600. *num.* 2. *par.* 2. *coram Comitul. deciſ.* 19. *num.* 6. *verſ. intellexerunt Domini cum concordantibus allegatis per Gonzal. gloſſ.* 53. *numer.* 28. *&* 29. *& gloſſ.* 58. *num.* 28. *Monet. de option. cap.* 3. *quæſt.* 3. *num.* 48. *verſ. Tum quia*; ſed etiam & principaliter prætenſa reſeruatio inducta per *Extrauagan. ad regimen.* quia cum vigore alternatiuæ collatio Theſaurariæ ſpectaret ad Epiſcopum, nnn autem ad Papam, ab illo dicitur facta prouiſio, & ſic
5 cum Pontremolus non fuerit aſſequutus ſecundum Beneficium incompatibile auctoritate Apoſtolica, ſed ordinaria, huiuſmodi reſeruatio locum non habet, *Nauar. conſ.* 18. *num.* 13. *de præbend. Gonzal. gloſſ.* 15. §. 2. *num.* 14. *Garz. de beneſ. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 45. *Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 52. *verſ. ſecus autem Buratt. deciſ.* 241. *num.* 2. *&* 3. *coram Eminentiſſimo D. Card. Otthob. deciſ.* 197. *num.* 1. *&* 2. *ac per tot.*

Non obſtat, quod Epiſcopus non contulerit Theſaurariam Pontremolo, quinimmò optioni conſentire renuerit nam licet requiſitus denegauerit præſtare poſitiuum conſenſum, nihilominus huiuſmodi denegatio non continet abſolutum diſſenſum, ſed potius præſefert aliqualem tolerantiam, quæ videtur ſufficere, præſertim dum ipſe ſtatim contulit Canonicatum vti vacantem per optionem Theſaurariç factam à Pontremolo, Hinc enim reſultat approbatio optionis.

Et collatio, quæ fieri poteſt etiam tacitè, &
6 in conſequentiam alterius actus, *Lambertin. de Iurepatr. par.* 3. *lib.* 2. *quæſt.* 11. *art.* 1. *nu.* 2. *Gonzal. d. gloſſ.* 34. *num.* 69. *&* 70. *& ſub num.* 71. *verſ. quo fit vt etiam Rota deciſ.* 987. *num.* 1. *verſ. quod ante lib.* 3. *par.* 3.

Nec refert quod Pontremulus ſupponens vacationem Theſaurariæ ſucceſſiſſe menſe Apoſtolico illam deinde vti reſeruatam impetrauerit à Sanctiſſimo D. N. cum Decreto, quod per ſolam Signaturam ſupplicationis vacaret eius Canonicatus.

Cum enim huiuſmodi ſuppoſitum non ſubſiſtat ex quo verè Theſauraria non erat reſeruata dum non potuit ex dicta Prouiſione aliqua indu-
7 ci reſeruatio, quæ de Iure non aderat, nec Ordinario præiudicium inferri ex defectu voluntatis, *Prob. ad Monach. in cap. Tibi qui num.* 12. *de reſcript. Roman. conſ.* 335. *num.* 11. *Rota deciſ.* 12. *num.* 1. *de conceſſ. præbend. in antiq. in recent. deciſ.* 344. *num.* 11. *par.* 5. *& deciſ.* 237. *num.* 2. 3. *&* 4. *par.* 7. *coram Buratt. deciſ.* 78. *num.* 1. *&* 2. *& coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobon. deciſ.* 197. *nu.* 19. Decretum autem prædictum operatur ſolum quando vacatio contingit per collationem factam a Papa, ſecus autem quando Beneficium prius vacabat, prout hic, ex collatione facta ab Ordinario, tunc enim ceſſat virtus decreti com-
8 præhendentis ſolam vacationem ex collatione Papæ, non autem quando vacatio alio modo antecedenter ſucceſſit, vt tradit *Garz. d. par.* 11. *cap.* 5. *num.* 63.

Non obſtat, quod alternatiua concedatur reſ-
9 pectu illorum duntaxat Beneficiorum, quæ ſpectant ad liberam collationem Epiſcopi non autem ad aliorum cum eo diſpoſitionem, ſeu præſentationem, vel electionem, nec non cum conſilio, vel conſenſu, ſeu interuentu Capitulorum, vel aliorum, vt ex verbis ipſius regulæ in terminis Beneficij debiti optanti reſpondit *Rota in Vrgellen. Sacriſtiæ* 3. *Iuny* 1624. *coram Patriarca Manzanedo per tot. & ſignanter §. quæ confirmantur & in Meſſanen. Decanatus* 1. *February* 1641. *coram bon. me. Dunozetto §. minus obſtat ſi dicatur.*

Quoniam ex ſimplici facultate optandi con-
10 ceſſa Canonicis contradiſtincta penitus a collatione prætendi non poteſt, quod in ipſa collatione, (quæ alias libera omninò eſt D. Epiſcopi) concurrat diſpoſitio, præſentatio, electio,
11 conſilium, conſenſus, vel interuentus alterius perſonæ, quo caſu ſolum ad formam dictæ regulæ, ceſſat alternatiua, nam quando factum po-
12 ſitiuum, vel conſilium, aut conſenſus alterius perſonæ non debet interuenire in ipſa collatione,
13 ſed ſimpliciter Ordinarius adſtringitur Beneficium conferre optanti, vel digniori, aut habenti certam qualitatem, tunc ad effectum alternatiuæ collatio Epiſcopi adhuc dicitur libera, cum limitatum tantum & reſtrictum ſit Ius conferendi paſſiuum, non autem actiuum, quod penes ipſum ſemper remanet abſolutum, & liberum, dum ſolus confert priuatiuè quoad omnes, vt in his terminis declarando, & limitando exceptionem d. regulæ optime tradit *Gonzal. gloſſ.* 45. *nu.* 19. *cum quatuor ſeqq.* vbi ſub *num.* 3 ſpecialiter loquitur de optione, quem refert, & ſequitur *Garz. d. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 476. firmantes quod
14 dum ex parte Epiſcopi eſt libera collatio, cum ſolus conferat, nullum adeſt impedimentum reſpectu alternatiuæ licet in cuidando non ſit abſoluta poteſtas, cum teneatur dare digniori filio patrimoniali, aut perſonæ de certo genere, cum hoc non ſit conſiderabile ad effectum huius regulæ nihil de hoc dicentis, & ſupponitur in *Vrgellen. Canonicatus* 7. *Maij* 1593. *coram Blanchetto relata per eundem Garz. d. par.* 5. *cap.* 1. *num.* 346. *verſ. quia ſatis dicitur pertinere*, & melius firmatur *in Placentina Archidiaconatus* 28. *Nouembris* 1614. *coram bo. me. Card. Fabritio Veroſpio in recent. d. deciſ.* 600. *num.* 5. *par.* 2. vbi quod licet Epiſcopus
15 non poſſit Beneficium cuicunque conferre, ſed teneatur certæ perſonæ collationem facere, non inde tamen libertas collationis excluditur ad impediendam alternatiuam, nec ideſt conſiderabile reſpectu regulæ nil tale diſponentis, *& in Oſcen. Archidiaconatus* 1. *Iulij* 1647. *coram bo. mem. Peutingerio §. quia cum data verſ. & ſtatutum ſolum &* 17. *Martij* 1649. *coram R. P. D. meo Veroſpio §. quia præterquam.*

Præſertim dum facultas optandi non eſt libera omnium Canonicorum, ſed illorum dumtaxat antiquiorum qui Terras ſuorum Canonicatuum melioraſſent, & ædificia reſtauraſſent; hinc enim negari non poteſt quin verſetur Iudicium Epiſcopi in cognoſcendo quis vere conditiones ex indulto requiſitas adimpleuerit, quod demonſtrat collationem actiuam eſſe liberam exemplo
16 Parochialium quæ debentur digniori approbato in concurſu, & tamen adhuc dicuntur liberæ collationis ad hunc effectum, vt exemplificant *Gonzal. & Garz. mox allegati*. Nec vrget replicatio, quod hoc pertineat ad Inquiſitorem Melitæ, cui directa fuit executio Indulti, quia munus Inquiſitori demandatum reſpicit ſolum executionem ſimplicis optionis quatenus impediretur ab Epiſcopo, ſed non comprehendit collationem, de qua ibi non diſponitur.

In caſu autem *deciſionis Vrgellen. Sacriſtiæ coram*

Patri-

Digitized by Google

Patriarche Manzanedo in obiecto allegatæ aderat
Statutum auctoritate Apoſtolica confirmatum,
vbi non ſolum contendebatur facultas optandi,
ſed explicitè diſponebatur optionem habere
vim validæ collationis, & prouiſionis, & op-
tantes alia prouiſione non indigere, ex quibus
ſatis deſumebatur eſſe excluſos à collatione, &
prouiſione etiam actiua, & ſic ceſſabat alterna-
tiua, vt clarè in ea deducitur *ſub dicto §. Qua
confirmantur; In caſu deciſionis Meſſanen. Decana-
tus coram bon.mem. Dunozetto*, eum Canonicatus
eſſet ſimultaneæ collationis Epiſcopi,& Capituli
17 Indultum vero ſa.me. Vrbani Octaui de quo
agitur concedit ſimpliciter facultatem optandi,
de collatione autem nihil dicit, ideo eam non
18 comprehendit, quia optio non eſt collatio *Ar-
chid. in cap.fin. de conſuetud. in 6. Aeve.ss de Falcon.
de reſeruat. Beneſic. effect. 5. n. 3. inter tract. magn. to. 15
par. 1. fol. 254. a tergo Monet. de option. cap. 4. qu. 2.
n. 24.* & dum Papa verbis expreſſis non loquitur
19 de collatione non cenſetur eam auferre ab ordi-
nario, nec eidem velle præiudicium inferre in
ſuo iure conferendi, ad *Text. in cap. 2. de Relig.
Domib. vbi gloſſ. in figuratione caſus verſ. nota quod
per hanc, & in verb. cuius eſt Dioeceſis ibique Ho-
ſtien. n. 2. in fin. verſ. & ex his patet Gonzal. ſuper
d. reg. 8. §. 4. probem. n. 6. Rota dec. 30. nu. 2. verſ. nec
eſt veriſimile, quod Papa de Præbend. in antiq. &
in fortioribus dec. 531 nu. 20. 21. & 28. par. 4. tom. 3.
recent.*

Deciſiones autem *bon.mem. Merlini* 830. & 838
ſuper eodem Indulto emanatæ dicunt fieri præ-
iudicium Epiſcopo in Iure conferendi pinguio-
res præbendas, vt ſcilicet illud ſibi limitetur, &
reſtringatur ad certas perſonas optantes, non
autem quod totaliter ſibi auferatur, de qua to-
tali ablatione eſt quæſtio noſtra, nam limitatio,
& reſtrictio operatur circa Ius conferendi paſ-
ſiuum, non autem circa actiuum, quod remanet
liberum, vt erat ante, & hoc ſufficit ad effectum
alternatiuæ, licet paſſiuum ſit reſtrictum, & li-
mitatum ex auctoritatibus in his terminis ſupra
allegatis.

Non obſtante, quod ibi dicatur, *eaſque ſimi-
liter optare libere, & licite poſſint, & valeant au-
ctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, &
20 indulgemus*; quia cum in eo fiat mentio ſolum
de optione, dictum verbum libere non trahitur
ad collationem in indulto non expreſſam, &
quæ diuerſa eſt ab optione, vt in ſimili *Rota de-
ciſ. 444. n. 62. & 63. par. 5. recent.*

21 Verba autem illa: *Authoritate Apoſtolica, &c.*
cum ſint relata ad conceſſionem, non alterant
poteſtatem, quia vt bene aduertit *Io. Andr. in
cap. cum aliquibus poſt med. verb authoritate de re-
22 ſcript. in 6* differentia eſt maxima an hæc verba
referantur ad actum an vero ab verba cõcedimus
poteſtatem, quia in iſto ſecundo caſu non faciũt
delegatum, provt in primo, vt explicat etiam
*Panin. de poteſt. Capit. Sed. vacan. par. prima qu. 10.
nu. 3. verſ. ſea ad Succeſſorem inter tract. magn. to. 13.
par. 2. fol. 419. Garz. par. 5. cap. 7. num. 50.*

23 Nec pariter momenti eſt, quod in optione
non requiratur collatio, quia hoc eſt verum,
quando optans non mutat titulum ſpiritualem,
ſed optat, & mutat ſolum præbendam tempora-
lem *Gemin. in cap. fin. §. in præbendis ſub nu. 4. verſ.
ſolum dicit, quod non eſt neceſſaria de conſuetud. in 6.
Bald. conſ. 177. n. 1. & 2. lib. 1. Lotter. de re beneſic.
lib. 2. qu. 5. 8. nu. 16. & 17.* ſed quando mutatur, &
24 optatur titulus ſpiritualis; vt fecit Pontremo-
lus, ex quo dimiſſo Canonicatu, quem prius
obtinebat, optauit dignitatem ſemper neceſſa-
ria eſt collatio ſuperioris habentis ius conferen-
di expreſſa, vel tacita, vt bene declarat *Io. Andr.
in d. cap. fin. ſub n. 4. verſ. reſpondet, quod Domus,
Card. Zabarell. conſ. 126. ſub num. 4 verſ. non enim
poſſet acquirere nouum titulum Præbenda ſine inſtitu-
tione Caſſad. dec. 17. ſub n. 2. conſimili verſ. non enim
poſſet acquirere de præbend. Gonzal d. gloſſ. 34. nu. 66.
vbi ſub nu. 74.* refert ita reſolutum per Sac. Con-
gregationem Eminentiſſimorum DD. Cardina-
lium Sac. Concilij Tridentini interpretum idem
*Garz. par. 7. cap. 13. n. 10. Barboſ. de Canonic. & Di-
gnit. cap. 30. n. 18. Card. Seraphin. dec. 1323. n. 1. ver-
ſic. quia aliter*, eoque magis dum idem indultum
25 dat facultatem optandi non ſolas præbendas
temporales, ſed Canonicatus, & Dignitates,
& ſic titulum ſpiritualem, vt aduertit *Garz. par. 1
cap. 1. num. 459. in addit. §. quando vero & §. & ita
conſultus.*

Præterea non ſubſiſtit argumentum, quod
non intret alternatiua, ſed beneficium ſit reſer-
uatum, ex quo ſubiacet optioni, quia de Iure
ſi adeſt reſeruatio excluditur optio, & ſi habet
locum optio, ceſſat reſeruatio; nam optio non
26 datur in Beneficijs quacunque reſeruatione affe-
ctis ſiuè generali, ſiuè particulari *d. cap. fin d. §. In
Præbendis de conſuetud. in 6. Gemin. conſ. 30. num. 8.
& ſeq. Calderin. conſ. 3. de conſuetud. Caſſador. dec. 4.
num. 2. de conceſſ. præbend. Garz. de Beneſic. par. 5.
cap. primo num. 470. Rota deciſ. prima num. 7. de
rer. permut. in nou. deciſ. 642. num. primo par. 4. diuerſ.
In Lucana Optionis Domus 14. Ianuarij 1607. coram
Patriarcha Manzanedo apud Marcheſ. de commiſſ.
par. prima fol. 385. num. 2. & alijs allegatis in dicta
Meſſanen. Decanatus 27. Maij 1641. coram bon. me.
Dunozetto §. In Beneficijs autem*, & in ſpecie de
reſeruatis ex regula octaua hodie nona Can-
cellariæ *Rota deciſ. 643. num. primo par. 4. diuerſ. de-
ciſ. 142. num. 3. & 4. par. 2. recent. & coram Gregor.
deciſ. 478. num. 2. ibique Add. num. 59.* Idque proce-
27 dit non ſolum quoad Dignitates, vel Canoni-
catus, qui primo loco optantur, ſed etiam quo-
ad alium, qui dimittitur, & ſucceſſiuè reſpectu
omnium aliorum quatenus, vt fieri ſolet, etiam
ab alijs ſequentibus Canonicis fieret optio; Cùm
enim de natura optionis ſit, quod ſucceſſiuè
vnus poſt alium, provt quiſque antiquior eſt,
28 optet vt litteraliter probat *Text. in d. cap. fin.* ibi:
In qua conſuetudo habetur, quod antiquiores
29 Canonici gradatim meliores ſi voluerint poſ-
ſint, eum vacant per ſe, vel per alios optare
præbendas ibique *gloſſ. d. verb. gradatim Monet. vbi
ſupra cap 5. quæſt. prima num. 2.* & melius *num. 15.*
idem *Barboſ. de Canonic. & Dignit. cap. 30. num. 12
verſ. vbi num. 5. addit. & num. 13. Rota deciſ. 411.
num. primo par. prima diuerſ.* Inde ſequuta optio-
ne primi, excluditur reſeruatio dimiſſi ſubia-
centis optioni peragendæ à ſubſequenti Cano-
nico, Idque clarè etiam educitur ex eodem In-
dulto, dùm genericè optionem ſucceſſiuè con-
cedit quoad omnes Dignitates, & Canonicatus
ſignum euidens, quod Canonicatus dimiſſus per
primam optionem non eſt reſeruatus; Nam alias
ſucceſſiue impediretur optio, nec haberet locum
Indultum, & hoc optimè agnouit *Rota in dictis
deciſionibus bon. mem. Merlini* 830. & 838. dùm in
eis decidit optiones Pontremoli, & Cagliares
fuiſſe validas, & tamen Cagliares optauit Ca-

nonicatum dimiſſum à Pontremolo primo op-
tante; vnde approbando eius optionem implici-
tè canonizauit Canonicatum dimiſſum à primo
optante non eſſe reſeruatum. Nimis enim du-
rum videretur, quod Papa concedendo indul-
tum optandi voluiſſet reſeruare Beneficia dimiſ-
ſa propter optionem contra propriam ipſius na-
turam, & in maximum præiudicium Ordina-
riorum collatorum.

Et ita vtraque, &c.

VRBINATEN. PRÆDII.

Mercurij 10. Decembris 1659.

ARGVMENTVM.

Apoſtilla marginalis, licet diuerſo attramento conſcripta, non reddit ſuſpectum teſtamentum ſi illa ſit adiecta manu eiuſdem Notarij, & redatur veriſimilis, & iuxta mentem Teſtatoris, & an debeat recognoſci ab ipſo Notario? hæredum appellatione an, & quando omnes deſcendentes in infinitum cenſeantur vocati? Fideicommiſſarius hæredis grauati abſque ben. leg. & inuent. an & quando poſſit bona ab ipſo grauato alienata proprio nomine vindicare?

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum non redditur ſuſpectum ex Apoſtilla in margine, licet diuerſo attramento conſcripta, dum apparet adiecta manu eiuſdem Notarij.*

2 *Apoſtilla in margine Inſtrumenti adiecta non debet de neceſſe recognoſci, quando apparet quod fuit facta ab ipſomet Notario rogato.*

3 *Scripturam ſimpliciter producens non poteſt illam poſtea in nulla parte impugnare.*

4 *Hæredum appellatione, licet adſint dictiones relatiua veniunt omnes deſcendentes in infinitum, quando ratio eſt generalior dicta.*

5 *Hæreditatis aditio non iuſtificatur ex comparitione facta à Procuratore ſine ſpeciali mandato.*

6 *Fideicommiſſarius hæres grauati alienantis poteſt venditionem expreſſe prohibitam à fideicommittente tanquam ipſo iure nullam reuocare, etiam circumſcripto beneficio Inuentarij.*

7 *Conſtitutiones, edicta, & decreta ducalia ſeruantur in ſtatu Vrbini, ex particulari adicta Gubernatoris a ſan. me. Vrbano VIII. confirmato.*

8 *Bulla Baronum nunquam fuit in ſtatu Vrbini practicata, neque obſeruata.*

DECISIO DCXX.

PRo confirmatione ſententiæ rotalis in hac tertia inſtantia hodie reſponſum fuit concedendo iterum immiſſionem Com. Iulio Cæſari in poſſeſſionem Prædij della foglia vigore vniuerſalis fideicommiſſi in teſtamento, & particularis ſuper d. Prædio in Codicillis per q. Cæſarem Odaſium conſtituti ex rationibus latiſſimè deductis in quatuor deciſionibus emanatis *3. Iunij* 1650. 23. *Martij* 1653. *&* 12. *Iunij* 1654. *coram bo. me. Bichio, ac* 13. *Maij* 1658. *coram R. P. D. meo Beuilaqua.*

Non obſtat, quod in inſtrumento alligato in Prothocollo, & ad Vrbem de ordine Rotæ nuper tranſmiſſo nulla legatur ſubſtitutio, ſeu poſitio in conditione filiorum Petri Antonij, & Fratrum inſtitutorum, præterquam in eius margine per Apoſtillam diuerſo atramento conſcriptam, & in fine inſtrumenti dumtaxat approbatam.

Quia cum ſcripta ſit manu Notarij, vt patet
ex oculari inſpectione, & valde veriſimilis red-
1 datur ob præſumptam Teſtatoris voluntatem vo-
candi eius Nepotes, ac Notarius rogatus copiam
nitidam, & autenticam partibus tradiderit rela-
ta in corpore inſtrumenti apoſtilla, marginali,
ceſſat vtique falſitatis ſuſpicio, & cenſetur de
Teſtatoris voluntate, ac mandato incontinenti
appoſita, vt late probatur in duabus poſtremis
deciſionibus; & quamuis à Notario non fuerit
2 approbata in eadem margine, ſed ſolum in fine
inſtrumenti; huiuſmodi tamen approbatio tunc
ſolum eſt neceſſaria quando ignoratur à quo
apoſtilla facta fuerit, ſed cõſtito ex prędictis, quod
facta fuit ab ipſomet Notario rogato non requi-
ritur vlterior ipſius approbatio, vt optime reſ-
pondit *Rota coram bo. me. Coccina deciſ. 467. num. 2. cum ſeqq. vſque ad fin.* vbi reſpondetur contrarijs, & ſignanter dicitur *num. 7.* non obſtare diuerſitatem atramenti, cum ſaltem hoc negotium relinquatur Religioni Iudicantis.

His accedit primo, quod tam in mandato
3 procuræ Com Ludouici ad vendendum Prædium
controuerſum, quam in ipſo Inſtrumento vendi-
tionis factæ Com. Brancaleoni, quo ipſe vtitur,
inſertus fuit totus tenor de verbo ad verbum di-
cti fideicommiſſi, ſeu poſitionis filiorum in con-
ditione *Summ. reſponſionis Iulij Cæſaris num.* 1. *&* 2. vnde conuincitur, quod tam venditores, qui exinde reddebantur grauati onere fideicommiſſi quam ipſemet emptor, apoſtillam habuerunt pro vera, & reali, vt propterea non poſſit amplius illam impugnare ad tradit *per Rot. in recent. deciſ. 226. num 18. par. 7.*

Secundo quod fideicommiſſum particulare
ſuper hoc Prædio conſtitutum fuit in Codicillis,
in quibus Teſtator voluit ibi: *Camanda, che ſempre
& in perpetuo d. ſuoi heredi nominati in d. Teſtamen-
to ſiano obligati à tenere il podere della foglia al ſerui-
tio di S. Altezza Sereniſſima e delli ſuoi Succeſſori
della caſa della Rouera &c.* Nec ex verbis *d. ſuoi
4 heredi*, inferri poteſt Teſtatorem intellexiſſe de
primis tantum hæredibus, quia cum enixè vo-
luerit nedum perpetuam permanentiam Prædij
apud ſuos hæredes, ſed æque principaliter, quod
illud perpetuo inſeruiret commoditati Ducis Vr-
bini eiuſque ſucceſſorum, hoc vtique non ſeque-
retur niſi ſub appellatione hæredum omnes de-
ſcendentes in perpetuum eſſent vocati, & inſi-
mul particulari fideicommiſſo obſtricti excluſis
extraneis, vt præter auctoritates allegatas in
vltima *deciſ. bo. me. Bichij ſub §. non obſtat, quod
propter*, tradunt *Iaſ. in l. filius familias §. Diui in
2. lectura num. 18. ff de legat. 1. Cephal. conſ. 258.
num. 44 Peregrin. de fideicomm. art. 37. num. 70.
Faſar. de ſubſtit. quæſt. 343. num. 51.*

Nec ſubſiſtit quod Com. Iulius Cæſar ſit hæres Petri Antonij alterius ex alienantibus ſine beneficio legis, & inuentarij.

Quia id expreſſe, & conſtanter negatur, nec
5 iuſtificatur ex comparitione relata *in Summ. alte-
rius partis num. 3.* cum facta fuerit à Procuratore
ſine ſpeciali mandato, *Card. Canal. dec. 272. num.
4.* vltra quod dum ex dicto particulari fideicom-
6 miſſo expreſſa eruitur voluntas Teſtatoris prohi-
bendi omnem, & quamcunque alienationem,
venditio redditur ipſo Iure nulla, & inualida,
quæ proinde retractari poteſt ab hærede alienan-
tis vocato ad fideicommiſſum etiam circumſcri-
to beneficio inuentarij, ex late deductis *in Roma-
na fideicommiſſi de Zuccaris 4. Februarij 1650. §.
Præterea verſ. quod magis, & 24. Aprilis 1651. §.
nec obſtat, quod fratres, verſ. tum quia coram bo. me.*

Duno-

Dunozetto, *& in Romana fideicommiſſi de Nicolinis 28. Aprilis* 1651. §. *Parum obſtante*, *& 23. Maij* 1653. §. *quia vt reſpondetur coram me*.

Demum reſpectu Bullæ Baronum an ſit ſeruanda nec ne in ſtatu Vrbini, adducta fuit diſtinctio *Bart. in l. ſi conuenerit la ſeconda* §. *ſi, unda num. 3. ff. de pignor. act.* Sed quidquid ſit de eius applicatione, viſum fuit in propoſito caſu non eſſe opus ſuper ea elaborare, dum abinde euitatur præfatæ Conſtitutionis diſpoſitio, nam eadem die 28. Aprilis 1631. qua bo. me. Campeggius
7 primus d. ſtatus pro Sancta Sede Apoſtolica Gubernator eius poſſeſſionem accepit particulari edicto decreuit ſeruandas eſſe Conſtitutiones, edicta, & decreta Ducalia, quod deinde à S. M. Vrbano Octauo approbatum fuit, vt dixit *Rota in Vrbinaten. Pecuniaria* 11. *Februarij* 1658. *coram R. P. D. meo Veroſpio* §. *neque ex defectu*, & ex
8 ſucceſſiua obſeruantia comprobatum ſignanter reſpectu Bullæ Baronum, quæ nunquam in ſtatu oſtenditur practicata.

Et ità vtraque, &c.

ROMANA IVRISPATRONATVS.

Ven. 12. Decembris 1659.

A R G V M E N T V M.

Iuſpatronatus relictum à fundatore eius hæredi, illiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque tranſit etiam in hæredem fideicommiſſarium. Hæres qui negligit implementum præcepti teſtatoris, quando repellatur tanquam indignus ab acquiſitione iuriſpatronatus, & quando alter ſponte adimplens poſſit illud ſibi acquirere? Hæres acquirendo, & ſtipulando pro ſe, & ſuis hæredibus etiam mediantibus pecunijs, & bonis hæreditarijs, quando ſibi acquirat ſub ſola obligatione reſtituendi prætium hæreditati?

S V M M A R I V M.

1 *Teſtatoris diſpoſitio circa iuſpatronatus ab eo ordinatum debet pro lege ſeruari, ne Laici retrahantur ab erectione Eccleſiarum, & Beneficiorum.*

2 *Iuſpatronatus, & præſentandi pertinet ad eum, in quo concurrit qualitas à Teſtatore deſiderata.*

3 *Beneficium erigens, ſi id facit ex ordine Teſtatoris & ex illius bonis, non dicitur ipſe fundator, nec dotator, ſed nudus, & ſimplex executor.*

4 *Executor Teſtatoris ius patronatus neque cum conſenſu ordinarij poteſt immutare illius diſpoſitionem, & præiudicium inferre vocatis.*

5 *Hæres acquirendo etiam mediantibus pecunijs, vel bonis hæreditarijs, ſibi, & ſuis hæredibus acquirit ſub ſola obligatione reſtituendi, pretium hæreditati.*

6 *Declara hoc tantum procedere in ſimplici hærede abſque vllo præcepto Teſtatoris de acquirendo vel inueſtiendo.*

7 *Secus autem vbi adeſt præciſum Teſtatoris preceptum.*

8 *Hæres acquirens mediantibus bonis hæreditarijs ex precepto teſtatoris, licet ſtipulauerit pro ſe, ſuiſque heredibus, & ſucceſſoribus, ſemper acquiſitio cadit ad commodum hæreditatis, & fideicommiſſariorum.*

9 *Hæres ſponte adimplens præceptum teſtatoris poteſt ſibi ius patronatus acquirere, quando ſuper illius reſeruatione nulla adeſt prouiſio fundatoris.*

10 *Secus autem quando fundator reſeruauit ius patronatus pro genere perſonæ.*

11 *Hæres grauatus à teſtatore fundare Eccleſiam, ſi ſponte illam non fundat, & interueniat coactio Iudicis non acquirit ius patronatus.*

12 *Succeſſoris appellatione venit etiam fideicommiſſarius in materia iuriſpatronatus.*

13 *Amplia hoc maxime procedere ſi addita fuerit dictio*, Quorumcumque.

14 *Declara hoc intelligi de ſucceſſoribus vniuerſalibus, non autem particularibus.*

15 *Hæreditas tamquam nomen vniuerſale capit etiam iura, & actiones, & comprehendit quoque ius patronatus.*

16 *Inſignia, & Arma familiæ appoſita in capella, denotant pertinentiam iuriſpatronatus.*

17 *Teſtator dum voluit hæredem aſſumere, Arma, & inſignia eius familiæ, cenſetur in eum quoque iura honorifica tranſire voluiſſe, & ſic iuſpatronatus.*

D E C I S I O DCXXI.

MArius Spinoſius inſtituto ſibi hærede vniuerſali Laurentio Manoſio eius ex Sorore Nepote mandauit conſtrui Cappellam in Eccleſia B. Mariæ Tranſtyberim ad hoc vt ibi inſtitueretur ſimplex Beneficium ſub inuocatione S. Marij, *quod eſſet de Iurepatronatus dicti hæredis, ac illius hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque*, & prælegatis quibuſdam Domunculis ad vitam Laurentij hæredis, & Felicis Sororis, eis decedentibus voluit erigi aliud Beneficium ſub inuocatione Sancti Calixti reſeruato Iurepatronatus *d. hæredi, ac illius hæredibus, & ſucceſſoribus Summario ſarauezzij num. 1.*

Manoſius curauit conſtrui Cappellam in qua appoſuit inſignia eius familiæ, & poſtmodum decedens Beneficijs nondum erectis, hæredem ſibi inſtituit R.P.D. Angelum Andoſillam, poſt cuiuis obitum voluit *in eius hæreditate ſuccedere Iure ſubſtitutionis Ioſephum Sarauezzium cum conditione tamen vt teneatur aſſumere cognomen, & Arma gentilitia ipſius Teſtatoris, & non alias*, prælegatis eidem ſarauezzio omnibus eius libris vnacum ſcripturis, & mobilibus *d. Summ. an. 2.*

Defuncto Manoſio Andoſilla vtrunque erexit beneficium aſſignata eis Dote ex Bonis Spinoſii Fundatoris ad hunc effectum ab ipſo relictis, & à D. Vicegerente obtinuit Iuſpatronatus reſeruari pro ſe, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus *Summ. Angel. Ian. num.* 1., atque ad alterum ſub Inuocatione S. Marii, de quo modo non agitur præſentauit Io: Baptiſtam Gutium ſubinde inſtitutum de alio vero ſubtitulo S. Calixti nunc controuerſo impetrauit a Sede Apoſtolica ſibi met prouideri, quo per eius obitum vacante eum contigerit diſceptari coram Eminentiſſimo D. Card. Prodatario ſuper illius pertinentia Patronali inter Angelum Iun: hæredem bo. mem. Andoſillæ, & Ioſephum Sarauezzium de Manoſijs ſubſtitutum in hæreditate Laurentij Manoſij hæredis Spinoſii fundatoris Placuit Eminentiæ ſuæ conſulere Rotam ad quem pertineat Iuſpatronatus, ſiue præſentandi, & hodie reſolutum fuit ſpectare ad Sarauezzium.

Cum enim Spinoſius diſpoſuerit, quod beneficia erigenda debeant eſſe de Iurepatronatus Laurentij Manoſii ſui hæredis, ac illius hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque in perpe-
1 tuum, ſtante huiuſmodi diſpoſitione, quæ pro lege ſeruari debet ne Layci retrahantur ab erectione Eccleſiarum, & beneficiorum, vt reſpondit *Rota in Romana Iuriſpatronatus* 31. *Maij* 1613. *coram Card. Sacrato apud vivian. de Iurepatr. lib. 4.*

 cap.

cap.9. ſub nu.56.verſ.ex ordine Santiſſimi Dum Ma-
noſius poſt obitum Andoſillæ ſui hæredis imme-
diati ſibi prouidit de alio ſucceſſore ſubſtituen-
do in eius hæreditate Saraueazium ad ipſum vti-
2 que in quo concurrit qualitas deſiderata per fun-
datorem, non autem ad Angelum hæredem An-
doſillæ, qui non eſt ſucceſſor Manoſii controuer-
ſum iuſpatronatus, & præſentandi pertinere de-
bet ad *Text. in l.ſi hæredi plures ff. de condit. inſtit.
quem in terminis pluribus adductis expendit Paris
conſ. 48. num.9. part.4.*

Non obſtat, quod Andoſilla erexerit benefi-
cia, & cum conſenſu D. Vicegereuris illo-
rum iuſpatronatus reſeruauerit pro ſe, ſuiſque
hæredibus, & ſucceſſoribus.

Quia enim id fecerit, ex ordine, & bonis ſpi-
3 noſij non dicitur fundator, nen dotator, ſed nu-
dus, & ſimplex executor ideoque nec minus cum
4 conſenſu ordinarij potuit immutare diſpoſitio-
nem illius, nec præiudicium inferre ſucceſſori-
bus Manoſij per ipſum præciſe vocatis *ferrett.
conſ. 134. ſub num. 2. verſ. quibus non obſtantibus
cum ſeqq. & per tot. Gutier. conſ 1. num. 19 Lam-
bertin de iurepatr. lib. 3. art. 3. part. 5 ſub num. 4.
verſ. non obſtant modo adducta & num.5. Molin. de
Primog. Hiſpan. lib.1. cap.24. num. 31. Viuian. de
iurepatr. lib. 14. cap 3. num.6., & 7. Rota in re-
cent. deciſ. 216. num.4. verſ. tum quia non erat par.
2. & coram bo.me. Merlin.deciſ.146.num.6.*

5 Nec refert, quod hæres acquirendo etiam me-
diantibus pecunijs, vel bonis hæreditarijs ſibi,
& ſuis hæredibus acquirat ſub ſola obligatione
reſtituendi pretium hæreditati, vt voluit *Bart. in
l. Imperator §. cum autem num.1 ff de legat. 2.*

6 Procedit *enim* in ſimplici hærede abſque vllo
7 præcepto Teſtatoris de acquirendo, ſeu inueſ-
8 tiendo, ſed vbi, prout hic, præciſum adeſt Teſ-
tatoris præceptum, acquiſitio ſemper cadit ad
commodum hæreditatis, & fideicommiſſorum
non obſtante ſtipulatione facta per hæredem pro
ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ad *Text.
in l. qui negociationem vbi Bart ff. de adminiſtr. Tu-
tor. Molin.de Primog. Hiſpan. lib 4. cap. 4. num. 34.
verſ in caſu autem, de quo agitur Peregrin. dec ſ.
Patau 5. ſub num. 9. verſ. ſed tamen vt ſupra dic e-
bam Surd. deciſ.15 num.28. & 29. Rota deciſ 653.
num.2. par.2. recent. cum alijs relatis in Banon. Bano-
rum 17 Iunij 1641. § Ioannes enim verſ. et in exe-
cutionem, & 21. Februarij 1642. §.minus referre
cum ſeq. coram me.* & ita diſtinguendo firmatum
fuit in *Cubacen hæreditatis 28. Aprilij 16 3 5.
quia cum iſte verſ. vbi autem pariter coram me & in
Arnerina ſucceſſionis 15.Maij 1656.§ .neque reſpectu
verſ.nam omiſſo coram R. P. D. meo Beuilaqua.ab
altera parte allegatis.*

Minus officit, quod hæres ſponte adimplens
præceptum Teſtatoris, vt fecit Andoſilla, po-
tuerit ſibi acquirere,iuſpatronatus,alius verò,qui
negligit eius implementum, vt fecit Manoſius,
tanquam indignus ab acquiſitione iuriſpatrona-
tus ſit repellendus.

Quia vltra quod Manoſius viuens cappellam
conſtruxit, & beneficium S.Calixti, de quo nunc
agitur, prius erigendum non erat, quam poſt
obitum ipſius, & eius Matris, dum pro Dote
illius fundator deſtinauit quaſdam Domuncu-
las eis antea prælegatas ipſorum vita durante,vt
ex Teſtamento *Summ. Saranezzij num. 1.* Prima
9 pars obiecti procedere poſſet in caſu, quo ſuper
reſeruatione iuriſpatronatus nulla adeſſet proui-
ſio fundatoris, & in his terminis loquitur *Rota
deciſ 167.num.1. cum ſeqq. par. 2. diuerſ.* ſed quan-
10 do fundator reſeruauit iuſpatronatus pro gene-
re perſonæ exequenda eſt eius voluntas, nec vo-
catis poteſt præiudicium inferri, vt ſuperius pro-
batum fuit, & benè in terminis tradit *Lambertin.
de iurepatr. par.1. lib.1 quæſt. 4 art.7. num. 3.*

11 Secunda verò tunc admittitur quando inter-
uenit præciſa coactio iudicis, ſecus vbi, prout
hic, de tali iudicis coactione non conſtat, vt
poſt *Lambertini d art. 7. num.1.& 2.* tradit *Viuian.
lib. 1.cap. 3.num.12. cum ſeqq. & optime diſtinguen-
do firmauit Rota d. deciſ. 167. num. 5. & 6. par. 2.
diuerſ.* & in fortioribus terminis in *Auximana iu-
riſpatronatus 26. Aprilij 1613. coram Card. Sacrato
circa fin. verſ non etiam fuit quod hæres* relata per
eundem *Viuian.d.lib. 1.cap.1. ſub num. 13.*

Necobſtat, quod cum Saranezzius non ſit
directus Manoſij, ſed eius fideicommiſſarius in
ipſum non tranſeat iuſpatronatus, quod regula-
riter remanet penes hæredem directum Grauati.

Primo quia iuſpatronatus, dequo agitur re-
12 ſeruatum fuit non ſolum pro hæredibus, ſed
etiam pro ſucceſſoribus, quorum appellatione
venit etiam fideicommiſſarius, & vt in puncto
*Phanuec.de inuent. quæſt. 261. num. 65. verſ. ea
enim verba*, vbi dicit potiſſime hoc procedere ſi
13 fuerit addita; prout hic, dictio *quorumcumque
Rota apud Viuian. deciſ. 24. num.2. & 3. cum ſeqq.
& in Bonon. iuriſpatronatus 23. Ianuarij & 4. Iulij
1640. coram bo. m. Bichio apud eundem deciſ. 121.
num 6. & deciſ. 122. num. 20.*, quibus non repu-
gnant, ſed conueniunt *deciſ. 72. num. 2. par. 7.
recent. & in Leodien. Beneficij 31. Ianuarij 1648.
14 coram bo. mem. Pentingerio*, quia firmant ſub di-
cta appellatione venire tantum ſucceſſores vni-
uerſales, vt hic, non autem ſucceſſores particu-
lares, prout in caſibus ipſorum, & hanc diſtin-
ctionem fecit etiam *Rota d.deciſ.24. num. 5 apud
Viuian.*

Secundo quià Saranezzius ſubſtitutus fuit in
hæreditate ibi *& poſt obitum d. R. P. D. Andoſil-
læ voluit in eius hæreditate ſuccedere Iure ſubſtitutio-
nis D.D. Ioſephum Saranezzium* verbum enim *hæ-
15 reditas*, tanquam vniuerſale capit etiam Iura,
& actiones, & ſic comprehendit quoque iuſpa-
patronatus *Bald. in l fin. num.60. C. de edict. Diu.
Adr. toll. Phanuec. vbi ſupra d. quæſt. 263.num.61.
Lotter. de re beneſ. lib. 2. quæſt. 11. num. 37. & 38.
Rota apud viuian. d. deciſ. 121. num. 8.* & alijs re-
latis in *Capuana Abbatia 5.Maij præterni coram* R.
*P. D. meo Priolo §. nec ex eo, verſ. apparent ex-
preſſè.*

Tertio demum quia in erectinne Cappellæ ap-
poſuit Arma, & inſignia propriæ Domus, quæ
poſtmodum ſimul ac cognomen aſſumi voluit à
16 Saranezzio; In ſignia enim Cappellæ denotant
pertinentiam iuriſpatronatus *Rota deciſ.548. nu-
mer.7. par. 5. & deciſ. 170. num. 5. verſ. nec defi-
ciunt par. 3. diuerſ. cum pluribus alijs latè congeſtis in
Mediolanen. Prioratus 14 Martij 1646 coram Emi-
nentiſſimo, D. Card. Prodatario §. feſto in ſignia,* &
17 ſic ſtante præcepto, quod fideicommiſſarius il-
la aſſumat, cenſetur in eundem etiam Iura ho-
norifica tranſire voluiſſe præſertim concurrenti-
bus alijs deductis ſuperius ab informantibus pro
Saranezzio, quæ DD. placuerunt, vt bene pon-
derauit *Rota in eadem deciſ. 121. poſt Viuian. ſub
num.14. in fine, & num.15.*

Et ità vtraque, &c.

NEA-

NEAPOLITANA HÆREDITATIS.

Vener. 30 Ianuarij 1650.

ARGVMENTVM.

Pœna priuationis iniuncta hæredi per teſtatorem in caſu alienationis, ſeu non implementi, & contrauentionis, non dicitur incurſa, ſi hæres ex iuſta cauſa tranſactiones fecerit, aliqua bona dimittendo, & vbi in non implendo deficit dolus, & malitia, vel adſunt cauſæ legitimæ, quibus mediantibus implere non potuerit?

SVMMARIVM.

1 *Pœna priuationis iniuncta per teſtatorem hæredi nunquam dicitur incurſa, niſi concurrat dolus, & malitia in hærede.*

2 *Pœna priuationis vt euitetur ab hærede, ſufficit quælibet cauſa, etiam iniuſta.*

3 *Actor prætendens hæredem non impleuiſſe teſtatoris præceptum, & pœnam priuationis incurriſſe ad eius fauorem, tenetur iuſtificare non implementum, quamuis in negatiua conſiſtat per probationes plenas, & neceſſario concludentes.*

4 *Pœna priuationis hæredi iniuncta per teſtatorem in caſu non implementi non dicitur ab eo incurſa ſi omnes poſſibiles diligentias in adimplenda adhibuerit, vel ſi probabiles, & iuſtæ excuſationis rationes afferantur.*

5 *Hæres tranſigere non poteſt ſuper bonis alienari prohibitis, ea dimittendo.*

6 *Declara hoc tantum procedere, quando hæres prohibitus alienare, poſſidet omnia bona hæreditaria prohibitus.*

7 *Secus autem ſi omnia bona hæreditaria, ſeu illorum maiorem partem non poſſideat ſed ab alijs occupentur, & prætenſiones occupantis ſaltem reddat dubium, perplexum, & euentuale ius ipſum hæreditarium.*

8 *Hæres tranſigendo cum poſſeſſore bonorum hæreditariorum licet aliqua bona dimittat, ſi maiorem partem pro hæreditate recuperet, dicitur acquirere non autem alienare, nec diſtrahere, vtileque negotium pro hæreditate gerere.*

9 *Alienatio vtilis hæreditati, & neceſſaria nullatenus cenſetur prohibita à teſtatore, quamuis prohibitio ſit ampla.*

10 *Pœna priuationis appoſita in vna parte teſtamenti non trahitur ad aliam.*

11 *Subſtitutio facta in vno caſu operatur vt in alijs caſibus dicatur negata.*

DECISIO DCXXII.

NObilis mulier Felix Maria Vrſina Duciſſa Grauinæ hæredes vniuerſales ſibi ſcripſit Domum, & Patres S. Mariæ in Porticu Burgi Chiaiæ Ciuitatis Neapolis congregationis Matris Dei cum onere erigendi in dicto loco Chiaiæ ſtatim ſequuto eius obitu Domũ Nouitiatus formati pro 20. Nouitijs iuxta conſtitutiones Religionis addita ampliſſima prohibitione alienandi, & in caſu non implementi, ſeu contrauentionis ſuccedere voluit in ſua hæreditate Domum, & Patres miniſtrantes infirmis pariter Ciuitatis Neapolis, vt latius in *Summ. impreſſo Patrum S. Mariæ in Porticu num. 1. & 2.*

Verum quia Patres miniſtrantes infirmis ſupponentes factum eſſe locum ipſorum vocationi ob multas contrauentiones longa ſerie in facto deductas, quæ tamen reducuntur ad tres magis conſiderabiles, & cæterarum fere complexiuos, nempè quod Patres B. Mariæ erigi non curauerint Nouitiatum iuxta præceptum, & enixam voluntatem Teſtatricis, & duas alienationes fecerint tranſigendo cum Duce Ferdinando Vrſino de Biſignano, & cum Octauio Blanco petebat immiſſionem, quam Rota cenſuit non eſſe concedendam, quia non probatur defectus implementi nec contrauentio, & quod magis eſt
1 non iuſtificatur dolus, nec malitia ſine quibus
nunquam incurritur pœna priuationis *Dec. conſ. 214. num. 42. & conſ. 728. num. 15. Rota deciſ. 429. num. 3. par. 4. diuerſ. coram Merlin. deciſ. 491. num. 1. & coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono deciſ. 110. num. 11.*

Et quælibet cauſa etiam iniuſta ſufficit vt
2 huiuſmodi pœna euitetur *Bugen. conſ. 53. num. 36. lib. 5. Gabr. conſ. 90. num. 26. & ſeq. lib. 2. Honded. d. conſ. 58. num. 37. cum ſeq. lib. 1. Marcabr. conſ. 36. num. 45. Menoch. conſ. 903. num 11. S. M. Gregor. deciſ. 388 num. 4 Burats. deciſ. 182. num. 25. cum alijs allegatis in Bonon. fideicommiſſi de Rubeis 23. Maij 1644. coram Eminentiſſimo D. Card Corrado §. 1. quia plures.*

Non probatur inquam defectus implementi circa erectionem Nouitiatus, quia aſſerta confeſſio Patrum B. Mariæ, & relatio Architecti ad hunc effectum relatæ in *Summ Actorum num. 13.* & 14. non iuſtificant plenè, & concludenter, vt opus eſt in hac facti ſpecie, negatiuam erectionis, quinimmò ex dicta confeſſione contrarium potius educitur, dum dicitur ibi *S'è ancora incaricato all'Eſponente che eſſo debba fare la ſpeſa della ſudetta fabrica, la quale già incominciata non s'è potuta finire per non eſſeroi ſtato ſufficiente denaro à ſodisfare li peſi hereditarij in conformità del diſpoſto nel Teſtamento &c. dicto Summ. impreſſo num. 17.* Hinc enim vel huiuſmodi confeſſio retorquetur vel ſaltem nulla ex ea elici poteſt iuſtificatio, quæ
3 proſit Actoribus qui de iuretenentur iuſtificare
non implementum, & contrauentionem, quamuis in negatiua conſiſtat per probationes plenas, & neceſſario concludentes, alias audiri non debent *Bart. conſ. 137. num. 3. in fine, verſ. ſuper 4. lib. 1. Cyriac. contr. 249. num. 16. & ſeq. Card. Seraph. deciſ. 889. num. 1. & 2 et per tot. Rota in Calaguritana Cappellæ de Albente 14. Decembris 1502. coram Gipsio apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 122. num. 1. & ſub num. 4. verſ. quoniam aduertendum eſt.*

Concurrentibus præſertim cauſis excuſationis, quæ optimè reſultant tum ob lites ſtatim ſubortas in adipiſcenda poſſeſſione *dicto Summ. impreſſo num 4. & 5.* Tum ex ſatis noto populari tumultu Ciuitatis Neapolis de anno 1658. Tum etiam ob ſubſequutam conſtitutionem Innocentij X. prohibentem Nouitiorum receptionem, ob cuius reſiſtentiam pluries fuit inſtitum pro licentia apud dictum Pontificem, ſeu penes Sac. Congregationem ab eodem deſuper deputatam quæ illam conceſſit anno 1651. pro ad mittendis ad profeſſionem ſex Nouitijs ante conſtitutionem receptis, & pro recipiendis ad habitum alijs tribus duntaxat prout recepti fuerunt renouatiſque precibus apud Sanctiſſimum D.N. Alexandrum VII. etiam in plena Signatura Gratiæ placuit ſanctitati ſuæ prius concedere Patribus dilationem pluries deinde prorogatam ad adimplendam teſtatoris voluntatem, & vltimo loco anno 1658. licentiam impartiri recipiendi decem nouitios qui illico fuerunt recepti *dicto Summ. impreſſo num. 19. & 20.* inde enim dum Patres
4 B. Mariæ omnes poſſibiles diligentias adhibuerunt

runt

runt prætendi nequit quod doloſe, & malitioſe non impleuerint, prout neceſſarium eſt ad incurrendam pænam priuationis, atque ab ea excuſantur, dum non ſolum non concurrit cauſæ iniuſtitia, quæ ſufficit, ſed probabiles, & iuſtæ excuſationis rationes afferuntur ex iuribus ſupra allegatis; Accedente etiam Sententia abſolutoria lata anno 1652. ad ipſorum fauorem in Tribunali Reu. Fabricæ S. Petri Neapolis aduerſus pretenſam inobedientiam, ſeu inobſeruantiam poſt præceptum ſoluendi eidem Fabricæ ſcuta 5070. *dicto Summ. impreſſo num.* 9. quæ propterea certe excludit doloſum, & malitioſum non implementum. Etquamuis in ea moneantur Patres vt in futurum adimpleant, huiuſmodi tamen monitio non ſupponit de præterito incurſam fuiſſe culpam, de qua hodie principaliter agitur, ſed duntaxat reſpicit tempus futurum in verbis expreſſum, quo inſpecto Patres omnia exparte ſua impleuerunt.

Minuſuè iuſtificatur contrauentio, ex quo Patres S. Mariæ anno 1652. præuia tranſactione relaxauerint, Duci Ferdinando Vrſino Creditum hæreditarium ſcutorum dicidotto millium;
5 quamuis enim ſuper bonis alienari prohibitis non lice tranſigere ea dimittendo, ad *Text. in*
6 *l. non ſolum C. de Præd. & alijs reb. Minor.* Hoc tamen procedit quando prohibitus alienare poſſidet omnia bona hæreditaria prohibentis, Tunc enim ſi per tranſactionem aliqua dimittit vere alienat, & prohitioni, ac præcepto teſtatoris contrauenire videtur; At ſecus eſt quoties om-
7 nia bona hæreditaria, ſeu illorum maiorem partem non poſſideat, ſed ab alijs occupantur, & prætenſiones per occupantem deductæ ſaltem reddunt dubium perplexum, & euentuale Ius ip-
8 ſum hæreditarium, hoc enim caſu ſi tranſigendo aliqua dimittit, & maiorem partem pro hæreditate recuperat, dicitur acquirere, non autem alienare, nec diſtrahere, vtileque negocium pro hæreditate gerere *Cephal. conſ.* 375. *num.* 30. *cum ſeq. Surd. conſ.* 451. *num.* 25. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 708. *num.* 10. & 12. *Rota coram Merlin deciſ.* 767 *num.* 11. & 12.

Hic autem eſt caſus noſter, quia maior pars ſubſtantiæ hæreditatis impediebatur, a Duce Ferdinando mediante ſequeſtro appoſito 1. Februarij 1647. *dicto Summ. impreſſo d num.* 4. *& ſeq.* cuius poſſeſſio à Patribus non potuit vnquam obtineri niſi poſt tranſactionem. Ille verò vnacum conſanguineis prætendebat ſubiecta eſſe fideicommiſſo, & conſuetudini Neapolitanæ tam bona hæreditaria quam donata, & hoc Iure ea vindicare intendebat vnde niſi ad tranſactionem Patres deueniſſent, ſed per inſtauriam Iudicis finem litis exſpectaſſent, ſiuè contraria ſiue fauorabilis foret. Vndique adfuiſſent anguſtiæ; nam primo caſu ſequuta declaratione pro fideicommiſſo, & præfata conſuetudine bona ſpectabant ad dictū Ducem, & conſanguineos, nihil verò, vel quid minimum conſequi poterant Patres vti hæreditarium Duciſſæ, & bona donata, pro quorum manutentione, ipſa obligauerat hæreditatia dimittere coacti fuiſſent. Secundo vero caſu quatenus fuiſſet declaratum non extare fideicommiſſum, ſed bona, & libera, excludebantur quidem Dux, & conſanguinei, ſed aperiebatur via creditoribus Ducis Michaelis Antonij Vrſini, in cuius hæreditate controuerſa bona fuerant, & poſt cuius mortem ad Duciſſam peruenerant qui prætendendo Credita aſcendentia ad ducatos quindicimillium, & vltra, etiam bona donata, & hæreditaria vel ſaltem maiorem illorum partem occupaſſent; Vndè vtilius, & prudentius fieri non potuit, quam non expectato litis fine ad tranſactionem deuenire ex qua dimiſſo tantum Credito, ſeù cenſu ſcutorum dicidotomillium, idque ſub pluribus obligationibus, conditionibus, & pactis etiam reſolutiuis fauore Patrum, & hæreditatis ipſi conſequuti fuerunt hæreditarem, & bona etiam omnia cum Iuribus fideicommiſſi à Duce Ferdinando ceſſis tam proprio, quam conſangnineorum nomine *dicto Summ. impreſſo num.* 6. quibus mediantibus aduerſus prætatos creditores Michaelis Antonij validè hęreditatem tueri poſſunt. Ideoque quatenus etiam præfata dimiſſio aliquem præ ſe ferret alienationem,
9 attamen tanquam alienatio, nedum vtilis hæreditati, ſed etiam neceſſaria nullatenus cenſetur prohibira, quamuis prohibitio ſit ampla *Soccin. Iun. conſ.* 48. *num.* 5. *ſeq. lib.* 2. *Abb. conſ.* 97. *num.* 11. *cum ſeq. Honded. d. conſ.* 58. *num.* 33. *lib.* 1. *Prot. conſ.* 65. *num.* 15. *& ſeq. lib.* 1. *Molin. de Primog. Hiſpan. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 25. *verſ. quod ſi ea tranſactio Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 718. *num.* 59. & 71.

Minus etiam obſtat alia tranſactio facta cum Octauio Blanco ſub cenſu ducatorum 1600. per ipſum proprio nomine empto, quia in ea nil prorſus Patres alienarunt, ſed acquiſiuerū vt ratam ſortis principalis dicti cenſus ſcutorum 1600., & alios ducatos 1000. pro fructibus decurſis; nullo enim modo iudicialiter huiuſmodi quantitatem Patres conſequi potuiſſent, cum obſtaret prohibitio Teſtatricis, & non haberent iuſtificationes, quod cenſus fuerit emptus pecunijs ad Duciſſam ſpectantibus.

Nec momenti eſt Sententia A. C reſeruans Iura Patribus agendi contra Octauium pro recuperatione prætij dicti cenſus, quia intelligitur prout de Iure, quamuis ſcilicet id iuſtificare poſſent, & reſpectiuè agere, & non alias. Et ſic non refert promiſſio facta in tranſactione de non moleſtando Octauium pro vlteriore illius reſtitutione, nam remanet inutilis, dum re vera eum legitimè moleſtare nequeunt.

Prætenſio autem quod ex forma Teſtamenti Duciſſæ non potuerunt Patres cum eo litigare nō facit ad rem pro obtinenda immiſſione, quia in caſu contrario nulla fuit adiecta pæna priua-
10 tionis, quæ appoſita in vna parte Teſtamenti non trahitur ad aliam, *Dec. d. conſ.* 273. *num.* 3. *Marcabrun. d. conſ.* 36. *num.* 75. *ad fin. cum ſeq. Eugen. dicto conſ.* 52. *num.* 12. *cum ſeq. lib.* 2. *Surd.*
11 *conſ.* 559. *num.* 6., & Actores non ſunt ſubſtituti in hoc caſu, ſed in alijs ibi *de alienatione vendita diſtractione, obligatione, & applicatione cum clauſula, e non altrimente, nè in altro modo &c.* quæ operatur, vt ſubſtitutio in alijs caſibus dicatur negata, vt in ſimili *Card. Seraph. deciſ.* 838. *numer.* 6 & 8.

Et ità vtraque, &c.

BARCHINONEN. PRÆPOSITVRARVM.

Veneris 20. Februarij 1660.

ARGVMENTVM.

Præpoſituræ quando cenſeantur conceſſę ob ſimplicem, & temporalem adminiſtrationem, & quando ad titulum beneficij Eccleſiaſtici?

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Dos eſt vnum ex præcipuis requiſitis Beneficij eccleſiaſtici.*

2 *Præpoſituram eſſe officiũ merè temporale colligitur, ex demandato exercitio puræ, & ſimplicis adminiſtrationis abſque vlla ſpiritualitate annexa.*

3 *Præpoſitura officium temporale reputatur, & Præpoſiti ſimplices adminiſtratores, quando Capitulum ſemper ad libitum diſpoſuit de bonis Præpoſituræ aſſignatis.*

4 *Præpoſituræ non cenſentur Beneficia Eccleſiaſtica ſi Præpoſiti illa dimittant in manibus dominorum, illaſque reaſſumant abſque noua collatione.*

5 *Beneficium Eccleſiaſticum ſemel dimiſſum abſque noua collatione acquiri nequit.*

6 *Beneficium Eccleſiaſticum ſaltem reſpectu accipientis debet eſſe perpetuum.*

7 *Præpoſituræ non cenſentur tituli Beneficiales, dum eſt in facultate concedentis minuere, & diſmembrare bona, & redditus Præpoſiturarum, & applicando redditus pinguioris præpoſituræ alteri tenui.*

8 *Bona Beneficio Eccleſiaſtico ſemel conceſſa, amplius nequeunt auferri, ſed penes Beneficiatum, vel Eccleſiam perpetuo manere debent.*

9 *Præpoſitura non cenſentur tituli Beneficiales, ſi Præpoſiti ante adeptionem poſſeſſionis Fideiuſſores præſtent concedenti, eoſque renouare promittunt poſt certum tempus.*

10 *Collatio Beneficiorum debet eſſe pura, libera, & abſque vllo onere, ſeu conditione.*

11 *Diſpenſatio Apoſtolica eſt omninò neceſſaria in Beneficijs ſub eodem tecto.*

12 *Confeſſio continens facta diuerſi temporis, poteſt diuidi, & pro parte acceptari, & pro parte non.*

13 *Scripturam producens ad eius fauorem cenſetur irreuocabiliter approbare omnia in ea contenta.*

14 *Status vltimus in Beneficialibus nunquam attenditur, conſtito per euidentes probationes de anteriori contrario.*

15 *Status vltimus Beneficij debet iuſtificari legitimè præſcriptus per ſpatium 40. annorum, quando agitur de mutando antiquum, & nouum imprimendo.*

16 *Prouiſiones, & collationes Apoſtolicæ nunquam immutant ſtatum Beneficij, niſi voluntas Papæ concurrat, ac ſcientia, & patientia eius de cuius præiudicio agitur.*

17 *Præſcriptio debet eſſe completa ante motam litem ſuper ſtatu Beneficij, ad hoc vt nouus poſſit in eo imprimi.*

18 *Ex actis, & ex proſecutis in cauſa, benè dignoſcitur quid fuerit in iudicio deductum.*

19 *Beneficij nomen generaliter ſumptum, aptum eſt comprehendere etiam Perſonatus, Adminiſtrationes, & officia.*

20 *Beneficia plura non licet obtinere in eadem Eccleſia abſque diſpenſatione Apoſtolica.*

21 *Verbum* Vacare *eſt aptum comprehendere quamcunque vacationem tam Beneficij, quam officij ſecundum ſubiectam materiam, à qua recipit interpretationem.*

22 *Adminiſtrationes, & officia finito tempore vacare dicuntur.*

23 *Teſtes non bene informati nullam fidem merentur.*

24 *Scripturis in concurſu, magis ſtandum, eſt quam Teſtibus.*

25 *Actus ab Adminiſtratore geſtus potius pro eo, cuius bona adminiſtrat, quam pro ſe ipſo geſtus cenſetur.*

26 *Præpoſituræ vnitæ beneficio Eccleſiaſtico, illorum naturam aſſumunt.*

27 *Beneficium vnitum transfunditur in propriam naturam illius cui vnitur, & incorporatur.*

DECISIO DCXXIII.

PRolato 21. *Februarij* 1656 voto rotali in quo præuijs duabus deciſionibus emanatis *coram bo. mem. Coccina* 11. *Maij* 1634. *in recent. deciſ.* 537. *par.* 5. *& coram bo. me. Dunozetto* 7. *Maij* 1648. 15. *Decembris* 1649. *&* 31. *Maij* 1655. pronunciatur Dominium bonorum ab initio aſſignatorum Præpoſituris, de quibus agitur, & aliorum particulariter donatorum a capitulo nec non bonorum ſpectantium ad Parochiales vnitas Præpoſituris Maij Septembris, Octobris ſpectare ad capitulum, Ideoque capitulum ſuper dictis bonis potuiſſe, & poſſe ſtatuere Agentes pro capitulo, & Canonicis inſteterunt penès Eminentiſſimos DD. Cardinales Ginettum, & Odeſcalcum Iudices deputatos pro Sententia diffinitiua, ſed Præpoſiti Maij Settembris, & Octobris ſe ſe oppoſuerunt allegantes ſub vnica Sententia terminandam eſſe totam cauſam, ipſiſque ſtatuendum, congruam non vti Adminiſtratoribus, ſed tanquam veris Beneficiatis, Ideò viſum fuit Eminentiſſimis Patribus iterum conſulere Rotam ſuper eo Aň Præpoſituræ, de quibus agitur ſint tituli beneficiales, & quanta congrua debeatur, quo diſcuſſo 14. *Decembris* 1657. quia Prępoſiti nitebantur *deciſioni Barchinonen. Præpoſituræ coram me emanata* 26. *Maij* 1655. in qua dictum fuerat Præpoſituram menſis Decembris eſſe beneficium Eccleſiaſticum, placuit DD. differre reſolutionem, & demandare quod dicta, deciſio reuideretur, quare hodie poſt Secundam cauſæ propoſitionem ex nouiter deductis reſolutum fuit recedendũ eſſe à deciſis, & Prępoſituras non eſſe titulos beneficiales.

Fundamentum enim dictæ deciſionis conſiſtens ſuper vltimo ſtatu collatiuo ceſſare penitus viſum fuit exprimendo, & primodiali ſtatu contrario expluribus comprobato, & primo ex Inſtrumento antiquiſſimo anni 1157. alias in Rota exhibito, & canonizato *Summ. impreſſo Capituli primæ poſitionis* 14. *Decembris* 1657. *num.* 1. ex quo licet in verbis explicita non habeatur erectio dd. Præpoſiturarum, euidenter tamen patet bona capituli pro eius vtilitate duodecim viris commendata fuiſſe in ſingulos Anni menſes diſtributis Prępoſitis ſucceſſiue nuncupatis, qui toto eorum vitæ tempore illa adminiſtrarent, & alimenta Canonicis, pręberent, nulla ijſdem conſtituta Dote, ſed ſimpliciter eis demandato
1 exercitio adminiſtrationis. Dos enim eſt vnum ex præcipuis requiſitis Eccleſiaſtici beneficij iuxta *Text. in cap. nemo de conſecrat. diſtinct.* 1. *Rota deciſ.* 263. *num.* 2. *verſ. nec quoad aliquam Dotem*
2 *par.* 4. *recent.* Et demandatum exercitium puræ, & ſimplicis Adminiſtrationis abſque vlla ſpiritualitate annexa ad oculum demonſtrat Præpoſituras eſſe officia merè temporalia, vt in ſpecie reſponſum fuit *coram Durano deciſ.* 340. *num.* 4. *& deciſ.* 331. *num.* 2.

Secundo ex alijs publicis documentis pariter in Rota exhibitis ex quibus apparet capitulum,
3 de bonis, quæ aſſignata erant Pręposituris ad libitum ſemper diſpoſuiſſe, illa alienando, donando, hypothecando, ac in emphyteuſim concedendo cum enunciatiuis proprij Dominij, Hinc enim nedum conuincitur Dominium bonorum

norum penes capitulum, ſed etiam comproba-
tur qualitas officij mere temporalis, & ſimplicis
adminiſtraiionis penes Præpoſitos, vt ponde-
rant pręallegatę deciſiones huius cauſę, & ſi-
gnanter illa *bo. me. Dunozetti* 15. *Decembris* 1649.
§. originale ſiquidem, & §. Tum etiam.
4 Tertio ex quo Præpoſiti ad libitum Præpoſi-
turas in manibus capituli dimittunt, eaſque reaſ-
ſumunt ſinè alia noua collatione *hodierno Summ.*
capituli impreſſo num. 5. quod omnino repugnat
5 Eccleſiaſtico beneficio, nam ſemel dimiſſum
abſque noua collatione acquiri nequit, vt tra-
dit *Pariſ. de reſignat. benef. lib. 1. quæſt. 14. num.*
6 20. *cum ſeqq.*, & ſaltim reſpectu accipientis de-
bet eſſe perpetuum *cap. ſanctorum 70. diſt. Caſſad.*
deciſ. 4. num. 2 de prabend. Card. Caual. deciſ. 635.
num. 9.

Quarto ex Statuto à capitulo condito anno
7 1538 *eodem Summ. num.* 7. vbi capitulum ſibi
facultatem reſeruat minuendi, & diſmembrandi
bona, & redditus Præpoſiturarum, applicando
redditus pinguioris Præpoſituræ alteri tenui, vt
ad hunc effectum conſiderant deciſiones huius
cauſæ, quæ ſanè diſmembratio repugnat titulo
8 beneficiali, cum bona ſemel Beneficio conceſſa
amplius nequeant auferri, ſed penes Beneficia-
tum, vel Eccleſiam perpetuo manere debent, vt
in his terminis *Pen. deciſ. 611. num. 8. ſecundum*
impreſſ. Venetiam, & 814. num. 6. circa med. ſecun-
dum impreſſ. Lugdun., & in Camerinen. Dotis 9.
Iunij 1636. coram bo. me. Card. Hieronimo Veroſpia
§. & prior.

Quinto accedit quod Præpoſiti ante adeptio-
9 nem poſſeſſionis ad fauorem capituli fideiuſſo-
res præſtant, eoſque renouant de quinquennio
in quinquennium *eodem. Summ. capituli num. 7.*
littera C. num. 19. littera B., & num. 20. littera C.
huiuſmodi enim pacta præſtandi, & renouandi
fideiuſſores ſtatum beneficialem excludunt, quia
10 Beneficiorum collatio debet eſſe puta libera, &
abſque vllo onere ſeù conditione vt conſiderat
Abb. conſ. 47. num. 2. verſ. 4. conſideratur lib. 2. cum
alijs allegatis in d. deciſ. 381. num. 6. coram Duran.

Sexto quia ex datis in *Summ. impreſſo Capituli*
primæ poſitionis num. 3. conſtat Præpoſituras tam
Epiſcopo, quam etiam Canonicis quandoque
fuiſſe collatas abſque diſpenſatione Apoſtoli-
11 ca, quæ omninò neceſſaria eſt in beneficiis
ſub eodem tecto, vt expreſſe ſtatuitur *in cap. de*
multa de prabend., & dignit. & latè tradit. Garz.
de benef. par. 11. cap. 5. §. 8. num. 182.

Septimo denique ex depoſitionibus plurium
Teſtium capituli de anno 1583. examinatorum
explicitè deponentium Præpoſituras, de quibus
agitur non eſſe Eccleſiaſtica Beneficia *hodierno*
Summ. Capituli impreſſo num. 41 iunctis iurata
confeſſione Præpoſitorum in articulis de dicto
anno medio Iuramento productis, ac ſubſequu-
ta reſponſione vnius ex Præpoſitis ad poſitio-
nes capituli *eadem Summ. vlt. poſitionis num. 3. &*
4. vbi ſpecificè aſſeritur, & vltro admittitur
Præpoſituras antiquitus non fuiſſe Beneficia, ſed
poſtmodum tractu temporis Beneficij naturam
12 aſſumſiſſe; quæ confeſſio in articulis, & poſi-
tionibus plene probat reiecta qualitate, quod
fuerint effectæ collatiuæ *Card. Seraph. deciſ. 1359.*
num. 10. & in Narnien. pecuniaria coram Card.
Pamphilio penes Marches, par. 2. fol. 576.

Nec vrget, quod dicti articuli confecti, &
producti fuerint à Procuratore ſine ſpeciali
mandato ad ſic, & ſic articulandum.

Quia vltra quod adeſt expreſſa confeſſio vnius
ex Præpoſitis ad poſitiones capituli ad inſtan-
tiam eorundem Præpoſitorum, ſuper dd. arti-
culis plures fuerunt examinati Teſtes, ipſique
Præpoſiti illorum depoſitiones tam in partibus,
quam in Rota exhibuerunt, & ad eorum fauo-
13 rem deduxerunt, Ideoque factum Procuratoris
irreuocabiliter approbaſſe cenſentur ad *notat.*
per Innoc. in cap. cum olim num. 6. de Cenſ. & coram
Merlin. deciſ. 702. num. 25., & *Buratt. deciſ. 576.*
num. 14. & ſub num. 70. vbi firmat eo magis pro-
cedere concluſionem quando per tot annos, vt
hic, non fuit reuocatum.

Probato itaque ex deductis primęuo, & ori-
ginario ſtatu Præpoſiturarum corruit fundamen-
tum deciſionis coram me æditæ ſuper vltimo ſta-
14 tu collatiuo, quia in beneficialibus nunquam
attenditur, conſtito, vt hic, per euidentes pro-
bationes de anteriori contrario *Rot. in recent. de-*
ciſ. 229. num. 3 & 4. part. 1. coram Eminentiſſimo D.
Card. Otthob. deciſ. 240. num. 25. ac in alijs relatis
in Volaterana Cappellania 27. Iuny 1650. coram bo.
me. Dunozetta, & in ſpecie Præpoſiturarum Princi-
patus Cathaloniæ reſpondit Rota coram Duran. dicta
deciſ. 340. num. 12. & in d. deciſ. 263. num. 1. in
15 *fine par. 4. recent.* præſertim quia vltimus ſtatus
nullatenus iuſtificatur legitimè præſcriptus per
ſpatium 40. annorum, vt neceſſarium eſt quan-
do agitur de mutando antiquum, & nouum
imprimendo, vt teſtatur *Rota coram Comitul. dec.*
80. num. 21. latè Add. ad Greg. deciſ. 434. num. 20.
Duran. dicta deciſ. 340. numer. 19. & ſeqq. & 381.
numer. 2.

Nec vim faciunt prouiſiones, & collationes
16 Apoſtolicæ, quia illæ nunquam immutant ſta-
tum beneficij niſi voluntas Papæ concurrat, ac
ſcientia, & patientia eius, de cuius præiudicio
agitur *Calderin. conſ. 26. in fin. de prabend. Card.*
Seraph. deciſ. 1301. num. 2. Rot. deciſ. 359. num. 8.
par. 1. diuerſ. & in alijs relatis in Reatina Vicariæ
28. Iuny 1647. coram me, & in Lauden. Parochialis
9. Iunij 1649. coram Reuerendiſſimo Papien. §.
non releuat.

Vtrumque autem ceſsat in propoſito volun-
tas ſcilicet Papæ dum ei non innotuit qualitas
Præpoſiturarum; Patientia verò capituli, dum
pluries recuſauit poſseſſionem tradere eamque
metu cenſurarum conceſſit *eodem Summ. capituli*
num. 18. vel præmiſſis proteſtationibus litium
præſeruatiuis, vel ſaltem præſtita cautione dan-
di, & renouandi fideiuſsores *eodem Summ. à num.*
16. *ad* 40. Ac appellationem interpoſuit, & com-
miſſiones obtinuit contra prouiſos Apoſtolicos
in titulum *d. Summ. num. 14.*

Immò ponderarunt Domini nonnullas ex A-
poſtolicis prouiſionibus ſpecificè loqui de ſim-
plici officio, & ſignanter infraſcriptas, nempè
Præpoſituram menſis Maij *hodierno Summ. num.*
22. Præpoſituram menſis Septembris *eodem Sum.*
num. 24. & 25. & 26. Præpoſituram menſis Oc-
tobris *num. 31. & 33. littera A. 34. & 35.* Præ-
poſituram menſis Nouembris *num. 36. & 37.*
Præpoſituram menſis Decembris *num. 16. 18. &*
19. Vltima verò Hieronymi Comelles concepta
fuit alternatiue ſub nomine beneficij *eodem Sum.*
num. 22. vnde huiuſmodi prouiſiones non ſunt
contrariæ, ſed vniformes ſtatui antiquo.

Et licet reliquæ non loquantur de officio ob-
tentæ tamen fuerunt poſt motam litem anno

Digitized by Google

17 1582. & conſequenter ſunt in ſufficientes ad
præſcriptionem inducendam pro imprimendo
nouo ſtatu in beneficio, quia ad iſtum effectum
præſcriptio debet eſse completa ante motam li-
tem, *Card. Seraph. deciſ. 1227. num. 3. & in re-
cent. deciſ. 308. num. 4. part. 1.*

Non obſtat, quod dicto anno 1583. non fuit
mota lis ſuper qualitate Præpoſiturarum, ſed
ſuper validitate ſtatuti conditi à capitulo ſuper
præſtatione portionum Canonicalium inſpecie-
bus, vel in pecunia, quia licet id verum ſit,
nihilominus in proſequutione cauſæ ſpatio tot
annorum, fuit etiam in Iudicio deducta quali-
tas Præpoſiturarum, vt aperte deſumitur ex ar-
ticulis hinc inde productis *dicto Summ. capituli nu-
mer. 2. & 3.* iuncta reſponſione vnius ex Præpo-
ſitis ad poſitiones capituli *num.* 4 nec non etiam
ex dd. commiſſionibus ad inſtantiam capituli
ſucceſſiuè obtentis ſtatim habita notitia impe-
trationum earundem Præpoſiturarum vt euenit
in Præpoſituris Maij Settembris, Nouembris, &
Decembris *dicto num.* 14. ex actis etiam, & pro-
18 ceſsuris bene dignoſcitur quid fuerit in iudicio,
deductum vt fuit dictum in *Leodien. pecuniaria 2.
Martij* 1648: *coram bo. mem. Bichio §. qua propter
in fine.*

Neque ſtatum beneficialem concludunt reli-
qua ab informantibus pro Præpoſitis adducta
percutientia tempus ante motam litem, Breue
ſiquidem Innocentij VIII. anni 1448. *eodem Sum.
num.* 15. emanatum ad preces, & inſtantiam
capituli, & trium Præpoſitorum ſimpliciter con-
tinet aſſignationem 30. librarum ad fauorem
dd. Præpoſitorum, quinimmo dum vlterius diſ-
ponit fructus erogandos in portiones integras
Epiſcopi, Canonicorum, & Cæterorum parti-
cipantium, reſiduum verò in portiones abſentium
ac annis ſingulis reddendas eſse rationes ex his
conuincitur aperta excluſio tituli beneficialis.

Statutum anni 1470. ſolum diſponit circa
modum diſtribuendi fructus Præpoſiturarum
vacantium vt ſcilicet ex illis ſoluantur primo lo-
co portiones reſidentibus, reliquum verò inter
abſentes diſtribuatur, neque verba illa *na loco
beneficij eis maleficium ſuccedat*, intelligenda ſunt
non de beneficio Eccleſiaſtico, ſed de vtilitate ſeù
commodo ad quod ſtatutum proſpexerat, vt ex
illius lectura conuincitur *eodem Summ. num.* 8.

Alterum verò ſtatutum anni 1537. *dicto Summ.
num.* 45. emanauit in odium obtinentis Præpo-
ſituras, vt ſcilicet intra certum tempus poſseſ-
ſionem petere teneantur, ne capitulum interim
debitis fraudetur portionibus, & nihil ſtatuit
circa naturam Præpoſiturarum, nec aliqua vis
fieri poteſt in illis verbis ſtatuti ibi *Dignitatis ſeù
Beneficij*, quia ex hoc non poteſt inferri Præpo-
ſituras fuiſse habitas à ſtatuentibus pro Benefi-
cijs, ſed verba illa tanquam generaliter prola-
ta, impropriè ſunt intelligenda, cum nomen
19 *beneficium* generaliter ſumptum aptum ſit com-
prehendere etiam perſonatus, adminiſtrationes,
& officia, vt notat *Staffil. de litt. grat. tit. de grat.
expect. §. 6. igitur forma num. 4. circa med. & ad
trad. per Garz. de benef. par. 1. cap. 1. num. 8. cum
ſeqq.* Prout docuit obſeruantia, dum capitulum
verbo, & factis ſemper pro adminiſtratione pu-
ra, & ſimplici reputauit.

Nec releuat viſitatio Cardinalis Legati de
anno 1229. de qua in *Summ. Præpoſitorum ſecundæ
poſitionis num.* 21. quia nihil ſtatuit circa natu-
ram Præpoſiturarum, ſed ſolum diſponit circa
modū eas diſtribuendi inter canonicos cum va-
care contigerint, præferendo Pauperem diuiti,
& magis dignum minus digno, vt apparet ex
toto contextu eiuſdem viſitationis; ex hoc enim
potius deſumitur validum argumentum pro ex-
cluſione tituli beneficialis nam ſi vere Præpoſi-
turæ eſsent beneficia Eccleſiaſtica, vtiquè non
permiſiſset eas conferri canonicis, cum in ea-
20 dem Eccleſia vt dictum eſt, non liceat plura
beneficia obtinere abſque diſpenſatione Apo-
ſtolica.

Ponderatio verò quod viſitatio loquens de
21 Præpoſituris vtitur verbo *vacare*, nil concludit
ad titulum beneficialem, quia huiuſmodi ver-
bum eſt aptum comprehendere quamcumque
vacationem tam beneficij quam officij ſecun-
dum ſubiectam materiam, à qua recipit inter-
22 pretationem Adminiſtrationes enim, & officia
finito tempore vacare dicuntur optimè *Pen. d.
deciſ. 814. num. 5. & 6.*

Nec refragantur vniones trium Parochialium
de Bitulonia de Argentona, ac S. Ioannis del
Pinu Præpoſituris maij Settembris, & Octobris;
Nam præterquam ceſserunt ad commodum, &
vtilitatem capituli, vt firmauit *Rota coram bo.
me. Dunozetto 17. Maij 1647. §. ſecundus verò ar-
ticulus*, reſpectu Præpoſituræ menſis Septembris
oſtenditur contraria obſeruantia cum collata
fuerit de anno 1557. tanquam de ſimplici offi-
cio *eodem Summ. num.* 30.

Minuſuè obſtant Teſtes pro Præpoſitis addu-
cti ſuper quibus ſe fundat *deciſio coram me*. Pri-
mus enim deponens de viſu per 40. & 50. annos
loquitur de Præpoſitura Monaſterij S. Cucuſati
ideoque eius depoſitio extendi non valet ad cō-
trouerſas Præpoſituras omninò diuerſas non
concludit an fuerint collatæ à Papa, vel Ordi-
nario tanquam de beneficio, vel officio, cæte-
ri verò nec minùs probant, quo titulo fuerint
factæ collationes, nec deponunt de prædictis re-
quiſitis ad mutationem ſtatus, & proinde tan-
23 quam non benè informati nullam merentur fi-
dem præſertim dùm ex multiplicatis collationi-
bus apertè deſumitur eas fuiſſe factas tanquam
24 de officiis, in concurſu enim potius ſcripturis,
quàm teſtibus ſtandum eſt *Coccin. deciſ. 235. nu.* 17

Parum quoque releuat præpoſitos in Eccleſia
habitum deferre, ac ſtallum in choro obtinere,
etenim delatio habitus non concludit pernecesſ-
ſe titulum beneficialem, cum in eadem Eccleſia
etiam non beneficiari, & Præpoſiti nuncupati
di gratia ſimilem habitum deferant ex mera libe-
ralitate, & conceſſione Capituli, vt legitur in
Conſtitutione anni 1555. *eodem Summario Capi-
tuli n.* 42. & deponunt quoque teſtes *n.* 43.

Aſſignatio autem Stalli in Choro pariter pro-
ceſſit ex gratia, & diſpenſatione Capituli cùm
expreſſa declaratione, & proteſtatione in actu
aſſignationis pro illa vice tantum, itaut non
tranſeat in exemplum *dicto Summ. num. 31. littera
B. num. 23. littera A. num. 33. littera B.* Vltra quod
Capitulum poſſeſſionem Præpoſiturarum ali-
quando tradidit abſque aſſignatione Stalli, vt
patet ex duobus Inſtrumentis *eodem Summ. nu. 16.
littera C. & num. 44.*

Denique non vrgent actus geſti in apprehen-
ſione poſſeſſionis alicuius Parochialis Præpoſi-
ris vnitæ conſiſtentes in clauſura Oſtij Eccleſiæ
diſcooperitione Altaris, apertione miſſalis, &

B b b ſimi-

ſimilium, poſſent quidem præfati actus deſeruire pro coniectura Beneficij quoties conſtaret geſtos fuiſſe à Præpoſitis in Eccleſia Barchinoneñ ſecùs verò ſi facti fuerint in Eccleſijs vnitis ad
25 vtilitatem Capituli, Tunc enim ab eis tanquam Adminiſtratoribus potius nomine Capituli, quã proprio geſti cenſentur, vt benè huic obiectio reſpondet *vltima deciſio coram Dunozetto 31. Maij 1655. §. Primo quia.*

Nec applicatur *deciſio in Gerunden. Canonicatus, & Præpoſituræ 21. Maij 1647. coram bo. me. Dunozetto*; quia eo caſu præpoſitura vnita fuerat beneficio Eccleſiaſtico; ideoque merito ibi
26 firmatur ipſam aſſumpſiſſe naturam Eccleſiaſtici Beneficij; quia per vnionem acceſſorie factam
27 beneficium vnitum transfunditur in propriam naturam illius, cui vnitur, & incorporatur ad tradita per *Gonzal. ad regul. 8. gloſſ. 5. §. 7. nu. 3. 27. & 33* at in caſu noſtro Parochiales fuerunt vnitæ præpoſituris pro augumento redditum, & pro ſupportandis oneribus eiſdem incumbentibus; ideoque præpoſituræ non poſſunt aſſumere naturam Parochialium vnitarum, ſed remanent in ſuo eſſe, hoc eſt in mera temporalitate, vt erant ante vnionem.

Alia verò *deciſio Dertuſen. Augumenti 24. Martij eiaſdem anni coram R. P. D. meo Veroſpin*, procedit in terminis præpoſituræ, erectæ in titulum, & poſſidentis bona iure dominij, vt conſiderant poſtremæ deciſiones cauſæ *coram Dunozetto.*

Ex quibus reſolutum fuit Præpoſituras non eſſe titulos beneficiales, & recedendum eſſe *à deciſione coram me edita 26. May* 1655. vtraque parte informante, &c.

AVENIONEN. FIDEICOMMISSI.

Veneris 27. February 1660.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum factum ad interrogationem, & ſuggeſtionem alterius eſt nullum, non probata præcedenti determinata voluntate teſtatoris ita teſtandi, prout neque ſuſtinetur teſtamentum conditum in delirio, & Phræneſi; Et quando delirium ad hunc effectum ſatis dicatur probatum?

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum conditum ab infirmo, & morti proximo ad interrogationem, & ſuggeſtionem Notarij eſt nullum, non docto quod Teſtator ità determinatè voluerit.*

2 *Delirium, ſeù Phræneſis cum tangat memoriam, & intellectum, impedit etiam teſtamenti factionem.*

3 *Teſtamentum factum ad interrogationem ex ſuggeſtionem Notarij eſt nullum, non probata præcedenti voluntate teſtatoris ita teſtandi.*

4 *Furorem, ſeù dementiã allegans tenetur eam concludentiſſimis probationibus iuſtificare.*

5 *Ex præſumptione Iuris, & natura quilibet cenſetur ſanæ mentis.*

Teſtamentum, vt irritetur ex capite furoris ſatis eſt dubiam reddere ſanitatem mentis, quando teſtamentum fuit factum ad ſuggeſtionem alterius, non docto de præordinata voluntate Teſtatoris.

7 *Teſtamentum non dicitur continere laudabilem diſpoſitionem, ſi teſtator in eo non meminit animæ ſuæ, matri nihil, aut patri reliquit, nec filiæ de dote, ſeù alimentis prouidit.*

8 *Teſtamentum dum eſt conditum ad interrogationẽ, & ſuggeſtionem alterius, ordinatio in eo contenta non debet adſcribi Teſtatori, ſed interroganti*

9 *Teſtes non dicuntur varij, ex quo aliqui deponant de octo, alij de ſeptem, alij de quatuor diebus, cum in minori tempore dicantur conteſtes.*

10 *Paupertas non minuit fidem teſtibus, dum alioquin ſunt bonæ conditionis, & famæ.*

DECISIO DCXXIV.

PLacuerunt Dominis fundamenta deciſionis coram me emanatæ 24. Ianuarij 1659. pro denegatione Immiſſionis à Margharita, & Magdalena de Viennot petitæ.

1 Agitur enim de Teſtamento per Ioannem condito dum erat infirmus, & morti proximus ad importunam Notarij ſuggeſtionem ſæpius reiteratam non docto, quod determinate ita voluerit teſtari, quapropter ſimile teſtamentum ſuſtineri non poteſt, vt limitando contrariam concluſionem firmatam à *gloſſ. & DD. in l. Iubemus C. de Teſtam.* tradunt *Roman. conſ. 306. nu. 6. verſ. ego vero pro veritate Soccin. conſ. 229. n. 7. verſ. Præterea ſubdit lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 183. n. 31. & 32. lib. 2. Corn. conſ. 103. circa finem verſ. & licet quando libro 1. Clar. in §. teſtamentum q. 37. n. 7. cum alijs relatis in Senogallien. Bonorum 30. May 1644. §. eoque magis circa finem confirmata 15. May 1645. coram me.*

Et quod magis eſt ex pluribus iuſtificatur cõditum fuiſſe per diem antequam Ioannes obiret tempore, quo erat in delirio, & phræneſi cum aſſidua mentis alienatione, qua oppreſſus extitit vſque ad obitum, vt comprobatur in deciſione ex propria confeſſione Simonis Patris dictarum mulierum *præterito Summario Annæ Chazellæ num. 6. & 15.* ex pluribus Teſtibus, quorum alij ſunt teſtamentarij, alij inſeruierunt, & continuo aſtiterunt Ægroto, alij viderunt impedimentum præſtare ne Teſtator de feneſtra ſe proijceret, & alij hæc omnia de publica voce, & fama deponunt *dicto Summ. num. 2. 8. 9. 12. & 16. cum tribus ſeqq.* & denique ex atteſtatione Medici, & Aromatharij, qui illum curarunt *eodem Summ. num. 20.*

Hinc enim ex huiuſmodi iuſtificationibus concludenter probatur delirium, & phræneſis,
2 quæ cum tangat memoriam, & intellectum, impedit etiam Teſtamenti factionem, vt probat *Text. in cap. cum dilectus de ſucceſſ. ab inteſtato relatus in deciſione §. probatur enim*; Et quamuis probatio, vt acriter contendunt Informantes pro Mulieribus Collitigantibus] non videretur vndequaque perfecta cum dubium eſſet Teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis tempore Teſtamenti ſtante enim huiuſmodi dubietate, etiam confirmaretur concluſio, quod Teſtamentum ſit nullum
3 factum ad interrogationem, & ſuggeſtionem Notarij non probata præcedenti determinata voluntate Ioannis ita teſtandi, vt admittit *Alex. conſ. 12. ſub num 6. vol. primo* & latè probat *Curt. d. conſ. 103. in fine verſ. & maxime prædicta lib. primo Menoch. conſ. 45. num. 17. Io. Bapt. Spad. conſ. 93. num. 16. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 2. tit. 5. nu. 8. in fine verſ. Et ita his duobus Card. Mantic. deciſ. 60. num. 6.*

4 Non obſtat, quod qui allegat dementiam, & furorem teneatur eum concludentiſſimis rationibus probare, & grauetur onere exactiſſimæ
5 probationis ob indubitatam naturæ, & Iuris præſumptionem, quod quilibet cenſetur mentis compos ex adductis per *Rotam in recent. deciſ. 33. n. 18. cum ſeqq. par. 7. & in Melcottana Hæreditatis 15. Aprilis 1644. coram me §. multoque minus.*

Quia (præterquod in caſu noſtro probationes

ſun

Digitized by Google

ſunt plenæ, & concludentes, vt latè in alia de-
ciſione firmatur) id procedere poteſt in Teſta-
mento per Infirmum condito, atque in caſu, quo
de illius indubitata voluntate doceetur, At in
Teſtamento facto, prout hic, ad interrogatio-
nem in cuius ſtipulatione à Notario ſuggeſtiuè,
ac reiterate requiſitus fuit Teſtator reſpectu in-
ſtitutionis hæredis, *dite Franceſco, dite Giorgio*,
cui ſimpliciter reſpondit, *Franceſco, e Giorgia*
abſque alia verborum expreſſione, & ſine clario-
ri ſuæ voluntatis declaratione de qua nulla pror
6 ſus datur iuſtificatio, quod conſtans, & vnifor-
mis fuerit ei, quæ continetur in teſtamento non
exigitur talis exacta iuſtificatio dementiæ, ſed
ſufficit dubiam reddere ſanitatem mentis, vt te-
ſtamentum irritetur ex *Corn. Menoch. & aliis ſupra
allegatis*, quibus non aduerſantur deciſiones in
obiecto relatæ, cum loquantur in primo, non
autem in hoc ſecundo caſu.

Nec refert, quod Teſtamentum contineat or-
dinariam, & laudabilem diſpoſitionem.

7 Quia dum teſtator in eo non meminit de ani-
ma ſua, pro qua nec obulum reliquit, matri ve-
rò vnicum tantum ſcutum legauit, & filiæ nec
de dote prouidit, nec de alimentis excluditur
hæc laudabilis diſpoſitio, vt ad propoſitum pon-
derant *Bertrand. conſ. 48. n. 27. & 28. lib. 1. Mandell.
Alb. conſ. 414 n. 35. Seſſ. dec. Aragon. 56. nu. 18.* & vl-
8 terius in caſu noſtro talis ordinatio non poteſt
adſcribi teſtatori, ſed interroganti, *Menoch. d. conſ.
45. n. 40. Ioſeph Ludouic. concluſ. 59. ampliat. 7. verſ.
hæc tamen ampliatio*.

Nec obſtat, quod Teſtes ſint varij circa tem-
pus, quo Ioannes incidit in phræneſi, quodque
pro maiori parte ſint perſonæ pauperes, & viles.
Quia dum omnes conueniunt extitiſſe phrene-
9 ticum die condiri teſtamenti, cum nonnulli de-
ponant de ſeptem, ſeù octo diebus, alij de ſex,
cæteri, verò de tribus, ſeù quatuor ante obitum
in minori tempore ſunt conteſtes, quod ſufficit,
cum Teſtator obierit die ſequenti poſt conditum
Teſtamentum *Card. Seraph. deciſ. 111. nu. 2. & Gre-
gor. deciſ. 558. pariter num. 1. ibique Add. littera A.*
10 Paupertas verò eis non minuit fidem, dum alio-
quin ſunt bonæ conditionis, & famæ *Caſar de
Graſſ. deciſ. 9. num. 5. de Teſtib. Buratt. deciſ. 555. nu-
mer. 11. & deciſ. 725. num. 12.*

Cæterum ad depoſitionem Parochi, accepta-
tionem teſtamenti factam ab Anna, & ad alia
denuo repetita ſatis reſponſum fuit in altera de-
ciſione, cuius fundamenta Dominis placuerunt:
Et ita reſolutum fuit pro eius confirmatione
vtraque Parte Informante.

ROMANA CASALIS SANCTÆ AGATHÆ.

Veneris 27. Februarij 1660.

A R G V M E N T V M.

Inſtrumentum non eſſe legale proindeque non exe-
quendum, colligitur ex vitijs intrinſecis, & ex
contraria obſeruantia, & quomodo?

S V M M A R I V M.

1 *Inſtrumenti legalitas tollitur ex eius vitijs intrinſe-
cis, puta ob varietatem caracteris, & diuerſi-
tatem Papyri, & manus, ac attramenti, & ſi-
milium.*

2 *Inſtrumento fides adimitur in ciuilibus ex ſola
ſuſpicione falſitatis.*

3 *Pacta in inſtrumento à Contrahentibus appoſita,
non poſſunt ex poſt facto ab altera ex partibus
alterari, aut aliter moderari.*

4 *Obſeruantia contraria regulariter detrahit fidem
nedum ſcripturæ informi, ſed etiam publicæ,
& ſolemni.*

D E C I S I O DCXXV.

AD formam deciſionis æditæ coram R. P. D.
meo Priolo 15. Ianuarij 1659. emanauit ſen
tentia rotalis declarans Inſtrumentum nomina-
tionis ad emptionem Caſalis S. Agathæ non eſſe
legale, nec exequendum, quam hodie coram
me in gradu appellationis confirmandam eſſe
reſponſum fuit ex fundamentis in deciſione de-
ductis.

1 Tollitur enim legalitas inſtrumenti tam ex eius
vitijs intrinſecis ob varietatem caracteris, &
diuerſitatem papyri, & manus, ac atramenti in
figuris abacalibus, & vlterius ex quo ſubſcrip-
tiones quatuor teſtium ibidem adiectæ vna ea-
demque manu videntur conſcriptæ, quam etiam
ex præſumptionibus, & coniecturis extrinſecus
elicitis, & ſignanter ex reiterata confeſſione al-
terius partis peracta de conſilio peritorum, quod
nolebat vti dicto Inſtrumento, & ex quo in tot
alijs inſtrumentis deinde celebratis tam ſuper
diuiſione caſalis inter nominatos, quam ſuper
redemptione ab eis, in quos reperiebatur diſtra-
ctum vnquam fuit facta mentio, quod pretium
eſſet reinueſtiendum pro fideicommiſſo iuncta
ſententia in iudicio criminali ſuper eius falſita-
te emanata, ex quibus ademptam remanere fi-
2 dem inſtrumento præſertim in ciuilibus, vbi ſo-
la ſuſpicio ſufficit *plene in dicta deciſione firmatur*.

Quibus additur, quod dum Epiſcopus Tri-
nentinus in Inſtrumento emptionis Caſalis con-
ſenſerat pacto liberè redimendi per Venditorem
nulla adiecta obligatione inueſtiendi pretium
pro fideicommiſſo inuerìſimile eſt, quod volue-
rit poſt perfectum contractum inſcio, & abſente
Venditore apponere in Inſtrumento nominatio-
nis nouum onus inueſtiendi pretium, & redimen
tem cogere ad inueſtiendum contra formam fa-
3 cultatis libere reſeruatæ, quæ ex poſt facto coar-
ctari, & alterari, aut aliter moderari non poteſt,
*ad Text. in l. debitorum pactionibus C. de pact. Giurb.
dec. 79. n. 17. cum ſeqq. Fontanell. dec. 540. n. 3. & 4.*

Certius dum inde redemptio facta fuit ad for-
mam Inſtrumenti Venditionis, non autem In-
ſtrumenti nominationis, ac pretium fuit liberè
ſolutum, & reſpectiuè receptum abſque vlla
Partium reclamatione; Inde enim reſultat inob-
4 ſeruantia oneris, vt aſſeritur appoſiti in dicto
nominationis Inſtrumento, quæ regulariter de-
trahit fidem nedum ſcripturæ informi, ſed etiam
publicæ, & ſolemni *Card. Caual. deciſ. 625. num. 6.
Rota recent. deciſ. 103. num 8. par. 2. & Emmentiſſi-
mus D. Card. Ottbobon. deciſ. 40. num. 22. & 23.*

Et ita vtraque, &c.

ROMANA, ſeù IANVEN. HÆREDITATIS.

Veneris 5. Martij 1660.

A R G V M E N T V M.

Exequutio ex quibus dicatur attentata, & quinam
actus non ſint attentati, licet geſti poſt interpo-
ſitam appellationem, & præſentatam Inhibitio-
nem?

S V M M A R I V M.

1 *Exequutio decreti conditionalis conſumata ante im
plementum conditionis eſt attentata.*

2 *Sententia in qua fuit adiecta aliqua clauſula per
ablatiuum abſolutum redditur conditionalis, nec
eſt exequenda ante purificationem conditionis.*

Digitized by Google

3 *Compenſatio debiti non poteſt dici facta cum credito mobilium, niſi ſaltem præceſſerit liquidatio illorum valoris prauia auctoritate Iudicis, & partis declaratione.*

4 *Clauſula*, ſine præiudicio legitimæ exequutionis *appoſita in commiſſione operatur dumtaxat, quod Iudex à quo poſſit exequi contenta in ſuo decreto, non autem quod poſſit noua decreta facere.*

5 *Clauſula*, ſine præiudicio legitimæ exequutionis *ad ea tantum reſtringitur, quæ in præcedenti decreto, ſeu ſententia continentur.*

6 *Actus co ſequutiuus, & de appendicibus exequutionis poteſt conſumari per iudicem à quo ſtante clauſula*, ſine præiudicio legitimæ exequutionis *appoſita in commiſſione.*

7 *Declara hoc tantum procedere in actibus conſequutiuis neceſſarijs, prout eſt poſſidere, percipere fructus, & ſimilia.*

8 *Secus autem in actibus ſeparatis, & in ijs quorum præiudicium non poteſt reparari in petitorio.*

9 *Actus licet conſequutiui, & de appendicibus exequutionis geſti poſt appellationem, & Inhibitionem ſunt attentati, dum non ſunt neceſſarij, ſed ſeparati, & quorum præiudicium non poteſt reparari in petitorio.*

10 *Lite pendente in Rota, omnia acta coram quocunque alio iudice facta ſunt attentata.*

11 *Recurſus ad iudices Laicos præſumitur habitus ab habente intereſſe in cauſa, niſi habita ſcientia decreti ab ipſis facti, eis expreſsè non renunciauerit.*

DECISIO DCXXVI.

OBijt ab inteſtato Dominicus Riarola ſuperſtitibus Paulo Baptiſta fratre germano, & Thomaſina Nepte ex Bernardino altero fratre, quæ expedito in Curia Burgi mandato de immittendo cum ſolita clauſula, *dummodo poſſeſſio ſit vacans, & ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura* curauit ibidem fieri Inuentarium bonorum hæreditariorum Dominici, quę remanſerunt penes Paulum Baptiſtam ſub obligatione Camerali de illa conſignando ad omne mandatum Domini *Summario Bonini, & Conſortum n. 1.*

Egit deinde Thomaſina contra Paulum Baptiſtam Patruum coram AC. & ſer. ſer. obtinuit mandatum de conſignando medietatem bonorum contentorum in dicto inuentario compenſatis ſcutis 1100. monetæ Ianuæ ſibi per ſolutis *d. Summ. nu. 7.* a quo interpoſita appellatione Signatura cauſam mihi commiſit 15. Martij 1658. cum clauſula, *ſine præiudicio legitimæ exequutionis.*

Verùm oppoſitis attentatis ab vtraque Parte, propoſui Dubium An conſtet de attentatis hinc inde, & Domini affirmatiuè reſponderunt, vt intra.

1 Exiſtimarunt enim Thomaſinam attentaſſe. Primo quia curauit procedi ad exequutionem mandati de conſignando non facta compenſatione dd. ſcut. 1100. quæ in primis, & ante omnia fieri debebat, ex quo vti adiecta per ablatiuum
2 abſolutum, reddebat conditionale mandatum non exequendum niſi huiuſmodi conditione purificata, *Rota coram Buratt. deciſ 812. num. 6. apud Poſth. de manut dec. 92. n. 3. & in Camerinen. Hæreditatis 7. Maij 1621. coram bo. me. Pirouano §. non obſtat cum ſeq.*

Nec refert, quod non obtinuerit conſignationem medietatis mobilium, argentorum, & pecuniarum in Inuentario deſcriptarum, ſed duntaxat nonnullorum locorum Montium, quia
3 cum illiquida ſit quantitas valoris mobilium, aliarumque rerum non conſignatarum, prætendi non poteſt eum eis factam fuiſſe compenſationem, cum ſaltem debuiſſet præcedere illorum liquidatio etiam Iudicis auctoritate peragendæ præuia Partis declaratione, vt fuit reſponſum *in dicta deciſ 92. num 4 & 5. apud Poſth. de manut.*

Secundo quia poſt commiſſam cauſam in Rota, & in ſpretum eius inhibitionis adiuit eundem AC. & introducto nouo iudicio, ab eo reportauit decretum vendendi libere duo loca
4 montis ſalis 3. E. patum releuante clauſula, *ſine præiudicio*, quia eius vigore iudex a quo non poteſt ſe ingerere niſi in exequendo contenta in ſuo decreto, non autem noua decreta facere; nam
5 dicta clauſula ad ea tantum reſtringitur, quæ in præcedenti decreto, ſeu ſententia continentur *Marib. de clauſ. par. 1. clauſ. 14. n 3. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 12. n 33. Rota dec. 310. n. 1. verſ. vnde cum ſignatura par. 1. diuerſ. & in dicta Camerinen. Hæreditatis coram bo. me. Pirouano §. quia ſi vitiat verſ. ſi vero.*

6 Non obſtat, quod iſte actus vti conſequutiuus, & de appendicibus exequutionis potuerit conſumari abſque labe attentatorum, quia hoc poſ-
7 ſet habere locum de actibus conſequutiuis neceſſarijs, prout eſt poſſidere, percipere fructus, &
8 ſimilia, non autem ab actibus ſeparatis, & multo minus in ijs, quorum præiudicium non poteſt reparari in petitorio, prout eſt venditio locorum montium, quæ poſtquam ſunt reſignata, tranſeunt liberè in Emptorem; Hoc enim caſu idem
9 iudicatur de actibus conſequutiuis, quod de negotio principali, & geſti poſt appellationem, & Inhibitionem, ſunt attentati, vt diſtinguendo dixit *Rota deciſ. 268. a num. 12. vſque ad finem par. 8. recent.*

Prætenſio autem, quod dicta exequutio ex alio etiam ſit attentata, ex quo ſcilicet facta fuit ſuper 12. locis montium Vrſini ſpectantibus ad Paulum Baptiſtam non placuit Dominis, quia ipſemet Paulus Baptiſta in dicto inuentario relato *in Summ. reſponſionis Thomaſinæ num. 2.* faſſus fuit loca 12. montis Vrſini eſſe hæreditaria Dominici.

10 Boninum verò, & Conſortes attentaſſe dictum fuit, dum pendente lite in Rota, comparuerunt coram Iudicibus Laycis, & ab ipſis reportarunt præceptum contra Thomam, & eius Virum ſub pœna rebellionis, & confiſcationis bonorum ne audeant proſequi lites in Curia introductas *eius primi Summario num 4.* quod abſque vitio attentatorum fieri non potuit *Franch. in cap. primo numer. 5. vt lit. pend. in 6. Lancellott. de attent. par. 2. cap. 4. ampliat 6. Rota coram Eminentiſſimo Card Gibono deciſ. 33. num. 3.*

Et licet in huiuſmodi comparitione legantur ſolum ſcripti hæredes Pauli Baptiſtæ non autem nominati Boninus, & Conſortes, attamen præterquod ipſi ſunt hæredes mediati dicti Pauli Baptiſtæ, dum habita ſcientia dicti præcepti ſta-
11 tim non procurarunt eius reuocationem, vel ſaltem illi non renunciarunt declarantes eo vti nolle illud approbaſſe cenſentur, vt dixit *Rota cor. Penia dec. 193. ſub nu. 10 verſ. & cum Petrus, & coram Buratt. dec. 446. n. 8.*

Præterea, vel ipſi procurarunt præceptum, & merito debent condemnari ad reuocationem attentatorum, vel præceptum non emanauit ad

ad

Digitized by Google

ad eorum inſtantiam, & hoc caſu poterunt præſtare conſenſum pro illius reuocatione, quo mediante omnibus ſatis ſit abſque vllo ipſorum grauamine.

Et ita vtraque, &c.

ARIMINEN. FRVCTVVM.

Luna 8. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Maritus ex ſtatuto Ariminenſi lucratur omnes fructus bonorum dotalium, & extradotalium vxoris, donec ſimul cohabitant, & licet ex diſpoſitione eiuſdem ſtatuti, teneatur ex eiſdem fructibus ſatisfacere creditoribus vxoris, hoc intelligitur ſi eius bona fuerint eis obligata, ſecus autem ſi ſint obligata dumtaxat bona hæreditaria Patris, cuius vxor ſit hæres cum beneficio Inuentarij?

SVMMARIVM.

1 *Statutum Arimini mandat fructus omnium bonorum dotalium, & extradotalium ſpectare ad maritos, donec cum vxoribus cohabitant.*

2 *Statutum Arimini mandat, quod omnia bona mulierum extra dotem ſint obligata earum creditoribus.*

3 *Creditores cenſuum quoad ſortes principales non dicuntur creditores.*

4 *Beneficium legis, & Inuentarij præſeruat bona propria hæredis, ne confundantur cum bonis Defuncti.*

5 *Beneficium legis, & Inuentarij ad hoc vt fauorem hæredis, & non odium continere dicatur, ſatis eſt quod ab initio ſit præordinatum ad commodũ hæredis, licet ex poſt aliquod præiudicium ipſe hæres à tali aditione recipiat.*

6 *Hæres Beneficiatus poteſt petere ſeparationem eius crediti à bonis, & hæreditate defuncti.*

7 *Bona ſeparata ab hæreditate Defuncti, & aſſignata hæredi Beneficiato pro ſuo credito, efficiuntur eius propria.*

8 *Creditores cenſuum licet inuito debitore non dicantur creditores ſortis principalis, eo tamen volente, veri creditores exiſtimantur, & ſortes principales poſſunt repetere.*

9 *Creditores cenſuum, quando non fuerunt vocati ad concurſum ad effectum illis reſtituendi ſortes, & ipſi non petierunt aſſignari ſibi locum, tam pro fructibus, quam pro ſorte, iſto caſu cenſus non remanent extincti, nec eſt factus locus repetitioni ſortis.*

10 *Ceſſio tranſlatiua Cenſus à Ceſſionario obtenta nomine proprio non operatur, quamuis fuerit reportata cum alienis pecunijs, &c.*

DECISO DCXXVII.

CONfirmarunt Domini deciſionem coram me
emanatam 16 Ianuarij 16.8. ex fundamen-
1 to Statuti Arimini mandantis fructus omnium
Bonorum dotalium, & extradotalium ſpectare
ad Maritos donec cum Vxoribus cohabitant, &
Vxores contra Maritos, & eius hæredes ſuper il
lis nullam petitionem, vel retentionem poſſe
obtinere, vt ex particula *hodierno Summario Ludouici, & fratrum de Gisdulphis num.3.* Cui non ob-
ſtat diſpoſitio alterius Statuti, quod omnia bo-
2 na mulierum extra dotem poſita ſint obligata
Creditoribus earum *dicta Summ. num.4* quia non
inde Capitaneus Laurentius Maritus Portiæ re-
nebatur ex fructibus bonorum de quibus agitur,
extinguere Cenſus controuerſos; Tum quia pro
eis non erant obligata bona Portiæ, vt requirit
Statutum, ſed tantùm bona hæreditaria Ludo-
uici eius Patris, Tum etiam quia Domini Cen-
3 ſuum quoad ſortes principales, non dicuntur
Creditores, vt latius in deciſione probatur.

Non obſtat, quod Portia fuerit hæres ſui pa-
tris, quia cum eius hæreditatem adiuerit cum
beneficio legis, & inuentarij, vt ab ea non con-
4 trouertitur, huiuſmodi beneficium præſeruat bo-
na propria hæredis ne coumundantur cum bonis
defuncti, vt præter auctoritates allegatas *in deciſione §. loquitur enim*, in his terminis dixit *Rota in recent. dec. 331. n. 1. par 5. & dec 2. nu. 3. par. 6. ac in Romana Locorum Montium 14. Decembris coram Reuerendiſſimo meo Epiſcopo Papien. § Etenim.*

Nec refert, quod id tanquam introductum
fauore hæredis non debeat retorqueri in eius
5 odium, quia ſufficit quod ab initio iuxta diſpo-
ſitionem Iuris actus aditionis cum beneficio le-
gis, & Inuentarij præordinatus eſſet ad commo-
dum hæredis ita adeuntis, vt proptereà eius fa-
uorem, & non odium continere dicatur, quam-
uis ex prætenſione, quod Maritus non fecerit
fructus ſuos, ſed teneretur ex eis debita paterna
perſoluere Portia prætendat, quod ex poſt dam-
num ſibi inferatur, per ea quæ in proximis ter-
minis adducit *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. primo quæſt. 14. ſub num. 61. cum ſeq.*

Nec obſtat, quod bona controuerſa remanſe-
rint in hæreditate patris, quia ſtatim ſequuto
eius obitu Portia ad formam inſtrumenti dotalis
obtinuit pro ſcutis 11000. occaſione bonorum
maternorum ibidem ſibi promiſſis bona, de qui-
bus agitur a cæteris hæreditarijs ſui Patris ſepa-
rari, & ſibi aſſignari, ac reſpectu reliquorum
declarari ſe priorem, & potiorem creditricem;
6 id enim hæredi beneficiato competere tradit
Bald. in l. debitori n. 1. cum ſeqq. C. de pact. quem
refert, & ſequitur *Rota coram Card. Manti dec. 326*
7 *n. 6.* & ſic vigore huius ſeparationis, & aſſigna-
tionis eadem bona effecta fuerunt propria Por-
tiæ *Burati. dec. 574. n 4.*

8 Denique non releuat, quod inuito Debitore
Domini Cenſuum non dicantur Creditores ſor-
tis principalis, ſed Debitore volente, veri Cre-
ditores exiſtimentur, & ſortes principales repe-
tere poſſint, vt fuit dictum *in Romana Cenſus 13 Maij 1630 coram bon. mem. Merlino inter eius impreſſ. deciſ. 463. num. 32. repetita in recent. deciſ. 374. & dicto num. par. 5.* quia in caſu noſtro de hac vo
luntate non conſtat nam Portia hæres Debitoris
9 non vocauit ad concurſum Dominos Cenſuum
ad effectum illis reſtituendi ſortes, ſed ſolum
prohabenda ſupradicta ſeparatione, & aſſigna-
tione, nec ipſi creditores voluntariè ad concur-
ſum venerunt, minuſuè inſtiterunt aſſignari ſi-
bi locum tàm pro fructibus, quàm pro ſorte,
ſed citati comparuerunt, impugnando Iudicium
& ſolos fructus petendo, quo caſu Cenſus non
remanſiſſe extinctos, nec eſſe factum locum repe-
titioni ſortis probant auctoritates allegatæ *in deciſione §. quia de huiuſmodi & ſeq.* cum quibus Do
mini tranſierunt, approbantes etiam reſponſio-
nem ibi datam quoad Cenſum Gambalonghi,
10 ſiuè maritus de proprijs, ſiuè de pecunijs Vxo-
ris eius tranſlatiuam ceſſionem reportauerit,
dum nomine proprio eam obtinuit, & fuit re-
ſponſum in alia *deciſione huius cauſæ emanata coram bon. mem. Bichio 7. Iunij 1655. §. ſed urgent.*

Nec obſtat, quod Laurentius exegerit libras
7164. quia illas in eius vtilitatem non conuertit,
ſed

Digitized by Google

ſed ex eis ſolnit ſcuta 1565. creditoribus Ludouici ad formam ſententiæ rælatæ in *Sum. nu.* 2.

Et ita vtraque &c.

MEDIOLANEN. PENSIONIS.

Luna 8. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Translatio Penſionis ad hoc vt ſit valida quæ requirantur? & an ſacultas transferendi penſiones conceſſa Dapiſeris ſuper fructibus beneficiorum extendatur etiam ad beneficia vnita? & quid ſi penſio prius reſeruata fuerit ſuper fructibus Beneficij, quod deinde fuit vnitum, & ammiſit nomen, & titulum Beneficij?

SVMMARIVM.

1 *Penſio denegari non poteſt translatario conſtito de illius valida translatione.*

2 *Priuilegia transferendi Penſiones Dapiferis conceſſa, loquuntur de penſionibus reſeruatis ſuper fructibus Beneficiorum nulla facta mentione de vnitis.*

3 *Beneficium vnitum collegio efficitur eius prædium, & ammittit nomen, ac titulum Beneficij.*

4 *Declara hoc tantum procedere quoad illius proprietatem, ſed reſpectu fructuum prius alteri reſeruatorum mediante penſione adhuc retinet, ea durante, nomen & titulum Beneficij.*

5 *Penſio translata reuera eſt eadem penſio cum prima, & præſefert potius nudam mutationem perſonæ, quam vera, & propria extinctione antiqua.*

Verbum cumulatiuè *non importat derogationem primæ facultatis iam conceſſæ, ſed quod vtraque inſimul vniatur, & duplicetur.*

7 *Cumulus non ad vnicam, ſed ad plures ſummas refertur.*

8 *Cumulationis natura eſt, non derogare diſpoſitioni, cui fit cumulatio, ſed quod ambo ſtent de per ſe.*

9 *Penſio ad hoc vt valide transferatur ſufficit originaliter exhibere facultatem transferendi habita relatione ad reſeruationem ipſius.*

10 *Penſionis translatio eſt valida, ſi ſit facta ad fauorem perſonæ capacis, & coram perſona conſtituta in dignitate Eccleſiaſtica exhibita originaliter facultate transferendi,*

11 *Error circa expreſſionem diei obeſſe actui non poteſt, dum ex alijs demonſtrationibus appareat de alio actu verificari non poſſe.*

12 *Penſionis translatio facta ab eo, qui habebat facultatem illam transferendi, vel coram exequutore, vel cum ſolo Notario, & Teſtibus, ſufficit ad illius validitatem, quod vnicus modus impletus fuerit.*

13 *In actu voluntario, non cenſetur quis, electa vna via, alteri renunciaſſe, niſi expreſsè declarauerit quod ita intendebat facere, & non aliàs.*

14 *Teſtes pro validitate actus, ſufficit quod ſolo nomine deſcribantur, omiſſo etiam cognomine, & patria,*

DECISIO DCXXVIII.

GRegorius XIII vniuit anno 1581. Ven. Collegio Germanico Vrbis Monaſterium Sanctæ Chriſtinæ Mediolanen. & eadem die ſuper fructibus d. Monaſterij ſic vniti reſeruauit annuam penſionem ſcutorum mille auri ad fauorem Cardinalis Ludouici Mandrutij qui vigore Indulti Clementis VIII. anno 1600. eam tranſtulit pro rata ſcutorum 300. auri de Camera ad fauorem Card. Caroli Mandrutij Nepotis, & hic anno 1629. vigore alterius indulti Vrbani VIII. pro rata ſcutorum 30. auri in Hippolytum Columnam, qui iuxta facultates Dapiferis conceſſas per Gregorium XV. & Vrbanum Octauum anno 1650. eandem tranſtulit ad fauorem Claudij nepotis *eius Summ. à num.* 1. *vſque ad* 8. vnde cum hodie dubitaretur an penſio dd. ſcutorum 30. auri debeatur, affirmatiuè fuit reſolutum, quia
1 conſtito ex prædictis de valida translatione penſio denegari non poteſt *Rota deciſ.* 689. *numer.* 1. *par.* 4. *diuerſ. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono deciſ.* 22. *num.* 1. *&* 2. *& in Melphien. Penſionis* 28. *Ianuarij* 2647. *coram* Reuerendiſſimo Royas *Archiepiſcopo Tarraconen. in principio.*

Non obſtat, quod facultas conceſſa Dapiferis
2 loquatur de penſionibus reſeruatis ſupee fructibus beneficiorum nulla facta mentione de vnitis. Ideoque non comprehendat controuerſam eeſeruatam ſuper fructibus Monaſterij, quod per
3 vnionem acceſſoriè factam Collegio effectum fuit eius Prædium, ac amiſit nomen, & titulum Beneficij.

Quia cum originalis reſeruatio huius penſio-
4 nis facta fuerit ſuper fructibus Monaſterij vniti eademmet die ſequutæ vnionis, effectus extinctiuns nominis, & tituli beneficij ex ea reſultans reſtringitur ad ſolam illius proprietatem, ſed reſpectu fructuum alteri reſeruatorum mediante d. penſione Monaſterium retinuit, & retinet ea durante nomen, & titulum Beneficij *Merlin. deciſ.* 157. *num.* 7. & admiſit *Oldrad. conſ.* -5?. *num.* 19. *&* 20. & ſic non refert, quod d. facultas non loquatur de fructibus Beneficij vniti, quia talis expreſſio de neceſſitate non exigitur, dum ex prædictis Monaſterium reſpectu fructuum iudicatur tanquam beneficium, prout erat ante vnionem nihil obſtante quod d. originalis penſio ſucceſſiue in plures perſonas translata fuerit etiam per viam extinctionis antiquę & reſeruationis nouę,
5 quia nihilominus reuera eſt eadem penſio cum prima; nam huiuſmodi extinctio eſt adeo momentanea, vt potius præſeferat nudam mutationem perſonæ, ſeu ſubdelegationem ſolutionis alteri faciendæ, & ſubrogationem vnius in locum alterius, quam veram, & propriam extinctionem antiquæ vt latè probatum fuit *in Ferrarien. Penſionis* 2. *Maij* 1646. *coram bo. me. Dunozetto* 5. *ex quibus omnibus impreſſ. apud Dian. reſol. moral. tom.* 8. *fol.* 458. *ſecundum vltimam impreſſ.*

Nec ſubſiſtit, quod Hippolytus alias penſiones tranſtulerit annua ſcuta centum longè excedentes.

Quia die 23. Maij 1650. quatuor tranſtulit penſiones, duas coram Abbate Thoma Ghislerio circa horam vigeſimam, & alias duas coram D. Iacobo de Angelis circa horam primam cum dimidia noctis ſequentis, vt patet ex atteſtationibus teſtium inſtrumentariorum relatis *in d. Sum. num.* 8. Penſiones autem primo loco translatæ coram Abbate Ghislerio fuerunt altera ſcutor. 30. auri de Camera ſuper fructibus Monaſterij S. Chriſtinæ modo controuerſa *eodem Summ. num.* 7. vnde ex facto conuincitur, quod facultas nullatenus fuerat conſumpta tempore huius translationis dum præcedenter translata fuerat ſola penſio ſcutorum 30. monetæ vltra quod Hippolytus bis fuit Dapifer, nempe in Conclaue Gregorij XV. & Vrbani Octaui, & ab vtroque conſimilem facultatem obtinuit transferendi penſiones pro ſumma annuorum ducatorum 100. *d. Summ. num.* 6. & conſequenter habebat facultatem transferendi vſque ad ſummam ducatorum biſcentum, quod ſatis clarè expreſ-

ſiſſe

Digitized by Google

ſiſſe videtur Vrbanus Octauus in ſua ſacultate, quæ eſt vltima, dum dixit ibi: *Et ſi ſimilem gratiam a Prædeceſſoribus noſtris alias forſan obtinuerint, ſeu quilibet eorum oobtinuerit, illius effectu cumulatiuè eos gaudere & potiri volumus*; verbum enim
6 *cumulatiuè* non importat extinctionem, & derogationem primæ facultatis, nec quod vtraque pro vnica tantum habeatur, ſed quod inſimul vniantur, & aggregentur, & ſic quod pro vtraq; quantitate translatio fieri poſſit, quia cumulus
7 non ad vnicam, ſed ad plures ſummas refertur *l. plures 10. ff. de pact.* ibi: *Cumulum debiti, & ad plures ſummas referemus*, optimè *Bald. in l. edita in 2. lectura num. 74. cum ſeqq.* ibique *Cern. num. 38. & ſeqq. C. de eden.* ac notat *Albert. à Roſat. in ſuo dictionariolitt. L. verba Cumulus debiti*, atque
8 de natura cumulationis eſt non derogare diſpoſitioni, cui fit cumulatio, ſed quod ambo ſtent de per ſe *l. 4. §. ſi ex conuentione ff. de re iudic.* ibi: *Quippe cum acceſſerit aliquid rei iudicata non eſt à re iudicata receſſum*, bene *Cancer. var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 151.* & idem reuera voluit *Gonzal. ad reg. 8. §. 2. prohem. dum num. 26. & 32.* firmat conceſſionem eſſe factam cumulatiuè, non priuatiuè, nam contradiſtinguendo cumulationem à priuatione eas habet pro contrarijs, & approbando cumulatiuam demonſtrat quod non vnus, ſed plures in conceſſione concurrunt, quod fieri non poſſet ſi haberet locum priuatiuæ.

Nec obſtat quod in actu translationis non fuerit exhibita coram Exequutore, ſed ſolum indicata reſeruatio, ſeu translatio penſionis ad fauorem Hippolyti, idque erronee, cum fuerit facta indicatio diei diuerſæ ab ea, ſub qua facta fuerat.

Quoniam quicquid dicat *Barboſ. in prax. exigen. penſ. quæſt. 2. num. 58.* ſufficit pro validitate translationis originaliter exhibere, prout hic,
9 facultatem transferendi habita relatione ad reſeruationem penſionis. quia exequutor non recipit iuriſdictionem ex reſeruatione, ſed ex facultate transferendi, vt bene reſpondit *Rota in recent. deciſ. 153. num. 18. verſ. non obſtat 4. par. 5.* vbi refert ita in puncto deciſum *in Segobien. translationis penſionis 11. Decembris 1587. coram Card. Hieronimo Pamphilio*, quam etiam refert, & ſequitur: *Gratian. diſcept. 551. num. 13. & 24.* ac implicitè idem firmatum fuit *in deciſ. 562. num. 14. par. 4. tom. 3. & deciſ. 12. num. 1. eodem par. 5. recent.* dum
10 in eis dicitur translationem eſſe validam vt pote factam coram perſona conſtituta in dignitate Eccleſiaſtica exhibita originaliter facultate transferendi, & ad fauorem perſonæ capacis; Nec contradicit *deciſ. 322. bo. me. Coccin.* quia licet ibi opponeretur defectus exhibitionis literarum originalium reſeruationis copulatiuè tamen obijciebatur etiam defectus exhibitionis priuilegij, & facultatis transferendi, quibus obiectis ex facto ſublatis non firmat pro validitate translationis opus eſſe exhibere litteras reſeruationis, vt patet ex ipſa *deciſ. num. 1. & 2.*

Error autem contra præfatam indicationem obiectus, quod in ipſa enuncietur translatio ſub die *6. Februarij 1629.* cum tamen facta fuerit die 31. Ianuarij antecedentis, nullius momenti eſt, quia dum eadem relatio reſpectu Notarij rogati valoris penſionis, & cæterorum in omnibus veræ translationi correſpondet erronea diei
11 expreſſio obeſſe non poteſt, cum de alia translatione nequeat verificari ad *Text. in l. ſi in nomine C. de teſtam.* & *in §. ſiquidem inſt. de legat. Card. Mantic. de tacit. lib. 24. tit. 2. num. 17. Rot. in Anconitana Cenſus 30. Ianuarij 1654. coram* R. P. D. *meo Veroſpio §. Præterea*, & faciunt deducta per *Rot. deciſ. 598. num. 3. verſ. vltra quod ſimiles par. 4. recent.*

Denique quod huiuſmodi translatio peracta à Card. Mandruſio Iun. ad fauorem Hippolyti videatur nulla ob defectum interuentus perſonæ conſtitutæ in Eccleſiaſtica dignitate, quæ in inſtrumento ſupponitur, ſed non ſpecificatur, nec etiam obeſt.

Quia cum ipſe facultatem haberet transferen-
12 di vel coram Exequutore, vel cum ſolo Notario, & Teſtibus, ſatis eſt pro validitate translationis, quod vnicus modus impletus fuerit, non attento, quod videatur elegiſſe viam exequutoris,
13 quia cum ageretur de actu pendente ab eius voluntate, & ipſe expreſſe non declarauerit, quod ità intendebat facere, & non alias quinimmo explicite dixerit ad translationem deuenire omni meliori modo, & forma, qua validius, & vtilius translatio ſuum ſortiretur effectum, addito ibi: *Prout etiam ipſe Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus D. Cardinalis omni meliori modo &c. iuxta d. facultatis formam tenorem, & continentiam d. penſionem tranſtulit, ac reſeruauit &c. Summ. num. 5.* per d. electionem non videtur renunciaſſe facultati transferendi adhibitis ſolo Notario, & teſtibus, & per conſequens hoc modo facta trãslatio ſubſiſtetur. *Card. Put. deciſ. 334. num. 4. 5. & 6. lib. 2. in correct. bo. me. Coccin. d. deciſ. 322. num. 5. & 6.* Rota *in d. Melobien. penſionis in princ. allegata §. Hæc fortius in fine cum ſeq. & ſequitur Lotther. de re benef. lib. 1. qu. 40. num. 53. & 54.*

Commiſſio verò cognominis, & Patriæ vnius
14 ex Teſtibus non nocet, quia pro validitate actus ſufficit, quod Teſtes ſolo nomine deſcribantur, vt poſt *ſpecul. tradit Bertazzol. clauſ. 2. gloſſ. 2. num. 3.*

Et ità vtraque &c.

CALARITANA PENSIONIS.

Lunæ 14. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Solutio penſionis facta à Titulari anteceſſore, ſuffragatur Penſionario ad obtinendã manutentionẽ in quaſi poſſeſſione exigendi contra ſucceſſorem, & an Penſionarius qui pro aliquo termino penſionis recepit ſolutionem in fructibus, poſſit deinde ſolutionem pecuniæ prætendere, & quando circa ſolutionem penſionis cenſeatur inducta nouatio?

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione exigendi penſionem conceditur Penſionario conſtito de illius reſeruatione, & poſſeſſione exigendi.*

2 *Quaſi poſſeſſio exigendi penſionem probata à Penſionario contra Titulares anteceſſores, mediantibus ſolutionibus ſibi factis, ei quoque ſuffragatur aduerſus Succeſſores.*

3 *Quaſi poſſeſſio exigendi ſatis dicitur probata ad effectum manutentionis, ex depoſitionibus Teſtium licet fuerint ad perpetuam rei memoriam ſine citatione partis examinati.*

4 *Quaſi poſſeſſio probatur ex manutentione à Iudice obtenta, quæ non datur niſi poſſidenti.*

5 *Quaſi poſſeſſio exigendi probatur ex ſententia in qua quis condemnatur ad reſtitutionem exacti.*

6 *Reſtitutio præſupponit exactionem prius factam quæ ſine poſſeſſione exigendi non ſubſiſtit.*

7 *Con-*

Digitized by Google

7 *Conſenſum praiudicialem qui probare prætendit, debet oſtendere verba quæ nullũ alium ſenſum poſſint recipere.*

8 *Res vna non poteſt duobus aſſignari.*

9 *Penſionarius recipiens, & acceptans pro aliquo termino ſolutionem penſionis in fructibus non præiudicat ſuæ quaſi poſſeſſioni exigendi pecunias, nec cogitur continuare.*

10 *In materia quaſi poſſeſſionis exigendi, magis attenditur cauſa actus, quam eius exercitium.*

11 *In annuis præſtationibus quot ſunt anni, tot ſunt debita, & quæ fiunt in vno anno non obligant in ſequenti.*

12 *Nouatio nunquam cenſetur in annuis præſtationibus ex ſolutione in vno anno facta in fructibus niſi concludenter probetur fructus fuiſſe aſſignatos, & reſpectiuè receptos, in ſolutum etiam pro fructibus annuis.*

DECISIO DCXXIX.

RESolutum fuit Ambroſio dandum eſſe mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione
1 exigendi penſionem, de qua agitur, cum de illius reſeruatione conſtet ex litteris Apoſtolicis relatis *in 1. eius Summ. num. 1.* & de quaſi poſſeſ-
2 ſione ex duabus ſolutionibus ſibi factis à Canonico Anteceſſore *eodem Summ. nu. 2.* quæ ad iſtum effectum ſuffragantur etiam contra d. Giorgium illius ſucceſſorem *Rota coram bo. me. Coccino deciſ. 31. num. 1. cum ſeqq.* & ſignanter *num. 5.* & alijs allegatis *in Melphien. penſionis 1. Martij 1640. coram* Reuerendiſſimo *D. Archiepiſcopo Tarraconen. §. quamuis autem.*

Non obſtat, quod inſtrumenta dd. ſolutionum non ſint formiter recognita iuxta oppoſitionem alterius partis factam in termino ad dicendum contra. Quia nihilominus Dominis viſa fuit ſufficienter iuſtificata huiuſmodi quaſi poſſeſſio in hoc Iudicio manutentionis dum dictæ ſolu-
3 tiones adminiculantur ex depoſitionibus quatuor Teſtium relatis *in d. Summ. num. 4.* etiamſi ad perpetuam rei memoriam ſine citatione par-
4 tis fuerint examinati *bo. me. Coccino d. deciſ. 31. nu. 9.* ex manutentione conceſſa Ambroſio per Vicarium Calaritanum *Summ. num. 8.* quæ non datur niſi poſſidenti *Card. Mantic. deciſ. 252. num. 2.* ex confeſſione alterius partis *eod. Summ. num. 2.*
5 & demum ex ſententia ſuper nullitate huius penſionis emanata, in qua condemnatur Ambroſius ad reſtituẽdum terminos per eum exactos *d. Sum. num. 10.* quæ etiam ſola ſufficeret, cum reſtitu-
6 tio præſupponat exactionem, quæ ſine poſſeſſione non ſubſiſtit, vt dixit *Rota coram Pen. deciſ. 1162. num. 2.*

Nec obſtat, quod pro huiuſmodi penſione à moderno Titulari relaxati, & aſſignati fuerint Ambroſio, ac per eum acceptati fructus Canonicatus, ideoque ipſi danda ſit manutentio in huiuſmodi ſtatu percipiendi fructus duntaxat.

Quia talis acceptatio non iuſtificatur, deducitur enim ex quo ipſe in quadam proteſtatione dixerit, vt aſſeritur nolle amplius continuare, educendo exinde, quod continuatio de iure præſupponit acceptationem præcedentis aſſignationis, verum originalia verba dictæ proteſtationis Idiomate Catalano confectæ ſic ſe habent ibi: *por las qual non entcunen paſſar per dit conart*, quæ à Peritis huius idiomatis declarantur ſignificare ibi: *per eſſe non intendono effettuare d. concerto*, vt ex fide pro Ambroſio originaliter data. Et licet ab altera parte data fuerit alia atteſtatio declarans præfata verba ſignificare continuationem, placuit tamen Dominis quod ſtante huiuſmodi conflictu atteſtationum ſaltem negari non poteſt verba proteſtationis eſſe æquiuoca, & ſic Ambroſio non obſtare, nam qui prætendit probare
7 conſenſum præiudicialem debet oſtendere verba, quæ nullum alium ſenſum poſſint recipere ex *notat. Surd. conſ. 431. num. 21.*

Nec ſubſiſtit, quod Ambroſius receperit fructus, illoſque in proprio horreo recondiderit, quia id non ſolum negat, ſed contrarium conuincitur ex præcedenti illorum aſſignatione per Georgium Titularem facta Auguſtino eius Patri, & ab ipſo acceptata pro refectione expenſarum quas de proprijs paternis pecunijs Georgius fecerat in expeditione Bullarum iuncta denunciatione ſubſequenter facta eidem Auguſtino per Collectores, quod frumentum corrodebatur, & deteriorabatur *nono Summ. Ambroſij nu. 7.* Hæc enim totaliter repugnant aſſignationi
8 factæ Ambroſio, cum vna res non poſſit duobus aſſignari ad *Text. in l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. ſi vt certo §. ſi duobus vehiculum, vbi gloſſ. verb. dominium ff. commod.* & ſimiles denunciationes non fiant niſi veris Dominis.

Præterea recipiens, & acceptans pro aliquo
9 termino ſolutionem penſionis in fructibus non præiudicat ſuæ poſſeſſioni exigendi pecunias, nec cogitur continuare, vt in his terminis fuit reſponſum *in Mediolanen. penſionis 11. Decemb. 1600. coram Card. Hieronymo Pamphilio relata per bo. me. Coccin. d. deciſ. 31. num. 9. verſ. tandem non releuabat.*
10 In hac enim materia quaſi poſſeſſionis magis attenditur cauſa actus, quam eius exercitium *Bald. in l. 1. num. 24. verſ. Tu dic quod magis C. de emancipat. liber. Rota deciſ. 139. num. 12. par. 2. diuerſ. & deciſ. 482. num. 2. par. 1. & deciſ. 501. num. 3. par. 2.*
11 *recent.* Et in annuis præſtationibus quot ſunt anni tot ſunt debita, & quæ fiunt in vno anno non obligant in ſequenti *Card. Zabarell. conſ. 58. num. 1. verſ. electis verò*, nec vnquam inducitur noua-
12 tio niſi concludenter iuſtificetur aſſignamentum fructuum fuiſſe datum, & reſpectiuè receptum in ſolutum etiam pro futuris, vt in his terminis reſpondit *Rota in recent. deciſ. 199. num. 3. par. 6.*

Et ita vtraque &c.

HORTANA FIDEICOMMISSI.

Lunæ 15. Martij 1660.

ARGVMENTVM.

Deſcendentes ex fœminis, an & quando veniant ſub appellatione deſcendentium maſculorum?

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutus ſub conditione, ea purificata admittitur ad fideicommiſſum.*

2 *Maſculorum deſcendentium appellatione aliquando in materia indifferenti veniunt etiam maſculi deſcendentes ex fœminis.*

3 *Limita hoc non procedere in caſu in quo Teſtator intellexerit de maſculis deſcendentibus per maſculum.*

4 *Maſculi ex maſculis ſi fuerunt præcedenter vocati, ijdem pariter cenſentur in conditione poſiti ex vi dictionis repetitiuæ dicti vel ſupradicti.*

5 *Maſculi ex maſculis veniunt duntaxat admittendi, vbi Teſtator habuit reſpectum ad conſeruationem Agnationis.*

6 *Agnationis conſeruatio præſumitur contemplata, dum Teſtator tam in inſtitutionibus, quam in* ſub-

ſubſtitutionibus repetijt qualitatem maſculinitatis.

7 *Agnationis conſeruatio præſumitur contemplata ex digreſſu ad plures gradus ſubſtitutionum.*

8 *Agnatio non poteſt conſeruari à filijs ſororum vt pote de aliena familia, & ex fœmina deſcendentibus.*

9 *Agnatio præſumitur à Teſtatore conſiderata, ſi onus iniunxerit hæredi aſſumendi arma, & cognomen familiæ.*

10 *Voluntas Teſtatoris vbi eſt clara, non eſt recedendum ab ea.*

11 *Maſculis ex certa fœmina à Teſtatore vocatis cum onere aſſumendi nomen, & arma familiæ, alij maſculi apti ad conſeruandam agnationem artificialem non cenſentur vocati cum tali onere.*

12 *Teſtator illos dumtaxat voluiſſe vocare, & honorare præſumitur, quos grauauit.*

DECISIO DCXXX.

IN teſtamento, ſub quo deceſſit Marcus Antonius Cataldus hærede ſibi ſcripta Diambra eius matre, eique ſubſtitutis Leone, & Octauio germanis fratribus, iſtis quandocunque decedentibus ſubſtituit tam filios legitimos, & naturales Leonis, quam Horatium filium naturalem Octauij, eorumque filios, & deſcendentes maſculos legitimos, & naturales ordine ſucceſſiuo. Quoties autem veniret caſus, quod nulli extarent maſculi deſcendentes dd. ſubſtitutorum, Teſtator in tota hæreditate vocauit vnum ex filijs maſculis, qui tunc temporis extaret natu maior deſcendens ex Septimia, vel Virginia ſororibus, ſeu, earum filijs deſcendentibus maſculis, tali pacto, vt aſſumeret cognomen eiuſdem Teſtatoris, & ſuis inſignijs vteretur, prout in teſtamento relato *in Summ. vtriuſque partis.*

Quia verò omnes primo loco ſubſtituti defecerunt ſine filijs, & ſolummodo ex Lepido filio Leonis remanſit Fauſtina mater illorum de Meſſinis hæreditatis prædictę detentorum inſurrexerunt Ludouicus, & fratres de Rallis tanquam filij q. Franciſci deſcendentis ex Virginia ſorore Teſtatoris, & ad eorum inſtantiam dubitaui an conſtet de fideicommiſſo Marci Antonij, quod ſibi ipſis ſuffragetur, & affirmatiue reſponſum fuit.

Etenim litteralis eſt vocatio filiorum Virginię & Septimiæ deficiente linea maſculina ſubſtitutorum ibi: *Etſi accideret caſus, quem Deus pro ſua benignitate auertat, quod aliquando non extarent filij liberi, & deſcendentes maſculi dd. ſubſtitutorum tunc vltimo decedenti ſubſtituit ſimiliter in tota hæreditate vnum ex filijs liberis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus D. Septimiæ Catullæ ſuæ ſororis, qui tunc ſupereſſet maior natu, necnon vnum alium ex filijs D. Virginiæ alterius ſororis, ſeu liberis, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus;* vnde cum tam Lepidus filius Leonis, quam Horatius vltimi ſubſtituti deceſſerint abſque filijs maſculis, vtique conditio remanſit purificata

1 ad fauorem filiorum Virginiæ ſuper exiſtentium, & ipſis debetur fideicommiſſum *per Text. in l. ille ff. de legat. 3.*

Neque exiſtentia filiorum Fauſtinæ filiæ Lepidæ facit deficere prædictam conditionem, quia

2 licet aliquando nomine deſcendentium maſculorum in materia indifferenti admittantur etiam maſculi deſcendentes ex fœminis, cum perueniant ex propria eorum perſona tanquam habentes qualitatem maſculinitatis à Teſtatore requiſitam prout dixit *Rota in Bonon. ſucceſſionis 4. Maij 1648. & 17. Iunij 1647. coram bo. mem. Bichio §. fauet.*

Tamen admitti nequeunt in caſu, de quo agi-

3 tur, vbi Teſtator intellexit de maſculis deſcendentibus per maſculum; nam ipſe in ſua diſpoſitione rotam deſcendentiam maſculinam ſolummodo vocauit, & in eorum deficientiam alios admittere volens, poſuit in conditione eoſdem filios, quos antea diſpoſitiue vocauerat ibi: *Etſi accideret caſus, quod aliquando non extarent filij, & deſcendentes maſculi dd. ſubſtitutorum, tunc vltimo*

4 *decedenti ſubſtituit &c.* Vnde cum ex dicta dictione repetitiua dictorum *ſubſtitutorum* voluerit Teſtator ſe referre ad ſuperius nominatos, & filij præcedenter vocati eſſent maſculi ex maſculis, iidem pariter cenſentur in conditione poſiti, vt aduertit *Add. ad Buratt. deciſ. 272. num. 20.* & dixit *Rota in Bonon. fideicommiſſi 5. Aprilis 1653. coram R.P.D. Beailaqua verſ. vrget preterea, & in Bonon. fideicom. de Amorini 30. Maij 1659. §. & vlterius coram Reuerendiſſ. D. meo Papien.*

Fortius deducta procedunt in propoſito, ex

5 quo patet Teſtatorem habuiſſe reſpectum ad conſeruationem agnationis, & propterea illi tantum veniunt admittendi, qui à maſculis per maſculos deſcendunt *Molin. de Primog. lib. 3. cap. 5. num. 45. & alijs allegatis dixit Rota in Bonon. fideic. de Barberijs 5. Decemb. 1650. coram Eminentiſſ. D. Card Carrada §. quando autem, & 19. Februarij 1652. coram bo. m. Bichio & in Firmana primogenituræ 10. Ianuarij 1659. §. hinc non vrget coram R. p. d. meo Veroſpio.*

Fauor autem agnationis contemplatus præſu-

6 mitur non ſolum quia Teſtator tam in inſtitutionibus, quam in ſubſtitutionibus ſæpe ſæpius repetijt qualitatem maſculinitatis, & eam accurate in ſingulis caſibus expreſſit. *Aym. conſ. 113. num. 2. Rota coram ſa. me. Gregor. deciſ. 464. num. 16 & in d. Bonon. fideicom. de Barberijs 5. Decemb. § 2. quia verſ. 4. ex multiplici;* ſed etiam hoc idem aperte declarauit quando à ſua hæreditate excludendo Monaſteria cauſam expreſſit conſeruationis bonorum in familia, & vlterius quia pro-

7 greſſus fuit ad plures gradus ſubſtitutionum *Gregor. d. deciſ. 464. num. 18.*

Neque excluditur intentio Teſtatoris conſeruandi agnationem ex quo vocauit filios ſororum

8 qui tanquam deſcendentes ex fœmina non poſſunt illam conſeruare vt pote de aliena familia,

9 quia cum iniunxerit eiſdem onus ſuſcipiendi illius cognomen, & arma, comprobatur illius voluntas agnationis propagandæ, quæ adeo fixe à Teſtatore fuit conſiderata, vt quoties eam conſeruare non poſſe phiſice, & naturaliter, ſaltem illam conſeruari voluit ficte, & eo modo, quo potuit iubendo, vt maſculi earum ſororum vterentur ſuo cognomine, & inſignijs, vt norat. *Menoch. conſ. 117. ſub num. 21. & ſeqq. Rota deciſ. 314. num. 3. par. 1. rec. aliiſque relatis in d. Bonon. fideicom. de Barberijs §. quia non procedit.*

hinc non obſtat, quod ex onere aſſumendi cognomen, & arma non excludantur maſculi deſcendentes ex fœminis; immò cum agatur de conſeruatione Agnationis fictæ poſſit æque bene per aſſumptionem huiuſmodi oneris etiam per illos adimpleri.

Etenim placuit reſponſio, quod Teſtator non impoſuit tale onus omnibus maſculis indefinite, ſed tantummodo maſculis ex certa fœmina cum quali-

qualitate maioris natu; vnde cum habeamus cla-
10 ram Teſtatoris diſpoſitionem, ab ea non eſt re-
cedendum §. *diſponat Auth. de nupt.* ac proinde
11 cum maſculos tantummodo ſororum elegerit
pro conſeruatione familię artificialis eius volun-
tas ſeruari debet, & non veniunt admittendi
Meſſini filij Fauſtinæ, quos Teſtator non vocauit
cum tali onere, vt bene ponderat *Soccin. Iun. conſ.
69. num. 23. verſ. nec obſtat lib. 3. Rota in d. Bonon.
fideicom. de Barberiis §. deinde non obſtat.*

Et pari modo remouetur obiectum quod Te-
ſtator voluerit vocare etiam filios ex fœminis
ſubſtitutorum dum declarauit velle ſua bona
conſeruari in familia, & cognatione. Expreſſit
enim in quibus cognatis voluerit conſeruare
ſuam familiam, & ad ſolam cognationem ma-
ſculorum ex ſororibus ſe reſtrinxit, in qua non
comprehenduntur deſcendentes ex ſororibus, vt
12 ſupra dictum eſt; ſignum euidens, quod illos
duntaxat grauando ipſos tantum voluerit hono-
rare, & vocare per *Text. in l. ab eo C. de fideicomm.
Bart. in l. Centurio ff. de vulg. Corn. conſ 331. num.
4. & 5. lib. 3. Theſaur. dec. 96. num. 10. Rota in Aue-
nionen. fideicom. 11. Maij 1657. coram R. p. d. meo
Beuilaqua verſ. nam cum ipſe.*

Et ita vtraque parte informante &c.

SENEN. FIDEICOMMISSI.

Lunæ 5. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio duobus hæredibus facta ſub conditione *ſi ſine filijs* an verificata conditione in vno, habeat locum quoad eius portionem, an potius requiratur copulatiua verificatio conditionis reſpectu vtriuſque.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio proximorum dicitur purificata ad fauorem illius qui eſt proximior tam grauanti, quam grauato.*

2 *Subſtitutio duobus facta ſub conditione* ſi ſine filijs *requirit implementum obitus ſine filijs in vtroque nominato.*

3 *Declara hoc tantum procedere, ſi inter nominatos, eorumque deſcendentes expreſſe, vel tacitè per teſtatorem ordinata fuiſſet ſubſtitutio reciproca.*

4 *Subſtitutio reciproca neque expreſſa, neque tacita poteſt ſubintelligi, dum non concurrunt vrgentes coniecturæ nec Teſtator dixit quod ab vltimo ex honoratis, tota hæreditas alteri reſtituatur.*

5 *Subſtitutio ſub conditione* ſi ſine filijs *dum deficit reciproca, & illa reſpicit diuerſas perſonas, reſoluitur in ſingularitates, perinde ac ſi cuilibet ex nominaiis facta fuiſſet, & num. 6.*

7 *Ratio conſeruandæ agnationis à Teſtatore expreſſa, non ſufficit de per ſe ſola ad inducendã reciprocã de linea ad lineam, ſed intelligitur diſcretiue, vt ſcilicet portio cuiuslibet ex nominatis inter eius deſcendentes conſeruetur.*

8 *Amplia hoc facilius procedere, quando non agitur de deſcendentibus, ſed de tranſuerſalibus Teſtatoris.*

9 *Filius non ingreditur locum patris quando non agitur de fideicommiſſo aſcendentis, ſed tranſuerſalis, nec nepos concurrit cum patruo, ſed habet locum regula prior in gradu prior in ſucceſſione.*

10 *Tranſmiſſio non habet locum in fideicommiſſo conditionali, neque ad fauorem filiorum, quando Pater pendente conditione deceſſit.*

11 *Declara dummodo non concurrant coniecturæ contrariæ voluntatis in Teſtatore, quæ vrgentes eſſe debent.*

DECISIO DCXXXI.

HÆredem vniuerſalem Pronrius ſibi ſcripſit in teſtamento condito 1577. Virginiam vxorem, quam reſtituere grauauit omnia eius bona ſtabilia vni, vel pluribus maſculis cui, vel quibus eidem Virginiæ videbitur, & placebit de familia teſtatoris, & in caſu non factæ declarationis vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituit proximiores maſculos de dicta familia venientes ab inteſtato *Summ num. 1.*

Deinde anno 1580. condidit codicillos, in quibus declarando melius eius intentionem, quod ſua bona ſtabilia ſemper, & in perpetuum conſeruentur in eius familia his verbis diſpoſuit ibi: *Idcirco ſi, & caſu quo aliquis eſſet nominatus à præfata Virginia, vel ob non factam d. nominationem ſuccederet ab inteſtato qui poſtmodum decederet, aut decederent abſque filijs legitimis, & naturalibus maſculis, tali caſu illi, vel illis vt ſupra decedentibus intelligantur eſſe, & ſint ſubſtituti vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum illi maſculi de familia &c. qui erunt proximiores de tempore in tempus Sum. num. 2.*

Defuncto Teſtatore Virginia hæres grauata nominauit Fortunium filium Antonij Mariæ, & Chriſtophorum filium Octauiani, quemlibet pro virili, prout Teſtatori ſucceſſerunt, & ex eis poſt mortem Virginiæ primo deceſſit Fortunius ſuperſtite Valerio filio, qui pariter obijt cum filio nuncupato Fortunio Iun. pacifice poſſidente medietatem bonorum ſtabilium Teſtatoris, in qua eius Auus fuerat nominatus.

Cum verò nuper deceſſerit Chriſtophorus, nullis relictis liberis Angelus filius Caroli fratris Fortunij ſen. tanquam proximior Fortunij fideicommittentis, & Chriſtophori vltimo defuncti adeptus fuit poſſeſſionem alterius medietatis bonorum Teſtatoris eidem Chriſtophoro obuentæ, ſed prætendente in ea ſuccedere ſupradicto Fortunio Iun. hodie quæſitum fuit ad cuius fauorem conſtet de fideicommiſſo Porfirij, & pro Angelo fauorabilis prodijt reſolutio.

Patet enim ex inſpectione arboris familiæ Te-
1 ſtatoris, quod ipſe proximior eſt tam grauanti,
quam grauato, ideo mortuo Chriſtophoro ſine
filijs in portione ipſius ad ſui fauorem purifica-
ta fuit ſubſtitutio proximiorum, & aperta ſuc-
ceſſio *l. cum ita legatur 33. §. In fideicomm & l. pro
71. §. Fratre ff. de legat. 2. Burſatt. conſ. 170. num.
16 lib. 2. Peregrin. de fideic. art. 21. num. 2. verſ. atque
cum proximiores.*

Non obſtat, quod non ſit impleta conditio
2 obitus ſine filijs in vtroque nominato, dum ex
Fortunio ſen. adeſt Fortunius Iunior eius Nepos
ex Valerio filio.

Vrgeret enim obiectum ſi inter nominatos,
3 eorumque deſcendentes expreſſe, vel tacite per
Teſtatorem ordinata fuiſſet ſubſtitutio recipro-
ca, vt tradit *Rip. in l. hæredes mei §. cum ita num.
136. ff. ad Trebell.* At quia in caſu noſtro nec ex-
4 preſſa legitur, nec tacita ſubintelligi poteſt, quę
veniat in neceſſariam conſequentiam verborum
expreſſorum, dum non concurrunt vrgentes
coniecturæ, nec Teſtator dixit, quod ab vltimo
ex honoratis tota hæreditas alteri reſtituatur, vt
opus eſt per *Text. in l. Titia Seio §. Seia libertis ff.
de legat. 2. Soccin. Iun. conſ. 110. nu 17. & 18. lib. 3.*

Peregrin.

Digitized by Google

Peregrin. in his terminis conſ. 52. num. 1. lib. 6. Rota in recent. deciſ. 192. num. 3. por. 8. ſed ſimpliciter
vno, vel pluribus nominatis à Virginia illi, vel
illis ſine filijs legitimis, & naturalibus dece-
dentibus proximiores de familia ſubſtituit *dicto
Summ. num.2.* Hoc vtique caſu non exigitur co-
pulatiua purificatio conditionis reſpectu vtriuſ-
que, ſed ea purificata in vno quoad eius portio-
nem habet locum ſubſtitutio, quia cum reſpi-
5 ciat diuerſas perſonas, reſoluitur in ſingularita-
tes perinde ac ſi cuilibet ex nominatis facta fuiſ-
ſet iuxta reſponſum Papiani *in d. l. hæredes mei §.
cum ita ff. ad Trebell.* ibique *Rip. d. num. 136. verſ.
ex qua reſponſione*, admittens, quod ceſſante re-
6 ciproca, & ſi verba ſubſtitutionis directa ſint ad
grauatos, prouthic, pluralitas neceſſario reſol-
uitur in ſingularitates, in puncto *Peregrin. d. conſ.
52. num. 4. lib. 6. Card. Seraphin. deciſ. 1190. num.
4. & 5.*

Nec obſtat ratio conſeruandi agnationem re-
ſultans ex declaratione facta per Teſtatorem in
Codicillis, quod eius bona ſtabilia ſemper, &
in perpetuum conſeruentur in ſua familia; quia
7 de per ſe ſola non ſufficit ad inducendam reci-
procam de linea ad lineam, ſed intelligitur iux-
ta gradus expreſſos diſcretiue inter deſcenden-
tes vniuſcuiuſque lineæ, vt ſcilicet portio cuiuſ-
libet ex nominatis inter eius deſcendentes con-
ſeruetur, *Menoch. conſ. 370. num. 40. verſ. reſpon-
detur 1. Card. Seraph. deciſ. 1023. num. 9. Rota in
Florentina, ſeu Bononien. de Barbadoris 25. Iunij
1640. coram bo. me. Coccino §. Hinc non obſtat*, in
8 qua firmatur, quod hoc facilius admittitur quã-
do, prout hic, non agitur de deſcendentibus,
ſed de tranſuerſalibus Teſtatoris.

Nec dicatur, quod ſaltem Fortunius Iunior
ſubintret in locum Valerij Patris, & ſic conſi-
derari debeat tanquam exiſtens in pari gradu,
cum Angelo, quia cum non verſemur in fidei-
commiſſo aſcendentis, nec tranſuerſalis primi
gradus, ſed tranſuerſalis Patris, nec Nepos con-
9 currit cum Patruo, ſed habet locum regula prior
in gradu prior in ſucceſſione. *Dec. conſ. 1. n. 3. &
conſ. 217. num. 2. Curt. Iun. conſ. 128. numer. 11.
Craſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum quæſt. 11. num. 5.
Facchin. contr. Iur. lib. 4. cap. 84. §. fin. verſ. ſequi-
tur Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit.
9. num. 3. in fin. & ſeq. Peregrin. de fideicomm. art.
21. num. 8. Theſaur. deciſ. 65. num. 1. verſ. con-
trarium tamen eſt verius.*

Minuſue Fortunius viuens iura tranſmiſſionis
10 prætendere poteſt, quia cum pariter verſemur
in fideicommiſſo conditionali ad filios non
tranſmittitur, quando Pater, pro vt hic pen-
11 dente conditione deceſſit non concurrentibus
coniecturis contrariæ voluntatis, quæ vrgentes
eſſe debent. *Text. in l. vnica §. ſin autem C. de
caduc. toll. probat gloſſ. in l. 1. verb. de relictis C.
de his, qui ante apert. Tabul. Bart. in l. hæredes mei
§. cum ità num. 2. ff. ad Trebell. Pariſ. conſ. 56.
num. 4. lib. 5. & de fideicomm. art. 31. numer. 6.
Card. Seraph. deciſ. 1479. num. 5. cum concordanti-
bus allegatis in Romana de Melliais 15. Ianuarij
1644. §. Et hinc eſt, & in Fauentina Bonorum 27.
Iunij 1659. §. nec obſtat exiſtentia tum ſeqq. coram
me.*

Et ita &c.

ROMANA, SEV FLORENTINA TRANSACTIONIS.

Mercurij 14. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Tranſactio inita ſuper validitate Profeſſionis, & ſtatu Religioſo ſine auctoritate Superioris, mediante promiſſione pecuniæ, an ſit Simoniaca, & an obliget, & an ſuſtineatur ſi nec pecunia, nec aliquid fuerit promiſſum, & quid operetur tranſactio in qua, nec fuit promiſſa obſeruantia, nec appoſitum Iuramentum, aut obligatio Cameralis, nec adiecta pœna in caſu contrauentionis, ſed ſimpliciter appoſitum pactum reſolutiuum?

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio inita ſuper validitate Profeſſionis, & ſtatu Religioſo cum promiſſione pecuniæ, ſine licentia ſuperioris Simoniaca eſt, & non obligat.*

2 *Tranſactio inita ſuper Monacatu, ſiuè vt quis Monachus remaneat, ſiuè vt ſecularis euadat, non ſuſtinetur, ſiue propter hoc detur pecunia, ſiue non, & nu. 3. & 4.*

5 *Tranſactio ſuſtineri non poteſt, niſi aliquo hinc inde dato, vel remiſſo.*

6 *Tranſactio in qua aliquid datur, vt quis ingrediatur Religionem, vel vt inea Religioſus permaneat eſt Simoniaca, nec ſuſtinetur ceſſante Superioris auctoritate.*

7 *Tranſactio in qua pecunia, vel quid aliud promittitur, quando lis principaliter fuit introducta ſuper re temporali, diſtincta, & ſeparata a re ſpirituali, ſuſtinetur, & promiſſio pecuniæ cenſetur facta dumtaxat reſpectu rei temporalis.*

8 *Tranſactio quando rei ſpiritualis fuit principaliter in lite deducta, fieri debet correſpectiue ad ipſam rem ſpiritualem, & ſic ad cauſam illicitam tranſigendi.*

9 *Tranſactio quando litigatur ſuper rebus ſpiritualibus fieri poteſt per dationem rei temporalis.*

10 *Tranſactio in qua datum, vel promiſſum ratione connexitatis, & inſeparabilitatis non poteſt plus referri ad temporalitatem, quam ad ſpiritualitatem, non excuſatur a labe Simoniæ.*

11 *Tranſactio nec etiam ſuper annexis conſequenter ſpiritualibus fieri poteſt abſque labe Simoniæ.*

12 *Tranſactionis indiuiduitas cognoſcitur quoties ea ſuper quibus fuit tranſactum, habent originem ab eadem cauſa.*

13 *Tranſactio ſuper receſſu à lite eſt licita ſuper re ſpirituali, mediante pecunia, vel alia re temporali.*

14 *Declara hoc tantum procedere quando is qui dat pecuniam pro tali receſſu iuſtè obtinet rem ſpiritualem prævio legitimo titulo, & vult ſimpliciter ſe liberare à vexationibus per collitigantem ſibi allatis.*

15 *Secus autem quando pecunia datur ab eo qui iniuſtè habens prætenſionem ſuccubuit.*

16 *Tranſactio eſt exceptio litis finitæ, & impedit nouæ litis ingreſſum.*

17 *Tranſactio inita ſuper receſſu à lite, vel iam terminato, vel cuius finis erat certiſſimus, non ſuſtinetur.*

18 *Tranſactio in qua non fuit promiſſa obſeruantia, nec appoſitum iuramentum, vel obligatio Cameralis, nec in caſu contrauentionis adiecta pœna præter pactum reſolutiuum, cenſetur reſoluta per contrauentionem vnius partis, etiam altera parte obſeruante &c.*

DECISIO DCXXXII.

COnſulta Sacra Rota, & ab ipſa 28. Aprilis 1659. tradito voto ſuper inualiditate Profeſſionis D. Marchionis Petri Corſini ex rationibus maturè, & latè diſcuſſis in duabus deciſionibus æditis 13. Ianuarij 1653. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. & 27. Ianuarij 1619. coram Reuerendiſſimo D. meo Epiſcopo Papien. per apocam priuatam inter ipſum, & D. Marchionem Andream eius fratrem inita fuit concordia, in quo inter cætera fuit conuentum, quod cum vltra annuam præſtationem debitam D. Marchioni Petro ſupereſſet ſolutio ſcutorum 7000. pro reſiduo 10000. Marchio Andreas ei promiſit ſoluere, prout ſoluit ſcuta 3500. & pro alijs 3500. annuam reſponſionem ſcutorum 245. eius vita durante, nec non aſſumpſit in ſe onus perſoluendi quaſcumq; impoſitiones etiam extraordinarias, tam præteritas, quam futuras, & demum in vltimo capitulo ità concluſum fuit ibi: *Et eſſendo in oltre ſeguita trà detti Signori fratelli lunga, e trauaglioſa lite ſopra la validità della Profeſſione del Signore Marcheſe Pietro nella Religione di Malta, ſopra della quale eſſendo dalla Sacra Rota Romana vſcite più deciſioni, quindi è che in virtù della preſente concordia ſcambieuolmente ſi promettono l'vn l'altro di non proſeguir più auanti detta lite, nè di cercar reſpettiuamente ſentenza, ò reuiſione, nè far atto alcuno da hora inanzi diretto a queſto fine, ma di ritirarſene ciaſcuna delle parti totalmente per viuere in pace, e quiete, volendo, che in caſo di traſgreſſione s'intenda ſubito ceſſata la ſudetta renuntia dell'anno 1646. e queſta preſente concordia ancora &c. riducendo con detta ceſſatione le coſe à i termini della ragione, e del douere &c. Summ. vtriuſque partis num. 1.*

Verum cum Marchio Petrus peteret ab Eminentiſſimo D. Cardinali Ginetto Iudice deputato expeditionem ſententiæ ad formam voti Rotalis, ſe oppoſuit Marchio Andreas exhibendo dictam concordiam; vnde placuit eidem Eminentiſſimo ſuper hoc etiam conſulere Rotam, an obſtet concordia, itaut non ſit procedendum ad vlteriora, & hodie negatiue reſponſum fuit, concordiam ſcilicet non obſtare expeditioni ſententiæ ſuper nullitate profeſſionis.

Cum enim ex ea appareat initam fuiſſe ſuper
1 validitate profeſſionis, & ſtatu Religioſo Marchionis Petri mediante promiſſione pecuniæ, & aſſumptione oneris impoſitionis, ſine licentia ſuperioris, Simoniaca eſt, & non obligat *cap. cum pridem de pact. cap. vlt. de rer. permut. cap. præterea primo & 2. de transfact. cap. 2. de arbitr. Abb. in dicto cap. Præterea il primo in princ. verſ. ſuper Iuro, & num. primo de tranſact. Mobed. deciſ. 5. de Simon. Put. deciſ. 42. lib. 2. in correct. Suar. de Relig. tom. primo lib. 4. tit. de Simon. cap. 51. nu. 6. Bonacr. oper. moral. tom. primo quæſt. 4. §. 15. in prima propoſitione num. 3.*

Et in indiuiduo tranſactionis factæ ſuper Mo-
2 nacatu, ſiue vt quis Monachus remaneat, ſiue vt Sæcularis euadat, tradunt communiter *DD. in l. fin. C. de tranſact. reprobata gloſſ. ibidem verb. ſimili verſ. Item nota, & ſignanter Bart. numer. 2. verſ. verum eſt, quod in cauſa Bald. num. 3. & ſub num. 4. verſ. quod etiam Paul. de Caſtr. num 3.* vbi quod oportet iſtam opinionem dirimi per ſententiam diffinitiuam, quæ habebitur pro verita-
3 te ſubdens, quod ſi quis poſſit facere ſe Monachum propter hoc non vitiatur tranſactio, ſed videtur vitiari ſi detur pecunia, cum contineat Simoniam; *Salycet. num. 3. verſ. ſed ſic contra, & Iaſ. ſub num. primo verſ. ipſa gloſſa dicit*, firmans,
4 quod in hac materia tranſactio nullo modo ſuſtineri poteſt, quia aut nihil datur, & corruit,
5 ex quo fieri non poteſt niſi aliquo hinc inde dato vel remiſſo, *l. tranſactio C. de tranſact.* aut datur aliquid, & cauſa Monachationis eſt Simonia.

Licet enim non ſit illicitum aliquid tradere pro congrua Religioſi ſubſtentatione, cum non detur temporale pro ſpirituali, ſed temporale
6 pro ſpirituali, vbicumque tamen datur aliquid vt quis ingrediatur Religionem, vel vt in ea permaneat Religioſus, tunc pro ſpirituali datur temporale, & conſequenter non ſubſtinetur ceſſante ſuperioris auctoritate. *Nauar. conſ. 86. num. primo & 2. lib. 5. de Simon. Azor. inſtit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 16. in princ. & verſ. 5. quæritur vbi in ſpecie loquitur* de ordine militari *Summ. ſiluestr. verb. Simonia 15. quæſt. poſt princip. verſ. quia planè eſſet Simonia Sot. de Iuſt. & Iur. lib. 9. quæſt. 6. art. 2. circa finem verſ. ad quartum argumentum Leſſ. eod. tract. lib. 2. cap. 35. dub. 12. Sanch. conſ. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 53. in princ. Suarez. vbi ſupra dicto tom. primo lib. 4. tit. de Simonia cap. 17. num. 5. & 6. Bonacr. vbi ſupra d. diſput. prima quæſt. 4. §. 8. nu. 3.*

Non obſtat quod promiſſio pecuniæ, & ſuſceptio oneris facta cenſeatur intuitu bonorum renunciatorum, & ſic pro temporali, vt voluit *Tondut. Sanleger. quæſt. & reſol. benefic. tom. 1. cap 96. ſub num. 24.*

Quia quicquid de veritate eius opinionis, de qua etiam ipſe dubitaſſe videtur *ſub numer. 26.*
7 *verſ. ſed ergo ſalua.* Id forſan poſſet admitti, ſi lis principaliter fuiſſet introducta ſuper re temporali diſtincta, & ſeparata à re ſpirituali, cum quo ſuppoſito ipſe tranſit, vt declarat *ſub num. 28. verſ. & ſic cum dicta prætenſiones*, inferens exinde, quod promiſſio, ſeu traditio annui redditus facta in tranſactione, correſpectiue facta cenſeatur pro re duntaxat temporali diſtincta à ſpirituali, & ſic in cauſam licitam; at in caſu
8 noſtro lis principaliter introducta fuit ſuper re ſpirituali, nempe ſuper nullitate profeſſionis, vt conuincunt deciſiones deſuper emanatæ, & votum rotale, in quibus de alio non agitur, quam de dicta nullitate, & conſequenter deſuper celebrata tranſactio correſpectiue referri debet ad ipſam rem ſpiritualem, quæ principaliter erat in lite, & ſic in cauſam illicitam, vt probant omnes auctoritates ſupra allegatæ, & ſignanter. *Rotæ apud Mobed. dicta deciſ. 5. de Simonia, & apud Put. d. deciſ. 42. lib. 2. in correct.* & ita declarando admittit idem *Tondut. d. num. 28. verſ. Præterea promiſſio*, & clarius *num. 31.* vbi ità reſpondet prælatis deciſionibus, & ponit hæc præciſa verba ibi: *Item in caſu illarum deciſionum renunciabatur liti, quæ ſimpliciter erat ſuper re ſpirituali, nempe ſuper beneficio, hic autem agebatur de bonis, quæ Religioſus ob nullitatem profeſſionis ad ſè pertinere contendebat, & num. 33.* ibi: *Et generale*
9 *eſt, vt quando litigatur ſuper ſpiritualibus ſimul, & temporalibus tranſactio fieri poſſit per dationem rei temporalis.*

Et quamuis in conſequentiam huius litis veniat res temporalis, nempè reſolutio renunciationis, & recuperatio bonorum, attamen quia eſt annexa, indiuidua, & inſeparabilis à re ſpirituali, nempè à nullitate profeſſionis, ratione

huius

10 huius connexionis, indiuiduitatis, & inſepa-
rabilitatis, qnicquid fuit in tranſactione datum
vel promiſſum non poteſt plus referri ad tempo-
ralitatem, quam ad ſpiritualitatem, ac per con-
ſequens labes ſimoniæ non euitatur, vt probat
Text. in cap. quæ ſitus §. generaliter de rer. permut.
ibi *Præſertim pactione præmiſſa, quæ circa ſpiritualia*
vel connexa ſpiritualibus labem ſemper continet ſimo-
niæ, ibique gloſſ. verb. Simonia Mohed. d. deciſ. 5.
in fine verſ. Tamen fuit dictum ibi *quod cum tota*
connexio ſit indiuiduu totum, & qualibet res, quæ
datur ex vna parte intelligitur dari pro toto, quod ex
altera parte datur, quia eſt correſpectiuum, Put. d.
deciſ. 42. pariter in fine verſ. Tamen quia dabantur
lib. 2. in correct. benè *Bonac. oper. Moral. tom primo*
tit. de ſimonia diſput. 1. queſt. 4. §. 11. in 3. propo-
11 *ſit. num. 8. cum ſeqq.* Probans quod annexum
conſequenter ſpiritualibus materia eſt ſimoniæ,
vt propterea abſque eius labe illud vendi non
poſſit, nec deſuper fieri aliqua pactio.

Quodque iu propoſito reſolutio renunciatio-
nis, & recuperatio bonorum annexa, & indiui-
dua ſit, ac inſeparabilis à materia profeſſionis
clare etiam conuincitur ex tenore ipſius met
concordiæ, ex qua apertè educitur quod ſuper
vno ſine altero nullatenus fuiſſet tranſactum, vt
præcæteris oſtendit pactum reſolutiuum in fine
adiectum ibi *volendo, che in caſo di traſgreſſione*
s'intenda ſubito ceſſata la detta renuncia dell' anno
12 *1636. e queſta preſente ancora &c.* cumque vtrum-
que proceſſerit, & originem habuerit ab eadem
cauſa profeſſionis, hoc eſt ſignum euidens indi-
uiduitatis, & inſeparabilitatis ex deductis per
Rotã in recent. deciſ. 554. num. 3. 4. & 5. par. 4.
tom. 3.

Nec obſtat quod licita ſit trauſactio ſuper re-
13 ceſſu à lite ex *Suarez. vbi ſupra d. conſ. primo lib.*
4. cap. 5. num. 15.

Omiſſo enim, quod iſti fratres non receſſe-
runt duntaxat à lite, ſed principaliter tranſege-
runt ſuper validitate Profeſſionis, vt apparet
non ſolum ab expreſſis in Apoca, ſed etiam ex
poſtea ſubſequutis, cum Marchio Andreas oppo-
ſuerit concordiam, vt frater remaneat in Profeſ-
ſione, & ſtatu Religioſo, Domini amplexi fue-
runt communem opinionem canoniſtarum, vt
tunc ſolum licitus ſit receſſus a lite ſuper re ſpi-
rituali mediante pecunia, vel alia re temporali
14 quandoquis dat pecuniam pro tali receſſuiuſtè
obtinet rem ſpiritualem præuio legitimo titulo,
& vult ſimpliciter ſe liberare ab iniuſtis vexatio-
nibus per collitigantem ſibi illatis, Tunc enim
quia exinde ſolum redimuntur iniuſtæ vexatio-
nes, nec illas redimens aliquod nouum Ius acqui-
rit ſuper re ſpirituali, quæ permanet ſecundum
Iuſtitiam, & iuxta legitimum titulum apud eum,
& in eo ſtatu, in quo de iure eſſe debet nulla
deſuper cadit ſimonia *Abb. in d. cap. cum pridem*
num. 9. de pact. Felyn. in cap. Dilectus il primo nu.
1. verſ. niſi vexatio & num. 4. verſ. 3. limita de Si-
mon. Anchar. conſ. 34. verſ. quia ergo Nauar. conſ.
38. num. 2. lib. 5. de Simon. Pariſ. conſ. 135. num.
20. lib. 4. Menoch. conſ. 67. num. 17. Pyrr. Corrad.
in prax. benef. lib. 4. cap. 5. ſub num. 59. verſ. pri-
mu eſt ſub numero 60. dicit hoc etiam eſſe val-
de periculoſum ſine auctoritate ſuperioris; At
15 quando, prout hic, pecunia datur ab eo, qui
iniuſtam habens prætenſionem ſuccubuit, & ſic
ea mediante parat ſibi viam ad conſequendam
rem ſpiritualem, quam litigando de Iure, & ſe-
cundum Iuſtitiam non potuit, nec poteſt obti-
nere, hoc vtique non eſt redimere vexationes,
cum ab ipſo præſtitæ fuerint, ſed eſt rem ſpiri-
tualem procurare mediante re temporali, quam
alias conſequi non poterat, vt optimè diſtin-
guendo probant *Nauarr. conſ. 41. num. 20. dicto*
lib. 5. de Simon. Sanch. conſ. moral. lib. 2. cap. 3.
dub. 3. num. 3. & 4. Suarez. de Relig. d. tom. primo
lib. 4. tit. de Simon. cap. 50. num. 2. & d. cap. 51.
ſub. dicto num. 15. Caſtropal. oper. moral. par. 3. tract.
17. tit. de Simon. diſput. 3. punct. 20. num. 1. 2. &
3. Corrad. vbi ſupra d. lib. 4. d. cap. 5. ſub dicto nu.
59. verſ. & eſt trita concluſio.

Nec refert, quod Marchio Andreas tanquam
merus Tertius nullum Ius circa poſſeſſionem ac-
quirere potuerit, nam ſatis acquiſiuiſſe ſperabat
retinendo fratrem vinculis Religionis obſtri-
ctum, quod erat, & eſt principale ſuæ intentio-
nis motiuum, vt docuit experientia, dum acer-
timè litigauit, & acriter contendit illius pro
feſſionem eſſe validam, & non poſſe expedire
Sententiam ſuper eius nullitate, etiam ipſa Reli-
gione pro nulla eum declarante. Hinc enim ne-
quit negari quin aliquid acquirere intendebat
reducendo, & retinendo fratrem in eo ſtatu in-
certo ſuæ perſonæ, in quo erat ante moram li-
tem ſic eludendo reſolutiones, & vota Sacræ Ro-
tæ. Quod autem firma remanente concordia
ſuper receſſu a lite, poſſit Petrus mediante nouo
Iudicio, & noua commiſſione iterum petere de-
clarationem nullitatis ſuæ profeſſionis in Iure
16 non ſubſiſtit, quia Concordia quando valida
eſt, non ſolum continet exceptionem litis fini-
tæ, ſed etiam impedit nouæ litis ingreſſum *cap.*
primo de lit. conteſt. in 6. l. cauſas, & l. fratris C. de
Tranſact. Roland. conſ. 28. num. 16. lib. 4. Rota co-
ram S. M. Gregor. deciſ. 354. num. 1. coram Card.
Caual. deciſ. 550. num. 2. in recent. deciſ. 218, num. 1.
par. 7. & in Romana Donationis 9. Decembris 1650.
coram Reuerendiſſimo Tarraconen. ſub §. 1.

Duo præterea Domini ponderarunt, Alterum
quod concordia inita fuit ſuper lite non vtique
pendente, & cuius eſſet incertus exitus, ſed ſu-
17 per lite vel iam terminata, vel ſaltem cuius fi-
nis erat certiſſimus, cum cauſa reperiretur com-
miſſa de voto Rotæ appellatione remota, &
iam Rota, vt dictum eſt tradiderat votum, quo
caſu ſubſtineri non poſſe firmant *Roman. conſ.*
517. num. 18. Aym. conſ. 152. num. 10. & 11. quos
ſequuta fuit Rota in Bononien. nullitatis concordiæ
12. Iunij 1645. coram me §. At hic neutrum.

Alterum quod in eadem concordia non fuit
18 promiſſa eiuſdem obſeruantia, nec in caſu con-
trario adiecta pena, nec eſt iuramento, minuſ-
que obligatione camerali vallata, ſed ſolum ap-
poſitum fuit ſupradictũ pactum reſolutiuum ibi-
volendo, che in caſo di traſgreſſione s'intenda ſubito
ceſſata la detta renuntia dell'anno 1636. e queſta pre-
ſente concordia ancora &c. riducendo con detta ceſſa-
tione le coſe à termini della ragione, e del douere &c.

Hinc enim Domini cenſuerunt, quod atten-
ta ſubiecta materia partes intellexerint admit-
tere reſolutionem tranſactionis, & omnia redu-
cere ad terminos Iuris per ſolam contrauentio-
nem alterius, & ſic voluiſſe quod etiam altera
obſeruante pactum reſolutiuum operetur effe-
ctum ſuum, vt ſcilicet tranſactio reſoluta rema-
neat perinde ac ſi celebrata non fuiſſet *Bald. in*
l. ea lege num. 13. verſ. ego dico C. de condit. ob.
cauſ. Iaſ. in l. quamuis in fine num. 4. de Transact.

Aym.

Digitized by Google

Aym. conſ. 145. num. 19. Caputaqut deciſ. 315. num. 2. par. 3. Penia deciſ. 274. num. 2. Eminentiſſimus Ottbob. deciſ. 159. num. 19.

Et itâ vtraque, &c.

ROMANA DOMVS.

Lunæ 19. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Emphyteuta habens rem titulo onetoſo, & ęre proprio ſoluens pretium venditori, canones, & laudemia domino directo, poteſt de ea ad ſui libitum, etiam in pręiudicium vocatorum in inueſtitura diſponere: & an acquiſitio emphyteuſis facta à marito de proprijs pecunijs cedat ad commodum vxoris abſentis cuius etiam nomine fuit ſtipulata, & à notario acceptata?

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta qui habet rem titulo onerοſo poteſt de ea ad ſui libitum diſponere, etiam in pręiudicium comprahenſorum in inueſtitura.*

2 *Contractus factus a marito etiam nomine vxoris præſumitur ſimulatus ſi maritus pretium ſoluerit ex pecunijs proprijs, & res illi tradita fuerit.*

3 *Donatio inter virum, & vxorem eſt à iure prohibita.*

4 *Amplia ex diſpoſitione ſtatuti vrbis, nedum donatia explicita, ſed etiam ſub confeſſionibus ac alijs prætextibus implicitè facta.*

5 *Amplia etiam ſi donatio ſit iurata.*

6 *Stipulatio notarij facta nomine abſentis in acquiſitione emphyteuſis non operatur tranſlationem vtilis dominij, in ipſum abſentem, niſi doceatur de eius ratificatione, & acceptatione.*

7 *Acceptatio in his quæ afferunt commodum etiam in abſente, cenſetur inducta ex ſola ſcientia.*

8 *Declara vt hæc ſcientia debeat eſſe certa, nec ſufficiat præſumpta.*

9 *Præſumptio ex altera præſumptione deduci non debet, niſi quando vna venit in neceſſariam conſequentiam alterius.*

10 *Acquiſitia facta pro abſente titulo mere lucratiuo, cenſetur ab eo acceptata ex ſola ſcientia acquiſitionis.*

11 *Limita hoc non procedere in acquiſitione facta titulo anerοſo, ſeu mixto, nam cum poſſibiliter potuerit talis acquiſitio eidem eſſe damnoſa non præſumitur acceptata niſi probetur.*

12 *Teſtator qui omnia eius bona nominauit, in teſtamento. & aliquid omiſit cenſetur agnoſciſſe, illud non eſſe proprium, ideoque noluiſſe comprabendere ſub vniuerſali inſtitutione:*

DECISIO DCXXXIII.

EMptio Domus (ſuper qua hodie tantum eſt queſtio) ſub proprietate Eccleſiæ S. S. Vincentij, & Anaſtaſij fuit ſtipulata vſque de anno 1586. ad fauorem Alexandri; Fabrini duntaxat, preuia ſolutione pretij ab eodem facta in manibus Flauij Venturæ venditoris, Inſtrumenta vero tranſlationis vitæ, ſeu Generationis ac perpetuationis dictæ Domus ſtipulata. & recepta leguntur ab Alexandro tam ſuo, quam Angelæ Vxoris abſentis nomine.

Vnde cum primo loco de dicta Domo Alexander diſpoſuerit in eius teſtamento ad fauorem Antonij filij pro medietate, & pro altera medietate ad fauorem Dominici, Ioannis Andreæ, & Petri Antonij Nepotum ex Franciſco altero filio prædefuncto illam etiam ſubijciendo vinculo fideicommiſſi, & demum Angela in omnibus ipſius bonis ſcripſerit hæredem vniuerſalem tantummodo Antonium nulla facta mentione Nepotum.

Hinc orta controuerſia inter Antonium Patruum, & Ioa: Andream Nepotem cuinam eſſet danda manutẽtio, & quatenus opus eſſet immiſſio in Domo, de qua agitur, & pro quibus partibus, quo dubio propoſito Rota conceſſit manutentionem Antonio ſuper duabus partibus inhærendo teſtamento paterno, ſed denegauit eidem immiſſionem in portione prætenſa ex diſpoſitione matris.

Circa manutentionem pro medietate nulla cadit difficultas, & altera pars conſenſit; quoad verò ad immiſſionem non ſubſiſtere viſa fuit prætenſio Antonij deducentis, Ius ſuum ex Teſtamento Angelæ matris ſub prætextu quod Domus cõtrouerſa æque principaliter pro dicta Angela cum Alexandro in emphyteuſim recepta fuerit.

Quia DD. animaduertebant Angelam non potuiſſe diſponere de hac Domo ob præcedens Alexandri teſtamentum, qui eam fideicommiſſo ſuppoſuit, inſtituendo æqualiter filios, &
1 Nepotes ex filio præmortuo; Et quidem hoc facere valuit, dum pretium illius ære proprio venditori perſoluit illam notabiliter meliorauit, canones auxit, & in vtraque inueſtitura laudemia, & conſiderabilem pecuniarum ſummam Domino directo exburſauit ad ſui libitum diſponere etiam in præiudicium Angelæ, aliorum quorumcunque vocatorum iuxta doctrinam originalem *Bald. in l. 1. num. 32. C. per quas perſon. nob. acquir.*, *& alijs cumulatis articulo benè diſcuſſo dictum fuit in Caſanatēn. Emphyteuſis cor. bo. mem. Merlin. deciſ. 699. num. 4. cum pluribus ſeqq.* & latiſſime in alia *Ceſtnaten. Emphyteuſis 23. Ianuarij, & 16. Iunij 1651. coram R. P. D. meo Albergato.*

Nec refert, quod ſuo, & Vxoris nomine emptio ſeu acquiſitio facta fuerit, quia cum pretium exburſatum proprium eſſet mariti; & res
2 ipſi tradita fuerit, vtique ſibi acquiſiuiſſe cenſetur, & nomen Vxoris præſumitur ſimulate accommodatum *Bald. & Salycet. in l. multum intereſt. in fine C. ſi quis alteri vel ſibi & Soccin. ſen. conſ. 129. num. 12. lib. 4. Deciam. conſ. 47. num. 17. & 18. lib. 5. Crauett. conſ. 100. num. 6.* Alias
3 autem redderet donationem inter virum, & Vxorem omninò prohibitam tam à Iure communi *in l. 1: & 2. ac tot. tit. ff. & C. de donat. int.*
4 *Vir. & Vxor.* quam a ſtatuto Vrbis *lib. 1. cap. 135.* cuius diſpoſitio non ſolum donationes expreſſo titulo, ſed etiam ſub confeſſionibus ac alijs prætextibus implicitè factas æquæ comprehendit, & irritat quamuis iuratæ ſint, vt la-
5 tè fuit probatum *in Romana Cenſus 24. Maij proximè præteriti coram me 5. confeſſio.*

Idque certius admittendum eſt, cum inſtrumenta acquiſitionum in Emphyteuſim perpetuam ſtipulata fuerint tantummodo ab Alexandro Viro, nec Angela vnquam fuit præſens illo-
6 rum ſtipulationibus, cum enim non doceatur de ratificatione, ſeu acceptatione dictarum acquiſitionum etiam eius nomine factarum, non cenſetur earum Dominium vtile acquiſiuiſſe, licet eius nomine interfuerit acceptatio Notarij, *Surd. conſ. 60 ſub num. 16. Menoch. conſ. 380. num. 27.* Rota *deciſ.* 380. *num. 27. Rota deciſ. 653. num. 4. par. 1. diuerſ. & in recent. deciſ. 12. ſub num. 3. par. 1. & 369. num. 3. par. 2. Gregor. deciſ. 567. nu. 3.*

Neque

Neque dicatur, quod ex ſola ſcientia in his
7 quæ aſſerunt commodum etiam in abſente cen-
ſeatur inducta acceptatio, vt reſponſum fuit in
*Romana Salųiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. co-
ram me poſt. Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 189. nu.*
15. quia vltraquod in propoſito huiuſmodi ſcié-
8 tia non iuſtificatur, quæ debet eſſe certa, nec
ſufficit præſumpta iuxta *gloſſ. in l. 1. C. de Dot.*
9 *promiſſ.* cum alias ex vna preſumptione altera
educeretur præſumptio, quod non videtur ad-
mittendum niſi quando vna venit in neceſſariam
conſequentiam alterius, vt declarando *Rota apud*
10 *Poſth. de manut. deciſ. 554. num. 9. & 10.* Id for-
ſan admitti poſſet in acquiſitione facta pro ab-
ſente titulo mere lucratiuo, in quibus terminis
loquitur deciſio *Romana Salųiani de Caſalibus*, ſe-
11 cus autem quando, prout hic, acquiſitio ſit ti-
tulo oneroſo, ſeu mixto, cum Alexander di-
ctam Domum acquiſiuerit præuijs pluribus ſolu-
tionibus, & obligationibus inquibus Angela
debuiſſet concurrere, vnde cum poſſibiliter po-
tuerit talis acquiſitio eidem eſſe damnoſa, non
præſumitur acceptata niſi probetur *gloſſ. in l. 1. in
verb. liberalitatem ff. de donat. Rota deciſ. 274. nu.
4. & 5. par. 6. & deciſ. 27. num. 1. cum ſeq. part.
7. recent.*

Quinimmò excluditur acceptatio, dum An-
gela nec viuens nec in teſtamento de Domo, ſeu
eius rata parte vnquam diſpoſuit, ſed relinquen-
do omnia eius bona Antonio expreſſe declarauit
illa præcipue conſiſtere in ſcutis ſex ſingulis mẽ-
ſibus ſibi debitis hæredibus Alexandri loco vſuſ-
12 fructus ſibi relicti. Hinc enim dum Domum
præfatam non expreſſit cenſetur agnouiſſe eam
non eſſe propriam, ſed in totum, & integre
hæreditariam mariti, illamque propterea noluiſ-
ſe ſub vniuerſali inſtitutione metiendo volunta-
tem à poteſtate ad fauorem Antonij facta com-
prehendere, vt ponderatum fuit in *Camerinen.
Domus coram Gyptio apud Giouagnan. reſponſ. 44.
num. 112. cum ſeq. lib. 2 & in d. Caſanaten. Em-
phyteuſis coram Merlin. num. 24. & in deciſ. 375.
num. 2. cum ſeq. par. 1. recent.*

Et ità vtraque Parte Informante &c.

COLONIEN. CANONICATVS.

Luna 19. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Gratia expectatiuæ conceſſa, inquibus caſibus per acceptationem cenſeatur conſumpta?

SVMMARIVM.

1 *Gratia expectatiua conceſſa dicitur conſumpta per ſolam acceptationem, etiam ante collationem, & etiamſi prouiſio exequutionis non ſubſequatur.*

2 *Declara hoc tantum procedere ingratia expectatiua a Papa conceſſa in forma ſimplicis prouiſionis cum clauſula* Ex nunc, prout, ex tunc.

3 *Gratia expectatiua conceſſa in forma ſimplicis prouiſionis non requirit factum exequutoris, ſed illico vt expectans eius vigore acceptauit, eidem dicitur quæſitum Ius in re.*

4 *Gratia expectatiua conceſſa in forma ſimplicis prouiſionis per ſolam acceptationem expectantis dicitur conſumpta.*

5 *Gratia expectatiua conceſſa in forma mandati de prouidendo per ſolam acceptationem non dicitur conſumpta, niſi poſtquam exequutor deuenerit ad actualem poſſeſſionem, & num. 7.*

6 *Acceptatio ſimplex vigore gratiæ expectatiuæ conceſſæ in forma mandati de prouidendo, nullum Ius vel debile, & parum conſiderabile tribuit acceptanti.*

8 *Preciſta quoties Papa non confert beneficium, ſed mandat conferri, vltra nominationem Imperatoris opus eſt ordinarij inſtitutione, ſeu collatione.*

9 *Gratia expectatiua conceſſa in forma mandati de prouidendo ex ſola acceptatione non dicitur conſumpta, vbi acceptans ob præexiſtentem poſſeſſionem intruſi, vel litem deſuper introductam, collationem obtinere non potuit.*

10 *Gratia non dicitur conſumpta per acceptationem, quando acceptans ob litem introductam, & poſſeſſionem intruſi, non potuit obtinere neceſſariam collationem, ſed debet proſequi lis, & obtineri declaratio mali iuris intruſi.*

11 *Declara hoc tantum procedere, quoties ex acceptatione ius acquiritur.*

12 *Secus quando acceptatio nullum ius tribuit conſiderabile, ſed eſt neceſſaria collatio.*

13 *Acceptatio facta, cum proteſtatione, quod gratia Cæſareæ nominationis non cenſeatur donec plenarie non ſortiatur effectus extincta efficit vt nunquam inducatur conſumptio ante actualem conſequutionem beneficij acceptati, ideoque antequam illa ſequatur aliud legitimè poteſt acceptari.*

14 *Gratia expectatiua conceſſa per acceptationem, non remanet conſumpta, quando acceptans cecepit cum proteſtatione.*

15 *Proteſtatio facta ab acceptante præſeruat gratiam, ne dicatur conſumpta per huiuſmodi acceptationem.*

16 *Gratia expectatiua conceſſa non dicitur conſumpta per acceptationem, vel quando acceptans non habuit pacificam poſſeſſionem, vel quando probabili errore ductus, credidit ius ſibi competere.*

17 *Item vel quando non valuit primus actus, vel quando acceptans non potuit conſequi id quod acceptauit.*

18 *Item quando acceptans proteſtatus fuit in ſua acceptatione, quod non intendit acceptare, niſi quatenus de iure ſibi debeatur, & inquantum poſſit pacifice adipiſci poſſeſſionem.*

19 *Item quando Preciſta errore ductus elegit, ſeu acceptauit beneficium alteri collatum, vel debitum.*

20 *Indultum niſi ſit conceſſum ad petitionem alicuius, ad hoc vt poſſit de eo dari, debet iuſtificari adhuc vigere cauſas, ex quibus illud fuit conceſſum.*

21 *Indultum, niſi eius forma ſeruata fuerit, non ſuffragatur.*

22 *Prouiſio dicitur nulla, quæ fuit obtenta longe poſt tempus præfixum in indulto Apoſtolico.*

DECISIO DCXXXIV.

CAnonicatum, de quo agitur Eccleſiæ S. Gereonis adiudicandum eſſe Theodoro Hochſtein, & litteras Apoſtolicas nouæ prouiſionis per Laurentium Nicolartz obtentas non eſſe exequendas ſententia rotali præuijs duabus deciſionibus æditis 28. *Ianuarij 1656 coram bo. me. Dunozetta, & 27. Ianuarij 1659. coram R. P. D. meo Taia* pronunciatum fuit, quam hodie confirmandam eſſe Domini cenſuerunt.

Decreta enim fuit Theodoro Canonicatus adiudicatio ob eius nominationem (cæteris concurrentibus requiſitis) a Cæſarea maieſtate factam in primarijs precibus illi conceſſis vigore Indulti Apoſtolici, & per Decanum, & Capitulum

tulum acceptatis cum ſucceſſiua collatione, cui
non obſtat repetita exceptio, quod huiuſ-
modi primariæ preces remanſerint conſumptæ
ex acceptatione antecedenter facta à Theodoro
de ſcholaſtria eiusdem Eccleſiæ.

Quia licet per ſolam acceptationem etiam
1 ante collationem, quinimmo etiamſi prouiſio
exequutoris non ſubſequatur, gratia expectati-
uæ dicatur conſumpta, *Gemin. conſ. 103. num. 3.
verſ. & ex hoc infertur num. 5. verſ. ſed regula eſt &
num. 6. verſ. ex quo Dominus Petrus Oldrad. conſ. 229.
num. 1. in fine verſ 3. reſpondetur, Roman. conſ.
329. num. 4. & 5. Staffil. de litter. Grat. tit. quib.
mod. exped. litteræ ad beneſ. queſt. 7. num. 1. Mo-
bed. deciſ. 14. in princ. de conceſſ. prabend. Creſcent.
deciſ. 19. num. 1. de prabend. Put. deciſ. 236. num.
3. lib. primo in correct. & deciſ. 21. de conceſſ. præ-
bend.*

Id tamen procedit in gratia expectatiuæ con-
2 ceſſa in forma ſimplicis prouiſionis quando ſci-
licet Papa prouidet alicui de beneficio vacatu-
ro, quod duxerit acceptandum cum clauſula
ex nunc, prout ex tunc iſta enim dicitur perfecta
3 nec requiritur factum, ſeu collationem exequu-
toris, ſed illico vt expectans eius vigore accep-
tauit eidem dicitur quæſitum Ius in re *Card. Se-*
4 *raph. deciſ. 761. num. 8.* & propterea per ſolam
acceptationem remanet conſumpta, & in his
terminis loquitur *Gemin. cum alijs ſupra allegatis.*

Secus verò in gratia conceſſa in forma man-
5 dati de prouidendo, cum enim iſta expectet fac-
tum, & prouiſionem executoris non recipit per-
fectionem, nec remanet conſumpta niſi poſt-
quam exequutor deuenit ad actualem poſſeſſio-
nem, & interim ſola acceptatio nullum Ius tri-
buit acceptanti *cap. fin. §. ſanè in ijs de conceſſ.
præbend. in 6. Card. conſ. 61. num. 4. Lotter. de
re beneſ. lib. 2. queſt. 51. a num. 79. cum ſeqq. vſ-
que ad fin.* vbi ità diſtinguendo latè tractat mate-
6 riam, vel ſaltem eſt ius debile, & parum conſi-
derabile, cum parum, vel nihil operetur *Manduſ.
ſuper regula 3. queſt. 14. ſub num. 5. verſ. At illud*
7 *ſubtilius*, & conſequenter niſi fuerit deuentum
ad actualem collationem nuda acceptatio non
importat gratiæ conſumptionem optime *Ferrett.
conſ. 16. ſub num. 17. verſ. Præterea.*

Sumus autem in hoc 2. membro diſtinctionis,
8 quia Preciſtæ Papa non confert, ſed mandat con-
ferri, & ſic vltra Cæſaris nominationem opus
eſt Ordinarij inſtitutione ſeu collatione *Lotter. v-
bi ſupra lib. 1. queſt. 6. num. 47. Cocchier. Schol. 1. in
primar. Prec. ſect. 2. verb. quod. ſi per te queſt 8.
fol. 37. & 28. & verb. poſtquam illis ipſis canonice*
9 *prouiſum fol. 47.* vnde dum in caſu noſtro prop-
ter præexiſtentem poſſeſſionem intruſi, & litem
deſuper introductam collatio Scholaſtriæ Theo-
doro minime facta fuit non poteſt de Iure præ-
tendi conſumptio eius gratiæ, nec impediri ef-
fectus ſubſequentis acceptationis Canonicatus
cum actuali collatione ſibi facta per Decanum,
& capitulum, vt probatur in *2. deciſione huius
cauſa §. Et enim in his.*

Nec ſubſiſtit, quod teneretur proſequi litem,
10 & obtinere declarationem mali iuris intruſi,
11 quia hoc procedit quoties ex acceptatione ius
acquiritur, & in his terminis loquitur *Roman.*
12 *d. conſ. 329. num. 9.* At quando, prout hic ac-
ceptatio nullum Ius tribuit conſiderabile, ſed
neceſſaria eſt collatio tunc de ea non docto non
conſumitur gratia, neque aduerſus acceptantem
aliqua negligentia ſibi præiudicialis obicij po-
teſt, cum ius ſuum ſit ſaluum reſpectu nomina-
tionis donec ſequatur actualis collatio ex iuri-
bus ſupra allegatis.

Et tanto certius præfatis locum eſſe dixerunt
Domini, cum Theodorus non acceptauerit ſim-
pliciter dictam Scholaſtriam, nec cum ſola clau-
ſula, *ſi & in quantum illa ſibi de iure deberetur,*
13 ſed cum expreſſa proteſtatione, quod eius gra-
tia Cæſareæ nominationis nunquam extincta,
vel expirata dici, vel cenſeri poſſet donec ſuos
plenarios, & integros ſortita fuerit effectus *eius
Summ. num. 4.* quando enim acceptans ità pro-
teſtatur non inducitur conſumptio ante actua-
lem beneficij acceptati, & ſic ante quam ipſa ſe-
quatur aliud legitimè poteſt acceptari, vt limi-
tando contrariam concluſionem tradit *gloſſ. in
cap. Andreas num. 4. in fine verſ. Ego credo Mobed.
d. deciſ in fine verſ. maximè quia acceptatio de con-
ceſſ. prabend Caputaq; deciſ. 3, 8. per tot. par. pri.
& Signanter num 4. Staffil. vbi ſupra queſt. 4. num.*
12. firmans quod concluſio vt per acceptationem
14 gratia remaneat conſumpta requiritur vt non
procedat altero ex tribus modis, vel quando re-
15 cipit cum proteſtatione, quia proteſtatio præſer-
16 uat gratiam, vel quando non habuit pacificam
poſſeſſionem, aut demum quando probabili er-
rore ductus credidit ius ſibi competere *Cocchier.
pariter vbi ſupra ſect. 4. verb. infra menſem §. hinc
fit verſ. quam tamen limito fol. 69.* vbi pariter dictã
concluſionem limitat tribus modis, nempe quan-
17 do non valuit prinius actus quando acceptans
non potuit conſequi id, quod acceptauit, & quã-
18 do proteſtatus fuit in ſua acceptatione quod nõ
intendit acceptare niſi quatenus de iure ſibi de-
beatur, & in quantum poſſit pacifice adipiſci
poſſeſſionem, & in *fin. d. §. Hinc. fit verſ. licet il-
lam paulo ante fol. 71.* quartam adducitur limita-
19 tionem, niſi Preciſta errore ductus elegerit, ſeu
acceptauerit beneficium alteri collatum, vel de-
bitum, cum quibus limitationibus (quarum
aliquæ caſui noſtro optimè applicantur ex præ-
dictis) intelligenda, & recipienda ſunt ea, quæ
præcedenter dixerat *fol. 58.* præſertim quia nulla
fraus, nec colluſio erga Theodorum iuſtificata
eſt, quæ ſane prorſus excluditur dum ſecundo
loco acceptauit Canonicatum longe dignitate,
& reditu minorem Scholaſtria.

Præterea fuit ponderatum plura obeſſe litte-
ris nouæ prouiſionis Laurentio conceſſis vigore
nominationis ſtudij Colonien. ex priuilegio pro-
rogato ab *Innocentio X.* nempe quod non iuſtifi-
20 catur adhuc vigere cauſas ex quibus Indultum
conceſſum fuit, prout ex forma prorogationis
requiritur in *dicto Summario num. 8. littera B.* &
21 dixit *Rota deciſ. 45. num. 2. par 2. diuers.* quod
non fuit ſeruata eius forma prævio concurſu, &
præſtito ab electoribus iuramento, vt in *d num.
8 littera D.* quam ſeruandam eſſe in terminis ſi-
milis Indulti tradit *Garz. de beneſ par. 5. cap. 4.
num. 170., & ſeq. & num. 233. in nono dubio.*
Quod Laurentius non eſt de actu profitentibus
in vniuerſitate, nec iuramentum præſtitit dili-
genter continuandi in hoc munere, quod ex for-
ma indulti fauore dictorum Profitentiũ dunta-
xar conceſſi vt in *dicto num. 8. in princ.*, omninò
neceſſarium eſt, alias non ſuffragatur ad tradita
per *Rotam coram Merlin. deciſ. 139. ante num. primo*
22 & demum quod non obtinuit nouam prouiſio-
nem infra ſex menſes prout in eo ſtatuit *d nu. 81.*

littera D. ſed longe poſtea, & ſic nulliter, *Rota deciſ.440.num.13. & num.21. cum ſeq.par.4.tom.2. recent.* vbi reſpondetur exceptioni deductæ ex aſſerto impedimento.

Et ita vtraque, &c.

MELEVITANA CONTRIBVTIONIS.

Mercurij 20. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Taxa pro erectione Collegij, quod Papa loco Seminarij erigendi mandauit fieri iuxta decreta Sacri Concilij Tridentini in Diæceſi alicuius Epiſcopi, non eſt perpetua, ſed iuxta ipſius Sacri Concilij Diſpoſitionem cenſetur reſtricta ad tẽpus donec Collegium ad inſtar Seminarij creſcentibus diuitijs reperiatur ſufficienter dotatum.

SVMMARIVM.

1 *Taxa iuxta diſpoſitionem Sacri Conc. Trid. facienda pro contributione Seminarijs erigendis, non eſt perpetua, ſed temporalis.*

2 *Collegium erectum loco Seminarij erigendi plus Iuris habere non poteſt, quam habuiſſet Seminarium.*

3 *Taxa, quam Clerus ſoluere debebat Seminario, non efficitur diuerſa per mutationem perſonarum ideoque intelligi cum iiſdem qualitatibus, & conditionibus quæ eidem inerant in ſua primordiali natura.*

4 *Seminario non debentur prouentus, ſeù Contributiones perpetua, ſed ſolum donec aliundè dotatum reperiatur.*

5 *Aſſignatio facta alicui Collegio pro eius ſubuentione, ceſſante cauſa ſubuentionis, ipſa pariter aſſignatio ceſſare debet.*

6 *Confirmatio robur addit dumtaxat confirmato, non autem illud extendit ad ea, quæ in ipſo non reperiuntur.*

7 *Taxa impoſita à Papa fauore Collegij de tempore, quo erat in paupertate, & indigebat ſubuentione, habet tacitam conditionem, donec ſuperueniant diuitiæ.*

DECISIO DCXXXV.

EPiſcopus Meleuitanus in Synodo Diocæſana celebrata anno 1591. decreuerat erigi Seminarium in Inſula Melitæ, & pro eius Dote nonnulla Beneficia vniuit, ac reſpectiuè ad formam Sac. Conc. Tridentini in quadam annua quantitate taxauit Eccleſiam Cathedralem cum Menſa Epiſcopali, Dignitates, Canonicatus, Parochiales, & reliqua totius Diocæſis Beneficia; Verùm huiuſmodi erectione non effectuata, anno ſequenti 1592. ſan. mem. Clemens Octauus per Breue mandauit eidem Epiſcopo, vt ibidem erigeret Collegium Societatis IESV, pro cuius habitatione, & ſubuentione eum locum, eoſque prouentus aſsignari voluit, quos pro inſtitutione Seminarij adhuc non erecti iuxta Conc. Tridentini decreta idem Epiſcopus deſtinauerat: Cumque præſupponeretur Collegium quam plurima bona, ac redditus acquiſiuiſſe, ex quibus commodè ſubſtentari poſſet, cœpit prætendere ſe amplius ad dictam contributionem non teneri; Quapropter Cauſa in Rota introducta, & propoſito dubio An aſsignatio Taxæ expirauerit, vel potius duret, cenſuerunt Domini aſsignationem expiraſſe.

Clara enim eſt diſpoſitio Sac. Conc. Tridentini *ſeſſ. 23. cap. 18. de reform. in §. ſuccedente verò*
1 *caſu*, dùm mandat ſingula Beneficia taxari, & aliqua vniri pro contributione facienda Seminarijs erigendis temporaliter duntaxat duratura, ibi: *ſuccedente verò caſu, quo per vniones effectum ſuum ſortientes, vel aliter Seminarium ipſum in totum, vel in partem dotatum reperiatur, tunc portio ex ſingulis Beneficijs, vt ſupra detracta, & incorporata ab Epiſcopo, vt res ipſa exegerit, in totum, vel pro parte remittatur.*

Cum enim hæc taxa ab initio impoſita fuerit pro ſeminario ibidem erigendo ſicut quoad ipſum iuxta prædictam formam Sac. Concilij reſtricta erat ad tempus donec illud dotatum reperiatur, ita pariter limitata, & reſtricta cenſeri debet vſque ad ſufficientium reddituum excreſcentiam pro ſubſtentatione collegij, cum iſtud plus
2 iuris habere non poſſit, quam habuiſſet ſeminarium *l. filiæ ſuæ 8.§. Attia vxor ff de condit. & demonſtrat. Surd. dec. 78. n. 27. in fine.*

Nec obſtat conſiderata diuerſitas inter Collegium, & Seminarium Puerorum, quia per mu-
3 tationem perſonarum non immutatur natura, & ſubſtantia Taxæ, quæ non eſt diuerſa ab illa, quam Clerus debebat perſoluere Seminario, & ideò debet intelligi cum ſuis qualitatibus, & conditionibus, quæ eidem inerant in ſua primordiali natura *Bart. in l. certi conditio 9. num. 3. ff. ſi cert. pet. Bero. conſ. 110. num. 14. Rota coram Merlin. deciſ. 872. num. 7.*

Idque clare ſuadetur ex toto contextu Breuis dum in eo iubetur erigi collegium, ibi: *In quo ad minus duodecim Religioſi commode ſubſtentari valeant, pro quorum habitatione, & ſubuentione eum locum, eoſque prouentus abs te aſſignari volumus, quos pro inſtitutione ſeminarij Puerorũ Eccleſiaſticorum ibidem adhuc non erecti iuxta Concilij decreta faciendi aſſignare teneris*; Si enim Papa voluit dari eos prouentus deſtinatos pro ſeminario noluit per conſequens dari perpetuos, quia ſeminarium non
4 erat habiturum prouentus perpetuos, ſed ſolum donec aliunde dotatum reperiretur, Alias ſi pro collegio deberent eſſe perpetui, non eſſent ij prouentus, qui aſſignandi erant pro ſeminario, quod præcipue conuincitur ponderando illa verba *iuxta Concilij Tridentini decreta*, quæ manifeſte demonſtrant talem aſſignationem collegio tantummodo pro ſubuentione, vt à Sacro Concilio præcipitur, de natura autem ſubuentionis eſt,
5 quod ceſſante eius cauſa debet etiam ceſſare ipſa aſſignatio ad *Text. in cap. ſuggeſtum. 9. de decim. Crauett. conſ. 388. n. 13. Rota coram Pen. dec 1063 par. 2.*

Nec obſtat, quod facta fuerit Collegio pro Dote, quia adhuc cenſetur temporalis, non perpetua, dùm iuxta formam Sac. Concilij facta fuit; Ideoquè ex vnione ſubſequuta Beneficiorũ, & diuerſis alijs acquiſitionibus bonorum vt prætenditur ab eodem poſtmodum factis, ceſſat cauſa ſubuentionis, & conſequenter ceſſare etiam debet huiuſmodi aſſignamenti præſtatio, dùm Collegium ſubuentione non eget ob pinguem Dotem in alijs perpetuis redditibus conſtitutam.

Non obſtat, quod Pontifex, & Epiſcopus in

Digitized by Google

erectione eiuſdem Collegij iuxta Concilium Tridentinum decreta ex ſupra deductis; regulare
6 enim eſt huiuſmodi confirmationes robur addere confirmato, non autem illud ad ea, quæ in ipſo non reperiuntur extendere *Dec. in l. mere n.3. ff. de iuriſd. omn. iudic. Bero. conſ. 7. nu. 37. lib. 3. Menoch. conſ. 73. n. 32. Rota dec. 58. nu. 10. par. 6 rec. & in alijs Romana Pecuniaria 22. Iunij coram me §. ratio enim.*

Demum non obſtat, quod Clerus ad eundem Pontificem recurſum habuerit ad effectum, vt erigeretur Seminarium ex taxa contributionum ſibi ipſis facta, qui mediantibus litteris Cardinalis Matthei, ſeù Sac. Congregationis Concilij reſcripſit vtrumque opus, ſcilicet Collegium, & Seminarium fore peragendum, & poſtea decreuit, vt interim taxa contributionis exigi deberet à Collegio vſque aliter a Sede Apoſtolica fuerit prouiſum. Quia huiuſmodi verba non important perpetuitatem etiam in caſu ſuperuenientiæ diuitiarum, nec immutant naturam primæui aſſignamenti; Sed pro illa ſolùm datur intelligi Congregationem ſibi reſeruaſſe Ius aliter iudicandi, & diſponendi etiam ſuper erectione Seminarij; Cumque inſuper dictum præceptum
7 emanauerit anno 1601. quo tempore Collegium indigebat præfata ſubuentione, & erat in paupertate tacitam conditionem habere cenſetur donec ſuperueniant diuitiæ iuxta naturam taxæ, quæ tanquam temporalis ad formam Sac. Concilij per illarum ſuperuenientiam expirat.

Et ita vtraque Parte informante, &c.

ROMANA PECVNIARIA.

Mercurij 21. Aprilis 1650.

ARGVMENTVM.

Confeſſio de recepto facta à Marito conſtante matrimonio, non poteſt dici ſuſpecta, ſed probat veram dotis aſſignationem, concurrentibus promiſſione eiuſdem dotis antea facta, alijſque coniecturis de quibus in Deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet paratam exequutionem.*
2 *Confeſſio de dote recepta, etiam ex interuallo temporis ſubſequuta probat veram ſolutionem, præcedente illius promiſſione, & concurrentibus lapſu temporis cum ſuſtentatione onerum matrimonij, & expreſſa indicatione bonorum, quæ viro conſignata fuerunt.*
3 *Amplia hoc maximè procedere, vbi non agitur contra tertium, ſed contra maritum, contra quem facilius admittitur propria Confeſſio.*
4 *Creditor dotis ad quem ſpectat electio ſi reſtitutionem petat in pecunia, non tenetur recipere bona.*
5 *Ceſſionario competit via exequutiua, ſicuti cedenti competebat.*
6 *Obligatio cameralis ſtipulata ad fauorem defuncti, exequitur etiam ad fauorem hæredum.*

DECISIO DCXXXVI.

POſt contractum matrimonium inter Antonium Dauium, & Brigittam Appetentiam Antonius confeſſus fuit habuiſſe, & recepiſſe, Dotem in Inſtrumento dotali conſtitutam in ſcutis 3000. monetæ in tot bonis mobilibus, & ſtabilibus inter eos amicabiliter valutatis. Defuncta Brigitta reliquit Portiam Cecchinam eius ex primo matrimonio vnicam filiam, quæ ei ſucceſſit ab inteſtato, qua etiam defuncta ſine filijs Sigiſmundi vti proximiores, & hæredes pariter ab inteſtato Portiæ (ad quorum inſtantiam mihi fuit commiſſa cauſa cum facultatibus A.C.) petebant mandatum exequutiuum pro infraſcriptis partitis; Vndè contingit dubitare an, & pro qua ſumma ſit relaxandum mandatum.

Et primo loco petebant ſcuta 2250. pro reſiduo dotis Brigittæ in ſcutis 3000. receptæ ab Antonio detractis ſcutis 750. ab eodem ſuper lucratis pro quarto dotali ob prædeceſſum vxoris ad formam ſtatuti vrbis, pro cuius reſtitutione
1 Antonius ſe obligauerat in forma Cameræ, quæ habet exequutionem paratam iuxta doctrinam *Angel. in l. 4. §. condemnatum n. 4. ff. de re iudic.* paſſim a Rota receptam.

Neque dicatur, quod huiuſmodi obligatio Antonij ſit ſuſpecta, ex quo continetur in ſimplici Inſtrumento confeſſionis de recepto ſtipu-
2 lato conſtante matrimonio. Quia cùm præceſſerit promiſſio Dotis, *vt in Summ. num. primo* ac concurrant aliæ ſolitæ coniecturæ, nempè ſuſtentatio onerum matrimonij, lapſus tanti temporis, & indicatio expreſſa Bonorum ſtabilium, quæ Viro conſignata fuerunt, huiuſmo confeſſio etiam ex interuallo temporis ſubſequuta præcedentem Dotis aſsignationem ſatis probat, *l. In contractibus 14. §. Sed quoniam C. de non numer. pecun. Afflict. deciſ. 402. num. 12. Rot. in recent deciſ. 160. num. primo par. 7. & in Romana Domus 22. Iunij 1654. coram Reuerendiſſimo D. meo Papien.*
3 Eoque magis cum non agatur contra tertium, ſed contra dictum Antonium Virum contra quē facilius admittitur propria confeſsio, vt late firmatum fuit *in Antoniana Dotis 17. Iunij 164*7. §. *& pouſſime, & 25. Nouembris eiuſdem anni, §. & maxime coram bo. me. Arguelles.*

Et quidem tenetur Antonius ad reſtitutionem in pecunia, quamuis in Inſtrumento fuerit conuenta reſtitutio, vel in pecunia, vel in bonis; Quia huiuſmodi alternatiua legitur concepta ad fauorem Mulieris Creditricis, ibi: *In tot pecunijs aut bonis ſtabilibus, ſeù mobilibus ad electionem eiuſdem D. Brigittæ & ſuorum, &c. Summ. num. 3.*
4 *littera G.* Vndè cùm ad Creditorem Dotis ſpectet electio quatenùs reſtitutionem petit in pecunia, non tenetur recipere bona, ad *Text. in l. quod ſi fundus ff. de fund. dot. & l. prima C. eod.*

Petebant etiam ſcuta 1050. quæ idem Antonius vltra dotem recepit a Brigitta de acquiſitis ab ipſa conſtante matrimonio occaſione hæreditatis maternæ, nempe ſcuta 500. ex cauſa pretij vnius domus eidem Antonio conſignatæ; alia ſcuta 250. occaſione cuiuſdam cenſus a Brigitta impoſiti ſuper eius proprijs bonis contemplatione dicti Antonij, & alia ſcuta 300. ex cauſa mutui ab eodem recepti mediante ordine directo Miniſtris Sancti Spiritus; pro quorum reſtitutione idem Antonius pariter ſe obligauit ad fauorem Brigittæ, & ſuorum in ſupradicto Inſtrumento obligatione Camerali vallato.

Petebant etiam Sigiſmundi relaxari mandatum contra Antonium vti Portiæ quoque Debitorem in ſcutis 200. pro ſorte principali Cambij, & 20. pro fructibus ab eadem ſolutis Franciſco Mazzanti, ad cuius fauorem Cambium initum

fuerat,

Digitized by Google

fuerat, & à quo Portia habuerat Iurium ceſsio-
5 nem; Cùm eidem tanquam ceſsionariæ compe-
tebat via exequutiua ſicuti cedenti competebat
*Bart. in l. prima num. 2. C. de act. & obligat. Rota
deciſ. 23. num. 4. par. 7. recent. & in Interamnen. vſuſ-
fructus 3. Iuly 1652. §. etiamſi coram me.*

Et demùm ſcuta 560. occaſione mutui pro
quibus Antonius ſe conſtituit Portiæ Debirorem
per Inſtrumeutum publicum pariter obligatione
Camerali munitum; Quapropter in ſupradictis
omnibus partitis ſummam ſcutorum 4080. con-
ſtitue ntibus donec non audiantur exceptiones
Colli tigantium DD. decreuerunt eſſe relaxan-
dum mandatum exequutiuum ad fauorem illo-
rum de Sigiſmundis vti hæredum Portiæ, & Bri-
6 gittæ. Cùm obligatio Cameralis ſtipulata fa-
uore Defuncti exequatur etiam ad fauorem hæ-
redum *Zacch. quaeſt. 4. num. 12.* & dixit Rata *in Ro-
mana Domorum 5. Maij 1653. §. non obſtat coram
me.*

Et ita vnica tantum parte, &c.

BONONIEN. BONORVM DE GRAFFIIS.

Luna 26. Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Reſeruatio iurium, licet verbis vniuerſalibus, &
geminatis concepta non poteſt referri ad Iura
prorſus incompatibilia, ſed reſtringitur ad ſpe-
ciem adiunctam, & ad rem, & cauſam à con-
trahentibus in inſtrumento appoſitam Hæres fa-
cta reſtitutione Fideicommiſſi probato errore,
qua actione agere debeat, & an Iuris error poſ-
ſit à Iuris perito allegari?

SVMMARIVM.

1 *Iuris reſeruatio licet verbis vtilibus, & gemina-
natis concepta, non poteſt referri ad Iura pror-
ſus incompatibilia cum actu renunciationis.*
2 *Verba vtilia limitantur, & reſtringuntur ab alijs,
quæ poſtea adijciuntur.*
3 *Verba vtilia reſtringuntur, tam ad ſpeciem adiun-
ctam, quam ad rem, ſeù cauſam à contrahenti-
bus appoſitam.*
4 *Hæres poſt factam reſtitutionem Fideicommiſſi non
poteſt ex capite erroris inteatare iudicium Im-
miſſionis, ſed eo concludenter probato, debet
agere condictione indebiti, vel incerti.*
5 *Error, & ignorantia iuris non poteſt allegari à Iu-
ris perito citra propriam turpitudinem, & n. 6.*
7 *Hæres qui errando conſenſit actu, poteſt deinde in-
tentare immiſſionem ex teſtamento.*
8 *Declara hoc non procedere in errore Iuris, ſed dun-
taxat in errore facti, cum hæres nullam habens
notitiam teſtamenti potuit credere eum, de cuius
hæreditate agebatur ab inteſtato deceſſiſſe.*
9 *Clauſula*, omni meliori modo *appoſita in libello,
& ſententia ſolet comprehendere omnem modum
meliorem, quo ſententia ſuſtineri poſſit.*
10 *Clauſula*, omni meliori modo, *operatur quod
ſententia ſuſtineatur omni meliori modo, virtu-
te tamen actionis intentatæ.*

DECISIO DCXXXVII.

PRo tertia vice iterum reſponſum fuit reuocan-
dam eſſe Immiſſionem à Cæſare Graſſio extor-
Pars II.
tam, ſuper bonis, de quibus agitur vti hærede
quondam Lactantij hæredis grauati, quia in om-
nibus ſubſiſtunt deducta *in deciſionibus editis 17.
Martij, & 27. Iunij anni præteriti*, quas confir-
mandas eſſe hodie Domini cenſuerunt.

Nec refragatur, quod reſeruatio Iurium ap-
poſita in inſtrumento tranſactionis fauore Cæſa-
ris, eiuſque filiorum, & deſcendentium concep-
ta fuerit verbis vniuerſalibus, & geminatis, ibi:
*quomodocumque qualitercunque, & ex quacunque
ratione, vel cauſa.*

Quia vt alias dictum fuit Cæſar repræſentan-
tando duplicem perſonam tanquam hæres La-
ctantij fecit reſtitutionem fideicommiſſi, & ſic
declarauit controuerſa bona non ſpectare ad il-
lius hæreditatem, & tanquam prætenſus fidei-
commiſſarius reſeruauit ſibi, eiuſque filijs, &
deſcendentibus Iura fideicommiſſorum cum re-
ſtrictiua, ibi: *In ſupradictis fideicommiſſis, & eo-
rum bonis.* Indeque huiuſmodi Iurium reſerua-
1 tio non poteſt referri ad Ius hæreditarium graua-
ti incompatibile prorſus cum actu poſitiuo dictæ
reſtitutionis, vt præter auctoritates allegatas in
alijs deciſionibus in terminis tranſactionis re-
ſpondit Rota *in Romana Dotis 31. Ianuarij* 1652.
2 *coram bon. mem. Bichia §. Alterum*. Verba autem
in obiecto relara non ſolùm limitantur, & re-
ſtringuntur ab alijs, quæ adijciuntur, *Oldrad.
conſ. 8. num. primo Ruin. conſ. 35. num. 13. verſ. Nec
obſtat, quod ſit dictum lib. primo* Rota *deciſ. 361. nu-
mer. 2. par. 3. & deciſ. 194. num 91. par. 5. recent.* ſed
3 etiam expreſſam reſtrictionem recipiunt, tàm
ad ſpeciem adiunctam *Surd. conſ. 34. num. 39. Rota
deciſ. 190. num. 8. par. 7. recent.* quam ad illam rem,
ſeù cauſam, quæ à Contrahentibus appoſita fuit,
nempè fideicommiſſi *Bart. in l. generali §. Vxori
in fine ff. de vſufruct. legat. Surd. conſ. 135. num. 22.*
Præſertim quia Ius hæreditarium Lactantij non
conuenit eius filijs, & deſcendentibus, quibus
æquè principaliter prodeſt reſeruatio.

Nec momenti eſt, quod modo obijciebatur
Cæſarem reſtituendo fideicommiſſa erraſſe, dum
ſuppoſuit Scipionem in eis eſſe vocatum.

Quia præterquod huiuſmodi vocatio cogno-
ſcenda, & diſcutienda eſt particulari Iudicio,
& interim ſubſtineri non poteſt Immiſſio Cæſari
conceſſa nomine hæreditario Lactantij, quo
nullatenus petere, & conſequi poterat ex latè
deductis in deciſionibus id corruit omninò, tùm
4 quia hæres poſt factam reſtitutionem fideicom-
miſſi non poteſt ex capite erroris intentare Iudi-
cium Immiſſionis, ſed eo concludenter probato
agere debet conditione indebiti, vel incerti *Bald.
conſ 421. ſub num. 2. verſ. & ſi non retento lib 5.* Ro-
ta *in Romana Fideicommiſſi de Goris 15. Octobris
1584. coram Bubalo apud Giouagn. conſ. 73. num 82.*
5 *ſecus autem, & verſ. Præterea lib. primo* Tum etiã
quia Iuris Peritus, qualis enunciatur Cæſar in
Inſtrumento Tranſactionis errorem, & ignoran-
6 tiam citra propriam turpitudinem allegare non
poteſt *l. 2. §. Quintus Mutius ff. de reg. Iur. Buratt.
deciſ. 292. num. 11.* Præſertim dùm verſamur in
errore reſtituitur idem *Buratt. deciſ. 20. nu. 5. & 6.*
& licèt *Argel. de legit. Contradict. quaeſt. 4. art. 2. nu-
mer. 54. & 55.* dicat, quod hæres, qui errando
7 conſenſit actui, poteſt deinde intentare Immiſ-
ſionem ex Teſtamento; Attamen loquitur de
8 errore facti, cùm hæres nullam habens notitiam
Teſtamenti, crederet eum, de cuius hæreditate
agebatur ab inteſtato deceſſiſſe. Hic autem agi-

Digitized by Google

tur de errore Iuris , quia Cæſar optimè ſciebat
ſe hæredem Lactantij ex Teſtamento, & plenam
habebat notitiam antiquiorum fideicommiſſo-
rum Vndè dicta doctrina non applicatur.

Demum non obſtat, quod in libello , & ſen-
9 tentijs adſit clauſula , *& alias omni meliori modo* ,
quæ ſolet compreheudere omnem modum me-
liorem , quo ſententia ſuſtineri poſſit, vt fuit di-
ctum *in Caietana Bonorum* 10. *Iunij* 1648. *coram
me* §. *vltima in fine* ; quia cum in toto proceſſu ,
tam Bononiæ , quam in Curia agitato . Cæſar
ſemper egerit hæreditario nomine Lactantij , &
ad hunc præciſum titulum ſe reſtrinxerit prædi-
10 cta clauſula non poteſt operari niſi , quod im-
miſſio ſuſtineatur virtute teſtamenti eo meliori
modo , quo poteſt ex deductis per *Gratian. diſcep.
764.n.18.Surd.dec.7.n.27.comprobatis in Bonon.Diſ
membrationis* 20. *Februarij præteriti coram R. P.D.
Beuilaqua* §. *nec releuat clauſula verſ. quia obſtanti-
bus*.

Et ità vtraque , &c.

ROMANA LEGITIMÆ:

Lunæ 26 Aprilis 1660.

Argumento non eget.

SVMMARIVM.

1 *Fructus dotis ex ſtatuto vrbis debentur viduæ à die obitus viri, ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario , & Anno , ſi tamen legitima interpellatio præceſſerit.*

2 *Legitima attento numero quinque filiarum eſt ſemis .*

3 *Legitimæ ſupplementum debetur filijs , etiam ſuper bonis donatis , perindè ac ſi omnia in Patrimonio donantis, tempore mortis remanſiſſent, quando donatio fuit voluntaria , non neceſſaria .*

4 *Legitima integrè debetur ſuper alijs bonis , ſi ſufficiunt , ſin minus etiam ſuper bonis donatis pro rata .*

5 *Domus de ſui natura non eſt fructifera , niſi quatenus extet locata .*

DECISIO DCXXXVIII.

CAtharinæ Puteobonellæ , cui à Liuia Matre
ſcuta tantum biſcentum Iure Inſtitutionis pro
omni eo, quod poſſet prætendere à ſua hæredita-
te relicta fuerant , Rota cenſuit 24. Martij 1659.
deberi ſupplementum legitimæ vna cum fructi-
bus ab ipſa die , qua Mater deceſſit , reſeruato
vt particulariter videretur ad quam ſummam
aſcendat ſupplementum vna cum fructibus , ſu-
per quibus hodie ſuſcepta diſputatione reſolu-
tum fuit ſupplementum aſcendere ad ſcuta 2282
60. fructus verò ad alia ſcuta 1728.in totum cõ-
ſtituentia ſummam ſcutorum 4010 b. 60.

Quo enim ad ſupplementum ex iuribus , & ex
calculo relatis *in Summ.n.*1.2. *&* 3. apparet quod
Liuia vltra mobilia habebat ſtabilia , & credita
valoris ſc. 22826. nempè ſtabilia ad computum
reſtitutionis ſuæ dotis ſibi aſsignata ab Alexan-
dro filio pro ſcutis 18300. creditum reſidui do-
tis ſcut.550. & aliud ſcut.676. pro eius fructibus
1 a die obitus viri vſque ad eius mortem , & ad
rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet cen-
tenario , & anno ad formam *Statuti Vrbis lib.* 1.
cap. 137. (quatenus tamen legitima interpella-
tio præceſſerit , in vidua ex ſtatuto requiritur)
Creditum ſcutorum mille aureorum in Banco S.
Ambroſij Mediolani conſtituen ſcuta 1500.mo-
netæ , & demum aliud creditum ducatorũ 2000.
ſcutorum argenteorum 1800. ſuper vectigalibus
Serici Neapolis .

Cumque de tempore ſui obitus reliquerit quin
que filios , nempè Hippolytam hæredem ſcrip-
tam , Catharinam , Alexandrum maſculum , &
alias duas fæminas Moniales , legitima atten-
2 to hoc numero filiorum eſt ſemis , iuxtà *Text.in*
§. *primo Auth de trient. & ſemiſs.Text. in Auth.no-
uiſſima C. de inoffic. Teſtam.* & ſic aſcendit ad ſcu-
ta 11413. quorum quinta pars Catharinæ debi-
ta conſtituit ſcuta 2282.60.

Non obſtat , quod Liuia ex bonis pro reſtitu-
tione dotis ſibi aſsignatis donauerit *H*ippolytæ
Vineam in Territorio Ciuitatis Lauiniæ cum cer
tis domunculis ibi poſitis . Quia cum huiuſmo-
3 di donatio voluntaria fuerit , non autem neceſ-
ſaria , ex ea minui non potuit legitima aliorum
filiorum , quibus ſupplementum debetur , habi-
to etiam reſpectu ad bona donata perinde , ac ſi
omnia in Patrimonio Donatricis tempore mor-
tis remanſiſſent *Socc.Iun.conſ* 148.*ſub n.*7.*in ſecun
da ſubſcriptione verſ. quæ legitima lib.* 1. *Caſtr. con-
ſil.*854.*n.*1. *& per tot.par.*2. *Aym.conſ.*141.*num.*5.
*Surd.conſ.*332.*n.*14. *&* 15. *Craſſ. de Succeſſ.* §. *legi-
tima quæſt.*44 *num.*2. *Rota coram Gregor. deciſ.*539.
num. prima cum ſeqq. ibique Add. num. 19. & in his
terminis de donatione facta alteri ex filijs , vel
deſcendentibus *in Ciuitatis Caſtelli Supplementi Le
gitimæ* 7. *Decembris* 1618. *coram Innocentio Deci-
mo apud Merlin. de legit.deciſ.*86.*per tot.* vbi firma-
4 matur legitimam integrè deberi ſuper alijs bo-
nis ſi ſufficiunt, ſin minùs etiam ſuper bonis do-
natis pro rata .

Quo verò ad fructus dum capitale fructiferum
dictæ hæreditatis aſcendit ad ſcuta 2160. (com-
putatis ſtabilibus , & creditis ſuper banco S. Am
broſij Mediolani , & ſuper vectigalibus Serici
Neapolis) quorum medietas eſt ſcut. 10800. &
iſtorum quarta pars conſtituit ſcuta 2160. inde
fructus a die obitus Liuiæ matris ſequuti 13.Mar
tij 1644. vſque ad diem 13. Martij præſentis an-
ni , & ſic pro annis 16. ad rationem ſcut. quin-
que quolibet centenario , & anno , vt firmatur
in præcedenti deciſione aſcendunt ad dicta ſcuta
1728. nihil obſtante , quod inter ſtabilia adſit
5 domus in Regione Pontis , quæ de ſui natura
non eſt fructifera niſi quatenus extet locata,quia
toto hoc tempore a die mortis Liuiæ vſque in
præſens locatam extitiſſe , & exiſtere probant iu-
ra relata *in d.Summ.n.*5.

Et ita altera tantum , &c.

FOROLIVIEN. LVCRI DOTALIS.

Vener. 30 Aprilis 1660.

ARGVMENTVM.

Maritus etiam ex Fideicommiſſo detrahit quartum dotale , ſi vel ignorabat bona ſibi in dotem tradita , & Fideicommiſſo ſubiecta , vel ſi ſciebat , & ſibi cauit expreſsè de huiuſmodi lucro , vel ſi bona Fideicommiſſi poſſent dari in dotem , aut ex voluntate teſtatoris , aut ex quo intraret remedium Auth. Reſquæ . Dos congrua quæ dicatur?

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Maritus, quando omnia bona ſibi in dotem tradita aſſeruntur libera, & neſcit pro parte eſſe ſubiecta Fideicommiſſo, tunc ex bonis omnibus detrahit quartum dotale.*

2 *Maritus detrahit quartum dotale, etiam ex fideicommiſſo; quando bona fideicommiſſaria poſſunt dari in dotem, ſiue ex voluntate Teſtatoris, ſiue ex quo intret remedium* Auth. Reſquæ

3 *Quartum dotale etiam reſpectu bonorum fideicommiſſariorum debetur marito, non obſtante expreſſione fideicommiſſi appoſita in inſtrumento dotali, ſi ſibi cauit de lucro mediante pacto expreſſo*

4 *Maritus recipiens ſcienter in dotem bona partim libera partim fideicommiſſo ſuppoſita, lucrum dotale neque ex eis poteſt prætendere, neque ex liberis pro rata fideicommiſſariorum.*

5 *Statutum Foroliuij diſponit lucrum dotale detrahi à viro, dummodò verbis expreſſis eidem non fuerit renunciatum.*

6 *Bona fideicommiſſi in dotem tradita, tranſeunt in maritum cum ſua cauſa.*

7 *Statutum diſponens, quod vir poſſit detrahere lucrum dotale, etiam de fideicommiſſo intelligitur quoties, vel ex permiſſione Teſtatoris, vel ex quo intret remedium* Auth. Reſque *dos conſtitui poteſt de bonis fideicommiſſi.*

8 *Lucrum dotale ex bonis fideicommiſſi detrahitur, quando ex eis conſtitutio dotis permittitur.*

9 *Lucrum dotale non poteſt detrahi ſuper bonis fideicommiſſi, nec illorum ratione ſuper liberis per maritum de fideicommiſſo optimè conſcium, ceſſante pacto, & vbi dos ex eis non poteſt conſtitui.*

10 *Statutum recipit interpretationem ſecundum Ius commune, illudque eodem modo debemus interpretari, & intelligere.*

11 *Dos congrua de Iure præſertim exiſtente fideicommiſſo dicitur, quæ commenſuratur legitimæ.*

12 *Dos in maiori quantitate, quam ſit legitima, non debet filiæ conſtitui ad euerſionem fideicommiſſi Paterni, licet maritus ampliorem dotem ob eius qualitates promereat, dum mulier alteri viro nubere poteſt æqualis ſibi conditionis, & minus qualificato.*

DECISIO DCXXXIX.

EX Dote per Dotem conſtituta Petro Franciſco Corbiceo Viro partim ex bonis liberis, & partim ex bonis fideicommiſſarijs Rota cenſuit 31. Ianuarij 1659. lucrum dotale deberi Corbiceo ſuperſtiti pro rata tantum bonorum liberorum, & hanc reſolutionem hodie confirmandam eſſe Domini cenſuerunt; Item approbantes auctoritatem *Caſtr. Cephal. & aliorum*, qui referuntur *in deciſione ſub §. Etenim*, reiecta contraria ſententia *Baldi & ſequacium*, cum ſit recipienda tantum in tribus caſibus à noſtro diuerſis, nem-
1 pè quando maritus bona ſibi in dotem tradita neſcit pro parte ſubiecta eſſe fideicommiſſo, ſed omnia libera aſſeruntur, quando bona fideicom-
2 miſſaria dari poſſunt in Dotem ſiue ex voluntate Teſtatoris, ſiuè ex quo intret remedium *Auth res quæ C. commun. de legat.* & demum quando non
3 obſtante expreſſione fideicommiſſi maritus ſibi cauit de lucro mediante pacto expreſſo, ſecus autem data in marito, prout hic, explicita ſcientia fideicommiſſi, & non concurrente facultate conſtituendi Dotem, ex quo non adeſt Teſtatoris permiſſio, nec intrat remedium d. Auth. ac ceſſante pacto expreſſo; Hoc enim caſu bona,
4 quæ pro parte ſunt fideicommiſſaria recepta cenſeutur cum ſuo onere reuerſionis ad vocatos, & ſic nec ex eis, neque ex bonis liberis lucrum dotale prætendi poteſt pro rata fideicommiſſariorum, vt ponderatur, & reſpondetur *in deciſione §. Ipſorum tamen cum ſeq.*

5 Non obſtat, quod ſtatutum Foroliuij *lib. 5 rubric. 42. ſub §. 1.* diſponat lucrum a viro detrahi poſſe dummodo verbis expreſſis eidem non fuerit renunciatum: quia intelligendum eſt reſpectu bonorum liberorum, de quibus ibi loquitur, non
6 autem reſpectu fideicommiſſariorum, quæ tranſeunt in maritum cum ſua cauſa, vt in indiuiduo reſpondit *Rota coram Comitul. dec. 45. n. 23.*

7 Nec refert, quod *in §. fin.* eiuſdem Rubricæ addatur, ibi: *Addentes, quod Vir poſſit dictum lucrum detrahere de omni re, de qua detrahitur Dos, veluti de fideicommiſſo, & de re* emphyteutica; Quia id intelligitur iuxtà diſpoſitionem Iuris, quoties nempè, vel ex permiſſione Teſtatoris, vel ex remedio *Auth. Reſque* Dos conſtitui poteſt ex bo-
8 nis fideicommiſſi. Tunc enim permiſſa ex eis Dotis conſtitutione permittitur etiam detractio lucri dotalis fauore Mariti, vt notat *Bald. in auth. ſub num. 14. verſ. Vel dic contra, Aym. conſ. 186. numer. 4. Cephal conſ. 36. num. 67. verſ. Et idem quando bona Punctrol. conſ. 17. num. 11. Rota coram Comitul. d. deciſ. 45. num 25. & 26.* At vbi ceſſat Teſta-
9 toris permiſſio, & non intrat remedium *d. Auth.* ſicut ex fideicommiſſarijs non poteſt Dos conſtitui, ita nec per maritum de fideicommiſſo optimè conſcium ſuper eis, nec ipſorum ratione lucrum dotale detrahi poteſt pacto ceſſante, vt probant omnes prædictæ auctoritates cum alijs in
10 deciſione allegatis; Statutum enim recipit interpretationem ſecundum Ius commune illudque eodem modo debemus interpretari, & intelligere, *Pariſ conſ. 127 num. 21. lib. primo Roland. de lucr. dot. quæſt. 26. num. 9 Gregor. deciſ. 508. num. 13. Buratt. deciſ. 461. num. 3.*

Nec ſubſiſtit, quod verſemur in terminis *d. Auth.* cum integra poſſeſſio bonorum paternorum aſcendens ad ſcuta 5000. circiter neceſſaria fuerit pro congrua dote per Portiam aſſignanda attenta qualitate eius viri, & dotis ab eo propriæ ſorori traditæ in ſcutis 4000. ſiue ab eius fratre receptæ ſcutorum 3000.

Quoniam de Iure præſertim exiſtente fideicom-
11 miſſo Dos congrua dicitur, quæ commenſuratur legitimæ *Auth. ſi qua Mulier. C. de Sacroſ. Eccleſ. Rota coram Card. Montic. deciſ. 329. num. 6. verſ. Tamen magis communiter, & coram Buratt. dec. 844
12 num. 11.* Et licet maritus ob eius qualitates, & facultates, ac iuxta ſolitum dandi, & recipiendi Dotis ampliorem promeruerit quantitatem, quam ſit legitima; Nihilominus permitti non debet conſtitutio integri Patrimonij paterni ad euerſionem fideicommiſſi dum mulier alteri viro nubere potuit æqualis ſibi conditionis minus qualificato, vt bene reſpondit *Rota in Romana Reſciſſionis Tranſactionis 24. Maij 1643. & 16. Iunij 1651. coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado*; Nihil refragante, quod Antonia Soror Portiæ eodem modo, & vnico contextu ſe dotauerit de integra portione paterna, quia vtraque Dotis conſtitutio cenſetur facta cum onere fideicommiſſi, non autem libere (pro ea tamen rata, quæ legitimam excedit) iuxta Iuris diſpoſitionem.

Et ita vtraque, &c. RO-

Digitized by Google

ROMANA REDDITIONIS RATIONIS.

Mercurij 5. Maij 1660.

ARGVMENTO.

Non eget.

SVMMARIVM.

1 *Relationi petitorum in concurſu magis eſt deferendum, quam extraiudiciali atteſtationi.*

2 *Tutor de Iure non tenetur rationem reddere, niſi de ijs, quæ ad eius manus vere, & realiter perueniſſe probantur.*

3 *Relationi à perito factæ, omnino ſtandum videtur.*

DECISIO DCXL.

IN prima ſententia ab A. C. lata de anno 1627. in iudicatum tranſacta Claudia de Fortis ratione adminiſtrationis hæreditatis q. Franciſci Barattelli eius Viri declarata fuit Creditrix in ſcutis 3833 ſed cum in vlteriori inſtantia per alium Iudicem fuerit reuocata, & inſuper condemnata Claudia ad nouam redditionem rationis, ipſa nouum confecit bilancium, & pro illius reuiſione Rota de Partium conſenſu Peritum deputauit, qui Claudiam Creditricem declarauit in ſcutis 618. verum quia ab eodem Perito fuerunt reſeruatæ ſub Iudicio Rotæ triginta tres partitæ, iſtæ prius fuerunt pluries, ac pluries diſcuſſæ, & poſtquam pro illarum reſolutione ſeptem emanaſſent deciſiones quinque coram bo. mem. Peutingerio, & duæ coram me. Tandem dubitaui an, & pro qua ſumma relaxandum ſit mandatū ad fauorem hæreditatis Claudiæ contra bona hæreditaria Franciſci Barattelli & Domini reſponderunt relaxandum eſſe pro ſumma inferius exprimenda.

In primis enim tribus deciſionibus coram Peutingerio reſpectu quintæ partitæ continentis redditionem rationis quoad Equos, & Boues hæreditarios firmatum fuit addenda eſſe ad debitum Claudiæ ſcuta 495. pro pretio 33. Equarum deficientium, de quibus integram rationem non reddidit, vt *in prima* §. *pariter in ſecunda* §. *In eandem ſententiam, & in tertia* §. *fin.*

In quarta deciſione §. *vltimo, & in quinta* §. *partita* reſpectu decimæ quintæ partis continentis mobilia gemmas, & veſtes dictum fuit Claudiam reddere ſufficientem rationem exceptis gemmis, & veſtibus valoris ſcutorum 154. 50.

Et demum in eadem *quinta deciſione* §. *reſpectu primi temporis* quoad decimam octauam partitam continentem fructus vineæ Bizzarri ſitæ in Agro Tuſculano, Claudiam hac de cauſa remanere debitricem in ſcutis 138. 60.

Reliquæ autem partitæ reſeruatæ (exceptis decimaſeptima continente Hoſpitium ſub ſigno Enſis, quæ ad inſtantiam creditorum coram A. C. diſcuſſa fuit, & per ſententiam diffinitiuam ad fauorem Claudiæ terminata *Summ. num.* 5. & trigeſima ſecunda concernens prætenſionem fauorabilem Claudiæ, pro cuius reſolutione eius hæres amplius non inſtat, vt cauſa citius terminetur, in omnibus, & per omnia in deciſionibus pro eadem Claudia reſolutæ fuerunt.

Atque ideo ab eius credito ſcutorum 6185. contento in relatione Periti (demptis prædictis primis tribus partitis ad eius debitum per Rotam adſcriptis continentibus ſcuta 788. & b. 10.) hæres Claudiæ remanet Creditor hæreditatis in ſcutis 5396. 90.

Nec ſubſiſtit, quod pretium Equarum deficientium aſcendat ad ſcuta 776. addendo ad ſummam ſcutorum 495. in deciſionibus firmatam alia ſcuta 281. quia in prima deciſione §. *pariter* dictum fuit, quod Claudia agnoſcebat ad ſui debitum eſſe apponenda ſcuta 281. pro tot Equis à ſe venditis; At quia deficiebant 33. capita Animalium, Rota eam condemnauit in ſcutis 495. illa calculando ad rationem ſcutorum 15. pro quolibet, & ſic in hac ſumma ſcutorum 495. comprehenduntur dicta ſcuta 281. quæ propterea non eſt duplicanda.

Quod autem pretium gemmarum, & veſtium debeantur in ſcutis 500. ex atteſtatione cuiuſdam mulieris relata *in Summ. num.* 6. Dominis non placuit, quia debet attendi pretium iuxta æſtimationem, & relationem Peritorum deductam hinc inde in Summario concordato non excedens ſcuta 154. 50. cum in concurſu magis
1 deferendum ſit Peritis, quam extraiudiciali atteſtationi Mulieris poſt tam longum tempus exhibitæ *Bald. in l. prima num.* 22. *C. de fruct. & lit. expenſ. Card. Seraph. deciſ.* 1132. *num.* 1. *Gregor. deciſ.* 351. *num.* 11.

Similiter inanis eſt prætenſio, quod pro fructibus vineæ Bizzarri Claudia ſit debitrix ſcutor. 238. quia firmatur *in* 5. *deciſione* §. *Reſpectu primi temporis in fine*, eius debitum occaſione dd. fructuum verè non excedit ſcuta 138. & b. 60. Nam vt in ea dicitur fructus percepti iuxta confeſſionem Felicis aſcendebant ad ſcuta 311. Ideo dum Claudia pro eis poſuit ad creditum hæreditatis ſcuta 172. 40. tenebatur reſtituere ſcuta 138. 60. deficientia pro complemento ſcutorum 311. non autem ſcuta 238. vt ab altera parte ſupponitur.

Cæterum non refert, quod in *prima deciſione* §. *quamuis etiam* Rota firmauerit Claudiam teneri bonificare rubra 197. frumenti, ſeu bladæ ex rubris 800. recollectis anno 1620. ex Caſali Vaccareccię, quoniam in repropoſitione cauſæ iuſtificauit integram de illis redaidiſſe rationem, & proinde *in ſecunda deciſione* §. *pariter Domini, & in tertia*, quoad quartam reſponſum fuit non teneri reſpectu huius partitæ ad maiorem quantitatem rubrorum 539. $\frac{1}{4}$ quæ iam reperiuntur ad notata ad creditum hæreditatis.

Nec ad debitum Claudiæ ſunt addendæ aliæ quatuor partitæ, prima ſcutorum 933. 38. ſecunda ſcutorum 627. deſcripta in fine librorum. Adminiſtrationis tertia ſcutorum 600. pro penſionibus Domus hæreditariæ inhabitatæ per Claudiam cum ſuis filijs, & quarta lucrorum ex Hoſpitijs hæreditarijs, Domo ad vſum Cameræ locandæ, & vectura Curruum, & Equorum.

Quia dum Peritus rotalis tota, & integra adminiſtratione exactiſſime diſcuſſa illarum cognitionem non reſeruauit arbitrio Rotæ, vt fecit de alijs ambiguis, Claudiamque creditricem conſtituit in dictis ſcutis 6185. Hinc vel de eis agnouit integram rationem reddidiſſe, vel illas habuit pro inſubſiſtentibus, & non iuſtificatis.

Et ſane prima ſcutorum 933. 36. fuit per eundem Peritum à credito Claudiæ deleta, & ſic boni-

bonificata, nam poſtquam conſtituerat illam Creditricem in ſcutis 7122. 64. detrahendo ſcuta 933. 36. eam fecit Creditricem in ſcutis 6185. 26. tantum.

Secunda ſcutorum 627. non iuſtificatur, nec reperitur deſcripta, ſiue in Bilancio ſuper quo fuit reddita ratio, ſiue in relatione Periti; tertia ſcutorum 600. non poteſt à Creditoribus prætendi ex quo Claudia potuit dictam domum vna cum filijs inhabitare vſque ad reſtitutionem ſuæ Dotis, cum alendi eſſent ex bonis hæreditarijs mariti, & Claudiæ ſoluendi fructus Dotis.

Quarta demum in ſubſiſtens eſt, quia reſpectu Domus ad vſum liquet ex *Summ. concordato num.* 26. Claudiam illam dimiſiſſe penes Cuſtodes B. Mariæ Laureti die 9. Iulij 1618. & mediante Inſtrumento publico tunc conſignaſſe Vrſulæ Piccionæ currus, & omnia mobilia ibidem exiſtentia, ideoque cum à die 4. Iulij 1618. quo Claudia ſuſceperat tutelam *dicto Summ. num.* 23. vſque ad diem reſtitutionis non interceſſerit niſi breuis dilatio dierum quinque non eſt habenda ratio; quo vero ad Cameram locandam, nec etiam poteſt conſiderari lucrum notabile cum illam retinuerit penes ſe per ſolos dies ſex, quia *in dicto Summ. num.* 24. adeſt nota mobilium venditorum Hæbreo ſub die 10. Iulij eiuſdem anni, & ex bilancio fol. 5. adeſt locatio ſub eadem die facta in perſonam dictæ Vrſulæ Picionę; & denique reſpectu Hoſpitiorum ſub ſigno Leonis aurei, & cuſis conſtat ex *dicto Summ. num.* 28. quod fratres de Arigonibus illa conduxerunt ſub die 14. Auguſti eiuſdem anni 1618. & inſuper emerunt omnia ſupellectilia ibidem exiſtentia, & licet à die ſuſceptæ tutelæ, & curæ interceſſerit ſpacium vnius menſis, & dierum quatuor non tamen probatur a Creditoribus, quod Claudia continuauerit in exercitio dd. Hoſpitiorum, quodque exinde aliquod lucrum, perceperit, cum Tutor de Iure non teneatur rationem reddere niſi
2 de ijs quæ ad eius manus vere & realiter perueniſſe probaretur, vt reſpondit *Rota deciſ.* 380. *nu.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *recent.* & *in Ferrarien. Domus* 17. *Maij* 5. *neque ſuffragatur earam Illuſtriſſimo Papien.*

Denique quod Claudia non iuſtificauerit expenſas ab eo factas pro cultura Caſalium, ideoque demendæ ſint ab eius Credito omninò corruit aduertendo, quod eas plenè verificauit coram Perito rotali, qui propterea de illis vti ſatis iuſtificatis Creditricem conſtituit, nec vlteriorem diſcuſſionem reſeruauit, cui relationi omni-
3 no ſtandum videtur *Card. Canal. deciſ.* 114. *num.* 2. & *deciſ.* 220. *num.* 6. *Gregor. deciſ.* 161. *numer.* 7.

Præterea ſcribentes pro hærede Claudiæ dicebant, quod licet ipſis iure deberentur prædicta ſcuta 5396. b. 90. Nihilominus ad tollendas omnes difficultates pro faciliori terminatione, tam diuturnæ litis petebant relaxari mandatum in ſumma ſcutorum 3833. iuxta formam ſententiæ A.C. cui petitioni Domini annuerunt exiſtimantes in hac ſumma mandatum eſſe relaxandum, reiectis alijs exceptionibus denuò repetitis pro parte creditorum pleniſſimè ſublatis in præcedentibus deciſionibus.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit &c.

ROMANA HÆREDITATIS.

Veneris 7. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Renunciatio loquens de hæreditate Paterna, Materna, Fraterna, & Auorum quorumcumque an compræhendat hæreditatem fratris conſobrini?

SVMMARIVM.

1 *Dictio* quorumcumque *adiecta appellationi fratrum, eſt apta compræhendere etiam fratres, qui impraprie eſſent tales.*

2 *Relatiuum in fine orationis poſitum, datis pluribus antecedentibus eadem oratione, & vnico contextu compræhenſis., ſatis eſt quod conueniat cum vltimo, & ad omnia referatur, ſingula ſingulis referendo.*

3 *Verba generaliſſima non reſtringunt, ſed ampliant diſpoſitionem, nec poſſunt verificari niſi in iuribus, & bonis diuerſis ab expreſſis.*

4 *Verba generaliſſima in renunciatione adiecta, non ſimpliciter modos ſuccedendi, ſed augent perſonas, quibus ſuccedi debet.*

5 *Dictiones* tam, & quam *regulariter ſtant ampliatiue, & augmentatiue.*

6 *Fratrum appellationi. quando adijcitur aliqua dictio vniuerſalis, tunc veniunt non ſolum vtrinque coniuncti, ſed etiam Conſobrini, & Patrueles.*

7 *Amplia, vt hoc non dicatur extenſio ad perſonas non expreſſas, ſed comprehenſio, & declaratio intra verborum limites.*

8 *Dictio* & *quando eſt poſita inter diuerſa non ſtat copulatiuè, & reſtrictiuè, ſed ampliatiuè, & augmentatiuè.*

9 *Genus quando præcedit, & ſubſequitur dinumeratio ſpecierum mediante dictione* & *dicta dinumeratio cenſetur adiecta gratia maioris declarationis, non autem reſtrictiuè.*

10 *Verba generalia in renunciatione poſita non reſtringuntur ab alijs verbis* Ex præfatis hæreditaribus & *bonis* cum verbum *hæreditatibus referatur ad expreſſe nominatos, & verbum* bonis *ad alios comprahenſos ſub generalitate, & vniuerſitate verborum.*

DECISIO DCXLI.

RESponderunt Domini pro confirmatione deciſionis æditę coram me 27. Iunij præteriti; nam tota huius cauſæ difficultas in eo conſiſtit an renunciatio facta à Monialibus de Cincijs loquens de hæreditate Paterna, Materna, Fraterna Patruorum, & Auorum quorumcumque comprehendat hęreditatem Equitis Adriani Velli Fratris Conſobrini, & pro comprehenſione vtraque vice Rota reſpondit propter amplitudinem verborum, quibus d. renunciatio concepta fuit, quæ fideliter referuntur *in deciſione* §. *Etenim.*

Adiectiuum enim illud *quorumcumque* aptum
1 eſt comprehendere etiam Fratres, qui impropriè eſſet tales, ex adductis in *deciſ.* §. *quia propter*, quod, & licet poſitum ſit in genitiuo, nihilominus non reſtringitur ad hæreditates Patruorum, & Auorum, ſed etiam refertur ad præcedentia de hæreditate paterna, materna, & Fraterna in ablatiuo adiecta, quia omnia continentur ſub vnica periodo, & oratione, datis cum plu-

ribus

2 ribus antecedentibus eadem oratione , & vnico
contextu compræhenſis ſat eſt , quod relatiuum
in fine orationis poſitum conueniat , cum vlti-
mo , & ad omnia referatur ſingula ſingulis con-
gruè referendo , optimè *Corn. conſ. 158. num. 21.*
in fine verſ. & hoc tenendo lib. 2. Add. ad Alex. conſ.
106. litt. M. verb. gen. lib. 5.

Concurrunt etiam verba generaliſſima tàm
prohemij , quam diſpoſitiuæ ibi : *quam alias quo-*
modolibet , & qualitercunque ſpectandum , & pro-
ueniendum , & ibi : *quomodolibet competen.* &
ibi *tàm omnibus , & ſingulis præfatis bonis , quam*
omnibus & quibuſcumque alijs præſentibus , & futu-
3 *ris*; huiuſmodi enim verba non reſtringunt , ſed
ampliant diſpoſitionem , imò non poſſunt verifi-
cari niſi in Iuribus , & bonis diuerſis ab expreſ-
ſis , vt latè comprobatur *in deciſ. 5. hinc enim* , &
ſignanter ex punctuali *deciſ. 714. num. 2. 3. & 5.*
par. 2. recent. vbi *num.* 6. optime firmatur , quod
4 præſata verba non ampliant ſimpliciter modos
ſuccedendi , ſed augent perſonas , quibus ſucce-
cedi debet , & *in Perusina hæreditatis 7. Februarij ,*
& 16. Iunij 1628. coram Card. Virili apud Gilian.
ad ſtatut. Peruſ. deciſ. 95. num. 3. & 6. & deciſ. 96.
num. 4. quarum prima repetita eſt in *recent. deciſ.*
141. num. 3. 4. 6. par. 5. præſertim attentis di-
ctionibus *tam* , & *quam* bis repetitis quæ regula-
riter ſtant ampliatiue, & augumentatiue *Rota de-*
ciſ. 120. num. 1. par. 6. recent.

Non obſtant *deciſ. 480. & 543. par. 5. recent.*
5 quia præter quod à prima receſſum fuit in dictis
deciſionibus 95. & 96. apud Gilian. in propoſito
non prętenditur pronunciationem eſſe extenden-
dam vltra limites verborum , & vltra bona , &
perſonas in illa contentas de quo loquuntur prę-
dictæ deciſiones , ſed dicitur , quod ſtante præ-
gnantia vniuerſitate , & generalitate verborum ,
quibus concepta eſt ſub ea compræhenditur etiã
6 controuerſa hæreditas Fratris Conſobrini , quia
quando denominationi Fratris adijcitur aliqua
dictio vniuerſalis tunc veniunt non ſolum vtrin-
que coniuncti , ſed etiam Conſobrini, & Patrua-
les , vt admittit *Alex. conſ. 97. num. 2. verſ. ergo*
ſecundum lib. 2. & probant conſ. 36. num. 9. 10. &
11. lib. Peregrin. de fideicom. art. 20. num. 21. Iſta
enim non eſt extenſio , ſed comprehenſio , & de-
7 claratio intra verborum limites , *Alex. d. conſ. 36.*
numer. 12. lib. Caſtill. controu. lib. 5. & cap. 182.
num. 51.

Nec obſtant verba ibi : *& quæ ab earum maio-*
ribus in agnatione paterna ad ipſius agnationis com-
modum & beneficium peruenerint , quia non ſtant
copulatiue , & reſtrictiue , ſed ampliatiue , &
8 augumentatiue , tum quia id operatur dictio &
quoties eſt poſita inter diuerſa , *Rota deciſ. 13. nu.*
0. par. 1. recent. & apud Zacch. de oblig. Camer.
deciſ. 232. num. 27. Tum etiam quia quando prę-
9 cedit genus , & ſubſequitur dinumeratio ſpecie-
cierum mediante dictione & dicta dinumeratio
cenſetur adiecta gratia maioris declarationis ,
non autem reſtrictiue *Gratian. diſcept. 922. numer.*
6. & 7. cum alijs in Albanen. hæreditatis 23. Iunij
1642. coram me §. Idque facilius .

Accedentibus præſertim alijs verbis ibi : *Iura*
quæcunque ſuper dictis , & infraſcriptis bonis compe-
tentia &c. cæteræ &c. & ibi : *tam omnibus , & ſin-*
gulis prædictis bonis , quam omnibus , & quibuſcumq;
alijs præſentibus , & futuris , quæ ſanè deſignant
renunciantes intellexiſſe ampliare , & augere ,
10 non autem reſtringere renunciationem , quibus
non repugnant verba *ex præfatis hæreditatibus , &*
bonis , cum intelligantur ſingula ſingulis con-
grue referendo , verbum ſcilicet *hæreditatibus* ad
expreſſe nominatos , & verbum *bonis* , ad alios
compræhenſos ſub generalitate & vniuerſitate
verborum , vt firmatur in *deciſ. 5. Hinc enim in*
fine .

Et ita vtraque , &c.

SYPONTINA CATHEDRALITATIS

Veneris 21. Maij 1660.

ARGVMENTVM,

Patet ex Summario.

SVMMARIVM.

1 *Subiectio vnius Eccleſiæ ad aliam , non conuenit il-*
larum vnitati , cuius vigore vnicum corpus , &
capitulum , cum eadem præeminentia ab vtraque
Eccleſia conſtitueretur .

2 *Cathedralitas non poteſt dici conſeruata ex actibus*
Cathedralitatem præſeferentibus , dum conclu-
denter non conſtat de primordiali , & legitima
ipſius erectione .

DECISIO DCXLII.

Die 13. Ianuarij 1659. vtraque parte informante reſolutum fuit non conſtare de Cathedralitate Eccleſiæ Sancti Michaelis Montis S. Angeli , ſeu Gargani , ſed conceſſa Garganicis 9. Ianuarij proximi preteriti noua audientia, & diu illis poſt plures monitiones expectatis , cum informare recuſauerint , cauſam hodie repropoſui , informante ſolum Deputato pro Eccleſia Metropolitana Sypontina ; & Domini ſine vlla difficultate confirmarunt reſolutionem , cum fundamenta in omnibus , tam in facto , quàm in Iure ſubſiſtant , tanquam fundata ſuper pluribus Summorum Pontificum ſententijs , litteris Apoſtolicis , & antiquis monumentis iuſtificatis , & coadiuuatis , vt latiſſime recenſetur in deciſione , quæ maiori non indiget comprobatione .

Nec momenti eſt Garganicorum prętenſio repetita in memoriali pro noua audientia : quod licet ipſorum Eccleſia dici nequeat de per ſe Cathedralis diſtincta , & ſeparata , tamen controuerti non poſſit , quod ex ea , & ex altera Sypontinorum vnica conſtituatur Cathedra .

Quoniam ei de directo repugnant ſententiæ , & Apoſtolicæ Conſtitutiones latæ , & reſpectiue conceſſę per Summos Pontifices Alexandrum , Lucium , Cæleſtinum , & Innocentium Tertios , in quibus detecta alteratione per Garganicos commiſſa , abradendo in quadam parte priuilegium Eugenij Tertij anteceſſoris , & in ea inſcribendo Eccleſiam Garganicam poſt denominationem Sypontinæ pronunciatum , & declaratum fuit Eccleſiam Sypontinam duntaxat eſſe Cathedralem , & Metropolitanam Garganicam vero eius ſubditam , & ſubiectam . Quod deinde fuit vſque in præſens pluries . atque pluries , etiam à ſubſequentibus Summis Pontificibus , & ex proprijs Garganicorum confeſſionibus comprobatum . Hinc enim æque principaliter excluditur Cathedralitas Eccleſiæ Garganicæ, tam

diſtin-

Digitized by Google

diſtincta, & ſeparata, quam vnitiua, & cumulatiua cum Sypontina [; quia qualitas ſubiectio-
1 nis non conuenit vnitati, cuius vigore vnicum corpus, & Capitulum cum eadem præheminentia, ab vtraque Eccleſia conſtitueretur, vt dixit. *Rota coram Pen. deciſ. 699. num. 7. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono deciſ. 4. num. 28. cum ſeqq. & in Aretina vnionis prima Aprilis 1647. coram Reuerendiſſimo Terracinen. §. Principale fundamentum, & 8. Martij 1652. coram R. P. D. meo Veroſpio in fine verſ. pro vnita Cathedrali.*

Certius quia poſt detectam dictam alterationem priuilegij Eugenij Tertij ac emanatas præfatas declarationes Bonifacius Nonus anno 1401 durante ſchiſmate xxvj. primordialiter erexit, & non alias erectam fuiſſe declarauit, Terram Montis Sancti Angeli in Ciuitatem, & Eccleſiam S. Michaelis in Cathedralem. Habetur itaque exinde initium aſſertæ Cathedralitatis, atque ideo dum poſtmodum huiuſmodi erectio per quatuor vices ſolemniter reuocata fuit (nempe ab eodem Bonifacio, à Ioanne XXII. & bis à Martino V. vt probatur *in deciſione §. quia præter quod contra eos cum ſeqq.* extinguendo in perpetuum nomen ciuitatis in dicta Terra Montis S. S. Angeli reducendo ad priſtinum ſtatum ſubiectionis Eccleſiam B. Michaelis, & decernendo quod litteræ dictę erectionis habeantur pro infectis; ac ſtatuendo, vt de cætero Sypontina Eccleſia, & non Garganica, ac modernus, & qui pro tempore erit Archiepiſcopus Sypontinus & non Garganicus nuncupetur; Nec non Chriſma, & Oleum Sanctum conficeretur duntaxat in Eccleſia Sypontina) nefas vtique eſt vlterius allegare Cathedralitatis prætenſionem, ſiue diſtinctam, ſiue vnitiuam, dum progenies ab origine infecta toties fuit eradicata.

Indeq; incongruum eſt recurrere ad actus Cathedralitatem præſeferentes; quia dum conclu-
2 denter non conſtet de primordiali, & legitima ipſius impreſſione, quinimmò habetur contrarium non poteſt ex actibus inferri ad ipſius conſeruationem, & continuationem, ſed illi exiſtimantur inualidi, turbatiui, & illegitimi.

Et ità &c. altera tantum &c. cum colligantes, vt dixi, ſæpius ac ſæpiſſime moniti, & diu expectati informare noluerint.

COLONIEN. DECIMARVM.

Lunæ 24. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Decimæ tanquam res ſpirituales non poſſunt in Laicos transferri obſtante diſpoſitione Conc. Lateranen. quod habet locum nedum in emphiteuſi, ſed etiam in locatione perpetua, & ad hæredes tranſitoria, & an ex obſeruantia longiſſimi temporis præſumatur beneplacitum Apoſtolicum fauore Laicorum, & an præſumptum ſufficiat in hac materia, & quid requiratur?

SVMMARIVM.

1 *Conductor non poteſt refricare quæſtionem dominij aduerſus locatricem, nec minus illius poſſeſſionem impugnare.*

2 *Decimæ tanquam res ſpirituales, non poſſunt in Laycos transferri obſtante diſpoſitione Concil. Lateranen.*

3 *Concil. Lateranen. prohibens Decimas in Laycos transferri, habet locum etiam in locatione perpetua, vel tranſitoria ad hæredes.*

4 *Beneplacitum Apoſtolicum præſumptum, non admittitur in materia Decimarum ob Laycorum incapacitatem, ſed requiritur, vel priuilegium expreſſum cum derogatione Concilij Lateranen. vel immemorabilis cum fama Priuilegij, ſeu cum recognitione feudali ante Concilium.*

5 *Teſtes nulliter examinati, nihil probant.*

DECISIO DCXLIII.

RESolutum fuit conſtare de bono Iure Abbatiſſæ B. Mariæ de Capitolio Colonien. etiam ad effectum manutentionis conſtat enim ex iuribus hinc inde productis, & relatis *in Summ. vtriuſque partis* Ferdinandum Baronem de Bongaret, eiuſq; Anteceſſores conduxiſſe decimas controuerſas ab Eccleſia B. Mariæ, ideo non poteſt
1 controuertere, quod eædem Decimæ ſpectent ad dictam Eccleſiam, nec refricare quæſtionem dominij aduerſus locatricem *ad Text. in l. ſi quis conductionis C. locat. Soccin. Iun. conſ 56. num. 8. lib. 2. Menoch. conſ. 111. num 31. Merlin. deciſ. 376. num. 1. Otthobon. deciſ. 105. num. 2. & deciſ. 121. num 10.* minuſue illius poſſeſſionem impugnare, *Menoch. d. conſ. 111. dicto num. 31. verſ. de poſſeſſione idem pract. Papien. in forma libelli pro turbat. poſſeſſ. verb. hodie ſub num. 6. verſ. aut ſunt, Merlin. d. deciſ 376. ſub d. num. 1. verſ. ibi quod nec etiam.*

Non obſtat, quod locatio non ſit temporalis ſed perpetua, quia ſolutiones fuerint difformes &c.

Quia tam locationem, quam emphyteuſim perpetuam excludit qualitas Decimarum, quæ
2 vti ſpiritualis in Laycos transferri non poſſunt obſtante diſpoſitione Concilij Lateranen., de
3 quo *in cap. prohibemus de decim.* quod habere locum etiam in locatione perpetua, vel tranſitoria ad hęredes, ſeu Succeſſores tradit *gloſſ in cap. quamuis verb. conuenerit ad med. verſ. fructus verò de decim.* Rebuff. *hoc tract. quæſt. 5. num. 14. Monet. eod. tract. quæſt. 3. num. 66. verſ. ſecus tamen cum ſequen. Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 3. cap 22. §. 2. num. 2. Rota deciſ. 215. ſub num. 5. par. 2. diuerſ. & coram Pen. deciſ. 616. num 6. & deciſ. 997. num. 3.*

Nec ſubſtineri poterit ex præſumpto beneplacito Apoſtolico propter obſeruantiam longiſſimi temporis, quia in hac materia ob Laycorum
4 incapacitatem non admittitur beneplacitum præſumptum, ſed requiritur, vel priuilegium Apoſtolicum expreſſum cum derogatione Concilij Lateranen. vel immemorabilis cum fama priuilegij, ſeu cum recognitione feudali ante Concilium, aut cum alio æquipollenti, quæ à Teſti-
5 bus Baronis nulliter examinatis non probantur *Io. Andr. in cap. cum Apoſtolica num. 9. alijque ſcribentes de his, quæ fiunt à Prælat. Felin. in cap. cauſam num. 3. de præſcript. & in cap. cum coniugat ſub num. 4. verſ. ſi tamen ſimul de for. compet. Rebuff. vbi ſupra quæſt. 13. num. 69. Garz. de benef. par. prima cap. 2. num. 3. Monet. vbi ſupra d. cap. 5. quæſt. 3. num. 9. verſ. in conceſſione Decimarum & quæſt. 5. num. 114. cum ſeqq. Pen. d. deciſ. 616. num. 3. & 4. Rota in recent. deciſ. 113. num. 10. cum ſeqq. & deciſ. 129. num. 12. pars. 7. Rauennaten. ſeu Ferrarien. Decimarum 25. Februarij, & 26. Iunij 1647. coram me &c.*

Digitized by Google

ROMANA CENSVS.

Luna 24. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Confeſſio de recepto facta à marito conſtante matrimonio fauore vxoris cenſetur facta in fraudem donationis prohibitæ tam à iure communi, quam à ſtatuto vrbis, à quo nedum explicitæ donationes, verum etiam ſub quouis prætextu implicitę irritantur licet ſint iuratæ, & an huiuſmodi donationes excedentes ſummam 500. ſolidorum, poſſint morte donantis confirmari, deficiente inſinuatione, & an confirmatæ dicantur per ſilentium eius, qui donauit?

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio de recepto facta à marito fauore vxoris conſtante matrimonio ſuſtineri non poteſt tanquam in fraudem prohibita donationis.*

2 *Statutum Vrbis nedum irritat donationes explicitas inter coniuges, verum etiam ſub quouis prætextu implicitas, quamuis ſint iuratæ.*

3 *Donatio inter virum, & vxorem excedens ſummam 500. ſolidorum, eget inſinuatione, ſine qua morte confirmari non poteſt.*

4 *Donatio inter virum, & vxorem quando excedit ſummam legitimam, nec minus infra eam ſummam morte donantis confirmatur.*

5 *Confeſſio mulieris emiſſa in inſtrumento iurato præſumitur vera, concurrente iuditis decreto aliiſque ſolemnitatibus in inſtrumento.*

6 *Confeſſio, quæ ſimulata deregitur, & non vera nec ipſi confitenti, nec hæredibus præiudicat.*

7 *Vxor non poteſt prætendere ſe eſſe creditricem hæreditatis mariti, donec integram rationem non reddiderit de eius bonis ab ea adminiſtratis, ſed præſumitur integre ſatisfacta.*

8 *Declara, niſi ſimus in muliere dotem repetente.*

9 *Libros recuſans exhibere eius adminiſtrationis omnem præſumptionem contra ſe habet, & qualibet iuſtificatio ſufficit contra ipſum, ne ex illorum occultatione vtilitatem percipiat.*

DECISIO DCXLIV.

Doña ſulpitia Vitelleſca vt extingueret nonnulla debita paterna *die 30. Martij 1654.* cum obligatione inſolidum Hieronymi Matthæi eius primi viri, cum decreto iudicis, ac interuentu conſanguineorum accepit ad Cambium a D. Andrea Muto ſeu a d. Mario Gabriello ab eodem nominato *ſcuta 4000. Summario DD. de Matthæis num. primo* die verò 25. *Octobris* 1655. volens d. Cambium extinguere cum iiſdem ſolemnitatibus annuum impoſuit Cenſum *ſcutorum* 135. quem pretio *ſcutorum* 3000. vendidit Lauræ Bona dies eius Auiæ *Summario num.* 2. At quià die 3. Februarij 1656. Hieronymus Maritus aſſerens, quod ex *ſcutis* 4000. prouenientibus ex dicto Cambio ſolummodo ſcuta mille pro vſu proprio D. Sulpitiæ inſeruierint, aliaque termille ipſe verè, & realiter receperit, & ad ſui libitum de eis diſpoſuerit, bonam fidē recognouerit reſpectu dicti Cenſus, ſub promiſſione tamen Dominæ Vxoris, quod nec ab eis, nec à ſuis, minuſuè a Laura Creditrice ſua vita durante, moleſtabitur pro fructibus decurſis, & in futurum decurrendis, nec pro præſtatione fideiuſſoris in inſtrumento dicti Cenſus promiſſa *eodem Summario num.* 3. Poſt obitum viri egit Sulpitia contra bona hæreditaria pro conſequutione fructuum cenſus ab ea ſolutorũ, & ab A.C. obtinuit relaxationem mandati exequtiui, quod non eſſe exequendum hodie reſolutum fuit.

Confeſſio enim in Inſtrumento recognitionis
1 bonæ fidei per Hieronymum facta fauore Vxoris
conſtante matrimonio ſuſtineri non poteſt vti in
fraudem donationis prohibitæ tam à Iure communi in *l. prima & 2. ac tot. tit. ff. & C. de donat. inter Vir. & Vxor.* quam a ſtatuto Vrbis *lib. primo*
2 *cap.* 135. cuius diſpoſitio non ſolum Donationes
expreſſo titulo, verum etiam ſub huiuſmodi confeſſionibus, ac alijs prætextibus implicite factas æque comprehendit, & irritat quamuis iuratæ ſint, quia iuramentum ab eo præſumitur dolo, & fraude extortum, vt tradunt *Gabr. conſ.* 142. *num.* 20. *cum ſeqq. lib* 2. *Gratian. diſcept.* 693. *num.* 7. & 8. *Put. deciſ.* 7. *num primo & per tot. & deciſ.* 55. *num.* 2. *vſq. ad fin. lib.* 3. *in correct. Card. Mantic. deciſ.* 49. *num.* 3. *Rota in Romana Domorum de Regardis* 15. *Ianuarij* 1649. *coram bon. mem. Dunozetto* §. *Præterquam quod, & in Romana Dotis* 21. *Februarij ac* 26. *Nouembris* 1650. *coram Eminentiſſimo Card. Corrado.*

Non obſtat, quod dum Hieronymus deceſſit ea non reuocata per eius obitum confirmata videatur.

Quia cum excederet ſummam 500. ſolidorum
3 egebat inſinuatione ſine qua morte confirmari
4 non potuit, nec minus infra 500. ſolidos, cum
nulla ſit tam ratione rei, quam perſonæ, vt probat *Tex. in l. Donationes la prima ibi nam amplioris quantitatis donationem minime inſinuatam, nec per ſilentium eius, qui donauit confirmari concedimus C. de donat. int. Vir. & Vxor.* ibique *Salyc. et. num.* 3. *verſ. Item nota quod excedens Curt. iun. conſ.* 95. *num.* 6. *Pariſ. conſ.* 62. *num.* 20. *lib. primo Cardinal. Mantic. de tacit. lib.* 11. *tit.* 20. *num.* 25. *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 12. *num.* 39. & 40. *Grattan. diſcept.* 693. *num.* 6. *Rota coram Buratt. deciſ.* 108. *num.* 14. *repetita in recent. deciſ* 683. *num.* 10. *par.* 2., & *prius deciſ.* 703. *num.* 8. *verſ. illa, parte prima.*

Nec ſubſiſtit, quod dicta ſcuta termille verſa fuerint in vtilitatem mariti.

Contrarium enim deprehenditur ſiue ex iurata confeſſione ipſius ſulpitiæ emiſſa tam in cambio, quam in cenſu poſt receptas, & expenſas pecunias celebrato, in quibus declarauit, ac reſpectiue confirmauit dictas pecunias recipere pro extinguendis debitis paternis, quæ quidem
5 confeſſio vera præſumitur propter decretum Iudicis, aliaſque ſolemnitates in inſtrumentis adhibitas, vt dixit *Rota apud Pacif. de Salnian. deciſ.* 56. *num.* 21. *coram Card. Caual. deciſ.* 479. *num.* 2. *verſ. fuit etiam excitata, & in Romana prætenſæ reſtitutionis Dotis* 15. *Ianuarij.* 1649. *coram bo. mem. Peutingerio* §. *cuius quidem verſ. non ſolum.*

Siue etiam ex partitis extractis ex libris montis Pietatis, ex quibus patet, quod exceptis *ſcutis* 194. Hieronymo de mandato ſulpitiæ perſolutis 26 *Nouembris* 1654. Reliqua pecuniarum quantitas ab eadem ſulpitia recepta, vel de eius mandato alijs perſonis ſoluta fuit alijs cauſis expreſſis, quam viri vtilitatis *dicta Summaria num.* 4. Hinc enim minus vera, & ſimulata detegitur

Hie-

Digitized by Google

Hieronymi confeſſio quod ſcuta 3000. ab ipſo
vere, & realiter recepta fuerint, & ad ſui libi-
6 tum erogata, quæ nec confitenti, minuſue eius
hæredibus præiudicat vt *in Aueniouen. hæreditatis*
10. Iunij 1648. coram Reuerendiſſimo D. Archie-
piſcopo Tarraconen. §. Aliud creditum.

Quia præterquod non iuſtificatur, quod in
hanc cauſam ceſſerint dictæ pecuniæ, quodque
eadem cauſa concerneret viri vtilitatem obie-
ctum ceſſat dum ex Teſtibus formiter examina-
tis apparet ſulpitiam integros percepiſſe fructus
bonorum totius Domus DD. fratrum de Mat-
theis per multum temporis ſpatium, libroſque
adminiſtrationis confeciſſe, quos ſemper recu-
ſauit exhibere non obſtante reiterato reſcripto
ſignaturæ quod ab ipſa exhiberentur; Inde enim
7 donec integram rationem non reddit, non po-
teſt prætendere ſe eſſe creditricem hæreditatis
mariti, cum præſumatur integrè ſatisfacta, dum
8 non verſamur in muliere repetente Dotem, vt
in ſpecie de Vxore, quæ adminiſtrauit bona ſui
viri *Nenizan. conſ. 57. num. 10. cum concordanti-*
bus relatis in Recanaten. manutenſionis 27. Iunij
9 *1642. coram me §. ceſſat que*, & dum recuſat ex-
hibere libros omnis præſumptio vrget cõtra ip-
ſam, vt *in Anconitana manut. 5. May 1646. coram*
Eminentiſſimo D. Card. Corrado §. quia cum expræ-
dicta, & ne vtilitatem ex hoc recipiat, quælibet
contra ipſam ſufficit iuſtificatio, ad *Text. in l. ne*
ex dolo ff. de dol. mal. & in l. prima §. primo ff. de
except. dol. Rota in proximis terminis in Romana
penſionis 19. Ianuarij & 30. Maij 1646. coram me
ſub §. 2. partita.

Et ità vtraque &c

FERRARIEN. PENSIONIS.

Mercurij 26. Maij 1660.

ARGVMENTVM.

Iuris patronatus exiſtentia ſatis probari videtur ex litteris Apoſtolicis, dum ordinarius loci non eſt in cauſa pro libertate beneficij; & eo maximè ſi collitigans veniat ex eodem Iure patronatus, & quando de illius pertinentia conſtare dicatur?

SVMMARIVM.

1 *Iuris patronatus exiſtentia ſatis conſtare videtur ex litteris Apoſtolicis ſuper illius approbatione, & reſeruatione, quando ordinarius non eſt in cauſa, nec contradicit pro libertate Beneficij.*

2 *Iuris patronatus exiſtentia abſque alia iuſtificatione probatur ex litteris Apoſtolicis ſuper illius approbatione, & reſeruatione, quando vterque ex litigantibus venit ex eodem Iure patronatus.*

3 *Patronus, qui probauit deſcendentiam, & ſucceſſionem ab exiſtentibus in quaſi poſſeſſione præſentandi, præſumitur à primo fundatore deſcendere, & ad eum Ius patronatus pertinere, dum ordinarius pro libertate Beneficij non facit partem in iudicio.*

4 *Patronus admittens alium ad præſentandum, nullum infert praiudicium alijs ſucceſſoribus in iure patronatus.*

5 *Ius patronatus, quando eſt hæreditarium, ſucceſſio in eo fit in ſtirpes, & non in capita, exceptis primis hæredibus, ſeu primo vocati.*

6 *Patronus habens plures voces, & ſtipites ſubalternos, dicitur habere totum ſtipitem in iure patronatus hæreditario reſpectu alterius habentis vnam vocem tantum.*

7 *Ordinarius in paritate vocum, & ſuffragiorum, poteſt gratificare quemlibet ex præſentatis ad Ius patronatus.*

8 *Tempus Quadrimeſtre præfixum à Iure patronis laycis ad præſentandum, ipſis non incipit currere, niſi a die habitæ notitia vacationis.*

8 *Eccleſia, ſeu Monaſterium habet ſemeſtre ad præſentandum in Iure patronatus ſibi competente.*

10 *Tempus ſemeſtre competens Monaſterio ad præſentandum in Iure patronatus, competit etiam compatronis laycis ratione conſortii.*

DECISIO DCXLV.

Beneficium ſimplex Prioratus Sancti Iuliani
nuncupatis de Iurepatronatus Laycorum Pe-
regrino Iuſto adiudicandum eſſe Domini reſ-
ponderunt: Sequuto enim obitu Marci de Blan-
chis illius vltimi Rectoris, & poſſeſſoris, Camil-
la, & Anna Sorores de Auogarijs, nec non
Priorſſa, & Moniales S. Gabrielis ex perſona
Sororis Lauræ Cæleſtis de Auogarijs tanquam
Patronæ ipſum legittime præſentauit, ac ſucceſ-
ſiuè Sententiam ſuper ſua inſtitutione obtinuit.

De exiſtentia Iuriſpatronatus ſufficienter cõſ-
1 tare viſum fuit ex litteris Apoſtolicis *felic. record:*
Nicolai V. ſuper illius approbatione, & reſpectiue
reſeruatione pro Galeotto Seniore de Auogarijs
primo fundatore, ſuiſque hæredibus, & ſucceſ-
ſoribus in perpetuum, nec aliæ exiguntur pro-
bationes, cum Ordinarius non ſit in cauſa, nec
contradicat pro libertate beneficij, vt dictum
fuit in *Ferrarien. Archidiaconatus 20 Aprilis 1646.*
coram me ac vterque ex litigantibus veniat ex eo-
2 dem Iurepatronatus, vt in *Gueſnen. Iuriſpatrona-*
tus 27. Ianuarij 1643. coram Reuerendiſſimo Ter-
ratinen.

Pertinentia quoque ad effectum, de quo agi-
tur non poteſt in dubium reuocari, dum predic-
tæ Sorores ſatis clare iuſtificarunt Ioa: Baptiſtam
de Auogarijs ipſarum germanum Fratrem ab in-
teſtato, & abſque vllis deſcendentibus defunc-
tum (cuius hæreditates tanquam hæredes adi-
uerunt) vltimo loco vti Patronum præſentaſſe
Blancum, ex cuius obitu præſens vacatio con-
tigit, ac inſuper Balthaſſarem de Auogarijs ip-
ſorum Patrem feciſſe alias præſentationes effec-
3 tum ſortitas, vt propterea ipſis ſufficiat probaſ-
ſem deſcendentiam, & ſucceſſionem ab exiſten-
tibus in quaſipoſſeſſione præſentandi, vt ad eoſ-
dem pertinentia Iuriſpatronatus delata videa-
tur, & à primo fundatore deſcendere præſuma-
tur, dum Ordinarius pro libertate Beneficij non
facit partem in Iudicio, *Rota deciſ. 221. num. 24.*
part. 8. recent., & in Gerunden. Beneficij 11. Martij
1648. §. de pertinentia verò coram Reuerendiſſimo
Papien. plene in Tridentina Iuriſpatronatus 22 Iunij
1648. coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono in-
ter illius impreſſas dec. 151. num. 2. cum ſeq.

Nec obſtat, quod Marchio Franciſcus Taſſo-
nus pretendat ſe compatronum ex quo præſen-
tauerit Stephanum de contractis appellando etiã
à ſententia ſuper inſtitutione a Iacobo obtenta:
Cum enim nullam deſcendentiam à primo fun-
datore, ſeu aliquem alium titulum ab illius ſuc-

Digitized by Google

ceſſoribus habuiſſe appareat, remanet excluſus.

Nec ex eo, quod à Balthaſſare Ioannis Baptiſtæ fratre prædefuncto Marchio fuerit admiſſus ad præſentandum Blancum dicitur factus Compatronus. Omiſſo enim quod id factum abſente, & ignorante Ioa. Baptiſta, & limitatè pro illa vice tantum admiſſus fuit, vt legitur in
4 *Summario num* 11. Adhuc factum huiuſmodi licet Forſan afficere potuiſſet ipſum Balthaſſarem admittentem, nullum tamen præiudicium inferre potuit Io: Baptiſtæ, aliſque ſucceſſoribus in Iurepatronatus *Pen. deciſ.* 22. *num* 8. *cum ſeqq. & in Capuana Abbatiæ* 5. *Maij* 16.9. §. *ſiquidem coram R. P. D. meo Priolo*. Quatenus verò Marchio probaſſet etiam aliquo modo deſcendentiam, ſeu titulum à primo fundatore, in hoc quoque caſu fuit ponderatum, quod aut prætendit habere communem ſtipitem cum iſtis tribus Sororibus, & adhuc cedere debet. Cum enim iſtud
5 Ius patronatus ſit hæreditarium, ſucceſſio in eo fit in ſtirpes, & non in capita, exceptis primis hæredibus, ſeu primo vocatis, *Pen. deciſ.* 763. *num.* 1. *& latiſſimè in Firmana Iuriſpatronatus* 23. *Iunij* 1636. §. *Et quod coram bon. mem. Coccino*, &
6 conſequenter iſtæ mulieres habentes plures voces, ſeu ſtipites ſubalternos, dicuntur habere totum ſtipitem reſpectu Marchionis habentis vnam vocem tantum cum maior pars minorem abſorbeat, vt egregie declarauit Rota *in dicta Firmana Iuriſpatronatus*.

Vel Marchio prætendit habere diuerſum ſtipitem, & ſic medietatem vocis, & in hoc quoque caſu ſuccumbere deberet, ac præferri Iuſtus pro medietate vocis præſentatus à ſororibus de Auo-
7 garijs, ex quo ipſe fuit inſtitutus ab Ordinario, qui in paritate ſuffragiorum ipſum gratificare potuit, vt in *Baren. Iuriſpatronatus* 27. *Ianuarij* 1645. §. *nec refert coram bon. mem. Peutingerio, & coram Eminentiſſimo D. Card. Otthobono deciſ.* 17. *num.* 6. *& in prædicta Firmana Iuriſpatronatus* §. *fin.*

Exceptio autem non factæ præſentationis à ſororibus de Auogarijs infra quadrimeſtre Patronis laicis à Iure præfixum, nec releuat, eo
8 quia tempus ipſis non potuit currere niſi à die habitæ notitiæ vacationis, *gloſſ. in cap. licet, verb. notitia de Iurepatr. Rota deciſ.* 221. *num.* 9. *par.* 7. *recent. & in Mediolanen. Beneficij* 7. *Maij* 1646. *coram Reuerendiſſimo Terracinen*. Et inter Patronos
9 adeſt Monaſterium, cui ſemeſtre ad præſentan-
10 dum competit, quod ad iſtum effectum prodeſt quoque Compationis laycis ratione Conſortij, vt latè dixit *Rota in Camerinen. Canonicatus* 4. *Iunij* 16 5 §. *cæterum, &* 8. *Iunij* 1657. *coram R. P. D. meo Bevilaqua, & prima Februarij* 1658. *coram R. P. D. meo Priolo*, & intra iſtud tempus dictæ ſorores legitime Iuſtum præſentarunt.

Et ità Peregrino Iuſto tantum informante deciſum fuit &c.

ROMANA FIDEICOMMISSI DE DONATIS.

Lunæ 7. *Iunij* 1660.

ARGVMENTVM.

Coniunctus verbis, & non totaliter diſiunctus re, vigore iuris accreſcendi capit integram hæreditatem ob deficientiam cohæredum, vxor hæres inſtituta ſub conditione, ſi vitam vidualem ſeruauerit, ad quid teneatur ſi ad ſecundas nuptias conuolauerit? & quid inſtitutio concepta operetur verbis negatiuis, vel affirmatiuis ſeu per viam conditionis, vel modi in hæreditate, & quid in legatis?

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario competit immiſſio ex remedio* l. fin. C. de: edict. dict. Adr. toll. *vel vtilis Saluiani*.

2 *Obitus ſine filijs præſumitur, niſi contrariũ probetur.*

3 *Hæres non dicitur totaliter re diſiunctus à cohæredibus, ſi eius portio intellectualiter tantum ſit conſtituta ad oculum demonſtrabilis.*

4 *Coniunctus verbis, & re totaliter non diſiunctus, ſi ſ[olu]s ſupereſt de tempore conditionis purificatæ integrum capit fideicommiſſum vigore iuris accreſcendi.*

5 *Identitas bonorum, & poſſeſſio defuncti de tempore obitus, probatur ex inuentarios hæreditatis, ſtatim ſecuta eius morte legitimè confecto.*

6 *Inſtitutio vxoris ſub conditione* Si vitam viduilem ſeruaueritea *ad ſecundas nuptias conuolante, vſque ab initio remanet reſoluta, perinde ac ſi facta non fuiſſet.*

7 *Vxor hæres inſtituta ſub conditione viduitatis, ſi contrauenerit, tenetur reſtituere integram hæreditatem mariti, vna cum omnibus fructibus perceptis à die obitus.*

8 *Legatum annuum ſub conditione relictum cum in eo fiat annua diſtributio, pro primo anno dicitur purum pro ſequentibus vero conditionale.*

9 *Inſtitutio conditionaliter facta licet verbis affirmatiuis concepta, & per viam modi ſemper reſoluitur in negatiuam, ita vt hærede contrauenien te à die obitus teſtatoris reſoluta dicatur.*

10 *Hæres grauatus ex alienationibus primo loco factis, & continentibus veram dominij translationem, cenſetur eius detractiones elegiſſe.*

11 *Retentio bonorum fideicommiſſi non datur pro ſolo ſupplemento legitimæ, nec impeditur immiſſio fideicommiſſario.*

12 *Conſtitutio Sixtina dotium moderatoria eſt in viridi obſeruantia.*

13 *Conſtitutioni Pontificiæ inferior derogare nõ poteſt.*

14 *Derogatio quæ ſuperuenit, non retrotrahitur, nec præiudicat alteri iã in e medio tempore quæſito.*

15 *Bona ſubrogata in locum fundi dotalis aſſumunt naturam ipſius.*

16 *Vxor eius dotem conſequi debet ex bonis ſibi pro fundo dotali aſſignatis, non autem ex alijs.*

17 *Hæres grauatus non poteſt diſponere quid quam ſuper bonis fideicommiſſi, in præiudicium fideicommiſſariorum.*

18 *Relatio periti electi ab ipſa parte plene probat contra eligentem.*

19 *Vxor ſoluens creditoribus mariti cenſetur ſoluiſſe ex effectibus hæreditarijs ipſius.*

20 *Ceſſio iurium facta à Creditoribus mariti vxori ſoluenti, non operatur niſi liberationem hæreditatis eiuſdem viri debitoris.*

21 *Vxor ſoluens ſcienter ex bonis liberis creditoribus mariti ſibi poſterioribus, poſtquam habuit explicitam notitiam fideicommiſſi, ſibi præiudicauit, vt non poſſit amplius pro conſequutione ſuarum dotium redire ad bona fideicommiſſaria ex beneficio* Auth. Reſquæ C. Comm. de legat.

22 *Soluens creditoribus hæreditarijs non ſufficit quod illorum quietantias oſtendat ſed concludenter probare debet illos, quibus factæ ſunt ſolutiones fuiſſe veros, & legitimos creditores.*

23

Digitized by Google

23 *Melioramenta facta in bonis alienis compenſanda ſunt cum fructibus preceptis.*

DECISIO DCXLVI.

Hieronymus Donatus Scriptis hæredibus vni-
uerſalibus cum reciproca, ſubſtitutione Iu-
lio, & Angelo filijs, omnibus maſculis deficien-
tibus ſubſtituit Agnetem, & Dianam filias fæ-
minas pro medietate, pro altera vero medietate
Franciſcam Vxorem ſua vita durante, cumque
defuncto Teſtatore, tractu temporis deceſſerint
tam Agnes, & Franciſca, quam omnes filij maſ-
culi ſine deſcendentibus, quorum vltimus fuit
Julius Ideo conſulta Rota cenſuit Dianæ ſuperſ-
1 titi dandam eſſe Immiſſionem in poſſeſſionem
Domorum ad montem Citorium ex remedio *l. fin. C. de Edict. Diu. Adr. toll.*, vel vtilis Saluiani
interdicti.

Fideicommiſſum enim eſt litterale, quia de-
fectis maſculis ſubſtitutæ fuerunt fæminæ pro-
prijs expreſſis nominibus, vnde dum omnes
2 maſculi deceſſerunt, & quidem ſine filijs, vt de
iure præſumitur niſi contrarium probetur *Bart. in l. ex facto §. ſi quis autem ff. ad Trebell. Card. Mantic. deciſ. 32. num. primo*, Illud apertum, &
purificatum fuit ad fauorem Dianæ in totum,
quamuis ſubſtitutio fuerit inſimul cum Agnete
in medietate, & in altera medietate cum Fran-
3 ciſca; Cum enim iſtæ prædeceſſerint maſculis,
& omnes in ſubſtitutione fuerint verbis con-
iunctæ, re autem totaliter non diſiunctæ (dum
illarum portiones intellectualiter tantum conſ-
titutæ fuerunt ad oculum non demonſtrabiles)
4 intrat vtique inter eas ius accreſcendi cuius vi-
gore Diana, quæ ſola ſuperfuit tempore puri-
ficatæ conditionis integrum capit fideicommiſ-
ſum iuxta *theoric. Bart: in l. re coniuncti num. 23. verſ. Aut in re non eſt omnino diſiunctio ff. de legat. 3; ibique Cuman. num. 4. verſ. Item quod dicit vaſqu. de Succeſſ. tom. 2. lib. 3. tit. de tacit. ſubſtit. vel Iur. accreſc. §. 23. num. 11. verſ. aliquando, & 20. Peregr. de fideicom. art. 9. num. 8 Rota deciſ. 506. num. primo cum ſeqq. par. 4. diuerſ. & in Romana fideicommiſſi de Marianis 27. Iunij 1650. coram Reuerendiſſimo Archiepiſcopo Tarraconen. §. vltimo.*

Quod autem Domus, de quibus agitur à
5 Hieronymo Teſtatore poſſiderentur tempore ſui
obitus probatur ex inuentario eius bonorum
hæreditariorum ſtatim ſequuta eius morte legi-
timè confecto, in quo deſcriptæ leguntur *l. ſcimus §. licentia C. de Iur. deliber. DD. in l. Tutor. 8. ff. de admin. Tutor. Peregrin. art. 44. num. 2. & 3. Rota in recent. deciſ. 89. num. 7. & deciſ. 269. num. 14. par. 8. & coram Eminentiſſimo Ottbobono deciſ. 242. num. 4.*

Non obſtat retentio per Flauiam petita ſiue
illam petat vt hæres Iulij, ſiuè vt Creditrix pro
Dote, & quarto.

Vt hæres enim Iulij grauati non poteſt Do-
mum retinere pro legitima Iulio debita, cum
illius hæres non ſit, ex quo Iulius inſtituit hære-
dem Flauiam Vxorem ſub expreſſa conditione
ibi *Dichiarando però, che ſia mia herede vniuerſale mentre vogli ſeruare, e veramente ſerui vita vedouile, e non altrimente &c. Et in caſo, che ſi rimaritaſſe, non intendo, ne voglio, che ſia mia herede, ma ſolo voglio che habbia la ſua Dote, e quarto dotale*
6 *&c.* Cum autem ipſa conuolauerit ad ſecundas
nuptias, reſoluta remanſit vſque ab initio eius
inſtitutio perinde, ac ſi non fuiſſet relicta hæres
7 & propterea non ſolum non poteſt excipere hoc
Iure de aſſertis creditis mariti, ſed tenetur reſti-
tuere integram illius hæreditatem vnacum om-
nibus fructibus à die obitus teſtatoris *Auth. cui relictum, & l. fin. C. de indict. vidui. tollen. Peregrin. de fideic. art. 11. num. 122. Rota deciſ. 430. num. primo par. 4. diuerſ. Card. Seraph deciſ 1354. num. primo & 2. Greg. deciſ. 187. num. 40., & in Fanen. Dotis 4. Iulij 1646. coram me §. Idque eo faciliut.*

Neque ad hunc effectum attenditur an in ſti-
tutio concepta ſit verbis negatiuis, vel affirma-
tiuis, ſeu per viam conditionis, aut modi, re-
cipitur enim huiuſmodi diſtinctio in legatis, in
8 quibus cum fiat annua diſtributio non inducitur
neceſſitas perpetuæ viduitatis: & legatum pro
primo anno dicitur purum, pro ſequentibus verò
9 conditionale: At in inſtitutione, quæ vnica eſt,
& perpetua, non autem annua, nec temporalis,
requiritur de neceſſitate perſeuerantia viduita-
tis, ne teſtator pro parte temporis teſtatus, &
pro parte inteſtatus decedat; atque ideò verba,
quibus concepta eſt, etiamſi ſonent in affirma-
tiuam, & per viam modi, nihilominus reſo-
luuntur in negatiuam, & faciunt conditionem,
itaut muliere contrauenientе eius inſtitutio à
die obitus, teſtatoris reſoluta ſit *Salycet. in d. l. fin. num. 4. C. de indict. vidut. tollen. Rota d. deciſ. 430. num. 2. par. 4. diuerſ. Card. Seraph. d. deciſ. 1354. num. 3. in recent. d. deciſ. 242. num. 47. par. 5. cum alijs per Add. ad Gregor. d. deciſ. 187. num. 13. & in d. Fanen. Dotis coram me §. quia placuit.*

De ſua tamen legitima Iulius fuit abunde ſa-
tisfactus ex alienatione treſdecim locorum mon-
tium fidei, quæ empta fuerant ex pretio cenſus
hæreditarij in ſumma ſcutorum 1425. & ob re-
trouenditionem alterius Cenſus hæreditarij ſor-
tis principalis ſcutorum 200. ex quibus tanquam
10 primo loco alienatis, & continentibus veram,
& actualem Dominij translationem cenſetur Iu-
lius ſuam legitimam elegiſſe iuxta *Text. in l. Marcellus §. res quæ ff. ad Trebell. & alijs alleg. in Romana fideicommiſſi de Capiteferreo 10. Martij 1645. §. quia cum ex publicis coram Eminentiſſimo D. Card. Corrado in Peruſina Bonorum 30. Maij 1650. coram me §. quia ad effectum, & in Amerina Caſtri Guardia 16. Iunij 1651. coram Reuerendiſſimo D. Archiepiſcopo Tarraconen. §. final.* vel ſaltem reman-
11 ferat Creditor ſolius ſupplementi, pro quo non
datur retentio, nec impeditur Immiſſio per fidei-
commiſſarium petita *Rota deciſ. 184. num. primo cum ſeqq. par. 4 diuerſ. apud Merlin. de legit. deciſ. 11. num. 7. repetita penes Pacific. de Saluian. deciſ. 60. num. 8. in recent. deciſ. 220. num. 5 par. 7. & coram bo. me. Merlin. deciſ. 771. num. 3.*

Sed nec vt Creditrix ſuæ Dotis, & quarti reti-
nere poteſt Bona hæreditaria, Hieronymi, quia
in primis Dos ſubſtineri non poteſt in quantita-
te ſcutorum 8000. ob reſiſtentiam ſixtinæ Con-
ſtitutionis, quæ Dotes moderatur, & reſtringit
ad ſola ſcuta 5500. & conſtitutas vltra hanc ſum-
mam in exceſſu annullat, & irritat, auferens
quamcunque actionem pro illius exactione com-
12 petentem quam eſſe in viridi obſeruantia dixit
Rota in Romana Dotis de Theodolis 23. Ianuarij 1619. coram bo. me. Pirouano apud Fenzon. ad Statut. Vrb. deciſ. 75. §. non obſtat, & §. verum hæc reſponſio, & in Romana quarti dotalis 7. Martij 1642. coram me §. verum cum Antiey vbi firmatur
lucrum dotale non excedere ſcuta 1375. quæ
conſtituunt quartam partem ſcutorum 5500.

Non

Digitized by Google

Non obſtat Decretum Populi Romani obtentum per Flauiam, quia continet duntaxat remiſſionem pænę eidem Populo Romano applicatam, quæ ſola petita fuit, & ſola poterat à populo Romano remitti; At nec petita fuit, nec conceſſa derogatio Sixtinæ, minuſue conceſſa facultas exigendi integram dotem contra expreſſam prohibitionem Pontificiæ Conſtitutio-
13 nis, cui inferior derogare non poteſt iuxtà *doctr. Abb. in cap. dilecto num. 14. de præbend.* Rota *in recent. deciſ. 136. num. 5. & 6. par. 7.* ſed opus erat diſpenſatione Pontificia, ac dictum decretum impetratum fuit anno 1640. longe poſt diſſolutum matrimonium, & poſt motam litem ceptam eodem anno 1644. quo Iulius deceſſit, Ius enim Dianæ fideicommiſſariæ quæſitum, & in Iudicium deductum auferri non potuit ex licentia, & decreto longe poſt ſuperuento, quod licet ſit efficax pro remiſſione pænæ reſpectu Populi conſentientis, attamen non retrotrahitur ad validandam dotis exceſſiuę conſtitutionem in præiudicium fideicommiſſi, & Iuris medio tempore quæſiti fideicommiſſarijs, vt in ſimili dixit Rot. *in rec. deciſ. 113. num. 22. par. 7.* vbi quod
14 derogatio non operatur, vt ex tunc, ſed vt ex nunc, & ſic non trahitur retro in præiudicium Iuris medio tempore quæſiti *Greg. deciſ. 233. nu. 2. & in Bonon. fideicom. de Rubeis 2. Martij 1643. coram bo. me. Peuting. §. fin.*

Pro ſumma per Sixtinam permiſſa nulla competit retentio, quia Dos pro rata ſcutor. 5500. conſtituta fuit in tot locis Montium ſub expreſſa lege, quod ſtare deberent pro fundo dotali ad formam teſtamenti q. Aſcanij eius Patris. Et licet 40. ex dictis locis per Iulium Virum diſtracta fuerint diſtractio ſucceſſit præuio ſpeciali mandato Flauiæ Vxoris, & pecuniæ inde retractæ reinueſtitæ fuerunt in alijs locis Montium ſubrogatis in omnibus, & per omnia conditionibus, vinculis, oneribus, & obligationibus, quibus ſuppoſita erant loca diſtracta; inde enim
15 aſſumpſerunt naturam fundi dotalis, *Bald. in l. per diuerſas num.21. C. mandat. Merlin. deciſ. 445. num.1. cum ſeqq.* & per conſequens Flauia ex ipſis penes ſe exiſtentibus, & adhuc ſub eius no-
16 mine cantantibus, non autem ex alijs bonis ſuam dotem conſequi debet *l. fin. ff. de pact. dotal. Gratian. diſcept. 489. num.1. & 7. Rota coram Card. Coual. deciſ. 574. num.2. in rec. deciſ.120. num.17. par. 4. tom. 2. & in Romana pecuniaria 28. Iunij 1658. coram R. p. d. meo Beuilaqua §. Neque viſum fuit.*

Neque vrget, quod Iulius facultatem in teſtamento attribuerit vxori dotem in alijs bonis aſſequendi quatenus nollet dicta loca montium ſubrogata recipere eo ſub prætextu quod proprio marte ab ipſo empta fuerint, & redacta ſint inexigibilia; quia talis facultas locum obtinere poteſt in bonis liberis Iulij non autem in bonis fideicommiſſi eius Patris, quorum reſpectu illius
17 diſpoſitio, & confeſſio fideicommiſſarijs præiudicium inferre non valet *l. cum quis decedens 35. §. Titia ff. de legat. 3. Peregrin. de fideicom. art. 53. num. 61.* maxime dum erronea conuincitur ex prædicto ſpeciali mandato procuræ vxoris, & dum de tempore emptionis ſequutæ anno 1627. loca ſubrogata exigibilia erant, & facilis exactionis, vt propterea nulla penitus culpa viro ementi adſcribi poſſit ſi tractu temporis euaſerint inexigibilia.

Præterea ex pecunijs, & pretio mobilium, aliorumque effectuum hæreditariorū mariti peruenerunt ad manus Flauiæ ſcura 12486. iuxta relationem Periti ab ipſa electi *Summ. num.10.* quæ contra eam plene probat *Buratt. deciſ. 60. num.8.*
18 Atque ex fructibus ſtabilium percepit ſcuta 7226. iuxta calculum ad partes datum, quæ integraliter reſtituere tenetur, dum viduitatem non ſeruauit, & ſecundas nuptias contraxit; vnde eſt debitrix hæreditatis mariti in longe maiori quantitate, quam ſit creditrix.

Non obſtat, quod Peritus in eadem relatione aſſeruerit perſoluiſſe creditoribus Mariti ſcuta 15260. à quibus ceſſiones reportauit.

Præmiſſo enim quod quicquid ſoluit dictis
19 creditoribus ſoluiſſe cenſetur ex effectibus hæreditarijs viri ob legalem præſumptionem *l. quintus Mutius ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et ſic ceſ-
20 ſiones Iurium non operantur niſi liberationem hæreditatis eiuſdem viri debitoris *Peregrin. de fideicom. art. 52. num. 34. Franc. deciſ. 55. num. 7. Rota deciſ. 426. numer. 3. par. 2. rec. cum alijs per Add. ad Greg. deciſ.75. num.3. verſ. & ſi fiat ceſſio.*

Peritus inter aſſertos creditores deſcripſit Flauiam in ſcutis 2400. pro fructibus integræ dotis ſcutorum 8000. qui pro hac rata non debentur ob reſiſtentiam Sixtinæ Conſtitutionis; pro rata vero permiſſa retinet loca montium, & ſic nec ſortem, nec fructus petere poteſt.

Reliqua verò Iulij debita in dicta relatione deſcripta pro rata ſcutorum 6923. & b.30. poſteriora ſunt doti Flauiæ, vt in *Summ. num. 11.* Ideo cum ipſa eſſet creditrix anterior debebat ex pecunijs prouenientibus ex bonis liberis ſui viri prius ſibi ſatisfacere, alias ſponte eas dimittendo poſterioribus poſtquam explicitam notitiam habuit fideicommiſſi Hieronymi ex lite per Dianam eodem anno 1644. quo obijt Iulius contra
21 eam introducta, ſibi præiudicauit, vt non poſſit amplius redire ad fideicommiſſaria ex beneficio *Auth. res quæ C. comm. de legat. Burſat. conſ. 180. num. 45. lib. 2. Pariſ. conſ. 63. num. 46. lib. 2. Cephal. conſ. 344. num. 35. Fuſar. conſ. 23. num. 11. & 15. Peregrin. de fideicom. art.42. num.16. & 17. Rot. in Romana Saluiani de Caſalibus 21. Iunij 1641. coram me apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ.189. num. 3. & in dicta Fanen. Dotis 4. Iulij 1646. pariter coram me §. vlt. & in Eſina fideicom. 21. Iunij 1655. coram R. P. D. Zarate Præſide Valliſoletano §. final.*

Pro reſiduo autem non iuſtificantur, & tamen
22 ad iſtum effectum non ſufficit oſtendere quietantias, ſed etiam opus eſt concludenter probare, quod illi, quibus factæ ſunt ſolutiones, eſſent veri, & legitimi Creditores Defuncti, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 541. num. 2.* Rota *in recent. deciſ. 83. num. 20. & 21. par. 7. & in Romana Quarti Dotalis 19. Iunij 1645. coram me §. Non obſtat, quod Antiej.*

Melioramenta licet forſan probata non ſuffragantur Flauiæ, quæ hæres non eſt melioramen-
23 tis, & tamen compenſanda eſſent cum fructibus perceptis ſpatio tanti temporis, *vt in Beneuien. fideicomm. de Rubeis 1. Iulij 1647. coram Eminentiſſ. Card. Corrado verſ. Poſteriores verò vbi latè.*

Et ita vtraque, &c.

RO-

Digitized by Google

ROMANA RESIDVI DOTIS.

Lunæ 7. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Maritus non poteſt petere reſiduum dotis ſibi promiſſæ, in capitulis matrimonialibus, cui ipſe, vel eius Auctor renunciauit, quodque promiſit ſe non petiturum in altero inſtrumento, & quando huiuſmodi promiſſio cenſeatur temporalis, & quando perpetua?

SVMMARIVM.

1 *Hæres tenetur obſeruare promiſſionem à defuncto factam.*
2 *Dictio nunquam omne futurum tempus excludit.*
3 *Renunciatio de ſui natura eſt perpetua, nec datur renunciant regreſſus.*
4 *Obligatio qualibet intelligitur rebus in eodem ſtatu manentibus.*
5 *Dotis portio non recepta, non venit de Iure reſtituenda ab hæredibus viri.*
6 *Dos non reſtituitur, ſed retinetur quando ſoluitur matrimonium cum filijs.*
7 *Actio quæ contra defunctum non competeret, nec etiam contra illius hæredes poteſt exerceri &c.*

DECISIO DCXLVII.

Repropoſita cauſa ad inſtantiam Mauritij de Alte petentis executionem mandati rotalis alias coram me ſibi denegatam ſub die 11. Decembris 1658. Domini ſteterunt in decisis: Non poteſt enim Mauritius prætendere ſcuta 2000. pro reſiduo dotis ab Octauio promiſſæ in Capitulis matrimonialibus Aureliæ, quia eidem obſtat obligatio ſubſequuta Io: Baptiſtæ eius Aui, quod ſcilicet, nec Carolus eius filius, nec Aurelia eius Nurus vllo vnquam tempore ab Octauio, & eius
1 hæredibus dictum reſiduum petent, quam quidem promiſſionem tenetur obſeruare Mauritius tanquam hæres d. Io. Baptiſtæ *l. cum à Matre C. de rei vindic. l. ſi ab ea C. de liberal. cauſ.*

Nec obligatio Io: Baptiſtæ fuit reſtricta ſolummodo ad tempus conſtantis matrimonij, non ſo-
2 lum quia fuit concepta verbis negatiuis, & ſub dictione *nunquam*, quæ omne futurum tempus excludit *Soccin. Iun. conſ. 116. num. 31. & 32. lib. 1. Rota in Bonon. fideic. 5. Martij 1660. coram R.P.D. meo Veroſpio verſ. ſiquidem*. Verum etiam quia ex verbis prædictæ Apocæ huiuſmodi reſiduo fuit expreſſe renunciatum ibi: *d. Sig. Gio: Battiſta s'obliga, che mai domandaranno d. d. Sig. fideiuſſori, ò loro heredi altro che ſcudi 14. mil. renuntiando à detti ſcudi 2000.* renunciatio enim de ſui natura eſt
3 perpetua, nec datur renunciant regreſſus *l. queritur 14. §. ſi venditor ff. de edil. edict. cum alijs in Romana fideicom. 3. Decembris 1655. in princ. coram eodem R.P.D. meo Veroſpio*.

Nec aduerſantur deducta per Rotam in *Ravennaten. Saluiani coram bo. me. Bichio quæ eſt dec. 145. par. 8. recent.* Siquidem eo caſu Io: Franciſcus promiſerat pro ſe, ac nomine Antoniæ ſuæ Vxoris non moleſtare fratres de Bargigis, nec ſuos hæredes pro conſequutione legati, & ſaue nec ipſe, nec Vxor legatum petierat matrimonio conſtante, nec alius eorum nomine, cum ex eo matrimonio filij ſuſcepti non fuerint: verum quia Antonia ad ſecunda vota tranſierat, & in dotem promiſerat ſecundo viro legatum huiuſmodi ſcutorum bis mille egit Maritus pro illorum conſequutione ex noua ſtipulatione conuenta, & promiſſa in limine ſecundi matrimonij; vnde merito Rota dixit obligatio. è viri non extendi ad hunc caſum, tum quia primus Vir non cenſetur cogitaſſe de ſecundis nuptijs, tum quia omnis obligatio intelligitur, rebus in eodem
4 ſtatu manentibus *l. tale pactum 5. fin. ff. de pact. & l. cum quis in princ. ff. de condit. ob cauſ.* Et demum quia ſecundus Vir non petijt legatum ex primo inſtrumento dotis conuentæ, in quo Io: Franciſcus promiſit ſuo, & Vxoris nomine non moleſtare, ſed egit ex contractu diuerſo, & ſeparato inſtrumento ſcilicet confecto in ſecundis Nuptijs, ad quod non extenditur primæua obligatio. At hoc caſu Aureliæ filius egit pro conſequutione reſidui dotis ex inſtrumento ſtipulato in limine primi matrimonij & egit, ex iuribus Aureliæ matris, pro quo Io: Baptiſta expreſſe promiſerat; ideo intrat illius obligatio, quæ non extinguitur per diſſolutionem matrimonij, dum ex eo filij ſuperſunt, qui hæreditario nomine Matris petunt reſiduum, & eo ipſo, quod proceſſum fuit per viam renunciationis obligatio eſt perpetua, nec extinguitur per matrimonij diſſolutionem ex ſupra deductis.

Non obſtat, quod è conuerſo Octauius promiſerit, quod Aurelia in caſu reſtitutionis dotis non peteret iſtud reſiduum ſcut. biſmille, & ſi fuerit petitum, vult ipſe teneri de proprio ad fauorem Io: Baptiſtæ, & filiorum; nam Domini dixerunt tales obligationes cum reſpiciant caſus diuerſos, eſſe inter ſe cõpatibiles; obligatio enim Io: Baptiſtæ reſpicit petitionem, & ſolutionem dotis, & obligatio Octauij reſpicit reſtitutionem & aſſecurationem eiuſdem; immò ambæ erant omninò neceſſariæ ad hoc vt partes inter ſe agnoſcerent bonam fidem, nam ſicuti Io: Baptiſta promiſit, quod nec filius, nec Nurus peterent ab Octauio ſcuta 2000. promiſſa in primo inſtrumento, ita Octauius debebat promittere, quod in caſu reſtitutionis dotis non venirent pariter reſtituen-
5 da, cum de iure portio non recepta reſtitui non debeat ab hæredibus viri *l. Mania 50. ff. de ſolut. matrim. Rot dec. 306. nu. 40. par. 7. recent.*

Et cum hodie agatur tantummodo pro reſiduo dotis promiſſæ, & non ſolutæ, non autem pro re-
6 ſtitutione, ex quo dos non reſtituitur quando ſoluitur matrimonium cum filijs, ſed retinetur per *text. in l. inter Socerum 26. §. cum inter ff. de pact. dot.*
7 vtiq; non venit caſus promiſſionis, & obligationis Octauij, & ob id contra illius hæredes nulla competit actio, ſeu releuatio *Rot. dec. 50. nu. 4. par. 1. & dec. 120. nu. 2. & 3. par. 5. recent.*

Et ità vtraque &c.

ROMANA SOCIETATIS FVNDACI.

Lunæ 14. Iunij 1660.

ARGVMENTVM.

Socius ante finitã ſocietatem non poteſt agere contra ſocium pro reſtitutione ſui capitalis, nec quidquam ab eo prætendere ante ſequutam inter ipſos computorum ſolidationem, & qualiter ſocietas dicatur inducta, & quomodo terminata?

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Societas inducitur ex actibus, qui fieri nequeunt niſi ſocioli nomine.*

2 *Societas probatur ex confeſſione partis aſſerentis ſe fuiſſe à collitigante tanquam à ſocio fraudatam.*

3 *Societas ad hoc vt finita, vel diſſoluta dicatur mutuus ſociorum conſenſus requiritur.*

4 *Socius non poteſt repetere capitale appoſitum in ſocietate, niſi ea mutuo partium conſenſu finita, & diſſoluta.*

5 *Socius non poteſt quidquam a ſocio repetere, niſi ſequuta inter ipſos computorum ſolidatione.*

6 *Socius non habet actionem ad pecuniam pro reſtitutione eius capitalis dum conſtat ipſum præſtitiſſe tot merces.*

7 *Socius licet dederit pecuniam pro ineunda ſocietate, ſi illa eſt conſumpta in emptione mercium, non poteſt niſi ex illis detrahere capitale.*

8 *Socius non poteſt aliquid a ſocio prætendere, niſi facta prius diſcuſſione, & ſolidatione computorum ad effectum dignoſcendi quiſnam eorum ſit debitor, vel creditor.*

9 *Ratio, & computa ſocietatis, & adminiſtrationis etiamſi nulli adeſſent libri poteſt aliunde reddi.*

10 *Socius, licet librum magiſtrum non confecerit, non eſt de fraude, vel dolo ſuſpectus dum aliunde ratio adminiſtratæ ſocietatis poteſt haberi.*

DECISIO DCXLVIII.

IN Capitulis ſocietatis contrahendæ ad quinquennium inter Vincentium, & Bernardum de Mainerijs fuit inter cætera conuentum, quod negocium fundaci deberet cantare in perſonam Bernardi, & quod vnuſquiſque eorum apponeret pro Capitali ſcuta 5000. quę per Bernardum appoſita fuerunt erogata in emptionem filiorum, & mercium, vt ex *relatione tertij Periti in Summ. vtriuſq; partis*; ex parte verò Vincentij fuerunt appoſitæ plures merces in d. negotio ad computum ſui Capitalis.

Verum quia Bernardus non confecerat librum magiſtrum ad formam Capitulorum; ideò poſt lapſum vnius anni egit Vincentius contra ſociũ coram A. C pro reſtitutione Capitalis, & mandatum executiuum obtinuit, quod hodie Rota reſpondit non eſſe exequendum.

Societas enim inter ipſos vere fuit effectuata
non ſolum quia vnuſquiſq; eorum appoſuit Capitale gratia negociandi, & Vincentius inhærendo conuentionibus Capitulorum d. ſocietatis recepit a Bernardo ſcuta centum pro ſericis in eius domo compoſitis, qui actus cum fieri nequiue-
1 rint non niſi nomine ſociali, inter eos ſocietatem inducunt *l. comm. re 7. ff. pro ſoc. Gratian. diſcept. for.* 320. *n.* 18. *Rot. cor. Merlin. d.* 251. *n.* 10. verum etiam
2 quia ipſemet Vincentius in enunciatiua querelæ porrectæ contra Bernardum, hoc idem fatetur exponendo ſe eſſe ab eodem tanquam ſocio fraudatum *Felic. de ſociet. cap.* 11. *nu.* 13. *Duran. dec.* 95. *num.* 5.

Vnde cum conſtet de ſocietate, nec appareat
3 illam fuiſſe finitam, vel diſſolutam mutuo eorum conſenſu, prout requiritur. *Rota apud Merlin dec.* 69. *nu.* 6. *& ſeqq.* nullo modo competit exequuti-
4 ua repetitio pro Capitali contra ſocium, maxime cum inter ipſos nulla præceſſerit computorum
5 ſolidatio, qua non ſequuta ſocius non poteſt quicquam à ſocio repetere, *Cephal. conſ.* 768. *num.* 37. *& conſ.* 769 *num.* 11. *Carleuall. de Iudic. tom.* 2. *diſput.* 7. *num.* 6. *Giurb. dec.* 15. *num.* 4. *&* 6. *Rot. dec.* 612. *num.* 3. *par.* 1. *recent. & dec.* 148. *num.* 9. *poſt Merlin. de pignor.*

Et multo minus pro reſtitutione Capitalis cõ-
6 peteret Vincentio actio in pecunia, dum conſtat ipſum præſtitiſſe tot merces, immò quando etiã
7 fuiſſet data pecunia, & illa eſſet conſumpta in emptione mercium non poteſt niſi ex illis detrahi capitale *Felic. de ſociet. cap.* 19. *num.* 4. *Rota in Peruſina ſocietatis coram Vbaldo apud Poſth. de ſubhaſt. dec.* 62. *num.* 9.

Multoq; minus eidem ſuffragantur interpellationes quatenus adeſſent contra Bernardum ad reſtituendũ mercès, quia ex ſupradeductis neq; pro
8 illis poterat Vincentius agere præſertim non facta prius diſcuſſione, & ſolidatione computorum ad effectum dignoſcendi quiſnam eorum remaneret creditor, vel debitor. *Rota dec.* 31. *nu.* 2. *&* 3. *par.* 6. *recent. & in Romana computorum* 20. *Aprilis* 1640. §. *præſertim coram me.*

Non obſtat, quod Bernardus omiſerit conficere librum magiſtrum totius negocij, prout tenebatur ex conuentione facta in Capitulis, & hinc potuerit agere pro Capitali etiam ante redditionem rationis.

Nam præter quod Vincentius fuit in culpa non ponendo integrum Capitale, attento quod non fuit concordatum de pretio, cum ipſe nimis rigoroſe vellet merces ab eo appoſitas taxare, hic defectus poteſt ſuppleri per alios libros per Ber-
9 nardum retentos; quinimmo etiamſi nulli adeſſent libri poſſet aliunde reddi ratio iuxtà opinionem, quam *Rota ſernat, vt coram Gregor. dec.* 197. *num.* 5. *vbi Add. num.* 8.

Vnde cum ex libris giornalibus poſſit haberi
10 ratio ſufficiens de adminiſtratis, prout fecit peritus in eius relatione ceſſat in Bernardo omnis ſuſpicio fraudis, vel doli *per text. in l. cum filius* 78. § *hæres meus & ibi DD. ff. de legat.* 2.

Et ita vtraque parte informante &c.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google